PROSPERI CARAUITAE EBOLITANI ... COMMENTARIA SUPER RITIBUS...

Prospero Caravita, Annibale Troisi, Costantino Papa, ...

Digitized by Google

13
1 I
4

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-6.D.16

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PROSPERI CARAVITAE EBOLITANI

PRINCIPATVS PROVINCIÆ CITRA, ET BASILICATÆ
Regij Aduocati Fiſcalis

COMMENTARIA

Super Ritibus Magnæ Curiæ Vicariæ Regni Neapolis.

In quibus ferè omnia, quæ ad praxim eiuſdem Regni pertinent, & quæ à cauſarum patronis, Iudicibusq; deſiderari poſſunt, diligentiſſimè explicantur.

*Quibus multa, hoc aſteriſco * notata, ab eodem Authore dum viueret, addita ſunt.*

His nedum adiunximus Commentaria Annibalis Troyſij Cauenſis, & Ioannis Franciſci Scaglioni, ſuper eiſdem Ritibus aliàs cum eodem Volumine excuſa:

Verum etiam hac vltima, nouaque editione acceſſerunt Additiones Clariſſimi Iureconſulti Conſtantini Pupa, cauſarum Patroni diſertiſſimi.

Poſt quæ adiecti ſunt Ritus Archiepiſcop. Curiæ Neapol. cum Commentarijs D. Abbatis Alberici Oliuæ Neapol. acutiſſimi Decretorum Doctoris.

Quibus tunc demum adiunctæ ſunt Annotationes Abbatis Ioannis Hieronymi Campanilis V. I. D. Neapolitani, & Protbonotarij Apoſtolici, vnà cum Summarijs ab eodem additis, tum ad Ritus ipſos, tum ad Alberici Commentaria.

Et noſtra hac editione acceſſere luculentiſſimæ Annotationes Doctiſſimi Viri, & Equitis Clariſſimi, huiuſque Almæ Vrbis Eccleſiæ Canonici D. Ioannis Aloyſij Riccij.

Opus ſanè apprimè vtile ac neceſſarium Summarijs auctum, nouo, locupletiſſimoque Indice ornatum.

CVM PRIVILEGIO REGIS CATHOLICI.



NEAPOLI, Apud Scipionem Boninum. M. DC. XX.

Sumptibus Lazari Scorigij, & Petri Pauli Galli.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMIS
DOCTRINA, AC PIETATE VIRIS,
DD. FVLVIO COSTANTIO
CORLETI MARCHIONI,
IOAN. BAPTISTÆ VALENZVELA VELASQVEZ,
PETRO IORDANO VRSINO,
ET CAMILLO MARRÆ

Supremi huius Prætorij à latere Conſiliarijs.

NEapolitana hæc noſtra Vrbs, Illuſtriſsimi, ac de Republica optimè meriti Viri, non tam cœli clementia, Naturæ Parentis indulgentia, ſitus amænitate, Pauſylipanis delicijs, fructuum ac frugum copia; Non tam, inquam, his Naturæ ornamentis Neapolitana hæc noſtra Vrbs Orbis Pomarium, Europæ oculus meruit appellari; quam, quod maior ingeniorum vis, feracior ſeges, maiores deliciæ in dies exiſtant. Si vtiliora perpendimus, quot Iuriſconſultorum Reſponſa, tanquam oracula, ſi non aliunde, ſaltem ex veſtro ornatiſsimo cœtu prodierunt? Quot in iure dicundo Antiſtites, Orbem ſcriptis illuſtrarunt ſuis? Si delicias exquiramus, Aderunt Poetæ, aderunt Hiſtoriographi, aderunt Oratores. At hos omnes, rogo, quis celebriores efficit ad Bactra vſque, vltra Thylen & Gangen penetrare, niſi ars mea, quam, cum humi iacere aſpiciam, à nemine vnquam Virtutis vindice ſubleuari potuiſſe credidi, niſi à vobis. Hoc vnum videtur Neapolitanæ amplitudini deſiderari. Ornarunt adeo Pontifices, Imperatores, Reges Archytypographos ſuarum vrbium ac Rerump. Vos qui Regis, qui Regni, qui Neapolitanæ Vrbis iura ſuprema tuemini, hoc deſiderari diù nè permittatis. Sed en apertiſſima mihi omnium minimo præſtitiſtis indicia; Cum enim edere in lucem decreuerim Commentaria Proſperi Carauitæ in Ritus M.Cur. Vicariæ, Vos veſtri Supremi Concilij authoritate ac lege obmuniuiſtis, ne per decennium hoc idem opus à quopiam poſſet excudi, ſiue aliunde

im-

Digitized by Google

impreſſum abſque à nobis impetrato conſenſu venundari. Quare accepti beneficij non immemor, ne ingrati animi virij nota poſsit inuri mihi, quicquid eſt artis meæ, vobis deſeruit, nutui veſtro ſubiacet. Et ſi Sol, vel auiculæ cantum lætus veluti ſalutationem excipit. Vos meum animum inſeruiendi vobis ne contemnatis. Quare, Vobis Legum ſupremis Apicibus, Neapolitani Tribunalis Ritus dedicare, conſecrare debueram. Vt vos habeant leges ad quos confugiunt, ad quos ſe recipiant, quos habent primarios auctores, primus veluti Mentes, ac Motrices intelligentias: Valete è noſtro Typographœio.

Amplitudini Veſtræ Illuſtriſsimæ

Addictiſsimi, ac deuinctiſsimi

Lazarus Scorigius, & Socius.

Digitized by Google

DOMINI PROSPERI CARAVITA EBOLITANI

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS PRÆCLARISSIMI,

Super omnibus Ritibus Magnæ Curiæ Vicariæ Regni Neapolis,

COMMENTARIA APPRIME NECESSARIA,
nouiſſimè per ipſummet recognita, & aucta.

RITVS PRIMVS.

Mutanda hæc inſcriptio eſt, appingendaq; ſunt hæc verba. Procemium Rituum. Nam in hoc procemio Regina nullum ponit ritum, ſed quos ritus obſeruari, quosque abolitos eſſe velit, præcipit, ibi, quòd omnes infraſcripti ritus, &c. C. P.

IOANNA ſecunda, Dei gratia, Vngariæ, Hieruſalem, & Siciliæ, & Croatiæ, Ramæ, † Seruiæ, Galatiæ, Lodomeriæ, Comariæ, Bulgariæque Prouinciæ, Forcalquerij Regina, ac Pedemontis Comitiſſa, Vniuerſis, & ſingulis pręſentis Edicti ſeriem inſpecturis. Circa reformationem, & augmentum Regni noſtri Siciliæ, ac generalis iuſtitiæ Regni eiuſdem, &c. Itaque tam officialium noſtrorum proceſſibus, quàm fideliũ ſtatibus prouiſionis noſtrę remedio ſubuenimus,
a maximè in noſtris Magnæ, & Vicariæ Curijs, a quæ ſub regimine noſtræ protectionis, præcipuè in hac noſtra Ciuitate Neapolis, & toto Regno noſtro ſunt iuſtitiæ deputati. Harum ſacrarum nouiſſimarum noſtrarum conſtitutionum edicto irrefragabili, ac firmiter valituro, ſancimus, decernimus, ſtatuimus, & mãdamus motu proprio de certa noſtra ſcientia, cum prouiſa matura, & digeſta noſtri Conſilij deliberatione conſulta, quòd omnes infraſcripti Ritus, & obſeruantiæ, in noſtris Magnæ, & Vicariæ Curijs, & qualibet earum, de cętero inuiolabiliter obſeruentur, omnes verò alios Ritus, & obſeruantias dictarum Curiarum hactenus obſeruatos, & ſeruatas, per præſentes de dicta certa noſtra ſcientia, proprio motu, & cum dicti noſtri Conſilij deliberatione matura, irritamus, caſſamus, ac viribus, & efficacia vacuamus: nulliusq; eſſe decernimus roboris, vel momenti.

ADDITIO.

a Curijs vſque ad hanc Reginam Ioannam, quæ hos ritus componi, obſeruariq; mandauit, Neapoli, duæ erant principales Curiæ, Magna, ſcilicet, & Vicaria: Magna inquam quam à Rogerio, primo Rege, inſtitutam fuiſſe credendũ eſt; quamuis in Regni conſtitutionibus, à Gulielmo Bono eius nepote, tertioq; Rege, primum enuntiatam legamus. Vicaria verò quam à Carolo II. quem primum Vicarium Caroli eius patris factum fuiſſe, conſtat, exque dictis duabus Curijs, per eandem Reginam Ioannam, vnam fuiſſe factam, appellatamq; Magnam Curiam Vicariæ, clariſſimè apparet, ex vltimo ritu, ibi dicta Magna Curia Vicariæ, quod latius nos demonſtrauimus, in tractatu de arbit. Magnæ Cur. Vicar. c. 2. ex nu. 81. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Edictum pro lege generali exponitur.*
2 *Maximè, dictio, quam habeat naturam, ac virtutem.*
3 *Quod obſeruatur in Magna Curia, in omnibus alijs Curijs Regni ſeruandum eſt.*
4 *Limitatur primo in obſeruantia Maioris Curiæ, emanante per modum conſtitutionis.*
5 *Limitatur ſecundo, in deciſorijs, non in ordinatorijs cauſarum.*
6 *Ritus, & obſeruantia an ſint idem, vel inter ſe differãt.*
7 *Conſuetudinis diffinitio.*
8 *Differentia inter conſuetudinem, & præſcriptionem.*
9 *Ritus diffinitio duplex.*
10 *Differentia inter ritum, & conſuetudinem.*
11 *Conſuetudo, ritus, & mos aliquando idem important.*
12 *Ritus ethymologia.*
13 *Ritus lex non ſcripta dicitur.*
14 *Lex iuſta, & rationabilis eſſe debet; & Lex, etſi dura eſt, lex eſt, & ſeruari debet, ibid.*
15 *Obſeruantia duplex eſt.*
16 *Obſeruantia dicitur habere effectum declaratiuum.*
17 *Stylus dupliciter diffinitur.*
18 *Stylus, conſuetudo, mos, & obſeruantia confunduntur aliquando.*
19 *Styli ethymologia multiplex, & circa quæ conſiſtat.*
20 *Stylus ſecundum communem vſum loquendi quid ſignificet.*
21 *Stylus pro Curiæ practica capitur.*
22 *Stylus quando vbique, etiam contra ius commune ſeruetur, vel non: cuius eſſe debeat, cum duabus limitationibus in ſequenti nu.*
23 *Stylus propriè, quis dicatur.*

Digitized by Google

24 *Cum de ſtylo obſeruantia, vel ritu dubitari contingit in Curia, quid agendum.*
25 *Sumptibus, & expenſis indulgendum.*
26 *Sententia lata contra ſtylum, nulla.*
27 *Stylum allegans probare debet.*
28 *Conſuetudine, vel lege præterita damnata, & futura damnari videtur.*
29 *Lex volens damnare futuram conſuetudinem, id nominatim, an exprimere debeat.*
30 *Fœminæ iudicare, vel magiſtratum gerere, an valeant? Et de ratione quare, quod limita prout in nu. 33.*
31 *Fœmina eſt nimis fragilis, & ideo Ciuitas ab ea malè regitur.*
32 *Fœmina genus varium, & mutabile ſemper, & inconſtans.*
33 *Fœmina nihil ſub ſecreto habet.*
34 *Regum, & cæterorum Principum vxores vicariæ factæ, an iuriſdictionem habeant?*
35 *In noſtris Magnæ, & Vicariæ Curijs hæc loquẽdi phraſis, quid ſignificet.*

NOt. primo ibi harum conſtit. edicto, quod Ritus in
hoc volumine contenti debent in omnibus Curijs
1 Regni obſeruari, † quia illud verbum edicto (vt Cauenſ.
hic dicit) exponitur pro lege generali, per tex. in l. digna
vox, in Gloſ. oraculo. C. de legibus. Sed vere in iſta ponderatio
ad colligendum illud not. mihi non placet, quia
licet per viam legis generalis ordinetur ſeruari hos Ritus:
tamen dicit ſeruandos in ipſis Magnæ, & Vicariæ Curijs,
& de alijs nihil dicit. Et ideo illud not. ſatis melius colligitur
ex alijs verbis Rit. In quibus dicitur, quod intendit
ſubuenire, tam proceſſibus officialium, quam ſtatibus fidelium,
maxime in Magnæ, & Vicariæ Curijs, ponderando
2 verbum, maxime, † cuius propria virtus, & natura eſt implicare
caſum magis dubitabilem, & exprimere minus
dubitabilem. l. qui ſe patris, vbi Fulg. Rom. & Deci. primo
not. col. 3. C. vnde liber. per tex. cum gloſ. in c. ſponſam,
de ſponſal. in c. cum contingat, de for. compet. in c. auditis,
de elect. & c. cum olim, de teſtib. vt ſit ſenſus, quod per
hos Ritus intendit prouidere proceſſibus officialium, &
ſtatibus fidelium in omnibus Curijs Reg. maxime in Curijs
Magnæ Curiæ, & Vicariæ. Minor enim dubitatio eſt,
ſi per hos Ritus intendit prouidere Magnæ Curiæ, &
maior dubitatio ſi intendit prouidere alijs Curijs, ratio
minoris dubitationis eſt, quia Ritus ipſi ſeruabantur iam
in ipſa Magna Curia; & ideo non tam neceſſario ipſa Magnæ
Curiæ ſubueniendum erat, quam opportune alijs
Curijs, vbi Ritus non ſeruabantur. Sed extra hunc Ritum
a vera eſt concluſio ſupra formata, *a* † quod illud, quod in Ma-
3 gna Curia obſeruatur, ſeruari etiam debet in omnibus
alijs Curijs Regni, per tex. in §. fin. Inſtit. de ſatiſdar. &
ea, quæ not. per illum Iſer. in conſtit. ſi quis in poſterum,
& Pariſ. de reintegr. feud. §. ſequitur, nu. 25. fol. 62. ad idẽ
etiam habes expreſsè tex. in conſtit. Regni Magnæ Curiæ
noſtræ ibi; quod in ſe ipſos obſeruent, in conſtit. nihil veterum,
in fin. & in Pragm. Regis Ferdinan. incipiente ſu-
b ſcepti à Deo, *b* † Limita primo concluſionem ſupra fir-
4 matam procedere quotieſcunque Ritus, & obſeruantiæ
Maioris Curiæ emanant per modum conſtitutionis (vt
in ijs Ritibus per hunc Rit. factum fuit) aliàs inſcitiæ adſcriberetur
Aduocatis, ſi in defenſionibus cauſarum obſeruantiam,
vel Ritum Magnæ Curiæ in hoc volumine non
contentum allegarent, vt dicit Alber. in l. 1. ff. de conſtit.
princip. Felin. in c. 2. in verb. ſtylus, num. 18. verſic. & non
eſt neceſſarium, de reſcrip. Boer. conſ. 8. nu. 13. & in tract.
de autho. Magn. Concil. poſt deciſ. Additio. num. 170. &
Gramm. in conſi. de for. iudica. poſt deciſ. nu. 20. ſubiungentes,
quod Aduocati Iurium ignari cum eis leges deficiunt
5 ſic ſeruaſſe Curiam teſtantur. † Secundo limita procedere
in deciſorijs cauſarum, non autem in ordinarijs, in
quibus quælibet Curia ſuos mores habet; vt dicit Iſern. in
d. conſtit. ſi quis in poſterum. Afflict. in d. conſtit. nihil veterum,
vltim. not. & Excellens D. Marinus Frezza, de ſubfeud.
de offic. Mag. Iuſtit. lib. 1. num. 37. fol. 26. ſed vt dicit
Afflict. hoc prius dixit Bar. de Capu. in conſtit. in pecuniarijs.
Vbi nihil de hoc per eum, ſed per Petr. de Mont.
For. qui illud expreſse dicit. ¶ Secundo, Not. ibi Ritus, &
obſeruantiæ, quod Ritus, & obſeruantiæ, in hoc tex. pro eo-
6 dem capi videntur. Veritas tamen † eſt, quod inter ſe differunt,
& vti diuerſa in hoc tex. poſita intelligi debent. Vt
tamen hoc plenius intelligatur, ſciendum eſt quatuor terminos
præ alijs in iure reperiri: conſuetudinem, ritum,
7 obſeruantiam, & ſtylum: † conſuetudo dicitur ius non
ſcriptum, moribus introductum. c. conſuetudo, diſt. 1. &
8 not. Innoc. in rubr. de conſuetud. † in hoc differens a præſcriptione,
vt interim omittam alia, quæ ponit Alex. in l.
more, col. 2. de iuriſd. omn. iudic. quia per conſuetudinem
acquiritur ius vniuerſis, & per præſcriptionem priuatis,
vt dicit Abb. in c. cum dilectus, & c. fin. de conſuetud. &
in cap. cum Eccleſia Sutrina, de cau. poſſ. & propriet. &
9 Rip. reſponſ. 4. lib. 2. † Ritus vno modo captus, & aliter
quam capitur in hoc volumine, dicitur quidam modus
actui ordinando, ſolemnitatem præbens, vt dicit Abb. in
cap. cum ſecundum. 1. not. de temp. ord. & Rip. in 2. lib.
interpreta. cap. ex parte, nu. 37. de reſcrip. Alio vero modo
captus, & ſecundum noſtram materiam, ſecundum Iſern.
in cõſt. Regn. ſi quis in poſterũ, in ver. illud etiam, dicitur
ius non ſcriptum moribus introductum. §. ex nõ ſcripto,
inſtit. de iur. natur. In tantum, quod Ritus, & conſuetudo
videntur idem importare ex ſupradictis, & Cicero de
Amicit. videtur pro eodem poſuiſſe, dum inquit, qui pecudum
ritu omnia ad voluptatem referunt, & in lib. de legib.
pariter, dum ait, erat ei viuendum Latronũ ritu, ideſt,
10 more, & conſuetudine: † Quoad vnum tamen videntur
inter ſe differre (vt interim omittam, quæ Rocc. de Curt.
dicit de eorum differentia in repet. rubr. de conſuetud.
q. 4.) ſecundum Bar. in l. de quibus, nu. 10. ff. de legib. quia
conſuetudo videtur tantùm circa ea conſiſtere, quæ ad litium
deciſionem pertinent: Ritus vero, vt ex omnibus
iſtis manifeſte patet, tam circa ea, quæ cauſarum deciſionẽ
tangunt, quam etiam ea, quæ licitum ordinem reſpiciunt,
ſed hæc Bart. differentia confunditur per tex. l. 3. §. fin. ff.
de teſtib. vbi de his loquendo, quæ circa ordinem iudicij
conſiſtere videntur, dicit ſtandum conſuetudini Prouinciæ,
& quod ille tex. de his loquatur, dicit idem Barto. ibi,
& in ſummario. l. communiſque vſus loquendi, ita ſe ha-
11 bet † vt conſuetudo, Ritus, & mos, licet quandoq; vnum
pro

ADDITIONES.

a Formata. Adde, quod hoc etiam euidentiſſimè probatur ex dictione, præcipue, quæ tantum valet, quantum, ſi dixiſſet, ante alias, non autem ſpecialiter, vt alij indoctè interpretantur, iuxta illud Ciceronis, hæc vna res in omni libero populo, maxime in pacatis ciuitatibus, præcipuè ſemper floruit, itẽ & ex illis verbis, & toto noſtro Regno, & cap. idque ſumma cum ratione, vt mox dicemus. C. P.

b Suſcepti à Deo. Adde, quod idem præcepiſſe videtur Imper. Frideric. in conſtit. Regni, Nihil veterum, in vltimis verbis, ibi, Curiæ noſtræ præuidimus ordinare iuſtitiam, à qua, velut a fonte, riuuli per Regnum vndique norma iuſtitiæ deriuetur, adſtipulaturq; tex. in l. 1. §. ſed & ſi, quæ leges. C. de vet. iur. enucl. & videatur Abb. in c. ex literis, extra de conſtit. Luc. de Pen. in l. 1. col. 3. in prin. C. de profeſſor. qui in Vr. conſtan. Marant. in ſuo Spec. in loco de appellatione, limit. 18. Marin. Frezz. lib. 2. q. 4. nu. 2. Vincen. de Franch. Iuriſconſultorum omnium peritiſſimus, Sacri Regij Conſilij Præſes digniſſimus, Regenſq; à latere Regiam Cancellariam, deciſionum eiuſdem Sacri Conſilij locupletiſſimus collector deciſ. 86. & 153. & quæ nos latiſſimè congeſſimus in noſtris allegationibus, in materia aſſiſtentiæ. C. P.

Digitized by Google

pro alio ponatur,& idem importent,vt patet ex d.§.fin.&
12 l.fin. C.de iniur. & Cic. in locis citatis. † Dicitur autem
a ritus a ab adiectiuo ratus, ſeu firmus,quod ab eius contra-
rio,quod eſt irritum,ſatis demonſtratur,& hanc puto eius
verã ethymologiam:licet ab aliquo ſcriptam non reperiã,
nec placet mihi,quod alijs viſum eſt ritum dici,quia rectũ:
allegando Iſer.in alleg.conſt.ſi quis in poſterum,quoniam
Iſer. ibi loquendo de quodam ritu,de quo ibi Gl.meminit
13 hoc tantum, † dicit,quòd cum ritus ſit lex nõ ſcripta,ſicut
lex debet eſſe rationabilis,& iuſta,c.erit,4.diſt. eodẽ mo-
do & ritus debet eſſe rectus, alioquin corruptela dicere-
tur:nec tamen voluit ibi dicere,quod ritus dicitur quaſi re-
14 ctus (vt ex aduerſo allegatur.) Idq; ex alio patet, † nam
lex quamuis iuſtã,& rationabilis eſſe debeat,d.c.erit,tamẽ
etſi dura eſt,ſeruanda eſt,& lex eſt,l.proſpexit, ff.qui,& à
quibus manu.li.non fia. quod etiam & de ritu dici poteſt:
quamuis enim ritus non eſſet rectus, licet ſecundum eum
dici poſsit corruptela: tamen non propterea ritus non eſt:
15 ſi is firmus,ratuſq; ab omnibus obſeruatur.† Obſeruantia
duplex eſt: quædam quæ capitur pro reuerentia,& vene-
ratione: quædam verò pro practica in iudicijs pluries ob-
ſeruãta: de obſeruantia primo modo capta loquitur Cic.
de inuentione,inquiens: Obſeruantia eſt per quam ætate,
aut ſapientia,aut honore, aut aliqua dignitate antecedẽtes
reueremur,& colimus. & idem Cic.pro Quinto, dum ait,
Amicos obſeruantia, rem parſimonia retinere. & in epiſt.
dum dicit:Mea tibi obſeruantia nunquam defuit.& de hac
nõ loquitur iſte Ritus,de ſecunda loquitur Rocc.de Curt.
16 in rep.d.rub. q.4.dicens, † quod obſeruantia dicitur ha-
bere effectum declaratiuum tantum:vnde ſecundum eum,
ſi lex multipliciter intelligi poteſt, ſeruari debet id, quod
pluries in Curia obſeruatum eſt.& idem Caſſa.in conſuet.
Burgun.in proœm.nu.27. Et his accedunt,quæ dicit Alex.
conſ.36.nu.9.volum.2. & Boer.conſ.8. num.18. vbi quod
ſi lege,vel ſtatuto cauetur in cauſis breuioribus non requi-
ri libellum,nec appareat determinatũ,quæ dicantur cauſę
leuiores: attendendum eſt quid in iudicijs fuerit obſerua-
tum, & ſi in cauſis viginti aureorum nõ fuit ſeruatus libel-
lus, cauſa 20.aureorum dicetur cauſa leuis. In hoc igitur
Ritu, dum omnes præſentes ritus appellat etiam obſeruã-
tias,ne putes effectu,& ratione vacare,eo quia,vt ex infra-
ſcriptis ſequentibus Ritibus apparebit, multi ſunt,qui po-
17 tius ad obſeruantiam tendunt,quàm ad ritum. † Stylus,b
b vt dicunt Bal.in rub.de reſcr. col.3.num.21. & Fel.in c.ex
parte,in ver.ſtylus,nu.18.eo.tit.dicitur forma rite,recteq;
ſcribendi à conſuetudine Romanæ Eccleſiæ approbata.
Aut ſecundum Cyn.in l.2.q.4. C.quæ ſit long.conſuet. Io.
Fab. & Are.in §.ex non ſcripto, inſt.de iure nat.& Boe.in
præalleg.conſ.nu.2. dicitur ius non ſcriptum, ab vno iudi-
ce ſæpius circa ſententias,& acta iudiciaria introductum,
18 ſiue ſtylatum, † licet quandoque confundantur,& vnum
pro alio ponatur, videlicet conſuetudo, ſtylus,mos,& ob-
ſeruantia,ſecũdum Io.Fab.ibid. Ant.de Butr.in c.fin.col.4.
ver.dic ergo, quod latè de conſuet.& Boer.d.conſil.nu.1.
19 † Dictus, ſecundum Felyn.ibid.poſt Bald.in l.de quibus,
ff.de leg. à ſtylo ferreo, cuius firmitatem imitatur,vel ſe-
cundum eundem Felyn. à ſtylo inſtrumento, quo ſcribitur
in tabulis,vel ſecundum Napod.in proœm.conſuet.Neap.
§.quarum ſerie,num.330.dici poteſt à ſtillando,quia ſicut
ſtillicidium paulatim deſcendit,& ſtillat, l.ſtillicidium,
ff.quemadm.ſeru.amitt. ita etiam ſcriptura ordinata, quæ
ſtylus appellatur. in tantum quod (vt ex prædictis patet)
ſtylus ſolum circa ea conſiſtit, quæ reſpiciunt modum or-
dinandi acta, ſententias, & alia, quæ in ſcribendo verſan-
tur:quod etiam referendo,ſequitur Caſſa.in conſuet. præ-
alleg.in proœm.num.5. Luc.de Penn.in l.ſi quando,C.de
bon.vac.lib.10.Boer.conſ.8.num.7.Dec.conſ.11.num.11.
vol.1.& eſt tex.expreſſus in cap.quam graui,de crim.falſ.
De ſtylo hoc modo capto loquitur Afflict.deciſ.253.nu.4.
dum inquit,quòd ſtylus Regiæ Cancellariæ circa aſſenſus
20 expediendos ſeruari debet: quia vim legis habet. † De
communi tamen vſu loquendi, ſecundum Roch. in dicta
rubrica, quæſt.4.in ver.ſtylus autem, dicimus aliquid eſſe
de ſtylo, licet materiam ſcribendi non concernat: & ideo
Bart.in l.de quibus, num.10.ff.de legi.dicit, ſtylum reſpi-
cere ordinem loquendi, ſcribendi, vel procedendi: ſed,
(vt dixi) non ex vera vocabuli ſignificatione procedit: ſed
ab vſu communi,quo vtimur. De ſtylo hoc modo intelle-
cto loquitur idem Afflict. deciſ.135. num.3.deciſ.78.in fi.
21 & deciſ.243.num.5. † Et ſtylus taliter intellectus poteſt
etiam capi pro pract.Curiæ,vt dicit Bal.in l.fin. C.quæ ſit
longa conſuet. & in l.ſi quis intra, C. de bon. proſcripto.
Cyn.in l.1. C.quæ ſit longa conſuet. Cor.conſil.227. poſt
ſupraſcriptum, col.2.volum.3. Roch.de Curte in d.q.4.in
verſ.ſtylus,& Caſſ.vbi ſupra num.9.Hic itaque ſtylus,tam
primo,quàm ſecundo modo captus vbi eſt, ſeruari debet.
Argu.l.3.§.fin.ff.de teſtib. & l.fin. C.de iniur. & not. Bar.
in l.iuris peritos,num.4. ff.de excuſat tuto. & latè Abb.in
c.ex literis, col.3.de conſtit.in c.ad hæc,de ſent.excomm.
22 & in d.c.quam graui. † Aduertendum tamen eſt, quòd
aut eſt Principis, vel alicuius maioris Iudicis, qui habet
poteſtatem condendi legem, & id non habet diſſicultatẽ,
ſeruariq; debet vbique, etiam contra ius commune, vt di-
cit Bart in d.l.de quibus, col.10. Alexand.conſ.39. in fin.
volum.3. deciſ Tholoſ. 115. Boer.in allegato conſ. nu.10.
Abb.in d.c.ex literis,& Caſſa.in proœm.conſuet.Burgun.
num.17. Aut eſt iudicis inferioris,& tunc idem,ſed ſerua-
tur vbi eſt tantum, dummodo non ſit contra ius cõmune:
alioquin non valeret,tum quia iudices tales ad iuſtitiam
deputati,non poſſunt aliquid contra ius inducere,l.formã,
C.de offic.præfect.præt. vt inquit Alex.conſil.36.num.10.
vol.2.Dec.conſ.11 & Boer.conſ.8.nu.18. verſic.ſecus vbi.
23 † tum etiam, quia ſtylus propriè dicitur ille, qui eſt ſe-
cundum ius ad declarandum mentem iudicis, & interpre-
tationem iuris dubij, vt dicit Anton.de Butr.in cap.fin.de
conſuetud. Aret.conſil.115.num.1.Alexand.d.conſil.36.in
ſing. Roch.vbi ſupra, & Rip.in lib.2.interpretã. in cap.ex
parte, num.37.de reſcript. Limita tamen, niſi talis ſtylus,
qui eſt contra ius,eſſet præſcriptus,quoniam tunc valeret,
vt

ADDITIONES.

a Ritus. Tu dic,quod ritus,quem inſtitutũ Varro lib.6. de
lingua latina interpretatur quemque Caſtum etiam ve-
teres vocabant, vt teſtatur Ioſeph Scaliger in coniectam.
ad di. Varro potius à verbo rito, à quo & dictionem ritè
deriuari inquit Priſcianus, manare dicendum eſt: quæ di-
ctio ritè, rectè ſignificat, quia nihil traditur in ritibus,
quod non rectum eſſe credatur. Idque etiam ait Feſtus in-
quiens, Ritus eſt mos,vel conſuetudo, ritè autẽ ſignificat
benè,& rectè. itaq; accipitur apud Iurecon.in l.4. §. con-
demnatum,ff.de re iud. Mitto, quod dictio rectè pro viri
boni arbitrio eſt,l.hæc verba in ſtipulatione, ff. de ver.ſi-
gnifi. vbi Alcia. Alij verò differentiam facere conſueue-
runt inter dictionem ritè,& rectè, vt hæc .ſ. ad iuſtitiam
cauſæ referatur, illa ad ritum, & ſolennitatem, de qua re
videndus eſt Bar. in l. lecta, ff.ſi cer. pet. ibidemque Iaſ.
poſt multos, quos refert & in l.iuſte,ff de acquir.poſſ.vi-
deatur,& tex.in l.3.C.de bon.vacan.ibi,ritè, atq; ſolenni-
ter,vbi dictio ritè, accipi debet pro rectè,poſtquam ſubij-
cit, atq; ſolenniter:cum natura copulæ ſit vt ponatur in-
ter diuerſa,vt per gl.in rubr.ff.de iur. & fac.ign.licet quã-
doque reſoluatur in expoſitiuam pro ideſt,& ſic declara-
tiue,vt per Iaſ.in l.de quibus,ff.de leg. C. P.

b Stylus. Adde,ꝙ ſtylus (licet hoc verbum in hoc tex.non
adſit) cuius tñ meminit Conſtant.Imp.in l.1.C.de ſacroſ.
eccl.meminerũt & Grat.Valẽ.& Theod.Impp.in l.3.C.de
bon.vac.& Innoc.III.in c.quam graui,extra de crim.falſ.
in verbis conſiſtit,oratio verò in ſenſu, iuxta illud Teren.
in prol.Andr.ſed tamen inquit,Diſſimili oratione ſunt fa-
ctæ ac ſtylo. Appellaturq; ſtylus à Cicerone optimus di-
cendi effector perfector,magiſter,& artifex,quandoqui-
dem omnia ornat,& limat. Noſq; ſtylum,& ſcriptionem
lapidem lydium in ingeniorum appellare ſuemus. C.P.

Digitized by Google

vt conſuetudo, quæ etiam contra ius valet, vt dicit Roch. ibid. per tex. in cap. fin. de conſuet. Item limita, niſi eſſet ſtylus Sacri Conſilij: quoniam ille habet vim legis in Regno, vt dicit Afflict. deciſ. 135. num. 3. etiam ſi ſit contra ius commune (vt dicam latius infra in Rit. 160. 1. nota. ver.
24 limita tamen.) † Et quotieſcunque de ſtylo dubitari contingit, obſeruantia, vel ritu aliquo Curiæ: licet Ifern. in d. conſtit. ſi quis in poſterum, dicat, quòd alleganti incumbit onus probandi, per l. ei, qui, ff. de probat. tamen, vt inquit Bar. in l. 4. per illum tex. in fi. & ibi Alexand. in addit. ff. de teſt. poteſt iudex a ſeipſo interrogare tabelliones, & alios curiales, & pragmaticos, qui ſtylum poſſunt veriſimiliter ſcire, & idem Bald. in l. 1. in fi. C. vt quæ deſunt aduocatis, quam prac. valde commendat Boer. in ſæpius alleg. conſil. num. 17. dicens, ſe laudandum eſſe vti releuentur partes ab
25 onere probandi, † & ſumptibus, & expenſis indulgeant. Idem Alex. conſ. 82. viſo, col. 2. in fi. vol. 3. Dec. conſ. 655. col. pen. in fi. & conſ. 402. col. 5. in fi. Sebaſtia. Van. in tract. nulli. tit. de nulli. ſenten. ex defectu proceſſ. num. 86. ver. & no. & Silua nupt. lib. 3. in ver. eſt nubendum, nu. 32. Idque intelligas procedere, ſecundum Alex. poſt Bart. in d. l. 4. &
26 conſ. 14. viſo, vol. 5. † etiam parte non citata, quod ſi aliter faceret, & contra ſtylum ſententia expreſsè lata eſſet, ea quidem nulla eſſet, vt dicit Iaſ. in auth. iubemus, C. de iud. vbi, quod iudex faceret litem ſuam, Guid. Papa deciſ. 292. nu. 2. Caſſa. in procem. conſuet. Burgun. nu. 17. & Silua nup. in prox. citato loco. Nec obſtat dictum Iſer. in d. conſtit. quoniam id verum eſt in ſtylo, ritu, aut obſeruantia no no-
27 toria: † & eo quidem caſu, qui ipſum allegat, probare debet: hæc autem, quæ diximus in notorio ſtylo ſibi locum vendicant, vt Alex. ſentit poſt Bart. in d. l. 4. & licet in l. 1. col. 3. C. vt quæ deſunt aduoc. aliter voluiſſe videatur, tamen, vt dicit Caſſan. in d. authent. iubemus, in 2. nota. contrarium eſt verius, & probatur ex l. ei, qui, ff. de probat. quam Iſer. allegat 3. nota. in fi. ritus, ibi, omnes vero alios, &c. quod per hunc ritum aboleantur, & caſſantur omnes ritus, & obſeruantiæ præteritæ: ex quibus verbis videtur & illud dici poſſe, quod videantur etiam caſſari ritus, &
28 obſeruantiæ in poſterum introducendæ, † nam conſuetudine, aut lege præterita damnata, videtur & futura damnari, ſecundum gloſ. in c. 1. de conſtit. in 6. gloſ. in c. 1. in fi. de cler. non reſid. in 6. & in clem. 2. in gloſ. penult. de reb. eccleſiæ non alien. Innoc. in cap. ex parte, in gloſ. mag. de conſuet. Bar. Bald. Alexand. & Iaſ. in l. ſi mihi, & tibi, §. in legatis, ff. de leg. 1. & Bald. in l. 2. in 2. oppo. C. quæ ſit lon. conſuet. & licet gloſ. in clem. ſtatutum, in verſic. conſuetudine, de elect. aliter voluiſſe videatur, Bar. in l. 1. num. 23. verſ. non ob. C. de ſumm. Trin. Abb. in cap. fin. col. fin. de conſuet. & in c. 2. col. 4. verſ. 2. de probat. & conſil. 7. tria circa primum, col. pen. vol. 2. cum multis ſimil. quos citat
29 Tiraquell. in tract. retra. in præfatio. num. 17. † ea quidem ratione, quia cum lex vult damnare futuram conſuetudinem, id nuncupatim exprimit, vt patet ex l. 3. §. diuus, ff. de ſepul. viol. tamen, vt ex eodem Tiraquell. plenius eſt videre, prima opinio in iure verior tenetur, & communior: quod etiam dixit Caro. Ruin. conſil. 109. verſic. videtur, col. 3. nu. 31. volum. 4. & conſ. 31. viſo proceſſu, poſt princ. volum. 5. Quam tamen intelligas procedere, ſecundum eundem Tiraquell ibidem num. 19. poſt Bald. & Salyc. in l. dudum, C. de contrah. emptio. Bald. in authent. omnes peregrini, col. 2. verſic. not. quod quando Princeps, C. commun. de ſucceſſ. Aret. in l. 3. ff. de teſtament. & alios, quos ipſe citat: quotieſcunque ex aliqua cauſa iniqua, & irrationabili lex præterita damnatur, eaq; etiam adhuc in futura duraret, alias id aliter ſe haberet, & ea ceſſante, ſecunda opinio procederet. Quo fit, vt ſi quis mihi dixerit, nonne videmus multos ritus in hoc volumine inſertos aliter ſeruari, & in oppoſitum? reſpondeam, quòd cum non appareant ritus antiqui per hunc noſtrum caſſati, & propterea inſpici non poteſt ex qua cauſa fuerint aboliti, vt ſic poſſit ſibi locum vendicare prima opinio cum intelligentia proximè relata, tenendum ſit in hoc ritu, quod per hæc verba non prohibetur introduci alios ritus, & obſeruantias, etiam ritibus hic inſertis contrarias, vt iam ab experto communis pract. introduxit, vt omnibus practicantibus notum eſt.

¶ Quæro primo: in hoc ritu, nunquid ipſe cum alijs ritibus ſubſiſtant tanquam conditi, & promulgati à fœmina, quæ huius regni tunc tēporis erat Regina? Videtur primò
30 dicendum, quod non, † quia fœminæ nedum ab officijs publicis, & priuatis remouentur, ſed etiam à iudicādi poteſtate, adeo quod ad eas iuriſdictio transfire non poteſt, cum nec etiam magiſtratum gerere valeāt, l. cum prætor, §. fin. ff. de iudic. l. fœminæ, ff. de reg. iur. cap. tria, in princ. 3. q. 7. & c. mulierem. in fine, 33. q. 4. Cuius quidem prohibitionis ratio eſt, ſecūdum Abb. in c. dilecti, col. 2. de arbit. quia honeſtati non eſt viſum conuenire, quòd cœtui virorum ſe immiſceant, iuxta gloſ. l. 1. §. ſextum, ff. de poſtu. Item ſecundo: ſecundum Cagno. in d. l. fœminæ, nu. 3. quia eorum conſilia ſunt fragilia, & vota lubrica, vt etiam dicit Soc. inter conſil. Brun. conſ. 10. viſa quæſtione, col. 2. Cur. in tract. feu. 3. parte, q. 1. in princ. & Luc. de Penn. in l. pen. C. de profeſſo. & med. lib. 10. dicens, quòd ſi Regna regūt
31 vuluæ, gens tota proclamat. † Sunt enim a adeo fragiles,
a quod, vt inquit Ariſt. 1. Politic. earum conſilium inualidum eſt, &, vt idem ait 2. Politic. à mulieribus male regitur ciuitas, vt de eis latè ponit Silua nuptia lib. 1. §. non eſt nuben-
32 dum, nu. 9. & 167. † Tertio, quia inconſtantes ſunt, & volubiles, nulla enim mulier eſt, quæ nō ter mutetur in hora, & vt dicitur in c. forus, de verb. ſignif. varium, & mutabile ſemper fœmina. Bart. etiam in tract. reprob. teſtium, ad eorum inconſtantiam demonſtandam, col. 2. ver. item mulieres, adducit illos verſus, Fœmina fallere, falſaque dicere, quando carebit piſcaria piſcibus, mareq; fluctibus, tuncq; carebit. vt etiā de hoc latius ſcribit Silua nupt. ibid. nu. 18.
33 verſ. 7. † Quarto, quia fœminæ ſub ſecreto rem aliquam tenere non poſſunt. Et ideo Cato de tribus rebus pœnitentiam agebat: Primo, ſi quod arcanum mulieri tradidiſſet. Secundo, ſi per aquam traiecíſſet, quo poterat per terram pertranſire. Tertio, ſi aliquā diem per incuriam omiſiſſet, vt refert Plutarc. in eius vita. Iaſ. in l. 1. ff. ſi quis cautio. & Gramm. conſil. ciui. 1. nu. 3. Sed iſtis, & ſimilibus non obſtantibus, tenendum eſt, ipſos ritus, & alia quæcunque nedum ab iſta Regina Ioanna, ſed etiam ab omni alia, quę in poſterū regnaret ordinata, vel ordinanda ſeruari debere, (prout iam ab experto ſeruari videmus) adducta non obſtant quoquo modo, quoniam ea regulariter vera ſunt: limitantur tamen non procedere tribus modis. Primo, quotieſcunque iure hæreditario iuriſdictio fœminæ competeret, vt dicunt Ang. & Paul. de Caſt. in d. l. cum prætor, §. fin. ff. de iud. Alex. conſ. 1. nu. 24. & conſ. 24. nu. 12. vol. 1. Innoc.

ADDITIO.

a Sunt enim. Adde inſuper, quod fęminæ ſuapte natura infidæ reputari ſolent, iuxta illud Tibulli,

Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen,
Ah pereat didicit fallere ſi qua virum.

Vnde illud Ludouici Arioſti,

Non sò trouar cagione a' caſi miei,
Se non queſt'vna, che femina ſei.

Item & fraudulentæ, iuxta illud eiuſdem Tibulli,

Sed vobis facile eſt, verba & componere fraudes,
Hoc vnum didicit fęmina ſemper opus.

Præterea & leues, ac peccatrices, ſi formoſæ ſunt, iuxta illud eiuſdem,

Non quia peccaris teſtor te, ſed quia vulgo
Formoſis ſęuitas ſemper amica fuit.

Item iuxta Ouid.

Non ego ne pecces cum ſis formoſa require,
Sed ne ſit miſero ſcire neceſſe mihi.

Sed de mulieribus ſatis hæc dixiſſe ſit: videanturq; quę nos latius diximus in tractatu de commercijs magiſtratibus aut vetitis, aut permiſſis, c. 18. C. P.

Digitized by Google

Innoc. & Abb.in c.dilecti,de arbit. & Dec.conſ.32.nu.6. & Par.in tract.ſyndic.de offic.ſyndicatorum,§.dicitur autem,nu.7.in fi. vbi in ſpecie loquẽs de iſta Regina Ioanna, hoc idem firmat. Secundo,ſi ex priuilegio Principis habilitaretur ad illam,vt dicit Bartol.in d.l.fœminæ,ff.de reg. iur.gloſ.Bart.in l.1.num.10. C.de mulie.lib.10.vbi de hac Regina loquitur gl.in dicto c.dilecti,in ver.remotæ, & in l.Imperiales,in ver.dignitatem, C.de nupt. Tertio,vbi de conſuetudine contrarium ſeruaretur, vt probatur in præalleg.cap.dilecti, & not.per gl.fin.in c.cum deuotiſsima, 12.q.2.Bald.in l.fin.in princ. C.de arbit. Corn.conſ.16.in fin.vol.1.Alexan.conſ.24.col.3.vol.1.latius Curt.in tract. feud.fol.23.limita.8. vbi de Regno Siciliæ loquens, dicit in eo ex conſuetudine fœminas in feudis ſuccedere, maſculis deficientibus, & Dec. in d.l.fœminæ, ver.nam primo,nu.3.& Cagno. ibid.nu.3. ver.vnde ſtante,& patet ex inſcriptione,d.c.cum deuotiſsima, vbi apparet fœminam
a Regnũ obtinuiſſe. Hinc videmus de cõſuetudine ſeruari,a
34 † quod Reges habentes vxores, faciunt eas Vicarias,quo caſu,vt dicit Bart.in loco præalleg.nu.8.habẽt iuriſdictionem, quam habent viri, arg.l.oſſa.ff.de religio.& l.1.ff.de offic.eius. Et nedum de conſuetudine hoc faciunt Reges, ſed Principes,Duces,Comites,Marchiones, & omnes Barones, quando eos à ſtatu abeſſe contingit, vt quotidie vi-
b demus. b † Secundo quæro quid eſt quod hic dicitur, in
35 noſtris magnæ, & Vicariæ Curijs, loquendo in numero
* plurali? Breuiter,vt alias dixi in prag. * per excellentem, §.1.nu.9.de Senatuſc.Maced.tribunal Magnæ Curiæ,quod hodie eſt vnum,tẽpore iſtius Reginæ erat diuiſum iu duo, & vnum appellabatur Magna Curia,alterum Curia Vicariæ, quod quidẽ maioris dignitatis,& præeminentiæ erat, quàm illud, vt dicit Gramm.deciſ.34.nu.9. vbi quod torturam, quam non poteſt inferre hoc tribunal tãquam Magna Curia, poteſt tanquam Curia Vicariæ,quæ repræſentat perſonã Vicarij Generalis, ſeu Viceregis huius Regni, qui poteſt contra, & citra formam conſtit.& c.Regn. torturam dare, vt dicitur in c.Regni in accuſatis. Eboli die primo Martij. 1559. Proſper Carauita.

ADDITIONES.

a Seruari. Adde,quòd Renatus Rex,qui ab Alfonſo primo expulſus fuit, habuit Neapoli Vicariam Iſabellã eius vxorem,vt apparet ex prag. Iſabella, Dei gratia,&c. infra ſub titulo ritus, nu.289.fol.172.à ter. C.P.

b Videmus. Adde,quòd legimus etiam Iuſtinianum Imp. in legibus promulgandis, adhibuiſſe quandoque in conſilium, coniugem ſuam Theodoram, vt ipſemet teſtatur in §.his omnibus, aut.vt iud.ſine quoq.ſuffrag. C.P.

RITVS II.

Imò fortè primus, cùm ab hoc numerus rituum capi deberet.

IN primis, quia vbi ordo deeſt, firmum, rectumq; omnium rerum firmamentum, nihil ſuperædificari poteſt,neque enim vniuerſitas aliqua,vlla poteſt ratione ſuſtentari,niſi huiuſmodi magnus (cauſa differentiæ) ordo ſeruetur: quia non quæque creatura in vna, eademq; qualitate gubernari, vel viuere poteſt (vt cęleſtium militiarum exempla nos inſtruũt) quia ſunt Angeli, & ſunt Archangeli,licet non æquales ſint,ſed in poteſtate, & ordine differant alter ab altero: Sicque, vt in prædictis noſtris Magnæ, & Vicariæ Curijs,& qualibet ipſarum,certus, debituſq; numerus officialium dictæ Curiæ deducatur ad debitum numerum infraſcriptũ, videlicet, quòd Iudices debeant eſſe ad minus tres,treſq; alij Magiſtri actorum,ſex Subactuarij,duo Fiſcales, vnus Ærarius, a Aduocatus Fiſci, b & Procurator Fiſci,vnuſq; Aduocatus pauperum, & vnus ipſorũ Procurator, vnus Comeſtabulus, vnus Carcerarius, vnus Tubita, & vnus contumaciarum accuſator: & omnes debęant ſeruire perſonaliter, & non per ſubſtitutum, & quòd omnia dicta officia ſint ad beneplacitum Reginale. Cum verò hodie in dictis Curijs plures, vltra dictum numerum, exiſtant; volumus,quòd omnes prædicti exiſtẽtes præſentialiter officiales,in illorum exercitijs remaneãt, ita tamen quòd quilibet ipſorum vnum tantum officium perſonaliter exerceat: declarantes, ꝙ decedentibus, ſeu cedentibus ex eis,nullus alius poſſit in eorũ loco ſubrogari vſquequo perueniat ad ſupradictum numerum deſignatum; verum volumus, quod prædictis nunc exiſtentibus omnibus officialibus ſoluantur gagia rata ad rationem gagiorum ſoluẽdorum officialibus, iuxta ſupradictum numerum tantũmodo,& non vltra.

ADDITIONES.

a Ærarius. Adde,quod differt fiſcus ab ærario. Ærarium dixerũt pecuniam publicam,& Imperij,fiſcum verò pecuniam Imperatoris, quàm domanium dicimus, quod verbũ à fiſcis dictũ eſt.i.ſportulis, vt declarat Aſconius, his verbis,Sportæ,ſportulæ,ſportellę munerum ſunt receptacula. Sacci, ſacculi, ſaccelli crumenæ ex vellere, & ſcorteæ, & manticæ,& marſupia: fiſci,fiſcinæ, & fiſcillæ, ſportea ſunt vtenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiẽdas, vnde,quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ, quàm priuatæ, factum eſt,vt fiſcus pro pecunia publica,& inde cõfiſcare dicatur. Et poſt tempora Ciceronis fiſci nomen ad eam ſignificationem traducta eſt,qua nunc vtimur,ita Bud.in adnot.ad tit.ff.de offic.quæſtor.Vbi ex Plinio in panegyrico,Malam cauſſam fiſci nunquam eſſe ait,niſi ſub bono Principe, arg. l.non puto, ff.de iure fiſci. C. P.

b Aduocatus fiſci. Adde, quòd aduocatus fiſci fuit primum inſtitutus à Diuo Adriano Imp. vt ex eodem Aſconio teſtatur Budeus in dictis adnot.ad tit.de off.quæſtor. Aduocatus verò pauperum,à Carolo II.vt teſtis eſt And.ab Iſer. in conſtit.Regni,lege præſenti, ſub tit.de dand.aduoc.pupill.&c. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Ordo eſt omnium rerum fundamentum; & modus agendi; parium,ac diſparium rerum diſpoſitio: compoſitio rerum aptis, & accommodatis locis.*
2 *Ordo memoriæ lumen maximum affert:*
3 *Ordo in paradiſo ortus eſt,in omnibuſq; rebus ſeruãdus.*
4 *Ordo in Conſilijs,& reformationibus quis.*
5 *Ordo facti deſignat ordinem intellectus: Ordo intellectus verborum ordine percipitur.*
6 *Aduocatus actoris primo,deinde rei,proponere debet.*
7 *Ordo quis ſeruetur in votandis cauſis in Sacro Conſilio.*
8 *Habens maiorem dignitatem, in voce electionis præfertur.*
9 *Bonum conſiſtit in ordine.*
10 *Ordo vbi non eſt, ibi confuſio.*
11 *Ordo argumentum præbet libellis, & contractibus, & teſtamentis.*
12 *Ordine verborum in libello omiſſo, an, & qualis eſſe debeat,ex ordine intellectus præſumatur?*
13 *Vniuerſitas ordinis conſtitutione recte regitur.*
14 *Verba iſta,nulla ſit perſonarum acceptio, qualiter ſint intelligenda.*

Digitized by Google

15 *Aduocati fiſci Neapoli quando eſſe cœperunt: & in cuius perſona ſecundum initium ſumpſit.*
16 *Officiales omnes perſonaliter, an per ſubſtitutum ſeruire teneantur?*
17 *In officijs demandandis, an perſona induſtria electa videatur. Cum ſex limitationibus infra in nu. 20.*
18 *Prædicatio non poteſt alteri delegari, & quare.*
19 *Doctor per ſubſtitutum an legere poſſit?*
20 *Eccleſia parochialis perſonalem reſidentiam requirit.*
21 *Filius an, & quando cum patre vna, & eadem perſona cenſeatur?*
22 *Comeſtabuli officium, eiuſque ethymologia.*
23 *Comeſtabilis ſuperior eſt omnibus Ducibus, Comitibus, & Baronibus regni.*
24 *Beneplacitum regis morte ipſius non expirat: ſecus autem priuati.*
25 *Officialis ad beneplacitum, reputatur vt perpetuus.*
26 *Nunciatio noui operis non fit contra omnem officialem.*
27 *Officialis (durante officio) nullo modo contrahere poteſt.*
28 *Officialis (durante officio) non conuenitur.*
29 *Statutum ad minorem numerum officiales reducens, de electis, an de èligendis intelligendum ſit?*
30 *Officiales an vnum tantum officium exercere debeant? Cum ampliationibus, & limitationibus ſuis.*
31 *Princeps concedendo ſecundum officium, an videatur diſpenſaſſe, poſſe vtrumque ſimul retineri?*
32 *Ceſſante ratione impedimenti, ceſſat impedimentum.*
33 *Iudex, & notarius quis eſſe an poſſit?*
34 *Exercens duo officia cōra ritū, qua debeat pœna puniri.*

1 NOta primo in princ. iſtius ritus, † quòd ordo dicitur
firmum, & rectum fundamentum omnium rerum,
ſine quo nihil ſuperædificari poteſt, &, vt inquit Bald. in
tract. ſchiſma. col. 3. ordo eſt modus agendi, ſine quo nihil
agitur: adeo quòd ſi legitimum initium non habent ea, quæ
gerimus, inanem noſtrum actum efficiunt, l. quæcunque
gerimus, ff. de act. & oblig. & ſecundum Auguſt. 19. de ciu.
Dei, c. 14. eſt varium, diſpariumq; rerum ſua cuique loca
tribuens diſpoſitio, vt referendo dicit Luc. de Penn. in l. is
quidem, col. 2. C. qui milit. poſ. lib. 12. vel, vt dicit Cic. de
offic. ordo eſt compoſitio rerum aptis, & accommodatis
2 locis. † Et is eſt, qui ſecundum eundem de orato. memoriæ
a maximè lumen affert. *a* adeo quod, vt ipſe idem inquit in
partitionibus oratorijs, quicquid peccatur, perturbatione
3 peccetur rationis, atque ordinis. † Hic ordo eſt ille, qui, ſecundum Spec. in procem. §. cæterum, ortum habuit in Paradiſo, & ſecundum Bald. in l. Arethuſa, ff. de ſtat. hom. in
omnibus rebus ſeruari debet, quod etiam & Cic. viſum eſt,
dum in lib. offic. ait, Omnium quæ fiunt quæque dicuntur,
ordo, ac modus. & in lib. de legib. Mihi verò ordo iſte rerum placet. De hoc ordine loquitur tex. in l. 1. ff. de orig.
iur. in l. quoties, in princ. ff. de vſufr. & in l. generaliter, §.
quid ergo, ff. de fideicomm. liber. Bart. in l. 1. in princ. ff. ad
4 Velleia. † inquiens, quòd in conſilijs, & reformationibus
primò debet proponi, deinde fieri conſultatio, & poſtmodum reformatio. tex. in cap. in Chriſto Patre, de conſecrat.
5 diſt. 2. & Bal. in l. contractus, col. 2. C. de fide inſtrum. † vbi
quod ordo facti deſignat ordinem intellectus, Bal. in l. fin.
14. oppoſit. C. de hæred. inſt. in l. fideicommiſſa, C. de fideicom. & in l. cum quidam, C. de verb. ſignif. dum dicit, quòd
ex ordine verborum habetur ordo intellectus, tex. in c. cū
dilecta, vbi latè Fely. de reſcr. vbi quòd niſi ordo præfixus
à Papa ſeruetur, proceſſus eſt nullus, Bald in l. inteſtato, C.
de ſuis, & leg. vbi quod ordo legis ſeruari debet, Bal. in l.
6 qui prior, ff. de iudic. † dum inquit, quod inter aduocatos
prius debet proponere aduocatus actoris, & demum rei,
tex. in l. 1. iunctis not. per Bart. C. de cōſuet. lib. 12. & idem
in l. 2. §. prius, circa fin. ff. de vulg. & pupill. vbi quod in habentibus eundem gradum, officium, aut dignitatem, ordo
tēporis ſeruari debet, vt antiquior præferatur iuniori, licet
7 † in Sacro Cōſilio in cauſis votandis, Commiſſarius primo
cauſæ det votum, & demum alij incipiendo à iunioribus,
vt inquit Affl. dec. 1. in fina. verbis. Et patet ex regia prag.
Regis Ferdinandi primi, nuper renouata per Illuſtris Do-
* minum Ducem de Alcala, huius Regni Viceregem * prag.
1. incip. Etſi quam plura, §. poſt cauſæ relationem, §. concluſione, & §. non defuero, tit. de off. Sacr. Conſil. vbi latè,
pleneque de modo, & ordine votandi. De hoc ordine loquitur etiam tex. cum gloſ. in c. placuit, in verſ. proponi-
8 mus, 16. diſt. dicens, † quod qui maiorem authoritatem, &
dignitatem obtinent, debent alijs præferri in dādis vocibus
in electione, vt etiam firmat Bald. in c. 1. in verſic. prius, de
controuer. feu. apud par. & videtur ſenſiſſe Plat. in Timeo,
dum ait, non decere rem antiquiorem à poſtgenita Regi.
9 † Bonum enim (vt Auguſt. ait de natura Boni, quem Luc.
de Pen. citat in l. 2. circa princ. de prox. ſacr. ſcri.) conſiſtit
in ordine, quia ſcire quid facias, & neſcire quo ordine facias, non eſt perfectæ cognitionis, vt inquit Bald. (quem
nullibi non reperies) in procem. ff. in princ. & Iaſ. qui alia
quamplura refert in l. Gallus, §. idem credendum, 2. lect.
col. 2. ff. de lib. & poſthum. & vt dicit Lancellot. in l. nemo
poteſt, col. 5. ff. de leg. 1. qui inordinatè procedit, dicitur
10 ponere habenam in cauda. † adeo quod vbi non eſt ordo,
ibi dicitur eſſe confuſio, vt dicit tex. cum gl. in §. inordinatum verò, in auth. de hær. & falc. & Silu. nupt. lib. 1. §. non
11 eſt nubendum, nu. 9. Eſtque tanti momenti ordo, † quòd
ab ipſo poteſt argumentum ſumi in libellis, contractibus,
& teſtamentis: vt inquit Bal. in l. conuenticulā, C. de Epiſc.
& cler. Nicol. Euera in locis lega. loc. ab ordine, fol. 13. in
12 lib. meo, & Silu. nup. in loc. præalleg. nu. 227. † in tantum,
quod ſi in libello fuerit petitum, Titium cogi, & condemnari, omiſſo ordine verborum, capto argumento ab ordine
intellectus, præſumetur ordo talis, qualis eſſe debet, l. talē,
in princ. ff. de hæred. inſtit. & ſic vt videatur prius petitum
condemnari, quàm cogi, vt dicit Bal. in dicta l. conuenticulam. Bar. & Doct. in l. 2. §. prius, ff. de vulg. & pupill. & in l.
ſi cum nulla, ff. de re iudic. Et ſi in protocollo reperiuntur
duo inſtrumenta, alterum donationis factæ filio à patre, &
alterum poſt ſcriptum emancipationis, argumento ſumpto
ab ordine intellectus, ſemper præſumitur præcedere illud,
quod reddit actum validum, vt inquiūt Bal. Ang. & Imol.
in l. cum in teſtamento, §. fin. de hæred. inſtit. Alex. in d. l. 2.
§. prius, & in l. diuortio, in princ. 2. col. ff. ſol. matr. & Iaſ. in
l. fin. circa fin. C. de edict. diui Adria. tollen. vt de his latius
dico in tract. meo de ordine.
13 ¶ † Secundo not. ibi, neque vnitas aliqua, quod nulla
vniuerſitas poterat, nec poteſt alia meliori ratione ſuſtineri, aut regi, quam ordinis conſtitutionem, dum enim reuerentiam minores prioribus exhibent, & potiores minoribus dilectionem impendunt, concordia oritur, ex diuerſitate fit contextio, & officiorum omnium recte geritur
adminiſtratio, vt inquit tex. nota. in cap. adhuc. 89. diſtin.
vnde verba præſentis Ritus tranſlata fuerunt, & formaliter refert Boer. in tract. de auth. Magni Cōſ. nu. 36. verſ. neque enim vniuerſitas. Hinc ad propoſitum Paul. 2. Thim. 2.
dicit, quod in vna domo non ſolum ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed lignea, & fictilia. Et ideo, vt illi ciuitati in qua
hic ordo deeſt, & omnes volunt eſſe maiores, & æquales,
& ſi ab iſtis edoceri, non didicerunt, inſpiciant ſaltem
grues, quæ ordine literato incedunt vna poſt aliam, vt inquit tex. in cap. in apibus, 7. quæſt. 1. & refert Boer. in loco
præalleg. nu. 38.

¶ Tertio not. ibi, vt cœleſtiū militiarum, quod etiam in
cœlo adſunt ordines prælationis: vt patet in Angelis, &
Archan-

A D D I T I O.

a Affert. Adde, ꝙ ordo facit, vt dilucidius res intelligatur, l. 1. in princ. ff. de doli, mali, & met. except. l. 4. in princ. ff. de vſucap. ordo namque (vt ait Cicero) eſt, qui memoriæ maximè lumen adfert; nam ordinem ſic definiunt, compoſitionem rerum aptis, & accommodatis locis. C. P.

Digitized by Google

Archangelis, qui in ordine differũt, & poteſtate. † Et ſi di-
14 ces, nonne in Exod. c. 10. dicitur, Nulla erit diſtãtia perſonarum, ita paruum audies, vt magnum. & Deuter. c. 16. Nõ accipias perſonam, nec munera. Ex quibus patet, quod dum in hoc mundo hominum acceptionem fieri prohibet multo magis & in illo non recipitur, quod etiam Paul. Rom. 2. expreſsius confirmans, ait, Non eſt perſonarum acceptio apud Deum, & Coloſ. 3. Si perſonam hominis nõ accipit, non eſt perſonarum acceptor. Breuiter reſpondeo tibi cum Gloſſ. in dicto cap. ad hoc, quod iſta intelliguntur procedere, dum mundus durabit, hoc enim medio temporis exiſtente, homines præerunt hominibus, & dæmones dæmonibus, & Angeli Angelis: cum autem erit dies iudicij, Deus erit omnia in omnibus, & ceſſabit omnis poteſtas, & prælatio, licet non ordo, vel maioritas: aliquis enim maior erit altero, quia in domo Patris mei (vt veritas inquit) manſiones multæ ſunt, cap. in domo, de pœnit. diſtin. 3. & cum hac reſponſione gloſ. concordat Pau. Corin. c. 15. dicens, Cum euacuauerit omnem principatum, & poteſtatem. oportet illum regnare, donec ponat inimicos ſub pedibus eius. refert, & ſequitur Boer. in d. tract. de autho. Magn. Conſ. nu. 36.

¶ Quarto not. numerum determinatũ officialium Magnæ Curiæ. Hodie vero præ multitudine cauſarum quæ quotidie confluunt ad Mag. Cur. adſunt ſeptem Iudices, quatuor qui rerum criminalium cauſas, tres qui ciuilium proceſſus expediunt, & hi quidem (Dij boni) ſufficiunt omnibus peragẽdis, quo fit, vt cauſæ diutius protrahantur, & earum domini in hoſpitijs totius litis extimationem impendant. Actuariorum etiam tam criminalium, quam ciuilium, ac Scribarum auctus eſt numerus: nam per primam Regiam Pragm. incip. numerum magiſtrorum, ſub tit. de actuarijs, ordinantur octo actuarij, & ſexdecim ſubactuarij à R. M. vel eius Conſ. approbandi: Per ſeptimam Pragmat. Inuictiſsimi Caroli Quinti Imperatoris, incipien. item mandamus, eodem tit. confirmatur dictus numerus octo actuariorum criminalium, augetur tamen numerus ſcribarum, & ordinatur, quod quilibet ex ipſis actuarijs poſsit habere tres ſcribas, non plures, examinandos tamen per Regentem, & Iudices ipſius Magnæ Curiæ cum interuentu Aduocati fiſci, capta etiam informatione de eorum habilitate, moribus, & fama. Per Illuſtriſſ. Don Raimundum de Cardona huius Regni Viceregem in anno 1519. numerus dictorum ſcribarum fuit ampliatus vſque ad quatuor pro vnoquoque actuario criminali: ita quod etiam vltra eos, poſſet quilibet actuarius tenere duos alios iuuenes: vt patet ex nouiſsimis Pragm. editis per Illuſtriſs. Do-
* minum Ducẽ de Alcala huius Regni Viceregem * Prag. 21. incipien. item quod ipſi, §. item che detti magiſtri de atti fiſcali, & §. ſeq. & pragm. 29. incip. & ne ex multitudine, de offic. magiſ. iuſt. vbi dicta ordinatio eſt inſerta, & renouata, hoc addito, quod numerus ſcribarum ordinariorum poſsit aſcendere vſq; ad quinque pro quolibet actuario, notando tamen verbum ordinariorum, quia vltra ordinarios, vt ſupra approbandos, tenentur etiam alij ad libitum voluntatis, quos tamen non eſt opus examinari, & approbari, ijque omnes pluſquam neceſſarij ſunt ob cumulum negotiorum. Et quia diſtincti ſunt ciuiles à criminalibus, ſunt etiam in Magnæ Cur. hodie quatuordecim actuarij ciuiles, qui tamen litigant cum Regia Curia: prætendendo habere priuilegium, quod non poſsint eſſe plures treſdecim: & ſuper eo expectatur prouiſio R. M. Hi etiam actuarij ſuos habent ſcribas, plures, & pauciores (vt volunt) hoc tantum ſcio, quod ſunt multo plures criminalibus, & ſimul iuncti cum illis ſacri Regij Conſilij, & Regiæ Cameriæ Summariæ, credo quod numerum litigantium excedunt. Aduocatus fiſci huc vſque vnus fuit (vt hic dicitur) duo tamen procuratores, vnus in Regia Camera Summariæ, & alius in Magna Curia Vicariæ, ipſumque Aduocati fiſcalis officium, tam in cauſis Sacri Cõſilij, quam Regiæ Cameræ, & Magnæ curiæ, vſq; nunc, tam ſancte pro Dei, Regiæq; Maieſtatis ſeruitio exercuit Excellens D. Antonius de Orifice, quod in paucis annis poſtmodum, proximis præteritis annis aſſumptus fuit in Regium Con-
15 ſiliarium Sacri Regij Conſilij: † Ad præſens verò (annis ab hinc quatuor, ob cauſarum multitudinem) duo ſunt Aduocati fiſci, vnus qui cauſis criminalibus Sacri Conſilij, & Magnæ Curiæ vacat, alius cauſas Regiæ Cameræ Summariæ pro fiſco defendit, & is eſt Excellens Dominus Federicus Longus Iureconſultus peritiſsimus, in cuius perſona in ipſa Regia Camera initium ſumpſit officium Aduocati Fiſci.

16 ¶ † Quinto no. ibi perſonaliter, quod officiales omnes tenentur ſeruire perſonaliter, non per ſubſtitutum. Idem infr. tit. 7. in fi. & Ritu 309. Item, quod magiſtri actorum, vbi plus ſe extendit, quo ad actuarios: vt etiam ſi de poteſtate ſubſtituendi haberent priuilegium expeditum, & expediendum ſub quacunque forma non valeant per ſubſtitutum ſeruire. Adde c. Reg. item, quod prædicti officiales
* d. pragmat. numerum magiſtrorum, * prag. 1. in c prudentia rerum, tit. de adminiſtratorib. & quod perſonaliter ſeruiant. prag. 2. inc. prohibemus, d. offic. iudic. & prag. 2. inc. itẽ mandamus, eo. tit. de adminiſtratorib. quæ limita: præfata, niſi in priuilegijs expeditis ab ipſo Imperatore, vel confirmatis ſubſtituendi habeant facultatem. Ad idem habes conſt. Regni officia, quæ perſonis, & tex. pulcherrimũ in l. nullus, qui nexu, C. de decur. lib. 10. Ratio iſtius ritus, & iurium præfatorum eſt illa, quam ponit tex. in l. inter artifices, ff. de ſolut. vbi etiam no. Bar. quia cum inter homines longa ſit differentia ingenij, & naturæ doctrinæ, & in-
17 ſtitutionis † in officijs demãdatis regulariter, & in dubio
a videtur electa induſtria perſonæ. a Ad idem Inn. in c. qm̃ apoſtolica, nu. 2. de off. deleg. & Bal. in l. 1. §. ne autẽ, nu. 4.
18 C. de caduc. toll. † vbi quod prædicatio, cum requirat magnã induſtriam, & non minus moribus, quàm verbis prædicetur, ſanctitaſq; vitæ augeat prædicationis effectum, non poteſt alteri delegari. Hac eadem ratione moti Bar. in l. nemo, nu. 5. ver. induco, ff. de duob. reis, & Bal. in d. §. ne autẽ,
19 dicunt, † quòd Doctor non poteſt regulariter legere per ſubſtitutũ, ſuper hac etiam ratione fundatus eſt tex. in c. 1. de vaſal. mil. qui arma bell. depo. vbi, quod ſi feudatarius ingreditur monaſterium, feudum ad eccleſiam non tranſit, vt dicit etiã Fel. in c. in præſentia, nu. 46. verſ. fallit ſecũdo, ibi, & vt intelligas, de probat. inquiens, ꝙ quotieſcũque ex tenore inueſtituræ, aut ſeruitio præſtando apparet, ꝙ induſtria perſonæ eſt electa, procedit illud c. alias ſecus, quia feudum tranſiret ad monaſterium, & poſſet ſeruitium præſtare per ſubſtitutum, vt ipſe idẽ ait in c. quæ in eccleſiarũ, num. 73. verſ. tertio limita, de conſtit. poſt Innoc. in eodem c. in præſentia, Io. And. in ſpec. de ſta. mon. §. 1. verſ. 45. & glo. 1. in c. 1. §. ex hoc, de feud. fœm. vbi etiam Bald. Ex his etiam motus, non ſunt multi dies, dixi in quadam cauſa, ꝙ cum quidam Presbyter Ebolitanus renunciaſſet quandam eccle-

A D D I T I O.

a Perſonæ. Adde, hoc melius probari in l. honor, §. de honoribus, ff. de muner. & honorib. in primis conſideranda perſona eſt eius, cui defertur honor, ſiue muneris adminiſtratio, &c. & maximè, quia ad officia ij admittẽdi ſunt, qui ea voto adipiſcendi honoris crediderint expetenda, non eos, qui ſtudio exercendæ cupiditatis ambierint, vel vt in meliori fortuna poſiti, aut ea ſcelera, quæ prius commiſiſſe dicantur, occultent, aut alia deinde poſſint impunè committere, l. ad ſplendidioris, C. de diuer. offic. lib. 12. Legimus namque Iethrum, cognatum Moyſi, in electione iudicum, ita ei conſuluiſſe, Prouide tibi de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, vt legitur Exodi c. 18. Eligendi enim, imò alliciendi ad magiſtratus ſunt boni, & quorum vita melior ſit ipſo magiſtratu, mali verò à magiſtratibus repellendi, vt nos latiſsimè declarauimus, & quæ in magiſtratibus eligendis conſideranda ſunt, congeſſimus in tract. de magiſt. elig. & de ipſor. vita, mor. & admi. C. P.

Digitized by Google

eccleſiam parochialem venerabili Collegiatæ Eboli,retẽ-
tis fructibus ſua vita durante. & demum eſſet declaratus
apoſtata:ita ꝙ neceſſe erat redire ad monaſterium,ſeruitiũ
dictæ eccleſiæ,& fructus, vita durante,dicti apoſtatæ ſpe-
ctabant ad illum, cui de ipſa parochia Archieps Salernita-
20 nus,fecerat collationem, & non ad monaſterium. † Nam
cum eccleſia parochialis requirat reſidẽtiam perſonalem,
c.extirpandæ, §.quia verò,vbi not.per Imo.nu.6.de præb.
& dignita.non poteſt quis per ſubſtitutum deſeruire, d.§.
quia vero,& in c.quia nonnulli,de cler.non reſid.vbi etiã
per Imo. nu.2.qui & hanc rationem allegat,quia in his vi-
detur electa induſtria perſonæ. Nec potuiſſet ipſa colle-
giata prætendere vigore renuntiationis præfatæ eccleſiam
præfatam,eidem ex tunc ſpectare,tanquam presbyter ille
habeatur pro mortuo per ingreſſum religionis, quia vſuſ-
fructus quem ille ſibi reſeruauit, capitis diminutione non
finitur,l.fi.C.de vſufruct.vbi gl.in proprijs terminis dicit,
quod per ingreſſum religionis non finitur, & idem in
auth.ingreſsi,C.de ſacroſan.eccl. Concluſionem iſtius ri-
tus, & iurium præallegatorum limita primo, niſi aliter
actum appareret ex qualite perſonæ: vt dicit Bart. in d l.
inter artifices per l. continuus §. ſi ab eo, ff. de verb. obl.
Abb.& Fel.in c.1.nu.4. de ſumm. Trinit. Secundo limita,
niſi ex conſuetudine aliter ſeruaretur, vt dicit Bar. in d. l.
nemo,ff.de duob.reis,per l.quod ſi nolit, §.qui aſſidua,ff.
de ædil.edic.& l ſi prius,§.1.ff.de aqua plu.arc. Tertio li-
mita in caſu neceſsitatis, vt puta, abſentiæ neceſſariæ per
l.2.C.de offic.eius qui vicem alter. & l.1. ff. de offic.eius,
vbi firmat etiam Alex. col.23.vel infirmitatis, vt per eun-
dem Alex.in d.l.1.col.24.& eſt tex.in auth.de collat. §.ad
hoc prohibemus, Bal. in c.1. §. ſi quis deceſſerit,ſi de feu.
fue.controuer.inter dom.& ag. & in d.§. ne autem, nu.7.
Bal. in l.fi. ff. de excuſ.tut. arg.l.ſi potuerit, ff.de man.teſt.
Fel.in c.1.nu.4.verſ.hæc autem,de ſum.Trin.Ang.in auth.
vt cler.apud proprios Epiſ.& Par.in tract.Synd.§.Rex cõ-
ceſsit,nu.5.aut alterius legitimi impedimenti,de quo eiuſ-
dem officialis dicto ſtaretur, ſecundum eundem Alex. in
d.l.1.col.20.& conſ.32. vol.4. per gl.not. in c.paſtoralis,
de off.deleg.Quarto limita in his,quæ in dando conſiſtunt,
aut quæ per alium præſtari poſſunt,d.§. ne autem, l. Are-
thuſa,ff.de ſtat.hom.& l.fi.ff.de cond.inſtit.no.Bal.in eod.
§.ne autem,nu.3.Luc.de Pen.in d.l.nulles, in fi. C. de de-
cur.Affl.in c.1. §. mutus.3. nota. Epiſc. vel Abb. Quod ta-
men ſublimitatur non procedere quando id quod pręſtan-
dum eſſet,Regi dare deberet,vt dicit Bal.in d.c.1.& Affl.
ibidem 3.not.& in rubr.de conſtit.Regni officia,quæ per-
ſonis,per tex in l.ſi quis,C.de murileg.l.11.vbi de his,quę
in dando conſiſtunt,loquitur tex. ibi diuinas largitiones,
ſequitur Carba.ad Bal.in l.quiſquis, la 1. in litera B, circa
21 med.C.de Epiſc.& cler. † Quinto limita,ſecũdum Rom.
in l.j.ff. de in ius voc. quotieſcunq; filium ſubſtitueret per
tex.in l.ſciendum,§.legat. ff.de leg.j. Item quia filius cen-
ſetur eadem perſona cum patre,& vox patris vox filij: vt
per Soc.conſ.30.proſequendo ordinem, verſ. circa tertiã
q.prope med.cum verſ.ſeq.vol.1. Sed iſta limitatio in iure
non eſt vera,vt dicit Felyn.in c.quoniam apoſtolicam,§.is
autem.nu.5.de offic.deleg.eo,quia tex.ſuper quo Roman.
fundat ipſam,proceſsit vltra dicendo hoc, alioquin ſi lex
non expreſſiſſet ſecus diceretur per præfata. Nec obſtat,
quod dicitur,quod filius eſt eadem perſona cum patre,
quoniam id non ſemper verum eſt,ſecundum eum,& quã-
do procedit, ex fictione eſt,non ex veritate, merito electa
induſtria perſonæ,non eſt extenſio facienda ad aliam,quæ
in rei veritate non eſt,ſed fingitur, quæ opin. confirmatur
per tex.d.l.nullus,ibi per ſubſtitutam quacunq; perſonam,
& eſt ipſa veritas. Sexto limita, vbicunque officium con-
ceſſum eſt pro ſe,& hæredibus:ratio eſt,quia tunc non cẽ-
ſetur electa induſtria perſonæ,quæ ad heredes non tranſit,
l.cuius bonis,ff.de curat.furio.vt dicunt Cynus,& Bal.in l.
quiſquis la 1.nu.2. vbi etiam Bar. in litera B. C.de Epiſ.&
cler. Anch.in c.is cui,nu.2.de off.deleg.in 6. & Fel. in d.c.
quoniam apoſtolicam,nu.4.verſ.2.& in c. in præſentia,
nu.46.circa fi. de prob. vbicunque tamen dictum eſt poſſe
aliquem per ſubſtitutum ſeruire, intelligas ſemper dum-
modo concurrat æqualitas ſcientiæ, & peritiæ in ſubſtitu-
to,quæ eſt in ſubſtituente,vt dicit Bar.per illum tex.in l.1.
C.de præpo.agen.in reb.Fel.in d.c.1.de ſumma Trin.nu.4.
verſ.& aduerte, Bar.in d.l.nemo,& Anton. Corſet. ſingu-
lari ſuo in verſ. ſubſtitutus. Qualiter tamen actuarij ha-
beant ſe exercere poſtquam debent perſonaliter ſeruire
per hunc Rit.& an omnia teneantur per ſe facere, dicam
infra ritu 36.

22 ¶ † Sexto not.ibi vnus Comeſtabulus, quod in hoc Re-
gno non poteſt eſſe niſi vnus Comeſtabulus, antiquitus
erant plures Comeſtabuli: vt patet ex Luc.de Pen.in l.tam
collatores,col.7.in princ.C.de re mil. lib.12. verum vnus
omnibus pręerat, qui ex hoc magnus Comeſtabulus ap-
pellabatur, vt dicit excellens D. Marinus Frezza in tract.
de ſubfeu.lib.1.de off.magni Comeſtabuli nu.21.f.22. Of-
ficium iſtud eſt vnum de ſeptem officijs Regni, & dicitur
ſecundum poſt officium Magiſtri iuſtitiarij, quod eſt pri-
mum,ſecundum Affl.in conſt.Reg.fidelium, 4.nota. ſed vt
idem D. Marinus ait in loco præalleg. nu.1. veritas aliter
ſe habet, & Magnus Comeſtabulus omnibus præfertur(vt
omnium oculis patere inquit)in ſeſsionibus,& parlamen-
tis,idq; ex ratione, qua adducit nu.19. poſt Caſſ. in tract.
glo.mund. par.7. conſid.8.quia officium iſtud à Deo inſti-
tutum fertur poſt electionem Angelorum Michaeli Ar-
changelo commiſſam,vt habetur in Apoc.12. & in veteri
teſtamento Princeps militiæ appellabatur, qualis fuit Ho-
lofernes ſub Nabucdo Rege Aſſi. vt patet Iudith c.2. & in
alijs locis relatis per eum,de officio iſtius magni Comeſta
bilis,vt ex prædictis patet,& latius ex Domino Frez.ibid.
proprium, & peculiare dicitur eſſe præeſſe exercitui, &
23 cunctis legionibus in quas cum dependentibus † ſuperior
eſt omnibus Ducibus, Comitibus, & Baronibus, & ad ip-
ſum ſpectat prouidere de cuſtodia exercitus, excubijs, de
loco vbi caſtra ponet exercitus, & inſtruere acies equitũ,
ac peditum, inde dictus Comeſtabilis, quia comitiuæ ſta-
biles eſſe debent, & non debet eos relinquere, ſed corri-
gere, & docere, vt Luc.de Penna dicit in præalleg.l.col.7.
vel ſecundum eundem Dominum Frez loco ſuperius cita-
to,cum non debeat dici Comeſtabilis.ſed Coneſtabilis,ſeu
cuneſtabilis, ideo ſic dicitur, quaſi ſit cuneus ſtabilis, vel
caput cunei ſtabilis, hoc eſt conſtantis, & fortis,vt etiam
voluit S.Th.Aqui.de regim.princ.lib.4.c.fi. in fi. Quæ ex-
poſitio in eandem Luc. de Pen.recidit.

24 ¶ † Septimo not. ibi,& quod omnia, quod officiales in
hoc ritu nominati ſunt ad beneplacitum Reginale, in tan-
tum quod poſtquam mortua fuit iſta Regina, beneplaci-
tum Regium non expirauit, per c. ſi gratioſe, de reſcrip.
a in 6. a quia beneplacitum Regium non deſignat perſonam
ipſius Regis, ſed dignitatẽ Regiam, quæ ſemper durat,&
cum perſona decedente non extinguitur, vt in eod. c. de
Papa dicitur, & latè Dec.conſ.108. vol.1.Cap.plene dec.
136.nu.5. & per totam,ſicut econtrario beneplacitum cõ-
cedentis per eius mortem dicitur finiri, vt in iuribus alle-
gatis ad idem tex. l.4. ff.loc. l.ſi pater in prin. ff.de manu.
vind.& l.1.§.1.C.de man.& Card.Zaba.in clem.1. §.præ-
miſſa.de ſupp.neglig.pręlat. Hodie tamen aliter ſeruatur,
quam hic dicitur.Nam Iudices Magnæ Curiæ non ſunt ad
beneplacitum,ſed per biennium tantum. Comeſtabilis, &
25 actuarij non ſunt ad beneplacitum, ſed ad vitam, † licet
officialis ad beneplacitum reputetur, vt perpetuus, vt no.
Bar. in l.de pupillo, §.ſi quis ipſi pretori. num. 12. ver.3.
26 quarto,ff.de oper. noui nuntia.† vbi, quod licet nuntiatio
noui operis non poſsit fieri contra officialem temporalem
(offic.durante)& contra perpetuum ſic (vt ibi) tamen fieri
poteſt

ADDITIO.

a De reſcript.in 6. Adde,quòd magiſtratibus ad benepla-
citum cenſentur perpetui,non temporarij,vt per Guidon,
Papa q.195. C.P.

Digitized by Google

poteſt contra illum qui eſt ad beneplacitum, per dictam rationem, pro hoc allegat. l. iuris peritus, in fi. prin. vbi ipſe no. ff. de excuſ. tut. & l. ſufficit, ff. de cód. indeb. idem Boer. de auth. Mag. Conſ. nu. 154. fol. 196. hoc idem firmat Bald.
27 in l. quiſquis, C. ſi cer. petat. † vbi, quod licet officialis (officio durante) nō poſſit emere, nec vendere, aut aliter quoquo modo contrahere, nec per ſe, nec per interpoſitam perſonā (vt ibi dicitur) & l. eos, C. eod. tit. alias quod emitur efficitur fiſci. l. non licet, ff. de contrah. empt. vt etiam
a habetur, in c. Regn. Item ſtatuimus, quod iuſtitiarij, a tamē ſecus eſt in officiali perpetuo, vel ad beneplacitum, qui & perpetuus reputatur, vt etiam Io. Fab. in ead. l. quiſquis, ta-
28 tis pulchre notauit. Confirmatur, † quia licet officialis (durante officio) regulariter conueniri non poſſit, l. pars literarum, ff. de iud. no. per Bar. in l. 1. ff. ad l. Iuliam repet.
b & Cyn. in l. ſi præſes. C. de epiſ. audi. b tamen id ſecus eſt in perpetuo, aut officiali ad beneplacitum, vt inquit Par. de Put. in tract. ſynd. §. officialis durante, col. 2. fol. 120.
29 ¶ † Octauo not. ibi, tum vero, quod licet per hunc ritum numerus officialium hic nominatorum ſit diminutus, tamen talis diminutio intelligitur quo ad creandos in futurum: non autem quo ad creatos, concordat cum text. l. comperimus, iunctis not. per Bar. C. de proxim. ſacr. ſcri. libr. 12. vbi quod ſtatutum reducens officiales ad minorē numerum, non præiudicat electis tempore ſtatuti, vt etiam declarat pulchre Bald. conſ. 327. pridie enim conſului, col. 1. & 2. vol. 1. & Caſſ. in conſue. Burgun. ti. des iuſtices, rub. 1. nu. 105. licet quo ad ſalaria voluerit hic ritus præiudicare, vt in fi. ipſius dicitur.
30 ¶ † Nono no. ibi, ita tamen, quod officiales in hoc tex. numerati non poſſunt exercere, niſi vnum officium tantū, quod etiam confirmatur infra tit. 8. Item quod nullus, vbi generalius prohibetur omnibus officialibus ipſius curiæ. Et notanda ſunt verba illius ritus, quia dicunt in ipſa curia, ex quo id videtur poſſe inferri, quod vnum officium in vna curia, & aliud in alia non prohibetur per illum ritum. Sed dic quod prohibetur per text. in l. omnes omnino, vbi hoc not. Bar. & in l. duum virum, C. de decur. lib. 10. ad idem text. in l. fin. §. nec ſit conceſſum, C. de aſſeſſ. cum ſi. Et cum his ric. concordat d. l. fi. C. de aſſ. l. 1. §. non licet, ff. de collegi. illi. l. ille à quo, §. tempeſtiuum, ff. ad Trebell. l. quiſquis, C. de cohorta. l. his quidem, ver. in poſterum, C. qui milit. poſſ. l. 1. C. de munerib. non continu. l. hac parte, C. de prox. ſacr. ſcrin. & l. quiſquis, C. de poſt. cum ſimil. quæ ponit Guliel. Benedict. in c. Raynut. in ver. duas habens filias, nu. 63. de teſt. Ratio iſtorum rituum, & iurium eſt illa quam ponit tex. d. l. fi. quia non facile creditur duabus neceſſarijs rebus vnum poſſe ſufficere, ne dum ad vtrunque feſtinat, neutrum bene peragat, & ſic ſibi contingeret iuxta verſus quos ibi glo. allegat, qui binos lepores vna ſectabitur hora, vno quandoque, & quādoq; carebit vtroque, & vt Dominica vox teſtatur in Euang. Matth. c. 6. aut vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet, pro quo facit illud Eccleſiaſt. c. 3. Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſum, c. 11. fili ne in multis ſint tibi actus, & c. 29. qui conatur multa agere, incidet in iudicium. ¶ Amplia hanc cōcluſionem etiam ſi habenti vnum officium daretur aliud à Principe ex motu proprio, d. l. quiſquis, vbi no. Bart. C. de cohorta. & dicta lege his quidem, eo enim caſu poterit eligere vnum de duobus, & quod optauerit exercebit, vt text. d. l. his quidem formaliter dicit, & ibi Bart. refert, & ſequitur Fel. in c. ex literis, nu. 10. ver. fallit quarto, de probat. & videtur ad idem tex. in d. l. 1. §. non licet, nam, vt dicit Philip. Franc. in c. ſi is cum quo, 2. col. de fil. presbyter.
31 in 6. † Princeps concedendo ſecundum officium, non videtur diſpenſare, quòd retineat vtrunque ſimul. ¶ Secundo amplia nedum in iſtis profanis, & ſecularibus, verum etiam in ſpiritualibus, & eccleſiaſticis, c. de multa, extra de præbend. & in extrau. Ioan. Papæ, 22. incipien. execrabilis, vbi quod non poteſt, quis regulariter eodem tempore habere duo beneficia curata, quæ inuicem vnita non ſunt per rationem præallegatam, quia cum ſimul in duobus locis diſtinctis reſidere nō poſſit, per actum vnius impediretur adminiſtratio alterius: ad idem text. 21. q. 1. c. 1. late Abb. in c. quia nonnulli, nu. 4. & per totum de cler. non reſiden. & Gemin. in c. eum, qui beneficium, nu. 2. de præb. in 6. ¶ Limita primo non procedere, quando duo officia, vel dignitates eſſent ſine adminiſtratione, §. ideoque, vbi hoc not. Bal. C. de nou. cod. facien. & l. 1. C. de conſu. libr. 12.
32 his enim caſibus (licet Bald. non dicat) † ceſſat ratio impedimenti adminiſtrationis, & propterea ceſſabit etiam prohibitio, l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patron. l. quod dictum, ff. de pact. l. ita autem, ff. de adminiſtrat. tutor. & l. prima, §. hoc interdictum, ff. de fonte. Hoc tamen ſublimitat Bald. niſi ex vtroque perciperet ſalarium per d. l. his quidem, ibi, nec dignitatem liceat cuilibet alij cingulo cōiungere, intelligendo, ſecundum eum, illum tex. quòd loquatur in dignitate, & cingulo ſin. adminiſtratione, ex quo in verbis præcedentibus prohibuerat iam duas militias, quæ ſemper ſunt cum adminiſtratione, vt ſic addat aliquid caſui præcedenti: Mihi tamen videtur, quòd iſta Bald. ſublimitatio non ſit vera, eo quia ll. ſupra allegatæ, & Doct. omnes, qui de hac mat ria loquuntur, nullam vim faciunt, ſed ne verbum quidem ſuper perceptione duplicis ſalarij, ſed tantum ſuper impedimento exercitij, & adminiſtrationis, vt ſuperius dixi in ratione iſtorum rituum: vnde cum ratio prohibitionis ceſſat in habente duas dignitates ſine adminiſtratione, non video, quid faciat ad caſum, & prohibitionem ſalarij duplicis perceptio. Nec obſtat dict. l. his quidem, in verbis ſupra relatis, quoniam licet prohibuerat in ver. præceden. teneri duas militias, tamen quia militia de per ſe non eſt dignitas, vt dicit gloſſ. in l. vnic. & ibi etiā Luc. de Penn. C. de equeſt. dign. lib. 12. & probant verba rubricæ, C. qui milit. poſſun. ſi. ibi, vel dignitate militia, poterat dubitari nunquid vna militia, & dignitas teneri, coniungiq; poſſent, & ideo ille tex. voluit id expreſſe prohibendo dicere aliquid ad caſum præcedentem, dicere modo, quod ille text. qui de dignitate loquitur, debeat intelligi de dignitate ſine adminiſtratione, & ſimiliter de cingulo, ſeu militia abſque adminiſtratione, vt differat à verbis præcedentibus, videtur mira diuinatio ad eum, & rationem non habere, cum ex duabus dignitatibus abſque adminiſtratione impedimentū exercitij conſiderari non poſſit, merito tenendum (vt proximè dixi.)

¶ Secun-

ADDITIONES.

a Quod Iuſtitiarij. Vide ad hanc rem, quæ nos latiſſimè ſcripſimus in d. tract. De commer. magiſtratib. aut vetit. aut permiſſ. in quo ex 22. capitibus, in quibus omnia iura ab antiquiſsimis Romanorum inſtitutis vſque ad huius Regni conſtitutiones, ac pragmaticas, ad id ſpectantia, congeſſimus, legem formauimus cum 60. declarationibus, & ampliationibus, & quoniam ipſam ad multa hominum genera pertinere demonſtrauimus, cum decem generalibus legis rationibus, cumq; 60. limitationibus, pœniſq; tandem contrafacientium ſingillatim enumeratis. C. P.

b Epiſcopali audientia. Adde quod durante adminiſtratione etiam furti reus poſtulari poteſt quicunq; data pecunia magiſtratum emerit, ita vt non ſolum ipſe bonorum publicationem, & exilium, & corpori adhibita tormenta, ac ſupplicia ſubſtineat, ſed etiam qui ab ipſo ſuſceperit ingentibus malis inuoluatur, §. cæterum ſi quis, conſtit. 8. tit. vt præſid. abſq; vlla dat. pecun. & c. ſecundum trāslationē Haloandri, alias §. proinde aut. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. & c. qua conſtit. Iuſtin. Imp. ſumma cum diligentia prohibuit vendi officia habentia iuſtitię adminiſtrationem: quod ſimiliter poſtea in hoc Regno prohibuit conſtit. Regni Magiſtri Camerarij, ſub tit. de præſtan. Sacram. à baiul. clamans indignum fore, vt ſacratiſſimum quiſquā iuſtitiæ miniſterium pretij venalitate mercetur: quod latè nos proſecuti fuimus d. tract. de commer. magiſt. aut vetit. aut permiſſ. nec non, & in alio trac. ad l. Iul. repet. C. P.

¶ Secundo limita,ſecundum eundem Bal.in d.§.ideo,
quotieſcunq; vnum officium eſſet cum adminiſtratione,
aliud vero ſine adminiſtratione,ſed cum dignitate tantũ,
& hoc per eandemmet rationem , quam in proxi. limita.
allegaui.

¶ Tertio limita vbicunque bina officia eſſent compa-
tibilia, vel tenderent ad idem , ñec per adminiſtrationem
vnius impediretur exercitium alterius,l.ſi conſul. ff. de
adoptio.& l.penul. ff.de offic. aſſeſſ.l.iubemus, §.ſane, C.
de ſacroſan.eccl.not.per Bar.in l.1.nu.18.verſ. quæro, an
aliquis,ibi ſi vero quæris,ff.de colleg. illi. & in d.l.ſi con-
ſul.nu.1.idem Bar.in l.comperimus, nu.2.C.de proxi.ſa-
cro. ſcri. lib. 12. Par.in tract.ſynd.in litera O,§.officium,
num. 3. fol. 221. & Bald.in præallegato §. ideoque,vbi
& hanc etiam limitat. ſublimitat , vt primam, circa quod
* tene idem,quod ibi diximus . * Sublimita tamen iſtam li-
mita.niſi vellet quis habere tria officia, licet inter ſe com-
patibilia , etiam ſi ad ea per ſuperiorem habilitaretur ex
cauſa,vt dicit Bar.in l.fi.per illum tex.C.de exacto.& ex-
cuſ.lib.12.refert,& ſequitur Fely.in cap. ex literis, nu.10.
verſ.fallit quarto,de probat. quod ego etiam ſequor, &
firmat Nepoſ.à Mon.alba.in libello fugitiuo de exceptio-
nibus contra iudices, nu. 10. & quòd dicitur de habilita-
tione ſuperioris, etiam ex cauſa, intellige de alio ſuperio-
re,quàm Principe,& vt proprie loquitur d.l.fi. alioqui id
falſum eſſet,vt ex ſequen.limit.patebit.

¶ Quarto limita , niſi à ll. vel Principe permitteretur,
d.l.his quidem , in fin.ver. excipiendis, C.qui mili.poſſu.
& Bald. in d.§.ideoque.

¶ Quinto limita , niſi illa duo officia eſſent alias vnita,
& coniuncta, vt in præalleg.l.his quidem,in princ. & fin.
& in auth.vt iud.ſine quoquo ſuffr. §. illud.

¶ Sexto limita in extraiudicialibus , aut in iudicialibus
voluntariæ tamen iuriſdictionis , ſi tamen non habeant
impedimentum iuris,vel facti, vt dicit Barto. (vbi exem-
plificat in multis quęſtionibus) in dict. l. ſi conſul. in 2.
oppo. & ibi etiam Bald.Abb.& Felyn. in ſæpius allegato
cap. ex literis , num. 10.verſ. ſecunda concluſio , de pro-
bat. vbi quod emancipatio poteſt fieri per patrem co-
ram filio officiali, vel coram ſeipſo ſimiliter officiali, de
quo etiam per Roman. conſil. 25. Pariſ. in tracta. ſynd.
in littera L. verſicu. quæro de quæſtio. facti fol. 182. &
latius per me in prag.filiorumfami.§.12.nu.28.ſicut in ſi-
mili inſinuatio donationis excedentis ſummam quingen-
torum aureorum,iuxt.l.ſancimus, C. de dona.poteſt etiã
fieri coram ipſomet donante officiali , vt inquit Bar.in d.
l.ſi conſul.nu 3.Imol.in l.Aquilius regulus, ff. de dona.&
Alex.conſi.156.num.7.vol.2.& pro hac limita.quoad ex-
traiudicialia faciunt,quæ not. Benedictus de Plumbi.in l.
ſtatu liber.§.ſi filius,ff.de ſtatu libe.quem refert, & ſequi-
tur Fely.in d.c.ex literis, quod bannitus , qui per tertiam
perſonam efficitur hæres occiſi, poteſt ſibi ipſi offenſam
remittere. Sublimita tamen hanc limitationem quatuor
modis relatis per Fely.in loco præallegato , num.10.verſ.
modo aduerte.

¶ Sexto limita ſecundum aliquos in his , quæ modici
eſſent præiudicij,per ea,quæ dicit Bar.in l.iubemus, §.ſa-
nè,nu.15.verſ.item præfata intelligo, C.de ſacroſan.eccl.
Fely. in c.quoniam contra,q.8.nu. 54. de probat. & Mat-
33 theſi.ſing.1. † vbi quod licet iudex , & notarius quis eſſe
non poſſit, c.quoniam contra præalleg.not.Inn.in c.cum
à nobis,extra de teſti.Her.in tit.quæ ſint rega. in verſ.po-
teſtas conſtituendorum,nu.69.& Luc.de Penn.in l.1.col.
1.& in l.hac parte,col.1.de proxi.ſacro.ſcri.lib.12. tamen
illud fallit in cauſis breuioribus , quæ ſine ſcriptis agitari
poſſent,ſed iſta limitatio non procedit,eo,quia in hoc ca-
ſu concurrunt duæ rationes;vna,quia tractatur de modi-
co præiudicio ; alia , quia ipſa duo officia tenderent ad
idem , iuxta 3.limitationem , quam ſupra poſui, vt dicit
Barto.in d.l.comperimus,C.de proxim. ſacr. ſcri.vnde
velle modo extendere , quòd duo officia circa diuerſa
poſſent exerceri in modicis per dictas doctrinas , non
eſſet ſatis tutum,merito non eſt tenenda.

¶ Octauo limita regulam non procedere , quando
vtrunque officium non concurreret eodem tempore in
exercitio,& adminiſtratione , ſed vnum ipſorũ eſſet exer-
cendum certo tempore, quo exercitium alterius eſſet ex-
tinctum , vt voluit pulchrè Dec. (vbi in id tradit exem
plum) conſi.40.nu.2.vol.1.ratio eſt, quia ſufficit habilitas
tempore quo officium exercetur, vt dicit glo.in clem. vt
hi,qui,in verſ.conſtitutis,vbi Anton. de Butr. & Imol.de
ætat.& qualit.facit tex.in c.ei cui,de pręb.in 6.& §.furio-
ſus,& ea,quæ ibi not. Ioan.de Pla. & Aret.inſtitutio. qui
dari tutor. poſ. quod maxime in terminis iſtorum Rituũ
procedit,quia exercitium duorum officiorum prohibent,
& non impetrationem .

34 ¶ † Quæro , quid ſi quis contra hos ritus exerceat duo
officia diuerſa? hic nihil dicitur de hoc,ſed tu vide tex.&
ibi Bar.in d.l.quiſquis,C.de cohorta.lib.12. vbi quod de-
bet carere ſecundo officio,quod exercuit,eiuſq; effectu,&
etiam priuari ſtipendijs,& priuilegio primi , quod etiam
ſequutus eſt Roman.ſing.393.ſi ſtatutum, quod tamen
intelligendum eſt , niſi fuerit diſpenſatum contra hos Ri-
tus,et dicit idem Bart. in l.fin.C.de execu. & exacto. lib.
12.& Nico. Piguo.poſt Rom.in d.ſing. Eboli die 4.Mar-
tij.1559. Proſper Carauita.

RITVS III.

ITem , quod omnes officiales Curiæ prædictæ
teneantur in ſecreto ſecreta ipſius Curiæ te-
a nere, a & nemini pandere : & quod quando
aliquis bannitur , & condemnatur in ipſa
Curia , & Locumtenens vellet aliquem capi
de perſona facere, nemini debeant notificare,
& notificari facere per ſe, ſeu per interpoſitam
perſonam.

ADDITIO.

a Tenere. Vide Luc. de Penn. in rubr.de ſilent. C.lib.
12. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, aut , diuerſatiuè ponitur , propriè, & impropriè aliquando.*

2 *Officiales omnes Curiæ ſecreta nemini per ſe , nec per alium pandere debent .*

3 *Mors,& vita in manibus linguæ.*

4 *Sacerdos ſacramentalem confeſſionem reuelare an poſſit,cum ampliationibus, & limitationibus.*

5 *Sciri quomodo aliquid dicatur in confeſſione .*

6 *Teſtis depoſitionem ſuam reuelans,punitur.*

7 *Vaſſallus domini ſecretum reuelans , tanquam periurus punietur .*

8 *Antiani,Syndici,& Electi alicuius Ciuitatis reuelantes illius ſecreta,an,& quando,& qua pœna puniantur?*

9 *Quilibet habens alterius ſecretum ſibi communicatum, an reuelare poſſit ?*

10 *Amicus animi cuſtos dicitur.*

11 *Officiales cum licentia,& mandato ſuperioris. Et ſacerdotes cum licentia confitentis,quando ſecreta reuelare poſſint .*

12 *Iurans non reuelare ſecretum ; aſſumptus in teſtem,an poſſit reuelare,& periurus non dicatur. Et quid quando non reuelare ſecretum intereſt Reipublicæ.*

13 *Iuramentum de tenendo ſecreto , non ſe extendit ad illicita.*

Digitized by Google

14 *Secretum reuelari licitum, cui ſit reuelandum.*
15 *Secretum quid ſit, & quot modis dicatur.*
16 *Reuelans Curiæ ſecreta, qua plectendus pœna, ſi priuatus erit, qua ne ſi officialis Regis, ſiue Baronis.*

CIrca hunc Rit. aduerte, quia litera aliorum rituum hucuſque impreſſorum dicit, aut locumtenens, quæ
1 litera mihi non placet, † quia cum illa dictio, aut, ponatur diuerſatiuè, vt probat tex. in l. quia abſente, & l. eligendi, C. de procu. ſequeretur ex hoc ritu, ꝙ officiales nõ poſſent reuelare, quando aliquis bannitur, & condemnatur, quod quidem videtur ſatis abſonum; quia, cum homines condemnantur, & banniuntur, fit, Curia ſedente, vbi adeſt multitudo hominum, & propterea reuelaretur id, quod omnibus eſt notum, & per hunc ritum eſſet pœna; & propterea ego cogitando, quod ritus ſit deprauatus: poſui dictionem &, quia per eam euitatur abſurdum, ſi rectè inſpexeris. Si quis tamen vellet Ritum ſuſtinere cũ dictione, aut poſſet dicere, quod hic non ſtat propriè, ſed impropriè (pro & vt, alias in iure in capitur) vt patet ex lege eius, qui in prouincia, in princ. ff. ſi cert. pet. & nota. per Cyn. in l cum quidam, & plenius per Alberic. ibid. C.
2 de verb. ſignif. ¶ † Not. ex hoc Ritu, quod officiales Magnæ Curiæ tenentur credentias, ſiue ſecreta ipſius Curiæ in ſecreto tenere, nemini reuelando, per ſe, nec per interpoſitam perſonã, & hoc eſt vnum de decem, & ſeptem requiſitis, quæ Regij Conſiliarij tenentur obſeruare, vt dicit Afflict. in conſtit. Regn. vt vniuerſis. num. 51. & 57. vbi ea omnia ſatis nota explicat. Cum hoc Ritu concordat prag. 4. incip. cum vero, de offic. iudic. quæ generalius loquitur, tam in Conſiliarijs Regijs, quam in alijs quibuſcunq; officialibus, quod conſilia, & negotia in tribunalibus agitata, & diſcuſſa nemini habeant declarare, nec eorum vota alicui pandere, tàm ante, quàm poſt ſententiam; & ad hoc ex obligatione tenentur officiales per hunc ritum, & pragm. allegat. vt habes etiam pulchrè per Boer. de author. Mag. Conſi. nu. 155. vbi cõtra officiales reuelãtes valde inuehit. Conuenit tamen eis, vt ſint alio modo ſecreti, ſcilicet, vt ea, quæ non ſunt loquenda, non loquãtur, iuxta illud Cato. Virtutem primam eſſe puto compeſcere linguam, item alterius dicti, Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe loquutum, quod alijs verbis dicitur à Xenocrat. quem Valer. Max. atteſtatur lib. 7. de ſap. dict. & fact. loqui me pœnituit, tacuiſſe nunquam, & habetur 6. q. 1. c. ex merito, & 93. diſt. cap. ſi Rector. Hinc Prouer. c. 20. dicitur, in multiloquio peccatum non deerit, qui autẽ moderatur labia ſua prudentiſſimus eſt, d. cap. 10. propter peccata labiorum ruina proximat mala, & ibid. qui moderatur ſermones ſuos, doctus, & prudens eſt, & pretioſi ſpiritus vir eruditus, † mors enim & vita in manibus linguæ,
3 c. 12. & 21. qui cuſtodit os ſuum, & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtijs animam ſuam. Eccleſ cap. 20. multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſicut illi interierunt per linguam ſuam, iugum enim linguæ ferreum eſt, & vinculum illius vinculum æreum, & ibid. c. 32. adoleſcens loquere in cauſa tua vix cũ neceſſe fuerit, ſi bis interrogatus fueris.
4 ¶ † Ampliã hunc ritum prohibentem reuelari ſecreta, nedum in officialibus, verum etiam in Sacerdotibus, qui ſimiliter confeſſionem ſacramentalem reuelare nõ debent, c. ſi Sacerdos, de off. ord. c. omnis vtriuſq;, in fi. de pœnit. & remiſſ. vbi etiam Inn. col. 3. in glo. procedat. c. ſacerdos, de pœn. diſt. 6. c. ſi. 3. q. 7. in prin. iuncta gl. & non publicare, & c. ſi. 6. q. 3. Et hoc etiam ſi Sacerdos eſſet aſſumptus in teſtem, ſecundum Innoc. in c. qualiter, & quando, in fi. de accuſ. & Imo. in d. c. ſi ſacerdos, 1. not. eo, quia, quod ipſe ſcit ex confeſſione ſacramentali dicitur ſcire vt Deus, nõ vt homo, & ideo tanquam homo reputatur neſcire, idque adeo verum eſt, ꝙ ſi reuelaret in iudicio, vltra quod puniretur pœna d. c. ſi ſacerdos, eius reuelatio non faceret fidẽ ſecundum Bald. & Paul. de Caſtr. in l. archigerontes. C. de epiſc. aud. niſi in caſu matrimonij, de quo per glo. in c. tua nos, extra de ſponſa. quam ſingul. dicit Rom. in l. ſi nõ ſpe- ciali, C. de teſtam. * Aduerte † tamen, quia tunc dicitur
5 ſciri aliquid in confeſſione, cùm cõfeſſio fuerit pro ſalute animæ, & ſic ſacramentalis, vt dictum eſt, alias ſi quis alicui amico, ſiue Sacerdoti, ſiue laico dicat aliquid, & poſtea ſubiungat, hoc dico tibi in confeſſione, non dicetur verè ſciri in confeſſione, vt dicit Abb. in c. qualiter, Io. 1. in fi. de accuſat. poſt Inn. quem allegat, & idem Card. conſ. 38. ſed an poſſit eo caſu propterea reuelare, vide quæ dicam
6 in 5. ampliat. ¶ † Secundo amplia etiam in teſte, is enim cum in ſecreto deponat. l. nullum. C. de teſtib. non debet eius depoſitionem reuelare, alias punitur l. qui falſa. ff. de teſtib. Par. in tract. ſyndi. de exceſſibus conſiliariorum, nu. 2. in §. excedunt conſiliarij fol. 18. & not. Iſer. in c. 1. nu. 5.
7 quib. mod. feud. amitt. in 2. rubr. ¶ † Tertio amplia etiam in vaſſallo, qui ſi ſecretum ſibi à domino cõmunicatum, ſcienter animo damnificandi dominum, reuelauerit, punietur tanquam periurus; quia contra formam iuramenti reuelauit, de quo in c. 1. de noua for. fide. & feudo priuabitur, d. c. 1. quib. mod. feu. amitt. vbi etiam bona gl. & Iſer.
8 nu. 1. & per tot. ¶ † Quarto amplia in Antianis, ſiue Syndicis, & Electis deputatis ad regimen Ciuitatis: nam ſi iurauerint tenere ſecreto aliquod ſecretum communitatis, & demum reuelauerint, priuatione officij puniuntur, vt dicit Bal. in tit. de pace conſtan. §. in Chriſti nomine, in ver. credentias, mouetur eadem ratione, qua vaſſallus priuatur feudo. Et etiam per præfata puniuntur, vt periuri. Et adde, quod Syndicus, & Electi, etiam ſi non iuraſſent tenere ſecreto, adhuc ab officio remouẽdi eſſent, ſi ſecreta cõmunitatis reuelarent, ad ſimilitudinẽ vaſſalli, qui propterea priuatur feudo: non enim cenſendi ſunt digni illi officium vniuerſitatis exercere, qui in ipſam vniuerſitatẽ commiſerunt, iuxta illud fruſtra legis auxilium implorat, qui in legem committit. l. auxilium. ff. de min. itẽ quia officialis nõ poteſt exercere officium, in quo ſemel deliquit, vt dicit tex. not. in l. ſi aliquid, vbi & Bar. & Luc. de Penn. C. de ſuſcepto. & arca. lib. 10. Glo. not. in Authen. de armis, in fin. bonus tex. in cap. non poteſt. 2 quæſt. 7. facit tex. in l. 1. C. ſi quacunque prædi. poteſ. & in l. iudices. C. de dignit. lib. 12. & firmat pulchrè Pariſ. in tract. ſynd.
9 in verb. officialis. num. 4. verſ. non poteſt. ¶ † Quinto amplia in quocunq; homine ſciente ſecretum alicuius ſibi ab eo cõmunicatum, & reuelante, licet expreſsè ſibi non promiſerit tenere ſecreto, vt dicit Iſer. in d. c. 1. verſ. & quilibet, qu. 2. quem ibi Afflic. ſequitur, ver. ſed iuxta hoc, nu. 5. eo. n. ipſo, ꝙ ſibi fuit dictum aliquod, tãquam ſecretum, qui erat in poteſtate ſua dicere, nõ mihi dicas in ſecreto, quia non tenebo ſecretum: videtur illud audiuiſſe, & recepiſſe eo modo, quo ſibi dictum fuit, iuxt. l. 1. §. ſi. ff. naut. caupon. ſtabul. & l. ſi ego. §. dotis. ff. de iur. dot. Itẽ quia ſicut depoſitarius tenetur cuſtodire depoſitum corporale ſibi factum. l. 1. ff. depoſiti, eodẽ modo & depoſitarius incorporalis depoſiti. i. ſecreti, ſicut enim depoſitarius eſt
10 cuſtos rei. d. l. 1. † eodem modo & amicus eſt cuſtos ani-
a mi, ſecundum Cicer. a cùm ergo animum non cuſtodiat, non amicus, ſed proditor dicitur, vt latius Iſern. dicit in præall. cap. & Affl. poſt ipſum. ¶ Sexto amplia hunc ritum loquen-

ADDITIO.

a Secundum Ciceronem. Adde, quòd Solitudo, (vt idem inquit Cicero lib. 1. de finib. bonor. & malor.) & vita ſine amicis, inſidiarum, & metus plena eſt. Ratioque ipſa monet amicitias comparare, quibus partis confirmatur animus, & à ſpe pariendarum voluptatum ſeiungi non poteſt, atque vt odia, inuidiæ, deſpicationes aduerſantur voluptatibus, ſic amicitiæ nõ modo fautrices fideliſſimę, ſed etiam effectrices ſunt voluptatum, tam amicis, quam ſibi, prout hæc, & alia ibi latius proſequitur. Noſque latiſſimè ex veterib. amicis, hoc eſt ex libris noſtris, plura collegimus, multaq;, & inſignia amicorum paria retulimus in tract. de amicitia. C.P.

Digitized by Google

loquentem in officialibus Magnæ Curiæ,& etiam dictam nouel.prag.quæ in Conſiliarijs,& Officialibus Regijs tātum loqui videtur,vt procedant etiam in Officialibus Baronum,tum ex ijs,quæ ſupra diximus in t.ritu, ꝙ omnes iſti ritus debent obſeruari etiam in alijs Curijs inferioribus omniū Prouinciarum,cùm ēt ex ijs, quæ proximè dicta ſunt in quinta ampliar.

11 ¶ † Limita primo, hunc ritum,& pragmat.allegatam; quotieſcunque cum licentia ſuperioris reuelarentur ſecreta,tunc enim officiales non tenerentur, vt dicit Bald. in cap.1.in fin.de no. for. fide. & Afflict. in cap. 1. q. fin. nu.23.quib.mod.feud.amitt.in 2. rub. & multo magis cū mandato,vt dicit Cagn.in l.ſi quis maior,num.171. C.de tran.ſicut in ſimil. dicitur de Sacerdote,qui poteſt de licētia confitentis reuelare,quæ ſibi dixit in confeſſione, vt dicit Ioan.And.in cap.conſanguinei,de re iud.Abb.& Fel. in cap.Matthæus,de ſimo.idem Fely.in cap.1.num.3.de excep.& Firmia.in tract. epiſ. lib.4.tit.2.par. vlt.in princ. col.6. licet aliqui ſecundum Fely.in d.cap.Matthæus,in prin.aliter tenuerint.

12 ¶ † Secundo limita, niſi ex iuſta cauſa reuelarent, vt quia aſſumpti eſſent in teſtes,vt dicit Inn.in c.qualiter,& quando,in fi.de accuſatio.& Bal.in ſua marg.in ver.teſtis, col.9. Hyppol.ſing.424.accipe plus dicēs,ibid.Inn. ꝙ etiā ſi quis iuraſſet aliquod non reuelare, adhuc poteſt id facere,ſi vt teſtis fuerit requiſitus, cùm tāquam teſtis omni iure teneatur dicere veritatem, & illud iuramētum intelligitur,ſcilicet,ſine iuſta cauſa,arg.c.ad noſtrā, de iureiur. tanto magis,quia non videtur de hoc caſu fuiſſe cogitatū, & dato,quod etiam de eo cogitatū fuiſſet, malè iuraſſet, & propterea adhuc veritatem,vt teſtis dicere tenetur.

¶ Tertio limita,(& hæc limitatio videtur accedere præcedēti) quotieſcunq; teuere ſecreto aliquid tenderet cōtra Rempublicam, tunc enim, etiam ſi iuraſſet,non eſſet in periurio,& pœna reuelando,quia ſi non reuelaret, eſſet peccatum,& iuramentum tenderet in diſpendium ſuę ſalutis,quod eſſe non debet,c.quemadmodum,de iureiur. ita limitat nota.Bal.in l.fi.in 3 lect.nu.2.ff.qui ſatiſd.cog. & Par.in tract.ſyndi.de exceſſib. conſiliariorum. §. excedunt conſiliarij.num.3. fol.18.vbi illud alijs comprobat.

13 ¶ † Limita etiā & quarto,quando ſecreta,quæ fuerunt tractata eſſent illicita,eodem enim caſu, etiam ſi iuraſſet, tenere ſecreta, non intelligitur de illicitis: ſecundum glo. in c.ego.N in ver.nulli pandam,de iureiur. & facit, quod dicitur in ſimili de iudice, qui in ingreſſu officij iurat ſeruare ſtatuta; nam intelligitur de licitis. cap. 1. de iureiuran.in 6. gloſſ. l. nemo. §.ſi iuſſa. ff. de regu. iur. & cap. nerui.13.diſt.Abb.& Fely.in d.c.ego, & Rom.ſingu. 512. iurat. * ¶ † Quamuis autem eo caſu non teneatur ad ob-

14 ſeruantiam iuramenti,& proinde poſſit reuelare ſecretū, intellige,quòd non reuelet omnibus,ſed ei tātum,cui poteſt prodeſſe,& non obeſſe,vt dicit Glo. in d.c.ego,& facit ad idem tex.cum Glo.in d.c.nerui,in verſ.contagione.

15 ¶ † Quæro primo in hoc ritu,in quo de ſecretis ſit mētio,quādo poterit aliquid dici ſecretum? Cardin. in clem. 2.in verſ.notarij.2.not.de hæret.dicit, tunc dici poſſe aliquid ſecretum, cùm illud probari non poteſt, per tex.ibi ſing.ad hoc refert,& ſequitur Fel.in c.1.nu.21.col.8.verſ. quando autem, de prob. & ibi etiam dicit poſt D.Th.2.2. q.67.art.1.in fi.quod non dicitur omnino ſecretum,quod per teſtes ſufficientes probari poteſt, & ideo Bald.de pac. conſtan.§.in Chriſti nomine,in verſ. credentias, dicit, ꝙ tunc poteſt appellari ſecretum,cùm illud vulgus ignorat, per tex.in l.1.§.ſumma cum vtilitate. ff. de his, qui deie. vel effud.& illud ſecretum,quod probari non poteſt, appellatur etiam occultum,cap.vt noſtrum,vt eccleſ.benefi. & no.per Specu.de noto.crim.§.6.& ſecretū pro occulto ponitur in c.erubeſcant.32. diſt.in c.tua nos, de ſimo. & in c.ſi peccauerit.2.q. 1. Vel ſecundò,ſecundum eundem Cardin.in clement.1.§.porr.5.no.de hæret. ſecretum dicitur illud quod ſciunt quinq; homines tantum: ſed iſtud non poteſt dici verè, & omnino ſecretum,poſtquam non eſt notum quinq; hominibus: ſicuti nec etiam poteſt dici omnino occultum,ſed pene occultum, ſecundum Specul. vbi ſupra §.7.Tertio,ſecretū dicitur illud, quod inter Regem,& Cancellarium actum eſt,vt dicit Affl. in c.1.n.25. quib. mod. feud. amit. in 2.rub. In hac tamen materia ſecretum intelligitur illud,quod inter ipſos officiales tantū cognitum eſt;& inter eos tractatū,& ſic ſecretum dicitur vere,& proprie,quod probari non poteſt, quia illis tantum notum eſt, qui rem ipſam tractauerunt, vt in prima expoſitione Card.dictum eſt. Aliquando tamen ſecretum

16 capitur pro remedio alicuius morbi. ¶ Secundo quæro, qua pœna venit puniendus ille,qui ſecreta Curiæ, vel alterius reuelat. Breuiter reſoluendo, videtur hoc pacto diſtinguēdum eſſe, aut reuelans eſt priuatus homo,aut officialis. Primo caſu,aut reuelat ſecreta priuati, aut Regis; ſi reuelat ſecreta alicuius priuati,tenetur actione in factum ad intereſſe alterius partis, & actione iniuriarum,ſi iniuriæ cauſa id fecit.l.1.§.ſi quis tabulas.ff.depoſ.& l.in lege. §.ſed & ſi quis,ff.ad leg. Aquil. etiam ſi animum damnificandi non habuiſſet,ſecundum glo. ibi per tex.l.ſed & ſi. §.iniuriam, eod.tit.item tenetur pœna falſi.l.1.in prin.ff. de falſ.& pœna.l.ſi quis aliquid,la 2. §. ſi quis inſtrumentum,& §.inſtrumenta. ff.de pœn. not. per Gloſ. in d.l in lege,Bar.in l.1.ff.de præuarica.vbi de aduocato reuelante ſecreta cauſæ,quod etiam teneatur pœna falſi,& in l.1.§. 15.qui depoſita.ff.de falſ.Ro. conſ.384.& Aret.in tracta. maleſi.in ver.falſario.q.2.nu.8.Si vero reuelat ſecreta Regis,& tunc ſubdiſtingue,vt infra dicam in officiali.Secundo caſu ſubdiſtingue, ꝙ aut eſt officialis Regis, aut Baronis,ſi eſt officialis Regis: ſimiliter ſubdiſtingue,aut reuelat vota,& ſecreta cauſarum, quæ in tribunali tractantur, & tunc punitur pęna priuationis officij,incurrit Regiam indignationem, & alias pęnas arbitrio Regio reſeruatas, iuxta formam d.prag.Caroli V.incip. cum vero, quæ in officialibus Regijs tantum loquitur, vt patet ex ea,quæ etiam nuper,& poſt hæc ſcripta renouata exiuit per Illuſtriſs. D. Ducem de Alcalà huius Regni Viceregem, in

* prag.5. * incip.cumq; circa.§.cum verò, de offic. Magiſt. iuſt. Aut reuelat alia ſecreta Regiæ Curiæ, & tunc ſi reuelat hoſti Regis,punitur pœna criminis læſæ Maieſt. per l. omne delictum,§.exploratores, ff. de re milit. not. Andr. Iſer.in c.1.ver.reuelantes,nu 6.quib. mod. feud.amitt.2. rubr.& Affl.poſt eum verſ.vltimo quæro,nu.22.Ang.cōſ. 256.quia conſultatio,col.9.& Par.in tract.ſynd.de exceſſ. conſiliariorum.§.excedunt conſiliarij, in princ. fol.18. ſi reuelat amico potius quam hoſti, animo inferendi damnum Domino Regi, quod iam ſequutum eſt,punitur etiā pęna criminis læſæ Maieſtatis,l.cuius dolo,ibi, ne ex amicis,ff.ad l.Iul. Maieſt.Si verò damnum ſequutum nō eſſet, quia tamen malum animum habuit,priuatur feudo,ſi habet. d.c.1.quib.mod.feud.amit. & ſi non habet, priuatur officio,in quo deliquit, iuxta ea, quæ diximus ſupra in 4. ampl. cum non tenuerit abſcondita ſecreta Regis (vt ipſum tanquam officialem decebat) & punitur pœna falſi, ſicut in priuato diximus.Si autem animum damnificandi non habuit,licet feudo non priuetur,vt dicit glo.d.cap.1. quib.mod.feud.amitt.quam ibi Iſer. & Affic. ſequuntur, poterit tamen ſecundum eos puniri tanquam de maledicto contra Principem,habita cōſideratione perſonæ, per l.1.C.ſi quis Impera.maled & ſi tertium etiam reſpiceret talis reuelatio,puniretur pęna d.l.ſi quis aliquid.§.ſi quis inſtru.& §.inſtrumenta,item, vt dicit Iſern. ibidem circa fin.poteſt puniri exemplo teſtis, qui competēter punitur, ſi depoſitionem reuelauerit, vt dixi in 2. ampliat. Si vero eſſet officialis Baronis,licet quoad eum non vendicet ſibi locum d.pragm. ſi ſecreta cauſarum reuelauerit, attamen dicendum eſt ipſum officio priuari,per ea quæ diximus in 4. ampliat. & alijs pœnis, quibus quemlibet priuatum puniri poſſe ſupra concluſimus. Die 9.Martij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS

Digitized by Google

RITVS IV.

a Item quod ſi *a* aliquis officialis dictæ Curiæ
b ſciuerit *b* aliquem officialem aliqua enormia,& minus debita committere, tangentia honorem, & licitum commodum dictæ Curiæ, teneatur ipſe reuelare Locumtenenti, & in caſu, quo non reuelaret, præter & vltra pœnas inferius annotatas,incidat in pœnam,ac ipſe talia commiſiſſet, & procuraſſet.

ADDITIONES.

a Item ꝙ ſi. Adde ad præceptum iſtius ritus, ꝙ nec deſidia Iudicum impunita eſſe debẽt, Palatiniſque hæc cura debet eſſe præcipua ex præcepto Impp. Arca. & Honor. AA. Limenio Comiti, vt,ſcilicet, periculo proprio notarijs deſtinatis ſuper negligentia iudicum, (ſi ita res exegerit)conquerantur, ne eorum ſit impunita deſidia ſubijciens, Iudices quoq; de eorum nominibus referre conuenit, quos commodis proprijs magis, quam vtilitatibus publicis ſtudere, prouiderint. l. vna; C. de offi. com. ſacrar. largit. Quinimò Valent. Theod. & Arch. Impp. AA. Traiano PP. his verbis præceperunt. Si quos iudices, vel propter aduerſam, vel longam corporis valetudinem, vel propter negligentiam, aut furtum, vel ſimile aliquod vitium, ſublimitas tua inutiles eſſe repererit his ab adminiſtratione remotis, & inuicem eorum alijs ſubrogatis, furibuſq; pęnis legitimis ſubiectis, ad noſtræ manſuetudinis ſcientia, non crimina, ſed vindicta referatur, l. ſi quos, C. de offic. præfec. præt. orien. vel Illyr. C. P.

b Sciuerit. Adde fortè, vel ſcire debuerit, arg. ff. idem iuris, ff. ad leg. Aquil. Scientiaque aliquando pro patientia accipitur, l. ſcientiam, ff. eod. l. in omnibus, cum l. ſequen. ff. de nox. ac l. ſæpè. ff. de re iud. l. 1. §. hæc autem, ff. ſi famil. fur. feciſſ. dic. C. P.

SVMMARIVM.

1 Officialem barattariam committentem, cæteri officiales reuelare tenentur.
2 Quæ requirantur, vt officialis alium officialem enormia committentem non reuelans, puniatur. Cum limitationibus infra nu. 8. & 9.
3 Sciens cudentem falſam monetam, & non reuelans, punitur.
4 Delictum committendum, an & quando quis reuelare teneatur.
5 In defectu probationis, quando quis ſe exponere periculis, & tormentis teneatur.
6 In officiali etiam craſſa, & ſupina ignorantia punitur.
7 Ignorans, ac negligens non dici poteſt ſciens.
8 Qui potuerit ſcire, ſcienti æquiparatur.
9 Pater filium accuſare non tenetur.
10 Sciens, & dubitans, an pro ignorante ſit habendus?
11 Scientia alicuius rei, vel facti, quando dicatur.
12 Qui benè ſcit, informandus non eſt.
13 Venditori motam litem ſcienti, quare ab emptore facienda eſt denunciatio.
14 Officialis collegam ſuum non ſe bene gerentem, nũquid ſcire teneatur?
15 Scire, & ſcire debere, quando idem ſunt, & quando differant.
16 Verbum ſcire quot modis capitur, & qualiter intelligendum ſit in materia noſtra, ſi certum & indubitatum, & num. ſeq.
17 Scire ad mentem Ariſtotelis, quid eſt.

NOt. ex hoc Ritu, quod officiales Magnæ Curiæ ſunt
a obligati reuelare Locumtenenti, ideſt, Proregi, *a*
(vt infra dicam) quando ſciunt aliquem officialem committere aliqua minus debita tangentia honorem, & commodum ipſius Curiæ, alias ſi hoc non fecerint, puniuntur tanquam ipſi ea commiſerint; iſte Ritus quando officialis committeret barattariam, eſt conformis iuri communi,
1 † quia eo caſu tenentur omnes officiales ipſum reuelare: vt dicit Par. in tract. ſynd. in verſ. ſyndicantur officiales, lo 3. per tex. in §. neceſſitatem, verſ. ſed etiam, in auth. vt vt iud. ſine quoquo ſuffra. qui licet de ſubditis loquatur; tamen quia omnes officiales ſubditi ſunt, etia ad eos procedit ſecundum Pariſ. ibi, extra autem materiam barattariæ, diſpoſitio huius Ritus eſt contra regulas iuris com-
2 munis. † Eo enim iure ad hoc, vt ſciens aliqua pœna puniatur, requiritur primo, quòd habeat poteſtatem prohibendi. l. culpa caret, & l. nullum crimen, a contrario ſenſu. ff. de reg. iur. glo. & Bar. in l. metum, §. ſed licet, ff. quod met. cauſ. Glo. in c. quantæ, in ver. interpretamur, de ſenten. excommun. Dec. in d. l. culpa, nu. 4. & Cagnol. nu. 18. glo. in ver. conſcij in l. vtrum, & ibi Bar. & Hippo. ff. ad l. Pompe. de parri. Fely. in c. 1. nu. 4. verſ. conclude, de offic. deleg. idem Hipp. late ſingu. 164. & Doct. vbique. Secundo requiritur, quod prohibere, vel reuelare ſpectet ad ſuũ officium, vt dicit glo. in d. c. quantæ, Bal. in l. 2. ff. de noxa. per illum tex. Dec. in ead. l. nullum, in fi. verſ. & in l. culpa. nu. 2. & ibidem Cagnol. nu. 5. licet ea iuris communis regula fallat in multis caſibus: primo, quando delictum eſſet committendum contra Principem, vel propriam ciuitatem, aut contra illum, cui quis eſt ſubiectus ratione poteſtatis, vt filius patri, ſeruus, & vaſſallus Domino, ſecundùm Bar. in d. l. vtrum, Aret. in tract. malefi. in ver. che hai tradito la tua patria, ver. quod crimen, q. 10. num. 11. vbi etiam Auguſt. Fely. in d. c. 1. ver. contrarium, de offic. deleg. Ioan. Igne. in l. 1. §. quod ſi quis puta veneno, nu. 22. cum ſeq. ff. ad Syllan. & Capyc. deciſ. 155. nu. 18. Secundo in caſu l. Metrodorum, ff. de pœn. vbi quod tenetur quis reuelare, vbi ſunt rebelles Regis. Tertio in caſu § ſanci-
3 mus, in authen. de armis, in fin. † Quarto, quando aliquis ſcit aliquem cudere falſam monetam, ſecundum Bart. in l. lege Cornelia, ff. de falſ. & Affl. in conſt. adulterinam. 3. not. nu. 10. ſed videtur, quod caſus iſte non ſit connumerandus cum præfatis: eo quia intelligitur de eo, qui ſcit, & prohibere poteſt, vt ſi non prohibuit, puniatur, vt dicit tex. in d. l. 1. in prin. non autem de eo, qui ſciuit tantum, & non reuelauit, vt Bar. & Afflic. videntur intelligere. Aduerte tamen, quia licet ille tex. non dicat, nihilominus ratio Bart. ibi militat, etiam in ſciente tantum, & non reuelante, eo, quia non tendat contra Principem; tenetur reuelare, licet non valeat prohibere, (vt proximè dictum eſt) & ideo ex ratione iſta poteſt connumerari inter primam fallentiam iſte caſus, licet non poſſit poni, vt fallentia ſeparata ex diſpoſitione illius l. quæ hoc non dicit in ſcien-
4 te tantum, vt dixi. † Quinto in caſu no. per Iſer. in §. ſi autem omnibus, in additio. de pace tenen. & Capyc. deciſ. 149. vbi quod tenetur quis reuelare etiam delictum committendum contra illum cui quis eſt ſubditus ratione iuriſdictionis, vt eſt officialis, & quamuis Bal. in quodam ſuo conſilio relato per Aret. vbi ſupra, voluerit diſtinguere, quod aut reuelans habet probationes, & tunc in dictis caſibus tenetur reuelare, aut non habet, & tunc ſecus, per rationes, de quibus per eum, & Doctor. præalleg. ipſumq; ſequutus fuit Hyppo. in d. l. vtrum, (vbi valde exclamat contra Barto.) & ſing. 164. alijq;, quos citat Hier. Cagn. in d. l. culpa caret, nu. 21. dicens hanc opin. contra Bart. de iure veriorem, & magis communem, tamen vt teſtantur Aret.

ADDITIO.

a Ideſt Proregi. Adde, ꝙ hæc non eſt bona interpretatio, nã loquitur de Locumtenente Magiſtri Iuſtitiarij, vt diximus infra ad ritum ſeptimum, vbi vide omnino. C. P.

Digitized by Google

Aret.Auguſt.Fely.& Capyc.in dictis locis opin. Bart.ſer-
uatur in practic. tantoq; magis videtur verior, & merito
tenenda,quia ratio,qua mouentur Bald.& Hippol.in d.l.
5 vtrum aliquæ ſequaces,ea eſt, † quia nemo tenetur ſe ex-
ponere periculis,& tormentis, in defectum probationis,
vt patet ex l.3.C ad l. Iul. Maieſt. quæ ratio in ſimpliciter
manifeſtante,& reuelante non videtur procedere, ſed tūc
tantum locum haberet, cum reuelans vellet officium ac-
cuſatoris,aut inſtigatoris facere,vt d.l.3.loquitur, in qui-
bus terminis bene dicit Bal.& ipſum ſequentes,& Barto.
alijq; ſua opin.in eis non loquūtur, vt etiam videtur hac
ratione defendere,& diſtinguere Cagno. in d.l.culpa,nu.
21.ver.ego autem . Id tamen, ꝙ hic dicitur de Locumte-
nente,intellige quoad materiam iſtius ritus, de Locumte-
nente generali,& ſic de Prorege huius Regni,qui etiam
Locumtenens appellatur , vt dixi in prag. * per excellen-
tem ,§.2.tit.de Senatuſconſ. Macedon. ratio eſt , quia iſte
ritus generaliter loquitur , ꝙ officiales ipſius Magnæ Cu-
riæ teneantur reuelare aliquem officialem minus debita
committentem,ſuper quibus verbis poteſt etiam includi
Regens Magnæ Curiæ , qui etiam ſæpius in his ritibus,
Locumtenens appellatur . Vnde cum etiam Regens , ſeu
Locumtenens,ſi minus debitè committat, poſſit per alios
officiales reuelari , non eſſet conueniens intelligere hunc
ritum,ꝙ reuelatio fiat Locumtenenti Magnæ Curiæ , ſed
6 Locumtenenti huius Regni. ¶ † Amplia hunc ritum pro-
cedere,etiam ſi officialis ignorauerit , ſi tamen eius igno-
rantia craſſa eſt,ac ſupina,per ea,quæ not.Bald. in c.licet,
col. 1.de ſuppl.negl.præl. Imol.in c.fi.in fi. verſ.ſed hic eſt
aduertendum. de præſcr.& Rom.conſ.127.in fi.vbi quòd
prætextu ignorantiæ non eſt danda reſtitutio,ſi fama pu-
blica erat eius rei,cuius ignorantia allegatur , nam , & vt
idem Rom.dicit conſi.340.circa primum, in fi.huiuſmodi
ignorantia vſum ſcientiæ habet , ꝙ etiam in ſtatutis , &
pœnalibus locum habet,ſecundum glo.no.in clem. 1.in
ver.ſcienter,de conſanguin.& affi.n.& in c. 1. §. ſimiliter,
in ver.ſciens,quib.mod.feud.amit.2.rub.vbi not. per Bal.
col.fin.ver.quarto quid de eo,vt latè ſcribit Andr. Tiraq.
7 in tract.retrac.conſanguin.§.35.glo.4.nu.33.& 34.† Nec
obeſt ſi quis dicat ignorantem non poſſe dici ſcientem,ſi-
cuti nec negligens dici poteſt,l.genero, ff. de his,qui not.
infam.l.cum ſex menſes.ff.de ædil.edic.l.ſemper,§.hoc in-
terdictum,ver.annis,ff.quod vi, aut clam, c. quia diuerſi-
tatem,in fi.de conceſſ.præben. & plene Hippol.conſ. 18.
proteſſor.col.5.verſ.cum ergo fuerit, quoniā (vt ex præ-
fatis apparet) id limitatur vbicunq; ignorantia eſſet craſ-
8 ſa,& ſupina.† Et ideo alibi dicitur,ꝙ ille,qui ſcire potuit,
æquiparatur ſcienti. l.ſi Titius,in prin. ff.de fideiuſſor.l.ſi
duo.ff.de acq.hær.l.ſi quis domum,§.fi.ff.loca. l.regula,§.
ſed iuris.ff.de iur.& fact.ignor.& no.Bald.in l.qui contra,
a C.de inceſt.nupt. a vbi ꝙ pro ſciente habetur ille, qui ne-
quit ſcire , vt propriè videtur ille , qui ſcire poteſt , ſi ne-
ſciat,vt latè firmat præfata referendo Tiraquell. in tract.
retract.conſang.§.12.glo.1. nu. 9. Limita primo hunc ri-
tum non procedere,quotieſcunque officialis minus debi-
ta committens;eſt alterius tribunalis, non enim tenentur
officiales Magnæ Curiæ reuelare Regios Conſiliarios mi-
nus debita committentes , vel econtra , reſtringendus
eſt ritus iſte,non ampliandus,cum ſit contra ius commu-
ne,vt diximus l.quòd fauore,C.de legib.cum ſimi. ꝙ not.
Secundo limita non procedere, quotieſcunq; non poſſet
reuelare,ſine eius magno incommodo,vel periculo, ſecun
dum Bal.in l.1.col 3.C.de ſeru.fug.Fel.in c.1.ver. declara
primo,nu.5.de off.deleg.& Dec.in l.culpa caret , nu.6.ff.
de reg.iur.ratio eſt,quia nemo tenetur ſubijcere ſe peri-
culo,cap.ex parte,lo 2.de appel.vt etiā proximè diximus
9 allegando l.3. C.ad leg.Iul.Maieſt.† Tertio limita in pa-
tre officiali,ſciente filium officialium minus debita com-
mittentem,per tex.l.militem,§.deſertorem, ff.de re milit.
per quem tex.ita Fel.in d.c.1.limitat opinio.Barto.quam
ſupra defendimus in l.vtrum,ff.ad l.Pompe.non enim vi-
ſum eſt legibus conueniens,ꝙ pater habeat filium ducere
ad ſupplicium , prout duceret , ſi & ipſe reuelare cogere-
10 tur. ¶ † Quarto limita in ſciente,ſed dubitante , is enim
pro ignorante reputatur.l.fi.ver.ſin autem neſcius,& du-
bitans,vbi not.Bar.& Ang.C.de fur.l fin. C. de cond.in-
deb.Bar.cōſ.73.quæritur vtrum procurator,col.2. & cōſ.
90.dilecto domino,col.3.verſ.ad ꝙ reſpondetur,gloſ.in l.
de ſtatu.ff.de teſtam.Rom.in l.nec is,§.hæres, & ibi Aret.
vlt.not.& Iaſ.in 5.not.ff.de acqui.Alex.conſi.37. in cauſa
mota,col.penul.verſ.Item quia dubius, vol.1.& omnium
latiſſimè Tiraq.in l.ſi vnquam.in prin.nu.99.C.de reuoc.
don. &ideo Bald.in l.leges ſacratiſſimæ, per illum tex.C.
de leg.dicit,ꝙ æquè parcitur dubitanti, ac ignoranti,&
in c.cum contingat,col. 1.verſ. ibi fuerit deputandum,de
reſcrip.& idem in c.fin.circa medium,de poſtula.prælato.
11 † Scientia enim alicuius rei,vel facti tunc dicitur, cum
ea vera,& certa habetur,l.in totum, ff.de reg.iur.& vt di-
cit glo.in c.cupientes,in verſ.notitiam,de elect.in 6.certa,
& indubitata eſſe debet , & nedum ipſius rei , verum etiā
qualitatum,& circunſtantiarum ipſius, ſecundum glo. in
c.concertationi,in ver.ſciuerit,& ibi Philipp.Franc.de
appell.in 6.quam dicit ſing.Rom.conſ.343.ex propoſito,
paulo ante fin.Alex.conſ.114. ponderatis,col.2. verſ. ac-
cedit ad maiorem.vol.6.& Fel.dicit auream in c. à nobis,
col.2.de exceptio.& in c.quoad conſultationem,col.pen.
verſ.duodecima concluſio,de re iud.vbi ꝙ ſcientia in actu
requiſita non debet eſſe in genere,quod etiam voluit tex.
in clem.cauſam,ver.intimatio,ibi.plena,& certa ſcientia;
vbi etiam Imol.col.2.ver.no.reg. de elect. Dec. in c. nam
concupiſcentiam,2.lect.in fin.de conſt.Ludo.Goza.conſ.
9.In hac cauſa nu.34 & alij nōnulli , quos tibi pleniſſimè
affert Andr.Tiraq. in tract.retract.conſang. §.36. gloſ.2.
12 nu.30. ¶ † Quinto limita hunc ritum non procedere ,
quando Locumtenens eſſet informatus , quod officialis
minus debita committit,ille enim, qui ſcit, non debet ali-
ter certiorari,l.1.in fin.ff.de actio.empt.l.item veniunt, §.
petitam,ff.de acquir.hæred.l.1.§. ſi intelligatur,ff.de ædil.
edic.l.nemo videtur,ff.de reg.iur.& c.cum qui certus , de
13 reg.iur.in 6. † Et ſi dicatur quare eſt,quod venditor, etiā
ſi ſciat litem motam,adhuc debet ſibi ab emptore denun-
tiari? l.qui abſentem,ff.de procu.l.emptor,C.de euictio.l.
b denuntiaſſe,in prin.ff.de adulter. b & in eiſdem locis Bar.
Rom.conſi.212.Bald.in l.2.§.fi.in.fi.ff.ſol. matr.& in c.1.
ſi de feud.vaſ.ab ali.interpe.fue. Aret.in l.qui ante calen-
das,col.fin.ff.de verb.Fely.in c.cum contingat,col.5.verſ.
quarta concluſio,de reſcrip.& Tiraq. in tract.retract.con
ſang.§.36.gl.2.nu.28.Reſpondetur,ſecundum Bar.in l.1.
in fi.ff.de actio.emp.& in d.l. qui abſentem, & l.emptor.
illud ideo eſſe, quia denunciatio, quæ fit venditori,nō ſo-
lùm fit ad finem ipſum certificandi, verum etiam vt inci-
tetur ad defendendum ipſum emptorem in lite , vt tene-
tur,at quando tantum , vt aliquid ſciatur denunciatio re-
quiritur,procedunt iura primo loco per nos adducta,vn-
de cum ratio iſtius Ritus ſit, vt Locumtenens informatus
de officiali minus bene ſe gerenti, poſſit prouidere,ceſſat
ipſius diſpoſitio Locumtenente aliunde informato.Quan
tum enim fieri poteſt , reduci debet Ritus ipſe ad limites
iuris communis, cum ſit exorbitans (vt ſupra dixi) cōfir-
matur,quia poſito, quod illa denunciatio non requirere-
tur ad finē ſciendi tantū,(vt diximus) cum non appareat
ad quem finem,& ſimus in dubio, præſumitur, quod ſolū
ad certiorandum Locumtenentē,requiratur,vt dicit Ioā.
Andr.in c.fi.de empt.& vend.& Alex.conſi. 24.nu.6.vol.
4.&

ADDITIONES.

a De inceſt.nup. Adde ad hoc tex.optimum in l.idem iu-
ris,ff.ad leg. Aquil.ibi , Cum non debeat quis adfectare in
quo intelligit , vel intelligere debet, infirmitatem ſuam
alijs periculoſam futuram. C. P.

b De adulter. Adde hoc procedere,niſi pacto remiſſa fuiſ-
ſet denunciandi neceſſitas, l.Herennius, in princ. ff.de
euictio. & duplæ ſtipul. C. P.

Digitized by Google

4. & propterea ſola ſcientia ſufficiat abſque denunciatio-
ne, & reuelatione, vt ipſi dicunt, quod not.
14 ¶ † Quęro primo, quid ſi officialis ignorauit, ꝙ eius
collega, aut alius officialis eiuſdem Tribunalis minus de-
bitè ſe gerebat, nũquid ſcire id debuit? vt ſic per hunc Ri-
tum ſit obligatus ſcire debere quomodo ſe habeant alij,
15 videtur primo, quod ſic, † cum ſcire, & ſcire debere idem
importare videantur, l. idem, §. 1. Ibi intelligit, vel intelli-
gere debet, ff. ad leg. Aquil. l. qui fundum. §. ſeruus, ff. pro
empto. l. late, in prin. ff. de verb. ſign. l. quod te, in fi. vbi ẽt
Bar. not. ver. venio, nu. 14. ff. ſi cer. pet. Alex. conſ. 60. nu. 2.
vol. 5. & plenius Tiraq. de retract. conſang. §. 12. gl. 1. n. 9.
ſed contrarium eſt dicendum, ex quo Ritus iſte non ſcire
debentem, ſed ſcientem punit, non obſtant iura in cõtra-
rium adducta, qm̃, vt dicit Bart. in ead. l. quod te in facto
proprio procedunt, prout propriè ll. allegatæ loquuntur,
in facto autem alieno ſcire, & ſcire debere differunt, & in
eo quilibet præſumitur ignorans, l. fi. ff. pro ſuo, & ſi dica-
tur hanc Bar. differentiam confundi ex tex. l. qui cũ alio,
ff. de reg. iur. vbi etiã gl. magna in fi. æquiparat ſcire, & ſci-
re debere, cum text. loquatur de conditione alterius, & ſic
de facto alieno, reſpõſio eſt facilis, quod illud ideo eſt ibi,
quia ſpontè quis cũ alio negotiatur, & cõtrahit, quo caſu
lex præſumit, ꝙ prius ſe informauerit, patet ex eodẽ tex.
qui dicit aliud eſſe in hærede, cũ his non præſumatur in-
formatus, in tantum, ꝙ vltra factum alienum, concurrit
ibi, quod quis cõtrahit cum alio, & ideo non mirũ extra
terminos illius l. quoties, de alieno facto tractatur, proce-
dit, quod Bart. dicit, vt non ſit idem ſcire, & ſcire debere.
16 ¶ † Secundo quæro quid eſt ſcire, de quo in hoc ritu ſit
mentio, gl. in l. 2. §. idem Labeo, ff. de aqu. pluu. arc. dicit,
quod verè, & propriè eſt, veritatẽ viſu perceptã in mente
retinere, cum quo concordat alia gloſ. in auth. de inſtru.
caute. in prin. in ver. imitatio, vbi quod veritas humana
dicitur notitia certæ rei, maximè per viſum, magis tñ lar-
gè, ſcire eſt etiam per ſenſum auditus, vt eſt tex. expreſſius
in d. §. idem Labeo, gl. in cap. tua, in ver. qualiter, extra de
ſponſ. & Inn. in c. fi. ver. illud, de iura. calum. vbi & d. §. idẽ
Labeo allegat, allegatur etiã communiter tex. in c. hoc vi-
detur, ibi, illi indicauit, 22. q. 5. ſed vt dicit gl. in c. per tuas,
lo 2. in prin. de ſimo. ille tex. probat, quod dicimur ſcire
etiam per ſenſum auditus, quando ille, à quo audimus lo-
quitur in facto ſuo, vt ille tex. dicit, non autẽ probat gene
raliter, quod a quocũq; audiamus, dicamur ſcire. Et nedũ
per ſenſum viſus, & auditus, ſed etiã tactus, poſſumus dici
aliquid ſcire, quod & D. Auguſt. in lib. retract. in illud Io.
Palpate, & videte, comprobat, dicens, non dubitemus ſci-
re nos, quod percipimus noſtris corporis ſenſibus, & qđ
ſide dignis credimus teſtibus, vt & ipſum referẽdo ſequi-
tur Luc. de Penn. in l. nemo, col. 4. C. de re milit. lib. 12. Et
tandem ſcire dici poſſumus, quomodocunque aliquid ad
noſtram notitiam peruenerit, vt dicit Io. And. in c. licet, in
fi. de ſupplen. neglig. prælato. & apoſtilla ad Bar. in l. quod
te, in fi. in verſ. oſtendam, in litera A, ff. ſi cert. pet. dummo-
do non ſit dubium, ſed certum, & indubitatũ, vt diximus
ſupra in 4. limit. In materia iſtius Ritus tunc dici poterit
officialis ſcire, cum verè ſcit, quia proprijs oculis videt, qđ
alius officialis non bene ſe habet, cum enim contra regu-
lam iuris Ritus iſte emanet, (vt dictum eſt) in caſu vero,
& ſcientia vera intelligi debet, iuxta l. quod vero, ff. de leg.
l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. geſt. c. quæ à iure, de reg. iur. in
6. plenè not. in l. ſi vero, §. de viro. ff. ſol. matr. & per And.
17 Tiraquell. in tract. de retract. in præfato nu. 62. † ſecun-
dum vero Ariſtot. ſcire non eſt per ſenſum, vt ipſe inquit,
ideſt, Poſterio. textus 14. ſed vt ipſe idem dicit ibidem tex.
5. ſcire eſt per demonſtrationem intelligere, & tunc verè
ſcimus, cum rem per cauſam cognoſcimus, & ſcientia ſi-
ne cauſa, imperfecta ſcientia dicitur, vt dicit primo Phy-
ſicorum, commen. 1. & ideo 5. Poſterio. tex. 15. dicit, quod
ſcitur, non poteſt aliter ſe habere, & hæc de verbo ſcire,
prout capitur in hac materia, alibi tamen verbum, ſcio,
exponitur pro ſpero, l. Pamphilo, in prin. ff. de leg. 3. Ali-
quando pro verbo, non dubito, ſiue non ambigo, d. l. 2. §.
idem Labeo, ff. de aqua pluu. arcen. & alibi pro verbo in-
telligo, l. ſciant omnes, ideſt, intelligant, C. de his, qui ex
publi. ratio. lib. 10. vbi Luc. de Penn. ita exponit. Salerni,
die 14. Martij. 1559. Proſper Caraſitta.

RITVS V.

ITem, quod omnes officiales pro poſſe teneantur facere omnia, quæ tendunt ad honorem, ſtatum, & licitum commodum ipſius Curiæ, & officialium eius.

SVMMARIVM.

1 *Ad impoſſibile nemo tenetur, nec cogendus, hinc legum latores ad impoſſibile mentem non adhibent.*
2 *Impoſſibilia, & nimis difficilia, extra humanam dicuntur naturam.*
3 *Poſſe id dicimur, quod ſaluo honore, & abſque magna difficultate poſſumus.*
4 *Status pro ordine aliquando exponitur, & pro conditione, & loco.*
5 *Honor omni commodo an præferendus?*
6 *Honoris intereſſe eſt maius quolibet alio.*
7 *Maritus de vxoris adulterio non indignans leno habendus erit.*
8 *Cauſa ardua, quæ dicatur.*
9 *Diuitia cum iuſtitia. & temperantia quærenda.*
10 *Non honorantes officiales, puniendi ſunt.*
11 *Honor in iure multipliciter capitur.*
12 *Officiales an debeant honorari à priuatis. in aſſurgendo, & ſalutando, & ſi priuati id non fecerint, an ſint puniendi.*

NOt. primo, ex hoc Ritu, quod omnes officiales tenẽ-
tur pro eorum poſſe, facere omnia, quæ tendũt ad
honorem, ſtatum, & licitum cõmodum Curiæ, & officia-
1 lium eius, & bene dicit pro eorũ poſſe, † quia ad impoſ-
ſibile nedum ipſi, ſed nec vllus alius, de iure eſt obligatus,
l. impoſſibilium, ff. de reg. iur. & l. impoſſibilis, ff. de verb.
oblig. & c. nemo poteſt, de reg. iur. in 6. vbi Gloſ. & Ioan.
Andr. adducunt illos verſus, Vltra poſſe ſuum, nulla lex
iuſta coegit, nec putat eſſe reum, qui toto poſſe peregit.
Immo legiſlatores ad ipſum, quod impoſſibile eſt, mentẽ
non adhibent, vt dicit Lancel. in l. cum ſeruus, §. conſtat,
col. 1. ff. de leg. 1. ratio eſt, ſecundum Bal. in c. cum acceſſiſ-
2 ſent, col. 4. de conſtit. † quia ea, quæ impoſſibilia ſunt, vel
nimis difficilia extra naturam humanam eſſe dicuntur, &
ideo Paulus 1. Corint. 10. inquit fidelis Deus, qui nõ pati-
tur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, & Petrus in actib.
Apoſt. c. 15. ait, Nunc ergo quid tentatis Deum imponere
iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neq; patres no-
3 ſtri, neq; nos portare potuimus? † tunc tamen dicetur of-
ficialis poſſe cum ſaluo honore ſuo poteſt, l. nepos Procu-
lo, ff de verb. ſignif. Item cum ſine magna difficultate po-
teſt, aliàs reputaretur impoſſibile. l. cum hæres, §. 1. ff. de
ſtatu libe. l. 1. §. 1. iuncta gloſ. in verſ. non poterat, ff. de li-
tigio. l. eius qui. § Celſus, ff. ad municipa. l. 3. iuncta glo. C.
de ædil. actio. cum alijs, quæ glo. allegat in l. ſane, ff. de his,
qui. deiece. vel effude. Luc. de Penn. in l. quoties, col. 6. C.
de dignit. lib. 12. & Silu. nupt. lib. 1. §. non eſt nubendum,
nu. 120. fol. 66.
¶ Secundo no. officiales per hunc ritum obligatos ad
4 faciendum omnia, quæ ad honorem Curiæ tẽdunt. † Itẽ,
ſtatum, ideſt, ordinem, licet enim ſtatus aliquando pro cõ-
ditione capiatur, ff. de ſtatu homi. l. 2. & per totũ, & apud
Cic. de prouincijs conſul. ibi, quamuis excipere fortunam
malui, quam de meo ſtatu declinare, hic tamen pro ordine
exponi debet, vt ſic ſit ſenſus, & iſtius Ritus intentio, ꝙ
officiales faciant, pro eorum poſſe, non ſolum quæ tãgunt

Digitized by Google

honorem,ſed ordinem,ſiue regimen ipſius Curiæ,ſic etiã
Cic.Epiſt.8.videtur ſtatum intellexiſſe, dũ inquit, ex eo-
dem de ſtatu rerum omnium cognoſces ad Atti. his verbis,
tua nobis auctoritate opus eſt,ad collocandum aliquẽ
Ciuitatis ſtatum,& idem in Tuſcu. cum ait, eo erant vul-
tu,oratione,omni reliquo motu,& ſtatu, vt eos Argiuos
diceres. Aliquando ſtatum ponimus pro conditione for-
tunæ,vt eundem Ciceronem poſuiſſe videtur, ad Atti.his
verbis.Quo in ſtatu ſim vides,& aliquando pro loco, vt
apud eundem Cic.ad Heren.patet, cum ait, fortuna, col-
locauit eum in ampliſſimo ſtatu. Ex communi tamen vſu
loquendi,qui ferè ſibi vſurpat omnia, vnum pro alio po-
nimus,& non poteſt dari certa ratio.

5 ¶ † Tertio no.ex ordine literæ iſtius Ritus honorẽ prę-
a ferri ſtatui, a ac cõmodo pecuniario, & ideo tex.in l.iſti,
§.qđ ſi, ff.quod met.cauſ.dicit,quod timor amiſſionis ho-
noris eſt maior timore mortis, & text. in l. Iulianus, ff.ſi
quis omiſ. cauſ. teſtamen. quod omni compendio honor
eſt præponendus,per quam ita inquit Cępoll. conſi. cri-
min.41.num.8.& Iaſ.in l.reprehendenda,C.de inſtitu. Et
ſi dicatur nonne,Barba.conſi.29.col.11.vol.1.dicit,quòd
intereſſe honoris eſt minus omni alio intereſſe,& vt dicit
Fely.in rubr.de maior.& obedien. ille cui alius præfertur
non dr̃ pati intereſſe in redditibus, per c.cum olim,extra
de conſuet.Reſponderi poteſt duobus modis; primo ſe-
cundum Caſſa.in tract.glor.mundi,par.1.conſidera.2.cir
6 ca finem,quod contrarium eſt verum. † Et quòd illud in-
tereſſe ſit maius omni alio,probat ex Cicer. de Amic. qui
dicit,vbi illum inuenies, qui honorem amici anteponat
ſuo? Et Ariſt.in lib.Oeconom.qui dicit,multo grauius fert
aliquis,ſi honore ſuo priuetur, quam ſi bona ſua ei aufe-
rantur,& ex tex.cap.niſi,§.prorogaui, extra de renuncia.
iunctis nota.per Luc.de Pen.in l.filios,C. de decurio. lib.
11.vbi ꝙ huiuſmodi homines terreni plus cupiũtur, quã
cœleſtes.Secundo reſponderi poteſt;ꝙ procedunt capien-
do honorem,quatenus conſiſtit in exhibitione reuerẽtiæ,
quæ fit alicui ratione officij,virtutis,vel alterius cauſæ cir
ca præcedentia ſedendi,aut alia; vt in d.c.cum olim, alle-
gato per Fely.non autem capiendo pro fama,de qua dicã
infra,quoniam tũc ſecus eſt,& vt dicitur in d. l. Iulianus,
omni alio commodo pecuniario præferri debet, quia, &
alibi dicitur,quod verecũdum eſt honorem ſuum cuiquã
multum relinquere,l.miles,§.ſocer.ff.de adulter. vt tradit
Gram.deciſ.98.num.3. Immo, vt inquit Ferra. caute.14.
7 Iura ſunt verſ.& accipe aliam cautelam,in fin. † Maritus,
qui de adulterio vxoris non indignatur, pręſumitur leno,
vt ipſum referendo ſequitur Silu.nupt.lib.1.§.non eſt nu
* bendum,nu.31.fol.33.vt dixi latius in prag. * quarta,in-
cip.quoniam falſorum. 5.not.de falſis, quibus adde,quod
not.Bald.in c.ex ratione,num.6.verſ. & not.de appellat.
8 † Vbi quod omnis cauſa, in qua tractatur de fama,& ho-
nore dicitur eſſe ardua,& quod habetur in l.ſi inimicitiæ,
in fi.ff.de his, quibus vt indign. vbi quod ſicut inimicitijs
ſuperuenientibus poſt legatum inter teſtatorem, & lega-
tarium, priuatur petitione legati legatarius,eodẽ modo,
& ſi poſt legatum mouiſſet contra teſtatorem cauſam ſta-
tus,licet hoc caſu fiſco applicetur,vt ibi dicitur per ratio-
nem Bart. ibidem,de quo etiam Petr.Gera.ſingul.82.quæ
ſunt contra.vbi de materia iſtius not.

¶ Quarto not.ibi licitum commodum, quod commo-
dum in hoc Ritu tenet tertium locum inter honorem, &
ſtatum,pro quo illud Plato.de retho.lib.24.col.4. fo.233.
optimam rem eſſe omnium proſperam valetudinem. Se-
cundò, egregiam formam. Tertio diuitias nulla fraude
quæſitas,& in lib.de legib.dialog.9.col.4. fol.583. tam
Græci,quàm Barbari diuitias, cum tertium bonorum te-
neant locũ,in primo ponunt,atq; hac ſententia ſeipſos ſi-
mul,& poſteros perdunt. Hunc Ritum vellem Præſidẽtes
Cameræ Sũmariæ,& fiſci Patronos,qui iura Regia tuẽtur
intueri,non.n.vult officiales teneri ad ea,quæ tendunt ad
omne vtile,& cõmodum Curiæ, ſed ad licita cõmoda tã-
9 tum, † vt enim ait Plato in proxime citato loco, de legi.
non oportet hominem,qui felix ſit futurus, diuitias quo-
modocunque,ſed cum iuſtitia,& tẽperantia quærere, pro
quo etiã illud Eccleſ.cap.5. Noli anxius eſſe in diuitijs in-
iuſtis, nihil.n.proderunt tibi in die vltionis, & vindictæ.

¶ Quinto not ibi,& officialium eius,ꝙ hic eſt alius ca-
ſus nouus extra regulas iuris communis, in quo alter alte
rum tenetur pro eius poſſe adiuuare, & ideo poteris ipſũ
alijs addere, de quibus dixi latius in Ritu præced.in prin.
10 † Et adde,quod nedum officiales tenẽtur officialibus im-
* pendere ea,quæ tendunt ad honorem eorum, * vt hic di-
citur,& in l.potioris,C.de offic.rector.prouinc. verum
etiam & priuati, adeo ꝙ niſi honorauerint officiales in
aſſurgendo, & alijs actibus, puniri poſſunt, vt probant
tex.in l.ſinguli, & in l.ſciant, C.de offic. diuerſ. iudicum,
& per eos notat Caſſan.in tract.glor.mundi,par.1.conſi-
derat.2.in fine verſ.

11 ¶ † Quæro quid eſt honor,de quo in hoc Ritu fit men-
tio? Honor in iure noſtro multipliciter capi poteſt. Primò
pro exhibitione reuerentiæ, vt patet exhibitio reuerẽtiæ,
in teſtimonium virtutis,& ex D.Thom.in 2.2.q. 103. vbi
inquit, ꝙ honor teſtificationem quãdam importat de ex-
cellentia alicuius. De honore taliter capto ſenſit Cicer. de
clar.orato.& in Epiſ.dum dixit,Is enim honos mihi vide-
ri ſolet,qui nõ propter ſpem futuri beneficij, ſed propter
magna merita claris viris defertur,& datur. Hic honor,vt
inquit Augu.in lib.5.de Ciuit.Dei,& Caſſa. in tract.glor.
mund.par.1.conſiderat.1. debet virtutem ſequi,non præ-
cedere. Et poteſt eſſe duplex quidem,qui debeatur virtuti,
& conſiſtat in moribus tantum,vt quotidie videmus,cum
alter alteri honorem præbet, & reuerentiam, quidam qui
in iure,& debito,vt in exhibitione operarum liberti erga
dominum,de quibus in l.ſi non fortẽ, §.libertus,ff.de cõ-
di.indeb.l.honori.ff.de obſeq.& l.ciuitatibus, ff.de leg.1.
& etiam in ſubditis, qui vadũt obuiam Prælato proceſſio-
naliter cum palmis oliuarum,vel ſimilibus reuerentijs,vt
dicũt Bal.& Fel.in c.licet, in prin.de probat. & idem Bal.
in l.liberti.col.3.nu. 6. C.de oper.libert. pro quo honore
in debito,& in iure conſiſtẽte, poteſt competere poſſeſſo-
riũ,d.c.licet,in fi.vbi clarius Bal. & Fel. Secundò,pro of-
ficio,& dignitate,l.honor, ff.de muner. & hon. vbi quod
eſt adminiſtratio Reipublicę cum dignitatis gradu,vt etiã
inquit Luc.de Penn. in l.1.C.de vetera. lib.12.& Io.de
Plat.poſt gl.1.in l.1.C.de mun.& hon.lib.10.Et de hoc ẽt
ſenſit Cic.de Inuẽ.cũ dixit homines honore vſi,ideſt, qui
magiſtratum geſſerũt in Epiſt. cum ait, cũ honoribus am-
pliſſimis perfuncti eſſemus,& contra Verrẽ mandare ho-
nores hominibus nouis,ideſt dignitates,ſeu officia. Tertiò
pro fama,vt patet in c.nolo,12.q.1.ibi,ſatis crudelis eſt,ꝙ
ſuã famã ſpernit,i.honorẽ, de quo diximus in 3.no. Quar
tò honor in ſacra Scriptura capitur pro dono,& eleemo-
ſyna,vt inquit D.Hiero.in illud Matth.c.5. Honora patrẽ,
& matrẽ tuam,vbi hęc verba ſubijcit,Honor in ſcripturis
nõ tm̃ in ſalutationibus,& officijs deferendis, quantũ in
eleemoſynis,ac munerum oblatione ſentitur. Et cũ Apo-
ſtol.inquit,Honora viduas, quæ verè viduæ ſunt,pro ho-
nore donum intelligit. Quintò pro ſalario,l.1.§.proinde,
ff.de var. & extraordin. cognit. & inde dictũ eſt honora-
rium,

ADDITIO.

a Statui. Adde, quod inquit Plato de legib. dialogo 5. ꝙ
Diuinum bonũ eſt honor, quod Græcis verbis refert Ci-
cero ad Attic.Epiſt.1.ibi, θεῖον γὰρ ἀγαθὸν ῆ τι μῆ. Hinc
eſt,quod dicitur cõpẽdium honori præponi nõ debere, l.
Iulianus.ff.ſi qs omiſſ.cauſ.teſta.l.miles,§.ſocer. ff.ad leg.
Iul.de adult. Immo viris bonis,honoris metus maior,quã
mortis eſſe debet,l.iſti quidem,in princ.ff.quod met.cauſ.
Adde etiam, ꝙ honor quãdoque accipitur pro dignitate,
vt in titu. ff.de muner. & honor. aliquando pro præmio,
iuxta illud Ciceronis. Honos alit artes. Omneſque incen-
dimur ad ſtudia gloriæ, iacenteque ea ſemper, quæ apud
quoſque improbantur. C. P.

Digitized by Google

rium,ead.l.1.§ in honorarijs,l.1.ff.ſi menſor falſ.mod.dix. & l.properandum, §.in honorarijs, C.de iud. Sextò pro pulchritudine,vt apud Virgilium qui dicit,Frigidus,& filiis aquilo decuſſit honorem, & alibi apud eund. & lætos oculis afflarat honores. Septimò pro ſepultura, vt patet apud eund.Virgiliũ,dum dicit:cernit ibi mœſtos,& mortis honore,carentes.Octauò pro pudicitia,iuxta illud,& rapti Ganimedis honores.Nono pro amore,vt apud Ouidium. Si quis amatæ tangit honos animum. In hoc tamen Ritu ſi verba honorem referas ad Curiã ipſam:honor capitur pro fama,ſeu decore,& pro eo quod contrarium eſt dedecori: ſi referas ad officiales curiç.poteſt capi quocunque modo de primis tribus prænarratis, & ſic officialis adiuuet officialem in ijs,quæ tangunt eius honorem,ideſt reuerentiã, dignitatem,ſeu officium,& famam. Quoad ipſam curiam honorem referendo, non poteſt capi alijs duobus modis, quia cum curia ſit perſona repręſentata per eius officiales,honor, ideſt reuerentia,non poteſt contingere ipſi curiæ:ſed eius officialibus ſic,honor pro officio, & dignita-
* te,nequaquam: vt patet expreſsè cuilibet ad ſenſum. * Se-
12 cundo † quæro nunquid verũ ſit,quod officiales honorati debeant à priuatis in aſſurgendo,& ſalutando,& ſi nõ fecerint puniendi ſint prout ſupra tetigi in 5.nota. Ego in loco præallegato dixi quòd ſic,per l.2.& 3.C.de off.diuer.iudicum.Sed quia ille textus loquitur de honore pręſtãdo per
a officiales Doctoribus, & Aduocatis, a vt patet ex litera corũ,& not.Luc.de Pen.qui eos allegat,& ita intelligit.in l.in ſacris,col.1.verſ. & nota quantum, C.de prox. ſacro. ſcri.lib.12.opus eſt aliter probare d.cõcluſionẽ Ideo videtur probari primo per tex.in l.1.C.de domeſt. & protect.
b lib.12. b quem tex.ad hoc allegat Affl.in conſt. vt vniuerſis.1.no.nu.7.in fi.idem tenet Ioan.de Plat. in illa l. dicens no.h c quem Princeps honorat ab omnibus eſt honorãdus, & contrafaciens incurrit pœnam quaſi ſacrilegij, ſed dici poteſt illum tex. procedere in illis, qui ſeruiunt in præſentia Principis,& attingunt quotidie eius veſtem, & non de alijs, qui ſeruiunt extra ſuam Curiam, & ſeruiunt ſibi, & hoc propter verba in d.tex.exiſtẽtia,quia digni ſunt extimati attingere Imperatoram purpuram, ideſt perſonam Imperatoris veſtitã purpura, vt exponit Glo. in l. reſtituendæ,in verſ.noſtram, C.de off.diuer. iud.l.2. Secundo probatur.ſecundum Caſſ.in catal.gl.mund.par.1. conſiderat.4. quia Princeps eos reputat honore dignos, d.l. reſtituendæ, iuncta Glo. qui tex. etiam in Aduocatis ſicit loquitur,item per tex.in c.cum beatus,circa princ.45. diſtin. ibi,ne dum incaute ſubdita membra percutiat ipſe ſibi debitam reuerentiam ſubtrahat, notando illa verba debitam reuerentiam,ſecundum eundem Caſſ.loc.præalleg. conſidera.21. Tertiò, ſecundum Tiraquel. in tract. nobil. c.28. nu.3,probatur in l.ſemper,in prin.ff.de iure immu. l.fi. in princ.C.quando prouoc. non eſt neceſſe, & c. vt debitus honor,de appellat.cum ſimilibus,quæ allegat. Quartò per rationem Affl.in d conſtit. quia ſi officiales tenentur honorare Aduocatos alioſque honoratos viros per d. l.2. & 3.eo quia ſunt perſonæ honoratę,& virtuoſæ,multo magis ſunt honorandi officiales, qui ob meritum virtutis ſunt electi: cum illi ſint eligendi, quos morum honeſtas commendat,l.magiſtros,C.de profeſſ. & med. lib.11. & l.vnica,C.de profeſſ.qui in vrbe Conſtan.eodem lib.11.ſecundum Boer.in tract.de author.magni Conſilij, nu.124. probatur per tex.in auth.de conſult. §.ſi autem mediocre,l.4. ibi, ſed in ſalutationibus iud. C.de prin.agen.in reb.lib.12. & in alijs multis iuribus quæ allegat. Et quia iſta concluſio nullam habet difficultatem per ſupra alleg.remanet ſolum videre de pœna illorum, qui non exhibent reuerentiam officialibus in ſalutando.& cum non reperiatur ſtatuta pęna, dicendum eſt eam eſſe arbitrariam, l.1. §.expilatores, & ibi Bar ff.de effra.l.ſanctio legum, & ibi Bar. ff. de pœ. Glo.in l.nemo martyres, & ibi Bar. C. de ſacroſ. eccl. & Affl.& ibi bona Apoſtil.in conſt.diſputare.2.not. nu.2.Salerni die 18.Martij 1559. Proſper Carauita.

ADDITIONES.

a Aduocatis.Adde,quod illud quod dicitur in d.l.3.ſciant cuncti, de ſedendi licentiam cum iudice, intelligi debet domi,non autem,pro tribunali ſedente,& ſic in iure, ſi quidem ius quandoque dicitur locus in quo ius redditur appellatione collata (vt inquit Paul. Iureconſ.) ab eo quod fit,in eo vbi fit,in l.ius pluribus modis,§ alia, ff.de iuſt. & iur.qui hodie dicitur aula. idque limitari videtur, niſi aduocatus propriam cauſam ageret,per tex.in l.1.C.de off. ciuil.iud.quod hodie de facto non ſeruatur. In aula namq; aduocati non ſedent,ſed aſtantes cauſam dicunt,atque defendunt, hodie detecto capite dum loquuntur ex diſpoſitione Reſponſoriæ prag. nam antea etiam temporibus noſtris operto capite loquebantur.Titularij verò etiam dum propriæ ipſorum cauſæ aguntur cum Iudicibus ſedent.per tex.in l.fi. §.ſedendi. C.vbi Senator,vel Clariſs. & vide tu Marin.Frez.lib.2.ſub tit.differẽtiæ inter feuda regalia,&c. differen. 13. fol.250. & Surgen. lib.1. Neap. illuſtr.c.23. nu.8. & 21. C. P.

b Lib.12.Adde hoc melius probari in l.1.§.caſũ,ibi,quod inſignia magiſtratus videre,& reuereri nõ poſſit,ff. de poſtul.& propterea ibi dicitur,ꝙ cæcus poſtulare non poteſt, iudicãdi autẽ officio fungi poteſt.Hoc etiã probatur in d.l. ſciant cuncti,ibi, reuerẽtia nõ fuerit in ſalutatione delata, C.de off.diuer.iud. cum ſalutatio reuerentia ſit, & honoris exhibitio.Ad idem facit tex.in l.1. C. de ſilẽtiar.ibi,nec nõ in noſtro conſiſtorio is honor omnifariã obſeruetur. C.P.

RITVS VI.

ITem, quod cauſa appellationis inchoetur per aperturam proceſſus.

SVMMARIVM.

1 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
2 *Appellatio eſt triplex.*
3 *Statutum loquens de appellatione in genere, an comprehendat omnes eius ſpecies?*
4 *Appellatio omnis,an ſit ſemper prouocatio?*
5 *Ad inchoandam appellationem an requiratur libellus, vel litis conteſtatio?*
6 *Annus ad proſequendam appellationem incipit currere.*
7 *Cauſa appellationis quando currere incipiat. Et ad eam perſequendam datur annus,& quandoque biennium. Et eo anno quinquaginta dies ad præſentandum proceſſum.*
8 *Annus ad proſequẽdũ appellationẽ, vtrum ab apertura proceſſus,vel a die interpoſitæ appellationis currat?*
9 *Appellatio ſuſpendit pronunciatum, eiuſque articulus à principali non ſeparandus.*

NOta ex hoc Ritu, ꝙ cauſa appellationis inchoatur per aperturam proceſſus. Amplia primo hunc Rit. procedere, ſiue cauſa appellationis ſit ciuilis,ſiue criminalis,ſiue mixta: tum quia hic indefinitè dicitur de cauſa,
1 † & indefinita æquipollet vniuerſali,l.1.ff.de lib.& poſth. l.ſi ita relictum,in princ. & l.ſi pluribus,ff.de leg.2. & l.ſi plures,ff.de leg.3.cum ſim.tum etiã quia Rit.253.& 254. expreſſim loquuntur vniuerſaliter in omni cauſa appellationis,& ita ſeruatur. Secundo amplia, ꝙ cùm appellatio, ſecundũ Bart.in l.1.nu.4.verſ.ſecundũ quæro,ff.de appell.
2 & relatio. † ſit triplex, vna quæ interponitur à diffinitiua, de qua loquitur ille tit. ff.de appell. alia quæ interponitur ab interlocutoria, de qua loquitur l.2. ff.de appell.recip. & alia quæ interponitur ab alijs actibus extra iudicialibus,l.1.§.ſi quis tutor,in fi.ff. quando appell.ſit,l.1 ff.ſi tutor,vel cura.& l nominationes,C.eodem tit. iſte Ritus locum habet in omni appellatione, tum quia locum habet
3 prima ratio ſupra aſſignata in 1.ampliat. † tum etiam ſtatutum ſimpliciter loquens de appellatione,& ſic de gene-

Digitized by Google

re, & ſemper, & regulariter comprehendit omnes eius
ſpecies, vt dicit Rebuff. in commen. conſt. Fran. tract. de
appellatione, in prin. nu. 13. vol. 3. Et ſi dicatur quod ap-
pellatio ab actibus extraiudicialibus non poteſt hic con-
tineri, quia, vt dicunt Ant. de Butr. & Abb. in c. cum ſit Ro-
mana, per illum tex. de appell. & Lap. allegat. 39. ſtatutum
loquens de appellatione, non comprehendit extraiudicia-
4 lem, † quia dicitur prouocatio, nó appellatio d. c. cum ſit,
& vt dicit idem Abb. in c. fin. 1. no. de ſequeſt. poſſ. & fruct.
omnis appellatio eſt prouocatio, ſed non econtra, reſpon-
detur ſecundum Dec. in d. c. cum ſit, in 7. nota. & in ru. il-
lius tit. verſ. circa diffinitionem, nu. 18. quod locum habet
in materia odioſa: ſecus in fauorabili, vt in hoc Ritu volē-
te in appellationibus procedi ſine libello, & litis conteſta-
tione: & quod ſit fauorabilis patet ad ſenſum, quia citius
facit peruenire ad finem cauſarum, item patet ex his, quæ
5 dicam infra in Rit 10. in princ. & Rit. 288. in 3. nota. † Ex
quo ſequitur quod ad ipſam inchoandam non requiritur
libellus, aut litis conteſtatio: & quod inchoari appellatio-
nem per aperturam proceſſus, denotet ſublatum libellum,
& litis conteſtatio. patet infra ex Rit. 253. Item in eiſdem
vbi melius, & clarius dicitur quod in omni cauſa appella-
tionis procedi poſſit ſine libello, & litis conteſtatione, &
quod cauſa appellationis inchoet per aperturam proceſ-
ſus, & idem cauetur in alijs duobus Ritibus ſeq. videlicet
Rit. 254. item curia, & 255. item in cauſis. Alias tamen in
quadam cauſa quam habui in facto in Regia Audientia
Principatus citra, & cæt. contra vniuerſitatem terræ Sapo-
nariæ, exiſtente tunc Auditore, & ipſius cauſæ Commiſſa-
rio domino Bernardo de Aſtudillo, nunc ſacri Regij Con-
ſilij Conſiliario, dicebant aliqui quod Ritus iſte dum dicit
quod cauſa appellationis inchoetur per aperturam pro-
ceſſus, non habuit intentionem tollendi libellum, & litis
conteſtat. eo quia, vt patet ex dicto Ritu 253. videntur po-
ſita, vt diuerſa, & ſeparata iſta duo, quod in cauſa appella-
tionis procedatur ſine libello, & litis conteſtat. & quod
cauſa appellationis inchoetur per aperturam proceſſus,
6 ſed ſecundum eos intentio iſtius Ritus eſt dicere, † quòd
cum de iure communi annus ad proſequendam appella-
tionem currat à die interpoſitionis ipſius, clement. ſicut de
appellat. authen. ei, qui, vbi hoc not. Bart. C. de temp. ap-
pell. late Abb. in c. ex ratione, 1. not. de appell. & Affl. in
conſtit. appellationum tempora, ſecundo nota. hodie non
currit niſi ab apertura proceſſus, ex quo ante aperturam
non eſt incepta cauſa appellationis, vt hic ſumitur à con-
trario ſenſu alioquin ſi ſecus diceretur: annus appellatio-
nis inciperet currere antequam eſſet incepta, & inchoata
ipſa appellatio, quod quidem videtur eſſe quid impoſſibi-
le, contra tex. c. erit, diſt. 4. ego autem dixi, & etiam nunc
dico, quod iſte Rit. non aliud voluit quàm in cauſa appel-
lationis libellum, & litis conteſtationem tollere. Et quod
7 hoc ſit verum probatur, † quia cauſa ipſius appellationis
non dicebatur incipere de iure communi, ſecundum opin.
Doct. niſi dato libello, & lite conteſtata, quando vtraque
pars erat præſens, l. 1. C. ne lic. in vna eademque cauſa. c.
Rainaldus. vbi Gloſſ. not. de teſt. Bart. in l. fin. §. illud, C. de
temp. appell. Bald. in l. ita demum in princ. C. de procur.
& in d. l. 1. circa fin. verſ. vltimo nota. Lanfran. in repet. c.
quoniam contra. in verſ. interloquutoriæ, & appellatio-
nes, nu. 140. extra de prob. & Mattheſil. ſingula. 66. not.
quod in cauſa: ſed ſic eſt quod per hūc Rit. ordinatur quod
incipiat ab apertura proceſſus, ergo ſequitur quod per hūc
Rit. non aliud intenditur, (vt dicebam in princ.) quàm li-
bellum, & litis conteſtationem in cauſis appellationum
tollere, quemadmodum clarius poſtea diſponitur in alijs
Rit. ſeq. quos allegaui. Confirmatur iſta opinio ex eo, quia
ad proſequendam appellationem datur annus, & ex cau-
ſa biennium, auth. ei qui appell. C. de temp. appell. & c. ex
ratione, de appell. de quo anno per conſt. Reg. appellatio-
num tempora ſunt determinati quinquaginta dies ad præ-
ſentandum proceſſum, vt in eadem conſt. dicitur, & per
Maran. in pract. par. 6. actu 2. 3. parte principali, nu. 228. in
fi. in nouis, qui quinquaginta dies, vt expreſsè dicit illa cō-
8 ſtit. incipiunt à die interpoſitæ appellationis: † ex quo cla-
rè conſtat, quod anuus ipſe à quo ſumuntur illi dies quin-
quaginta, incipit non ab apertura proceſſus, vt ſecundum
hunc Rit. concludebatur, ſed à die appellationis interpoſi-
tæ, vt in d. clemen. diſponitur, quæ in hoc non reperitur
correcta, & ita fuit in ipſa Regia Audientia determinatū.
Non obſtat modo, quod per dictum Rit. 253. videantur
poni, vt diuerſa, quod non requiratur libellus, & litis con-
teſt. Item quod cauſa incipiat ab apertura proceſſus: quo-
niam iſtud non apparet ibi, & dum ibi dicitur, & quod
cauſa appellationis inchoet per aperturam, eſt illud idem,
& eſt effectus qui ſequitur ex eo quod ſublatus eſt libel-
lus, & litis conteſt. (vt ex prædictis apparet) nec etiam ob-
ſtat, quod videtur quid impoſſibile annum appellationis
incipere currere antequam incipiat appellatio, quia hic
nō dicitur, quod appellatio incipiat ab apertura: ſed quod
cauſa appellationis, & propterea nulla impoſſibilitas re-
ſultat, quod annus incipiat ante aperturam, & cauſa ap-
pellationis inchoetur per aperturam: vt cuilibet patet ad
ſenſum. Et ex hoc Rit. taliter intellecto, & ex alijs ſeq.
quos ſupra allegaui ſopita eſt Doct. altercatio, nunquid in
cauſa appellationis requiratur libellus, & litis conteſt. De
iure enim communi quatuor fuerunt in hoc dubio opin. Vt
ſcribit Iſern. in conſtit. Regni dilationes, & latius poſt eum
Affl. ibidem nu. 9. verſ. ſed iuxta hoc quæritur. Prima opin.
fuit illa, de qua proximè diximus, quod debeat diſtingui ſi
vtraq; pars eſt præſens, vel ne. Secunda opinio fuit quod
aut in cauſa appellationis non producitur aliquid de no-
uo, & tunc neq; libellus, neque litis conteſt. requiritur, aut
aliquid nouiter allegatur, & ſic lis conteſtatur, ſed libellus
non requiritur per iura, quæ Iſer. alleg. Tertia fuit opin. il-
lorum, qui dicebant ſaltem loco libelli requiri petitionem
aliquam in ſcriptis: ſicut quando imploratur officium iu-
dicis mercenarij. Quarta fuit Iſern. ibidem, qui reiectis
prædictis, tenet nec litis conteſtationem, nec libellum re-
9 quiri, ſiue ſit expedienda ex nouis, ſiue ex eiſdē actis: † eo
quia appellatio ſuſpendit pronunciatum, l. 1. §. fin. ff. ad
Turpil. & propterea ſi in cauſa principali hoc fuit factum,
non erit iterum agendum: cum articulus appelllationis nō
ſit ſeparandus, à principali, vt dicit Goffr. in c. duas, de ap-
pellat. quam Iſern. opin. firmat Io. Andr. in c. Raynaldus,
de teſtam. Innoc. in c. cum contingat, de off. deleg. Angel. in
l. 1. per illum text. ff. an per alium cau. appellat. & Bal. in l.
ſi quis libelli, C. de appell. & videtur ſequi Roman. conſ.
174. nu. 4. verſ. ſecūdo, & cum habeamus hunc Rit. & alios
ſupra allegatos expreſſe hoc decidentes, remanet confir-
mata in hoc Regno eius opinio, & præallega. ſequacium.
Adde, quod de hoc Rit. & alijs preallegatis meminit Affl.
in d. conſt. 4. nota. nu. 29. in fi. & Maran. in tract. par. 8. in
verſ. appellat. nu. 145. verſ. plus etiam, in nouis. Et dum di-
cunt non requiri libellum, & litis conteſt. in cauſis appella-
tionum, intellige loqui cum appellatur à diffinitiua, quia
in cauſa appellationis ab interlocutoria etiam de iure cō-
muni, his ritibus circumſcriptis idem eſt, vt dicit Specul.
in tit. de libel. concept. §. nūc videndum, verſ. ſed nunquid,
Card. in c. Raynal. §. dilectus, de teſt. Abb. in c. per tuas,
col. 2. de appel. & latius Affl. in d. conſt. dilationes, 3. not.
verſ. 6. fallit nu. 7. Salerni die 20. Martij 1559. Proſper
Carauita.

RITVS VII.

ITem quod nullus officialis debeat recedere à dicta ciuitate Neapolis, & extra ipſam ciuitatem, ſe perſonaliter conferre, nec infra Regnū, nec extra Regnum, ſine expreſſa licentia Locumtenentis petita, & obtenta prius ab eodem Locumtenente, ſeu Magiſtro Iuſtitiario, ſi perſonaliter eo tempore reſideret in prædicta ciuitate Nea-

Digitized by Google

Neapolis. Item quod in dicta Curia nullus offi-
cialis per ſubſtitutum ſuum poſſit ſeruire,ſed de-
beat perſonaliter ſuum officium exercere.

SVMMARIVM.

1 *Officiali recedere non licet à ciuitate Neapolis, niſi ob-*
tēta venia maioris magiſtratus. Et practica ſuper hoc.
2 *Amplia hoc etiam ad abſentiam cauſa reipublica, & in-*
firmitatis, & voti adimplendi, nec non recreationis
gratia,infra dicam, & nu.5.
3 *Officialis per ſubſtitutum, quando poſſit deſeruire, &*
num.6.
4 *Officialis recedens,ſtatimque reuerſus ſi ſit, non indiget*
ſuperioris veniam impetrare.
5 *Officialis non ſufficit ſuperioris veniam impetraſſe, ſi*
vltra præfixum terminum reuertatur.
6 *Officiali abſque ſuperioris licentia, an diſcedere liceat, ſi*
aliquod inſurgat impedimentum ad ius miniſtran-
dum? Idem propter ferias licebit ibidem.
7 *Officialis, ſine venia ab officio recedens, qua pœna ple-*
ctendus. Et cuius temporis ſalario priuatur.
8 *Officialis ſucceſſoris aduentum expectare tenetur.*

1 NOta ex hoc Rit. † quod nullus officialis poteſt re-
cedere à ciuitate Neapolis, & ſe in aliquam ciuita-
tem conferre,tam intra,quam extra regnum,niſi petita,&
obtenta expreſſa licētia à Locumtenente,ideſt Regni Pro-
a rege, *a* vt dixi ſupra in 4.Rit. vel à Magiſtro Iuſtitiario,
ſi eo tempore Neapolis reperitur reſidere, cum hoc Rit.
concordat tex. pulcherrimus in l. ſi quis decurio. vbi hoc
no.Bar.in ſummario,& Luc.de Penn.in ſecunda poſitione
caſus, C.de decurio.lib.10.l.illud,ff.de offic.præſid. Boer.
latè in tract.de author. Mag.Conſil. num.153. fol.196. &
* deciſ.149.nu.11.* Ripa in tract.de peſte,tit.de priuilegijs
contractuum cauſa peſtis, nu.143. & facit tex.in l.hac le-
ge, ver.quoniam ibi, proficiſcendi licentiam, C.de prox.
ſacro. ſcrin. lib. 12. Iſte Rit.optimè ſeruatur ab omnibus
officialibus,tam in ciuitate Neap.quàm extra per totum
Regnum,nam Iuſtitiarij,& Auditores Prouinciarum,quã-
do volunt à Prouincia recedere, & aliò ſe conferre, obti-
nent literas ab ipſo Prorege huius Regni, & aliqui ſolum
cum litera priuata vnius Regentis Regiam Cancellariam
ſe abſentant (vt vidi pluries) Aduocatus Fiſci ſolet, cum
abeſſe à Prouincia contingit,ſolum cum licentia ipſius Iu-
ſtitiarij recedere,vt pluries ſolitus eſt ſeruare eximius Do
ctor Ioannes Nicolaus Carauita frater meus,& in Prouin-
cijs Principatus Citra, & Baſilicatæ Fiſci Patronus. Alij
Capitanei, & Iudices Regij aliorum terrarum, ſimiliter
faciunt,vt Auditores, & vltra hunc Ritum, in commiſſio-
nibus,quæ ipſis expediuntur,expreſſe ordinatur ſub pœna
priuationis officiorum,quod ab ipſa terra, quam regunt,
2 ſine licentia non recedant. † Amplia hunc Rit. procede-
re etiam ſi officialis vellet recedere cauſa Reipublicæ, vt
dicit tex.in d.l.ſi quis decur. Secundo amplia etiam, ſi in-
firmatur, & vellet accedere ad domum propriam cauſa
ſe curandi,debet enim etiam tunc,& in quocunque alio iu
ſto negocio,quo diſcedere cogeretur, licentiam impetra-
re, vt inquit Paris de Puteo in tract. ſyndic. in ver. ſala-
rium,§.ſi officialis,nu.1 & nu.10. verſ.vbi autem, & ideo
ipſe ibidem nu.2.verſ.& ideo, dat conſilium officialibus,
vt quando infirmantur, aut aliud euenit, licentiam petant
3 à ſuperiore,† vel,vt dicit ipſemet Par.in ver.Rex conceſ-
ſit,nu.5.eorum ſubſtitutum dimittant, quia poſſunt eo ca-
ſu per ſubſtitutum adminiſtrare, §. ad hoc prohibemus, in
authen. de collat. Ang. in authen. vt cler. apud proprios
epiſc. & dixi latius ſupra in Rit. ſecundo. 4. nota. aliàs ſi
abſque licentia diſcederent non ſaltim relicto ſubſtituto
viderentur officium deſerere,& ſalario priuarentur,vt in-
quit text.in l.3.§.ſi ad diem, ff.de re milit. Tertio amplia
etiam ſi cauſa implendi alicuius voti vellet diſcedere, &
opus eſſet extra ſuam terram pernoctare, vt inquit tex. in
d.l.illud,ff.de off.præſid. eo enim caſu tenetur etiam licē-
tiam petere, vt hic dicitur poſtquam abire non permitti-
tur, vt ibi. Quarto amplia, ſecundum Affl. in conſtit.Reg.
ſtatuimus,vt magnæ 6.not. nu.7. etiam ſi cauſa recreatio-
nis vellet officialis exire,& licet ad hoc nihil allegat præ-
terquam Rit.iſtum,tamen comprobari poteſt ex omnibus
ſupradictis arguendo, à maioritate rationis. Limitarem
iſtud, quando exitus cauſa recreationis eſſet modici tem-
poris,puta pro vna die feriata, & non nimis procul à ciui-
tate per ea,quæ ſtatim dicam in 1.limitat. ſicque videmus
4 obſeruari. † Limita hunc Rit. non procedere in officiali
recedente, qui ſtatim fuit reuerſus, quia is non videtur re-
ceſſiſſe,ſecundum Specul.de ſalar.3.verſ.1.& vt dicit Bal.
in auth.habita,col.4.nu.23.C.ne fil.pro patre,& Alexand.
in l.præſens,C.de procurat.pro pręſente habetur,& vt in-
quit idem Alex.in l.1.§.qui pręſens,ff.de verborum oblig.
receſſus, qui incontinenti reuertitur, non dicitur actus
5 extraneus,& ideo hoc caſu licentia opus non erit. † Quod
autem hic dicitur, de licentia, intellige dummodo reuer-
tatur infra terminum ſibi ſtatutum, aliàs ſi eo elapſo redi-
ret,nō ſibi ſufficeret cum licentia diſceſſiſſe, vt inquit tex.
6 ad literam,in d.l.3.§.ſi ad diem,ff.de re milit. † Secundo
limita, quando in ipſa ciuitate inſurgeret aliquis Tyran-
nus, aut aliqua ſecta, vel quiduis aliud, propter quod non
poſſet ibi iuſtitiam miniſtrare, aut ſine verecundia mane-
re,per ea, quæ not. Bart.in l.1.§.diuus, nu.5.verſ.ſed iuſta
hoc,ff.de var.& extraord.cogn. Corſet.in ſingul.in verſic.
ſalarium,lo 3.Par.in ſynd in verſic.ſalarium,§.ſi officialis,
* num.5.* & Rip.in d.tract.loco præalleg.vbi in caſu peſtis
exemplificat,ſed hæc limita in ciuitate Neapolis. Iudicio
enim meo non poſſet procedere,cum ibi ſemper ferè adſit
Locumtenens, à quo facile eſſet habere licentiam, item
quia ibi hæc impedimenta conſiderari non poſſunt ob ma-
ximam iuſtitiam, quæ ibi viget, (vt omnibus clarum eſt.)
Extra ciuitatem ipſam bene poſſet procedere, cum ob lo-
corum diſtantiam non ita faciliter licentia poſſit haberi.
Tertio limita non procedere, quando eſſent vacationes
per ea,quæ no.Cagno.in l.diem functo, num.19. ff.de off.
aſſeſſ. & poſt eū Nicol.Pignol.in addit. Rom.d.ſing.453.
Iſta limit. ſimiliter non ſeruatur nec intra, nec extra ciui-
tatem Neap. vel propter hunc Rit. vel, vt credo, propter
formam generalem commiſſionum,& ideo etiam his die-
bus omnes cum licentia diſcedunt. ¶ Not.in fi. Rit.quòd
nullus officialis poteſt per ſubſtitutum ſeruire,quod etiam
cauetur ſupra Rit.2. vbi de hoc dixi latius in 4.notab.
7 ¶ Quæro, qua pœna punietur officialis, qui abſque licen-
tia ab officio recedit. Rit. iſte non dicit aliquid de hoc, tu
autem

ADDITIO.

a Prorege. Adde,quod iſta interpretatio nō eſt bona, ſed
intelligi debet de Locumtenente Magiſtri Iuſtitiarij, &
propterea ſubijcitur,ſeu Magiſtri Iuſtitiarij,ſi perſonaliter
eo tempore reſideret in dicta ciuitate. Tempore namque
horum rituum,& præcipuè tempore huius Reginæ Ioan-
næ ſecundæ non aderat Vicerex,ſed Magiſter Iuſtitiarius
Regni, qui habebat ſuum Locumtenentem, vt patet ex
pragm.dictæ Reginæ,quæ vulgò dicitur la Filingeria, edi-
ta anno 1418.ad ſupplicationem Catarinę Filingerię vxo-
ris Ser Ioannis Caraccioli in calce cuius dicitur,Mandan-
tes propterea, &c. Magiſtro Iuſtitiario dicti noſtri Regni
Siciliæ, eiuſque Locumtenenti,& Iudicibus Magnæ Curiæ
Vicariæ,&c.eoque etiam tempore,non erat Sacrum Con-
ſilium,nec Regia Camera Summariæ:quę tribunaliter po-
ſtea inſtituta fuerunt à Rege Alfonſo primo,vt nos decla-
rauimus in dicto noſtro tractatu, Ad arbitr. Magnæ Cur.
Vicar.c.2.nu.90.Non tamen inficiamur,quod hodie huiuſ-
modi licentia,nec à Magiſtro Iuſtitiario datur, qui nō re-
ſidet in Regno, nec ab eius Locumtenente,qui eſt Regens
Magnæ Cur. Vicar. ſed à Domino Regni Prorege, & ita
obſeruatur. C. P.

Digitized by Google

autem ſic dicas, aut de hoc in eorum commiſſionibus caueatur, & tunc pœna ibi appoſita punietur, aut non, & tunc ſalario priuatur, l.3.§.qui militiæ, ff.de re milit. Gloſ.eiuſdem l.in §.ſi ad diem, l.hac lege, verſic.& quoniam à contrario ſenſu, C.de prox.ſacr.ſcrin.lib.12. vbi hoc no.Bart. Bald.in l.ſi ea. C.de cond.inſer. & in d.auth.habita col.4. nu.22.ver.ſed quid de Doctore.Rom.ſingul.453. Doctor, ſeu ſtipendiarius. Quod quidem intelligas tam pro tempore, quo ſtetit abſens, quàm etiam pro diebus eundi, & redeundi, nam etiam tunc abſuit, vt per Bald.in d.l.ſi ea. Alex.in l.diem functo,col.fin.de offic.aſſeſſ. & in l.1.§.diuus,ff.de var.& extraord.cogn. Item intellige in officiali recedente,& demum redeunte, alias ſi non fuit poſtmodũ reuerſus ad officium,priuatur ſalario nedum temporis futuri quo ſe abſentauit, ſed etiam temporis præteriti quo ſeruiuit,vt dicit Bal.in l.2.nu.2. verſ. ſed quid ſi promittit. C.loc.Dec.conſ.70.in fi.vol.1.Iaſ.in d.l. diem functo. col. fin. & ibi Cagno. late verſ.ex prædictis patet ſolutio, nu. 212. licet Bar.in l.1. §.diuus, in fi. aliter voluerit, & male,ſecundum Cagno.ibi,qui eius dictis reſpondet. Et inſuper vigore Regiæ nouellæ pragm. Caro. V. Imperatoris
* Inuictiſsimi, incip. prohibemus, quæ * eſt 2.prag.in tit.de
off.iud.punietur pœna inhabilitationis perpetuæ exercẽdi
ſimilia officia, etiam ſi finitum eſſet tempus ſui officij,
8 † quia tenetur aduentum ſucceſſoris expectare, vt in dict.
a pragm. dicitur, a & eſt in viridi obſeruantia. Salerni die
24.Martij. 1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Dicitur. Adde,quòd eſt tex.in l.meminiſſe,ff.de offic.Proconſ.& ſequenti. C. P.

RITVS VIII.

ITem, quod nullus officialis ipſius Curiæ poſſit in eadem Magna Curia exercere duo officia, ſed vno tantum debeat eſſe contentus.

Materiam iſtius Rit.tetigi ſupra in Rit.2.in 8.not. ideo dic,vt ibi dixi latius.

RITVS IX.

ITem, quod Locumtenens, Iudices, Magiſtri actorum,& Ærarius teneantur quolibet menſe in fine ipſius menſis facere diuiſionem prouentuum inter officiales dictæ Curiæ, & dare, ſiue dari mandare,& ſolui vnicuique ratam ſibi contingentem,prout antiquitus in ipſa Curia facere conſuetum, & obſeruatum extitit.

SVMMARIVM.

1 *Salarium officialibus in principio, an in fine ſit præſtandum? & num.2.*
2 *Salarij promiſſio in officialium commiſſionibus facta, legali diſpoſitioni æquiparatur.*
3 *Salario, officiali ex prouentibus officij conſtituto, ſi deficiant,taliter quòd ſibi non poſſit ſatisfieri,an teneatur, qui tales conſtituit officiales?*
4 *Notarij actorum an numero officialium veniant, officiumque eorum quod ſit.*
5 *Officij nomen ad omne miniſterium eſt generale, capiturque largè, & ſtrictè.*
6 *Rata, pro portione ſumitur.*
7 *Dictio, prout, ponitur cauſaliter, & limitatiuè, aliquando etiam conditionaliter.*
8 *Dictiones iſtæ quinque, prout, quemadmodum, iuxta, vt, & ſicut, idem important.*

NOt.primo ibi magiſtri actorum,quòd per hunc Rit. actuarij antiquitus habebant Gagia à Curia de prouentibus qui fiebant in ea,& id etiam ſentit Affl. in cõſtit.Regni pro ſcripturis,nu.2.& probat tex.c. Regni item ſtatuimus, quòd ſiue in Magna Curia, cum ibi not. per Napod. Hodie ſecus eſt, quia omnes emunt officia à Curia,& non aliter habent ſalarium ab ea, ſed tantum gagia prouenientia ex eorum ſcripturis, copijs,decretis, & alijs prouiſionibus quas faciunt, vt dicam latius infra in Rit.42.& ſeq.iuxta taxam ordinatam in pandecta Magnæ
* Curiæ Vicariæ,nouiter impreſſa in prag. * 38.incipien. itẽ
diciamo, de officio mag. iuſt. de qua dicam etiam infra in Rit.25.

¶ Secundo nota ibi, in fine ipſius, quod Gagia officialium quę erant loco ſalarij tempore iſto, in fine vniuſcuiuſ-
1 que menſis ſoluebant. † At ex diſpoſitione iuris communis, ſecundum magis communem opinionem, ſalarium in principio officij ſolui debet, vt colligitur ex gloſ. & Bart. in l.1.§.diuus,nu.16.verſ.vlterius quæro, ff. de var.& extraordin.cogn. Pau.de Caſt.& Alexand.in l. diem functo, 2.not.Et Curt.ibidem,col.4.ff.de off.aſſeſſ. mouentur primo ex ipſa l.diem,prout litera tex.habet præſtitum,& non præſtitutum.Secundo ex tex.l.vni.ibi, promiſſa reſtituant. C.de ſuffrag. Tertio quia cum ſalarium detur officialibus pro opera, & expenſis quas in diem opus eſt facere in officio,illud quidem in principio dari debet, per tex. l.ſi vero non remunerandi,§.fin.ff.manda.quam Bart.allegat cũ alijs in eodem §.Diuus. Quarto,vt idem Barto. dicebat in d.§.diuus,vbicunque ſalariũ debetur ex diſpoſitione legis, illud à principio ſolui debet,l.poſt duos,C.de aduo.diuer.
2 iud. l.1. C. de primipil.lib.12. & d.§. diuus. † Sed ſic eſt
quod ſalarium officialium præſtatur eiſdem ex promiſſione,quæ communiter fit in commiſſionibus, quæ promiſſio cenſetur ſubrogata in locum legalis diſpoſitionis, & prouiſionis, vt no in l.fori, C. de aduoc.diuer.iud. & ſcribit Lauren.Silua.conſ.18.nu.13. ergo etiã eis in principio ſolui debet, ac ſi à publico, & legis diſpoſitione ſolueretur, cum idem reputetur, vt dicit gloſ.in d.l.fori, & Bar. in l. prouidendum, C.de poſtul. Bene tamen verum eſt, quod Ioan.de Plat.in d.l.1.C.de primipi. Iaſ. in eadem l.diem, Claud.de Seiſel.& Cagn. nu.126. tenent contrariam opinionem ex multis quæ adducunt, quòd immo in fine anni ſolui debeat: & reſpondet ijs quæ pro prima opin. adducuntur:vt latius per eos,quæ opin.vt Cagn.ibidem aſſerit, licet ſit contra communem: videtur ſibi verior in puncto iuris: licet ipſe poſtmodum æquitate motus, dicat nec in principio,nec in fine eſſe ſoluendum, ſed eligendã mediã quandam viam, quod etiam Dec. & alij ibidem firmant. Sed poſtquam Ritus iſte hoc decidit, res ipſa eſt extra difficultatis: & vt optimè Cagno. dicit num.129.in fi. hodie ſuper hoc laborandum non eſt, cum aut ſtatutis, aut conuentionibus,& cõſuetudine reſoluatur, & rectè dicit Rit. iſte in eo, quod dicit de tempore ſoluendi ſalarium officialibus non ſeruatur: quoniam ex conſuetudine tam Regni,quàm Baronum officiales,exceptis officialibus Regiæ Audiẽtiæ Principatus Citra,& Baſilicatæ,ſingulis quatuor menſibus percipiunt ratam contingentem, quam tertiam appellamus, vt patet ex Regia pragmat. incip. Regiæ di-
* gnitati * de ſindicatu officialium. inde tertia appellata,
quia de toto ſalario tres fiunt partes: quamuis Ærarij, & prouentuum perceptores in his gratificentur officialibus, & vt plurimum ſoluant ante tempus: licèt de eis conqueratur Afflict.in conſtit.Regni,cum circa,12.not. Ideo autem officiales Regiæ Audientiæ Principatus excepi, quoniam ob paucos prouentus,qui fiunt, infelix eſt in hoc,qui ibi officium exercet. Scio ego Auditores aliquos completo officio,creditores diſceſſiſſe,& eorum ſalariũ nunquam
* conſequutos. * Nouiter verò per Reg. Maieſtatem Sere-
niſsimi Regis Philippi edita eſt prag. mandans ſalaria officialium Regiarum Audientiarum totius Regni ſolui per perceptores prouinciales, non autem de prouentibus per Magiſtros Cameræ,vt fieri ſolebat,per rationem, quam ponit

ponit d.prag.quę eſt 60.incip.Illuſtris,de off.procur.Cęſ. quæ in viridi eſt obſeruantia.

3 ¶ † Tertio nota ibi,diuiſionē prouentuum,ꝙ gagia officialium ſoluebantur eiſdem per hunc Rit. ex prouentibus ipſius Curiæ:hoc tamen erat intelligendum ſi fiebant prouentus:aliàs tenebatur Rex,& quicunque officiales conſtitueret ſub ſalario ſibi ſoluendo de prouentibus,in defectu ipſorū ſoluere de proprio, per tex.not.in l.quidā,in princ. ff.de leg.1.per quem ita firmat Par.in tract.ſynd.in ver.ſalarium, §.Rex conceſſit. eo quia, vt dicit tex.d.l.quidam, cum de prouentibus fit mentio,vt hic, non eſt intentio loquentis facere promiſſionē ſalarij conditionalem,ſcilicet, ſi fient prouentus,& non aliàs,ſed tantum deſignandi locū à quo ſalarium debitum percipi poſſit, vel ſibi dandū erit officium pro anno ſequenti, per tex.l.firmio. in princ. ff. quando dies lega.cedat.l.legatum,§.vini,ff.de annu.leg.& l.inter ſtipulantem,§.ſacram,cum ſimilib. quæ gl.adducit in d.l firmio.& l.legatum,ff.de verb.oblig.niſi aliter actū appareret,& mentio prouentuum facta fuiſſet animo conſtituendi ſalarium ſuper eis tanquam ſuper ſpe quadam, & alea, quoniam tunc ipſis deficientibus, nihil perciperetur ab officio, ſalarij nomine, per tex.in l.nec emptio. §. aliquando,ff.de contrah.empt.l.nam hoc modo,ff.de hæred.vel act.vend.& inſtit.de rerum diuiſ.§.hoc amplius.

4 ¶ † Quarto not. ibi, inter officiales, tex.in quo probatur notarios actorum dici officiales: & ſub nomine officialium venire,& pro hoc Marcel. Bono. in Ritu 261. alleg.gloſ.in l.1.in princ.in verſ. denunciandum, ff. de falſ. Bart.in l.cum ſententia,C.de ſenten.& ponderat tex. conſtitut.Regni,occupatis, ſed tu vide Dec. conſ.40. vol.1.& plenius Iſer.in tit.quæ ſint reg.in ver. poteſtas conſtituendorum,nu.65.vbi præ alijs adducit tex. in l. ſi quis decur. C.de fal.& legem primam,iuncta gl.in ver.alio, C.de tabul.lib.12.dicitque, quod licet dicantur officiales, tamen non aliter officiales dicendi ſunt,vt iuriſdictionem habeāt, aut magiſtratum,ſed tantum,quia prębent officium dictandi,conficiendi, & ſcribendi,quod dicit patere ex l.ne quis, C. de dignit. lib.12. vbi quod eorum officia ſunt vilia, &

5 abiecta,& in omni officiorum fęce. † Quibus adde,quod hoc nomen officium eſt generale ad omne miniſterium,ſecundum gloſ.in l.legatis,§.ſi ex officio,ff.de leg.3.Gemin. in c.vt officium, de hæret.in 6. Dec. rub. ff.de off.eius,& Cagn. in l.diem functo, nu.14. ff. de off. aſſeſſ. adeo quod etiam cuſtos portarum dicitur habere officium,latè Boer. deciſ.149.nu.1.& vt dicit Affl.in d.ver. poteſtas, num.41. cum ſeq.officium largè,& ſtrictè ſumi poteſt:largè,vt contineat omne miniſterium; & hoc modo ſumpto actuarius dicitur officialis: ſtrictè, vt contineat ſolum eum qui iuriſdictionem habet,pro quo l.fi.ff.de re iud.& l.eum,ff.de in ius vocan.

6 ¶ † Quinto not.ibi ratam contingentem, quòd tempore iſtius Ritus prouentus communes taliter diuidebantur, quod quilibet officialis habebat ſuam ratam,ideſt portionem:ſic exponit Bal.in auth.defuncto,col.3.verſ.ſequitur, C.ad Tertull.glo.in l.ſic pro rata,ff.de relig. & ſump.fun. Hodie prouentus ſunt Regiæ Curiæ, & officiales habent ſalaria ab ea.

7 ¶ † Sexto no.ibi, prout,quod ante hunc Rit.ſeruabatur in fine cuiuslibet menſis fieri diuiſionem, & diſtributionē ſalariorum officialium de pecunia prouētuum: iſtud enim aduerbium prout,quoniam ponitur in hoc tit.in quo expreſſe diſponitur id quod fieri debet, & continet certam diſpoſitionem, dum refert ſe ad præteritum, de quo non apparet, intelligitur poſitum cauſaliter, & limitatiuè, vt ſenſus ſit, quod ſingulis menſibus fiat diuiſio prouentuum pro ſoluendis ſalarijs officialium, prout obſeruatum extitit,& conſuetum: ideſt quia ſolitum, & conſuetum eſt ſic fieri,iuxta tex.c.Abbate Sancti Siluani,extra de verb.ſign. & regulam poſitam de iſto aduerbio per Bar. in tract. ad reprime.in ver.prout, & plenius Felyn, in c.2. nu.10. ibi, ſed certè videtur,extra de reſcri.& ideo Bart.in l. eū qui, §.Iulianus,ff.de conſt. pecu. quem ſequitur Dec. conſ.63, nu.5.& vbique Doctor. dicunt, quod ſi iudex in ſententia condemnat Titium ad ſoluendum ſingulis annis vnum par caponum Sempronio, prout ſui anteceſſores conſueuerūt, talis ſententia non dicitur conditionalis, nec Sempronius neceſſe habebit probare de conſuetudine ſuorum anteceſſorum:ſed reputabitur ac ſi purè condemnatus eſſet: & illud.prout, cum ſententia contineat quid certum, ponitur pro quia,vt etiam pulchrè ponit Bal.in l.1.circa finem, C.de epiſ.& cler.Paul.de Caſt.conſ.320. in cauſa decimali Ioan.Andr. in addit. Spec.tit. de feu.§.ſi igitur, l.additio. Abbas in c.examinata,in fi.de confirm.vtili,vel inutili, & idem Bar.in l.admonendi,nu.7.verſ.& hoc facit, ff.de iureiur.vbi ex hoc aliam quæſt.decidit,vt ibi per eum. Aliquando tamen hoc aduerbium (prout) ponitur conditio-
8 naliter, & limitatiuè, vt dicam infra in Rit.25. † Et quicquid dicitur de aduerbio iſto, habet etiam locum in dictione ſecundum,quemadmodum,iuxta,vt,& ſicut,quoniā idem important,vt dicit Fely.in d.c.2.nu.10. ver. aliquando.Salerni die 28.Martij.1559. Proſper Carauita.

R I T V S X.

ITem,quod Locumtenens, Iudices, Ærarij,& Magiſtri Actorum,Aduocatus fiſci, & alij fiſcales,teneantur ſemel ad minus in hebdomada, perquirere omnia acta Curiæ, & proceſſus, & acta fiſcalia:& dare expeditionem litibus, & mādare fieri exequutiones ſecundum antiquum Ritum,& obſeruantiam Curiæ præfatæ.

S V M M A R I V M.

1 *Lites protrahi,contra iuris mentem eſt.*
2 *Iura canonica, & ciuilia ad imponendum celerem finem litibus ſatis laborauerunt.*
3 *Lites expediri, publicè intereſt.*
4 *Lites criminum ſunt occaſiones.*
5 *Lis eſt cauſa malorum, & corruptionis principium, aliaque ad idem propoſitum.*
6 *Litium euentus ſemper dubius, & nu 11.*
7 *Litigans perpetuò, calumnioſus præſumendus.*
8 *Litigans de leui,in teſtē,uel accuſatorē non admittendus.*
9 *Deſiſtens à lite, de iure ſuo non dicitur diffidere.*
10 *Litium dirimendarum gratia, multa conceduntur, quæ non aliàs.*
11 *Iudex litigantibus an concordiam perſuadere poſſit?*
12 *In propria cauſa aduocatum quæras.*
13 *Pecunia mundum deſtruit,perfectionemque non ſinit.*
14 *Sententiam obtinere difficile, difficiliuſque eius exequutionem conſequi.*
15 *Titulus de re iudicata auro plenus eſt, propter ſententiarum exequutionem.*
16 *Lis vnde dicatur.*
17 *Lis, & cauſa in quo differūt à cōtrouerſia,& quæſtione.*
18 *Litis nomine realis, & perſonalis actio venit.*

COmmendat Rit.iſte omnibus officialibus proceſſuū, actorum, litiumq; expeditionem, vt enim inquit
1 Spec.in tit.de appel.§.6. verſ. † & nota tertio, lites protrahi eſt contra iuris mentem. Immo ſecundū Iſer.in præ-
2 lud.conſt.& Affl.ibid. q.12. nu.18. † ad imponendum celerem litium finem Iuriſconſ.multū elaborauerunt:vt patet ex.l.quidam,ff.ſi cer.pet.l.non diſtinguemus, §.quæſitum,ff.de arb.& l.terminato, C.de fruct.& lit. expen. Et nedum leges ciuiles hoc ſtatuerunt, verum etiam & iura cano.c.2.de re iud.c.finem litibus,& c.venerabilis, de dolo,& contu.clemen.diſpendioſam, de iud. clem. ſæpe, in prin.de verb.ſign.& clem.1.in fi.de conceſs.præb.cū ſimil.
3 quæ dico infra in Ritu 288. in 3.no. & in 2.q. † Et in hoc dicitur verſari publicū intereſſe, vt dicit Bart.in 1.conſt. C.& Par.in tract.ſynd.in verſ.ſententia, §.reſtat, in princ. & pro-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

& probat tex. optimus in l. ſi quis §. in ciuilib. ff. de captı. & poſtli. reuer. & Bal. in addit. Spec. de appel. ver. cō-
4 ſtitutio Epiſcopi.† Ratio eſt, quia lites, vt plurimum ſolēt
eſſe criminū occaſiones. §. ſi verò aliquis, in auth. de trien.
& ſemiſs. & l. properandū, in princ. in verb. criminib. C.
de iud. licet gloſ. ibi aliter exponat, & male, & Luc. de Pē-
na in l. litibus, col. 2. C. de agri. & cenſit. lib. 11. idq; etiam
patet Eccleſ. c. 28. ibi, Abſtine te à lite, & minues peccata:
& inferius, lis feſtinans, effundit ſanguinem, & Ariſt. in 1.
5 Metaph. dum ait, † lis eſt cauſa malorum, & in 2. eiuſdem,
lis eſt cauſa corruptionis, & principium eius, ſi lis non eſ-
ſet in rebus, omnia eſſent in vnum, ſed lis cum ſit in rebus,
diſpergit eas, & nō finit quieſcere, Specul. de præpar. Iud.
ante finem, in verſ. in ſumma. dicit quod lites omninò fu-
giendæ ſunt, etiam ſi oporteat rem propriam dimittere,
quod ex Euang. cōprobat. Matth. c. 5. Luc. 18. & Mar. 10.
ibi; ſi quis voluerit tibi tunicam tollere, & in iudicio te-
cum contendere dimitte ei pallium, ſcripſit Paul. Apoſt. 1.
Cor. c. 6. & habetur 14. quæſt. 1. in princ. euenit enim ſæ-
pe ſæpius quod ſcribit Silu. nupt. lib. 6. in princ. nu. 8. qđ
qui ſæpe credunt obtinere, frequentius ſuccumbunt, & ſi
obtinent, computatis laboribus, & expenſis, nihil acqui-
6 runt, † & ideo dicitur quod dubius eſt litium euentus. a
a l. quo tempore, §. fin. & ibi Bart. ff. de pecun. & Specul.
in tit. de aduocato. §. 3. ver. ex facto autem, & ver. caueat
autem. Hinc etiam Specul. de inquiſit. §. 4. ver. quid ſi
pendente, dicit quod ſi quis dabit aliquid litis fugiendæ
cauſa, nō dicitur dolo deſijſſe poſſidere quod videtur cō-
firmari ex tex. l. 4. §. fi. ff. de alien. iud. muta. cauſ. fact. vbi
Iuriſconſ. ait verecunda cogitatio eius qui lites execratur,
7 vituperanda non eſt: ſed laudanda, † is enim qui perpetuo
litigat, calumnioſus præſumitur, & eſt exoſus legibus ſm̄
Barb. in clem. vt calumnijs, de re iud. & conſ. 7. ſapienter,
colum. 11. vol. 2. & conſ. 31. omnia quæcunq; col. 2. vol. 4.
8 imò ſm̄ Imol. † in c. cum decem, de vita, & honeſt. cleric.
magis peccat litigioſus, quam adulator, & tales non ſunt
honeſti viri, vt dicit Afflict. in conſtit. apoſtatantes, 3. no-
ta. nu. 6. & qui de leui litigat, non eſt admittendus in te-
ſtem, nec in accuſatorem ſecundum eundem Barb. conſ. 3 a
9 omnia, col. 2. vol. 4. & 9 d. clem. vt calumnijs, col. 2. † adeò
quod deſiſtens à lite, non dicitur de iure ſuo diffidere, ſed
lites execrari, vt dicit Felyn. in c. illud, col. 5. de præſcrip-
10 tio. † Harum litium dirimendarū cauſa multa fiunt: quæ
alias non concederentur, vt dicit Specul. de iud. deleg. §. 2
11 poſt medium, † in tantum quod iudex tenetur ipſis liti-
gantibus concordiam perſuadere: licet ad eam cogere
non poſſit regulariter, vt dicit Bald. in l. ſi vſusfructus, §.
æquiſſimum. ff. de vſufruct. gloſ. fin. in c. 1. de mutu. peti.
& ibi pulchrè Ant. de But. Dec. in cap. vt debitus honor,
2. nota. de appellat. Specul. in tit. de præpar. iudic. gloſ. in
l. furti. §. qui iuſſu. ff de his qui not. infa. Bal. in l. cōgruit.
ff. de offic. præſidis, & in l. quidam extimauerunt, vbi Paul.
de Caſt. & Doct. communiter, ff. ſi cert. pet. Dec. conſ. 135
col. 2. Barb. poſt Bart. in dicto §. æquiſſimum, & plenè Sil-
ua nuptia. l. 6. in princ. nu. 12. niſi in caſu c. placuit. 90. diſt.
in caſu quem ponit Bald. in dicto §. æquiſſimum, in alio
quem ponit Silua ibid. nu. 13. & in alijs quos ponit Iaſ. in
dicta l. quidam, & Felyn. in rubr. de treug. & pace, & Ma-
ria. Soccin. in c. 2. in princ. art. concluſ. 1. nu. 96. de libell.
obla. fol. 164. (vbi de his aliqua) hæc pulchra verba ſcri-
bit. In primis ex charitate vobis conſulo, potiſſimè cum
eritis Doctores, & aduocati; vt ex his authoritatibus non
ſolum perſuadeatis, verum etiam impellatis, & aſtringatis
partes, & clientes ad pacem, compoſitionem, & concor-
diam, idq; maximè, in cauſis proprijs agendum eſt ſecun-
dum eum, quia cum dubius ſit litis euentus, ſi doctor pro-
priam cauſam amitteret, eſſet ſibi magnum dedecus, &
perderet cum cauſa honorem, imò affectio poſſet intelle-
ctum eius ducere ad perniciē, quapropter lites proprias,
tanquam rem pernicioſam fugiendas eſſe ait; exemplo pi-
12 ſtoris, qui panem ponit in furno, & non ſeipſum, † quod
ſi ex neceſſitate litigandum eſſet, tunc in propria cauſa
quilibet aduocatum quærat. Sed hodie videmus pluri-
b mos, ſicut animalia in paſcuis b impinguari in litibus, qui
bus videretur vti piſcis eſſe extra aquam, ſi vna quidem
hora abſq; iurgijs reperirentur, verum aduocatis hæc ve-
niunt imputanda, quoniam ſi conſilium Marian. ſeruarēt,
nec tertium quidem litium, quas cōſpicimus: cerneremus:
ſi ipſi damna clientibus reſarcirent: & ſi non tam facile ad
gradum doctoratus reciperentur, multos aduocandi pro-
13 feſſionem dimittere oporteret. † Sed pecunia c in ſumma
c eſt, quæ totum mundum deſtruit, & ad rerum vberta-
tem, & perfectionem peruenire non ſinit.

¶ Nota, ibi mandare fieri exequutionem, quod nedum
litium expeditionem mandat iſte Rit. Verum, & ipſarum
14 exequutiones, nec mirum, † quia ſi difficile eſt obtinere
ſententias, difficilius eſt exequutionē conſequi, lege quod
debetur, ff. de pec. Imò vt experto credi poteſt, ob diuer-
ſas aduocatorum, & procuratorum caliditates, lōgè plus
in conſequutione exequutionis poſt ſententiam, quam in
ipſa ſententia obtinenda elaboratur. Vnde quia id veriſſi-
mum eſt, & tota virtus ſententiarum in exequutione cō-
15 ſiſtit. Alex. & Iaſ. in rub. ff. de re iudic. dicunt, † quod ille
titulus

ADDITIONES.

a Euentus l. quo tēpore, aliàs l. quod debetur in prin. quæ ſequitur immediatè poſt l. eo tempore, & adde, quòd alibi etiam dicitur, ſententiam eſſe fortunæ euentum, vt in §. penult. auth. de æqual. dot. ibi, communicanda actio eſt, vt quicquid ex euentu fortunæ conſecutus fuerit id omne diuidatur. Tu vide etiam l. quicunq;, C. de procur. ibi, litis ſorte. Quapropter, à lite diſcedere bonū eſt, l. 1 ſumm. ff. de cond. indeb. Cum lis quādoq; bona perdatur, l. ſi per imprudentiam, ff. de euict. Vnde litium miſerias recenſet Gulielmus Bud. in adnot. ad l. 2. ff. de legibus multiplices legum commentarios litium materiam exiſtimans in adnot. ad l. fin. ff. de Senator. Proptereaq; eius factum non improbat prætor, qui tanti maluit re carere, ne propter eam ſæpius litigaret, cū hæc verecundia, & cogitato eius, qui lites execratur non ſit vituperanda, l. 7. §. 1. ff. de alien. Iud. mutan. cauſ. fact. & vide hunc commentatorem infra ritu 288. ex num. 29. C. P.

b Paſcuis. Adde Bud. ī l. aduocatos, & procuratores (quos Bar. in repet. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. canes curiarum appellat, & deuoratores ciuium) inuehentem in adnot. ad tit. ff. de offic. præfect. prætor. his verbis. Verum iſta ſunt alimēta litium, ideſt, eorum hominum pabulum, qui rationes ſuas in ſpolia ciuilia coniecerunt: quæ tertia propè pars eſt nunc hominū, qui in aliquo nomine eſſe cenſentur. Alibi etiā Grat. Valen. & Theod. Impp. omnes cognitores, & Iudices à pecunijs atq; patrimonijs manus abſtinere præceperunt, & ne alienum iurgium ſuam prædam putent ſubijcientes etenim priuatarum quoq; litium cognitor, idemq; mercator, ſtatutam legibus cogetur ſubire iacturam l. 3. C. ad l. Iul. repetundar. de qua re tu vide quæ nos latiſſimè, ac copioſiſſimè ſcripſimus in tractatu noſtro. Ad l. Iul. repetundar. C. P.

c Pecunia. Adde illud Horat. Epiſtolarum lib. 1. Epiſt. 6
Et genus, & formam regina pecunia donat
Ac benè numatum decorat ſuadela, venuſque
Idemq. alibi ſermonum lib. 2. ſermone 3.
Virtus, fāma, decus diuina humanaq. pulchris
Diuitijs parent, quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, & Rex.
Iuuenalis autē ſatyra prima funeſtā ipſā appellauit, ibi
Quandoquidem inter nos ſanctiſſima diuitiarum
Maieſtas, & ſi funeſta pecunia, templo
Nondum habitas nullus nummorum ereximus aras,
Vt colitur pax atque fides, victoria, virtus
Quæq. ſalutato crepitat concordia nido.
Contra quam vide omninò quæ nos latè congeſſimus in dicto tractatu, De commer. magiſtrat. aut vetit. aūt permiſſ. C. P.

Digitized by Google

titulus eſt plenus auro. nam,vt ait Bal.in c.Eccleſia.col.1.
vt lite pend. ſi exequutionem non obtineas, fruſtratoriū
ſint iudicium tuum; cuius exequutio tendit in vanum,
propter quod euenit multoties,quod ſcribit Fely. in cap.
nihil,in princ. de prę́ſcrip. quod propter litium execra-
tiones,multi eorum iura dimittunt indiſcuſſa,ſcio equidē
ergo nonnullos litibus, & expenſis fatigatos vera deſpe-
ratione ductos,cauſas ipſas fortunæ commendaſſe,& de-
ſperatas reliquiſſe.Culpant in hoc plurimum Iudices, ad-
uocatus,& procurator fiſci,qui bene ſeruant hunc Rit.in
his quæ pro fiſco tractantur contra inquiſitos: at,ė con-
tra quanto proniores ſunt ad carcerandū,tanto ſunt tar-
diores ad liberandum,& in cauſis ciuilibus nunquam eſt
dare litium finem. In hoc equidem optarem fieri rigoro-
ſas prouiſiones,vt hi quib. credita ſunt officia,iuxta prin-
cipis voluntatē,iuſtitiam miniſtrarent. Fiſcales tunc qui-
dem eorum officium rectè exequerentur, cum malos pu-
niri,& probos,ac innocentes protinus liberari,inſtarent,
& procurarent,quia non mandat Princeps fieri aut peti,
quod iuſtum non eſt,fiſcalis officium exercens, in hoc de-
beret diligenter attendere, non autem contra carceratos
excandeſcere, & eorum cauſas protelare,vt ſic hominibus
appareat,& promoueatur ad maiora,ſed quia animi illo-
rum ambitione reguntur,tanquam in vtramq; aurem dor
mientes,iſta parum ſentiunt, reddent de his rationem,cū
tempus erit, & remetientur eis, quę ipſi alijs inique
16 meriti ſunt. ¶ † Quæro vnde dicta eſt lis,de qua in hoc
Rit. & alijs,ſit mentio? Breuiter reſpondeo eam dici à li-
mitum,ſeu finium contentione,cap.forus,§.lis,de verbo-
rum ſignificat.cuiuſque incentiuum ſunt aurum,& pecu-
a nia, *a* c. ira,11.q.3. † dici autem poteſt lis,tam ante litem
17 conteſtatam,quam poſt,licet cauſa non niſi lite conteſta-
ta dicatur,vt dicit gloſ.in l.cauſas,C.de tranſact.& in hoc
differunt à controuerſia, & quæſtione: quia quæſtio, &
controuerſia eſſe poteſt ſine lite,& cauſa,extra iudicium,
l.Lucius,§.tres hæredes,ff.ad Trebell.& l.non ſolum,§.ſi
ſtatus,cum ſimilibus,ff.de procur. nota. per Bar. in l. am-
plius,ff.rem rat.habe.& in d.§.tres, & clarius per Bald.in
d.l.cauſas.Vbi ex hoc infert ad quæſt.de qua per eum. Li-
tis nomine actio realis,& perſonalis poteſt venire, l.litis,
de verborum ſignif. & aliquando inſtantia,ſecundū Card.
in clem.1.5.nota.de procurat. per tex. in cap.1. de pro-
curat.in 6. licet ſecundum Corn.conſ.65. quoniam in li-
tera M, vol.4. non ſit ita latum verbum, ſicut contro-
uerſia. Salerni die primo Aprilis 1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Significat. Adde quod inter litem, & iurgium diffe-
rentia eſt. Nam inter beneuolos ac propinquos iurgium
eſt, inter inimicos verò lis. Cicero de Rep. ſi iurgant
(inquit) beneuolorum concertatio, non lis inimicorum,
iurgium dicitur, litiſque nomen omnem actionem ſigni-
ficat, ſiuè in rem, ſiue in perſonam ſit, l.litis nomen, ff.
de verb. ſignific. C. P.

RITVS XI.

ITem quòd nullus officialis dictę Curię audeat
cauſas, quæ vertuntur in dicta Curia: procu-
rare, ſeù procurationes, aut aduocationes ſuſci-
pere in dicta Curia, in qaantumcunque ciuili,
vel criminali cauſa, quæ in ipſa Curia agitatur:
exceptis dumtaxat, Aduocatis fiſci, & paupe-
rum, qui poſſunt ſecundum formam inferius
expreſſam.

SVMMARIVM.

*1 Officialis alicuius curiæ, quare in ea aduocare, vel pro-
curare, prohibetur, cum duabus ampliationibus,
num. ſequenti.*
2 Iudicia omnia ſine omni ſuſpitione eſſe debent.
3 Dictio, ſeu ampliationem ſignificat.
4 Ceſſante cauſa, ceſſare debet effectus.
*5 Aduocatus qui fuit in vna cauſa, an poſſit in eadem
iudicare.*
6 Exceptio an ſemper de regula eſſe oporteat.
7 Exceptio non debet regulam ampliare.
8 Vbi eadem militat ratio: idem ius eſt ſtatuendum.

PRohibet Ritus iſte omnibus officialibus ipſius Curiæ
aduocationes, vel procurationes exercere in cauſis
vertentibus in ipſa Curia,tam ciuilibus,quam criminali-
1 bus.† Ratio poteſt eſſe duplex: vna, quæ allegatur in tex.
l.fin.C.de aſſeſſo.quia non poſſet duobus exercitijs vacā-
do,vtrumq; bene peragere: de quo latius diximus, ſupra
Rit.2.in 9.nota.alia quam gloſ. ponit in l.prætor. ff.de
2 iuriſdict.omn.Iud. † quia iudicia omnia debent abſq, ali-
qua ſuſpitione procedere,iuxta l.apertiſſimi.§ licet, C.de
iudic. Amplia hunc Rit. procedere nedum in eadem cau-
ſa in qua officialis habet iudicare, prout a iure communi
fuerat iam prouiſum l.quiſquis,C.de poſtu.§.fin.& l.prę-
tor,verum etiam in cauſa in qua non ipſe,ſed ſuus Colle-
ga iudicaturus eſt,vt ſic Rit. aliquid addat iuri cōi, iuxta
l.ſi quando,ff.deleg.1 in tantum quod hodie diſpoſitione
iſtius Rit. qui eſt officialis, non poteſt aduocationes, &
procurationes exercere. Secundo amplia non ſolum eſſe
prohibitum actu exercere,verum etiam ipſas ſuſcipere,
patet ex hoc tex. qui prohibuerat primò procurare: quod
quidem exercitium ipſum reſpicit,poſtmodum addendo,
3 dicit ſeù procurationes,aut aduocationes ſuſcipere,† illud
enim verbum,ſeu augendi,& ampliandi gratia dicitur eſ-
ſe poſitum, vt inquit tex.no.ad literam in l.ſi quis ita. ff.
de aur.& argen. leg & no.Bal.in ſua practica,in tit. de ſi-
4 gnificat.dictionum num.4.† Limita hunc tex. non proce-
dere finito ipſo officio. eo enim caſu ceſſant rationes im-
peditiuæ procurationis,& aduocationis, vt dicit Bart. in
d.l.quiſquis, num. 2. meritoq; debet, & iſtius Rit. ceſſare
diſpoſitio l.adigere,§.quamuis,ff.de iurepatron.& l.quod
dictum ff.de pact.cum ſimil. licet hoc e cōuerſo non pro-
5 cedat. † quia non poteſt is qui fuit aduocatus, quamuis
aduocationem relinquat, in eadem cauſa eſſe Iudex, quia
adhuc durare pręſumeretur affectio,vt inquit Bart. in ea-
dem l.quiſquis,& probat tex. in alleg.l. pręvor, & ibi etiā
gloſ.& Nepo.à Mon.alba.in ſuo libello fugi.de exceptio-
nibus contra Iudices, num.9.fol.7. ¶ Not. ibi exceptis,
quod ex iſtis verbis videtur colligi Aduocatos fiſci,& pau
6 perum eſſe officiales,† quia exceptio bona debet eſſe de
contentis in regula ſecundum Dyn.in rubr.de reg.iuris in
6.Bar.in l.1.in fine ff.de reg.iur.& in l.in his ff. de legi. &
Dec.conſ.40.in prin. vol.1. ſed veritas eſt in contrarium
eo,quia capiendo officiales proprie, & ſtrictè, vt dixi la-
tius ſupra Rit. 9. in 4. nota. non videtur poſſe illos inclu
di,niſi largo modo. Nec obſtat quod dixi de exceptione,
quoniam illud verum eſt,niſi aliundè conſtet, quod exce-
ptio non eſt de cōtentis in regula,quoniam tunc, tanquā
inepta non attenditur,ſecundū gloſ.in l.fin. ff. quod quiſ-
que iur. Bal.& Paul.de Caſtr. in d.l.in his,& Dec.in præ-
7 alleg.conſ.7.† quia exceptio non debet regulam ampliare
l.generali.§.vxori.vbi Bart.ff.de vſufruct.legat.& in d.l.j.
in fine ff.de regul.iur. & iſta exceptio intelligetur facta ad
tollendum omne dubium, eò quia largè, & ex communi
vſu tenentur,& reputātur officiales ſicut cęteri. Et quod
dicitur de Aduocatis fiſci,& pauperum idem intellige etiā
in procuratoribus, primo quia etiam ipſi dicuntur eſſe
officiales,ſaltim largo modo,per ea quæ dixi in dict. Rit. 9
propter quod exceptio poteſt etiam in eis competere, vt
in aduocatis dixi. ſecundo, quia ad paria iudicantur cum
aduocatis infra Ritu 19. ¶ Quæro nunquid in hoc Ritu
notarij actorum,ſeù actuarij,& eorū ſcribæ includuntur.
Videtur dicendum quod ſic,tum quia omnes iſti officia-
les curiæ dici poſſunt,vt patet ex his,quæ ſupra latè dixi-
mus

Digitized by Google

mus in d. Ritu 9. & licet non poſſint dici de illis officialibus, qui magiſtratum, & iuriſdictionem habeant, tamen negari nō poteſt, quin officiales curiæ ſint, & dici poſſint, tū etiam quia ſaltim ſecunda ratio ſupra allegata ad hunc ritum, ſatis militat in eis, nulli enim abſconditum eſt id, quod patet ad ſenſum, quia ſi actuarij, & ſcribæ poſſent procurationes exercere, iudicium abſq; ſuſpitione non procederet, ex quo ſecreta cauſarum poſſent omni tempore videre, & altera pars ob eorum fauorē ſemper in actib.
8 gerendis protraheretur, contra iuris mentem. † Vnde cū ratio eadem militet in actuarijs, & ſcribis, idem ius in ipſis ſtatui debet, l. illud, ff. ad l. Aquil. l. 3. §. ſed ibi. ff. de iniuſt. teſt. l. à Titio, vbi gl. ff. de ver. obl. l. pen. C. de inoff. dot. & l. 1. C. de lib. præt. cum ſimil. & ita alias hunc Rit. allegaui in Reg. Audientia, & obtinui contra quendam ſcribam, qui erat procurator cuiuſdam cauſæ. Hodie iſta q. non habet difficultatem, quia per nouiſſimas Prag. nouiter editas per Illuſtriſſimum Ducem de Alcalà huius Regni Viceregem * prag. 18. incip. item omnibus, & §. item vogliamo, de offic. Magiſt. Iuſt. prouiſum eſt, quod actuarij, & eorum ſcribæ, à procurationibus abſtineant ſub pęna priuationis officij, exceptis cauſis proprijs, vel ſuorum parentum, & per aliam ordinationem in eiſdem pragm. poſitam ordinatum eſt idem * prag. 32. incip. cęterum, §. item perche, tit. prælleg. Verum, quod prima vice qui contrafecerit ſuſpendatur ab officio per menſem, & pro ſecunda priuetur in totum. Proſper Carauita.

RITVS XII.

ITem quòd de pulſatione Campanæ fienda in decima octaua hora in San Laurentio, & quod Iudices, & alij officiales ipſius Curiæ ſint ſimul congregati in hora 19.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, de, quam pluribus modis in iure ſumitur.*

RItus iſte in primis verbis eſt ſatis obſcurus, & plu-ries fecit me vacillare. Ideò alias cogitaui quod ſit deprauatus, & in eo aliqua verborum ſuppletione, videtur poſſe intelligi (vt modo dicam,) & ad eius intelli-
1 gentiam debes ſcire, † quod dictio de, multipliciter in iure noſtro poſita reperitur. Primo, iſta dictio auget l. 1. in princ. ff. depoſit. Secundo ponitur pro ſuper l. prætor. §. in eū, ibi de re, ff. de dam. inf. Tertio exponitur de, idest prout in auth. vt nulli iud. §. neceſſarium, ibi nulla mulier de qualibet. i. pro qualibet. Quarto deſignat materiam, vt hæc veſtis eſt de lana, linoq; contexta c. cum cauſam, extra de electio. Quinto, originem c. eam de reſcript. Sexto, ponitur pro à l. ſi is qui, la 2. in fi. ibi ſi ſtipulatus, & l. ſuſo. 2. ff. de fur. l. ſi is. C. de liber. cauſa. l. quæſitū. ff. de vſufr. l. ſi id quod aurū ff. de verb. obl. l. qua ętate. ff. de teſt. & l. 1. ibi de fiſco, C. de fund. rei. pri. lib. 11. Itē, & alijs multis modis quos latius ponit Luc. de pēn. in l. omnes Iudices, col. 15. C. de decurio. lib. 10. Hocq; ita præmiſſo, & dictione de, capta ſexto modo, videtur hunc rit. ita legi debere, itē & quod Iudices, & alij officiales ipſius curiæ, de pulſatione cāpanæ. i. a pulſatione campanæ fienda in 18. hora in S. Laurentio, ſint ſimul congregati in hora 19. vt ſit ſenſus quod à pulſatione illius campanæ in antea, ſint obligati officiales magnæ curiæ accedere ad ipſum tribunal cauſa expediendorum negotiorum, ita, qđ in hora 20. non reperiantur inſimul ibi. Illuſt quod hic dicitur de pulſatione campanæ, non ſeruatur. Aliud vero ſic, qm in hora 19. vt plurimū, omnes Iudices, & Aduocatus fiſci reperiuntur in ipſa magna curia pro effectu præfato, & ibi per tres horas inſimul manent: referendo, & expediendo cauſas, & alia faciendo quæ quotidie occurrunt agenda, vide tamē quandam ordinationē alias editam per Illuſtriſs. D. Petrū de Toledo, & nuper renouatam per Illuſtriſs. D. Ducē de Alcalà huius Regni Viceregem in ſuis nouiſſimis prag. in reformationibus magnæ curiæ prag. 4. §. magnifici Regētes, de offic. magiſt. iuſt. vbi quod de mane poſt horā vnā diei decurſam Regens, Iudices, & Aduocatus fiſci debent reperiri in ipſa magna curia, & de ſero in æſtate hora veſpertina, quæ ſolet eſſe in 18. & in hyeme hora 20. ibidē moraturi per tres horas in mane, & alias tres in ſero, & ad idem etiam tenentur actuarij, vt ibi patet. Imò plus, tenentur quando D. Regens exit ad videndam Miſſam in Capella Palatij magnæ curiæ ibidem omnes reperiri, & inde non diſcedere donec Iudices non diſceſſerint, vt
* in * pragm. 15. §. item, che li maſtri d'atti, eod. tit. de off. magiſtri. Proſper Carauita.

RITVS XIII.

ITem, quòd nullus ex ſubactarijs fiſci ſurgat de loco ſuo poſtquam Iudices ſederint: & ſimiliter de alijs notarijs, qui ſcribunt in alijs locis curiæ præfatę.

SVMMARIVM.

1 *Subactuarij vnde dicantur.*
2 *Notarij vnde dicantur.*
3 *Tabelliones vnde dicantur.*

REgens, & Iudices Mag. Cur. ſingulis dieb. ſedērin Palatio ipſius in Cam. Rotæ, ſeu Audientiæ criminalis: & hoc faciunt cōtinuè, & trib. horis de mane, & trib. horis de veſpere poſt prandiū (vt pręced. Rit. diximus) & in iſtis horis morantur ibi, referendo cauſas, notādo proceſſus, & expediendo carceratos, licet Iudices ciuiles ſolū de mane hoc faciāt in eorum aula ſeparata à criminali: quia non tantum expedit expedire lites ciuiles, quantum pauperrimos carceratos, qui diutius ibi macerantur, & detruſi continentur: & de hac ſeſſione Iudicum non loquitur iſte Rit. Sed quia eadem magna curia trib. vicibus in hebdomada, v. ſ. die lunæ, Mercurij, & Veneris, de ſero ſolet regere curiā pro tribunali ſedentē cauſa vocādi cōtumaces in eorū vltimo peremptorio, vt patet etiā nouiſſimis prag. nuper, & poſt hæc ſcripta editis per Illuſtriſ. D. Ducē de Alcalà huius Regni Vicereg. in reformat. Magnæ curiæ * prag. 10. §. quæ capitula, in fin. de offic. mag. iuſt. ſolitū eſt in ipſo tribunali exire D. Regentē cū duob. Iudicibus ciuilibus: qui ſedent vnus à dextris, & alius à ſiniſtris: licet Regens ipſe ſedeat in loco altiori ab ipſis Iudicibus: & in hoc non ſe intromittunt iudices criminales: credo fortè ne impediātur ab expeditione cauſarū carceratorū, quandoq; tamen quando Regēs eſt impeditus, ſolet exire vnus iudex criminalis qui ſedit in eius loco, & multoties ibi ſedet vnus ex ciuilib. qui ſūt tres, vt diximus ſupra Rit. 2. & de iſta ſeſſione loquitur tex. noſtri Rit. & quia circū circa tribunal ad ſunt loca, vbi aliquatenus à remotis à Iudicib. ſedēt etiā actuarij criminales, & ciuiles, & ſcribę fiſcales, ordinat Rit. iſte, qđ donec Iudices ſedent, i. Curia regiē, null' ex ſubactarijs fiſci ſurgat de loco ſuo. Nō ſine
a miniſterio a ſpecialiter, & ante notarios, nominātur ſubactarij

ADDITIO.

a Sine miniſterio. Adde qđ cōtra actuarios, notarios, ac tabelliones, qui & numerarij dicebātur l. 2. C. de num. actua. & c. lex malè ſēper præſumit, Bonifac. enim 8. in c. reſcriptū, §. notarios in 6. Notarios inquit, vt plurimū in exigendo ſalario metas rationis excedūt, cui ſe ſubſcripſit Rex Ferdinādus in prag. Regni Suſcepti. §. itē cū notarij Impp. Valen. & Valens in l. 1. C. de num. & actuar. vorax, & fraudulentū appellant numerariorū propoſitū. Impp. etiam Grat. Valentin. & Theod. in l. ex aula C. de priuil. cor. qui in ſacro pal. mil. numerariorum inquiunt, faſtus, & rapaces quæſtus. Conſtantin. etiam Imp. in l. defenſionis facultas C. de iure fiſci. de Cæſarianis loquens accipiēdo eos pro actuarijs ſecūdum vnam opinionem, quamuis alij accipiant pro ſeruientibus ex conſuetudine inquit fraudum, omnia ipſos temerare conſueuiſſe. C. P.

Digitized by Google

ctarij fiſcales: quia ex eo quod erant ſcribæ fiſcales, credebant fortè eis plura licere quam alijs. Vtinam tamẽ iſta audacia nõ regnaret noſtris temporibus, quibus videmus iſtos ſcribas fiſcales altiora præſumere, quam D. Regentẽ, imò Regem ipſum, & quod peius, ſub hoc prætextu ſcribarum fiſcalium, multa indebita cõmittere in cauſis quas tractant: quia dum ſic ſe habẽt cum litigantibus, plus debito honorantur, ab omnibus domini appellati, & manus eorum pecunijs, & extorſionibus replentur, non poſſum equidẽ ipſos pati, nec ſilere: quia cũ ſim expertus ex abun-
1 dantia cordis, os loquitur. † Dicti ſunt autem ſubactarij, quia ſubactuarijs ſunt: & hos etiam ſcribas appellamus, quandoq;, prout nobis in buccam venit, vt etiam dico inf.
2 in Rit. 35. 1. not. † Notarij vero dicuntur à notis, i. literis ſecundum gl. in c. monachus 87. diſt. in princ. Spec. in tit. de inſtr. edit. §. inſtrumentum ergo nu. 26. ver. item opponitur. Luc. de penn. in l. 2. col. 1. C. de dign. lib. 12. & Dominus Mari. Frezza de ſubfeud. de officio logothetæ lib. 1. nu. 14. vel ſecundum eoſdem Luc. & Frez. à notis, id eſt publicis, quia eorum ſcripturæ publicæ notæ ſunt, vel quia de negotijs notis, id eſt publicis conficiuntur, l. his quidẽ
3 C. qui mili. non poſſ. † ſicut tabelliones à tabulis in quib. ſcribebant ſm̃ eũdem Spec. ibid. §. 8. verſ. ſed quis poteſt, Innoc. in c. 1. de fide inſtr. & Bal. in marg. in ver. notarius, verſ. 4. Eboli die 8. Aprilis 1559. Proſper Carauita.

RITVS XIV.

a ITem quod Iudices a ipſarum curiarum, & cuiuslibet ipſarum non audeant recipere, & extorquere pro ſubſcriptione, & manus impoſitione in proceſſibus fiendis; nec pro deciſione quarumcunq; cauſarum, & pro ſententijs per ipſam Curiam ferendis ſeù aliter modo quocunq; excepto pro examinatione teſtium, de tricesimis cauſarum commiſſarum eiſdem, tunc enim recipiant quantum eis de iure permittitur: & ſecundum laudabilem, & antiquum ritum Curiæ præfatæ, & non vltra, nec alio modo. Et ſi contrafecerint, incidant in pœnam quinquaginta ducatorum auri fiſci commodis applicandam.

ADDITIO.

a Iudices de extorſionibus, & concuſſionibus officialium, & de modo procedendi contra ipſos vide c. Regni vulgaris famæ proloquium, & ibi Io. Ant. Nigr. noſtrum conciuem à ciuitate Campaniæ, vnde & mihi origo eſt. Et vide omninò tractatum noſtrum ad l. Iul. repetundar. vbi latiſſimè dictum capit. explicauimus, & multas neceſſarias, & vtiles quæſtiones diſputauimus. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Iudices, & officiales pro viſura proceſſuum, & allegationum, aliquid recipere non poſſint.*
2 *Excipiens tamen pro teſtium examinatione, & tricesimis cauſarum commiſſarum.*
3 *Veritas mori nunquam poteſt.*
4 *Prohibita receptione à ſponte dantibus, num & extorſio quoque prohibita intelligatur?*
5 *Extorquere, qui per vim exigit, dicitur.*
6 *Pœna per vim extorquẽtis eſt in quadruplũ, atq; exilij.*

TEmpore iſtorũ Rituũ, Iudices, & oẽs officiales Mag. Cur. loco ſalarij, habebant oẽs prouentus, quos inter ſe diuidebant, vt ſupradiximus, Rit. 9. vnde cũ viderentur quaſi ſalariati, non videbatur eſſe cõueniens, alia poſtmodum à litigantib. exigere, & ideò cũ eorũ ſtipendijs cõtenti eſſe deberent, iuxta illud Luc. c. 3. 86. diſt. c. nõ ſatis, circa
1 fi. & 23. queſt. in c. paratus, in fi. & c. ius militare. † voluit Ritus iſte expreſsè ordinando, prohibere officialib. ne reciperent aliquid pro ſubſcriptione, ſeù manuũ impoſitione in proceſſib. cauſa expediẽdi prouiſiones, nec pro deciſione quarumcunq; cauſarũ, ſupple in decretis interlocutorijs, vt differat à caſu ſequenti: in quo prohibet recipere pro ſententijs, & ſic diffinitiuis, & tandẽ alio quocunque modo à partibus prohibet recipere, in tm̃, qđ nec etiã ob laboris remunerationẽ, quia multũ ſtuduit, & laborauit in cauſa ipſa (vt dici ſolet, cũ aliquid datur pro viſura proceſſuũ, & allegantiarũ) recipere non poſſunt, vt etiã concludit Affl. in Iudicib. ſalariatis in conſtit. Regni Capitaneorũ, 16. nota. nu. 26. allegat tex. in auth. in iud. ſine quoquo ſuffra. §. ſcriptũ exẽplar. circa mediũ. lo 2. & qđ habetur in c. 1. ne prælat. vic. ſuas, & firmat Specul. de ſalar. §. dicturi n. 5. verſ. hodie, p eundẽmet tex. in d. §. ſcriptũ exẽplar, & per alia iura quæ allegat, & probat expreſsè tex. illius rit.
2 ibi ſeù aliter modo quocũq;. † Excepit tamẽ iſte Rit. duos caſus: primus eſt, quando Iudex reciperet ob teſtiũ examinationẽ, ſecundus, quãdo pro trigeſimis cauſarũ cõmiſſarũ. Et ſuper hoc Rit. fundant ſe Iudices M. C. dicentes in cauſis cõmiſſis poſſe recipere trigeſimas licet ſint à Curia ſalariati, vt dicit Affl. in conſt. Regn. cũ circa, in princ. in fin. ver. vbi dicit qđ ita obſeruant Iudices. Mihi autẽ videtur, qđ ſi eorũ fundamentũ poteſt fundari ſuper obſeruãtia, minimè poteſt ſuper hoc ritu, eo quia refert ſe quo ad quantitatẽ, & modũ ad iuris diſpoſitionẽ, in quantũ eis de iure permittitur, & non vltra, nec alio modo, ſed de iure conſt. Regni, cũ iuxta trigeſimæ, quæ per officiales exigebantur, & oẽs aliæ obuentiones erant Reg. Cur. vt firmat etiã Iſer. in conſt. cũ circa: & conſt. cũ iuſta, & eatenus licebat eis habere eas: quatenus reciperent in extenuationem ſuorũ gagiorũ, & non aliter, vt dicit Affl. in ead. conſt. cũ circa 19. nota. nu. 23. cũ ſeq. ergo & per hunc Rit. hoc idẽ videtur eſſe diſpoſitũ: vt his duob. caſibus liceat exigere à partibus, verũ eo modo, & forma quib. de iure permittitur, quicquid tñ ſit, quia color trigeſimarũ, & aliarũ exactionũ poterat furandi occaſionẽ præbere: & ſub ipſarum clipeo, & excuſatione multa indebita extorquendi cũ prę occaſione furentur mares, & fęminæ ſe proſtituant, iuxta vulg. prouerb. de quo Affl. in conſt. cũ iuſta. 7. not. n. 7. hodie tricesima, & ſportulæ, & tãdẽ quęcunq; exactiones, & obuentiones ex cauſa quacunq; ſunt prohibitæ, tã in cau-
* ſa principali, quã appellationis, vt latè patet ex prag. 1. * incip. vniuerſis, & prag. 4. incip. & vt ẽt vaſſallos, de trig. & ſala. off. idq; locũ habet ſm̃ d. prag. vniuerſis in quibuſcũq; iudicib. per Regnũ deputatis, & ſic tã in officialibus Regijs quã baronũ, non obſtante quacunq; contraria cõſuetudine, licet hodie cõmuniter in terris baronũ nõ ſeruetur, ex quo in omnib. exiguntur vltra ſalaria, multæ, diuerſæq; exactiones (prout quælibet curia habet in obſeruãtia.) Deus ſit mihi teſtis ſi hoc ipsũ facit multas cauſas peruertere, & dũ fortè detegitur, hoc colore ſportularum
3 defendit † ſed veritas, quæ ſm̃ Alber. in ſuo Diction in ver. veritas mori nunquam poteſt, licet ad tẽpus occultari valeat, ſẽper ſibi ipſi locũ facit, & ex quantitate pecuniæ ꝓbationẽ præbet, corruptelã fuiſſe, & nõ ſportularũ exhibitionẽ. Imò quia etiã Regij officiales parũ obſeruabant dictas prag. nouiſſimè dieb. proximis emanarũt aliæ quædã nouæ prag. æditę per Illuſtriſ. D. D. Ioannẽ Mariques, huius Regni Vicereg. inter quas, quædã quæ incip. aliã vero prag. & eis omne penitus lucrũ ex quauis cauſa prohibet, ita quod eorum mera, & pura prouiſione, ſeù ſalario
* habeant eſſe contenti * vt in tit. de commiſſ. pragm. 4. incipien. is eſt regum, §. aliam vero, idque per prius ſtatutum fuerat per Regem Ferdinandum, vt etiam habes in titul. de muner. offic. pragm. primo, incipien. cum multa, neſcio ſi rectè obſeruabitur, poſtquam pecuniæ in diem cupiditas adeò creuit, vt parum curetur de legi-
4 bus: vbi tractatur de rebus. † Quæro quid eſt hoc, quod hic dicitur non audeant recipere, & extorquere, non ne prohibita receptione, quæ à ſponte dantibus intelligitur, multò fortius videbatur prohibita extorſio? aliàs dicebam, quod in iſtis verbis, adeſt figura

Digitized by Google

endiadis, quæ eſt, cum ex duobus vnum concluditur, vt patet ex tex. l. Lucius, §. Gaio, ff. ad Trebell. ibi ſemiſſem patrimonij, & portionis reſtituat, ideſt, ſemiſſem patrimonij in portionem diuiſi. & ex alio exemplo, de quo ibi gl. meminit, pateris libabat, & auro, ideſt, pateris aureis, vt
* dixi latius in pragm. * per excellentem, §. & poſtea, nu. 5. de Senatuſconſ. Macedon. & ſic vt ex prædictis, ſenſus ſit, non audeant extorquendo recipere, quaſi taliter intellectus, velit permittere receptionem à ſponte dantibus, nũc autem melius cogitando, alterius ſum conſilij, eo, quia, vt ex lectura, & cõceptione omnium iſtorum Rituum patet, manifeſte comprehenditur nullam in eis fuiſſe adhibitam diligentiam, & latinitatis politiem; proptereaq; omni ſtylo rectè loquendi carere, & ideo tantum abeſt ab his ritibus tales ponderationes in ipſis facere, vt ne aliud quidẽ magis extraneum ſit, capienda igitur ſunt in hoc, & alijs Ritibus verba, vt iacent, omiſſis ſubtilibus interpretationibus, ne videamur in eis talia commentaria facere, quæ ne quidem in mentem conditorum aſcenderunt, & ideo dicendum, quod Ritus iſte prohibeat receptionem ſponte dantium, item extorſionem, alioqui, ſi primam interpretationem admitteremus, ſequens exceptio videretur iniuſta permittere, eo, quia dum excipit pro examinatione teſtiũ, & de trigeſimis, ſequeretur, quòd in iſtis duobus caſibus eſſet licitum extorquendo recipere, quod quidem ſatis eſ-
5 ſet ineptum. † Dicitur autem extorquere, qui per vim exigit, clem. 2. §. ſanè, vbi Card. not. de pœn. allegat etiam tex. in l. fideicommiſſa. §. ſi rem, ff. de leg. 3. cap. cum olim, lo 2. de priuileg. cap. ad ſedem, de conuerſ. coniug. & c. ad noſtram, lo 3. de iureiur. cum ſimil. Item qui per importunitatem, cap. 1. in princ. de relig. dom. in 6. & not. per Iaſ. in l. eius qui in prouincia, col. 2. verſic. quinto diligenter
6 pondera, ff. ſi cert. per. † Et eius pœna eſt, vt extorquens teneatur in quadruplum, d. §. ſcriptum exemplum, lo 2. in princ. c. quoniam quidẽ, 18. diſt. l. fi. ff. de crimi. cõcuſſio. c. ſancimus, 1. q. 8. & format Specu. in tit. de ſala. in prin. verſ. Sed nunquid, nu. 12. Item pœna exilij, d. §. ſcriptum exemplar, vel alia pœna, vt dicitur in d. l. fi. de concuſſio. Cætera de trigeſimis, & exactionibus iudicum, vide per me in d. §. prag. 1. Vniuerſis, vbi dicam latius. Eboli, die 14. Aprilis. 1559. Proſper Carauita.

RITVS XV.

ITem, quòd vnus ad minus Iudicum, & omnes, ſi voluerint, debeant continuò perſonaliter intereſſe in dicta Curia, & ſe coram dicto Locumtenente ſentare de mane, poſt prandium, de ſero, hora congrua, & ab inde non recedere licentia à dicto Locumtenente non petita.

SVMMARIVM.

1 *Iuſſus cum aliquo continuo ſtare, intelligitur cum temperamento, dum opus fuerit.*
2 *Continuè fieri, dicitur etiam, quod interpellatim fit.*
3 *Continuo, pro ſtatim, & incontinenti, aliquando pro integro, & etiam pro congruo ſumitur.*
4 *Continuum, in actu poſſeſſionis, qualiter accipiendum.*
5 *Continua poſſeſſio quomodo probetur.*

NOta ex hoc Ritu, quòd omnes Iudices Magnæ Curiæ, vel vnus ad minus, debet continuè perſonaliter intereſſe in ipſa Curia, & aduerre, quia non omne momentum exigendum eſt, vt cum Domino Regẽte interſit, quia vt inquit tex. no. in l. ſi quis ita, & ibi Bar. qui ad alia
1 infert. ff. de cond. & demon. † iuſſus ſtare cum aliquo, nõ omni momento neceſſe eſt, vt cum eo ſtet, & ideo hoc verbum continuo, intelligi debet cum temperamento, ideſt,
2 quando opus erit, l. apoſtatarum, C. de apoſta. † nã & cõtinuè dicitur etiam, quod fit interpellatim, ſecundum gl. ſing. in l. 1. C. ſi mancip. ita fue. alien. vbi Salic. not. & Aretin in l. ſi ita ſtipulatus eſſem, ff. de verb. oblig. vbi allegat text. pulcherrimum, quem valde exclamat in l. Paulus, §. cuius, ff. de liber. cau. pro hoc tex. in l. foramen, ff. de ſeru. vrb. præd. & l. ex facto, §. rerum, cum ſimil. ff. de hæred. inſtit. not. gloſ. & Bar. in l. ſtipulatus ſum damam, ff. de verb. oblig. Vbi ꝙ continuum debet intelligi cum temporis in-
3 teruallo, & debito temperamento. † Aliquando tamen capitur pro ſtatim, & incontinenti, l. Ariſt. ff. de don. & l. 3. ff. pro ſoc. Aliquando pro integro, ſecundum Ang. & Imo. in l. ſi inſulam, col. 7. ff. de verb. oblig. & Alex. in l. eũ qui, ff. eod. tit. & aliquando pro tempore congruo, c. fi. de verb. ſignif. in 6. & not. Corne. conſi. 41. videtur in litera S. vol. 2. & ex hoc Rit. credo in Palatio Magnæ Curiæ (vbi Dominus Regens manet,) introductum fuit, ꝙ vnus iudex criminalis ibidem, domũ teneat, & profectò pluſquã neceſſarium fuit, cum Ciuitas ſit magna, & tam de die quàm de nocte, omni temporis momento noua facta cõtingant, in quibus Regens neſciret ſe reſoluere, & ſatis eſſet laborioſum, immo inexplicabile, pro quolibet ſucceſſu
4 mittere ad vocandum iudicem. † Continuum autem in actu poſſeſſionis qualiter capiatur, vide Aret. in l. conti-
5 nuus, in fin. ff. de verb. oblig. † Et qualiter probetur poſſeſſio continua, vltra Bart. in d. l. ſi quis ita, vide Spec. de prob. §. 1. ver. ſed quæritur.

¶ Secundo not. ibi, & ſe coram, quòd tenentur iudices ſingulis diebus eſſe cum Domino Regente, de mane, & poſt prandium, de ſero, hora congrua, de qua diximus ſupra in Rit. 12. in fine, non vt continuè ſtent cum eo, (vt hic dicitur,) ſed ſolum per tres horas de mane, & tres de ſero, vt in eodem Ritu, & ſequen. dixi, procedit tamen iſte Ritus in iudicibus criminalibus, non autem in ciuilibus, qui poſt prandium non tenentur ire ad Palatium D. Regentis ad cauſas expediendas, vt ſupra in Ritu 13. dixi, ſed manent in eorum domibus, vbi audiunt Aduocatos, & Procuratores, qui eos de cauſis, & proceſſibus informant. Eboli, die 16. Aprilis. 1559. Proſper Carauita.

RITVS XVI.

ITem, quòd iudices prædicti non audeant, neq; poſſint cauſas ciuiles, etiam infra libram auri, ſibi ipſis committere; ſed eas committere debeant in caſu, quo eſſent committendæ alijs
a literatis idoneis liberè, & abſque ſorde. a

ADDITIO.

a Sorde. Adde, ꝙ ſordes, quã dorodociam Græci appellãt, corruptionẽ ſignificat muneribus factã, vt declarat Bud. in adnot. ad l. ſi. ff. ſi menſor falſum mod. dix. & ad l. ſi benè collocatæ, ff. de vſur. vnde ſordidi iudices appellati. Nã Quintilianus, tria, inquit, ſunt, quæ iudicia corrũpere ſolent, ambitio, odium, etiã ſordes, quorum omnium paſſim meminiſſe videmus Iurecon. vt in l. prætor ait. §. hodie, ff de minor. & in l. tutor, in prin. ff. eo. in l. ſed & ſi, §. ait prætor, ff. ex quib. cauſ. maior. & in quampluribus alijs locis congeſtis per ſuppoſititium noſtri defenſorem in epiſtola purgatoria ad noſtrum tract. De commer. magiſtr. aut vetit. aut permiſſ. in ſcholis, poſt etiam dicta per nos in trac. ad leg. Iul. repetundar. Adde etiam, ꝙ ſordes quandoque reorum ſtatum, conditionemq; ſignificat, interim dum inter reos relati ſunt antequam abſoluantur, aut damnentur, qui etiam ſtatus hominum reatus appellatur, inde ſordidati, quæ ſordes in veſtibus, in barba, ac capillis demõſtratur, cuius meminit Iureconſ. in l. veſtem, ff. de iniur. dicens, veſtem ſordidam rei nomine in publico habere, capillumve ſubmittere, nulli licet, niſi ita coniunctus ſit affinitate, vt inuitus in reum teſtimonium dicere cogi non poſſit, ad quem tex. vide Bud. in adnot. C. P.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Dictio, etiam, quid de ſua natura importat.*
2 *Iudices regulariter cauſas ſibi non committunt, excipias vnum caſum tantum.*
3 *Iudices pedanei qui, & quot, numero ſint, eorumque officium quod eſt.*
4 *Iudices pedanei ſalaria, trigeſimas, & ſportulas exigunt.*
5 *Iudices debentes cauſas alijs committere, intellige, ſi fuerint de hoc requiſiti.*
6 *Solidi, & aurei idem important.*
7 *Libram auri, nonagintaſex aurei Florentini, vel Veneti conficiunt.*
8 *Libra argenti importat decem aureos.*

NOta primo ex hoc Ritu, quòd Iudices Magnæ Curiæ non poſſunt ſibi ipſis committere cauſas ciuiles tam infra libram auri, quam ſupra, quod patet ex di-
1 ctione etiam,† quæ de ſui natura explicat caſum magis dubitabilem, & includit minus dubitabilem, l. 2. & l. etiam in his, C. ſi tutor vel curator interue. per quæ iura ita tenet Alex. conſi. 116. nu. 14. vol. 2. Iaſ. in l. item quia, ff. de
* pact. & Goza. conſi. 73. num. 31. * & licet Alex. aliter videatur dicere, eſt vitio impreſſoris, vt dico latius infra in Ritu 50. 4. not. & in pragm diſpendia, 2. not. de ordi. iud. & hoc hodie bene ſeruatur, quia iudices non committũt ſibi aliquas cauſas, ſed D. Regens Magnæ Curiæ committit eis, vt patet etiam ex nouiſſimis pragmat. & poſt hæc ſcripta editis per Illuſtriſ. Dominum Ducem de Alcala, huius Regni Viceregem. In reformationibus Magnæ Curiæ pragmatic. 21. §. item per alcuni, in fin. verſ. hodie, de offic. Magiſtr. Iuſtit. Eſſet enim ſatis mali exempli, quòd ipſi ſibi cauſas committerent, cum dari poſſet occaſio aliquibus eligendi cauſas, & ſibi committendi quas elegerint. Immo cum antiquitus eſſet in obſeruantia, in hoc Regno, quod Præſidens Sacri Conſilij, & Locumtenens Regiæ Cameræ, qui ſunt capita iſtorum duorum Tribunalium committerent cauſas Conſiliarijs, & Præſidentibus, & ſibi ipſis, non ſunt multi dies, quod per Reuerendiſs. Dominum Cardinalem Paccecum Regni huius Proregem, fuerunt cõditæ aliquę Pragmaticæ, inter quas vna, quæ eis prohibet ſibi ipſis cauſas committere, & commiſſas cognoſcere, vt patet latius ex ea, quæ incipit, in primis
* ſtatuimus, & eſt in viridi obſeruantia, * & eam reperies in pragmat. nona, de officio iudicum. Et adde, quòd ideo Ritus iſte loquitur ſolum de cauſis ciuilibus, quas ſi fuerint infra vnciam, non ſibi, ſed alijs debent committe-
2 re, & nihil tangi de cauſis criminalibus, † quoniam in ipſis nulli dubium eſt, quod regulariter nedum quoad cognitionem, ſed nec etiam teſtium receptionem, committere poſſunt, l. iudices, & auth. ſeque. C. de fid. inſtrum. vt dicam latius infra in Ritu 156. & ſeq. niſi in ea verſaretur commodum pecuniarium conſiſtens vſque ad ſummã prædictam, quoniã tũc licet eſſet capta criminaliter, poſſet per iudicem committi, ſi vellet, vt dictat Rit. 138. & vt credo etiam ſi excederet ſummã quatuor vnciarum, vſq; ad ſex, iuxta Rit. 124. qui ſeruatur, vt ſtatim dicam.

¶ Secundo not. quod cauſas ciuiles infra libram auri, debent iudices committere alijs literatis idoneis, hoc idẽ dicitur infra Rit. 124. 126. & 131. ſed hoc non eo ipſo, qđ eſt infra libram auri, ſed vt dicit d. Rit. 126. vſque ad ſummam quatuor vnciarum, vel vt dicit alius Ritus 124. vſq; ad ſummam vnciarum ſex, qui hodie practicatur, & obſeruatur, & hoc voluit dicere iſte Ritus in illis verbis, in caſu quo eſſent committendæ, quia non ſufficit, quòd ſit infra libram auri, ſed debet non excedere ſummam ducatorum trigintaſex. Bene ſeruatur in hoc tam iſte Ritus,
3 quàm alij, † & ij, quibus iſtæ cauſæ maximè committuntur, Iudices pedanei appellantur, & plures decem eſſe nõ poſſunt, approbati tamen ab ipſa Magna Curia, vt patet ex nouiſſimus pragm. nuper editis per Illuſtriſs. D. Ducem
* de Alcala huius Regni Viceregem, in * pragm. 12. §. item che da quà auante, de officio Magiſtri Iuſtit. Eorum officium eſt audire cauſas, dare terminum in eis, examinare teſtes, & omnia alia neceſſaria facere, & poſtea per modũ decreti in ſcriptis referre, quod ſibi videtur faciendum in ipſa cauſa, vt optimè docet dictus Rit. 126. qui in hoc eſt in viridi obſeruantia, de quo quidem decreto, ſeu relatione appellatur ad ipſos iudices Magnæ Curiæ, qui viſis actis, ſi confirmant eorum relationem, licet appelletur ad Sacrum Conſilium, non retardatur exequutio, ſi verò reuocent, & appellatur, exequutio retardatur, vt ego pra-
4 cticaui pluries in Magna Curia. † Et quia iſti iudices pedanei non habent aliquod ſalarium à Curia, exigunt trigeſimas, & ſportulas pro ſententijs, & decretis interloquutorijs, quæ in cauſis contingit interponere, vt dicit Affl. in conſtit. cum circa, in fin. prin. ante 1. not. vbi etiã
5 de diſpoſitione iſtius Rit. mentionem facit. † Vnum tamen aduerte, quod licet Rit. iſte dicat, quod debeãt iudices iſtas cauſas committere alicui literato, taliter quod videtur, eos neceſſitati ſubijcere, tamen intelligitur, ſi hoc fuerit ab aliqua partium petitum, vt dicit Ang. conſi. 140. incip. ſtatutum, vbi in proprijs terminis, quod ſi ſtat uto cauetur, quod priores teneantur cauſam committere ſub certa pœna, illud quidem intelligitur, ſi hoc fuerit ab aliquo petitum per l. 1. §. magiſtratibus, ff. de magiſt. conue. & l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infect. vt latè per Hippo. in repet. rub. de fideiuſſ. nu. 145. cum ſeq. & ita practicatur, nã iudices Magnæ Curiæ ipſi cognoſcunt, & expediunt cauſas cuiuſcunq; quantitatis, verum ſi pars aliqua dicit, quod committatur alicui ex iudicibus pedaneis, ſtatim cõmittitur abſq; difficultate, & contradictione aliqua. Illis tamen iudicibus pedaneis, qui quando Curia regitur, & ſedet pro tribunali, ibidem reperiuntur ſedere in eorum locis, iuxta antiquum ſolitum, alijs verò minimè, vt patet ex d. pragm. 12. §. item vogliamo, & ordiniamo.
a Sed vt e diuerticulis redeamus ad viã, libra auri, a de qua hic fit mẽtio, antiquitus importabat ſeptuagintaduos ſo-
6 lidos, ſiue aureos, † qui idem ſunt, vt dicit Glo. in l. fi. ff. de in ius voca. vbi etiam Bart. & in l. quoties. C. de ſuſcep. & archa. lib. 10. gloſ. in §. nos autem, Inſtit. de Attilia. tut. in §. fin. Inſtit. de pœn. teme. litiganti. & in c. 2. in gl. fin. vbi Docto. de maledict. & in c. fin. vbi Doct. de decim. verum quia aurei, qui currũt hodie, ſunt minoris ponderis. & va-
7 loris, † nonagintaſex aurei Veneti, vel Florentini faciunt vnã libram, vt dicit Bar. in d. l. quoties, idem Soc. conſ. 11. col. 8. in 1. conſult. verſ. circa ſecũdam dubitationem, vol. 1. vbi ꝙ nonagintaſex aurei Senenſes faciunt libram, Fely. in c. conquerente, de offic. ordin. & ibi bonæ apoſtillæ, & Affl. in cõſtit. Reg. quicunq;, in 2. not. Et hęc de libra auri.
8 Libra † vero argenti importat decem aureos, ſecundum Alber. in d. l. fi. ff. de in ius vocan. & Io. Fab. in d. §. nos autem, Inſtit. de Attilia. tuto. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Libra auri. Adde, ꝙ conſueuerunt veteres, multas indicere librarum auri, vel argenti, quæ quidẽ libra alias põdo appellatur, vt in l. quoniã iudices, C. de appell. alias ſtater, vt declarat Bud. lib. 4. de aſſe. & par. eius, de libris argenti loquitur tex. in l. ab executione, & in l. ſeq. ſecundum vnã lecturam, C. quor. appell. non recip. De libris auri tex. in l. præuaricationis, §. fin. ff. de præuaricat. l. illuſtris, & l. eos, C. de modo multar. l. nulli. C. de fun. patr. l. ordinem. C. de conſul. & non ſpargen. pec. l. omnes, C. de metat. & epidem. l. quoties, C. de ſuſceptor. vbi videtur æſtimari libra auri 72. ſolidis. De vera autem æſtimatione vtriuſque, & de varia apud varios æſtimatione, vide Bud. d. lib. 4. & 5. de aſſe, & par. eius, Ant. de Auguſtino, emendat. lib. 2. & Couar. tract. qui inſcribitur veter. collat. numiſ. in volum. practic. quæſtio. cap. 4. C. P.

Digitized by Google

RITVS XVII.

ITem, quód procurator fiſcalis ſine aduocato fiſci, vel econtra, nihil facere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Procurator fiſci, aliquid ſine fiſci aduocati conſilio facient, nunquid teneat? & in nu. 3.*
2 *Statutum ſi in ferenda ſententia, peritorum conſilium requirit, aliter lata non tenet.*
3 *Cum alicuius præſentia ſolum pro actus ſolemnitate requiritur, nõ vt eius conſilio reguletur, ſufficit eius præſentia, licet contradicat.*
4 *Practica, quando Fiſci Patronus aliquid ſine præſentia Procuratoris, facere intendit.*
5 *Procurator Fiſci in iure tripliciter reperitur.*
6 *Differentia quæ ſit inter procuratorem patrimonialiũ, & fiſcalium.*
7 *Regis quædam bona patrimonialia, quædam fiſcalia.*
8 *Procurator Cæſaris quis dicatur, & quare, qui aliquando fiſci etiam dicitur procurator, & num ſeq.*
9 *Procuratoris officium, viliſſimum, eſt diuerſum, in procuratore Cæſaris.*
10 *Diffinitio procuratoris fiſcalis, quam etiam fiſcalis aduocati confitemur.*
11 *Archiepiſcopi, & Epiſcopi, an poſſint in eorum Curijs habere aduocatum. & procuratorem fiſcalem.*
12 *Epiſcopum non habere fiſcum, Cameram vero ſic, quid intereſt.*
13 *Fiſcum habendi præminentia, apud quem reſideat.*

NOt. ex hoc Rit. procuratorem fiſci nõ poſſe aliquid
facere, ſine aduocato fiſcali, nec è contra Aduocatũ
ſine procuratore, quod etiam ordinatur per alium Rit. &
per eadem verba infra Rit. 22. & per pragm. Regis Ferdi-
nandi Primi, nuper impreſſam inter prag. Illuſtris. Ducis
* de Alcala in prag. 36. * ver. ſtatuentes, in fi. de offic. Sacri
Cõl. Et not. verba Rit. quia dicit nil poſſit, per quæ dene-
gat eidẽ potentiã aliter faciendi. Aduerte tamen, quia (vt
credo) alter altero diuerſimodè eget, nã procurator eget
aduocato pro conſil. habendo; aduocatus vero procura-
1 tore pro præſentia, effectus eſt maximus, † quia ſi procu-
rator fiſci abſque conſi. aduocati facit aliquid, non tenet,
per ea quæ dicit Barto. in l. 1. §. ſed ſi plures, verſ. quarto
quæro dicit ſtatutũ, ff. de exercito. & Bal in rub. C. eo. tit.
idem Bal. in l. 1. C. de indict. vidui. tollen. & in l. cum ſen-
tentiam, in fi. C. de ſen. & Affl. in conſt. Reg. vt vniuerſis,
2 in 7. not. † vbi quod ſi ſtatutum requirat conſ. peritorum
in ſententia, aliter data, non tenet, quod etiam referendo
ſequitur Caſſa. in cõſuet. Burg. tit. des droictz, rub. 4. §. 7.
nu. 29. vt etiam in proprijs terminis procuratoris fiſci cũ
aduocato firmat Affl. licet iſta nõ tangat in cõſtit. Regn.
præſides, in 7. not. Aduocatus vero cum non habeat ne-
ceſſe conſil. petere à procuratore, ſed tantummodo eius
præſentia egeat, pro ſolemnitate actus, quia non niſi in
eius perſona poſſunt fieri inſtantiæ, & replicationes cau-
ſarum, intimationes ſcripturarum, & aliorum actuum: cũ
ipſe ſit Dominus litium, & cauſarum, & in eo fundentur
iudicia: ſat erit ſi in eius præſentia faciat, quæ ſunt agen-
3 da, licet aliter ipſe vellet, † eo quia, vbi requiritur præſẽ-
tia alicuius ſolum pro ſolemnitate actus, non vt eius cõſi.
reguletur, ſufficit illum eſſe præſentem, licet contradicat,
vt poſt multa not. concludit Fel. in c. non poteſt, col. 4. &
5. extra de re iud. & referendo ſequitur Caſſa. vbi ſupra,
* nu. 28. poſt quem dixi latius in prag. * per excellentem, §.
4 niſi in præſentiam, nu. 22. de Senatuſconſ. Maced. † Hæc
tamen procedunt in procuratore, quo ad aduocatum, per
ea, quæ dixi, ſed quoad iudices licet Caſſa. loco prægallega.
teneat, quod præſentia aduocati, & procuratoris requiri-
tur etiam cum conſenſu, aliàs actus per eos factus, non va
leret, vt ibi per eum, tamen putarem diſtinguendũ, ꝙ aut
tractatur de his, quæ iuſtitiam concernunt, vt eſt inferre
torturas, expedire cauſas, & ſimilia, & tũc licet eorũ præ-
ſentia requiratur, l. ſi fiſcus, ff. de iur. fiſc. l. ad fiſcum, C. vbi
cauſa fiſca. l. 2. C. ſi aduer. fiſci. l. fi. C. de aduoc. fiſci conſtit.
Reg. præſides, & conſtit. quæſtiones omnes, vbi Affl. in 2.
* not. & per me in * d. prag. per excellentem, in prin. nu. 16.
& habes tex. in l. 2. C. ſi aduer. fiſcũ, tamen non conſenſus,
quia quamuis ipſi vno modo dicant; ſi iudici non placet,
non tenetur eos ſequi, ſed ſuo prouidebit capiti, qui red-
diturus eſt rationem villicationis. Aut tractatur de alijs,
vt puta, de gratia alicui facienda, quæ non dicitur fundari
ſuper iuſtitia mera, vel de creatione nuntiorum, aut ſer-
uientium Regiorum, aut expeditione alicuius cõmiſſarij
deſtinandi, & ſimil. quæ curioſus lector poterit iudicare,
& tunc, cũ iſta debeant fieri in præſentia procuratoris, &
aduocati, taliſq; præſentia non requiratur pro ſolẽnitate
actus (vt ſupra dixi;) ſed vt ſe opponant, & eorũ conſen-
ſum præſtent, ſecundum Caſſa. teneo, ꝙ præſentia cũ cõ-
ſenſu, & cõſi. eſt neceſſaria, vt proprie Caſſa. in iſtis exem-
plis loquitur, vt ex eo eſt videre, & ita ſeruatur, quæ benè
notabis, licet autem præfata vera ſint per hunc Rit. tñ in
practica ſeruatur, quod aduocatus fiſci, etiam procurato-
re non exiſtente in tribunali, facit actus, & inſtantias ne-
ceſſarias, bene tñ verum eſt, quod facit eas in perſona pro-
curatoris fiſcalis, admittuntur, & valent, quia fiſci priuile-
gia multa ſunt, (& pro dolor) maiora his, quæ in iure à
Doctor. tanguntur. Et ex his patet, quã nulliter, & ineptè
vſq; nunc ſeruatum fuerit, in Regia Audientia Principa-
tus citra, quod abſẽte procuratore fiſcali, intimãtur actus
vni ſeruienti ipſius Regiæ Audientiæ; item cum aliquis ex
Auditoribus vadit viſitando Prouinciã, quia procurator
fiſcalis remanet cũ Iuſtitiario in Tribunali, ſimiliter actus
alicui ſeruienti intimantur. Credo ortum habuit a cõſt. 2.
Reg. prægalleg. præſides, & cõſt. quæſtiones omnes, vbi da-
tur poteſtas Præſidi Prouinciarũ in cauſa feudi non qua-
ternati inſtituere vnum procuratorem, ſed cũ iſtud hodie
non ſeruetur, quia in qualibet Prouincia deputatus eſt à
Rege vnus procurator fiſcalis, vt ſatis notum eſt, & inſti-
tuere procuratorẽ fiſcalem ſpectet ad ipſum Regẽ, vt dicit
Affl. in conſtit. Regn. inter multas. in 3. not. per illum tex.
nulli dubiũ eſt, quod acta non teneni, vt etiã firmat Affl.
in d. conſt. Regn. præſides, 5. not. in q. ſimil. niſi ſecundum
eum vellet fiſcus in ſui vtilitatem valere, quod poteſt, arg.
l. non eo minus, C. de procur. ¶ Sed poſtquã de fiſci pro-
cur. tractamus, ſatis opportunum erit, hic ponere tres ter-
minos procuratorum Curiæ, qui in iure reperiuntur, & hi
5 ſunt † procurator rerum patrimonialium, a procurator
a rerum fiſcalium, & procurator Cæſaris, de primis duobus
loquitur Alber. in rub. ff. de off. procurat. Cęſa. & Caſſa. in
conſuet. Burgũ. tit. des confiſcationes, §. 8. nu. 3. & 4. de vl-
6 timo loquitur ille tit. ff. de offic. procurat. Cæſa. † ponit
Bar. in rubr. C. de iur. fiſc. num. 7. lib. 10. differentia inter
7 duos primos procuratores naſcitur † ex eo, quia in domi-
nio, & poteſtate Regis quædam bona reperiũtur, quæ pa-
trimonialia appellantur, quædã fiſcalia, vt dicit tex. ad li-
terã, in l. 2. §. hoc interdictũ, ff. ne quid in loco publ. Luc.
de Pen. in l. quicunq;, C. de omn. agr. deſer. lib. 11. Dec. cõſ.
88. paucis agam, col. 2. vol. 1. Neuiz. inter conſ. Brun. cõſi.
22. nu. 86. & Affl. in d. conſtit. inter multas, 2. not. vbi latè
tractat de eis, licet hodie ſecundũ eum, in hoc Regno non
conſtituatur niſi vnus procurator fiſcalis Regiæ Curiæ,
qui habet curam tam de rebus patrimonialibus, quam fi-
8 ſcalibus, & verum dicit. † Procurator Cæſaris dicitur ille,
qui iudicat cauſas vertẽtes inter fiſcum, & priuatum, l. ad
fiſcum, vbi gloſſ. C. vbi cauſ. fiſca. item inter duos priua-
tos,

ADDITIO.

a Patrimonialiũ. Adde, ꝙ iſte procurator appellatur ꝓcurator ſummi rei. in l. fi. C. ſi propter public. pen. Sit. C. P.

Digitized by Google

tos.cũ poteſt verti intereſſe fiſci,l.ſi quis, C.eo. tit. ſiue
agat,ſiue conueniatur,ſecundum glo.d.l.ad fiſcum,in ver.
decidat,& Affl.in alleg.conſtit.præſides,5.not.nu.8. verſ.
ſed iuſta. Hic procurator ratione iuriſdictionis quam ha-
bet,dicitur procurator Cæſaris,ſeu Impuratoris,ſecundũ
glo.in l.fi.in ver.procuratoris,C.ſi aduerſ. fiſc. ſed quia
iudicat cauſas ſpectantes ad fiſcum , dicitur etiam procu-
rator fiſci,ſecundum glo.ibidem,& Dominũ Marin. Frez.
de ſubfeu.de offic.Magni Camer.nu.2.lib. 1. in cuius lo-
cum hodie in Regno ſucceſſit Regia Camera Summariæ,
ſecundum Frez. ibid. num.4. & ante eum Afflict. in præ-
allegata conſtit. Præſides,5.nota.verſ.ſed iuxta hoc in fin.
de iſto procuratore Cæſaris dicit Iſer. in tit. quæ ſint re-
9 ga.in ver.poteſtas,nu.67. † quod licet officium procura-
torum ſit vtiliſſimum,l.vniuerſos,& l.ſi quis,C.de decur.
a lib.10. a tamẽ iſtud aliter eſt,quia iuriſdictionem habet,l.
1. C. de iuriſd.omn.iud. & iuribus ſupra allegatis , quod
etiam firmat ibidem Afflict.nu.45.& licet Iſer. ibi loqua-
tur de procuratore Cæſaris,& fiſci,aduertendum eſt,quia
pro eodem ponit,cum procurator Cæſaris etiam fiſci di-
catur,(vt dixi)nec intelligi poteſt de procuratore fiſci ca-
pto altero de primis duobus modis,quoniam iuriſdictio-
nem non habent,& fundamentum Iſer. eſt ſuper iuriſdi-
ctione,quam ſolus procurator Cæſaris habet.Non tñ per
hoc intendo dicere,quod procuratoris fiſcalis officiũ ſit
10 vtile,quia cum Regi inſeruiat, id minimè verũ eſſet. † Si
quis tñ ſcire velit ipſius procuratoris fiſcalis diffinitionẽ,
videat Caſſa.in loco ſupra allegato,dicẽtem ,quod eſt vir
parũ placidus,oĩbus inuiſus,Deo odioſus, parũ , aut nihil
æquitatis in ſe habens,pro qua diffinitione facit,quod di-
cit Bal.in l.exequutorem,C.de execu. rei iud. & in tit.de
feud.Marchiæ.§.1.vbi ꝙ fiſcus eſt duræ ceruicis , rigoro-
ſus,nunquam,vel raro æquus,largum habẽs ſtomachum,
in Aduocato fiſcali non ponit diffinitionẽ Caſſa. eo quia,
vt ipſe dicit,tunc tẽporis tale officium exercebat,ſed ma-
* le fecit,quia ſi bonam conſcientiam habebat * ſua diffini-
tio eidem obeſſe non poterat,& ideo videtur mihi, quod
Aduocatus fiſcalis eadem diffinitione diffiniri poteſt, qua
procurator,immo peiori,ſi reperiri poterit, cum ipſe in
tribunali magis diſponat,quam procurator ; ſcias tamen,
quod verum officium fiſcalium,de quo dixi ſupra in Ritu
10.circa fin.in ſe eſt bonum,neceſſarium,& ſanctum,male
vero adminiſtratum,eſt peſſimum,ſuperfluum , & diabo-
licum,adeo quod diffinitiones huiuſmodi potius peſſimis
perſonis,quæ officia regunt,quam officijs ipſis cõpetunt,
* & eſt ipſa veritas. ¶ * Quæro † in hoc Ritu nunquid Ar-
11 chiepiſcopi poterunt in eorum Curijs habere aduocatũ,
& procuratorem fiſcalem ? iſta quæſt. dependet ab alia
quæſt. videlicet vtrum prædicti habeant fiſcum,vel ne,ſu-
per qua quidem quæſt. Ana.in c.excommunicamus,col.2.
extra de hære.dicit,ꝙ bona clerici delinquentis applican-
tur fiſco Epiſcopi,quod etiam videtur voluiſſe Imo. in c.
quia diuerſitatem,nu.10.in fi.de conceſſ.præb.dum dicit,
ꝙ Epiſcopus, vel quilibet alius habens iuriſdictionẽ quaſi
Epiſcopalem,cenſetur habere fiſcum , & idem Fel.in c.ir-
refragabili,§.cęterum,nu.11.in fi.de off.ord. inquiens, ꝙ
quicquid ſit de iure , Epiſcopi habent fiſcum ex generali
conſuetudine,Bal.vero,& Saly.in rub.C.de priui.fiſci,Io.
de Pla.in rub.C.de iure fiſci,nu.13.lib.10. Alex.ad Bar.in
l.1.nu.12.C.de bon.vacã.lib.10.Boſſ.in tit.de fiſco, nu.8.
& Affl.in prælud.conſt. Reg.q.15.nu.9. dicunt , ꝙ ſolum
Eccleſia vniuerſalis habet fiſcum,nõ autẽ Epiſcopi, intel-
ligendo cle.nolentes,de hære.& Glo. in d.c. quia diuerſi-
tatẽ,in ver.præter.vbi fit mentio de fiſco Eccleſiæ , in Ec-
cleſia vniuerſali,non autẽ in particulari, quam ſecundam
opin.ego ſequor,tanquã in iure veriorem,vt patet ex his,
quæ allegant ſupradicti Doctor. Non obſtant allegata in
contrarium,ex quo impropriè loquuntur, & attenta cõ-
muni obſeruãtia,vt propriè Imo.& Fel.inquiunt, ex quo
verè,& propriè loquendo fiſcus eſt apud Papam,vt Imo.
ibid.dicit,& ideo ipſemet in loco pręallega. non dicit, ꝙ
Epiſcopi habent fiſcum, ſed ꝙ cõiter obſeruatur , ꝙ cẽſe-
tur habere fiſcum ; & iſtud quod communiter cenſeantur
habere fiſcum,ex eo procedit , quia licet verè non habeãt
fiſcum,habent tñ Camerã,cui applicant pœnas,& alia ſi-
bi obuenientia,vt dicit Abb.in d.c.quia diuerſitatem,nu.
14.in fi.Imo.ibi in nu.12.& Afflict.in d.q.15.nu.9.immo
iſtud habere Cameram eſt de facto,& non de iure,ſm̃ Bal.
in auth.bona damnatorum,nu.11.C.de bon. proſcri.&
Ang.in auth.vt nulli iud.§.vt autẽ,nu.28.ver.nec obſtat,
quia ſecundum eundẽ Bal.ibid.qñ condemnant ad pœnã
applicandã ſuæ Cameræ deberent applicare Cameræ Ro-
manæ,vel ſecundũ Ang.vbi ſupra , erogare pęnas in vſus
pios,niſi cauſa neceſſitatis ſubeſſet applicãdi ſibi. Et ſi di-
12 catur † quid intereſt Epiſcopum non habere fiſcũ,Came-
ram vero ſic? reſpondetur , ꝙ fiſcus inter alia , quæ ponit
Bal.in c.1.verſ.& no.de allodijs, habet nonnulla priuile-
gia,pręſertim tacitæ hypothecę, ſecundum eund.Bald.in
rub.C.de priuil.fiſci,de quo in l. ſimile, ff.ad municip. qđ
priuilegium ſecundum Bal.in d.rub.& Alber.in l.3. C.in
quib.cau.pig.tacitè contraha.& Affl.in d.q.15.nu.9. non
reperitur iure cautũ , ꝙ ſit conceſſum Cameræ Epiſcopi,
& id ẽt dici poteſt de alijs priuilegijs fiſco conceſſis,in tã-
13 tum, † ꝙ iſta pręeminentia habendi fiſcũ propriè nõ re-
ſidet,niſi penes Eccleſiam vniuerſalem,vt patet ex prędi-
ctis,penes Imperatorẽ,vt dicit Bal.in d.c.1.nu.10. ver. &
no.penes Regẽ,ſm̃ eund.Bal.in d.rub.C.de priuil.fiſc.dũ
dicit,ꝙ fiſcus eſt ſaccus Regis,& plenè per Iſer. in prolo-
go conſtit.Reg.col.12.verſ.item dicimus Regẽ,& in con-
ſtit.Reg.aſcriptitios,& Afflic.in d.q.15.& inſuper penes
omnes homines , & Ciuitates non recognoſcentes ſupe-
riorem,ſecũdũ Bar.in l.2.in prin.ff.de iur.fiſ. Bal.in d.rub.
dum dicit,ꝙ fiſcus eſt ſaccus Reipublicæ,Alex.cõſi.31.nu.
4.vol.1.& Afflic.in d.q.15.nu.3. Quare principali quæſt.
per nos propoſitæ reſpondendo dicas,quod cum pędicti
non habeant fiſcum,nec etiam aduocatum, procuratorẽ,
vel fiſcalem habere debent . Et quæ ſupra diximus in Epi-
ſcopis,per omnia ſibi locum vendicant in Baronibus ter-
rarum , bene tamen loco procuratoris fiſcalis , Epiſcopi
habent vnum, qui vulgariter ab omnibus promotor Cu-
riæ appellatur , & Barones alium , qui Curiæ coadiutor
nuncupatur,quæ omnia bene nota,quia ,vt credo, non
reperies ita particulariter tractata. Salerni, die 24. Apri-
lis,1559. Proſper Carauita.

A D D I T I O.

a Lib.10. Adde,ꝙ l.vniuerſos non facit ad propoſitum,l.
vero,ſi quis procurationem loquitur de procuratione fa-
cultatum . Nec eſt verum , ꝙ officium procuratoris in iu-
dicio ſit vile , vt latius diximus infra Ritu 100. vbi vide
omnino. C. P.

R I T V S XVIII.

ITem, quod Aduocatus fiſci poſſit , & valeat aduocare in cauſis priuatorum , quæ vertuntur in ipſis Curijs,tamen nõ tangentibus fiſcum, nec cauſam habentibus cum Curia.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſe cum quis ſe dicat , ſaluo honore eſt intelligendum.*
2 *Verbum , poſſe , ad licitum , & honeſtum, vt valeat ad actus facultatem referendum .*
3 *Verbum , poteſt , neceſſitatis , vel potentiæ ſignificatiuum .*
4 *Aduocatus fiſci , quando , & in quibus cauſis aduocare poſſit.*
5 *Aduocatus fiſci inter perſonas generali clauſula reſtituendas,numeratur .*
6 *Procurator,& Aduocatus fiſci ad paria iudicantur .*

7 *Auaritia eſt radix omnium malorum.*
8 *Aduocatus fiſci, pro priuatis aduocando non tamen contra fiſcum hoc faciet.*
9 *Defenſio à iure naturali permiſſa.*
10 *Statutum iuri communi aliquid ſemper addere debet.*
11 *Nemo carnem ſuam odio habuit.*

NOt. 1. hunc modum loquendi poſitum in illis verbis
Rit. poſſit, & valeat, hoc loquendi modo pluries vti
tur Cic. is. n. ad Atti, inquit, & quo animo conſules ferant
hunc, reſcribas ad me, quantum potes, & vales, & in epiſt.
Cum hac exceptione, quantum valeam, quantumq; poſ-
1 ſim. Credo tamen, quod pro eodem non ponuntur, † ſed
cum poſſe dicatur quis: cũ poteſt ſaluo ſuo honore, & di-
2 gnitate, l. nepos proculo ff. de verb. ſign. exiſtimo, † quod
cum in ſimul ſint poſita iſta duo verba: intentio Ritus ſit
verbum poſſe referre ad licitum, & honeſtum, & verbum
valeat ad facultatẽ actus: vt ſit ſenſus, quod aduocatus fi-
ſci valeat aduocare, in cauſis hic deſcriptis, & nondum
valeat quoad factum, ſed etiam poſſit, ideſt ſibi ſit licitũ,
& honeſtum, fateor tamen quod multoties ex communi
vſu loquendi confunduntur, & vnum pro alio ponatur.
3 † An tamen, & quando verbum poteſt, importet neceſſi-
tatem, vel potentiam? vide Bart. in l. Gallus, in princip.
num. 4. ff. de lib. & poſth. & in l. j. num j. ff. de iniuſt. teſt.
4 vbi latè. ¶ † Secundo nota, quod aduocatus fiſci poteſt
aduocare in cauſis priuatorum, etiam quæ vertuntur in
tribunali, vbi officium exercet, ſi tamen tales cauſæ pri-
uatorum non tangunt intereſſe fiſci: nec etiam cauſam
habent cum Curia ſupple annexam, vt eſt in caſu l. cum
vendente C. vbi cauſ. fiſc. quem text. pro hoc allegat Af-
flict. in conſtit. Regni præſides, 5. nota. num. 8. ver. ſed
iuxta hoc in fin. item in caſu de quo infra dicam, Rit. 58.
Diſpoſitio expreſſa iſtius Ritu fuit neceſſaria alias ſub
prohibitione facta ſupra in Ritu 11. includeretur Ad-
uocatus fiſci, quia etiam in eo militant rationes quas
ibi poſui, & multò magis in eo quam in actuarijs, & ſcri-
bis quos in eo Rit. diximus includi, & profectò in hoc
non video rationem per prædicta, & etiam quia (vt ſatis
norunt, qui nouiſſe nollent.) Aduocatus fiſci diſponit
omnia in tribunali, & actuarij, & ſcribæ de eo contre-
miſcunt propter quod aduocando in ciuilibus, iudicium
in multis claudicaret ob fauorem. Voluit forte Regina
Ioanna non contenta priuilegijs fiſci, etiam aduocatum
5 fiſci priuilegiare † nam & alias, videmus, quod aduocatus
fiſci numeratur inter perſonas, quæ ex clauſula generali
reſtituuntur, l. inter eos, ff. ex quibus cauſis maior. Et
quod hic dicitur de aduocato intellige etiam procedere
in procuratore fiſci tum per rationem quam dixi, in d. Ri-
6 tu 11. † quia iudicatur ad paria cum aduocato, vt in Rit.
ſeq. cum etiam, quia non reperitur expreſsè prohibitus
per aliquem Ritũ, & licet tanquam officialis largo mo-
do captus, per ea quæ dixi ſupra Rit. 9. poſſet includi in
diſpoſitione Ritu 11. tamen poſtquam per hunc Rit. ha-
bilitatur aduocatus in quo eſſet maior ratio prohibitio-
nis, debet etiam intelligi multò magis habilitatus procu-
rator. Tempore quo fuit conditus iſte Ritus bene pote-
rat eius diſpoſitio practicari quoniam in Ciuitate Neapo-
lis non erat tunc ea cauſarum multitudo, quæ nunc eſt,
hodie non ſic, quoniam cum cauſarum criminalium, &
fiſcalium auctus ſit numerus ad infinitatem: adeo quod
vt dixi ſupra in Rit. 2. in 4. nota. in fine, opus fuit de vno
aduocato fiſcali, duos creare: non poſſet aduocatus fiſci
ciuilibus cauſis priuatorum vacare: & etiam quod poſ-
ſet; cum plurimum authoritatis habeat hodie tale offi-
cium, præſertim in Ciuitate Neapolis, propter honorem,
& officij auctoritatem: non accederet propter aduoca-
tiones, ad domos officialium, & propterea Rit. non ſer-
uatur, nec ipſum ſeruat Dominus Ioannes Nicolaus Ca-
rauita frater meus, in prouincijs Principatus citra, & ba-
ſilicatæ fiſci patronus, dixit: tum mihi audiuiſſe ab Aduo-
cato fiſcali prouinciæ Capitinatæ, quod in aliquibus pro-
7 uincijs ſeruatur. † Sed auaritia eſt radix omnium malo-
a rum; a amererentur, equidem expelli, qui talia agunt
non tanquam illicita committentes, ſed quia pecuniæ ar-
dore deuicti, vileſcunt, & regio ſalario, & beneficio quo
commodè viuere poſſunt, reddunt ſe indignos. Deus ſcit,
ſi omnes cauſas protegunt legibus, vel auctoritate officij,
quo aliam partem opprimunt. Sed dicet quis non ne
Thomas Grammaticus, qui fuit his temporibus aduoca-
tus fiſci, vt ipſe dicit conſ. ciuil. 64. in fine, aduocauit in
cauſis priuatorum, vt patet in conſ. ciuil. 65. vbi ſe ſub-
ſcribit aduocatus Regij fiſci, ſed huic reſpondebo, quod
Grammat. ibi. fecit illud conſilium non fouendo par-
tem, ſed Regium fiſcum. cum quo litigabant illi fideiuſ-
ſores, vt patet in princip. conſ. 66. quod fuit factum
contra ſuum conſilium. Vnde cum eſſet cauſa pro fiſco,
non eſt credendum, quod tunc feciſſet illud conſilium
* ad partium inſtantiam, ſed fiſci. * Hodie Ritus iſte cor-
rectus eſt per nouiſſimas pragmat. vt patet in pragm. 39.
§. tan bien ordenamos, de offic. Magiſtri Iuſtit. per prag-
mat. 7. incipien. mandamus etiam §. item quoniam, eod.
tit. & prag. 6. incip. ideò ineffabilis, §. item quoniam, de
8 offic. Iud. vbi ſunt eadem verba. † Tertio not. in fin. Ri-
tus, quod aduocatus fiſci aduocando pro priuatis, non
poteſt aduocare contra fiſcum, vt hic, & in l. 1. C. de aduo-
cand. fiſci, & licet tex. in l. 2. eod. titul. videatur dicere
aliter, tamen vt Bald. ibidem dicit, non loquitur in ad-
uocato fiſcali generali, ſed in eo qui in vna cauſa fuit ad-
uocatus fiſci, quod poteſt in alia eſſe contra Dominus
Auguſtinus Carauita frater meus, cum alias loqueretur
mecum de hoc Rit. dicebat, quod ipſe limitaret iſtud no-
ta. vbicunque cauſa priuatorum, quæ eſt contra fiſcum
eſſet propria cauſa ipſius aduocati fiſcalis, vel filiorum
parentum, vel pupillorum quorum tutelas gereret, per
text. in l. penult. & final. ff. de poſtu. vbi hoc dicitur ex-
preſsè, & pro eius opin. facit, quia ſi aliter diceretur: ſe-
queretur vnum ſatis quidem abſurdum, & inhumanum,
quòd aliquando opus eſſet Aduocatus fiſci contra ſeip-
ſum, contra patrem, aut eius proprium filium aduoca-
re, & fortè in cauſa capitali, quod quidem nullo pacto
9 eſſet dicendum † tanquam contra naturalem defenſio-
nem nobis à iure naturali ordinatam, & permiſſam in l.
vt

ADDITIONES.

a Malorum. Adde, quòd, & omnium criminum cau-
ſa, & mater, omniumque flagitiorum radix, principium, &
finis, §. neque autem Auth. vt Iud. ſine quoque ſuffrag.
cap. quia radix, cap. virum, & cap. ſicut diſtinct. 47. cap.
his igitur 23. diſtinct. capit. cum nullum ſit officium
tàm ſanctum, tàmque ſolemne: quod non auaritia com-
minuere atque violare ſoleat, vt ait Cicero orat. pro P.
Quin. ex quo cupiditas turpis lucri vlciſcenda eſt l. ſerui,
C. ad l. Iul. de adult. immò legitimis ictibus ferienda, l. ſi
quis in ſuo in fine, C. de inoff. teſtam. tanquam idolo-
rum ſeruitus, cap. cum omnis 1. quæſt. 1. quin potius bel-
lua, quæ fera, immanis atque intoleranda, quo tendit op-
pida, agros, fana, atque domos vaſtans diuinaque cum
humanis permiſcens, neque mœnibus, neque exercitu ſi-
bi obſtantibus, quo minus in ſua penetret fama, pudicitia,
liberis, patria, atq; parentibus cunctos mortales ſpoliat,
vt inquit Saluſt. in coniurat. Catil. immò animum cor-
puſque virile effeminat, & ad omnem humilitatem infi-
maſque ſordes, ac crudelitatem, homines deſcendere
cogit. Idem Saluſt. ad Cæſarem de Republ. ordinar.
contra quam vide omninò Luc. de Penn. in l. profeſ-
ſio. C. de muner. patri, & quæ nos copioſiſſime aduer-
ſus eam attulimus dict. tractat. de commerc. Magiſtr. aut
vetit. aut permiſs. cap. 13. C. P.

Digitized by Google

b vt vim, b ff. de iuſtit. & iur.ego autem arbitror contrariã opin.veriorem propter generalitatem noſtri Rit.dicentis poſſe aduocare in cauſis priuatorũ dũmodo non ſint contra fiſcũ.Nec obſtant text.in contrariũ allegati quoniã ij, quidẽ rectè procedunt inſpecto iuri cõmuni,hoc autẽ inſpecto noſtro Rit. qui niſi ita intelligatur, nihil vltra ius
10 cõmune,operaretur† cũ tamẽ ſtatutũ ne alias ſit inutile, ſemper debeat aliquid addere iuri cõmuni,vt dicit Bar.in l.3.§.prætor ait nu.15.verſ.quæro quid ff.de dam.infec.& Abb.in conſ.41.nu.2.in 2.vol.etiã ſi ipſum ſtatutum eſſet odioſum ne aliàs de nihilo ſeruiat, vt dicit not.Abb. in c. paſtoralis in 2.not.de appell.per illũ tex.& per tex.in c.ſi ſentẽtiã,in fin.de ſent.excom. in 6.ſimiliter nõ obſtat abſurdũ per me ſupra ponderatũ: quoniã aliud eſt tractare ſi Aduocatus fiſci poteſt aduocare pro ſe,& pro parente,& filijs contra fiſcũ,qđ quidẽ per hunc Rit.dico fieri nõ poſſe,aliud eſt tractare nũquid Aduocatus fiſci qui officiũ ipſum ſuſcepit,intelligatur ſuſcepiſſe etiã contra ſe,& cõtra parentes, & filios, adeò quod cogatur aduocare pro fiſco etiã his caſibus,& in hoc dico quod cũ iſte Ritus, hoc nõ dicat, nec vlla lex ciuilis, nec aliqua bona ratione poſſit ſuaderi talibus caſibus Aduocatus fiſci queadmodum nõ debet eſſe cõtra fiſcũ: pari modo nec pro fiſco contra ſeip-
11 ſum, parentes,& filios: † quia nemo vnquam ſuam carnem odio habuit iuxta dictum Paul. ad Epheſ. cap.5. & Iſaia cap.58. ibi carnem tuam ne deſpexeris maximè quia ſemper ſuſpectus reputaretur, quod not. Salerni die 27. Aprilis 1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

b Vt vim. Adde l.4.ff.ad leg. Aquil.l.j.§.vim vi.ff.de vi,& vi ar. l. ſcientiã, §.qui cũ aliter,ff.ad leg. Aquil.l.ſed,& partus,§.quæro,ff.de eo qđ met.cauſ.& c.cũ oportet cũ c.ſeq. 3.q.9.cũ vulgarib. nec ſolũ pro tuitione perſonæ, ſed etiã rerũ,l.3.§.cũ igit,ff.de vi,& vi arm. vnde defenſiones nec per Imperat. tolli poſſunt,clem. paſtor.§. cæterũ, de ſent. & re iud.Cũ nec diabolo ſi in iudicio eſſet denegari poterit,vt inquit Abb. in c.cũ contingat nu.27.de foro cõpet. Nec vetare reus quenquã poteſt quin ipſum in cauſa capitali defendat,etiã qđ reſiſtat, perire feſtinans, quo minus ſupplicium differatur ob ſolũ intereſſe humanitatis, cognationéq; inter nos à natura conſtitutam, l.non tantũ,ff.de appell.de qua re, vide omninò, quæ nos latiſſimè ſcripſimus in tract. Ad arbitr.Mag.Cur.Vic.c.3. ex nu.37.vſque ad finem,& quæ diximus infra ad Rit.220. C. P.

RITVS XIX.

ITem quod procurator,& aduocatus fiſci, nec non procurator, & aduocatus pauperum nihil recipiant pro defenſione cauſarum fiſci pupillorum,viduarum, & miſerabilium perſonarum, ipſoſq; fiſcum,pupillos, viduas,& miſerabiles perſonas tangẽtes, ſed pro cauſis huiuſmodi gratis debeant procurare, & aduocare, ac patrocinari, & proinde ſint contenti gagijs ſuis.

SVMMARIVM.

1 *Si aduocatus, & procurator fiſci, eius officio pro quibus perſonis, & quando fungi debet quod limita, vt 1. num.4. & ſeq.*
2 *Aduocatus, & procurator fiſci eorum gagijs à Rege contenti eſſe debent.*
3 *Præmium, actum ex neceſſitate officij facienti minimè debetur.*
4 *Fauor pupillorum,ad pupillas etiam extendendus.*
5 *Rex eſt ſummus Magiſtratus, & Iudex iudicum.*
6 *Iuriſdictio penes Regem, eſt ſicut fons vnde fluunt etiam alia.*
7 *Priuilegium conceſſum viduis, intelligitur de honeſtis, & pudicis.*
8 *Meretrices num miſerabiles perſonæ cenſendæ ſint?*
9 *Appellatione viduæ, etiam diues vidua continetur.*
10 *Meretrix vidua,viduitatis priuilegium amittit.*
11 *Priuilegia indulta viduis, ac pupillis, an in diuitibus locum habeat.*
12 *Determinatio plura reſpiciens determinabilia, omnia pariformiter determinabit.*
13 *Merces officio contraria dicitur.*
14 *Labor ſine fructu eſſe non debet.*
15 *Gagia in fiſci aduocato de iure communi erant ſexcentorum.*
16 *Salarium fiſci aduocato quo tempore ſoluebatur antiquitus.*
17 *Viduæ cum pupillis æquiparantur, & ipſi, & miſerabiles perſonæ habent aduocatum, & procuratorem gratis.*
18 *Priuilegia viginti indulta viduis, pupillis, miſerabilibuſque perſonis, & ſeq.*
19 *Clerici compelluntur ad ſubeundum tutelam pupillorum, & miſerabilium.*
20 *Miſerabiles perſonæ ad ſupremam curiam omiſſo medio appellare poſſunt.*
21 *Vidua dicenda venit non ſolum, quæ virum habuit, ſed etiam virgo, & quæ cum viro diuortium fecit.*
22 *Habens virum viuũ. & inutilem,vidua appellãda eſt.*
23 *Priuilegia miſerabilibus perſonis conceſſa, ſi propria culpa in miſeriam deuenerint, eis denegantur.*
24 *Delictum nemini immunitatem præſtare debet.*
25 *Virgo volens agere ciuiliter, vel criminaliter contra ſtupratorem an habeat priuilegium electionis fori.*
26 *Viduæ agenti ſuper electione fori, an poſſit opponi de vita ante inhoneſta.*
27 *Probatio qualis ſufficiat ad excludendum viduam ab electione fori ratione vitæ anterioris inhoneſtæ.*

1 NOt.1.ex hoc Rit.† quod aduocati,& procuratores, tàm fiſci, quàm pauperum, pro defenſione cauſarũ fiſci, pupillorum,viduarum, & miſerabilium perſonarum non poſſunt ab eis aliquod ſalarium recipere. Sed gratis tenentur aduocare,& procurare pro eis. Ratio eſt, quam Rit. ponit in fin. ver. quia habent pro hoc ſalarium à Re-
2 ge † propter quod eorum gagijs,& ſtipendijs debent eſſe contenti pro hoc text. in l.ſi quis,§. vtrum, ff. ad Syllan.
3 iunctis his,quæ ibi not. Bar. & Bald. † vbi quod præmiũ
a a non debetur ei qui actum facit ex neceſſitate officij non ſpontè,idẽ Bal.in l.2.C.de ope.libe. Ang.& Alex.in l.nulla macula.C.de delato,lib.10.& Par.in tract. Sind.in ver.
4 præmiũ nu.4. † Amplia hunc Rit. loquentẽ de cauſis pupillorũ;procedere etiã in cauſis pupillarũ,l.hæc autẽ ſatis ff.de adopt.Affl.in conſtit.lege præſenti,2.not.& pro hoc tex.in l.1.ff.de verb.ſignif.¶ Secundo amplia etiã in cauſis Eccleſiarũ,per Rit.23.itẽ quod aduocatus, qđ etiã firmat Iſer.in d.conſtit.in fin.& Afflict.7.nota.ver.ſed iuxta hoc nu.10.dicentes quod licet illa cõſtit. de Eccleſijs nõ faciat mentionẽ, tamen ſemper obſeruatũ fuit quod aduocatus pauperum etiam pro Eccleſijs tenetur aduocare,& miror quod Afflict.non faciat mentionem de d.Rit.23.cũ de eo notitiam habuit,& in rubr.d.conſtit. in fin. ipſum citat. Sed

ADDITIO.

a Qđ præmiũ,& qđ præmiũ non debeat ei,qui ex neceſſitate ſui officij facit,vt familię curię, voluit etiã Ioãnes de Arnono cautela 97.Conſueuit autẽ quandoq; Prorex, & Collaterale Conſiliũ in hoc Regno,quoties nimiũ multis perſonis graſſantibus,exemplo opus eſt argumento, l.aut facta,§.fi.ff.de pęn.pro bono publico, atq; ꝑ exterminatione,& extinctione facinoroſorũ,etiã familiæ curiæ pretium polliceri,& ſoluere quod pluries factũ fuit. C. P.

Digitized by Google

a Sed cogitaui, a quod Affl.licet ibi alleget illũ Rit.tñ allegat in antiquis in quibus non debebat adeſſe verbũ de Eccleſia, ſed quod poſtea per compilatores iſtorũ fuerit hoc additum,eo,quia ex communi obſeruantia etiam Eccleſiæ defenduntur ab Aduocato pauperum. ¶ Limita non procedere, quando perſonæ in hoc Ritu contentæ, eſſent Iudæi, vt dicit Afflict in dicta conſtit.3.not.in fi.num.5. per text.in §.1.authent.de priu.dot.hæret.mulier.non præſta.
b Ratio eſt, b quia non ſunt membrum ſanctæ Dei Catholicæ,& Apoſt.eccleſiæ. * vt etiam dico infra in Ritu 233. in princ. ¶ Secundo limita non procedere,quando perſonæ hic deſcriptæ litigarent coram iudice non habente poteſtatem, & iuriſdictionem à Rege, vt eſt iudex eccleſiaſticus,tunc enim aduoc.& procu. pauperum non tenerentur eos defendere gratis, vt dicit Affl. in conſt. præall. 7.not. dicens,quod Dux Calabriæ,ita declarauit ſibi quando dedit ei officium aduocati pauperum, quod noluit acceptare, & ex hoc infert ipſe, quod ſi litigarent coram arbitris non electis virtute regiæ prag.odia litium, & ſic ex neceſſitate, ſed ex voluntate in illa lite non tenerentur eos defendere.item infero ex prædictis,quòd ſi litigarent coram aliquo officiali Baronis, & peterent ab Aduocato, & Procuratore conſilium, & auxilium tenerentur eis præſtare ſine ſalario, quia Barones, & ex conſequenti eorum officiales dicuntur habere iuriſdictioné à Rege,per multa,quę ſcribit idem Affl.quæ ſint regalia in ver.poteſtas, in prin.
5 † & præſertim,quia Rex eſt ſummus Magiſtratus, l.2.vbi gl.ff.de adopt.& Iudex iudicum,auth.conſt. quæ de dign. §.1.& optimus tex.in l.fin.C.de legi.adeo ꝙ in eo eſt omnis dignitas,& omnis iuriſdictio, vt dicit idem Bal.in c.1. quis dicatur Com.vel Marchio. & vt dicit idẽ Bal.in c.1. §.ad hęc,de pac.iura.firm.& Bart.de Capua in proœ.cõſt.
6 reg.nu.4. † Iuriſdictio penes Regem eſt,ſicut apud fontẽ, à quo fluunt,& refluunt omnes iuriſdictiones,quemadmodum flumina ad mare. ¶Tertio limita,ſm̃ Affl.in d.conſt. lege præſenti.3.not. verſ.item intelligo,non procedere in
7 vidua impudica, & inhoneſta, † quia priuilegiũ quod datur viduis,intelligitur de honeſtis, & pudicis, allegat pro hoc in auth.quib.mo.nat.effic.ſui, §.ſi verò,& firmat Iſer. in conſt.reg.ſtatuimus,vt magnæ, Bal.in l.his ſolis,per illũ tex.C.de reuoc.donat.Luc.de Penn.in l.3.col.2.de priuil. ſcholar.lib.12.& Didac. Couarr.in lib.pract.quæſt.c.7.in
8 princ. † Et ſi dicatur,ꝙ etiã meretrices dicuntur miſerabiles, vt tenet idem Affl.in conſt.reg.omnes noſtri,2.not. reſponderi poſſet ex his, quæ ibi dicit, ꝙ propter eorũ vilitatem nõ merentur legum laqueis innodari, l.quæ adulteriũ,in fi.C.de adult. & refert ſimpliciter Silu.nup.lib.6. quo iud.pro cõ.nu.29. Ego autem credo contrarium dici poſſe,& quod etiam vidua impudica,& meretrices includantur quoad materiã iſtius Rit.ſi nõ tanquã viduę,ſaltim tanquã perſonę miſerabiles,eo quia,vt Affl.dicit in d.cõſt. omnes noſtri perſonæ miſerabiles ſunt.Item quia intentio Regis conſtituentis Aduocatũ,& Procuratorem iſtum, eſt prouidere litigãtibus pauperibus: nam Aduocatus,& Procurator pauperum appellantur: patetq; ex his,quæ dicam inferius in 4.limit.in q.an contineantur pupilli, & viduæ diuites. Vnde cũ hoc ita ſit,eſto ꝙ aliqua ſit meretrix,ſi tñ litigat, & non habet vnde expendat pro ſalario Aduocati, & Procuratoris,nullatenus,iudicio meo,dici poterit,quòd nõ includatur: militante in ea ratione,quæ militat in omni alio paupere,& propterea etiã eadem Rit.diſpoſitione l.1. vbi per Bart.ff.de fonte.Non obſtat,ꝙ priuilegium datum viduis,intelligitur de pudicis,ergo,&c.quoniã id procedit quoad priuilegium,l.1.C.qñ imper.inter vid.& pup.& in illis terminis loquitur Iſer.in d.conſt.ſtatuimus,& vt idem Iſer.dicit in præalleg.conſt.l.præſenti,differentia eſt,inter illud priuilegiũ,& iſtud, † adeo ꝙ appellatione viduæ in
9 terminis d.l.1.continetur etiã vidua diues: in terminis verò d.conſt.l.præſenti,vbi tractatur de Aduocato,& Procuratore dando viduis,non venit diues,ſed tãtum pauper, vt dicam inferius,quod etiam firmat Bal.nouell.in tract.dot. par.9.in 16.ſpeciali. & Sylu.nupt.præalleg.loco, num.35.

Ratio eſt, quia priuilegiũ iſtud datur ratione paupertatis, quæ non tollitur ob vitæ inhoneſtatem, illud verò in paupertate nõ fundatur,poſtquã etiam diues includitur in eo, ſm̃ Iſer.in d.conſt.lege pręſenti,quã ibi Affl.ſequitur in 3. not.in verſ.ſed aduerte,Bal.nouel.& Sylu.nupt.in prealle gatis locis. Vel ſecundo reſpondetur, ꝙ licet non veniat
10 vidua meretrix tanquã vidua,† quia priuilegiũ viduitatis amiſit,per dicta iura,& propterea legũ laqueis non meretur innodari,d.l.quæ adulterium,tamen veniet vti perſona pauper, & miſerabilis, quæ cũ non habeat facultatem expendendi, non debet ſibi denegari facultas ſe defendendi
11 in litibus. ¶ † Quarto generaliter limita hũc Rit.loquentem in viduis,& pupillis, non procedere ſi fuerint diuites, vt inquit Inn.in c.ſignificantibus,de off.deleg. & ibi etiam Card. & Imol.Spec.de inſtr.edi.§.nunc verò aliqua,verſ. & ſcias,el 2.Iſer.quem ſupra citauimus in d.cõſt.l.pręſenti,& ibi Affl.in 3.not.Sylu.nup.in proximè cit.Io.& Alex. conſ.121.vol.1.& eodem modo limita Rit.23.loquentem de Eccleſijs, vt tunc demum teneantur Aduocati, & Procuratores pauperũ eas gratis defendere, cum ſunt pauperes,prout iudicantis arbitriũ poterit cognoſcere,cum Rex non valentibus tantũ,& pauperibus,vt dixi ſupra,intendat
12 prouidere,† & quia vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare, l.iam hoc iure, ff.de vulg.ſubſt. ¶ Secundo nota in fi. Rit. ibi, contenti gagijs,ꝙ licèt Aduocati,& Procuratores fiſci,& pauperum gratis teneantur aduocare, & procurare cauſas fiſcales,pupillorũ,viduarum,Eccleſiarum,& miſerabilium perſonarum(vt Rit.ante dixerat)tamen iſtud verbũ gratis intelligi debet quoad perſonas ſupradictas,quia ipſe reuera nihil ſoluunt,non tamen quoad Regẽ, qui eis conſtituit gagiæ, aliàs Rit.nõ bene diceret,dicendo gratis,& poſtea dicendo,ſint contenti gagijs,cum denotaret contrarietatẽ:
13 † quia contraria eſt officio merces, vt inquit tex.in l.1.ff. mand. Conſidera tamen,quòd niſi hæc verba de gagijs dixiſſet,ſaperet iniuſtitiã,quia,vt inquit tex.in c.charitatem,
14 12.q.2. † labor nõ debet eſſe ſine fructu,nec ſuis ſtipẽdijs quiſquã cogitur militare,c.cũ ex officij.de præſcript. quia nemo cogitur de ſuo facere beneficium,vt pulchre tractat Spec.in tit.de ſalar.§.ſequitur, in princ.vt latius dicã in fi.
15 Rit.98. † Hæc gagia in Aduocato fiſci de iure communi erant ſexcentorum aureorum, vt inquit tex.in l.per hanc, C.de aduo.diuer.iud.quã Affl.allegat in conſt.reg.ſi quando,10.not.& ex conſequenti ſm̃ in procuratore trecentorum. In Aduocato pauperum non reperitur, ſed tempore Affl.erat ducentorũ,vt ipſe dicit in rub. d.cõſt.l.præſenti, & ſe-

ADDITIONES.

a Sed cogitaui. Delicata quidem Afflicti reprehenſio,nec diuinatiua hac defenſione diluenda, ſiquidem omniũ habere memoriam, & penitus in nullo peccare, diuinitatis magis,quàm humanitatis eſt, l.2. §.ſi quid autem in tanta, C.de vet.iur.enucl.& dum allegat And.in ead.conſt.l.pręſenti,iam allegat ritum, dicit enim And.vt vidimus in vſu cauſarũ,vt adiuuet Eccleſiam,pupillos,&c. quæ ſunt quodammodo verba rit.ex quo patet,quòd in ritibus antiquis, qui erant tempore Andreæ(qui,vt eſt verior opinio,mortuus fuit tempore Ioannæ primæ) Aduocatus pauperum tenebatur aduocare etiam pro Eccleſia, &c. Nec poterat And.allegare numerum rituum, videlicet 23. quoniam eo tempore,ritus non erant hoc modo compoſiti,præſenſque compoſitio ex Magnę Vicar.Cur.ritibus fuit facta per Reginam Ioannam ſecundam. C. P.

b Ratio eſt. Adde,quòd quamuis Iudæi non ſunt membra Eccleſiæ, tamen computantur inter oues Chriſti, creatione, gubernatione,& redemptione ex parte Chriſti, vt inquit Bal.conſ.429.nu.6.v.parte,poſt Oldr.conſ.264.nu.4. De quo videantur omnino,quæ nos latiſſimè ſcripſimus in allegationibus noſtris,in cauſa inter quoſdam Iudæos, Regium Fiſcum, Magnum Admirantium, & Proregem Marchionem Mondeſciar. C. P.

Digitized by Google

& ſecundum eius diuiſionem, in Aduocato fiſci cum Pro-
curatore factam: in Procuratore pauperũ debebat eſſe au-
reorum centum: hodie aliter, & melius ſunt per Curiam
16 ſtipendiati: † ſoluebatur tamẽ Aduocato fiſci ſalarium in
medietate anni, hoc eſt Calendis Octob vt dicit tex. in d. l.
per hanc, nã ſecundũ gl. ibi, apud antiquos anni incipiebant
Calẽdis Aprilis, ſed ſpeciale erat in Aduocato fiſci, vt dicit
Inn. in c. propter ſterilitatem, nu. 3. Hodie officiales habẽt
ſalarium ſingulis quatuor menſibus, vt dixi latius in Rit. 9.
17 ¶ † Tertio not. ꝙ viduæ, & pupilli æquiparantur in ma-
teria iſtius Rit. & adde quod etiam generaliter æquiparã-
tur in priuilegijs, vt dicit gloſ. fi. conſt. Regn. Iuſti cultoris,
per tex. l. 1. ad fin. C. de falſ. mone. quod ſequitur etiã Affl.
in d. conſt in fi. nu. 8. patet etiam ex l. 1. C. quando imper.
inter vid. & pupill. & ex rubr. met. illius tit. Et not. ex or-
dine literæ, quod fiſcus præfertur eis, ſic etiam habes in d.
18 conſt. iuſti. ¶ † Quarto no. in hoc Rit. vnum priuilegium,
quod habent viduæ, pupilli, & miſerabiles perſonæ, vt ha-
beant Aduocatum, & Procuratorem gratis. Idem habes
in d. conſt. lege præſenti, gl. in l. 1. §. ait prętor. in verſ. non
habebunt, ff. de poſtu. Boer. deciſ. 328. vol. 2. Guid. Pap.
deciſ. 561. & Didac. Couar. in lib. pract. quæſt. c. 6. nu. 4. Se-
cundum eſt, quia ſunt immunes à ſolutione ſportularum
iudicum, & actuariorum, vt patet in l. nulli, §. poſt vnius
veto. ibi, & gratis, & ſine vllo diſpendio prędicta geſta cõ-
ficiãtur, C. de Epi. & cler. & in d. conſt. lege præſenti, not.
per gl. in l. tã dementis, C. de Epiſc. aud. Arch. in c. pauper,
11. q. 3. Manſuer. in prac. tit. de expenſ. nu. 11. latius Rom.
qui generaliter loquitur nedum de ſportulis actuarijs cõ-
petentibus, verumetiã quibuſcunque notarijs, in l. ſi vero,
§. de viro, ff. ſol. mat. Io. Ant. de Nig. in cle. de vita, & hon.
cler. in 11. priuilegio, nu. 33. Dida. Couar. in loco pręalleg.
& Guid. Pap. in d. deciſ. 561. ſed, vt bene dicit Rebuff. in
comm. cõſt. Fran. tract. de ſent. prouiſio. art. 3. gl. fin. ver. 8.
vol. 1. hodie Herculi potius claua eriperetur, quã à Scribis,
& Phariſęis acta ſine pretio, cum ex eorum vſurpatione
a triplicatum ſalarium ſoleant accipere, a quod equidẽ nõ
fieret, ſi iuris acrimonia in eos exerceretur, & ego teſtor
Deum, quod pluries exclamaui contra eos, ſed paſſiones
intermediæ non faciunt pertranſire veridicũ ſonũ in aures
eorum. Tertium eſt, quia legatũ factum eis dicitur ad pias
cauſas, vt inquit Spe. de inſtr. edi. §. nunc vero aliqua, ver.
63. nu. 62. Quartum, quia in dubio iudicandum eſt pro eis,
Sylua nupt. lib. 6. §. qũo iudic. pro cõmuni, nu. 27. Quintum,
quia cauſæ ipſarum debent expediri priuſquam aliorum,
d. cõſt. Reg. iuſti cultoris, no. per gl. in c. in primis, in princ.
2. q. 1. & Ro. in repet. l. ſi vero, §. de viro, col. 10. fall. 25. ff.
ſol. matr. Sextũ, quia in Regno per prag. qui in cauſa prin-
* cipali, * quæ eſt 2. prag. in tit. de expẽſis, appellans cõdem-
natus in expenſis, nõ auditur in appellatione, niſi eis refe-
ctis, ſi in cauſa principali nihil poſuit, vel probauit, quod
tamen fallit in iſtis perſonis. Septimũ, quia licèt domus vbi
fabricatur falſa moneta, publicari debeat, tñ illud non pro-
cedit in iſtis, l. 1. in fi. C. de fal. mon. Octauum priuilegium
eſt electionis fori, l. 1. C. quando Imp. tam ſi conueniant
alios, vt patet in fi. in Rit. 233. quã ſi conueniantur, vt dici-
tur in Rit. 130. & 231. vbi dicã latius. Nonum priuilegium
eſt in c. Reg. vt delatas, per quod permittitur procedi ex
officio pro offenſa facta iſtis perſonis, etiam ꝙ non veniat
imponenda pœna mortis naturalis ciuilis, vel abſciſſionis
membri. Decimum priuilegium habes in fi. in Rit. 200. vbi
dixi in 3. not. Vndecimum priuilegiũ eſt, quia iſtis perſonis
reus edere tenetur, licet regulariter cõtra l. 1. vbi expreſſe
Purpura. de eden. & Dec. in c. 1. col. 10. de prob. Duodeci-
mũ, quia iudex ad earũ inſtantiam, etiam poſt concluſum
in cauſa, poteſt teſtes interrogare, vt ſcribit Barb. conſ. 30.
col. 3. vol. 1. & facit tex. in l. vbicunque, ff. de interrog. act.
19 † Decimumtertium, quia clerici cõpelli poſſunt earũ tu-
telam ſubire, ſi miſerabiles ſunt, licèt aliàs non debeant tu-
tores eſſe, vt dicit Io. Fab. in auth. presbyteros, la 3. C. de
Epiſ. & cle. per tex. in c. peruenit. 86 diſt. Decimũquartũ,
quia iudex etiam non petitus debet ſuum officium in earũ
cauſis impartiri, ſecũdum Bar. & Alex. in l. 4. §. hoc autem
iudiciũ, ff. de dam. infe. Alb. in l. vnic. vt quæ deſunt aduoc.
& Alex. conſ. 12. viſo, col. 2. vol. 1. Decimumquintũ, quia
cauſæ earũ ad Eccleſiam ſpectãt, & coram iudice eccleſia-
ſtico tractari poſſunt, c. ſignificatibus, de off deleg. & c. ex
parte, de foro comp. Gloſ. in c. omnis ætas, 12. q. 2. & Aret.
20 conſ. 102. Spectabilis. † Decimumſextũ, quia iſtæ perſonæ
poſſunt, omiſſo medio, appellare ad Curiam ſupremam, vt
dicunt Hoſt. & Io. And. in c. fin. de iud. Ant. de Butr. in c. li-
cet, de foro comp. Berta. in tract. de gabel. per tex. 7. q. 27.
& Soc. in reg. 23. appellatio, omiſſo medio, fallen. 5. Deci-
mumſeptimũ eſt, quia clerici religioſi poſſunt pro eis po-
ſtulare, c. 2. & fin. iuncta gl. de poſt. & Spec. de aduoc. §. 1.
verſ. ſed nunquid. Decimumoctauũ eſt, quia priuilegia ipſis
conceſſa nõ reuocantur per clauſulam, nõ obſtantibus, niſi
de eis expreſſa fiat mentio, vt dicit Cy. in d. l. 1. C. quando
Imp. Rom. in l. ſi vero, §. de viro, 13. fall. ff. ſol. matr. Alex.
cõſ. 123. viſo puncto, nu. 15. vol. 4. Fel. in c. nonnulli, nu. 19.
de reſcript. & Affl. in d. conſt. ſtatuimus, 7. no. nu. 9. Deci-
mumnonum, quia legata perſonis miſerabilibus relicta
cenſentur ad piam cauſam, vt dicit Rom. in repet. auth. ſi-
militer, C. ad l. Falc. & Alex. conſ. 126. in hac hæſitatione,
vol. 4. Vigeſimum, & vltimum priuilegium eſt, quia dele-
gatio facta ad earum petitionem, etiam non data negli-
gentia iudicis ordinarij non eſt nulla, ſed habebit effectum
poſt negligẽtiam, licet ſecus in alijs, c. licet ex ſuſcepto, &
c. ſeq. de foro comp. & late Rebuff. vbi multa de his, in d.
tract. de ſent. prou. art. 3. gl. fi. vol. 1.

¶ Quæro congruenter in hoc Ritu, quænam eſt illa,
quæ vidua dici poteſt? tex. in c. vidua, 34. diſtin. & ibi bona
glo. dicit, eam cuius maritus mortuus eſt, ſequuta etiã co-
pula carnali, vt inquit alius tex. in l. presbyteri, §. vidua,
ead. diſt. idq; etiã firmat Luc. de Penn. in l. 2. col. fin. C. qñ,
& quib. quarta pars deb. lib. 10. licet d. c. no alleget, & Affl.
in præalleg. cõſt. lege præsẽti, 3. not. ſed quia habemus tex.
in l. malum, §. viduam, ff. de verb. ſign. ad literã dicentem,
21 † ꝙ vidua non ſolũ dicitur, quæ aliquando nupta fuit, ſed
etiam quæ virum nõ habuit, dici poteſt, quod etiam virgo
vidua dicitur, & priuilegia viduis conceſſa, etiã eis compe-
tunt: hanc opin. tenet Gl. in c. 2. in fi. 87. diſt. Aret. Cyn. Bar.
Oldrad. Alber. & Fulg. qui eam communem dicit in l. vni.
C. quando Imp. Iſer. quem ſequitur Affl. ibi q. 8. num. 20. in
conſtit. ſtatuimus vt magnæ, Io. Lup. in repe. c. per veſtras,
2. no. nu. 12. de don. inter vir. & vxo. Guid. Pap. dec. 566. &
Rebuff. in comm. conſt. Franc. de ſent. prouiſio. art. 3. gl. fin.
in ver. prouidere, & licet Alciat. in d. l. malum, poſt multa,
quæ dicit, teneat, viduam eſſe illã, cuius maritus mortuus
eſt, & quod d. l. malum, ex lata ſignificatione loquitur, &
ipsũ ſequatur Dida. Couarr. in lib. pract. quæſt. c. 7. vbi latè
de hoc tractat, non eſt dubium, ꝙ de eorũ argumento nul-
la ratio haberi debet, cum cõtra caſum legis contrariã de-
ciſionẽ velint ponere. Vidua etiam dicitur illa, quę cũ viro
diuortium fecit, vt inquit Bertach. in ſuo repert. in verſ. vi-
dua dicitur, per tex. not. in l. vir mulieris, ff. de donat. inter
vir. & vxor. & licèt videatur in contrariũ tex. in auth. qũo
oport. epi. in princ. ver. & neque, attamen rectè conſiderã-
do ille tex. non vult contrariari d. l. vir, neque negat quin
ea, quæ diuertit, ſit vidua, ſed quia dubitari potuiſſet, cum
de vidua dixiſſet, an etiã à viro ſeiuncta, viduę appellatio-
ne veniret, ad maiorem declarationem, & ad tollendam
omnẽ dubitationem, illud adiecit: & quod etiã quæ à viro
diuertit, vidua dici debeat, vt viduarũ priuilegio gaudeat:
22 † facit, quia etiam ea quæ virum habet viuentem inutilẽ,
tamen vidua dicitur, vt dicit gl. reputata ſing. quam etiam
Bal.

ADDITIO.

a Accipere. Adde quòd (vt inquit Boniſ. in c. ſtatutum, §.
notarium, de reſcrip. in 6) notarij vt plurimum in exigen-
do ſalario metas rationis excedunt, contra quos & actua-
rios, vide quæ diximus ſupra ad Ritum 13. verbo ſine mi-
niſterio. C. P.

Digitized by Google

Bal.ibid.ſequitur in l.fin. C.ad l.Flau.de plagia.And.Barb. in c.ſignificantibus,col.1.de off.deleg.Alciat.in c.1.4.not. vbi eſt tex. ad hoc, de præſcript. & in c.inter corporalia, iuncta Gl.in ver.inutilem,de träſlat.epiſ.Cott.in memora. in verb. vidua,Berta.Rebuff. & Couarr.in locis præalleg. nam,vt dicit gl.in c.cor Epiſcopi, 68.diſt.& in c.admonere,33.q.2. ſi re priueris,nec nomê habere mereris,& profecto negari nô poteſt, quòd quæ à viro diuertit,inutilem virum habet,& re ipſa priuata eſt. Limita tamen dummo-

23 do diuortium ipſum non eius culpa ſequutũ fuerit:† quia priuilegia miſerabilibus perſonis côceſſa, ſi propria culpa in miſeriam deuenerunt,denegantur eiſdem,vt dicit Iſer. & Affl.in d.conſt.ſtatuimus,7.not.q.7.nu.19.Dec.in c.quę in eccleſiarum, col.pen.& ibid. Felin.num.67. de conſtit. Berta.& Rebuff.in dictis locis, licèt Didac.Couarr.in loc. præalleg.aliter ſentire videatur: cuius opin.vltra quod eſt contra communem opinionem,mihi nullatenus ſatisfacit:

24 † quia clarum eſt in iure, quod delictũ nemini debet immunitatem præſtare,l.1.C.vbi Senat.vel Clariſs.l.ſi ab hoſtibus,ff.ſol.matr. & l.relegatorum,§.fin.ff.de interdict.& releg. præfata tamẽ ſemper intellige de vidua honeſtè viuente, aliàs ſi inhoneſtè viueret, ceſſarent penitus priuilegia viduis conceſſa, vt dicit Iſern. in d.conſtit. ſtatuimus, Affl.in conſt.lege præſenti,3.not.verſ.3.Fel.in d.c.ſignificantibus,col.pen.Luc.de Penn.in l.3.col.2.C.de priuileg. ſchol.lib.12.eſt tex.optimus in l.his ſolis,vbi Bal.& Salyc. C.de reuoc.donat. & authent.eiſdem, C. de ſecund.nupt. Rebuff.& Couarr. in locis ſæpius allegatis, idq; ſeruatur in practica quotidie.

* ¶ * Secundo † quæro iuxta prædicta, pone quod virgo

25 aliqua per vim ſtuprata, velit accuſare ſtupratorem, aut aliquo modo ciuiliter,vel criminaliter litem, vel cauſam contra aliquos mouere, nunquid habebit priuilegium electionis fori? iſtam quæſt. non reperio tactam ab aliquo Doct.quem viderim,attamen videtur dici poſſe,quod talis mulier nô habeat dictum priuilegium per tex. in c.ſi quis, 15.q.1.& in c.ille,32.q.3.& vtrobique Gloſſ. vbi quod licet quo ad Deum talis mulier ſtuprata reputetur virgo ſi animus non conſenſit,vt etiam dicit tex.in c.ita ne.32.q.5. & Hipp.in l.1.præterea, nu.17. ff. de quæſt. ſecus tamen quoad mundum, quia non poterit inter virgines conſecrari,quod etiam firmat Bal.in c.ſacris, num.3.de his quæ vi, met. ve cauſa. Alber. in ſuo Dictionario in verſ.virginum côſecratio. Iſer.& Affl.in conſt.ſi quis rapere,22.q.nu.21. rectius tamen cogitando arbitror intrepide tenendũ contrarium,per tex.in l.malum,§.viduam,ff.de verb. ſign.vbi quod vidua dicitur nedum ea, cuius maritus mortuus eſt, ſed quæ nunquam virum habuit, quod etiam no. Gloſ. in c.2.87.diſt.& omnes Doct.alleg.in quæſt. præceden. ad l. vni.C.quando Imper.ex quo tex. & Doct. alleg. apparet quod virgo priuilegium fori habet vti vidua, & quia ſine viro eſt, non quia ad aureolam virginitatis reſpectus habeatur, vt apud vnumquemque ex Doct.alleg. in d.l. vni. videri poteſt. Et quòd hoc ſit verum,conſiderandum eſt, quod vere vidua cuius maritus mortuus eſt, non habet talem aureolam,& tamen gaudet d.priuilegio.Et ſi dicatur, quod Affl.in conſt.ſtatuimus,vt magnæ,q.8.num.29.dicit, quod virgo habet hoc priuilegium fori,quia habet aureolam virginitatis,& ideo miratur,quod Doct.inter priuilegia virginitatis non poſuerunt iſtud de priuilegio fori, reſpondetur,quod ſi Affl.poſuit illud de aureola virginitatis vti cauſam finalem,male loquutus eſt, quia ceſſante virginitate per vim,& violentiam à ſtupratore illatam,non poteſt negari quin talis mulier ſit ſine viro,& ideo vidua,per d.l. malum, & conſequenter contenta in d.l. vni. ſed ego credo poſuit vti cauſam impulſiuam, nam loquitur argumentando à vidua,quæ non habet aureolam,ad virginem, quæ ipſam habet. Et hoc ſtante,non eſt mirandum, quod Doct.inter priuilegia virginitatis nô poſuerunt iſtud, quia vere cauſa talis priuilegij in virgine non eſt virginitas,ſed viduitas,quod no. quia nouũm, vt credo. Intelligi tamen poteſt, quotieſcunque per alium quàm per ſtupratorem opponebatur iſti mulieri, quod non eſſet virgo, puta per Bal.orem petentem remiſſionem cauſæ, vel alium quemcunque,quia ſi per ipſum ſtupratorem opponeretur, vltra ea quæ dicta ſunt,talis ſtuprator cuius facto illa amiſit virginitatem,nullatenus eſſet admittendus, quia committens in legem non debet eius priuilegio iuuari, per c. quia fruſtra.de vſu.c.cum eccleſiaſticæ, in fi.de excep. c. in grauibus,3.q.6.c.an ſit,de appell.l. auxilium,in fi.ff.de min.& l. itaq; Fullo.ff.de fur.& not.Brixi.in ſuis quæſt.q.81.quæritur vtrum.

26 ¶ Tertio † quæro, ſupra in 1.nota.limit.3. dictum fuit, quod vidua inhoneſta non gaudet priuilegio electionis fori ſibi conceſſo per l.vni.C.quando Imperat. inter vid. & pupill.quid ſi vidua,quæ olim fuit inhoneſta,tempore quo agitur de electione fori viuat honeſte, nunquid poterit ſibi opponi,quòd alias inhoneſte vixit.Breuiter dicas,quod non,quia poſtrema conſuetudo attenditur per l.Mela in fi. principij,ff.de alimen.& cib.leg.& conſequenter mulier, quæ mutata inhoneſta vita honeſte viuit, non poteſt reputari turpis perſona. ita Spec. in tit. qui filij ſint legi. verſ. quid ſi ipſa pœnitet.nu.16.Alb.in l.ſi quis à liberis,nu.18. verſ.ſed quid ſi filia,ff.de lib.agnoſc.Bal.in l.ſi filiam, in fi. C.de inoff.teſt.Alex.in l.1.n.33.verſ.prædictis etiã,& Rip. ibi,nu.71.verſ.fallit.ff.ſol.mat.Abb.in c.Quintauallis,nu.6. de iur.iur. Idem Ripa in l.ſi.q.67.nu.223.C.de reuoc.don. Iaſ.in l.non licet,nu.2.C.de lib.præt.& Ioan.de Amic.côſ.

27 91.nu.6. Sufficit † tamen illi, qui vult excludere viduam ab electione fori propter inhoneſtam vitam, probare annis,vel menſibus præteritis inhoneſtè vixiſſe,licet nô probet,quod ad præſens ita viuat, quia de tempore præterito præſumitur in præſens,per c.ſemel malus,de regul.iur. in 6.vbi Gloſſ.& Dyn.vt plene ſcribit Euerar.in locis leg.loco de tempore ad tempus.Onus vero probandi, quod mutata vita, honeſte viuat ad præſens, incumbit ipſi viduæ, quæ priuilegio electionis fori vult vti,ſiue Regio fiſco,qui cauſam in ſuo tribunali, vult retinere vigore querelæ viduæ,poſt quam ſe fundant ſuper noua vita,quia ei, qui dicit probatio incumbit,l.ei,qui,ff.de probat.& pulchre Gl. in fin. in l. Titia, ff.ſol. matr. Salerni die 27.Aprilis.1559. Proſper Carauita.

RITVS XX.

a ITem, quod in huiuſmodi *a* cauſa vſurarum procurator fiſci debeat deſignare, quæ deſignare debet accuſator ex tenore legis libellorum, ff.de accuſ.& infra de vſuris alium.

ADDITIO.

a Hunc ritum debet præcedere ritus ſequens, quod probatur ex verbo huiuſmodi. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus tenet locum accuſatoris.*
2 *Quæ ſint ea,quæ tenetur accuſator deſignare inquiſito.*
3 *In crimine vſurarum vtrum ex officio, vel ad fiſci inſtantiã procedatur; & in quibus caſibus permittatur.*
4 *Practica ſuper ſolẽnitatibus à fiſco inquiſito deſignãdis.*

NOta, quod procurator fiſcalis tenetur deſignare inquiſito de vſuraria prauitate omnes ſolemnitates, quas ex forma l.libellorum,ff.de accuſat. tenetur deſigna-

1 re is,qui accuſat. † & ſic fiſcus, qui tenet locum accuſatoris ad eadem tenetur, ad quæ accuſator eſt obligatus, vt dicit Bart.in l.ex lege,§.ſi publico,nu.12.ver. quæro vtrũ, ff.de adul. & pulchre habetur in conſt. Reg.11. qui, circa fin.& ibi per Affl.13.no.qui in id diſtinguit poſt Abb.in c. fin.de purg.canon. & exceptuat inſcriptionem ad pœnam tallionis,ad quam Bart.etiam dicit fiſcum non teneri, ſed hodie non cadit dubium, cum ſit ſublata per conſtit. pœnã calumniæ,vbi etiam Affl.dicit in 3.not. & dicam infra in

2 Rit.299. † Quænam ea ſint,ad quæ tenetur accuſator habeo

Digitized by Google

bes in d. l.libellorũ,& per Gand. qualiter fiat accuſatio, nu.3.cum ſeq. & ex hoc ſequitur, quod ad fiſci inſtantiam
3 procedi poteſt in crimine vſurarum: † & ſic ex officio, quod verum eſt vigore illius Rit. cuius tempore ſeruabatur diſpoſitio conſt.Reg. vſurariorum, per quam ordinatur procedi in hoc crimine tanquam publico ex offic. & nemine accuſante.Hodie per diſpoſitionem c.Regn.vt delatas, non poſſet ex officio procedi, quia cum non veniat imponenda niſi pœna publicationis bonorum,vt dicit tex. d.conſtit. non poteſt per curiam nemine accuſante procedi,per d.c.quod ſolum permittit ex officio inquiri,vbi venit imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, vel abſciſſionis membri, aut vbi offenduntur viduæ,pupilli, vel eccleſiaſticæ perſonæ. Sed quia per v. prag. Caroli Quinti Imp.incip. vſurarum etiam voraginem,ſub tit.de vſura.eſt ſtatutum,quod dicta conſt.obſeruetur in vſurarijs manifeſtis,ordinando, quod tales vſurarij non valeant vti beneficio præalleg. c. etiam hodie eſt dare caſum in quo ad fiſci inſtantiam procedi poteſt in hoc crimine nemine accuſante, & in eo caſu teneretur per hunc Rit. procurator fi-
4 ſcalis ad deſignandum ſolemnitates prædictas. ¶ † Iuxta prædicta, quæro quo nam modo fiſcus deſignabit illas ſolennitates,nunquid dando libellũ? Gand.in loc.præalleg. nu.6. dicit, quòd hodie communiter per Italiam obſeruatur, quòd non dantur libelli per accuſatores, ſed tantum querelæ,quæ ſcribuntur in libro, & verum dicit, nam aliquando datur querela, quæ ſcribitur in libro querelarum, quem librum tenent omnes curiæ, aliquando etiam libellus,prout cuique melius videtur,& ideo nõ videtur, quod procurator fiſcalis debeat dare libellum, ad quem nec etiã accuſator cogitur,minime etiam videtur,quod debeat exponere querelam,tum quia Rit.iſte non dicit hoc,ſed tantum,quòd deſignet ea,quæ deſignaret accuſator,tum etiã, quia communis curiarum omnium obſeruantia ſe habet, quod fiſcus non exponit querelam in alijs maioribus caſibus,ſed tantum proceditur ad informationem eo inſtante, & dicitur eo inſtante,& non ſcibitur aliter inſtantia, quia ſemper dicitur inſtare pro cauſis fiſcal. Ideo dici poteſt quòd procurator fiſci deſignabit eam in rub. informationis dicendo, hæc eſt quædam inquiſitio, quæ fit ex mero officio curię cõtra talem de eo,& ſuper eo,videlicet,quòd de anno tali, & menſe. Regnante,&c. manifeſtam, & notoriam vſuram commiſerit, cum tali, & ſic apponendo omnia,quæ dicuntur in d.l.libellorum, quod etiam firmat Bar.in d.l.ex lege,§.ſi publico,q.3.nu.13.ff.de adult.dicẽs, quòd nedum illæ ſolennitates apponi debent, verũ etiam & conſuetudo obſeruat ponere concluſionem in requiſitione, vt patet ex eo. Item & ſecundo dici poteſt, quòd Procurator Fiſcalis deſignet ea quando dat capitula inquiſito,& in 1.c.dicet.in primis inquirendum eſt contra talem,qualiter de anno, &c. & ſic deſignando ſolennitates,ex quo poſtea de talibus capitulis datur copia inquiſito, (vt quotidie obſeruatur.) Tu autem dum fueris iudex obſerua,vt placet, nam ex quo omnes abſtinent à commiſſione vſurariæ prauitatis manifeſtæ, cum eas faciant ſatis occulte, & fictè, non vidi hucuſque proceſſum ex officiò de vſuraria prauitate, & propterea non poſſum tibi dicere altero de prædictis modis fuiſſe practicatum. Verum quia ille modus dicendi in proceſſu, hæc eſt quædam inquiſitio,non obſeruatur generaliter,mihi plus placet,quod ſolennitates ponantur in primo cap.Salerni die 27.Aprilis 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXI.

a ITem, quòd Procurator Curiæ poſſit cauſam vſurarum *a* proſequi, & ad proſecutionem publicationis bonorum, ſecundum formam cõſt. nullo alio crimine in iudicio præcedente.

ADDITIO.

a Hic Ritus debet præcedere Ritum præcedentem. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatore deſiſtente ante, vel poſt ſententiam, pendente appellatione, num ex officio ad vlteriora in cauſa ſit procedendum.*
2 *Dictum Doctoris, ſecũdum eius allegata intelligendum.*
3 *Pœna ſequi debet delicto conformis.*
4 *Vſuræ quare prohibentur.*
5 *Vſuræ de iure ciuili prohibitæ non reperiuntur.*
6 *Vſurarum pœna de iure canonico qua, & num. ſeq.*
7 *Iudex eccleſiaſticus in crimine vſurario an poſſit ex officio procedere?*
8 *In crimine vſurario procurator an interuenire poſſit?*
9 *Vſurarum crimen ardua cauſa dicitur, requiritq; ſpeciale mandatum.*
10 *Accuſatore mortuo, perit inſtantia contra accuſatum, & num. ſeq.*
11 *Accuſato mortuo ante ſententiam, num talem cauſam fiſcus proſequi poterit?*
12 *Accuſato mortuo, nunquid accuſator ad proſequendam accuſationem cogi poſſit?*
13 *Vſurarum cauſa pendente,* Curia *num in principio cauſæ procedere poſſit ad deſcriptionem, & inuentarium bonorum mobilium?*

QVoniam in præcedenti Rit. dictum fuerat qualiter procurator fiſcalis tenetur deſignare ea,ad quæ tenetur accuſator ex forma l. libellorũ, ff.de accuſ. prēſupponendo propterea,ꝙ ad fiſci inſtantiam,ex officio procedi poteſt in crimine vſurarum(vt ibi dixi) poſſetque euenire,& dubitari nunquid ſi ad inſtantiam,& querelam accuſatoris proceſſum fuiſſet, qui poſtmodum ab accuſatione deſtitiſſet, procurator fiſci poſſet cauſam ipſam proſequi,merito Ritus iſte hãc dubitationem tollendo, dicit, ꝙ procurator curiæ poteſt eam proſequi,& ad perſecutionẽ publicationis bonorum,iuxta formã conſt.Regni vſurariorum,etiam,ꝙ in iudicio nullũ aliud crimen præcedat, ideſt etiam, ꝙ non ſit de alijs diffamatus ipſe inquiſitus, vel nullo alio crimine præcedente,ideſt etiam, ꝙ non appareat,ꝙ reus colluſerit cum accuſatore deſiſtente, vt volebat Iſer.quem ſtatim citabo, ſed primum verius,quia ſecundum hoc, iſte Rit. contineret caſum ſpecialem, ſolum quando accuſator deſtiterit, cum tamen generaliter loquatur,vt in fi.dicam in 1.q. Ante hunc Rit. dubitatũ fuit de hoc per Iſer. in d. conſtit. vſurariorum circa fi. & ibid.
1 per eum concluſum, † quod accuſatore deſiſtente ante ſententiam, vel poſt appellatione pendente, non poſſet ex officio ad vlteriora in cauſa procedi, per l. qui cum natu maior.§.accuſaſſe,ff.de bon.liber.niſi per fraudem,& colluſionem fuiſſet ab accuſatione receſſum per l.2.C.de abotio.quod etiã refert,& ſequitur Pet.Follerius in fragmen. poſt pract. Rit. de vſuris, nu.55. comprobans optima ratione, vt ibi per eum, & licet dicat Affl. aliter voluiſſe, profectò ſaluari poteſt, vt loquatur in terminis in quibus loquitur Iſer.quem allegat, ſcilicet qñ per fraudem fuiſſe
2 receſſum,cum clarum ſit, † ꝙ dictum Doctoris debet intelligi ſecũdũ ea quæ allegat,vt dicit Bart.in l. non ſolum, §.ſi liberationis,nu.7.ff.de liber.leg.in l.1.§.ſi proponatur, ff.ſi quis omiſ.cauſ.teſt.& in l.cum quidam,circa med.ff.de his quibus,vt indig. Rom.conſ.76.col.fi.& cõſ.11.col.fi.& Alex.conſ.22.col.3. vol.4. Accedat, quia Iſer. (alioquin more ſuo obſcurus,& difficilis)ibid facillimė locutus fuit, ipſumque in caſu tam claro Affl.non intellexiſſe non arbitror ſic facilè tenendum,dicit tamen Petr. Follerius ibidẽ, quòd non obſtante hoc Ritu,ſeruauit, quòd quando accipiebat querelam de vſura, faciebat dari ſibi licentiam ab accuſante procedendi in cauſa eo abſente,nõ citato,& deſiſtente,iuxta ea,quæ dicit Affl.in conſt.grandis,q.6.nu.28. circa fi. vbi id eſſe de cõſuetudine Italiæ aſſerit, ſed ſtante hoc Ritu,de quo etiam ipſe facit mentionem,talis cautela potius erat ſuperflua,quã neceſſaria, nec hodie video eam ſeruari,

Digitized by Google

ſeruari, immo accuſatore deſiſtēte in quacunq; parte iudi-
cij, fiſco inſtāte, ad vlteriora proceditur, iuxta iſtius Ritus
diſpoſitionem, inuenio tamen annis abhinc viginti ſex,
(fortè ad tollendam omnem dubitationem) fuiſſe interpo-
ſitum pro hoc decretum à ſacro Regio Conſilio, quod
quia à quampluribus ſcio inauditum, ad communem le-
gentium vtilitatem, de verbo ad verbum inſero. Die 23.
Septemb. 1533. Neap. in cauſa, & appellatione Stephani
Sparani Pictoctis accuſati de crimine vſurariæ prauitatis,
cum regio fiſco, decreto ipſius ſacri Regij Conſilij proui-
ſum eſt, ex quo accuſator de vſuraria prauitate propoſue-
rit accuſationem ſuam, tunc fiſcus poſſit etiam proſequi di-
ctam accuſationem ordinariè accuſatore inſiſtente, vel de-
ſiſtente in quacunque parte iudicij tam ante litem conte-
ſtatam, quam poſt hoc ſuum, & cæt. Antonellus Falango-
nos ſecretarius. ¶ No. ibi publicationis bonorum, quòd in
crimine vſurarum tam per conſtitut. Reg. vſurariorum,
quam per hunc Rit. imponitur pœna publicationis bono-
rum omnium, vt conſtit. illa dicit, & profectò nulla melior
pœna puniri poterant vſurarij, quam iſta, tum quia de hoc
crimine ex auaritiæ, & cupiditatis fomite puniuntur in eo
3 in quo delinquunt, † & pœna ſit delicto conformis, iux-
ta l. ſi fugitiui, C. de ſeru. fug. Tum etiam, quia, cum ſemper
auarus egeat, nullam aliam pœnam magis timuiſſet, quam
priuationis omnium bonorum, vt dicit Maran. in pract.
4 parte 6. in ver. inquiſitio, nu. 116. in nouis. † Ratio autem
quare vſuræ prohibeantur, eſt illa, quam ponit Inn. in rub.
de vſu. Hoſtienſ. in c. 2. Abb. in c. 1. eod. tit. & Bald. in rub.
a C. eo. ne earum dulcedine *a* deſeratur agrorum cura: cum
maius lucrum proueniat ex fœnore, quam ex ſtudio agri-
culturæ, vt etiam poſt ipſos ſcribit Catell. Cotta in me-
5 mor. in verſ. vſuræ, lo 1. col. 4. licet de iure ciuili † ex com-
muni omnium ſententia, non reperiantur prohibitę, l. eos,
C. de vſu. & Gl. & Bart. in l. 1. C. de ſum. Trinit. col. 3. Dec.
conſ. 170. Mattheſi. ſing 49. no. ꝙ omnes vſurarij, Cotta in
6 proximè citato loco col. fi. & Maran. nu. 108. † quæ tñ pœ-
na ſit impoſita de iure can. habetur in c. quia in omnibus,
7 vbi Abb de vſu. Affl d. conſtit. 15. not. † Sed an poſſit iudex
eccleſiaſticus aliā pecuniariā imponere, & ex officio pro-
cedere? Corn. cōſ. 19. vol. 3. latè de hoc dicit, ꝙ ſic, & licet
Dec. d. conſ. 170. aliter ſentiat, vide Maran. in loco prçalle-
gato, nu. 111. cum ſeq. vbi pleniſſimè diſputat, & cū Corn.
concludit, & ex eo, ꝙ pœna vſuræ eſt bonorū, & ſic pecu-
8 niaria, † ſequitur, ſm̄ gl. d. conſt. in verſ. omnibus, ꝙ poteſt
in cauſa ipſa interuenire procurator per iura, quæ allegat,
9 & ſequitur Affl. ibi. nu. 37. dicens, † ꝙ cum ſit de omnibus
bonis, reputatur cauſa ardua, vt patet ex conſtitutionib.
proſequentes, & propterea requireretur ſpeciale manda-
tum, arg. l. non ſolum, §. fin. ff. de procur. firmat Alex. in l. cū
rem pecuniariam, C. de procurat. & Fely. in c. quoniā, §. 1.
de off. deleg. ¶ Quæro quid ſi accuſator non deſiſtat, ſed
moritur, nunquid fiſcus poterit cauſam vſurarū proſequi?
Rit. iſte generaliter loquitur, ꝙ procurator fiſcalis poteſt
cauſam proſequi, nec reſtringit ſe ad aliquē caſum, quan-
do accuſator deſiſtit, vel mortuus eſt: præterea virtute di-
cti decreti datur fiſco poteſtas ordinariè proſequendi cau-
ſam vſurarum, ex quo propoſita eſt accuſatio, ſiue inſiſtat,
ſiue deſiſtat, quaſi diceret, eo ipſo ꝙ expoſita eſt querela,
fiſcus proſequitur cauſam ordinariè, non habito reſpectu,
quòd accuſator proſequatur, vel ne. Confirmatur ex ijs,
quæ dicit Bart. in l. libellorum, §. fin. nu. 6. verſ. ſed quæro,
10 ff. de accuſat. † vbi, quòd licèt accuſatore mortuo, pereat
inſtantia cōtra accuſatum, vt dicit tex. cum gl. in l. fin. C. ſi
reus, vel accuſ. mort. fue. tamen illud procedit quoad hęre-
des, vel alios, qui vellent cauſam proſequi, cum eis ſit per-
miſſum de nouo agere, & principaliter per ſe, vt dicitur in
d. §. fin. & in l. accuſatore defuncto, ff. de publ. iudic. nō ta-
men quoad iudicem, cui permiſſum eſſe debet cauſam
perficere, poſtquam de ea ſibi innotuit, quia habet tāquam
ſuper notorio procedere, ſuper quo nulli dubium, quod
iudex poteſt ſine accuſatore procedere, l. ea quidem, C. de
accuſ. Specul. plenè in tit. de noto. Bar. in l. 2. §. ſi publico,
nu. 17. verſ. vltimo ſcias, ff. de adulter. Afflict. deciſ. 176. &
Gramm. deciſ. 3 . nu. 7. & idem Affl. pulchrè in conſt. Reg.
legum aſperitatem, 4. not. ver. vltimo quæritur, nu. 12. in fi.
quam Bart. opin. firmat expreſsè Bald. in d. l. fin. & in l. fin.
verſ. in tex. num. 2. C. de abolitio. pro qua idem Bart. in l.
inter accuſatorem, in fi. ver ff. de publ. iud. & Affl. in conſt.
Reg. grandis, q. 6. ver. ſed quid ſi fiſcus, nu. 28. vbi idem te-
net, licèt videatur loqui ſolum in caſibus, in quibus ex offi-
cio procedi poteſt, ſed (vt ex prædictis patet) eſto, quòd in
crimine vſurarum regulariter nō procedatur ex officio, vt
dixi in Rit. pręced. tamen per diſpoſitionem pręſentis Rit.
& pręalleg. decreti, ac etiam quia iudici de cauſa innotuit,
tanquam ſuper notorio, poteſt procedere, & cauſam pro-
11 ſequi. ¶ † Secundo quæro quid econuerſo, mortuo accu-
ſato ante ſententiam, nunquid poterit fiſcus eandem cau-
ſam proſequi? tex. in l. ex iudiciorum, ff. de pub. iud. dicit,
ꝙ pœna ademptionis bonorum non aliàs danda ſit aduer-
ſus hæredes, quàm ſi condemnatio fuerit ſecuta, & ideo
cum morte accuſati iudicium perimatur, l. in ſenatus, §. ſi
propter, ff. ad Turpil. l. fi. C. ſi reus, vel accu. mort fue. & l.
defuncto, ff. de pub. iud. non eſt dubium, quod fiſcus cau-
ſam ipſam contra hæredes proſequi non poteſt, licet fallat
in caſibus expreſſis, in d. l. ex iudiciorum, & ibi per glo.
no. in ver. maieſtatis, in quibus pro ademptione bonorum,
etiam ſi contra defunctum nihil actum ſit, contra hæredes
agi poteſt: Et ex hoc ſequitur quod male ſentit Affl. in cōſt.
12 vſurariorum, verſ. ſed quæro, num. 37. † dum dicit, ꝙ mor-
tuo accuſato, poteſt cogi accuſator proſequi accuſationē,
per doctr. Bart. in d. l. in Senatus, §. ſi propter mortem, vbi
tex. & Bar. loquuntur in criminalibus, quę per mortem nō
tolluntur, de quibus ſupra dixi: videtur enim ex hoc ſenti-
re Affl. quòd crimen vſurarum per mortem non tollatur,
b ratione ademptionis bonorum, *b* cum iſtud in iure non ſit
cautū, ex quo ſunt certi, & expreſſi illi caſus, in quibus pu-
blicantur bona: & ſtatutum eſt quod etiam poſt mortem
procedatur, inter quos nō reperitur crimen vſuræ, nec re-
periri poteſt, quia in eo crimine imponi pœnam publica-
tionis bonorum, eſt ius nouum introductum per d. conſtit.
vſurariorum, vt gl. ibi dicit. Quid autem iuris ſit accuſato
mortuo poſt ſententiam, appellatione tamen pendente,
vide Gl. not. in d. l. ex iudiciorum, vbi diſtinguit, & bene.
13 ¶ † Tertio quæro nunquid pendente cauſa vſurarū, poſſit
Curia procedere in principio cauſæ ad deſcriptionē, & in-
uentarium bonorum mobilium, ne fiat fraus fiſco, tex. in l.
facultas, C. de iur. fiſci. lib. 10. facit quod non, Luc. de Penn.
ibi col. 1. latè hoc examinat: & licet aliàs viderit Iudices
Magnæ Curiæ ſenſiſſe pro parte negatiua, tñ ipſe ibidē per
multa iura, & rationes tenet, ꝙ ſic, poſt Iſer. quem allegat
in c. 1. verſ. condēnatorū, nu. 49. verſ. vnde quando, quę ſint
rega. idem Bart. qui generaliter in omni crimine loquitur
in l. poſt cōtractum, in fi. nu. 19. ver. ſed quæro, ff. de don. &
Affl. in cōſt. Reg. grādis vtilitas, 7. no. verſ. itē quęro, nu. 17.
nō obſtat l. facultas, quia ſecundum Bar. in d. l. poſt contra-
ctum loquitur de deſcriptione ad finem cognoſcēdi, quod
eſſet

ADDITIONES.

a Dulcedinem vſurarum appellauit Vlpian. Iureconſ. in l. pretor ait, §. ſi fraudator, ver. ſi verò paſſi. ff. quę in fraud. creditor. C. P.

b Ademptione bonorum. Adde, quòd pro opinione Afflicti ſatis adſtipulatur, quod inquit Vlpian. in l. in hæredem, ff. de calumniator. vbi conſtitutum eſſe dicit turpia lucra hæredibus quoque extorqueri debere, & ſi quid aliud ſcelere quæſitum eſt. Idemque reſpondit Paul. in l. ſi quis cum falſo, ff. ad leg. Corn. de falſ. Cum non debeat quis ſcelere alieno ditari, l. vna, C. ex delict. defunct. &c. & l. quod diximus, ff. quod met. cauſ. &c. videanturque omnino dicta per nos in allegationibus pro hæredibus Pompei de Mazzara Sulmonenſis inquiſiti, & condemnati de vſuraria prauitate, mortuique pendente appellatione. C. P.

Digitized by Google

eſſet principis,non autem ad finem ſciendi tantum quantitatem, & annotandi, adeo quod vltra deſcriptionem volebat ibi confiſcare, vt Luc.ibi dicit colum. 2. circa medium, ver.ad hanc legem, & cum hac deſcriptione, & inuentario intelligitur etiam ſequeſtratio,ſecundum Bar.in d.l.poſt contractum, & Luc. in d.l.facultas, col.4. ver.ſed an bona,& ita ſeruatur,& pluries ſeruaui in Ciuitate Salerni,cùm eſſem Iudex,& facto inuentario bona ibidem remanent,verum conſignantur alicui,qui ſe obligat exhibere,& reſtituere. Salerni, die 27. Aprilis. 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXII.

ITem procurator ſine aduocato fiſci, vel è cõtra,nihil poteſt.

Dixi de hoc Rit.ſupra Rit.17.vbi eſt idem de verbo ad verbum,ibi te remitto.

RITVS XXIII.

ITem,quòd aduocatus pauperum contra Curiam,& contra omnes,& pro omnibus,quos ipſe vult, aduocare poſſit, exceptis cauſis Eccleſiarum, viduarũ, pupillorum, & miſerabilium perſonarum,quibus neceſſariò, & gratis aduocare teneatur,& debeat.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus pauperum ,etiam ſtipendiatus ,quare pro alijs etiam accepta pecunia, impetrata venia, poſtulabit.*
2 *Aduocatus pauperum in Magna Curia ,ſedet in Rota cum iudicibus per horam.*
3 *Ordo ſcripturæ in iure attenditur,Eccleſia cæteris perſonis præfertur,etiam fiſco,ibid.*
4 *Eccleſia æquiparatur minoribus ,iureq; minoris fungitur. Et etiam pius locus.*
5 *Argumentum a minoribus ad piam cauſam valet.*
6 *Mora fauori minorum ,ſine interpellatione,re ipſa contrahitur.*
7 *Sententia lata contra litigantem minorem in iudicio,& Eccleſiam ſine ſuperioris venia,an valeat?*
8 *Minori læſo ex facto adminiſtratorum , ſuccurrendum.*
9 *Inſtantia cauſarum contra minores,ſtatuto tempore perimuntur.*
10 *Sententia lata contra minorem indefenſum non valet.*
11 *Pupillus ſi cum vidua, vel alia miſerabili perſona litigat,Aduocatus pauperum quem defendere debet ,& qua ratione.*
12 *Occupantis melior eſt conditio.*

NOta ex hoc Ritu, quod Aduocatus pauperum poteſt pecunia recepta, aduocare in omnibus cauſis priuatorum,tam contra priuatos, quam contra Curiam, exceptis perſonis in Ritu deſcriptis, quibus aduocare de-
1 bet gratis, & ſine ſalario,† ratio inducendi hunc Ritum potuit eſſe,quia dubitari potuiſſet, ꝙ poſtquam aduocatus pauperum eſt ſtipendiatus á Curia, non debet ſe in cauſis particularium intromittere, tanto magis,quia in Ritu 19.dictum erat,ꝙ contentus ſit ſuis gagijs,& ideo ad tollendam hanc dubitationem, voluit Regina Ioanna, ꝙ in hoc Ritu ſibi daretur particularis licentia,non obſtãte, ꝙ ſalarium habeat á Curia,quia ſic placuit, & etiam,quia ſalarium Aduocati pauperum non eſt adeo magnum, vt ex eo poſſit remotus ab alijs negotijs, commodè viuere. Nec obeſt Ritus 19.quia illa verba referuntur quoad perſonas miſerabiles, quarum reſpectu debet eſſe contentus ſuis gagijs,& nihil recipere. Seruatur iſte Ritus,quia aduocatus,& procurator pauperum cauſas aliorum, quam miſerabilium perſonarum agunt,& defendunt, & quãdo aduocatus ipſe eſt homo frugi,eloquens, & doctus,habet
2 multas cauſas, eo magis, † quia in Magna Curia, quando iudices ſedent in Rota hora cauſarum, ſedet cum eis pro vna hora,& ſibi datur prima hora pro cauſis pauperum, qua finita exit à tribunali, & tractantur aliæ cauſæ, & propter aditum facilem quem habet intrãdi, & exeundi,multi ſunt,qui concurrunt ad ipſum, vidi ego pluries, & expertus loquor.

¶ Secundo no. ibi Eccleſiarum, viduarum, quod inter
3 perſonas miſerabiles pręfertur Eccleſia, † ſumpto argumento ab ordine ſcripturæ,ſeu literæ, qui in iure attendi-
a tur,l.hęredes,§.fi.ff.ad Trebel. a Bald. in l.ſi duas,in prin. per illum tex.ff.de excuſ.tut.Guliel.Bened.in repe.c.Raynutius,in ver.teſtamentum,lo 2.nu.28.de teſta.& late per me in tract.de ordine, §.7.in prin. & pro hoc Ritu habes conſt.Reg.iuſti cultoris,verſ.cauſas,vbi etiã præponit Eccleſiã,nedum perſonis miſerabilibus,verum etiã & fiſco.
4 ¶ † Tertio no.ibi,Eccleſiarũ,pupillorum,&c.quod Eccleſia æquiparatur minoribus in materia illius Rit vt ſicut illi priuilegiãtur aduocato ſine ſalario, eodẽ modo & ipſa ratio eſt,quia Eccleſia fungitur iure minoris,c.1.& c. auditis,de in integ.reſt.& Matth.ſing.44.& vt dicit Bart. in l.pupillorum,in prin.ff.de reb.eorum, & Aff. dec.390. æquiparatur minori,& nedũ Eccleſia, ſed etiã pius locus, l.orphanotrofos,in prin.vbi Bal.not.C.de epiſ. & cler.&
5 clem.quia contingit,vbi not.Imol.de religio.domib. † in tantum, quòd à minoribus ad piam cauſam validum eſt argumentum, vt patet ex Gloſſ.in l.3. C.quando ex fact. tuto.& in l.reſpublica, C.ex quib.cau.maio. & Nic. Euer-
6 rar.in loco leg.loc.133.† Ex hoc ſequitur,quod ſicut fauore minorum mora contrahitur re ipſa abſque interpellatione,l.in minorum,C.in quib.cauſ.in integ. reſt. non eſt neceſſe eodem modo,& fauore Eccleſiæ, vt dicit Bald. in auth.hoc amplius,col.2. C.de fideicom. Rom.ſing.117.tu
7 habes,& plene Alex.in l.quod te,col.4. ff. ſi cer.pet. † Itẽ ſicut ſententia pro procuratore minoris contra legẽ conſtituto,aut pro ipſo minore pro ſe in iud. litigante valet, licet contra ipſum non valeret, l.nõ eo minus, C.de procurat. eodem modo valebit pro Eccleſia litigante ſine cõſenſu ſuperioris,licet contra eam eſſet nulla,vt ſatis pulchre firmat Io.And.Abb.& Imo.in c.cauſam,lo 1.de iud. Alex & Iaſ.in d.l. non eo minus,Imol.in l.quæſitum,in
8 Glo.1.ff.de re iud. † & ſicuti minori læſo ex facto adminiſtratorũ ſuccurritur,l.fin.C.ſi tuto.vel curat.inter.eodẽ modo & Eccleſiæ, vt dicit Hoſt.in tit.de in integ.reſtit.§. in quibus. Et nedum in fauorabilibus, & his, quæ faciunt pro eis; verum etiã & in his,quæ tẽdunt cõtra eos, æquiparantur,vt no.concludit Euerar.loco proximè cita.verſ.
9 † itẽ tertio, vbi ex hoc dicit,ꝙ ſicut inſtantiæ cauſarũ tempore ſtatuto perimũtur contra minores, l.properandũ,§. fi.& ibi Bal.C.de iudic.non obſtante,l.fi.C.in quib.cau.in integ.reſtit.non eſt neceſſ.quæ intelligitur in præſcriptione extraiudiciali, eodẽ modo perimitur inſtãtia cauſæ Eccleſiæ dicto tẽpore,vt dicũt Sal.& Alex.in d.§.fi & Card. in clem.vnic.q.10 de in integ.reſtit. Et adde,quod omnia priuilegia,quæ ſupra dixi Rit.19.in 4.not. competere minoribus,& miſerabilibus perſonis, competunt per prędicta etiã Eccleſię,(& vt videre poteris)omnes qui ponunt dicta

ADDITIO.

a Ad Trebell. Adde tex.in l.2.§.prius, ff. de vulg. & pup. ſub.ibi.& non conuertere ordinem ſcripturæ, quod autẽ ordo ſcripturę non attendatur,vide tex. in l.nec enim,ff. de ſolu.l.ſi finita,§.ſi plures, cum gloſſ. ff. de dam. infec.l. cum pater.§.fidei ſuæ,ff.de leg.2. C. P.

dicta priuilegia;nominant etiam Eccclesiam.Limita tamē hanc regulam,& æquiparationem Ecclesiæ cum minoribus non procedere,ſecundum Mattheſil.d.ſingu.44.no.ꝙ ecclesiæ, in caſu l.cum minorem, iuncta gloſ. C. ſi aduerſ. rem iudicatam,& l contra pupillum ſ. l.fi.ff.de re
10 iud. † vbi ſententia lata contra ... enſum nō habentem curatorem,vel ha... ,& recuſantem defendere,non valet,intelligēdo ... prima inſtantia, ſecus in ſecunda,vt dicit Bar.in l.alienam, C.de procur.& ibi etiam Bal.per l.præſes,C.quomodo,& quando iudex , & Alex. late in d.l.contra pupillum,nu.6. & tamen lata cōtra Eccleſiam indefenſam habentem Prælatum,valet,c.prout,& c.fi. de dol.& contum.licet ſi rectore careret , eſſet nulla, per c.fi.extra ne ſe.vac. Aduerte inſuper,& ſatis no. ſecūdum Gabrielem Saray,in Apoſtill.d.ſing. 44. Mattheſi. ꝙ licet regulariter æquiparentur Eccleſia,& minores,(vt ex prædictis patet) tamen inter eorum adminiſtratores,hoc eſt,inter Prælatum , & tutorem magna eſt in multis caſibus differentia , quos quia ipſe ſatis pulchrè ponit,non refero,ſed cum tibi opus fuerint, vide per eum.

11 ¶ † Quæro in hoc Ritu, pone quod pupillus litigat cū vidua, vel cum alia perſona ex deſcriptis in hoc Rit. quid facient aduocatus, & procurator pauperum, poteritne vnum contra alium miſerabilem defendere , & ſi poterit, quem defendet ? text. in l.qui habet, ff. de tute. dicit , ꝙ quotieſcunq; concurrunt duæ cauſæ , & tractatur de aliquo indiuiſibili,vt Bald.ibi.illum tex.intelligit, præfertur cauſa naturalis accidentali,ex quo Affl. in conſt. Reg.ſtatuimus,q.12.infert,quod licet per illam conſt.& l. 1.C.qñ imper.inter vid.& pupill. vidua , & pupillus ſint priuilegiati , tñ quotieſcunq; concurrunt inſimul pupillus cum alia perſona miſerabili,puta vidua præferetur pupillus, ꝗ habet priuilegium naturale ratione ætatis, viduæ, quæ ex accidenti priuilegiatur . Et ideo ex prædictis videtur dici poſſe,ꝙ aduocatus, & procurator pauperū poterunt vnā partem defendere,eam tamen , quæ priuilegiatur naturaliter, non accidentaliter , quia eo in caſu præfertur alteri, quæ in tali concurſu non cenſetur priuilegiata,nec habetur in conſideratione,cum tractetur de patrocinio , quod eſt indiuiſibile,& ſi præſtatur vni, non poteſt diuidi, & præſtari alteri;verum quando iſtud ceſſaret , & litigantes eſſent æqualiter priuilegiati, eſſet maius dubium , & licet dici poſſet,quod dicit Affl.in d. cōſt.ſtatuimus,q.2.nu.14. verſ.tene ergo,vbi,quod in hoc caſu priuilegiatus nō vtitur contra priuilegiatum,ſed priuilegia confunduntur,& obſeruatur illud, quod ſtatuit ius commune , pro quo eſt Rit. inf.227. item ſi pupillus, & propterea quod debeant
12 defendere illū , qui eos præuenerit, † vt melior ſit conditio occupantis,iuxta ius commune in l.ſi ſeruum, §.ſequitur,in fi.ff.de verb.obl.l.ſiue,§.ſi duobus,ff.de publicia.in rem actio.& in l.pari cauſa,ff.de reg.iur.vel ſi ſimul acceſſerint potius actori, quàm reo , cum ſit de reſpicientibus litis ordinationem,iuxt. l.de die,vbi Bar.ff.qui ſatiſd.cog. & Dec.in l.fauorabiliores,nu.4.ff.de regu.iur. & Cagno. nu.5. Mihi videtur in hoc caſu aliter dicendum , & quòd aduocatus,& procurator debent ab vtraque abſtinere,ratio eſt , quia pro defenſione vnius iſtorum eſt iam ſtipendiatus à Rege,& cū ratione concurſus,ignoratur quis potius præferendus , non eſt æquum vnum contra alterum defendere , potius quam alium. Salerni, die 28. Aprilis. 1559.Proſper Carauita.

RITVS XXIV.

ITem,quod Magiſtri actorum debeant annotare in quinterno deputato, & ſcribere omniā acta, quæ fiunt in Curia per dies , & facere quinternos omnium bannorum,& tertiariarum, & etiam compoſitionū dictæ Curiæ, & ipſos quinternos conſeruare in caſſono communi in dicta Curia pro tempore exiſtente, & ad id deputato, ſiue deputando.

SVMMARIVM.

1 *Actuarij in Regno ad quæ teneantur circa annotationē actorum.*

2 *Tertiaria quid ſit.*

1 PEr hunc Rit.tenentur actuarij annotare in quinterno deputato omnia acta,quę ſingulis diebus fieri cōtingunt,quod quidē intellige de actis,quę ſcribi ſolent,& annotari in quinternis,de quibus dicam ſtatim , non autē de actis reſpiciētibus proceſſus cauſarū,quæ in Curia agitantur , quia illę in ſuis proceſſibus ſcribūtur, (vt quiſque nouit.) Sed quia acta occurrētia poterant eſſe ad diuerſa, puta procurationes,obligationes,vel prouentus ſcribēdi, ne aliquis crederet , quod hęc oīa eſſent ſcribenda in vno quinterno,& ſic inſimul confundi, ſubiungit Rit. dicens, & facere quinternos,omnium bānitorum,&c.vt ſic quod ſupra dixerat de annotatione omnium actorū,facienda in quinterno deputato, intelligatur de quinterno reſpiciēte acta ſcribēda , vt ſic quilibet quinternus deputatus pro obligationibus,reciperet obligationē, & quinternus procurationū cōtineret procurationē,& ſic de ſingulis, Rit.iſte ſeruatur , nā actuarij omnes in omni Curia faciunt librū, ſeu quinternum contumacium,& hi duo ſunt, alter ciuilium,& alter criminalium.Banna etiā,quæ ab ipſa Magna Curia emanant,regiſtrantur, etiam in libro Inferni,vt videre potes ex prag.filiorumfamil. * incip.per excellētem, de Sen.cōſ.Maced. quæ per modum banni, ſeu edicti fuit emanata per ipſam Curiā,nam in calce ipſius,eſt annotatum in Inferno.13.liber tertiariarum,vt Rit.mandat,non
2 cōficitur. Eſt autē † tertiaria,de qua hic dicitur,tertia pars bonorum mobilium, qua punitur contumax in cauſa criminali,& ciuili,iuxta formā conſt. Reg. Grandis vtilitas, & conſtit.Reg.pœnā nouem vnciarū,ac Rit. Magnæ Curiæ 123.Item ſeruat dicta Curia in citatione,& 218. Item ſeruat ipſa Curia ab eo tēpore,licet ex cōi ſtylo curiarum, ꝙ a contumacibus ciuilibus talis pœna tertiæ partis non exigatur,vt dicit Maran.in pract.par.6.memb.2. nu.8. ſed alia minor,vt ibi latius dixi in prag. relatione.q.3.de ord. iudic.& inf.in Rit.133.ratio non obſeruantiæ eſſe poteſt, quia ex libro contumaciū habetur effectus,quot enim ſūt contumaces tot tertiariæ ſpectant ad fiſcū . Liber cōpoſitionum,vt Rit. dicit, ſimiliter fit ab omnibus, & appellatur liber prouentuum. Item (vt dixi) fit liber obligationū, vbi etiam annotantur fideiuſſiones , fit liber procurationum,liber accuſationū,ſeu querelarum,liber inquiſitorū, & liber carceratorū , qui omnes conſeruantur in Magna Curia,in vna Camera, quæ cōiter appellatur archiuus,& iſta Camera ſucceſſit in locum caſſoni communis, de quo hic dicitur,tunc temporis forte erant pauca negotia, hodie ſunt innumerabilia,& meritò, nec duo caſſoni ſufficerent (vt vtar verbis barbaris illius Rit. & vulgaribus) nā vulgari modo dicimus in caſſone , & eſt arca magna, miror equidem de conditoribus illius Ritus,qui obſeruātias tanti Tribunalis, & ſucceſſiuè totius Regni tam barbarè, tamque inconcinnè dictauerint . Salerni, die 28.Aprilis. 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXV.

ITem,ꝙ Magiſtri actorum nihil in pecunia,ſeu alijs rebus recipere audeant à quocunq; pro actis ſcribendis,& faciendis in dicta Curia , excepto pro copia ſcripturarū,& exceptis fideiuſſionibus,cōparitionibus,literis,& ſcripturis ſentētiarū,nec nō caſſaturis præſentationibus literarum;& tunc ſic (& prout iura volunt,& permittunt) extitit laudabiliter obſeruatum,vt ſupra.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Pecunia verbum, ſtrictè, largè, & largiſſimè ſumitur, & in ſpecie de vnoquoque modo.*
2 *Rei appellatio latior eſt, quam pecunia.*
3 *Pecunia appellatione quid contineatur.*
4 *Communis vſus loquendi omni conſtitutioni præualere debet.*
5 *Dictio, prout, ponitur limitatiuè, & conditionaliter.*
6 *Dictio, ſi, de ſui natura quid importet.*

1 PEcuniæ † verbum ſtrictè, largius, & largiſſimè capi poteſt, vt dicit glo. in l. receptitia, in ver. pecuniæ, C. de conſtit. pec. & ibi eam ſequitur Bar. ſtrictè, pro pecunia numerata, l. 1. C. de prob. & inſti. de empt. & vend. §. item pretium: largius, pro his, quæ pondere, numero, menſurave conſtant. l. 2. §. item mutuum, iuncta ibi Gloſ. ff. ſi cer. pet. & l. talis ſcriptura, ff. de leg. 1. largiſſimè, pro omnibus, quę in patrimonio conſiſtunt, l. pecuniæ verbum, & l. pecunię appellatione, ff. de verb. ſign. & no. Bart. in l. cogi. nu. 1. ff. ad Trebell. ne ergo prohibita actuarijs receptione pecuniæ dubium fieret de interpretatione, & quę pecunia prohibita intelligeretur, voluit Rit. iſte ad tollẽdam omnem dubitationem, poſt prohibitionem pecuniæ ſubiungere aliud verbum dicendo, ſeu alijs rebus, † quia rei ap-
2 pellatio eſt latior, quam pecuniæ, * & etiam ea, quæ extra patrimonium noſtrum ſunt, continet, licet pecuniæ ſolũ ad ea, quæ in patrimonio extant referantur, l. rei appellatio, ff. de verb. ſignif. & propterea cauſas, & iura continet,
3 vt inquit tex. in l. rei appellatione, ff. de verb. ſign. † ſi tamen eſſemus in dubio, & quæreretur, quid pecunię appellatione veniat? vide Bar. in d. l. talis ſcriptura, nu. 2. vbi plenè diſtinguit ſuper hoc, dicit tamen, quòd ea diſtinctio de iure procedit, licet attento communi vſu loquendi, fortè non procederet, cum pecuniæ appellatione communiter
4 intelligatur de pecunia numerata, & † talis cõmunis vſus loquendi præualet omni conſtitutioni, l. Labeo, ff. de ſuppellect. & l. librorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de leg. 3. & hęc pecunia numerata dicitur eſſe de his rebus, quæ ſeruando, ſeruari non poſſunt, vt dicit Bar. in l. 1. §. fuit quęſitum, nu. 3. ff. ad Treb. quod dicit probari, quia alienari poteſt, auth. nouiſſimè, C. de adminiſt. tuto. & quamuis dici poſſet contrarium, eo quia per ſenſum videmus, ꝙ ſeruari poteſt, & ſeruatur, tñ dicitur non poſſe ſeruari, vt afferat vtilitatem, ſecundũ proprium vſum, ad quẽ deſtinata eſt.

¶ Not. ergo primo ex hoc Rit. ꝙ actuarij non poſſunt recipere pecuniam, vel aliã quamcunq; rem pro actis per eos faciendis, præterquam in caſibus in tex. deſcriptis, & in eis id tantam exigere, ꝙ iura volunt, & obſeruatũ extitit laudabiliter, & idem ferè ad literã ordinat Regia prag. * Regis Ferdinãdi, quæ incipit * ſuſcepti, prag. 5. §. itẽ cum notarij, ſub tit. de actua. Rit. iſte nõ ſeruatur, ſed tã in Magna Curia, quã in Regijs Audientijs, extat quędã ordinatio, quã pandectam appellamus, in qua enumerãtur acta, quibus licitum eſt actuarijs pecuniã exigere, & etiã taxatur quãtitas pro quolibet actu (vt poteris ex ea latius inſpicere) quia nouiter impreſſa eſt inter prag. Illuſtriſs. Du* cis de Alcalà in * prag. 38. incip. itẽ diciamo, de off. Magiſt. iuſti. in alijs etiã Curijs extant particulares pandectæ, & prout in vnaquaq; terra ſolitũ fuit exigi, ibi taxatur. Sed quorſum hæc, cum nec etiã pandectæ (res quidẽ ſatis turpis) ſeruentur hodie per actuarios, fures, qui de foris veniũt, puniũt officiales, actuarios aũt, quos intus habẽt, nõ ſuſpendunt, ſed tit. ille, ſi quod quiſq; iuris, terret ipſos.

Secundo no. ibi, prout, ꝙ licet per hunc Ritum enumerentur caſus, in quibus licitum eſt actuarijs recipere ſolutionem, tamen ſi in aliquibus ex eis conſuetudine, vel de iure, non eſt ſolitum, vel debitum ſolui, licet reperiantur enumerata inter caſus præmiſſos, nõ poſſunt actuarij pro
5 eis aliquid recipere, & hoc propter aduerbium, † prout, cuius propria ſignificatio eſt, vt ponatur conditionaliter, & limitatiuè, quando non exprimitur certum quid in diſpoſitione, vbi reperitur, vt dicit Bar. in l. edita, nu. 29. C. de eden. Oldr. conſ. 144. viſo priuilegio, Ang. in l. ſi locus, ff. de acq. poſſ. Alex. conſ. 3. in prin. vol. 2. & melius quam alibi apud Fel. in c. 2. num. 11. ver. aliquando, de reſcrip. & pro hoc quæ no. per Bart. in l. ſi ſic, §. 1. nu. 4. ff. de leg. 1. & in l. legauit, ff. de libera. leg. de quo dixi etiam ſupra Rit. 9. in 6 no. Quod tanto fortius procedit in hoc Rit. in quo
6 vltra hoc aduerbium prout, extat etiam dictio, ſi, † quæ regulariter de ſui natura ponitur in vim conditionis, l. 1. §. ſi quis, ff. de verb. oblig. & l. cũ ad partes, ff. de reb. cred. licet quandoque ponatur ſuperuacuè, l. ſi Titio, ff. quando dies lega. ſed quandoque diſiunctiuè pro quamuis, l. 2. C. de cond. inſtit. quandoq; pro quia, l. qui certorum, ff. de hær. inſt. quandoq; denunciatiuè, l. in conditione, §. hoc ſcriptum, ff. de cond. & demonſt. aliquando motiuè, l. mutuo, §. ſub conditione, ff. de tuto. quandoq; modificatiuè, l. ſi decem, ff. de verb. oblig. & aliquando negatiuè, vt in pſal. 161. ſi introibunt in requiem meam.

¶ Tertio not. ibi pro ſcripturis ſententiarũ, ꝙ pro ſcripturis ſententiarum licitum eſt actuarijs exigere (prout iura permittunt) & extitit laudabiliter obſeruatum, & licet infra in Rit. 311. contrarium ad literam diſponatur, tamen, vt ex Affl. colligitur in conſtit. Regni cauſas alias, 8. not. nu. 9. ille Ritus videtur concedi in priuilegium Neapolitanis, nam & idem Affl. in conſtit. Reg. pro ſcripturis, nu. 2. allegando hunc Ritum, dicit licitum eſſe actuarijs exigere (prout extitit laudabiliter obſeruatum) in tantũ, quod in alijs hominibus, quam Neapolitanis, iuxta iſtius Riti diſpoſitionem, actuarij poſſunt exigere, quod iuſtum eſt pro ſcriptura ſententiarum, ſed per d. prag. Regis Ferdinandi mandatur ſeruari cap. Regni. Item ſtatuimus, ꝙ ſiue in Magna Curia, vbi generaliter iſta exactio pro ſcriptura ſententiarum prohibetur actuarijs, & idem in alia eiuſdem Regis Ferdinãdi ordinatione nuper impreſſa in* ter dictas prag. Illuſtris. Ducis de Alcala in * pragm. 25. incip. Magnæ Ritum, ſub titu. de off. Sacri Conſ. ſed quid nunc ſeruetur, vide quæ dicam in d. Rit. 311.

¶ Quarto no. ibi laudabiliter obſeruatum, ꝙ iſte Ritus facit contra actuarios, qui allegant ſolitum, nam per hunc tex. non datur eis licentia exigendi, iuxta omne ſolitum, ſed ſecũdum ſolitũ laudabile. Salerni, die 28. Aprilis 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXVI.

ITem, ꝙ habeant dicti Magiſtri actorum, & teneantur ponere omnes ſcripturas, & proceſſus in dicta Curia, & in ipſa Curia tenere, & conſeruare in dicto caſſono communi, (vt ſupra) ad hoc, vt abſentia alicuius ipſorum partibus, quæ tanguntur, & copiam ipſorum actorum quærentibus, & volentibus præiudicare non habeat, & propter alias iuſtas, & rationabiles cauſas.

SVMMARIVM.

1 *Acta Curiæ, quare in publico Archiuo conſeruanda de iure municipali.*
2 *Malè autem contrarium ſtatuitur de iure communi.*
3 *Actuario abſente à Curia, quo caſu alius actuarius præſens poſſit ſupplere agenda in cauſa.*

NOta ex hoc Ritu, ꝙ omnes ſcripturæ, & proceſſus debent conſeruari in ipſo tribunali in caſſono cõmuni, de quo, & quid hodie fit, diximus ſupra Ritu 24.
1 † Ratio illius Ritus multiplex eſſe poteſt, vt patet in eo. Prima, ne abſentia alicuius ex actuarijs præiudicet partibus quærentibus acta, ſcripturas, & proceſſus. Secundo non exprimitur, ſed ea haud dubia eſt, ne data licen-

Digitized by Google

licentia actuarijs conſeruandi ſcripturas, in earum domibus præbeatur occaſio occultandi proceſſus,& falſificandi acta.* Tertia quam ponit tex. in auth. de defenſo. ciui. in princ.in verſ.ſi vero quædam, ne pereant acta temporum curſu,vel tali modo inueniantur,quod nulla fide ſint digna,ſeruatur in Magna Curia diſpoſitio illius Rit.at in Regia Audientia principatus citra, & baſilicatæ nequaquam,& actuarij tenent acta, & proceſſus in eorum domibus,ſcio quid audio,& officiales patiuntur, eſt malefactum:ſeruari debet hic Rit.quia malitijs occurrit,& ſigna ipſum,quia quotidie poterit euenire, & his diebus euenit de quodam capitaneo qui voluit omnes proceſſus deferri in eius domo in aliqua camera ſub duabus clauibus altera per ipſum tenenda, & altera per actuarium: de quo cum eſſet ſtrepitus: quia actuarius conquerebatur dixi p hunc Rit. quod non fouebat iuſtitiam: & ille capitaneus optime faciebat per hunc Ritum,qui prohibet conſeruari proceſſus penes Actuarios, & per alium Rit. infra 96. vbi dicam,& ideo Afflict. in conſtit. Regni Magiſtri Camerarij,12.not.in fin. dicit,quod illi actuarij multũ vſurpauerunt præſertim circa proceſſuum conſeruationẽ, qui penes eos ſtare non debent.* Licet autem ſupra dixerim, quod in Regia Audientia principatus citra actuarij tenẽt proceſſus in eorũ domibus, hodie ſecus eſt propter prag.
2 4.§.quanto al ſecondo, de empt & vend. Hæc † vera in Regno, ſed de iure communi DD.omnes concludunt,qđ debent ſtare penes actuarium per text. cap. quoniam contra verſ. & omnia de probat.vt dicunt Imol. Abb. & Fel. in cap.cum honæ,in 1.not.eod.tit.de prob.& Specul.in tit.de teſte, §. publicatis num.1. & licet à iure communi non facilè ſit recedendum: tamen videtur mihi, quod d. c.quoniam contra eorum opin. non probat: quia loquitur inter actuarium,& partem litigantem: quo caſu dicit quod originalia non debent dari partibus: ſed apud ſcribentem remanere,quid autem debeat poſtmodum de his agere actuarius in domo tenere, an in loco curiæ conſeruare? non dicit: & ideo non teneo cum eis * ſed cum d. text.in auth. de defenſo. in princ. verſ. ſi verò quædã, & in §. & iudicare in verſ.præcepta,vbi ordinatur in archiuo ſcripturas reponi,conſuetudo tamen vniuſcuiuſque Curiæ eſſet ſeruanda: vt dicit Bart. in auth. offeratur, nu.4. & ibi etiam Paul. de Caſt. de lit. conteſt.

* ¶ Secundo † Not. ibi ad hoc vt abſentia alicuius qđ ſi
3 abeſt vnus actuarius a Curia alius qui præſens eſt ſuppleat agenda in cauſa. Intellige tamen quod faciat de mandato Iudicis,non autem actuarij abſentis,aut authoritate propria,vt dicit Bald.in l. Imperator,nu.7.verſ.ſed nunquid ff. de ſtat.hom. ratio eſt ſecundum eum quia temere priuata authoritate vſurpatur quod publica authoritate conceditur; idem Alex. ad Bart. in l.1. ſuper litera D. in verſ. committere,ff.de offic. Conſul. Felyn. in cap. quoniam contra.2.not.nu.4.de probat.& Apoſtil.ad Bal. in l.1.in litera M.ſuper verſ. poteſt alius deputari,C.de ſportul. & adde quod prædicta procedunt nedum abſente actuario,verum etiam ſi alio modo eſſet impeditus, ſecundum Bal.in d.l.1.ver.quid ergo, C. de ſportul. & ceſſante abſentia,aut alio impedimento, actuarius qui incepit proceſſum ipſe debet perficere vſq; in fine, sm̃ Bar. & Bal.in ead.l.1.de ſport.Bar.in l.cũ ſententiã, C.de ſent.& Bal.in l.1.nu.11.q.17.de off. Conſul. & ſi alius ſcriba,vel actuarius ſine mandato, vt ſupradictũ fuit ſcriberet, eius ſcriptura fidẽ non faceret sm̃ Bal. ibid.& plenè Felyn.in loco præalleg. Bene ſeruãtur hæc in Mag. Cur. Vic.& alijs Tribunalib.Ciuitatis Neap. malè verò in Regijs Audientijs prouinciarũ,& ideò nuper in Reg.Audien.Principat⁹ citra me inſtante fuit factus ordo actuarijs, vt qui incepit cauſam,& proceſſum perficiat, & alius ſine mãdato nõ ſe intromittat. Salerni die 28. April. 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXVII.

ITem quod Magiſtri Actorum debeant intereſſe in dicta Curia, ſiuè ad minus vnus ipſorum continuò permanere,& intereſſe,& ab ipſa Curia non diſcedere, licentia à dicto Locumtenente non petita.

SVMMARIVM.

1 *Actuarij circa aſſiſtentiam in Curia, & diſceſſum ab ea quomodo olim, & nunc ſe habebant in Regno.*

1 NOta quod omnes † actuarij, vel ſaltim vnus ex eis tenetur continuò eſſe in Curia, vbi adeſt Dominus Regens ipſius Mag.Cur. Optime ſeruatur hodie iſte Rit. in Mag. Cur. & actuarij eorumq; ſcribæ continuo aſſiſtũt in tribunali,diebus tamen non feriatis.Et inde non diſcedunt donec Iudices non diſceſſerint: vt etiam aliàs prouiſum,& ordinatum extitit per Illuſtriſs. Don Petrum de Toledo huius Regni Vicereg. in anno 1532. & per Mag. Cur.in anno 1554. vt patet ex nouiſſimis pragm. nuper editis per Illuſtriſs.D.Ducem de Alcala huius Regni Viceregem in reformationibus Mag. Cur.prag.15.§. item che ſimilmente,& §.ſeq. de officio Magiſtri Iuſtitiarij,ſed lucrum cogit actuarios, non obſeruantia Ritus, & præfatarum ordinationum. Illud tamen quod hic dicitur qđ actuarij non diſcedant abſque licentia Domini Regentis non ſeruatur:ſed Iudicibus recedentibus,etiam ipſi recedunt:vt patet ex dictis nouiſſimis pragm. Credoq; id fieri ob multitudinem eorum ne D. Regentem in cauſis audiendis iam laſſum tot licentijs faſtidiant. Quam tamen hora teneantur actuarij accedere ad tribunal: vide quæ dixi ſupra in Rit. 12. in fin. Qualiter autem intelligatur verbum continuò in Ritu poſitum, vide plenè, quæ dixi ſupra in Ritu. 15. Salerni, die 29. Aprilis 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXVIII.

ITem quòd teneantur dicti Magiſtri Actorum notificare Iudicibus omnes illos qui fuerunt per dictam Curiam banniti, & condemnati; & non comparuerunt eodem ſero purgaturi eorum contumaciam: necnon ipſo die facere mandatum exequutiuum,ſecundum quod merita cauſę exigunt, & requirunt de illis videlicet qui non comparuerunt, & purgauerunt fortè contumaciam prædictam, ſi & prout hactenus in ipſa Curia extitit laudabiliter obſeruatum.

SVMMARIVM.

1 *Contumaces vſque ad quam horam poſſint comparere.*
2 *Error actuariorum expedientium exequutoriales contra citatos contumaces eadem die.*

1 MAgna Curia Vicariæ obſeruat. † & conſequenter omnes aliæ Curiæ, quod citati per eas, & reputati contumaces poſſunt eadẽ die vſq; ad primum ſomnũ cõparere coram Regente,ſeu Capitaneo, aut coram Iudicibus ipſius, vel actuario, vt ſic non remaneant condemnati: & pęnam contumaciæ effugiant: vt dicit Rit.93. in fi. vbi dixi in 3.not.& Rit. item ſeruat ipſa Curia,quod ſi aliquis infra 206. verum,quia actuarij poterant poſtmodũ aliquo recepto,ſcribere cõparuiſſe aliquem coram eis,qui reuera non cõparuerat;ad eiuſmodi fraudes euitandas,ordinat iſte Rit. quod teneantur notificare Iudicibus bannitos,& condemnatos qui eodem ſero non cõparuerunt, quod tamen intelligi debet die ſequenti poſt diem contumaciæ, non autẽ eodẽmet die, eò quia cũ poſſint condẽnati cõparere vſq; ad primum ſomnũ,ſciri verè non poſſunt non comparentes. Rit. iſte non ſeruatur: & vtinam ſeruaretur: quoniam tot fraudes non cõmitterentur per actuarios.* Scias tamen, quod nouiter ad euitandum

fraudes

Digitized by Google

fraudes actuariorum correctus eſt Rit. 206. quatenus coram actuario permittebat comparitione faciendam de ſero, vt ibi dixi, & hoc per pragm. 13. de officio Magiſt. Iuſt.

¶Not. ibi, necnon ipſo die, quòd intelligendo hunc Rit. (vt proximè dixi) de die ſequenti: poſt contumaciam, tenentur Actuarij die ſequenti expedire mandata exequutiua, vel prouiſiones ad inſtantiam actoris (prout merita cauſæ requirunt, & obſeruatum extitit) eadem enim die qua contumaces reputati ſunt aliqui, non debent aliquas prouiſiones facere, quum eſſe poterit, quòd de ſerò compareant (vt dictum eſt) & donec terminus cõparendi du-
2 rat, exequi aliquid non poteſt: quod not. contra † actuarios qui eadem die qua accuſatur inſtrumentum contra aliquem, expediunt literas exequutoriales, nam malè faciunt, & quæ in eis expenderunt, repetere poſſunt, & rei etiam contra quos expeditæ ſunt: ſi aliquod damnum ſenſerint: poterũt cõtra eos agere ſine dubio. Salerni die 28. Aprilis 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXIX.

ITem quod teneantur fiſcales facta, aut data eis denunciatione per quemcunq; denunciatorem facere citationem cõtra denunciatum regiſtrari facere in quaterno locumtenentis, & in vltimo peremptorio citationum prædictarum facere interrogatoria, ſeù capita conſueta, & non permitti labi terminos conſuetos.

SVMMARIVM.

1 *Per ſolam denunciationem non poteſt quis citari.*
2 *Practica citandi, habita prius informatione, vnde ſumpta.*
3 *Cauſa contra carceratos citiſſimè hodie expediuntur, in eorum autem fauorem nunquam.*
4 *Interloquutoria quid ſit.*
5 *Forma interloquutoriarum, ſeù capitulorum remiſſiuè.*

NOt. ex hoc Rit. quod fiſcales tenentur facta denunciatione de aliquo delicto, expediri facere citationẽ ad informandũ, contra denunciatũ, intellige capta prius informatione, & ea viſa per Iudicẽ, vt dicitur in pragm. nouel. Carol. V. pragm. 2. incip. quoniam tit. de citationibus, vt refert Pet. Foll. in pract. in ver. vel eos verbaliter
1 citari faciat. nu. 1. alias eſſet ſatis abſurdum: † quod per ſolam denunciationem poſſet quis citari, & condẽnari, quia non niſi informatione præcedente, cognoſci, & procedi poteſt, c. Deus omnipotens, §. fin. in princ. 2 q. 1. & c. qualiter, & quando, lo 2. ibi videbo vtrum, & ibi veritatem diligentius perſcrutari, de accuſat. not. Bar. in l. 1. §. item illud, ff. ad Syllan. & l. fi. nu. 2. ff. de quæſtio. Ang. in tract. maleficiorum in ver. fama publica, verſ. 12. tu Iudex, Brun. in tract. de indi. q. fi. in prin. Hippol. in pract. §. principiũ, nu. 5. verſ. & illud. & Pet. Foll. in loco præalleg. in princ. & latius in verſ. capiat informationem, nu. 4. cum ſeq. & ſatis pulchrè Gulel. Bened. in repet. c. Raynutius, in verb.
2 mortuo itaq; teſtatore, lo 1. nu. 158. de teſt. † vbi dicit hãc pract. citandi habita prius informatione, captã ex l. 2. iuncta glo. interlineari, C. de exhiben. re. & l. fi. eo. tit. vbi etiã Sal. & tradit not. Boer. in conſuet. Bituri. de iuriſd. omn. Iudic. §. 13. in verſ. item parla coſtume. Quod autẽ dicitur de fiſcalibus, non intelligas de aduocato, & procuratore, qui in alijs occupantur, licet etiam de hoc curam habeãt: ſed intellige de duobus ſcribis fiſcalibus, qui hoc tẽpore erant in Mag. Cur. iuxta diſpoſit. Ritus ſecundi, de quibus etiam habetur in prag. ma. volumus tit. de actuarijs: quãuis hodie (vt omnes norunt) multi ſunt ſcribæ fiſcales in Magna Curia.

¶Secundo not. ibi, & ipſam denunciationem etiam, qđ poſt quam factæ ſunt denunciationes: debent regiſtrari in quinterno locumtenentis Mag. Cur. & de hoc tenẽtur ipſi ſcribæ curam habere. Hodie nõ ſeruatur, quia Regẽs Mag. Cur. non tenet quinternum pro hoc, & eſt cauſa, vt nonnullæ occupentur, nam multi ſcribæ recipiunt denunciationes, eaſq; in vno folio annotant, & poſtmodum pro vno carleno tradunt igni. Illud tamen quod ſuper hoc ſeruatur, eſt quod iſtæ denunciationes ſcribuntur in libro quærelarum, & hodie modus iſte denunciandi parum ſeruatur: nam vt plurimum exponunt quærelas, & non denunciationes.

¶Tertio not. & in vltimo peremptorio, quòd ſcribæ fiſcales debent diligenter attendere quando eſt vltimũ peremptorium citationum criminalium: ad hoc vt non cõparentes fiant contumaces, & condemnentur ad pęnam (vt fieri ſolet) in mandato contentam: & alio quatenus iuris, vt perpulchrè docet Pet. Foll. in pract. in verſ. accuſentur contumaciæ nu. 1. & vt comparentibus poſſint eo die dari capitula, ſeruatur primũ in diminutæ, & in eo vigilant ſemper, ſecundũ verò minimè, & inquiſiti, quãdo comparent carcerantur: & poſtmodum labuntur menſes (& vtinam non anni) priuſquam examinentur, capitula verò de quibus Rit. dicit, dantur poſt eorum examen,
3 quando lis conteſtatur, † adeò quod cauſæ in concernentibus fauorem carceratorum ferè immortales redduntur: & in his quæ contra ſunt: quam ocyſſime dilabuntur. Aduerte ad hunc Rit. quia alia litera cuiuſdam alterius Rit. quem habeo cum conſtit. Regni, dicit facere interlocuto-
4 rias non interrogatoria, vt hic dicit. † Interlocutoria appellatur illud decretum, quod fit in vltimo peremptorio citationum: quãdo citatus non comparet in quo dicitur, & vocato dicto tali, quia nemo comparuit pro eo, fuit reputatus contumax, & condemnatus ad pęnã, &c. vt dixi, vt ſenſus ſit prout iam dixi in princ. iſtius not. quod ſcribæ faciant fieri in vltimo peremptorio iſtas interlocutorias contra vocatos, non comparẽtes, ſeù capitula pro his
5 qui fortè comparent, † de quibus, & eorum forma nõ te tædeat, lector clariſſime videre Foll. in dicta pract. in verſ. dẽtur capitula, quoniam ſatis plenè loquitur, & ita hunc Ritum intelligendo, dictio ſeu, ponitur diuerſificatiuè, & augmentatiue, iuxtà text. l. ſi quis ita, ff. de liber. legat. vt dixi in Rit. 11. & illud mihi magis placet intelligendo autem interrogatoria ponitur expoſitiuè, vt denotet idẽtitatem, prout aliquando ſic poni ſolet, ſecundum Bald in pract. in tit. de ſignif. dictio nu. 4. & ſic appellantur capitula interrogatoria, eo quia ſuper eis interrogatur inquiſitus. Salerni, die 29. Aprilis 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXX.

ITem quòd dicti fiſcales non audeant recipere aliquid pro aliqua ſcriptura, exceptis de præſentatione inſtrumentorum, & examinatione teſtium, ad petitionem partium, & ſignificatorijs, ſcripturis, & copijs quę dantur partibus de comparitionibus in vltimo termino dato ad probandum, & de alijs (prout conſuetum eſt,) & de iure eis permittitur, vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Scribæ fiſcales regulariter pro ſcripturis aliquid non recipiunt. Et in quibus caſibus hoc eis permittatur.*
2 *Scriptura ſignificatoria quid ſit. Et quãdo ea fidẽ faciat.*
3 *Acta in vim probationis abſque citatione, quando produci poſſunt.*

ISte Ritus habet diuerſas literas, in aliquibus dicit, item quod dicti officiales (vt communis litera dicit) & ſi hęc vera eſſet, haberemus text. expreſſum in quo ſcribæ appellantur officiales contra iuris mentem, & ea quæ diximus ſupra Rit. 9. In alio meo Codice Rit. dicit item quod

Digitized by Google

dicti fiſcales,& iſta eſt vera litera,ne aliàs, ſecundum primam,ſequatur ipſos appellari officiales, & ſecundum iſtã
1 literam,† not.quod ſcribæ fiſcales non poſſunt aliquid recipere pro aliqua ſcriptura, niſi in caſibus in tex. deſcriptis,& in alijs etiam prout conſuetum eſt, & de iure permittitur,de iſtis etiã dic,vt ſupra dixi,in Rit.25.in 1. not. nam extant hodie in Curijs Pandectæ quæ caſus licitos, & ſalarium in vnoquoque ponunt,ideò ad eas recurre.

¶Secundo not. ibi examinatione teſtium ad petitionem partium, quod ſcribæ poſſunt recipere ſalarium quando examinant teſtes ad inſtantiam partium,quod quidem ne erres,intellige,quando ipſos examinãt dato termino,alias pro teſtibus quos examinant ad informationem,etiã qđ à partibus quærelantibus producantur, nihil recipere debent,vt dicitur in pandecta Magnæ Curiæ, ſed hoc etiam vidi,quandoq; malè ſeruari,verum tamen eſt,quod ſecundum eandem pandectam Mag. Cur. nuper impreſſam inter nouiſſimas pragm.Illuſtriſs.Ducis de Alcala huius Re-
* gni Viceregis in reformationibus Mag.Cur.* prag.38.incip.item diciamo,ver.item quando,de off.Magiſt.Iuſtit.ſi inquiſitus componitur non factis defenſionibus, tenetur actuario qui examinauit, pro qualibet dieta qua vacauit in examinando,ſoluere ad Iudicis arbitrium. Si verò non componitur,ſed dantur defenſiones: tunc quoniam habet aliud emolumentum teſtium qui recipiuntur ad inſtantiam inquiſiti, nihil recipit pro his quos ad informationem examinauit.

2 ¶†Quæro quid eſt ſcriptura ſignificatoria de qua Rit.facit mentionem? dic quod eſt ſcriptura in qua Magna Curia per viam literæ clauſæ, aut prouiſionis apertæ, ſcribẽdo alicui officiali inferiori, ſignificat ei; ideſt denunciat, vel fidem facit de aliquo incidenti,& è conuerſo,quãdo alius Iudex inferior facit aliquã ſignificatoriam de aliqua re ipſi Mag.Cur. vt quando aliquis Epiſcopus per ſuas literas ſignificat ipſi Magnæ Curiæ,aut alteri officiali, qualiter talis quem detinet carceratũ,eſt ſuus clericus, & eius iuriſdictioni ſubiectus, de quibus loquuntur Innoc. in c. poſt ceſſionem, extra de prob. & Bald. in l. ſi qua per calumniam in ver. ſed pone, C.de Epiſc.& cleric. vbi etiam dicunt,quod fidem non faciunt niſi prius fuiſſet interlocutus illum eſſe clericum, & demum de eo ſignificauerit, ſeù fidem fecerit Iudici ſæculari.

¶Secundo quæro quid eſt quod Rit.dicit de comparitionibus in vltimo termino dato. Ego pluries ſuper his verbis cogitaui,& credo quòd Ritus ſit deprauatus,& quod
3 vult dicere in vltimo termini dati ad probandum † nam vltimo die termini poſſunt produci acta in vim probationis abſq; aliqua citatione partis,vt dicit Bald.in l.fi.C. qui admit.& Bar.in l.item illa,ff.de conſtit pecun.licet ſi producerentur extra terminum partis, citatio requireretur ſecundum Bald.in l.ſi quando, C. de teſti. Rom.conſ. 176.col.2.& Marant. in pract.par.6.art.8.nu.35.in nouis, & Pet. Foll. poſt eum,nu.45.& 46. verum ex diſpoſitione Rit.inf.241. quando iſta acta erant iam in ipſa cur. in aliqua alia cauſa,& producũtur in vim probationis alterius cauſæ, requiritur quod offeratur comparitio, ſiuè petitio productiua illorum actorum de quarum comparitionum copia loquitur ille Ritu. Salerni die 29. Aprilis 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXXI.

ITem quod fiſcales prædicti debeant intereſſe in ipſa Curia horis conſuetis, & debitis: & omnia dicta capitula, & denunciationes facere, & ſcribere de conſilio procuratoris,& aduocati fiſci dictæ Curiæ.

FIſcales ſeruant primam partem iſtius Rit. ad literam, & vltra,nam nedum horis debitis,vèrum etiam inceſſanter aſſiſtunt in ipſa Curia,ſciunt ipſi qđ eorũ præſentia ad multa prodeſt quo ad capitula de quibus Rit.dicit ſimiliter ſeruatur,ſed hoc modo, nam ex quo ipſi ſunt ſatis experti,& diligentes in ſimilibus faciunt capitula danda inquiſitis,verum antequam dentur,oſtendunt ea aduocato fiſci,qui addit quandoq;, vel detrahit, & ob eorum peritiam,multoties neq; eis additur,neq; diminuitur. Verũ enim in hoc fateor,quod ſi in eis abundaret probitas ſicut peritia,& diligentia,præmiari non poſſent,dicunt ipſi qđ ſic faciẽdo extolluntur ab officialibus, & ad maiora præponuntur. Circa denunciationes,ſeù quærelas recipiẽdas non ſeruatur Rit.ſed ipſi abſq; conſilio dictant,& ſcribũt eas.Salerni die 29.Aprilis 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXXII.

ITem quod teneantur fiſcales notificare Iudicibus omnia acta facienda per Curiam prælibatam, in omnibus cauſis fiſcum tangentibus:& in præmiſſis nullam moram, ſeù tarditatem committere.

SEruatur Rit. ad vnguem: & quando aliquid eſt agendum pro fiſco,vt canes curiarum reperies illos ſcribas fiſcales in domibus Iudicum: imò prima hora negotiorũ poſt prandium datur ipſis,& euenit multoties quod in domibus Iudicum concurrunt multi aduocati quibus audientia non datur,niſi fiſcalibus expeditis. Et nota verba in fine Rit. poſita ibi,moram ſeù tarditatem,quod mora, & tarditas pro eodem ponuntur,ſicq; pro eodem vſus eſt Cic.in Antonium,ſiuè in Philippicis,dum inquit, iſta legatio moram,& tarditatẽ afferret bello,& in Epiſt.propter tarditatem ſententiarum,moramq; rerum.Salerni die 29. Aprilis 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXXIII.

ITem quod teneantur omnes qui recipiunt fideiuſsiones eodem die quo recipiunt, reuelare locumtenenti, & iudicibus, ſeù vni ex ipſis iudicibus,& ærario, & ad tardius ſequenti die, ad hoc vt exequenda circa præmiſſa poſsint exequutioni demandari.

DIſpoſitio iſtius Ritus hodie non ſeruatur eo, quia Actuarij nullam fideiuſſionem recipiunt abſq; ſcientia,& ordine officialium,propter quod ſuperuacuum eſſet reuelare ſcientibus,& mandantibus, & ſi dices ergo tempore iſtius Rit. Actuarij recipiebant fideiuſſiones ſine mandato officialium? reſpondetur,quod ſic. Verum non in omnibus cauſis,ſed in his tantum,in quibus reperiebatur permiſſum,& vt id bene intelligas,ſciendum eſt,quod citatus pro cauſa criminali in qua poteſt interuenire procurator, ſi comparebat in vltimo peremptorio, ſed poſtquam fuerat reputatus contumax,tenebatur ſequenti die curia pro tribunali ſedente,comparere,& inſtare quòd in cauſa procederetur, & infra tres dies dare fideiuſſionem de ſtando iuri,vt dicit Rit. 204.& 206. in fine,& lite conteſtata,dimiſſo procuratore poterat recedere, vt habetur in Rit. 108. quia ergo dicti Rit. dabant ordinem, & modum procedendi, & licentiam dandi fideiuſſores, Actuarij, à comparentibus inquiſitis capiebant fideiuſſiones, nec opus erat ſpeciali ordine officialium, hoc ſtante, vt ſcirent officiales eos qui purgauerant contumaciam, & dederant dictam fideiuſſionem, poſſentq; exequendum in cauſa ipſa demandari, ordinat iſte Rit. quod Actuarij reuelent ipſas fideiuſſiones eodem die, vel ſaltim die ſequenti, & quod iſte Rit. de dictis fideiuſſionibus loquatur, ponderanda ſunt verba finalia ipſius, ibi ad hoc vt

exe-

Digitized by Google

exequenda circa præmiſſa, cum tamen in præmiſſis nullus Rit. loquatur de aliqua cauſa, vel fideiuſſione, ex quo dico conſequenter, quod ille Rit. deberet ſtare poſt d. Rit. 204. vel Rit. 206. quoniam ſic verba iſta conuenirent, & credo quod in antiqua compilatione ſic ſtabat: quoniam aliter iſta verba videntur ab re poſita. Salerni, die 29. Aprilis 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXXIV.

ITem quod in eiſdem curijs, & qualibet ipſarũ notarius actorum ſcribat acta per ſcriptores ſuos, inſtrumenta verò ſententiarum ſcribat manu propria. Item quod ſcriptor fiſci debeat ſcribere omnes proceſsus cauſarum fiſcum tangentium.

SVMMARIVM.

1 *Quæ veniant appellatione actorum.*
2 *Practica quæ ſeruatur ab actuario in ſubſcriptione ſcripturæ per ſcribam ſcriptæ.*
3 *Notarius inſtrumentum ſcribere per alium an poſſit?*
4 *Induſtria tabellionis non ad ſcribendum, ſed vt geſtis det fidem, eſt electa.*
5 *Actuarij ſententiarum inſtrumenta ſcribere debent.*
6 *Sententia eſt de actis.*
7 *Actus publicus manu publici notarij de eo rogati, ſemper ſcribendus.*
8 *Contractus in protocollo redactos, in publicam formã, cum clauſularum extenſione, viuens notarius redigere debet: non alij committere.*

NOt. ex hoc Rit. quòd Actuarij curiarum poſſunt ſcribere acta iudicij per ſuos ſcribas cum quo con-
1 cordat ad verbum Rit. 3. Item in eadem. † Quæ tamen
veniant appellatione actorum vide text. & ibi Doctor.
omnes in cap. quoniam contra. extra de probat. intellige
hunc Rit. dummodo Actuarij ſe ſubſcribant, vt ſic veniat
iſte Rit. ad dirimendum altercationem, quæ in eo eſt inter Doct. nam Hoſt. Io. Andr. & Ant. de Butr. in c. quoniam contra. de probat. tenent, quod Actuarij debent ipſi
ſcribere iuxta diſpoſitionem d. c. non autem per alios ſcribere, & poſtmodum ſe ſubſcribere, per rationes quas ipſi
allegant, & ibi refert Felin. q. 4. nu. 43. Innoc. vero in eo.
c. in verſic. conſcribant num. 2. quem ibi ſequitur Abb. &
Felin. tenet contrarium, dicens quod licet non poſſint
per alium ſcribere: tamen ſi eorum ſubſcriptione muniերint; poſſunt, & reputabitur tanquam eorum iuſſu, & authoritate factum, arg. l. tutor, §. geſſiſſe, ff. de adminiſt. tut.
& c. cum ab vno, de re iudic. in 6. pro hoc etiam tex. in c.
cum redemptor, in fin. 12. quæſt. 2. & tex. ſingul. à contrario ſenſu, ſecundum Abb. ibi in cap. inter dilectos, circa
2 fin. verſic. inſtrumentum tamen, de fide inſtrum. † Seruatur tamen in pract. iſta ſubſcriptio hoc modo, nam actuarij in calce folij, vbi eſt aliquis actus, ponunt propria manu eorum nomina dicendo, notarius talis actuarius, vel
talis de tali actorum magiſter, & ita practicatur in omnibus curijs Regni, quod not. quia vidi aliquos officiales
nolentes ponere manus aliquibus prouiſionibus ſcriptis
manu ſcribæ, niſi extaret in calce ipſius manus actuarij,
fuiſſe habitos, à multis ſcrupuloſas, & male. Amplia
hunc Rit. procedere etiam ſi actuarij non eſſent impediti
impedimento legitimo, per diſpoſitionem d. Rit. 36. ibi
præſens, vel abſens, item per ea quæ dicit Felyn. in d. c. inter dilectos, col. pen. verſ. extra gloſ. num. 25. vbi in quæſt.
3 illa † an notarius poſſit inſtrumẽtum ſcribere per alium,
dicit quod quamuis Bart. in l. diuus, §. item ſenatus, ff. de
falſ. & Bald. in l. 1. §. ne autem num. 12. C. de caduc. tollen. & alij quos ipſe citat: dicant, quod non, etiam ſi ſe
4 ſubſcribat niſi ſit impeditus, † tamen quia induſtria tabellionis non intelligitur electa in ſcribendo, ſed vt det fidẽ
geſtis, ſatis dicitur eam præſtare, ſe ſubſcribendo etiam
non impeditus, quam opinionem dicit tenere eundem
Bart. in l. argentarius, in princ. ff. de eden. Card. in cap.
pen. de fide inſtrum. Abb. poſt Innoc. in d. cap. quoniam
contra, & dicit approbatum per conſuetudinem, ſiue
ſcribens ſit tabellio ſiue non, quia virtus tota in ſubſcriptione conſiſtit, & ita videmus ſeruari ab omnibus actuarijs, quod etiam non impediti ſcribunt per ſuos ſcriptores, & ipſi eorum manum tantum apponunt, vt dixi.
5 ¶ † Secundo not. quod actuarij debent ſcribere inſtrumenta ſententiarum manu propria, & de hoc inſtrumento ſententiarum loquitur text. d. cap. inter dilectos verſ.
inſtrumentum tamen, & not. bene verba Ritus, quia
non dicit. de ſententijs, ſed de inſtrumentis ſententiarum
6 † ratio eſt, quia ſententia dicitur eſſe de actis, l. in fraudẽ,
§. neque, vbi gloſ. & Bar. ff. de iure fiſci, §. illud in auth. infra filij, l. geſta, cum gloſ. C. de re iudic. per quæ iura, ita
tenet Io. Andr. in addit. Specul. in tit. de ſent. Imol. in c.
quoniam contra, ver. item not. num. 5 & ibidem Abb. &
Felyn. in 5. nota. de proba. & Bar. in l. in fraudem, §. neq;
inſtrumenta num. 6. ff. de iure fiſci, vnde cum ſit de actis
per præcedentia verba Ritus licitum eſt eam ſcribere per
ſuos ſcriptores, tanto magis, quia per Rit. 37. Item ſeruat
actuarij non tenentur niſi diem ponere manu ſua, vt ibi
dicam, & in hoc non eſt dubium, & ſic quando pars quę
habuit ſententiam in fauorem, vult de ea fieri actum, ſeu
inſtrumentum publicum ad futuram rei memoriam: illud
inſtrumentum debet actuarius facere ſua manu, ratio eſt,
quia tunc non agit, vt actuarius, ſed vt notarius, & ille
non reputatur actus iudiciarius, ſed actus publicus redi-
7 gendus in prothocollo, † qui ſemper debet eſſe propria
manu notarij, qui de eo rogatur, vt dicit Bald. in d. §. ne
autem in illis verbis, & facta matrice, & in rubr. C. de fi.
inſtrum. Ang. in Auth. de tabel. in princ. & Felyn. in d. c.
inter dilectos, col. pen. num. 18. verſ. & iſta non intelligas.
Et ex his habes caſum in quo notarius non poteſt ſcribe-
8 re per alium, etiam ſi ſe ſubſcribat, † ſecundus caſus eſt,
quando vellet contractum redactum in prothocollo, redigi facere in publicam formam cum extenſione clauſularum, tunc enim ſi ipſe notarius viuat, committere non
poſſet, ſed ipſemet redigere habet propria manu, vt dicit
gloſ. in d. cap. pen. in verſ. perpetuam, nihil addendo, vel
minuendo, ſecundum gloſ. & vt ibi eam, Imol. declarat,
num. 2. circa ea quæ mutare poſſent ſubſtantiam veritatis,
quia ſuas breuiaturas, & clauſulas bene poſſet extendere.

¶ Tertio not. quod proceſſus cauſarum tangentium Regium fiſcum, debent ſcribi per ſcriptorem fiſci, hoc idem dicitur in Rit. ſeq. in fin. non intelligas illum Rit. de fabricatione proceſſus, & quod velit dicere quod quando tangunt fiſcum ſcribantur per ſcriptorẽ, quia dixit per ſcriptores: cum duo erant, vt ſupra diximus Rit. 29. ſed loquitur iſte Rit. de ſcriptura, id eſt annotatione facienda de iſtis proceſſibus per ſcriptorem, qui ad hoc forte tũc erat deputatus hodie in Magna Curia conſeruantur in archiuo ipſius, in Regijs Audientijs, & alijs curijs ſcribuntur per inuentarium: quia Actuarij mutantur ſingulo anno, vel biennio, & quando ingrediuntur dantur ſibi per inuentarium, & quando exeunt poſtea reſtituunt per inuentarium, & ita fraudes euitantur. Salerni die 30. Aprilis 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXXV.

Quod ſubactarij debeant tenere acta, & ſcripturas Curiam, concernentes in ipſa Curia.

ITem quod omnes ſubactarij non audeant recipere fideiuſſiones, & obligationes, niſi de conſcientia, & voluntate actorum magiſtrorũ, ſeù

ſeù alterius eorundem, & eo caſu regiſtrari faciant in communi quinterno, & ponant, ac ſcribant in actis. Item ſcriptor fiſci debet ſcribere omnes proceſſus, & cauſas fiſcum tangentes.

SVMMARIVM.

1 *Actuarij, & ſubactuarij unde, & quare ita dicuntur.*
2 *Fideiuſſio, & obligatio de conſcientia, & voluntate actuarij capta quando dicatur.*
3 *De alicuius voluntate quid fieri, quando, & quomodo dicatur.*
4 *Geminatio verborum vbicunque reperta, ab actu ſimplici diuerſitatem facit.*
5 *Statuti verba quando fictionem, & quando veritatem important.*
6 *Geminatione verborum cenſetur electa induſtria perſona.*

RVbrica quæ præponitur huic Ritui, non reſpondet textui, ideò de ea non eſt curandum, credo tamen quod fuit per conditores tranſpoſita, nam debet ſtare ante Rit. 26. vt ſic Rit. ſeq. conueniat: ex quo vides quanta confuſio adeſt in his Ritib. ¶ Not. ex hoc Rit. qđ ſubactarij non poſſunt recipere fideiuſſiones, & obligationes niſi de conſcientia, & voluntate vnius ex actuarijs, vbi
1 ſunt plures. † Dicuntur autem ſubactarij ſcribæ, qui ſubſunt actuarijs, inde ſic dicti quia ſunt ſub actuarijs, vt dixi ſup. Rit. 13. in fi. Dicti ſunt autem Actuarij, quia aliquid agunt, vt dicit gloſ. in l. quicunq; in verſ. actuarij, C. de apo. publ. lib. 10. ¶ Secundo not. quod ſubactarij, poſtquã de conſcientia, & voluntate actuarij ceperunt fideiuſſiones, & obligationes debent eas regiſtrari facere in quinterno communi, ideſt in libro, vbi ſolent extendi, & poni obligationes, & fideiuſſiones, necnon debent ſcribere, & ponere in actis eaſdem fideiuſſiones, & obligationes, & ſic tempore iſtius Rit. quando aliquis liberabatur ſub fideiuſſoribus, vel ſe obligabat ad aliquod, fideiuſſio, & obligatio ſcribebatur in actis, ideſt proceſſu cauſæ, ſed quia poſtmodum poterat aliquis detrahere illud folium, ad cui tandum hanc fraudem, ordinat quod etiam regiſtrētur in libro ſolito. Hodie non fit ita, nam fideiuſſiones, & obligationes non extenduntur in proceſſibus, ſed eo ipſo quod capiuntur, ſcribũtur in libro obligationum, & fideiuſſionum, qui in omnibus tribunalibus ſpecialiter eſt deputatus, vt dixi ſupra in Ritu 24. taliter quod non poteſt fieri fraus per actuarium, verum vidi aliquos actuarios in ipſo proceſſu in dorſo, vel in calce folij, vbi eſt decretum liberationis cũm fideiuſſorib. annotare tñ. Capta eſt fideiuſſio vt in libro. ¶ In textu ibi ſcriptor fiſci de hoc dixi ſup. in Rit. præced. vbi ſunt eadẽ verba, vide ad intelligentiã, ibi
2 dicta. ¶ † Quæro in hoc Rit. quando dicetur capta fideiuſſio, & obligatio de conſciẽtia, & voluntate actuarij, Ang. in l. ſi quis mihi bona in §. iuſſum, ff. de acq. hæred. dicit qđ tunc dr factum de conſcientia alicuius, cum de eius conſenſu factũ eſt per tex. in auth. quomodo opor. epiſc. §. nõ autẽ alias Bal. vero in rub. C. de exercito. actio. verſ. quid ſi verba, n. 8. dicit contrariũ, qđ non requiritur conſiliũ, nec cõſenſus, ſed ſufficit qđ id ſciat tñ, per tex. in c. cũ in veteri. de elec. in nouelli. Idẽ in l. nemo, in fi. nu. 7. C. de ſent. & in l. omniũ, in fin. nu. 9 per illũ tex. in prin. C. de teſt. niſi lex, aut ſtatutũ requirat loquelã, aut aliqđ factũ eius cuius conſcientia requiritur, per not. per gl. in l. 1. in verſ. bonorũ, in fi. C. de bon. poſſ. ſecun. tab. & hanc opinionẽ ſequitur Caſſa. in conſuet. Burg. tit. de ſdroictz rub. 4. §. 7. nu. 47
3 ver. quantũ. † De voluntate alicuius dr fieri quotieſcunq; fit in eius præſentia, & non cõtradicit, hoc qñ eſt præſens, qñ vero eſt abſens, quotieſcunq; ratificat expreſsè aut tacitè approbat factis, vel verbis, de ratificatione, eſt tex. in l. 2. §. voluntatẽ, ff. ſol. mat. de verbo, vel facto ponit Spec. in tit. de ſucceſs. ab inteſt. ver. pone qđ omne, firmat Caſſ. in d. loc. nu. 46. in tñ qđ tunc dicetur capta fideiuſſio, & obligatio de actuariorũ conſcientia, & voluntate cũ ipſe præſens id ſciuerit, & non contradixit, vel abſens ratificauit poſtea expreſsè, vel tacite. Sed aduerte quod Rit. requirit iſta duo copulatiuè, vnde licet abſente actuario capiatur fideiuſſio, qui tamen poſtea tacitè ratificauit, vel expreſsè, & propterea dici poſſit capta de voluntate ſua, tamen non fuit capta de eius conſcientia, cũ abſens ſcire nõ potuerit, præterea iſta geminatio verborũ hoc modo nihil operaretur, & ſufficeret dixiſſe de cõſciẽtia, vel de vo-
4 luntate actuariorum: poſtquã vtrũq; tendit ad idẽ. † Sed quia geminatio verborũ regulr non intelligitur poſita ex lubrico, ſed curioſè, & cũ miniſterio, vt probat tex. not. in
a l. baliſta. ff. ad Trebel. a imò quod vbicunq; reperiatur, diuerſitatẽ faciat ab actu ſimplici, vt dicitur in d. l. baliſta. in l. quinquaginta, vbi tex. not. ff. de prob. l. ſimiliter la 2. & auth. ſiuè a me, C. ad Velleia. & l. cum ſcimus 1. reſponſo, vbi Bart. & Alex. C. de agricol. & cenſ. lib. 10. dicendum eſt, quod licet hoc verbum conſcientia, item verbũ, voluntas ſeparatim requiſita importent quod ſupra diximus, tamen vbi reperiuntur inſimul poſita, de conſcientia, & voluntate ſignificant augmentum ſermonis, ideo eſt, quod ſubactatij non poſſint recipere fideiuſſiones, & obligationes, niſi de conſcientia, & voluntate, hoc eſt licentia actuariorum propter geminationem iſtorum verborum, pro quo facit quod dicit Bald. in procem. ff. in fi.
5 princ. vbi quod licet † ſtatutum dicens quod aliquis habeatur pro ciue fictionem importet ſecundum Bart. in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap. tamen id ſecus eſt ſi dicit, ſit & habeatur pro ciue, quia veritatem importabit, hinc Ro. ſingul. 2. licet verbum, dicit quod quamuis ſtatutum loquens per verba futuri temporis non intelligatur ipſo iure, ſed mediante Iudicis ſententia per l. in criminali, iuncta gloſ. C. de iuriſdictio. omn. Iud. vt etiam dicit Matheſi. ſingul. 111. not. quod vbicunq, tamen id ſecus eſt: ſi geminate loquendo, dicat caſſentur, & in irritum deducantur: quoniam tunc ipſo iure intelligitur, vt dicit Bal. in tit. de pace conſta. §. hoc quod nos in verſ. caſſentur, Iaſ. in l. nõ dubium, in 20 not. C. de leg. Dec. conſ. 137. col. 1. Soc. Iun. conſ. 133. col. 3. vol. 1. Cattel. Cot. in memora. in verſ. geminatio verborum Nicol. Pignol. poſt Rom. d. ſingul. Gabriel Saray. poſt Matheſ. ſingul. 36. nota. nouam regulam. prædictis etiam accedit, quod dicit Bald. in c. fin. de offic. deleg. quem ibi Card. & omnes ſequuntur, vbi quod ſi Pa-
6 pa cõmittendo alicui cauſam, dicat tu tu cognoſcas, † ratione illis geminationis verborum, cenſebitur electa induſtria perſonæ, adeò quod ſub delegare non poterit: licet alias poſſet, quod dictum ſatis extollit Iaſ. in l. 1. in princ. col. 7. in 7. limita. ff. de offic. eius, & in l. penult. in fi. C. de pact. Corn. conſ. 67. plenè quidem col. 2. verſ. ſed omnes vol. 1. & Cott. in memor. in verſ. geminatio pro nominis. Item faciunt pro hoc alia nonnulla, ſatis quidẽ not. digna. quæ ponit Nic. Euerar. in hoc legat. loc. à loquutione geminationis c. 60. & Tiraq. in l. ſi vnquam, in verſ. reuertatur, nu. 46. verſ. quarto fallit, C. de reuoc. donat. ex quo ſequitur à cõtrario ſenſu, qđ omnia alia acta poſſunt ſcribere ſubactarij abſq; licentia magiſtri actorum præter fideiuſſiones, & obligationes, quæ non poſſunt accipi, niſi ab

ADDITIO.

a Ad Trebell. Adde, ꝙ aliquando bis aliquid dicitur tollendæ dubitationis gratia ne qua dubitatio ſuperſit l. 1. §. ego puto, ff. de ædil. edic. & facit tex. in l. quæ dubitationis vbi Dec. ff. de reg. iur. Superflua. n. nõ nocent abundanſq; cautela nõ officit voluntati l. teſtamentũ. C. de teſtam. Nec mutat ſubſtantiã rerum non neceſſaria verborum multiplicatio, l. pediculis, §. Labeo, ff. de auro, & argento, leg. Prodeſtque qñq; ſaltem ad tollendam ſophiſticam interpretationẽ ſm Hoſt. Io. And. & Ant. de But. in c. nimis il j. extra de exceſs. prælat. facit etiã tex. in l. fi. C. de prad. Tamiac. & vide omninò Aymon. conſ. 70. ex nu. 29. C. P.

Digitized by Google

ab ipſis actuarijs, vel à ſubactarijs de licentia actuarij, vt hic dicitur, & dicam etiam in Rit. 161. in ciuitate Neap. in Magna Curia Vicariç video ſeruari, quod hic dicitur, & ſubactarij non ſe intromittunt niſi de ordine actuariorum. Extra ciuitatem Neap. ſeruatur contrarium quo ad obligationes tantum: nam ſcribæ omnes paſſim, & indiſtinctè, quando ſunt requiſiti, accipiunt eas, & ponunt in libro, & admittuntur, ratio eſt præſumpta licentia generalis, quam in his habent ſcribç ab actuarijs, de ipſis recipiẽdis, & ideo eſt, quod conſuetudo obſeruat, vt per eos recipiantur, & receptç admittantur. Quo vero ad fideiuſſiones, quia in his periculum eſt actuarij recipientis, ſi non fuerint idonei fideiuſſores, per ea, quæ dicuntur in l. 3. C. de magiſtra. conuenie. & l. 1. §. ſi magiſtratus, à contrario ſenſu, ff. eo. vbi hoc no. Bal. in fi. ſeruatur iſte Ritus, & nullus ſcriba, ſeu ſubactarius qt antumcumque requiſitus ſe intromittit, niſi actuarius ſibi ordinauerit, & hçc eſt veritas. Salerni die 1. Maij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXXVI.

ITem, in eadem Curia notarius Actorum præſens, vel abſens ſcribat acta per ſcriptores ſuos, inſtrumenta verò ſententiarum ipſe propria manu ſcribat.

Dixi de hoc Rit. ſupra in Rit. 34. vbi eſt eadem diſpoſitio ferè per eadem verba, ibi videas.

RITVS XXXVII.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod magiſter actorũ eiuſdem Curiç, vel eius Locumtenens ponat, ſolum ſaltem manu propria, diem quo proferuntur ſententiæ diffinitiuæ, & ipſa ſententia, quæ legitur, non autẽ expedit eum ponere niſi diem, non autem menſem, vel annum, vel vbi expedit neceſſariò, niſi diem tantum in principio ſententiæ, ideſt circa principium, vbi ponitur dies, qua fertur, & hoc quando fertur ſententia in pręſentia magiſtri actorum, vel ponit dictam manũ qui loco dicti magiſtri eſt, iuxta ſcripta infra de fideiuſſoribus, vbi omninò vide.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an legi debeat præſentibus actuarijs?*
2 *Sententia oretenus prolata, deinde ſcripta, non valeret.*
3 *Sententia à iudice, vel ab alio an legi poſſit de iure? Quidue de conſuetudine, ac ſtylo?*
4 *Stylus contra ius non valet. Et quando iuri communi derogare poſſit.*
5 *Quod ſeruat Magna Curia Vicariæ, bene ſeruant & aliæ Regni Curiæ.*
6 *Practica, quando actuarius ſcribit diem lectæ ſententiæ, quomodo dicere debeat.*
7 *Promulgare, ideſt ſententialiter legere.*
8 *Notariorum, & actuariorum verba, quæ non ſunt de ſolemnitate, & ſubſtantia legis, omiſſa non vitiant.*
9 *Actuarij in ſententia quare illa verba, lecta lata, apponere teneantur. Et illa etiam, Curia pro tribunali ſedente.*
10 *Sententia clandeſtinè lata non valet.*

NOta ibi, vel eius Locumtenẽs, quòd actuarius Curiæ poteſt tenere aliquem loco ſui, quod quotidie ſeruatur: nã videmus nonnullos ſubſcribere in prouiſionibus, dicendo, talis pro actuario, ex quo ceſſat, quod Doct. in l.
1 cum ſententiam, C. de ſent. diſputant, † quòd ſententia debet legi præſentibus actuarijs, & ideo Bar. ibi dicit, ſpectãdam conſuetudinem. ¶ Secundo nota, quòd licèt actuarij poſſint ſcribere ſententias per ſuos ſcriptores, vt diximus ſupra in Rit. 34. in 2. not. tñ dies quo ipſe ſententiæ diffinitiuæ proferuntur, debet manu propria ipſorum ſcribi, & nõ ſolum dies quo proferuntur ſententię diffinitiuæ, verum etiã dies quo profertur ipſa ſẽtẽtia, quæ legitur: quaſi velit dicere, ſiue ſit ſententia diffinitiua, quæ legitur, ſiue interloquutoria, eo ipſo, quod ſententia ipſa legitur, tenetur actuarius manu ſua diẽ promulgationis ponere, & hoc credo voluit dicere iſte Rit. in his verbis obſcuris. Et ex iſtis duo inferũ-
2 tur. † Primum, quòd ſententiæ prius ſcribuntur, & poſtmodũ leguntur, iuxta tex. not. in l. 2. C. de ſent. ex breui. recit. & c. fin. de re iud. in 6. & id adeo verum eſt, quòd ſi ordo peruerteretur, & oretenus proferrentur, & poſtmodũ ſcriberentur, nõ valerent, vt dicit Spec. in tit. de ſenten. §. iuxta, verſ. nõ valet, nu. 12. Lanfr. in c. qm̃ contra, in verſ. interloquutoriæ, verſ. ſecundo requiritur, de probat. & Sebaſt. Van. in
3 tract. nulli. tit. de nullit. ſent. verſ. viſo, nu. 70. † intelligẽdo ſemper, quod legantur ab ipſo Iudice, & non ab alio: niſi ſit Epiſcopus, vel perſona Illuſtriſſima, d. l. 2. & c. fin. vt dicit Lanfranc. in loco prææalleg. nu. 9. quamuis de conſuetudine Italiæ (vt dicunt Archid. & Io. And. in d. cap. fin.) ſufficiat iudici proferre illa verba cõdemno, vel abſoluo, vt etiam dicit Spec. in loco prææalleg. verſ. quid de interloquutoria, circa fin. nu. 14. Bald. & Salyc. in l. hac conſultiſſima, C. qui teſt. fac. poſſ. & Sebaſt. Van. in prææalleg. loco, verſ. oportet, nu. 85. Sed hodie in Magna Curia Vicariæ, & Regia Audientia Principatus citra, & Baſilicatæ, neque vnũ, neque aliud ſeruatur, quia iudices nec legunt integrè totas ſentẽtias (vt iuris eſſet) nec etiã illa verba condẽno, vel abſoluo, iuxta conſuetudinem Italiæ, ſed ſolum eorum ordinatione ſcribuntur: & poſt (etiã ipſis abſentibus) per actuarios intimantur partibus, vel earũ procuratoribus, & in earũ calce ſcribitur per eoſdẽ actuarios lecta lata ſupradicta ſententia tali die, talis menſis, anno tali. Niſi ſentẽtia eſſet ciuilis, & procederetur in cõtumacia: qm̃ tunc, Curia ſedente, legeretur per actuarium, aut eſſet ſententia foriudicationis, quæ ſimiliter Curia ſedente, per ipſum iudicem hebdomadarium criminalẽ legi ſolet, & debet: in alijs verò Curijs Regni circa præfata ſeruatur, & ſeruari video ius cõmune, vt etiam dicam infra in Rit. 288. 11. not. Et ſi dicatur, quo modo in Magna Curia, & Regia Audientia præfata, cõtra
4 ius cõmune, aliter ſeruari poteſt, † cum ſtylus contra ius nõ valeat, vt dicunt Pet. & Cy. C. quæ ſit longa conſuet. & referendo ſequitur Alex. conſ. 36. nu. 10. vol. 2. reſpõderi poteſt dupliciter. Primo, quòd non eſt abſolutè ſtylus, ſed cõſuetudo inducta per tacitũ conſenſum omniũ, quo caſu ſtylus conſuetudine firmatus poteſt derogare iuri cõi, ſecundum eundẽ Alex. in d. conſil. per l. omnes populi, ff. de iuſt. & iu. & l. de quibus, cum ibi not. per Gloſſ. ff. de legi. cum ſimil. Secundo, quòd in Magna Curia Vicariæ extat decretũ ſolemniter interpoſitum, quod inf. in Rit. 288. 11. not. ad verbum inferã, per quod cauetur, quòd actus ſoliti fieri, Curia ſedente, poſſint fieri extra baucham, ſeu Curia nõ ſedente, ob mul-
5 tiplicationẽ cauſarũ, † & id, quod ſeruatur in ipſa Magna Curia, bene facit dicta Regia Audientia, immo omnes aliæ Curiæ Regni ſic ſeruant, cum etiã ſeruare teneãtur, vt dixi latè ſupra in Rit. 1. Secundum, quòd ex hoc Rit. ſequitur eſt, quòd nedum ſententiæ diffinitiuæ, verum etiã interlocutorię, in ſcriptis proferri, & legi debent, & licèt de iure cõmuni ſolum in ſententia diffinitiua debeat id fieri, vt dicit Gl. in d. cap. fin. in ver. diffinitiua, Spec. in loc. prææalleg. nu. 14. & Bart. in l. 2. in fi. C. de ſent. ex breui. recit. tñ in hoc Regno per hunc Rit. etiã in ſentẽtijs, & decretis interloquutorijs id ſeruari debet, vt etiã probat apertius alius Rit. inf. 264. item ſeruat ipſa Curia cognoſcere in fine: licèt hodie in practica tam in Magna Curia, quàm Regia Audiẽtia prædicta non ſeruentur, quoniã decreta omnia abſque aliqua promulgatione, intimantur partibus, ſeu earũ procuratoribus per nuncios, vel actuarios, vt etiã dixi ſupra de ſentẽtijs diffinitiuis. Et nouiter prouiſum eſt per Illuſtriſsimũ

Ducem

Ducem de Alcalà in ſuis nouiſſimis pragmaticis, in refor-
* mationibus Sacri Conſ. * prag.12.§.non deſuere,ver.item
ꝙ decreta,de off.Sac.Conſ. ¶ Tertio nota , ꝙ menſis,vel
annus nõ expedit poni in ſententia de manu ipſius actua-
rij,ſed ſolũ dies,& vbi expediret,quod ſua manu poneret,
tunc circa principiũ ipſius ſententiæ,vbi ponitur dies qua
fertur,ponet menſem,& annum,adeo ꝙ ſecundũ hunc Rit.
debet ſcribere actuarius ſupra ſententiam iſta verba : Die
tali,talis menſis, anno tali, infraſcripta ſententia fuit lecta
lata, & ita intelligi debent verba iſtius Rit.obſcuriſſimi, à
principio vſque ad finem malè compoſiti. Aduertendo,ꝙ
illa verba in eo poſita,ibi,niſi diem tantum,ſunt ſuperflua,
quia nullum ſenſum habent. Iſte Rit. practicatur in ſenten-
tijs diffinitiuis ciuilibus , & in eis actuarij ponunt diem ,
menſem,& annum,quo lectæ fuerunt,verum ſentẽtiæ ipſæ
communiter ſcribuntur per eorum ſcribas, in interloquu-
torijs verò tã ciuilibus, quàm criminalibus ſubactarij, ſiue
ſcribæ ponunt diem,menſem,& annum, verum non ſerua-
tur poni in principio ſententiarum, & decretorum, vt hic
dicitur,ſed in calce,dicendo iſta verba, lecta lata ſupradi-
cta ſententia,ſiue decretum , Curia pro tribunali ſedente ,
die tali,talis menſis,talis anni . Vidi tamen in multis inter-
loquutorijs , & etiam diffinitiuis ſupra ſententiam poni
diem,menſem, & annum,tam in Sacro Conſ. quem Regia
Camera, quam Magna Curia Vicariæ, ſed non dicitur ibi,
quod fuit lecta,ſed in calce actuarij dicũt,lecta lata ſupra-
dicto die,& non aliud dicũt. In ſententijs verò diffinitiuis
criminalibus obſeruatur, quod ſi fuerint condemnatoriæ :
actuarius ciuilis,qui (vt vulgo dicitur in Magna Curia)
fa il meſe,ſcribit eas,& notificat inquiſitis,niſi eſſent foriu
dicationis,quoniã tunc ſcriberentur à ſcribis: & lectũ latũ
fieret ab actuario ciuili principali,ſi verò fuerint abſoluto-
riè,quilibet ſcriba, tam ciuilis, quàm criminalis poteſt eas
ſcribere;licet ſit abuſus,qm ciuiles habẽt decretum,quod
ipſi tantum,& non criminales ſcribant eas. ¶ Quarto not.
ibi,& hoc,quod tunc demũ in ſentẽtijs debet manu actua-
rij poni dies,menſis,& annus,cum ipſe eſt præſens,at quã-
do eſt abſens,ſufficit fieri manu illius,qui exiſtit pro actua-
rio: & ita ſeruatur vbique,vt dixi etiam in princ.iſtius Rit.
6 † Quæro quonam modo actuarius debet dicere , quando
ſcribit diẽ quo fuit lecta ſententia ? dic,quòd debet dicere
lecta lata fuit ſupradicta ſententia ſupradicto die: quando
in principio ipſius adeſt,vel quando non,debet dicere,diẽ,
menſem,& annũ,& ſubiungere,Curia pro tribunali ſedẽ-
te, aliàs ſi diceret,data fuit dicta ſententia,quia non appa-
reret fuiſſe lectam, non valeret, vt dicit Bart.in d.l.3.in fi.
C.de ſent.ex breui.recit.per tex.l.1.eo.tit.verum ſi diceret
actuarius, promulgata fuit ſententialiter,dicta ſententia
7 valeret , † tum per illud verbũ promulgare, quod impor-
tat ſententialiter legere ex ſcripti recitatione, vt ipſe Bar.
ibidem dicit, tum propter verbũ ſententialiter, quod non
poteſt aliter verificari, niſi dicatur fuiſſe lectam,vt dicit in
l.ſciẽdum,in fin.verbis.ff.de verb.oblig.refert, & ſequitur
Felyn.in c.ſicut,col.8.nu.10. verſ.limita.de ſent. & re iud.
dicit tñ Alex.conſ.90. verſ.nec ad ſubſtantiam,nu.4.vol.1.
8 † quod iſta verba notariorũ , ſeu actuariorum non ſunt de
ſubſtantia,nec de ſolẽnitate legis,& ideo omiſſa nõ vitia-
rent,quod referendo tenet etiã Sebaſt.Vant. d.tract. tit.de
nullit.ſent.verb.illa autẽ,nu.88.per gl.in d.c.fin.de re iud.
in 6.in verb.illuſtriũ,in fi.quæ dicit ſufficere, quod ſenten-
tia feratur in ſcriptis , & valet etiam , quod iudex in ſen-
tentia non dicat in his ſcriptis. Sed aduerte,quòd licèt iſta
verba non ſint de ſubſtantia,quia ſufficit,quod fuerit ſentẽ-
tia lata in ſcriptis,& lecta,iuxta iuris diſpoſitionem, tñ ad
probandum, ꝙ ſententia fuerit lecta,eſt neceſſarium,quòd
actuarij apponãt illa verba, lecta lata,& ſi in ſententia nõ
dicitur Curia pro tribunali ſedente,in his ſcriptis dicimus,
determinamus,& diffinitiuè ſententiamus,debet ẽt dicere
actuarius, lecta lata in his ſcriptis præſens ſentẽtia, Curia
pro tribunali ſedente . Ratio eſt, quia aliàs ſententia non
præſumitur lecta,vt dicit Bal.in l.quęcũque,§.fin.ff.de pu-
blicia.in rem act. vbi etiam Ang. & idẽ Bal.in l.fideicom-
miſſa,§.1.ff.de leg.3. Fel.in c.qm contra, verſ.quarta con-
cluſio, nu.22. de prob. in tantum,quòd per productionem
actorũ probatur non fuiſſe lectam , vt dicit Gl.in l.3.C.de
erro.aduoc. Ant.de Butr.Abb.& Fel.in d.c.quoniã contra,
num.33.ver.limita vno modo, licet quando in rei veritate
nõ eſſet lata ſententia, & actuarius ſcripſiſſet lectã latam,
&c.& eſſet probandũ non fuiſſe lectam,& latam,alio mo-
do ſit neceſſe probari,vt dicit Bar.in d.l.2. C.de err.aduo.
& ideo debet fieri mentio,quod Curia pro tribunali ſede-
9 bat aut in ſententia,aut in illa lecta lata, † quia ſi nõ appa-
reret hoc,potuiſſet eſſe prolata Curia non ſedente,& clan-
deſtinè, quo caſu non valeret, vt inquit Hoſt.in tit.de iud.
§.qualiter,in princ. Spec.de ſenten.§.qualiter,circa princ.
pro quo tex.in l.cũ ſententiam, C.de ſenten.facit tex.in c.
quia propter, de elect. & c.cum inhibitio.de clandeſt.de-
ſponſ.& firmat etiam Sebaſt.Vant.d.tract.verſ.debet inſu-
per,nu.81.Sed ceſſante hodie iſtæ difficultates,quia in ſen-
tentijs dicitur in his ſcriptis, maximè in fine,dum dicitur,
taliter in his ſcriptis, &c. Item dicitur, Curia ſedente, &
actuarij etiam dicunt lecta lata ſupradicta ſententia,Curia
pro tribunali ſedente,adeo quod ſuper his nunquam cadit
difficultas. Salerni die 2.Maij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXXVIII.

ITem, quod dictus Tubita non audeat vocare
aliquem ad petitionem partium,ſeu procura-
torum,quando regitur Curia:excepto de manda-
to dictæ Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Citationes fieri non poſſunt à Curia ſeruientibus , niſi de iudicis commiſſione.*
2 *Præco tubitæ loco ſubnectitur.*
3 *Citatio illius, qui intereſſe prætendit, ſemper eſt neceſſaria , niſi fiat intra terminum.*

QVoniam multoties citati non cõparent,& propterea
in vltimo peremptorio termino reputantur contu-
maces,obſeruatũ extitit,& obſeruatur ad pręſens
in Magna Curia Vicariæ , quod hora veſpertina , quando
Curia regitur,ipſa pro tribunali ſedente,tubita ordinarius
ipſius Magnæ Curiæ alta voce vocat inquiſitos, aliàs non
poſſunt vti contumaces condẽnari,neque banniri,vt dictat
Rit.209.Item ſeruat ipſa Curia in ſero,quod quidẽ nedum
in ipſa Magna Curia,ſed vbique per totũ Regnum practi-
catur, & in Curijs vbi adeſt tubita,fit talis vocatio per eũ,
vbi verò nõ adeſt,fit alta voce per præconem,ſeu iuratum
ipſius, verum tamen eſt, quod annis elapſis, in Regia Au-
dientia Principatus citra,contumaces non vocabantur, ne-
que alta , neque ſubmiſſa voce per aliquem , ſed actuarij
clanculo reputabant contumaces , & ſcribebant vltimam
contumaciam contra inquiſitos (& quod peius erat)dice-
bant,& vocato dicto tali,quia non cõparuit,fuit reputatus
contumax,cum tamen ipſum nemo vocaſſet: & ex hoc ſe-
quebantur multa commoda actuariorum, ſed populorum
grauamina,quia vocabant, & nõ vocabant actuarij ad eo-
rum libitum, & vocatos caſſabant, quinimo nec citationes
apparebant . Hæc tñ vſquequo eruditiſſimus D.Io.Nico-
laus Carauita frater meus habuit officium Aduocati fiſci
in ipſa Audientia,exinde in antea,cęptum fuit ſeruari bo-
nos ordines,& præſertim circa vocationem inquiſitorum,
qui non clam,ſed alta voce,per tubitam,& in eius defectũ
per nuncium ipſius Regiæ Audientiæ vocantur,cum ergo
actus vocationis prædictæ ſit per tubitã faciendus,vt in d.
Rit.dicitur,ſitq; valde præiudicialis,ordinat iſte Rit.quod
tubita nõ habeat hunc actũ vocationis facere ad partium,
ſeu earum procuratorum petitionem, ſiue inſtantiam, niſi
1 per Curiam ſit eis hoc ordinatum , † ſicuti in ſimili de ci-
tatione dicitur, quod non poſſunt fieri per iſtos præcones
iuratos,vel nuncios,niſi de ordine,ſiue iudicis cõmiſſione,

vt

Digitized by Google

vt dicit Bar.in l.neminem,C.de exhib.re.Bal.in l.cum clericis,§.memorati,ver.deinde no.C.de epiſc.& cler.Alcia. in tract.præſumption.reg.14.præſumpt.13.& Tiraq.de retract.tit.1.gl.9.§.8.nu.20.Et quod in tubita loquitur iſte
2 Rit. amplia in alijs curijs, † & in præcone, qui eius loco ſubnectitur, & ſubnecti poſſet, vt d.Rit.209.in fi.diſponitur, in tantum quod etiã requiſiti per partes iurati Curiarum,debent abſtinere à vocatione contumaciũ ſine ordine Curiæ,vt hic dicitur,& bene ſeruatur vbique.Ad vnum tñ aduerte, quòd iſta vocatio, quæ fit de inquiſito in vltimo peremptorio, antequam fiat contumax,& condemnetur, eſt quid ſpeciale,eo quia inter alias limitationes,quę dan-
3 tur ad illã regulam,ꝙ † citatio illius,qui intereſſe prętendit,ſemper eſt neceſſaria,alias actus non valeret,l.de vnoquoque, ff.de re iudic.l.nam ita diuus, ff.de adopt. & l.ſi quando,vbi Bal.C.de teſt. ea quidem eſt,vt nòn procedat quotieſcũque aliquis actus fit infra terminum,tamen vltima die ipſius,vt dicit Bal.in d.l.ſi quando,col.2.in fine, & Bart.in l.1.C.de temp.appell.tunc enim,ſecũdum eos,parte ipſa aliter nõ citata, nec audita expediri poteſt,vt dicit Maran.in pract.par.6.in ver.citatio.nu.18.in nouis,& dixi tibi ſupra Rit.30.& ideo talẽ limitationẽ poteris ſublimitare, non procedere in contumacia accuſanda contra aliquem,eo quia licet poſſit accuſari in vltima die,tamen requiritur vocatio ſaltim abſentis facienda per tubitam, vel iuratum, vt per d.Rit.209. & per præſentem diſponitur. Item ſublimita in alio caſu, quem habes infra Rit.143. & 145.de quo etiã mentionem facit Maran.in loco pręalleg. & per hęc fit expeditus etiam Rit.209.Salerni die 5.Maij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS XXXIX.

ITem,quòd Locumtenẽs dictæ Magnæ Curiæ
a non mandet,a nec faciat aliquem capi de perſona, prætextu cuiuſcunque exceſſus,ſeu delicti, aut alia quacunque cauſa, abſque conſilio ſaltim vnius iudicum ipſarum Curiarum, & ſi faceret, non poſſet eum captum detinere, vel relaxare abſque conſilio vnius Iudicum prædictorum, excepto ſi de Regalis Maieſtatis expreſsè procederet mandato in ſcriptis facto dicto Locũtenenti.

ADDITIO.

a Non mandet.Adde,& vide omnino cap. Regni 22. 43. 178.& 280.& in omnibus Ioan.Ant.de Nigris. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Locumtenens Mag.Cur.Vic.præſides prouinciæ, & capitanei terrarum ſine conſilio eorum iudicum, aliquem carcerari facere non poſſunt.*

2 *Quod limita in carceratis de mandato ſuperioris,in ſcriptis tamen interueniente, & in infragranti repertis non procedere.*

3 *Seruientibus officialium, aliquem ſine mandato capere prohibetur.*

4 *Magiſtratus ſine iudicum conſilio adminiſtrantes, eorum officio priuandi eſſent.*

5 *Bene conſiliari, eſt quædam virtutis diſpoſitio, prudentiaque ſimulacrum. Conſilium hominem à malo propoſito trahit. ibid.*

6 *Doctorum communis illa doctrina, quod officialium familia captum relaxare teneatur ſub cautione de ſtando iuri,& ſe præſentando,alias iniuriarum actione teneri,qualiter ſit intelligenda.*

7 *Omiſſo conſilio in actu requiſito actus non valet.*

8 *Captus de facto,de facto erit liberandus.*

9 *Delicta impunita remanere non debent.*

10 *Magiſtratus iudicum conſilio homines ſibi ſubditos capere poſſe vtrum ſit indiſtinctè,& ſemper verum.*

11 *Officiales à captura incipere poſſunt, tamen ad hoc cogi non poſſunt.*

1 NOta † ex hoc Rit. quòd Locumtenens Magnæ Curiæ non poteſt capere,nec etiam capi facere homines prætextu cuiuſcunque cauſæ, abſque conſilio ſui iudicis: & cum hoc Rit.concordat cap.Reg.Item,quòd pręfati iuſtitiarij,& capitanei,vbi plenius quam hic prouidetur quod Præſides prouinciarum, & Capitanei terrarum non audeant hoc facere,nec etiam aliquem actum iudiciarium exercere ſine conſilio ſui iudicis, & caſu quo aliter fecerint,teneantur iudices eis reſiſtere, quod ſi nõ reſipuerint, denuncient perſonaliter Dominæ Reginę,ſeu Regio Collaterali Conſilio,vt etiam dicitur in cap.Reg. item caueãt
2 Iuſtitiarij.† Limita primo hunc Rit.non procedere,quando id facerent de mandato Regiæ Maieſtatis: & ſic ſuorũ ſuperiorum,in ſcriptis tamen habito,vt Rit.iſte dicit in fine ipſius,ibi excepto.Secundo limita hunc Ritum,& capitula præallegata non procedere,quotieſcunque aliqui reperirentur in fragranti facere rixas, portare arma contra prohibitiones,& banna,portare aliquid contra deuetum, extra territorium, vel aliud quid ſimile facere, quoniam tunc bene capi poſſent,vt inquit Par.in ſynd.in verſ.captura,nu.15.per tex.in l.ſi fugitiui.C.de ſeru.fug. l. qui ſi cales,C.de nauic.lib.11. & l. ſi quis de curſu publ. lib.12. & nedum officiales in capite hoc poſſunt in caſu ſimili, verũ etiam & eorum familia, nec obſtat ſecundum Parid. ibi c. Regni,item ſtipendarij, vbi prohibitum eſt iſtis ſeruienti-
3 bus officialium † capere aliquem ſine mandato, etiam prætextu delationis armorum,vel alterius cauſæ,vt etiam iure communi cauetur in l.neminem, C.de exhib.reis, & no.per Bal.in l.cõſentaneum.verſ.ſcias nu.9.C.quomodo, & quando iudex, quoniam ſecundum eum intelligitur quando non ſunt reperti in fragranti pro illis cauſis. In effectu quo ad prac. ſeruatur dictum Pari. & iſti Berroarij capitaneorum quotidie capiunt ſine mandato inuentos cũ armis,vel rixantes,quamuis iudicio meo d.cap.item ſtipẽdiarij,generaliter loquatur,quod non faciant hunc actum capiendi ſine mandato, & velle intelligere modo præfato eſt mera laceratio ad illud cap. vtcumque ſit, obſeruatur hodie,vt ipſe dicit,& in iure fundari poteſt per iura ſupra allegata,& etiam per text.in l.1.in prin.C.de rap.virg. l.ſi quis in ſeruitute,in fi.& l.interdum,la 2.§.qui furem, ff.de furt.lege capite quinto, ff.de adult. quæ iura pro hoc citat idem Par.in ver.captura,§.quia, plerunque nu.2.& ibi in ſpecie loquitur de familia officialis.Diſpoſitio iſtius Rit.& præalleg.c.item,quod prædicti non ſeruatur,& ideo videmus quotidie Regentem Magnæ Curię iuſtitiarios prouinciarum,& capitaneos terrarum arreſtare homines,nedum abſque iudicum conſilio, verum etiam & ipſis inuitis, & multoties ſine cauſa,quibus iudices reſiſtere non auderẽt, quia,vt plurimum,qui talia agunt ſunt viri militares,& ſuperbi quibus ob bonam fortunam,quam habent in hoc regno,omnia fœliciter ſuccedunt,& in ſyndicatu,ob eorum procacitates, ſtatim dimittũtur, quoniam multoties viſum eſt ab experto,quod cõquerentes de eis, de accuſatoribus accuſati euaſerunt,vti calumniantes,& ſi durum tibi videtur lector,cariſſime crede referẽti,quia expertus loquor,
4 † ſed hi omnes,qui ſine conſilio iudicum adminiſtrant non eſſent in officijs relinquendi, ſed eorum adminiſtratione priuandi,ſicut Roboam Regno priuatus fuit, quia conſiliũ eorum,qui ſibi dati fuerant pro conſilio, audire negauit,vt dicitur 3.Reg. c.12. Eccleſia.16. q.1. & c. denique 7.q.1. Caſſa.in conſue.Burgun.in proœ.in ver.ordo vne. num.1. fol.5.& latè Luc.de Pen.in l.omnes,C.de decu. lib.10.vbi valde inuehit contra præſides prouinciarum, qui cum ſint iurium ignari, ad motum ſui capitis ſe regunt, dicit enim Eccleſ.c.32.Fili, ſine conſilio nihil facies,& poſt factum non pęnitebit.Prouer.15.Diſſipantur cogitationes vbi non eſt conſilium. & c.13. Aſtutus omnia cum conſilio agit. ex quibus,

Digitized by Google

* quibus,' & alijs nonnullis, quæ dixi tibi in prag. * per ex-
cellenté,§.2.nu.14.de ſenatuſconſ.Maced.neceſſario con-
5 cluditur ab omnibus nil eſſe agendum ſine cōſilio, † quia
vt inquit Ægid. de regi. prin. lib.2. c.4.conſiliari bene eſt
quædam diſpoſitio virtutis, & prudentiæ ſimulacrum,
quinimmo, vt dicit Arch.2.q.1.c.anteriorum, hominem à
malo propoſito trahit, & vt inquit Ariſt.in ſecreto ſecre-
torum ad Alexandrum,conſilium dicitur oculus futurorũ.
¶ Secundo not. à contrario ſenſu iſtius Rit.quod Locum-
tenens Magnæ Curiæ, & conſequenter omnes alij officia-
les,cum conſilio iudicum ſuorum poſſunt homines ſuę iu-
riſdictionis arreſtare, quod tamen limita non procedere
in capto incidente in pœnam banni pecuniaria, & parato
dare fideiuſſores de iudicato ſoluendo, vt dicit in c. Reg.
ſtatuimus,vt nullus,& c.item caueant iuſtitiarij,tunc enim
licet habuerint conſilium,à iudice de capiendo, ſi ille ca-
ptus ſtatim offert ſibi cautionem, debet dimitti, niſi iudex
dediſſet conſilium, quod etiam cum cautione caperetur,
quoniam tunc ipſi eſſent excuſati, & iudex teneretur, vt
dicit tex.d.c.item caueant,ſed nec etiam iſta duo,c.ſeruã-
tur,nec ſeruari video,quod per mille fideiuſſiones in prō-
ptu oblatas,& datas liberent, quem ceperunt, licet poſt-
quam duxerint ad carcerem, viſo proceſſu, & qualitate
cauſæ bene diſcuſſa,& intellecta,ſeruetur diſpoſitio eorũ,
& captus liberatur ſub cautione de iudicato ſoluendo,
quod etiam videtur ſentire regia prag. inoleuit ſub tit. de
cuſtodia reorum,ibi non detineatur, & ſicuti non ſeruatur
in ipſis officialibus, pari modo, nec etiam in eorum fami-
6 lia,adeo quod licet dicatur per Doct. † quod familia offi-
cialium tenetur captum relaxare ſub cautione de ſtando
iuri,& ſe præſentando,aliàs teneretur actione iniuriarum,
vt dicit Alex.in rubr. ff. in ius voca. vt eant. & in l.1. ff ſi
quis in ius voc.non ier. Affl.in cōſt.Reg.humanitate,col.4.
ver. rurſus.& Niger in c.Reg.ſtatuimus,vt nullus, num.7.
ver. ſed quid ſi familia, vbi id intelligit niſi criminis, aut
perſonæ qualitas aliud ſuaderet, tamen hodie in pract.nō
ſeruatur,& credo ex eo, quia dictum Doct. debet intelli-
gi,vt Niger intelligit, ſi qualitas perſonæ, vel delicti hoc
patitur,cũ tamen iſta cognitio,& diſcretio qualitatis deli-
cti non poſſit recte fieri per ſeruientes Curiæ, qui neſciũt
proceſſum,& merita ipſius, nec etiam quando captus ve-
niat relaxandus ex qualitate perſonæ,vel ne. ¶ Tertio no-
ta ibi,& ſi faceret,quod ſi officialis capit aliquem ſine co-
ſilio iudicis ſui, non poteſt ipſum nec detinere, nec etiam
relaxare ſimiliter ſine conſilio, & ſic quamuis captura ſit
7 nulla,† quia omiſſo conſilio in actu requiſito,actus nō va-
let,vt tradit late Felyn.in cap.ex parte,vbi tres limit.ponit
8 de conſt.& idem Bernard.Diaz in regu.134.conſilio. † Et
regulariter captus de facto, debeat etiam de facto libera-
ri,vt dicit Bald.in l.ſi pacto 5.notab.C.de pac.& ibi etiam
Alex.in vlt. nota.quia nihil tam naturale eſt,quàm eodem
genere quodque diſſoluere,quo colligatum eſt,l.nihil tam
naturale, ff.de reg.iur.pro hoc gloſſ.in l.minor.in verſ.Se-
ius, ff.de euictio. plenè Tiraquell. in tract. l. conu. gl.3.
nu.15.& Affl.in conſtit.Magiſter Iuſtitiarius, 3.nota.nu.7.
Attamen talis regula in materia iſtius Rit. non procedit,
vt vides. Ratio poteſt eſſe,quia multoties euenire poteſt,
quod non ſine cauſa capiantur aliqui ab officialibus,qui li-
9 cet id male fecerint, exequendo ſine conſilio, † tamen ne
delicta remaneant impunita, permitti non debent malorũ
conculcationes,maximè,quia hoc vltimum eſſet peius,di-
mittendo delinquentem.Et in hoc ſeruaretur Rit.iſte,quia
ſi officialis captum ſine conſilio, dimitteret ſine conſilio,
teneretur parti ad intereſſe,quod nota.
10 ¶ † Quęro in hoc Rit.nunquid ſemper verum erit,quod
officiales cum conſilio Iudicis capere poſſunt homines
ipſis ſubiectos,vt diximus in 2.nota.iſta quæſt.eſt ſatis in-
tricata inter Doct. propter eorum diuerſas ſententias, nã
Bar.in l.conſentaneum, nu.13. verſ.iſtud videtur,C.quo-
modo,& quando iudex,dicit,quod iudex poteſt, quando
vult,à captura perſonali incipere,idem Bal.in l.2.nu.2.C.
de his,qui latro. Ang.in l.item apud Labeonem,§.quæſtio-
nis,ff.de iniur.cum alijs adductis per Hipp. ſing.93. incip.
iudex.quod etiã ſequutus eſt Petrus Foll.in pract. in verſ.
notatus capiat, nũ.2. Bald.verò ſibi ipſi parum conſtans in
eadem l.conſentaneum. ver. quæro, vna cum Butr.nu.32.
dicit contrarium, quia nec etiam ab exequutione reali in-
cipi poteſt,quod eſt minus,vt patet ex illa l.conſentaneum,
& l.nimis propere,C.de exequu.re.iud.& ideo ſecundum
eum citatio præcedere debet,niſi timeretur fuga. per l. ait
prætor,§.ſi debitorem,ff.quę in fraud.credit.aut id ſuade-
ret qualitas perſonæ,vel criminis enormitas,vt dicit Ang.
in auth vt iud.ſine quoquo ſuff.§.ſcientes,& in auth.de de-
fenſo.§.audierint,idem Io.And.in cap ſi clericos, de ſent.
excomm.in 6.& Bal.in l.quod euitandi in fi.C.de cond.ob
turp.cau.Quid dicendum? Mihi videtur diſtinguendũ hoc
pacto,aut enim capta eſt informatio, & adſunt indicia cō-
tra inquiſitum,& tũc procedat opi.Bart.quam etiam tenet
Saly.in l.abſentem,col.3.C.de accuſ. vbi dicit, quod iudi-
ces moderni inuenerunt bonam pract. quia habita infor-
matione a teſtibus,incipiunt à captura reali. idem Saly. in
l.nullus,C.de exhib. reis, Fely.in cap. cum non ab homine
nu.11.verſ.limita tertio.de iud.& in cap.quoniam frequē-
ter,col.9 verſ.circa quin tam quæſt.vt lit. non conteſtata,
quod etiam videtur confirmare d.prag. inoleuit,ibi,ante-
quam incipiat conſtare à contrario ſenſu,& Pet. Rebuff.in
commen conſt.Fran.tract.de liter.requiſi.nu.13.vol.2.aut
non extant indicia, & ſic ſibi de crimine non conſtat, &
tunc procedat opin.Bal.in d.l.conſentaneum, vt eo caſu nō
poſſit incipi à captura,niſi in caſibus ſupradictis, & quod
etiam non conſtito de crimine in dictis caſibus, procedi
poſſit ad capturam,ſicque ibi intelligatur Bal.vide Par.in
tract. ſyndi. in verſ. captura, nu.12. verſ. an poteſtas, &
Hipp.d.ſing.93. & in pract.§.conſtante,nu.5.verſ.& ſcias,
vbi idem,& vterque videtur hanc diſtinct. ſentire,licet nō
ita clare,& Boer. in conſuetud. bituri, de iuriſdict. omn.
iud.§.13.in verſ.itē par la coſtume, & Marce.bon.in prag.
inoleuit,nu.9.& ſeq. verum per dictam prag. inoleuit, ex
eo,quia antequam conſtet,proceſſum eſt ad capturam de-
beret liberari ſub cautione de ſe præſentando, quia ſic iu-
dicium eſſet aſſecuratum per prætenſum delinquentem,
licet iudices non ſemper ſeruent dictam prag. ſed quando
eis videtur,& tunc tantum cum certi ſunt,quod nō poſſunt
habere alia indicia,& ea quæ habent ſunt ſatis debilia, &
11 remota,& ita practicatur. † Aduerte tamen, quod licet
officiales poſſint à captura incipere, in primo caſu ſupra
relato,tamen ſecundum Bart.in dicta l.conſentaneum, ad
id cogi non poſſunt, niſi inquiſiti eſſent contumaces, quo-
niam tunc ſi denegarent, tenerentur in ſyndicatu, vt dicit
poſt eum Par.in dicto tract.in verſic.captura, §. quia ple-
runque,in princ.& Pet. Foll. loco præalleg. nu.2. & ideo
dixi in primo caſu,quia in ſecundo caſu,& quando incipi-
tur à captura propter ſuſpicionem inquiſiti,qui ſi citaretur
illico fugam arriperet, tenerentur officiales capere, quia
partis intereſt,per d.l.ait prætor.§.ſi debitorem, quod no-
ta,quia Bar.& Par.nec etiam Foller.tangunt hunc paſſum.
Salerni die 6. Maij 1559. Proſper Carauita.

RITVS XL.

ITem, quod ſi procedatur per dictam Curiam contra aliquem, vel aliquam de aliquo crimine per accuſationem,vel ex officio, quod conſtet de crimine contra eum,aut eam,& propterea carceri mancipent, facta publicatione in cauſa, quantumcunque allegetur per aduocatos dicti carcerati,ſeu carceratæ,quod ipſe carceratus,ſeu carcerata probauerit exceptiones ſuas propter quas probationes eſt à dicto carcere liberandus, aut liberanda de iure, nullo modo ab eodem carcere liberētur,niſi facta prius cōcluſione in cauſa.

Nota

Digitized by Google

NOta ex hoc Rit. quod quotieſcunque aliquis inquiſitus ad querelam, vel ex officio carceratur, eo quia de crimine conſtat, licet datis defenſionibus, & facta publicatione cauſæ dicatur apparere de ſua innocentia, & quod propterea debeat ſub fideiuſſoribus liberari; nihilominus talis liberatio fieri non debet, niſi facta concluſione in cauſa ipſa. cum quo videtur concordare c. Reg. item iuſtitiarij delatos, diſpoſitio iſtius Rit. corrigit ius commune, in l. nullus, C. de exhib. reis, per quem tex. Cyn. ibi in 4. no. Bal. nu. 2. & Sal. dicunt quod accuſatus non debet detineri in carceribus vſque ad ſententiam, ſed ſtatim, quod conſtat ipſum non eſſe culpabilem poteſt relaxari, quod Alex. & Bal. ibi dicit ſeruari in pract. & Rom. ſingu. 496. incip. accuſatus, ſatis extollit, & dicit ſingulare idem Aug. in tract. malefic. in ver. præſente, nu. 7. Hipp. in pract. §. attingam, nu. 13. & 16. in ſingu. 381. licet reus criminis, & in re pet. rubr. de fideiuſſo. q. 31. nu. 219. Boer. in conſuet. Bituri. de iuriſdict. omn. iudic. §. 14. in gl. 1. & 2. & Caſſ. in conſuet. Burg. tit. des iuſtices, rub. 1. §. 5. nu. 170. item corrigit etiam c. Reg. ab illo inchoandum, per quod iuxta iuris cõmunis diſpoſitionem ordinatur, quod ſi publicatis atteſtationibus, conſtat de innocentia inquiſiti, non expectata prolatione ſententiæ, debet carceratus liberari ſub fideiuſſoribus competentibus, vt ibi latius diſponitur. Dicit tamen Cauenſ. hic, quod poſt hunc Rit. ſuperuenit regia prag. incip. inoleuit. ſub tit. de cuſt. reorum. per quam ſub generalitate verborum, videtur ordinari, quod ſeruetur d. cap. ab illo inchoandum, dicens, huiuſmodi opin. eſſe Affl. in conſtit. Reg. humanitate, in 5. not. verſ. rurſus quæro, num. 24. dum ibi dicit, hunc Ritum eſſe correctum, & ita reſidet Cauenſ. Ego autem arbitror aduertendum, quod dicta pragmat. inoleuit, nullo modo hunc Ritum corrigit, nec dictum capitulum confirmat, ſolum enim emanauit ad corrigendum officialium exceſſus, qui iuris ordine non ſeruato, nec qualitate perſonarum attenta, procedebant ad detinendum, & carcerandum homines antequam de delicto inciperet conſtare, & ne verbum quidem dicit de liberatione facienda, quando facta publicatione cõſtat de innocentia, quia ad dictum capitulum non habuit reſpectum, nec etiam cogitationem, Matth. de Afflict. in dicta conſtitut. non loquitur de hoc Rit. ſed de ſequen. & dicit, aduerte ne erres, quia illi Rit. ſunt caſſati: nec dicit de quibus, ſed ſolum loquutus fuerat de Rit. ſequen. hanc meam opinionem concomitatur hodierna practica, quæ communiter, & generaliter ſe habet, quod facta publicatione in cauſa, etiam quod de innocentia appareat, inquiſitus non liberatur, nec etiam facta concluſione, quia in criminalibus non fit concluſio, vt dicit Napod. in opere Ioan. Ant. de Nigr. ſuper cap. ab illo inchoandum, num. 34. per tex. in l. pactum inter hæredem, ff. de pac. verum dictis teſtificatis, & tranſacto termino repulſę, & alijs terminis, fit citatio ad ſententiam, & proceditur ad expeditionem cauſæ quatenus iuris fuerit, vt videtur ſentire d. cap. Reg. Item Iuſtitiarij delatos, & ad confirmationem prætenſis Ritus, dico tibi plus, quod cum euenisset in facto, in quo ego vti aduocatus interueniebam in ciuitate Neap. fuerunt interrogati ferè omnes aduocati, qui vnanimiter dicebant, quod nunquam viderunt obſeruari dictum cap. ab illo inchoandum, intantum quod informatis iudicibus de meritis cauſæ tunc vertentis, & innocentia carcerati, non potuit obtinere liberationem ſub fideiuſſoribus. Huius etiam opinionis circa intellectum d. pragmat. plurieſ dixit eſſe eruditiſſimus Dominus Ioan. Nicolaus Carauita frater meus, & quod illa pragm. etiam ſi per capillos capiatur, non dicit hoc. Salerni die 7. Maij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS XLI.

ITem ſi accuſetur aliquis, vel ex officio contra eum procedatur de aliquo crimine, ſtatim quòd conſtat per vnum teſtem contra eum de viſu, & perſona, aliàs de fama publica, detineatur in talibus tamen, in quibus ipſa Curia conſueuit ponere ad torturam reum.

SVMMARIVM.

1 *Conſtare de delicto debet, antequam quis detineatur.*
2 *Teſtis vnus de viſu facit ſemiplenam probationem.*
3 *Indicium eſt minus, quàm ſemiplena probatio.*
4 *Probatio per famam ſemiplena eſt, & dictio vnius teſtis æquiparatur.*
5 *Carceratio, & detentio à iudicis arbitrio dependent.*
6 *Conſtare de delicto per vnum teſtem, vel famam publicam dicitur, quoad actum carcerandi.*
7 *Vnus teſtis de viſu non facit indicium ad torturam.*
8 *Probatio per famam, quando, & quibus concurrentibus, indicium faciat ad torturam.*
9 *Fama eſt deterior teſtis qui haberi poſſit.*
10 *Fama res fallax, & perniciosa.*
11 *Fama qualiter probetur, remiſſiuè.*
12 *Pœna delicti eſt corporis afflictiua.*
13 *Caſus quibus ſubijci aliquis poſſit quæſtionibus in Regno ſunt taxati.*
14 *Inquiſitus offerens fideiuſſores, quando detineri in carceribus non poſſit.*
15 *Practica quando delicti pœna à lege, vel ſtatuto expreſſa non eſt, ſed arbitraria, non liberari inquiſitos ſub fideiuſſoribus.*
16 *Iudex in arbitrarijs cauſis, alias pœnas, quàm imponi ſolitas, imponere non poteſt.*
17 *In carceribus quis an pro pecuniaria pœna detiner poſſit?*

COllige ex hoc Rit. breuiter, quòd in omni cauſa criminali, ſiue procedatur ex officio, ſiue ad querelã, ſtatim quod cõſtat de delicto, & perſona per vnum teſtem de viſu, aliàs de fama publica: inquiſitus detinetur, ſi tamen eſt talis cauſa, in qua poſſit Curia ponere ipſum ad torturam. Et aduerte ibi, de viſu, & perſona, quod hic deficiunt verba, ideo debes ſupplere ſic, ſtatim quod conſtat per vnũ teſtem de viſu de delicto, & perſona: aliàs illa verba, & perſona, nõ recte ſonarent, & ita ſupplendo, hic eſt caſus,
1 quod † de delicto debet conſtare eo modo, vt hic dicitur, antequam quis detineatur, vt Cauenſ. hic dicit, & eſt tex. in l. 1. §. item illud, & ibi Bart. ff. ad Syllan. & in l. fin. ff. de quæſt. licet ipſe hunc Rit. non ponderet ad hoc, ſed tãtum per dicta iura probet. Diſpoſitio iſtius Rit. corrigit c. Regni ab illo inchoandum, in princ. vbi ordinabatur, quod nõ aliàs inquiſitus detineretur, quàm ſi de delicto plenè con-
2 ſtaret: † cum tamen vnus teſtis de viſu non faciat niſi ſemiplenam probationem, vt dicit gloſ. in l. quiſquis, & ibi etiam Bald. C. ad l. Iul. Maieſt. & Brun. in tract. de indi. in princ. nu. 2. & vt dicit Cy. in quodam conſilio, quem Brun.
3 ibi refert, facit indicium tantum, † quod eſt minus, quàm ſemiplena probatio, ſecundum Gloſ. in l. cum probat. ff. de
4 probatio. † & probatio, quæ fit per famam, ſimiliter ſolum ſemiplenam probationem faciat, vt dicit Gandi. in tit. de quæſtio. nu. 39. verſ. ſed de vno quæro, per tex. in c. cum deſideres, de ſentent. excomm. & dicto vnius teſtis æquiparetur, ſecundum eum, quem etiã refert. & ſequitur Bru. in d. tract. §. circa tertium, nu. 32. & licèt Affl. in conſt. Reg. humanitate, 5. not. num. 24. verſ. rurſus quæro, dicat hunc Rit. eſſe caſſatum, taliter, quòd iudex, qui ipſum ſeruaret, teneretur in ſyndicatu, & quod ipſe in Magna Curia, cum eſſet iudex practicauit contrarium; quia nunquam detinebatur quis ex indicijs, oblata fideiuſſione; attamen iſte Rit. eſt in viridi obſeruantia, & quandoque ex minoribus indicijs carcerantur, & detinentur inquiſiti, etiam ſi offerant fideiuſſiones, prout iudici, attenta qualitate cauſæ, & perſonę, melius viſum fuerit, adeo quòd hodie in Regno nedũ

ſeruatur iſte Rit. verum etiam & plus quàm ipſe ordinet:
5 † id tantum quòd carceratio, & detētio in iudicū arbitrio
conſiſtunt abſque dubio,ſecundum diſpoſitionem iuris cō-
munis,vt dicunt Bart.Bald.Pau.de Caſt.& Alex.in l.neque
impuberes,§.2.ff.de in ius voc.Bart.in l.conſentaneum,
C.quomo. & quando iudex, Ang.in §.audiant, in auth.de
defenſo.ciuit. Io.Fab.in auth.ſed nouo iure,C.de cuſt.reo.
Paul.de Caſt.ſatis pulchrè conſ.326.in nouis,Boer.in con-
ſuet.Bit.de iuriſd.omn.iud.§.14.glo.2. Caſſ.qui dicit apud
eos id ſeruari in conſuet. Burg.tit.des iuſtices, rubr.1.§.5.
nu.171.& Gramm.conſ.55.num.6.& ſic ſumus in terminis
eiuſdem Affl.ibid. dicentis,quòd iſte Rit.eatenus eſſet ſer-
uandus, quatenus poſt Reginam Ioannam ſecundam pro-
baretur fuiſſe obſeruatum ex conſuetudine: ſed licet ipſe
dicat hunc Rit.fuiſſe caſſatum,ego non video vbi caſſetur,
& ſi ita eſſet (vt aſſeritur)non eſſet in corpore iſtorum Ri-
tuum,propter quòd vltra practicā hodiernam,quæ ipſum
ſeruat, tene hunc Rit.& eius diſpoſitionem ſerua, maximè
tu qui es Iudex inferior, & non habes ita largas habenas
carcerandi cum minoribus indicijs, quàm hic dicitur, ſi-
cut habet Magna Curia,& Regiæ prouinciales Audiētiæ,
6 quæ excedunt ipſum multoties. ¶ † Not.primo,ibi,ſtatim
ꝙ conſtat,ꝙ dicitur conſtare de delicto,vbi eſt vnus teſtis,
aut fama publica, quod intellige quoad hūc actum carce-
randi,non autem pronunciandi,per tex.& quæ ibi nota.in
c.ſignificauerunt, de teſti. vt inquit Pet.Piccolus in d.c.ab
illo inchoandum, nu.13.in opere Bar.de Capua,& Affl.in
conſt.humanitate,in 5.not.verſ.item quæro,num.23. quia
ad finem pronunciandi, non aliàs conſtare dicitur,niſi fue-
rint examinati citata parte, ſecundum Bar.in l.maritus, ff.
de quæſt.in l.fin.in fin.eod.tit. Ang.in repe.l.ſi vacantia,
col.pen.in princ. ver.item quæro in cauſa, C.de bon.vac.
lib.10.& Salyc.in l.fin. C.de quæſtio.& Afflict.in d.conſt.
humanitate, in 5.not.verſic.item quæro vtrum,num.20.
¶ Nota ſecundo ex iſto Rit. ꝙ vbicunque adeſt minus in-
dicium,quam ſufficiens ad torturam,ibi iudex poteſt pro-
cedere ad carcerationem,& detentionem inquiſiti,proba-
7 tur hoc, † quia dictum vnius teſtis de viſu non facit indi-
cium ad torturam, niſi ſit omni exceptione maior,vt dicit
Bar.in l.maritus,ff.de quęſt.l.fin.C.fam.hercìſc.& l.admo-
nendi,vbi etiam Bal.ff.de iureiur.& Affl.in conſt.humani-
tate,nu.21.ver.quæro pro declaratione.Et dummodo alię
circunſtantiæ non reſiſtant,ſecundum Bald.in l.2.C.quorū
appell.poſt Io.And.in c.cum in cōtemplatione,de reg.iur.
8 in 6.in nouell.& Bru.in d.tract.in princ.nu.3. † item quia
probatio, quæ fit per famam, quamuis dicatur facere indi-
cium ad torturam,per Gand.in tract.malef.in tit.de quæ-
ſtio.nu.39.ver.ſed de vno quæro, vbi dicit,quòd ita ſeruāt
communiter aſſeſſores: tamen verior opinio eſt in contra-
rium,ſecundum Bru.in pręalleg.tract.§.circa tertium,ver.
an fama,nu.32. & tunc tantum procedit, quando cū fama
iungerentur alia indicia,ſecundū Bar.in l.fin.ff.de quęſtio.
& in l.de minore,§.tormenta,eodem tit. & Aret.in tract.
malefic.in verſ.fama publica, verſ.& an fama,vbi Auguſt.
ipſum ſequens, ait, quòd ſi ipſe eſſet aſſeſſor non poneret
aliquē in tormentis ex ſola fama,niſi eſſet ſatis vehemens,
vt tenet Bal.in cap.1.§.iniuria,de pace iuramen.firman.&
a Brun.in loco pręallegato,quod ego etiam ſequor,a † quia
9 fama eſt deterior teſtis, qui haberi poteſt,vt inquit Affl.in
d.conſtit.humanitate, 5.not.ver.item quæro,in fine,nu.20.
eademq; facilè oritur, cum ad dictum vnius,plurimorum
ſequatur multitudo, cap.cum in iuuentute, de purg.canon.
10 † & ideo dicitur eſſe res fallax,& perniciosa, arg.l.pecu-
meuius,ff.de hæred.inſtit.l.decurionum, C.de pœnis,& l.
iuſtiſſimos.ibi,nec ad libertatem,C.de offic.recto.prouin.
& latius Gandi. ſupra nu.39. in princ. & nihilominus iſte
Ritus, quando expreſſit de vno teſte, non dixit, quod ſit
omni exceptione maior,& quādo dixit de fama,loquutus
eſt abſolute, nō dicendo,iuncta cum alijs indicijs,propter
quod remanet abſque dubio concluſio clara, quam poſui
in principio iſtius not.quamuis Afflict.in pręallegata con-
ſtitut.humanitate, in 5.nota. ver.rurſus,num.24. videatur
hunc Ritum allegare,quod per indicia ſufficientia ad tor-
turam poteſt quis detineri, quaſi vellet ſentire,quod tunc
demum procederet iſte Ritus, quādo dictum vnius teſtis,
aut fama eſſet ſufficiens ad torturam; ſed caue ita intelli-
gere, quia Afflict.non figit pedes in hoc, & perfunctoriè
loquitur, maximè quia de maiori præiudicio tractatur,
quando eſt procedendum ad torturam, quam quando ad
detinendum, propter quod merito tunc vnus teſtis,aut ſo-
la fama non ſufficeret,& ita teneas:quod nota ad intelle-
ctum iſtius Ritus,quia non fuit hucuſque tactum,quamuis
rarò contingat dicta indicia ſola reperiri,ſed ſemper iun-
cta cum alijs. Aduerte tamen quis Afflict.in d.conſt.verſ.
item quæro,nu.20. in 5.not.videtur firmare, quod ex ſola
fama non poteſt quis detineri: circa quòd Cauenſ.hic di-
cit, quòd fuit immemor huius Ritus, quòd equidem non
eſt verum, quia Afflict.poſtmodum ibid. nu.24. citat hunc
Ritum,& ideo dicendum eſt, quòd ipſe loquitur circum-
ſcripto iſto noſtro Ritu, eo quia dicit ipſum eſſe caſſatum,
11 & non ſeruari,vt ſupra latius diximus. † Qualiter tamen
probetur fama, vide plenè per Cauenſ. hic.
¶ Secūdo no.ibi,in talibus tamen,ꝙ tunc demum procedi
poteſt ad detentionē inquiſiti ex indicijs ſupradictis, & in
hoc tex.poſitis,cū tractatur de cauſa, in qua poſſet inqui-
ſitus torqueri,vt etiā ſcribit Gramm.(hunc Rit.allegando)
in conſ.crimin.35.nu.55.& deciſ.60.in fi.& ante hunc Rit.
voluit Bal.in l.ſi quis poſt.vbi etiam Imol.ff.de teſta.& re-
ferendo ſequitur Caſſa.in conſuet.Burgun. tit.des iuſtices,
12 rubr.1.§.5.nu.167. † Item cum pœna delicti eſt corporis
afflictiua,licet pro eo non veniat inquiſitus torquendus,vt
dicunt Bal.& Imol.in d.l.ſi quis poſt.idem Bal.in l.nullus,
nu.3.ver.in ea.Gloſ. C.de exhiben.reis, Bart.& alij in l.1.
ff.de cuſtod.reo.Ang.in tract.malefic.in ver.fama publica,
ver.decimo quæro,& verſ.ſeq. & Hipp.in pract.§.attingā,
in princ.nu.5. etiam ſi talis pœna perſonalis non eſſet de-
terminata à lege,ſed arbitraria,cū tamen ex conſuetudine
imponi ſoleat, ſm̄ Bal.in d.l.nullus,quia ea cōſuetudo fori
eſſet attendenda, per not.in l.quid ergo, §.pœna grauior,
13 ff.de his, qui not.infa. † Sed cum in Regno taxati ſint ca-
ſus,in quibus poteſt quis ſubijci quæſtionibus,& hi ſint vbi
quis venit puniēdus pœna mortis naturalis, ciuilis,vel ab-
ſciſſionis membri,aut alia pœna,quæ ſit vltra relegationē,
b vt patet ex cap.Reg.tormenta, *b* & c.ſi iuſtè quis,in princ.
ex

ADDITIONES.

a Etiam ſequor. Adde,quod hinc eſt,quod dicere ſolebat
Demoſthenes, fama nihil eſſe iniquius, cum vulgus (quod
vaſto bruto ſimile eſſe, Plato exiſtimat) ex opinione mul-
ta,ex veritate pauca æſtimat,vt Cicero teſtatur, fallaxque
à Marone appellatur. Quamuis Æſchines orans contra
Timar. Quoad hominum (inquit) vitam,& ſermonem,
& actus, & non ementita quædam ſponte ſua orta fama,
per ciuitatem vagatur, & effert in vulgus priuata cuiuſcū-
que ſtudia: multa quoque diuinat, quæ futura ſunt,atque
ita conclamatum eſt, minimeque confictum, quod aſſero,
vt & Rempub. noſtram, maioreſque noſtros, famæ veluti
Deæ maximæ aram conſtruxiſſe reperietis. Homerumq;
ſæpe in Iliade dicentem antequam aliquid, quòd futurum
eſſet,eueniret fama ad caſtra venit. Rurſuſque Euripidem
oſtendentem, hanc Deam, non mortales ſolum docere
poſſe,qui ſint cum viuant, ſed & cum mortui fuerint,dum
ait, Nam fama telluris etiam in receſſibus virum bonum
oſtendit. Heſiodus etiam palam ipſam Deam facit, dum
eos admodum ſapienter alloquitur, qui in viuendi conſo-
ciatione eſſe volunt, ait enim,

Non moritur fama omnino, quam turba virorum
Plurima vulgauit, quoniam ipſa eſt vna Dearum.

Quapropter famæ veluti Deæ magis quam teſtibus fidem
eſſe præſtandam opinatur. C. P.

b Tormenta. Pro explicatione huius c.Tormenta, vide
omnino,quę nos ſcripſimus in tract.Ad arbitr.Magnę Cu-
riæ Vicariæ,cap.1.ex num.41.& cap.4.ex num.47. C.P.

ex Pari.in tract.ſyndicat.in verſ.tortura, §.an cauſa pecuniaria, Gramm.vol.15.num.12.& conſ.16.num.14.& Maran.in ſua pract.par.4.diſt.2. num.2. videtur dici poſſe, quod non poteſt dari caſus (vt dicebant Bald.& præalleg. Doct.) in quo veniat quis puniendus pœna corporis afflictiua, & non veniat torquendus: ſed non eſt verum, quia pœna fuſtigationis eſt corporis afflictiua (vt clarum eſt) & tamen in delicto vbi ea pœna cadit ſolummodo, nō habet locum tortura, vt patet ex dictis cap. Regni, & latius
14 Maran.in loco præallegato, num.5.& 6. † Et ex hoc not. & prædictis omnibus ſequitur, quòd vbi in delicto venit imponenda ſolum pœna relegationis, quia ſic ordinat lex, vel ſtatutum, inquiſitus offerens fideiuſſores, non debet detineri in carceribus, vt etiam ſcribit Afflict.in conſt.Reg. humanitate, verſic.item quæro, nu.23. Practicatur tamen in Magna Curia, & Regia Audientia Principatus citra, & Baſilicatæ in talibus caſibus nō liberare inquiſitum per totum ad ſui libitum, ſed per ciuitatem, vel palatium, & quādoque per totum, cum cautione de ſe præſentando tempore publicationis cauſæ, abſque aliqua requiſitione, iuxta qualitatem cauſę, & perſonæ, quia, vt dicit Ang.in l.2.C. de exhib.reis, Gandi.qui de hoc pulchrè tract. in tit.quid ſit agendum reo præſente, nu.5. verſic.ſed quod dicitur, & Afflict in dicta conſt.verſic.item quæro, nu.20.arbitrarius eſt iudici modus liberandi ſub fideiuſſoribus inquiſitum, attenta qualitate ſuæ perſonæ, & delicti, & licet in hoc Regno habeamus conſtit. humanitate, latius prouidentem ſuper liberatione ſub fideiuſſoribus inquiſitorum, tamen Magna Curia Audientiæ Regiæ, & aliæ Curiæ parum ſeruant ipſam, ſed ſolum hunc Ritum (modo tamen quo dixi) & hodie per nouiſſimas prag. Illuſtriſsimi Domini Ducis
* de Alcalá huius Regni Viceregis * prāg.8.incip.Procurat. §.item vogliamo, lo 1.de off.magiſt.iuſtit. etiam vbi venit imponenda ſolum pœna relegationis, non eſt permiſſa liberatio inquiſiti ſub fid.iuſſoribus, neque per palatiū Curiæ, neque per aliam partem, niſi ex cauſa toto tribunali
15 viſa, vt ibi diſponitur. † Aduerte tamen ad id, quod ſeruatur in Magna Curia, & Regijs Audientijs prouincialī, quoniam vbicunque pœna delicti non eſt expreſſe determinata à lege, vel ſtatuto, ſed arbitraria, nō liberant inquiſitos ſub fideiuſſoribus, vt tradit Gramm.conſ.criminal.55. nu.7.licet doctrinæ quas allegat, id non probant, & obſeruatur iſtud, etiam ſi certum eſſet ex communi obſeruātia, non eſſe imponendam pœnam vltra relegationem, ſed infra mouentur, credo in vtraque pract.authoritate, Gloſ.in §.in ſumma, inſtit.de iniur.quę vult, quod iudex in arbitrarijs, poteſt pœnam imponere etiam ad mortē, licet Doct. cōmuniter non recipiant illam Gloſ dici poſſet, quod hoc
16 vltimum eſt male factum, † quia iudex in arbitrarijs non poteſt alias pœnas imponere, quam imponi ſolitas, vt dicit tex.in l.quid ergo, §.pœna grauior, ff.de infa. & Afflict.in proprijs terminis in d.conſtit.humanitate, verſic.quæro de aliquibus, nu.22, in fi. ſed ſeruatur, vt dixi per d.Glo.quia nulla cauſa poteſt eſſe in principio omnino certa de pœna imponenda, pro quo vide omnino, quæ ſcribit Anchar. conſil 272. plenè, & ſubtiliter num.1.& 2. & Aymo.poſt ipſum conſ.224.nu.3. & quæ dico latius infra in Rit.68.in fi. 2.not. vbi, quòd quando ſumus in delicto, in quo pœna eſt arbitraria, iudicatur tāquam delictum, in quo eſſet pœna perſonalis imponenda, donec fuerit per iudicem arbitrata, quod manda memoriæ, quia alibi non reperies.
17 ¶ Quæro, nunquid eſt dare caſum, in quo pœna non ſit perſonalis, ſed pecuniaria, & in eo poſſit quis detineri in carceribus, Bald.in d.l.ſi quis poſt, & in d.l.nullus, & latius Hipp.in d.§.attingam, num.3.cum ſeq. & Gramm.d.conſ. num.8.dicunt, quòd ſic, & præ alijs Bald.& Hipp. ponunt duos, vnum quando ſponte quis confitetur delictū, in quo pœna eſt pecuniaria, per l.ſi confeſſus, ff.de cuſto.reorum. Alium quādo in fragranti repertus eſt, & idem Auguſt.poſt Angel.in tract.malefic.in ver.fama publica, in addit.mag. incip. Tu autem. Salerni die 8. Aprilis. 1559. Proſper Carauita.

RITVS XLII.

ITem, quod ſeruientes, vel notarij Curiæ, qui capiunt aliquem de mandato ipſius Curiæ, vel aliam quamcunque examinationem, vel exequutionem faciunt, nihil recipiant a captiuo, vel alio, contra quem exequutionem ipſam faciunt, ſub pœna exigenda ab eis per dictam Curiam arbitrio ipſius Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Exempla non reſtringunt regulam.*
2 *Aduerbium vel, diuerſimodè in iure exponitur.*
3 *Alguzerios pro ſuo ſalario exequi poſſe, num ſit de iure.*

NOta ex hoc Ritu, ꝙ Notarij Curiæ, quos actuarios appellamus, quotieſcunque aliquid faciunt de mandato ipſius Curiæ, puta, capiendo aliquem, vel examinādo, aut exequendo, nō debent aliquid recipere à captiuo, quē capiunt, vel ab illo, contra quem exequuntur; & licèt Rit. exemplificet in notarijs, tñ loquitur, & procédit in omni-
1 bus ſeruientibus ipſius Curiæ, † quia exempla nō reſtringunt regulam, & probat tex.in §.hactenus, vbi not.Doct. inſtit.de grad.affinit. & Corn.conſ.88.de ſubſcriptione, in litera A, & conſ.195.circa in lit.C, vol.3. Vel dici poteſt, ꝙ procedat ſolum in notarijs, ſiue actuarijs Curiarū, † & ꝙ
2 illud aduerbium vel, non ponatur hic exemplificatiuè, ſed reſtrictiuè, quemadmodū ponitur in l.1.in princ.iuncta gl. in ver.hac lege, ff.ad l.Falc. licet alias habeat expoſitiones tale aduerbium, vt ſcribit latius Bald.in ſua pract.in tit.de ſign.verb.fol.2.tene quā vis ex iſtis duabus expoſitionibus: tenendo tñ primam, quæ eſt, ꝙ Ritus loquatur in omnibus ſeruientibus tam notarijs, quàm alijs, dico, ꝙ quoad examinationē faciendam per actuarios bene ſeruatur iſte Ritus, quia corū ſalaria recipiunt à parte, ad cuius inſtantiā examinant, & quoad exequutionē, vel capturam ſimiliter ſeruatur Ritus, eo quia non niſi ad inſtantiam fiſci vadunt ad hoc, quo caſu fiſco competit eis ſoluere, & ad inſtantiam partiū non video accedere actuarios, in alijs ſeruientibus, qui accedunt ad capiendū aliquem, vel exequendum pro debito, Rit.non ſeruatur, immo in eiſdē literis exequutorialibus, cū quibus exequūtur, dicitur, Necnon exequamini
3 pro veſtro iuſto, & cōpetenti ſalario, † quia etiā de iure eſt, quod Alguzerij pro eorum ſalario poſsint exequi in bonis rei, vt ſcribit Io.Fab.in §.quadrupli.per illū tex.inſt. de act.dicens, ꝙ in aliquibus locis ſeruatur, & in aliquibus non, quia videtur contra rationem, & quamuis Iaſ.in eod. §.dicat contrariū, & quod ille tex.hoc non probat, ipſumq; ſequatur Caſſa.in conſuet.Burgun.rub.des iuſtices, §.7.in gloſ.de ſimple.reſcous, nu.44.fol.78.tamen in hoc Regno ſeruatur, vt dixi, & iuxta opin.Io.Fab. Salerni die 9.Maij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS XLIII.

ITem, quòd carcerarius nihil recipiat à carceratis nō pernoctantibus, & ſi pernoctauerint, recipiant grana tredecim quāto tēpore ſteterint in carcere, prout cauetur in capitulis Regni.

SVMMARIVM.

1 *Carcerarius à captiuo in carceribus non pernoctante, nil exigere poteſt.*
2 *Et quid à pernoctante.*
3 *Carcerarij plus debito à carceratis exigentes, incidunt in pœnam dupli.*
4 *Carceratus pro fiſcali debito, quando liberatur, nil ſoluit.*
5 *Nec qui indebitè captus, & abſque probationibus liberatus.*

6 *Carcerarius ſine in ſcriptis licentia habita ab officiali, carceratum non liberat. Practica ſuper tali licentia, ibidem.*
7 *Priuilegium, & conſuetudo parificantur.*
8 *Carcerarius commentarienſis etiam appellatur: & quare ſic dicitur.*

1 NOta primo † ex hoc Ritu, ꝙ carcerarius non poteſt aliquid exigere à captiuo, qui in carceribus nõ pernoctauit, & in hoc concordat alius Rit. infra 303. vbi eadẽ verba habes, item conſt. Reg. Caſtellani. c. Reg. magiſtro iuſtitiario. Regia prag. quæ incip. conſtitutionem, ſub tit. de carcerarijs, quæ omnia allegat Io. Ant. de Nig. in c. Reg. Caſtellanos, verſ. quæro nunquid, nu. 44. & inſuper capitulum Ebolitanum, nu. 4. * & quod nouiter diſpoſitum eſt in reformationibus Magnæ Curiæ, prag. 33. §. item che detti carcerieri, de off. Mag. Iuſt. & quamuis Affl. in d. conſt. in 1. no. dicat, quod dictum capitulum magiſtro iuſtitiario corrigat illam cõſtit. ipſumque ſequatur Pet. Foll. in fragmen. poſt pract. crimina. de reorum cuſto. nu. 162. id minime verum eſt, eorum pace, quia dictum cap. concordat. Bene tamen verum eſt, quod illa conſtit. corrigitur per capitulum Reg. Caſtellani, vbi prohibetur aliquid recipi à captiuis, qui liberantur, poſt quod cap. emanauit d. c. magiſtro iuſtitiario, qui cum conſt. concordat, dixi, quod forte Affl. hoc cap. Caſtellani voluit allegare.

2 ¶ † Secũdo Not. ꝙ vbi carceratus pernoctauit, poteſt ab eo carcerarius exigere, quocunque tempore ſteterit, grana tredecim, prout cauetur in c. Reg. & iſta verba, prout cauetur, non intelligas circa pretium, quia in nullo c. Reg. taxatur grana 13. ſed intellige circa id, quod dixerat, quod quocunque tempore ſteterit, non niſi vnicam ſolutionem facit, vt dicit d. c. magiſtro iuſtitiario. Iſte Rit. quo ad pretium corrigitur per d. Rit. 303. vbi vnus tarenus taxatur. Sed quia dicit etiam ille Rit. iuxta formam c. Regni cum in nullo, c. taxetur vnus tarenus, ſed tantum dimidium, vt dicit dic. capitulum magiſtro iuſtitiario, illa verba, iuxta formam cap. referam, vt hic dixi, ad id, quod dixerat, quocunque tempore. In patria mea aliter obſeruatur, nam pro vna nocte ſoluuntur tantum grana quinque, ſi poſtmodum vltra pernoctauerit carceratus, etiam ſi per mille annos, non ſoluit niſi grana ſeptem cum dimidio. In Magna Curia, vt dicit Affl. in præalleg. conſt. nu. 2. & Io. Ant. de Nig. in d. c. Regni Caſtellanus, verſ. quæro nunquid nu. 44. ſeruatur iſte Rit. & ſolum grana treſdecim exiguntur pro regio fiſco, verum ſecundum eund. Affl. Regia Curia ſolet vendere talem prouentum in perpetuum, vel ad tempus, & ordinat cuſtodem carcerum cum poteſtate ſubſtituendi, ita quod ipſe teneatur de culpis, & fraudibus ſubſtitutorum, vt dicit de hoc vidiſſe priuilegium Regis Ferdinandi primi, quamuis hodie per nouel. prag. Car. V. Imperatoris, item volumus ſub tit. de carcerarijs, & carceribus, prohibitum ſit carceres ipſius Magnæ Curiæ affictari, vt ibi dico latius. Diſpoſitio iſtius Rit. quo ad primum nota. eſt in viridi obſeruantia, licet viderim quandoque aliter fieri, & à non pernoctantibus exigi. quo vero ad ſecundum no. circa pretium aliter ſeruatur, nam in Magna Curia, ſi carceratus capitur intus ciuitatem Neapolis, ſoluit grana decem, & viginti denarios, ſicuti ordinat pandecta Magnæ Curię Vicariæ nouiter impreſſa inter prag. Illuſtriſſimi Ducis de Alcalà * d. prag. 33. §. item che li cuſtodi, de officio magiſt. iuſt. & ſic vltra grana treſdecim duos denarios, ſi vero capitur extra ciuitatem, ſoluit duos carlenos, & viginti denarios, & ſic vltra Rit. præalleg. 303. viginti denarios, in Regijs Audientijs omnes ſoluunt indiſtincte duos carlenos, & viginti denarios: in alijs curijs diuerſimode, prout in vnaquaque reperitur fuiſſe ſeruatum, † quod ſi carcerarij

3 vltra exegerint per d. conſtit. & c. Reg. Magiſtro Iuſtitiario, tenentur pœna dupli. Limita hunc Rit. & præfata, quæ

4 diximus † non procedere in carcerato pro debito fiſcali, is enim cum liberatur, non ſoluit aliquid, vt dicit Affl. in d. conſt. in 2. not. in fi. per cap. Reg. Item collectoribus, quod inuenire non potui, ſed verum eſt, & ſeruatur hodie, alias pœna quadrupli puniretur Caſtellanus, aut carcerarius.

5 † Secũdo limita, nõ procedere in capto, qui capi nõ debebat, & poſtmodũ abſque probationibus liberatur. Et adde

6 ad hunc Rit. † ꝙ carcerarius, quando liberat carceratum, non poteſt id facere ſine licentia ſcripta ab ipſo officiali, qui eũ detinebat, vt dicit Pau. de Caſt. in l. neque impuberes, §. 1. ff. de in ius voc. quod hodie eſt in viridi obſeruantia in Magna Curia: & etiam à pauco tempore in Regia Audientia Principatus citra. Et ideo actuarij, quando quis eſt liberandus, ſcribunt ſchedulam, in qua dicunt carcerario, quod talem liberent, & demum iudex in ea ponit manum, & ſic carcerarius liberat carceratum, & ſchedula remanet penes ipſum.

¶ Quæro iuxta prædicta, quis erit iſte carcerarius, de quo loquitur iſte Rit. ꝙ poſſit exigere à carceratis, quod diximus, nunquid officialis poterit hoc exigere? Affl. in d. conſt. in 1. not. videtur dicere, ꝙ Caſtellanus erit carcerarius, qui exiget, dicens, quòd officialibus non competit iſta exactio, cum ſit eis prohibita per d. c. magiſtro Iuſtitiario, & ideo monet eos, ꝙ cum ſint ſalariati, abſtineãt à talibus, & ipſum videtur ſequi Pet. Foll. in pract. in frag. tit. de reorum cuſtodia, nu. 162. Breuiter aduerte, ꝙ d. cap. Magiſtro Iuſtitiario non prohibet officialibus exigere à carceratis, ſed exigere vltra dimidium tarenum. adeo ꝙ ſi non exigũt vltra, licitè poſſunt facere, de quo nõ eſt modo aliquo dubitandum, in d. c. & propterea non eſt opus dicere, vt dicit Affl. quod tunc tantum officiales poſſunt exigere iſtud ius,

7 cum de hoc habent priuilegiũ, † aut id quod eſt loco priuilegij, vt conſuetudo, cuius non extat memoria in cõtrarium, l. 1. §. denique, ff. de aqua plu. arc. cum ipſi non reperiantur prohibiti, immo permiſſum expreſsè in d. c. quod ipſe allegat, verum quia de hoc quotidie naſcũtur quæſtiones inter officiales, & Caſtellanos, aut alios, qui habent ex priuilegio, & conceſſione hoc emolumentum exigendi ius carceris, & officiales ipſi nõ mittunt carceratos in caſtro, vel loco ſolito, ſed faciunt in eorum domibus locũ carceris, in fraudem Caſtellanorum, vel eorũ ad quos hoc ſpectat, arbitror ſpectandum priuilegium, necnon conſuetudinem quibus ſtantibus, in fauorẽ Caſtellani, vel alterius. Bene fateor, ꝙ officiales malè faciunt, exigendo ius carceris à carceratis, & propterea teneri debent ad ſimpli reſtitutionem in ſyndicatu, non pœna dupli, vt Affl. ibi dicit, quia illa pœna dupli ſtatuta per conſtit. Caſtellani, & d. c. Magiſtro Iuſtitiario locum habet, quando exigeretur vltra vnum carlenũ ibidem taxatum, & ſtabilitum, non autem in caſu, de quo agitur. Hinc eſt, ꝙ in patria mea vbi adeſt caſtrum, & carcerantur homines, quotieſcunque detinetur aliquis pro debito pecuniario, non mittitur illuc, ſed arreſtatur in domo officialis, cui poſtea ſoluitur ius carceris cũ liberatur, quia ſic cauetur in capitulis ipſius in 2. cap. ſicq; obſeruatũ extitit ſemper, & ſeruari video in nõnullis alijs terris, cum ſi capitulum, & cõſuetudo deficerẽt, ſecus eſſet

8 dicendum per præfata. † Et adde, ꝙ carcerarius alio vocabulo appellatur cõmentarienſis, l. ad cõmentarienſem, C. de cuſt. reo. dictus cõmentarienſis à Commentario, loco vbi captiui retinẽtur, vt dicit gl. in l. abeſſe, in fi. ff. ex quib. cau. maio. vel ſecundum Catell. Cott. in memo. in verſ. cõmentarienſes, commentarienſis dicitur qui in commentarium, ſeu librum cuſtodias referebat, vt ſic nomen conſequatur à ſcribẽdis commentarijs, quod quidem dicit plus ſibi placere. Salerni die 12. Maij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS XLIIII.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod quando liberatur aliquis per Curiã aliquo die feriato, ita quod Curia regi illa die non poſſet, tunc ſi ille liberandus debet iterũ venire ad Curiam, quia fideiuſſio tali die recipi nõ poteſt, tenetur iſte modus, videlicet, ꝙ Regens perſonaliter aſſignat per chlamidem

Digitized by Google

dem liberãdum aliquibus, vel alicui pro captiuo,
& ille promittit primo die iuridico eum præſen-
tare in Curia ad certã pœnam arbitrio Regentis,
puta centum vnciarum,& de hac aſsignatione cũ
iſta pœna ſpecificata,vel maiori,vel minori,ſecũ-
dum delicti quantitatem,fit publicum inſtrumen
tum inter Dominum Regentem, tanquam offi-
cialem, & perſonam publicam ſtipulãtem nomi-
ne,& pro parte dictæ Curiæ, & illum cui dictus
captiuus aſsignatur ex alia;& deinde ille,cui aſsi-
gnatur captiuus, venit primo die iuridico, &
obligat ſe volũtariè præſens apud acta ad dictam
pœnam præſentare dictum captiuum ipſi Curiæ,
ſi,& quoties fuerit per ipſam Curiam requiſitus.

SVMMARIVM.

1 *Actus iudiciarius die feriato prohibetur.*
2 *Actus voluntarius per publicam perſonam, etiam diebus feriatis permittitur.*
3 *Chlamis pro veſte accipitur.*
4 *Actus præcedere, formaque ſequi debet.*
5 *Forma omiſſa, actus ſequens eſt nullus.*
6 *Actus contra iuris diſpoſitionem, quod ſit nullus, quomodo intelligendum.*
7 *Non entium, nullæ ſunt qualitates.*
8 *Abſenti conſignare, vendere, locare, & ſtipulari poſſumus etiam.*
9 *Promittens aliquem in iudicio ſiſtere ob criminalem cauſam, nunquid certam pœnam promittere cogatur.*
10 *Quales fideiuſſores, qui ad præſentandum inquiſitum præſtantur, eſſe debeant.*
11 *Clauſula, toties quoties, importat vt etiam poſt binam præſentationem, & poſt ſententiam quis præſentare teneatur, & quando.*
12 *Inſtantia perempta quoad reum, quoad fideiuſſorem perempta etiam dicetur.*
13 *Practica quando quis per chlamidem recipiens carceratum, promittenſq; eum præſentare, non præſentat, ad pœnæ exequutionem qualiter procedendum.*

QVoniam multoties contingebat, prout ſępiſſimè quo-
tidie euenit, quod liberatur carcerati præſtita fide-
iuſſione de ſtando iuri in forma, taliq; fideiuſſio
1 die feriato capi non poteſt per actuarium Curiæ,† tanquã
actus iudiciarius,qui tali die prohibetur,ex l.fin.C.de fer.
ne duorũ alterum ſequeretur, vel die feriato nulliter fide-
iuſſiones recipi,aut liberationem carcerati ſuperſederi,in-
uenta fuit pract.quæ in hoc Rit.ponitur,vt Regens,& ſic
omnes alij officiales Regni capiant carceratũ liberandum,
& per chlamidem, ſeu veſtem conſignent illis, qui pro eo
vellent fideiubere,ſi dies eſſet iuridicus,qui in ſeipſos car-
ceratũ recipiunt,& eundem primo die iuridico ſub pœna
præſentare promittunt eidem officiali,qui eũ conſignauit,
& de hac conſignatione, & promiſſione recipientis illum
carceratum, conficitur actus, ſeu inſtrumentum publicum
cum iudice, & teſtibus per ipſum actuarium tanquã nota-
rium, & poſtmodum primo die iuridico præſentent illum
officiali, & penes acta per eũdem actuarium capitur fide-
iuſſio in forma de ipſum præſentando toties,quoties,vt in
hoc Ritu dicitur, & idem in alio infra Rit.162.quod bene
nota,quia eſt in obſeruantia in omnibus Curijs Regni. Ra-
tio validitatis iſtius conſignationis eſt,quia non actus iudi-
ciarius reputatur,ſed volũtarius initus inter illos recipien
tes,& officialem conſignantem,per perſonam publicam
2 rogatus,& ſtipulatus, † qui etiã diebus feriatis à iure per-
3 mittitur,l.actus,& d.l.fin.C.de fer. † & quod chlamis pro
veſte accipiatur vide tex.in l.3. C.de milit.veſte,lib.12.&
ibi Luc.de Penn.vbi eius ſignificationem ponendo,dicit,ꝙ
eſt breuis veſtis, quæ ex vna parte tantum induitur, quod
non caret fortè myſterio in hoc Rit.de chlamide mentio-
nem faciente,& vt credo importat,quod non per pallium
cõſignetur carceratus, ſed per chlamidem.i.illam veſtem,
qua homo induitur,quia per pallium nõ poteſt dici ita cõ-
ſignatus(cum poſſet illud dimittere)ſicuti per chlamidem,
qua eſt indutus: credo tamen ꝙ idẽ eſſet,& quod iſte Rit.
non vſus eſt hoc vocabulo cum hoc miniſterio,cõmuniſq;
practica nos docet, quòd etiam per pallium conſignantur.
¶ Nota primo ibi Regens perſonaliter,quod licet fide-
iuſſiones penes acta curiæ capi poſſint,etiam abſente offi-
ciali ipſius,vt dictat Rit.161. item quælibet, tamen conſi-
gnationes per chlamidem iuxta modum præſentis Rit.non
niſi in ipſius officialis præſentia fieri poſſunt, per dicta
verba,vt inquit Pet. Foller.in frag. poſt pract. tit. de fide-
iuſſor.nu.272. Ex quo ſequitur ſecundũ eum,quod ſi aliter
fieret abſente officiali,non valeret conſignatio facta: mo-
uetur ipſe quia iſte Rit.videtur requirere, quod conſigna-
4 tio per chlamidẽ præcedat. † & ſic videtur ordinem ſta-
tuiſſe,vt ea præcedat,& actus ſequatur, & ex conſequenti
formam per ea quæ no.Bal.in l.1.nu.7.verſ. ex hoc dicto,
C.ne lice.in vna,eademque cauſa,& poſt eum Fel. in c.cũ
5 dilecta,col.9.verſ.6.ſignum,extra de reſcrip. † quia forma
omiſſa,actus,qui poſtea ſequeretur,eſſet nullus, l. cum hi,
§.ſi prætor,ff.de tranſact.Bal.in l.creditor.C.de fideiuſſor.
Affl.in conſt. Regni capitaneorum in 7.no. & latè per me
* in prag. * per excellentẽ,§.17.& acta non teneant,nu.24.
de Senat.conſul.Mace.licet ipſi nihil de prędictis allegẽt.
Nec obſtat, quod iſte Ritus non procedit vltra annullando
actum,quoniam ratione omiſſionis formæ,actus non vale-
bit, allegat pro hoc Alex. conſ.24. nu.3. vol.4.& ita ipſe
reſidet,ego autem in hoc paſſu aduertendũ,& diſtinguen-
dum puto, quod aut vult dicere conſignationem per chla-
6 midem factam,abſente officiali eſſe nullam † tanquam re-
ceptam contra diſpoſitionem iſtius Rit.per l.non dubium,
C.de leg.& tunc dico id minime dici poſſe,quia tũc actus
factus cõtra legẽ,vel ſtatutũ, eſt nullus,cum lex,aut ſtatu-
tum prohibitiue loquitur, quod tale quid non fiat, ſecus
quando non prohibitiuè, ſed tantùm ſimpliciter mandat
aliquid fieri certo modo,quoniam tũc actus factus aliter,
non erit nullus,niſi in lege, vel ſtatuto eſſet clauſula annul-
latiua,vt dicunt Bal.& Salic.in l.ſtatutis,C.de ſent.ex bre-
ui recit. Alex.d.conſt.24.& ego latius in d. pragm.§.15.
fuit de ordine,nu.11.ſed quia iſte Rit.non loquitur prohi-
bitiue,ſed tantum,quod certum quid certo modo fieri de-
beat,nec habet clauſulam annullatiuam, ſequitur indubi-
tate, quod actus aliter factus non poterit dici nullus, &
conſilium Alex.quòd ipſe allegat,non pro,ſed contra eum
facit,vt cuique recte intuenti patet aperte, immo (ni fal-
lor) videtur, quod in hac quæſt. præſuppoſito iſte Rit. ſu-
mus in proprijs terminis Alex. in d.conſ. nu.3. vbi actum
non eſſe nullum manifeſte concludit. Aut vult dicere con-
ſignationem nullam, reſpectu omiſſionis formæ, & tunc
negatur præſuppoſitum,quod iſte Rit. pro forma requirat
præſentiam officialis, quamuis enim dicat, quod Regens
perſonaliter conſignare debet, tamen non propterea ſe-
quitur,quod requirat eius præſentiam pro forma, adeo, ꝙ
ſi in eius abſentia fiat carcerati receptio,actuario, ſeu no-
tario ſtipulante promiſſionem de eo præſentando,nomine
officialis abſentis,non valeat, nec vllum verbum de hoc in
Rit.& ideo præſuppoſito corruente ceſſant, quæ ad eius
cõſequentiam allegantur,& ſupra dicta ſunt. Argumenta-
tio,quam Foll. facit,procedit quo ad præcedentiam conſi-
gnationis,debet enim præcedere conſignatio, & poſtmo-
dum de ea fieri inſtrumentum publicum,vt Rit.videtur di-
cere,quo caſu bene fateor,quod videtur ordo ſtabilitus,&
ex conſequenti forma,vt ea conſignatio præcedat,& actus
rogationis inſtrumenti ſequatur,alias non valeret actus per
prædicta,nec notarius poſſet de ipſa conſignatione non
7 facta, gerere actum publicum, † cum non entium nullæ

Digitized by Google

a ſint qualitates a (niſi illi qui promitterent præſentare, & in ſe ipſos reciperent, renunciarent huic exceptioni carcerati non traditi.) Vnde non ſequitur argumentum, conſignatio per chlamidem debet præcedere inſtrumentum, & rogationem, ergo præſentia officialis eſt etiam requiſita,
8 quod præcedat, † cum & ab alio conſignari poſſit, & ipſius præſentatio abſenti promitti, & ipſi notario publico pro eo ſtipulanti, vt quotidie fit de alijs cótractibus, & rebus, cum quis abſenti locat, vel vendit, aut alium contractum facit, & notarius pro eo ſtipulatur, quod poteſt, vt dicit Bart. in l. ſtipulatio iſta, §. ſi ſtipuler. col. 3. verſ. 3. fallit, ff. de verb. obligat. per l. 1. §. exigere, ff. de magiſtra. conuen. & l. non aliter, ff. de adopt. idem Bald. in l. nec ei, §. eorum, verſ. quæro nunquid tabellio, ff. de adoptio. & in d. l. non aliter, vbi dicit ita de facto, & conſuetudine ſeruari Corn. conſ. 50. vol. 3. videtur in hac conſultatione, vol. 1. Dec. in l. nemo, §. nec paciſcendo, ff. de reg. iur. poſt glo. in l. 1. §. publicum, vbi Bart. & Alex. poſt ipſum, ff. rem pupill. ſaluam fore. Ioan. Fab. inſt. de ſatiſda. §. ſi vero aliquis, Affl. deciſ. 135. in fi. & conſt. Reg. Baiulos, col. 10. verſ. 10. & vltimo, Capic. deciſ. 78. in cauſa. Boer. deciſ. 172. nu. 5. Guid. Pap. deciſ. 49. & 222. alijque, quos in infinitum citat Tiraquel. in tract. de conſtit. limit. 30. nu. 23. & iterum nu. 45. & ideo indubitanter concludo in hoc caſu, quòd etiam ſi abſente officiali ab his, qui vellent fideiubere, reciperetur per chlamidem in eorum poſſe carceratus, & coram ipſo notario confiterentur illum præſentialiter recepiſſe, promitterentque ipſum præſentare primo die iuridico ipſi officiali abſenti, & eodem notario pro eo ſtipulanti, bene valeret, per præfata, & multo magis ſi conſignatio fieret per carcerarium, vel alium nomine officialis, cui carcerario, ſeu alteri conſignanti poſſet fieri promiſſio de præſentando, nec non officiali abſenti, pro quo ipſe notarius ſtipularetur, & ita ſeruatur, vt dicam etiam infra Rit. 162. vbi eſt idem Ritus. Vidit hæc ſcripta mea Dominus Petrus, & ſuper hoc paſſu pluries locutus eſt mecum, adhuc manens in ſua opin. quáuis videat pract. aliter ſe habere, quà ſcripſit.

¶ Secundo not. ibi, ad certam pœnam, & in fine Rit. ibi, ad dictam pœnam, quòd fideiubens in cauſis criminalibus de præſentando inquiſitum, debet promittere certam pœnam, & ita communiter ſeruatur, pro quo tex. in l. 4. ff. de cuſto. reo. & ex hoc ceſſant Doct. altercationes in quæſt. il-
9 la, † an promittens ſiſtere aliquem in cauſa criminali cogatur promittere certam pœnam, in qua varij varia dixerunt, vt dicit Bar. in l. fi. ff. de prætor. ſtipula. & in l. 2. §. fin. ff. qui ſatid. cog. quamuis vtrobique ipſemet dicat cogendum eſſe propter cóſuetudinem, iuxta l. quod ſi nolit. c. qui
10 aſſidua, ff. de ædil. edicto. † & quales debeant eſſe iſti fideiuſſores, qui ad præſentandum inquiſitum præſtantur vide Affl. in conſt. humanitate in 4. no. nu. 4. cum ſeq. & Caſſ. in conſue. Burgun. tit. des iuſtices rubr. 1. §. 5. nu. 171. & ad
11 materiam fideiuſſorum, quę dico infra in Ritu 159. † Tertio no. ibi toties, quoties, quod fideiuſſores inquiſitorum debent promittere præſentare reum toties quoties fuerint requiſiti, vt hic, & iſta clauſula toties quoties, ſecundum Alex. in d. l. ſi finita, in prin. ff. de dam. infe. & conſ. 145. quoniam abunde. vol. 2. importat, vt teneantur ſemper præſentare etiam vltra binam præſentationem. & etiam poſt ſententiam, vt dicit Petr. de Rauen. in ſuo alfa. in verſ. fideiuſſor fol. 48. ſi tamen dictú fuit toties quoties, & quandocunque, vt dicunt Ang. & Corpo. in l. quod ſi nolit, §. ſi quis ita, nu. 6. ff. de ædil. edicto. ſed ſecundum Ang. in d. l. ſi finita, & in d. l. quod ſi nolit, §. ſi quis ita, & in l. 2. §. qui ſunt. ff. eodem, & Rom. conſ. 15. vltra binam præſentationem non tenentur, refert Affl. deciſ. 130. nu. 6. & in conſtit. ſæpè cótingit, in 2. no. Caſſ. in conſue. Burg. tit. des iuſtices, rub. 1. §. 5. nu. 171. & Pet. Foll. in frag. tit. de fideiuſ. nu. 261. quòd tamen intelligi debet ſuperueniétibus nouis indicijs poſt primam liberationem ſecutam factis defenſionibus, alias ſi noua non ſuperuenirent, requiri non poſſent, vt dicunt Bart. & Alex. in l. pen. ff. de quæſt. niſi nò factis defenſionibus fuiſſent liberati, vt ſatis pulchrè concludit Dyn. conſ. 39. & Pet. Folle. in præalleg. loc. nu. 252. Item debet
12 intelligi dummodo duret inſtantia, † alias ea perempta quoad reum, eſſet etiam perempta quoad fideiuſſores, vt dicit Bar. in l. cum lite mortua, ff. iud. ſol. Imo. in conſ. 47. in caſu præmiſſo, & latè Affl. vbi diſputat ad plenum in d. conſt. ſæpe contingit. 2. no. nu. 4. Item debet intelligi dummodo ab eodem iudice vocentur ad præſentandum, non à diuerſo alterius tribunalis, vt dicit Gl. in auth. de his, qui ingrad appell. in prin. Bart. in l. cum apud, ff. iud. ſol. &
13 Rom. conſ. 468. In caſu propoſito. ¶ † Quęro, pone, quod illi, qui per chlamidem receperút carceratum, & promiſerunt primo die præſentare, nó præſentant, quomodo iudex ſe habebit circa pœnam? dic breuiter, quando eſſet fideiuſſio capta penes acta, res non haberet dilationem, quia accuſaretur pœna fideiuſſionis abſque aliquo libello, vel citatione partis, vt dicit Rit. 128. vbi de hoc latius dicam,
* * facta tamen prius perquiſitione per locú vbi promiſſum fuit præſentare, & examinatis duobus teſtibus, qualiter nó fuit repertus, ac interpoſito decreto per iudicem in quo dicatur, quod accuſetur pœna fideiuſſionis contra principalem, & fideiuſſores, & ea accuſata exequatur realiter, & perſonaliter, iuxta pract. quam dicam infra in Rit. 158. in 2. no. ſed quia iſta conſignatio fuit facta per notarij actum publicum, & non reputatur actus iudiciarius, vt dixi ſupra in princ. eſſet etiam neceſſarium fideiuſſores conuincere, quod non præſentauerunt, quod fiet facta perquiſitione per palatium, quod dictus talis non venit, vt quotidie vtimur faciendo alta voce vocari per tubitam, vel præconem illum talem ſi ibi adeſt, & antequam ad aliud procederetur, citare fideiuſſores, vt dicunt Iſer. & Affl. in conſt. Reg. edictorum q. 12. verſ. 4. fallit. verum, quia tractatur de pœna fiſcali, procederetur ſummariè iuxta diſpoſitionem c. Reg. ab olim, vt dicit idem Affl. in conſt. inter multas 4. no. verſ. ſed aduerte, & ſi nihil allegaretur pro parte fideiuſſorum, quod termini datione opus haberent, vel eſſent contumaces, interponeretur decretum, quod accuſetur pœna fideiuſſionis, & exequatur realiter, & perſonaliter, vt ſupra dictum fuit, & ita ſeruatur. Salerni die 14. Maij. 1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Qualitates. Adde l. eius qui in prouincia, ff. ſi cert. pet. l. in lege, ff. de contrahen. empt. l. ſi liber homo, §. ſi Titius, ff. de hæred. inſtit. C. P.

RITVS XLV.

ITem, quòd ærarius teneatur facere quaternú prouentuum lucidum, & diſtinctum in debita forma, nec non de omnibus actis de quibus poſſet commodum prouenire Curiæ prælibatæ.

SVMMARIVM.

1 *Præceptor prouentuum, alias ærarius appellatur.*
2 *Præceptor antiquitus quæſtor appellabatur, & quare.*
3 *Quæſtor antiquitus triplex erat.*
4 *Præfectus ærarij omnibus quæſtoribus præponebatur. In cuius locum hodie magnus Camerarius ſucceſſit.*
5 *Quæſtor. de iure ciuili vnum, aliud de iure canonico ſignificat.*
6 *Baro nunquid cogere poſſit aliquem ex vaſſallis, vel vniuerſitaté ad dándum vnum qui exerceat ærarij officiú?*

TEnetur per hunc Rit. Ærarius Magnæ Curiæ facere librum lucidum, & diſtinctum de omnibus prouentibus, qui fiunt in ipſa Magna Curia, necnon de omnibus actis, ex quibus poſſet cómodum ipſi Curiæ peruenire.
1 Seruatur quoad primum, iſte Rit. in Magna Curia. † Vbi adeſt Regius perceptor, quem Rit. ipſe appellat ærarium, & etiam in Regijs Audientijs prouinciarum, vbi adſunt Magi-

Digitized by Google

Magiſtri Cameræ,qui idem faciunt,quod perceptor in Ma-
gna Curia,de quibus perceptoribus, & Magiſtris Cameræ
fit mentio in Regia prag. & quia ad hoc de offic. quæſto.
gene.prag.24. Et insuper ſeruatur in omnibus Curiis in-
ferioribus tam Regijs,quã Baronum, vbi adſunt ærarij, &
penes quos hoc nomen ærarij hodie remãſit,& nedũ liber
prouentuum fit per præfatos, verum etiã per actuarios in
Regijs Audientijs, ſed liber perceptoris, Magiſtrorũ Ca-
meræ,& ærariorum continet quid plus, videlicet introitũ
prouentuum, necnon exitum, & rationẽ omnium partita-
rum expẽſarũ,cum apocis eorum,quibus ſoluerunt pecu-
nias(vt omnibus notum eſt.) Quoad ſecundum, Ritus non
ſeruatur,nec perceptor prouẽtuum,aut magiſtri Cameræ,
vel ærarij faciunt librũ de actis concernentibus commoda
Curiæ, cum cætera quæ ad materiam librorũ ſpectant,ad
actuariorum curiam pertineant, vt diximus ſupra Rit.24.
Scias tamen,ꝙ licẽt hodie,qui pecuniæ fiſcali vacãt,ſupra-
dictis nominibus appellentur,necnon & alijs,vt puta The-
ſaurarius generalis in ciuitate Neap.& perceptores Regij
2 in prouincijs. † Antiquitus qui ærario præerant,quæſtores
appellabãtur, inde ſic dicti,quia quærendæ,cõſeruandęq;
pecuniæ cauſa creati erãt,vt inquit Iuriſconſ.in l.2.§.dein-
3 de cũ ęrarium,ff.de orig.iur.verum tunc temporis † Quę-
ſtor triplex erat,vnus qui ærario præerat,de quo ſupra di-
ximus, alius qui capitales cauſas, & ſententias audiebat,
d.§.deinde. Item qui legendis libris principalibus in Se-
natu vacabat,vt inquit tex.in l.1.ff.de off.quęſto.& ibi Gl.
in verſ.plebeios,& gl.inſt.in proœm.§.cumq; hoc,Luc.de
Pen.in rub.C.de quæſto.& in l.neminẽ,col.1.C.de decur.
lib.10.Guliel.Bened.in repe c. Raynutius,in verſ.Adelaſiã,
lo 2.nu.195.extra de teſta.& D.Marinus Frez.de ſubfeu.in
tit.de off.magni Camerarij,num.10.lib.1. In locum illius
vltimi Quæſtoris,ad quẽ etiam pertinebat decretare peti-
tiones,ſucceſſit in Regno Logotheta,& poſtmodum Pro-
thonotarius,qui eius officiũ exercet,vt inquit Luc.de Pen.
in l.2.col.1.C.de peti.bon.ſubla.& D.Mar.in pręalleg.loc.
de off.Logothetæ,nu.7.vbi ꝙ vnitum eſt vnum officium al-
4 teri in hoc Regno. † His omnibus Quæſtoribus prępoſitus
erat vnus, qui præfectus ærarij appellabatur, vt inquit tex.
in l.4.§.ſi bona,ff.de fideicomm.libert.in locum cuius præ-
fecti eſt hodie in Regno Magnus Camerarius, ſeu Regia
Camera Summariæ, quæ præeſt omnibus ærarijs ſecretis,
magiſtris portulanis, magiſtris camerarijs, & omnibus
alijs, qui introitus, prouentus, ac fiſci obuentiones perci-
piunt, & à quibus ipſa rationem exigit,vt plenè ſcribit D.
Mar.in præalleg.rit.de officio magni camerarij, num.10.
5 † Hęc tamen quæ de Quæſtoribus dixi,de iure ciuili pro-
cedũt,de iure verò canonico Quæſtor dicitur,qui ad quæ-
rendas eleemoſynas deſtinatur, vt inquit Luc.de Penn.in
alleg.rubr.de quæſtor. de quo,& eius officio,ac poteſtate
vide text.in cap.tuarum,de priuil. c.cum ex eo. de pœnit.
& remiſſ. cap.Romana,eod.tit. & de hæret.in 6. cap.cum
officium.
6 ¶ † Quæro in hoc Rit.faciente mentionem de ærario,
nunquid Baro in ſua terra poterit cogere aliquem ex vaſ-
ſallis ad exercendum iſtud officium, vel vniuerſitatem ad
dandum aliquem,qui illud exerceat? Par.in tract.ſynd. de
exceſſ.Baronum,lo 1.late de hoc tractat,& cõcludit,quod
non iuribus,& rationibus,de quibus per eum, dicit tamen
in ver.tamen quia, quòd vbi Baro haberet priuilegium cũ
regalijs angarijs,& perangarijs, poſſet iſtud ſeruitiũ per-
ſonale exigere,ſoluta mercede,quod etiam referendo, te-
net Io.Ant.de Nigr. in c.Reg. grauamina, verſ.vigeſimo,
nu.59.dicens,ita tenere Capic.dec.118. Sed aduerte,quia
Capic.ibi tenet aliter,quam Pari.vt patet nu.5. verum di-
cit,quod licet hoc ſit iuris, de conſuetudine ſeruatur con-
trariũ in Regno, & nedum ærarij, verum etiam & baiuli
anno quolibet præſtantur Baroni, quæ conſuetudo vbi
probaretur centenaria, ſeruanda eſſet ſecundum eum, &
non aliter.Salerni die 15.Maij.1559. Proſper Carauita.

RITVS XLVI.

IN primis cum non humanę conſtitutioni,ſed diuinæ potius inhærentes,in lege diuina ſcriptum nouerimus, ita magnum iudicabis, vt paruum, nec erit apud te exceptio perſonarum,noſtrarum conſtitutionum edicto,& de certa noſtra ſcientia,motuque proprio,& matura noſtri conſilij deliberatione, iubemus, decernimus, volumus,& mandamus,quòd omnes Principes, Duces,Comites,& Barones,& alij ſubditi huius noſtri Regni cuiuſcunque ſtatus,gradus,cõditionis, dignitatis,& præeminentiæ fuerint, ac eius vniuerſitates,terrarum,ciuitatum,caſtrorum, & locorum quorumcũque huius Regni noſtri, ac homines ſingulares ipſarum, & ipſorum, quos ſubditos,perſonas,ciuitates, terras, caſtra, & loca præſentibus pro expreſſis, & ſpecifice,ac ſingulariter declaratis haberi volumus, mandamus, & decernimus,quòd poſſint, & valeant conueniri, accuſari,trahi,& euocari à quibuſcunque ipſos, & quemlibet ipſorum,& ipſarum conuenire, citare,trahere,& reuocare volentibus, in præfatis noſtris Magna,& Vicariæ Curijs,& qualibet ipſarum,& etiam quod prædictæ noſtræ Curiæ, & quælibet ipſarum,poſſint contra tales prænominatos procedere, ſiue per accuſationem, ſiue per denunciationem, inquiſitionem, & ex officio (prout alias à iure regni conſtitutionibus, & capitulis declaratur,& permittitur)non obſtãtibus quibuſcunque priuilegijs, & indultis præfatis vniuerſitatibus,hominibus,& alicui ipſorum, & ipſarum de non trahendis, & conueniendis eiſdem in dictis curijs, conceſſis ſiue per claræ memoriæ D.Regem Carolum III. & D. Reginam Margaritam proximos parentes,& Dominum Regem Ladislaum,Reuerendiſsimũ fratrem noſtrum,ac per noſtrã Celſitudinem; ſiue per quoſuis alios Illuſtres Regni noſtri prædeceſſores, cuiuſcunque prætextu,etiam pro ſtatu Reipublicæ, & motu proprio, & conſiderationibus alijs quibuſcunque conceſsis cum quibuſuis clauſulis derogatorijs,etiam ſi de illis, vel aliqua ipſarum eſſet hic de verbo ad verbum expreſſa mentio, & notitia facienda,ſeu totius illorum, & illarum tenor præſentibus inſerendus,quæ priuilegia,& indulta,& ipſorum tenores, de dicta certa noſtra ſcientia,& motu proprio noſtro, ac plenitudine noſtræ dominicę poteſtatis,cum dicti noſtri conſilij deliberatione totaliter reuocamus,ac annullamus,caſſamus,& tollimus,viribuſque,& efficacia vacuamus, ac nullius eſſe roboris decernimus, vel vigoris,exceptis dumtaxat familiaribus noſtris,& commenſalibus domeſticis,& actu ſeruientibus, qui in eiſdem curijs nequeant citari, cogi,compelli,aut quomodolibet euocari.

SVMMARIVM.

1 *Apud iudicem nulla exceptio perſonarum, ſed æqualitas ſemper habenda. Et in quibus caſibus in ſpecie.*

2 Im-

2 *Imperator æqualitatis, ac iuſtitiæ amator.*
3 *Iuſtitia quare cæca depingitur.*
4 *In materia ferendi teſtimonij, habilis contra inhabilem admittitur, non è contra.*
5 *Aequalitas in materia ſedendi, aſſurgendi, & loquendi minimè ſeruatur.*
6 *Sedere à dextris, dignius eſt, quàm à ſiniſtris.*
7 *Aequalitas in pœnarum corporalium impoſitione non ſeruanda, non defertur nobili, magis quam ignobili.*
8 *Nec etiam in pecuniaria pœna impoſitione.*
9 *Argumentum ab ordine literæ, validum eſt.*
10 *Princeps Duci præferendus.*
11 *Princeps, quaſi primum locumtenens, abuſiuè dicitur.*
12 *Princeps propriè Imperator dicitur.*
13 *Dux præfertur Comiti.*
14 *Comes præfertur Baroni.*
15 *Comitum appellatione non veniunt Barones, ſecus è contra.*
16 *Magna Curia in toto Regno, iuriſdictionē in ciuilibus, & criminalibus habet cōtra omnes Barones in genere.*
17 *Commenſales Regis, familiares, & actu ſeruientes à iuriſdictione Magnæ Curiæ exempti ſunt, ſubditique Magno Seneſcalco. Amplia prout in nu. 20. & 21.*
18 *Effectus familiaritatis qui ſint.*
19 *Nimia familiaritas contemptum parit, inter ruſticos tamen, inter prudentes auget amorem.*
20 *Familiari inimico nulla maior peſtis.*
21 *Aegrotantes ſeruire intelliguntur.*
22 *Habentes literas familiaritatis, eius priuilegio an gaudeant, actu officium pro quo literæ datæ fuerunt minimè exercentes?*
23 *Literæ familiaritatis, ad notitiam eius cui conceduntur peruenire debent, vt præſtent priuilegium.*
24 *Conditio perſonæ locum faciens beneficio, ſi deficiet, deficit & beneficium.*
25 *Priuilegia à Regibus conceſſa, ſunt perpetua regulariter, reuocarique non poſſunt.*
26 *Dictio et, operatur concurſum, poniturque copulatiuè, & diuerſificatiuè.*
27 *Familiares, & ſeruitores gaudent ſemper dominorum priuilegijs, & ratio quare.*
28 *Priuilegiatus ſi commodè vti non poterit ſuo priuilegio, an familia gaudebit?*
29 *Familiares qui ſint, & vnde dicantur.*
30 *Familiæ appellatione qui continentur.*
31 *Familiaritas duplex, & quæ.*
32 *Domeſtici appellatione qui continentur.*
33 *Domeſtici quare ſic dicti.*
24 *Amicus familiaris largè domeſticus dici poteſt.*
35 *Commenſalis domeſticus quis dicatur.*
36 *Baro quiſnam appellari poſſit. Et quæ Baro, Comes, Dux, Princeps, & Rex habere debent, vt tales verè appellari poſſint, ibidem.*
37 *Iuriſdictione cōceſſa in omnes homines Regni, an adepta ordinarijs locorum videatur?*

1 NOta primo ex hoc Rit. ibi, ita magnum, &c. † quòd in iudicijs non debet eſſe apud Iudicē exceptio, ſed æqualitas perſonarum, pro quo tex. in c. 1. de re iudic. in 6. 45. diſt. c. omnis, 3. q. 9. cap. neceſſe, de iud. cap. nouit, §. ſed forſan, c. ſtatutum, §. inſuper, & §. ſeq. de reſcr. in 6. tex. in l. ſi cū dies, §. ſi arbiter, in fi. ff. de arbit. l. non debet, ff. de reg. iur. c. in iudicijs, de reg. iur. in 6. & Hipp. plenè ſing. 168. cū quibus concordat etiam conſt. Reg. ſpeciale, in Act. Apoſt. c. 5. & in 1. Pet. c. 1. Et nedum in iudicijs æqualitas eſt ſeruanda, verum etiā in vltimis voluntatibus, l. in teſtamēto, C. de milit. teſta. & l. iam hoc iure, ff. de vulg. ſubſt. Tertio ſeruatur æqualitas in ſolutione tributorum, & muneribus ſubeundis, in l. in fraudem, C. de annon. & tribut. lib. 10. Quarto in collationibus, l. illud, C. de collat. Quinto in legis beneficio, l. fin. ff. qui potio. in pig. hab. Sexto in contractibus, l. Labeo, ff. de verb. ſign. licèt quandoque fallat in caſu l. pen. de act. empt. Septimo in quaſi cōtractibus, §. 1. inſtit. de oblig. quæ ex qua. contractu. licèt etiam fallat ali-
2 quando, in l. fin. ff. de neg. geſt. † Et ideo dicit Imperator in auth. de non elig. ſecu. nub. §. ſi æqualitatis, & iuſtitiæ ſumus amatores, eāq; in omnibus volumus obtinere, & ideo Pirrus in conſuet. Aurelia. in ſermone, quem facit cur iu-
3 ſtitia pingatur cæca, fol. 186. † inquit, ꝙ hi, qui cæcutien-
a tem a pingunt iuſtitiam, non alia ratione ducti ſunt, quàm ꝙ iudex aduerſus magnatū, Principumq; minas, & preces, oculos claudere debet, & ab illis caſta iuſtitiæ lumina auertere. Limita primo, regulā iſtius Rit. & iurium prę-
4 allegatorū nō procedere in cauſa ferendi teſtimonij: † nam licèt fide dignus, & habilis, admittatur in teſtem contra infamem, & inhabilem teſtimonij ferendi, tū æqualitas nō ſeruatur, vt è contra inhabilis admittatur contra habilem, ſecundum Io. And. in clem. 1. de teſti. vt ipſum refert, & ſequitur Luc. de Penn. in l. in ſacris, col. 10. C. de prox. ſacr.
5 ſcrin. lib. 12. Secundo limita, † non procedere in materia ſedendi, aſſurgendi, & loquendi, vt dicit Gloſſ. in c. placuit. 16. diſtin. Bal. in c. 1. verſ. prius, de controuer. feu. apud par. term. Præpoſi. in c. Epiſcopus. 17. diſtin. tex. eſt in c. quia tua. 50. diſtin. cum multis, quæ allegat Gramm. deciſ. 64. num. 33. pro quo Bald. in l. decernimus, 2. no. C. de
6 ſacr. ſan. eccl. † vbi, quod primogenitus debet ſedere à dextris, quod eſt dignius, quam ſedere à ſiniſtris, ad idem text. in c. non oportet, lo 1. 93. diſt. & gl. in d. c. in iudicijs,
7 de reg. iur. in 6. & latius per me in tract. de ordine. † Tertio limita in pœnarū corporalium impoſitione, in his enim æqualitas non ſeruatur, ſed defertur nobili magis, quam ignobili, vt inquit tex. in c. 2. de offic. deleg. & c. paſtoralis, eo. tit. 45. diſt. c. cum beatus, 24. q. 1. c. qui contra pacem, de ſimo. c. per tuas, c. fin. in fi. de tranſact. vbi bona gl. in ver. cauſas l. nemo, C. de ſum. Trin. l. in ſeruorum, ff. de pœ. Bar. in l. ſi quis viduam, ff. de quæſt. & in l. deſertorem. §. pœna militum, vbi etiam gl. ff. de re milita. Gl. in d. c. in iudicijs, Gramm. deciſ. 32. in fi. Affl. in conſtit. quæſtiones iuris peritorum. 1. no. & excellens D. Hier. Gigan. in tract. crim. læſ. maieſt. de pœna cōmitt. q. 1. nu. 12. intelligendo tamen ſecundum pulchram diſt. Bal. in d. l. nemo, nu. 3. ver. tertio
8 oppo. & D. Gigan. in loco pręalleg nu. 15. † Quarto limita in pecuniariæ pœnæ impoſitione, in qua pauperi defertur magis,

ADDITIO.

a Cæcutientem. Adde, ꝙ Gell. noct. atticar. lib. 14. c. 4. ex Chryſippi Stoici libro quodā tranſcripſit iuſtitiæ imaginē his verbis: Facit Chryſippus imaginē Iuſtitię, fieriq; ſolitam eſſe dicit à pictoribus, rethoribuſq; antiquioribus ad hunc fermè modum, forma, atque filo virginali, aſpectu vehementi, ac formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis, neque atrocis, ſed reuerendæ cuiuſdam triſtitiæ dignitate. Ex cuius imaginis ſignificatione intelligi voluit Iudicem, qui iuſtitiæ antiſtes eſt oportere eſſe grauem, ſanctum, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos, nocenteſque immiſericordem, atque inexorabilem, erectumque, & arduum, & potentem, vi, & maieſtate æquitatis, veritatiſq; terrificum. Hæc à Græcis, ſecundum Bud. in adno. ad l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iur. Dice. dicitur pręſertim à Poetis, vnde Dicaſtæ iudices appellati, de qua Dice in Ergis verſus, quos ipſe ſic latino fecit.

Nata Iouis ſummi eſt, veneranda dijs quoque virgo.
Cœlicolis, auguſta Dice: quam, ſi quis iniquo
Iudicio inceſſit temerarius, illicet acris
Aſſidet ante Iouem queribundo protinus ore.
Humanę mentis fraudes expoſtulat ipſe.
Vindicet in populos, Regum vt facta improba, qui fas,
Atque nefas miſcent, reddentes turbida iura. Tu vide l. obſeruandum, ff. de offic. preſ. C. P.

Digitized by Google

magis, quàm diuiti, qui grauius punitur, & ignobili magis quam nobili, l. illicitas, §. fin. ff. de off. præſid. per quam ita dicit Bal. in d. l. nemo, pulchræ glo. in c. qui cõtumacia, 24. q. 1. Affl. in conſt. Reg. intentionis. 9. no. vbi latè per illum tex. & in conſt. cultus iuſtitiæ, vbi etiam bonus tex. in 9. no. ¶ Secundo no. ibi Princeps, Duces, Comites, & Barones,
9 † quod argumento ex ordine literæ iſtius Ritus, cum tale argumentum validum, ſit ſecundũ Bal. in l. ſi duas, in princ. per illũ tex. ff. de excuſ. tut. & l. hæredes, §. ſi. ff ad Trebell. & vt plene no. Guliel. Benedict. in c. Raynutius, in verſ. te-
10 ſtamentum, lo 2. nu. 28. de teſt. † Princeps præfertur Duci, pro quo Gl. in clem. 1. de baptiſ. in c. fundamenta, §. proinde de electi. in 6. & Luc. de Penn. in rub. C. de prin. agen. in
11 re. lib. 10. vbi † quod Princeps dicitur quaſi primum locũtenens, & licet aliqua in contrarium dici poſſint, tamen, vt ſcribit D. Marinus Frez. de ſubfeud. in princ. libri in addit. nu. 50. ſemper obſeruatum fuit, quòd Princeps præcedat Ducem, quamuis ſecundum eum ibid. lib 2. tit. quis dicatur princeps, n. 4 iſti Principes abuſiue ſic dicuntur, † quia Princeps proprie loquendo, dicitur Imperator. vt no ff. de legi. & conſtit. Princip. in §. ſed quod Principi, inſtit. de iure naturali, & in d. clement. 1. de Baptiſmo, & habes text. in cap. 1. in primis verbis, quis dicatur dux.
13 ¶ † Tertio no. quod Dux præfertur Comiti quod etiã patet ex rubr. prææalleg. qui dicatur dux, & latius ex D. Marino in tract. de ſubfeu. l. lib. 2. tit. quis dicatur dux nu. 39.
14 fol. 92. † Item, quod Comes præfertur Baroni, vt etiam patet ex conſt. honorem, ex conſt. Comite, vel Barone, & ex conſtit. de ſucceſſionibus, alijſque quamplurıbus locis, quos Dominus Marinus in d. tract. lib. 2. tit. quis dicatur Comes, nu. 40. plenius collegit, & adeo præfertur, ſecundũ
15 eum, nu. 41. † quod Comitum appellatione, non veniunt Barones, quamuis, vt ipſe late diſſerit nu. 40. ſecus ſit ecõuerſo, ſaltim ex communi vſu loquendi, quo appellamus Barones Regni, & veniunt omnes tam Principes, quã Duces, Marchiones, & Comites. Aduerte tamen, quod licet de Marchionibus non fiat mentio in hoc Ritu, attamen cũ dixerit, & Barones, ex his quæ proxime diximus, veniunt etiam ipſi, item ex verbis, quæ ſequuntur, ibi, cuiuſcunque ſtatus, gradus, dignitatis, & præeminentiæ per ea, quæ in terminis præſentis quæſtionis ponit Affl. in conſt. Comes, & Baro. nu. 3. verſ. iterum quæro. Miror profectò, quòd nominati non fuerunt, cum Comitibus præferantur, vt patet ex d. rubr. quis dicatur dux. & ex Domino Marino in prææalleg. tract. lib. 2. tit. quis dicatur marchio, num. 2.
16 ¶ † Quarto no. ex hoc Rit. quod Magna Curia habet in toto Regno fundatam iuriſdictionem contra omnes, & in ſpecie habet ſub ſe Principes, Duces, Comites, & omnes Barones, adeo quod tam per accuſationem, quam per inquiſitionem poteſt contra quemcunque procedere, nedum in cauſis criminalibus, verum etiam ciuilibus, & licet de ciuilibus expreſſe non loquatur, tamen, virtualiter, & implicite de eis loquitur, vt patet ibi, conueniri, quod in ciuilibus debet intelligi propter aliud verbum, quod ſequitur accuſari, quod de criminalibus intelligitur, vt patet ex gloſ. in cap. Maximianus, in verſ. querelam, 81. diſt. & in l. querela, C. de fal. ſicq; obſeruatur hodie, vt pro cauſis criminalibus, & ciuilibus omnes citari poſſint in Magna Curia, vt clarius teſtatur Rit. inf. 264. licet poſtmodum qui citari non debebant remittantur. Diſpoſitio iſtius Ritus corrigit conſt. Reg. ſtatuimus, per quam ſolũ in certis caſibus dabatur iuriſdictio ſpecialis Magnæ Curiæ, extra vero illos caſus, ordinabatur agi corã ſuis iudicibus tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, vt ibi dicitur, & Affl. not. in 10. not. nu. 35. & iſte Rit. corrigit etiam c. Reg. iniunxit, ver. item cognoſces de omnibus, vbi ordinabatur Magnæ Curiæ, quod in cauſis ſpectantibus ad baiulos, vel Barones, non ſe intromitteret; ſed hodie iſte Ritus ſolum ſeruatur quoad Barones, qui omnes ſubſunt ipſi Magnæ Curiæ, & ciuiliter, & criminaliter ibi citantur, conueniuntur, & carcerantur, quo verò ad vniuerſitates, & homines particulares earum corrigitur per pragm. 2. querula expoſitione, in tit. vbi de delicto quis conueniri debeat, per quam prohibetur pro primis cauſis extrahi homines extra proprium domiciliũ, & pro ſecundis extra prouinciam, vt ibi latius dico, & ideo quotidie ſeruari videmus, ꝙ citati per Magnã Curiã ciuiliter, aut criminaliter, petunt remiſſionẽ ad proprium domicilium; & illuc remittũtur regulariter, licet in aliquibus caſibus non, vt in d. prag. latius dico, & traditur per D. Marinũ Frez. de ſubfeu. lib. 1. de off. magiſt. iuſtitiar. n. 40. f. 16.
17 † ¶ Quinto no. quod familiares Domini Regis, item commenſales domeſtici, & actu ſeruientes, ſunt exempti à iuriſdictione Magnæ Curiæ, ex quo corrigitur conſt. ſtatuimus, vt magnæ, per quam Magna Curia ſtatuitur iudex ordinarius omnium curialium Domini Regis, probatur, quia cum curiales dicantur illi, qui in curia Regis commorantur, & ſine eius ſpeciali mandato recedere nõ poſſunt, vt ibi expreſſe dicit conſt. & Iſer. in princ. idque procedat quomodocunque curiæ ſint obligati, ſiue milites, ſiue aduocati, ſiue iudices, ſiue officiati, ſiue hiſtriones, vt ibi dicit Affl. in 6. no. nu. 6. & Luc. de Pen. in l. curiales, la 1. C. de decur. lib. 10. & negari non poſſit quin familiares, domeſtici cõmenſales, & actu ſeruientes D. Regi dicantur tales, cum ſine licẽtia recedere non poſſint, ſequitur abſque dubio, ꝙ eximendo per hunc Rit. iſtas perſonas, quę curiales dicuntur, corrigit d. conſt. ſtatuimus quoad id tantũ, quod de curialibus loquitur, ex quo ſequitur, ꝙ Affl. in ea conſt. ſtatuimus, in 6. not. quẽ Niger refert in clem. de vita, & honeſt. cler. concl. 4. nu. 24. in ſi. male admiratur, dum inquit, quod licet illa conſt. præbeat ordinariã iuriſdictionẽ contra Curiales D. Regis, tñ ipſe vidit, ꝙ tempore Regis Ferdinandi primi Magnus Seneſcalcus ſignificabat Magnæ Curiæ, ꝙ talis carceratus erat curialis D. Regis, & Magna Curia illũ remittebat tã in cauſa ciuili, quã criminali, quod ipſe dicit proceſſiſſe: quia fortè D. Rex ita ordinabat, quia aliàs illa conſt. eſſet ſeruanda. & credo, ꝙ ſi Affl. aduertiſſet ad hũc Rit. eximentẽ iſtas perſonas (quę curiales dicuntur) à iuriſdictione Magnæ Curiæ, talia nõ dixiſſet, data. n. exemptione ipſorum a Magna Curia per hunc Rit ſequitur neceſſario, ꝙ omnes iſti, qui in Rit. enumerãtur, Magno Seneſcalco ſunt ſubiecti, ipſeque habet coercere, & punire eos vti familiares Regios aulicos, & curiales, vt inquit D. Marin. Frez. de ſubfeu. lib. 1. de off. magni Seneſcalchi, in princ. & nu. 3. vbi etiã ipſe reprehendit Affl. de hoc dicto, quamuis ex alio capite, quam ego dixi, & ex conſequenti ſequitur, ꝙ id, quod tempore Affl. faciebat magnus Seneſcalcus, nõ erat ex ſpeciali ordinatione Regis, ſed ex ſua ordinaria iuriſdictione, cui non obſtat conſt. ſtatuimus, tanquã per hũc Rit. correcta. Cum hoc Rit. concordat tex. in c. per exemptionẽ, de priuil. in 6. tex. in l. 2. vbi Bal. in 3. not. C. de Epiſ. & cler. Gl. in c. clericum, 11. q. 1. vbi ꝙ familia gaudet priuilegio clericorũ, & ſic quemadmodum D. Rex non ſubijcitur Magnæ Curiæ, pari modo nec eius familia, licet de ordine ipſius D. Regis ſubijciãtur Seneſcalco, cui ipſe Rex
18 minimè eſt ſubiectus: † Et hic eſt vnus de effectibus quos familiaritas producit, alios nonnullos vide per Bal. in l. 1. C. de Epiſc. & cler. item adde, quod & illum effectum etiã
19 facit, † quia ſi nimia fuerit, contemptum parit, l. obſeruã-
a dum, ff. de off. præſid. a & c. ſi Iudæos, de Iudæ. vetũ, ſecundum Abb. & Felyn. ibi, inter ruſticos procedit, non inter pru-

ADDITIO.

a Præſid. Adde quatuor bonas matres, malos parere filios, veritatem. ſ. odium, iuxta illud Terent. Obſequiũ amicos, veritas odium parit. Nimiam familiaritatẽ contemptum, l. obſeruandũ, ff. de off. præſid. Communionem diſcordiam, l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg. 3. Virtutem inuidiam, vt cuique perſpicuũ eſt, hiſq; præcipuè temporibus, quibus exclamare libet: O tempora inimica virtuti, quoad malos, inquam, non quoad bonos: prauis enim moribus, grauis eſt vita bonorum, ſecũdum Greg. 2. dial. & refert Luc. de Pen. in l. 1. C. de Palatin. ſacrar. largit. quem vide omnino, & pro virtute, eundem in l. 1. C. de metrop. Berito. C. P.

Digitized by Google

prudẽtes,inter quos auget amorẽ,l.3.ff.de pecun.quod etiã
Ariſt. voluit 8.Ethic.4. dum ait, Sola amicitia bonorũ ho-
neſtorum incommutabilis eſt : & in ſecreto ſecretorum ad
Alex.de taciturnitate Regis cum dicit, Decet etiã Regem
abſtinere,nec multum frequentare conſortium ſubditorũ,
maxime vilium perſonarũ,quia nimia familiaritas hominũ
20 parit contemptum honoris.† Facit etiam alium effectum,
quia familiari inimico nulla maior peſtis, vt inquit Cic.de
amic.& Spec.de aduoc.§.9.verſ.item ſtudeat. Amplia hũc
Rit. procedere etiã ſi iſtæ perſonæ abeſſent à Curia Do-
mini Regis pro ſuis ſeruitijs, non autem proprijs , vt dicit
tex.in c.fin.de verb.ſign.vbi etiam glo.& tex.in c. ex par-
21 te,de cler.non reſid. † Secundo amplia, etiam ſi ægrota-
rent, quia & tunc ſeruire intelliguntur,l.cum hæres,§.Sti-
chus,ff.de ſta.libe.& no.Glo.in d.c.fin. de verb.ſign. Ter-
tio amplia etiam cum abſunt pro negocijs proprijs de li-
centia domini,& hoc ſolum dum ſunt in eundo,& redeũ-
do,vt dicit Iſer.in d.conſt.ſtatuimus,in princ. arg. text.l.1.
C.de re milit.& l.qui mittuntur,& l.ſi cui,§.1.ff.ex quibus
cauſ.maio.& idem firmat Affl.ibi in 6.not.nu.8. verſ. quid
22 ſi curialis. † Limita hunc Rit.nõ procedere, quando per-
ſonę hic deſcriptę abeſſent à Curia Domini Regis pro ne-
gocij proprijs etiam ſi cum licentia,tunc enim dum ſunt in
loco in contractibus , & delictis , priuilegio exemptionis
Rit.non gaudent,vt dicunt Iſer.& Affl.in præal leg. conſt.
argum.l.fin.in fi.C.de priuileg.ſchola.lib.12. idem Affl.in
conſt.Reg.intentionis noſtræ. 4.nota. verſ. ſed quæro , &
Niger in clem.de vita,& honeſt.cleric. concl.4.nu.24. &
propterea nõ magnus Seneſcalcus , ſed ipſa Magna Curia
cognoſceret,& ideo videmus, quòd Dominus Rex quãdo
concedit literas familiaritatis aliquibus quos ipſe ſcit non
eſſe actu exercitaturos,eximit ipſos familiares à curijs in-
ferioribus tantum,cum in eiſdẽ mandet non poſſe cogno-
ſci niſi à Magna Curia , vel Audientijs Regijs , prout ego
vidi in multis literis,ſeu priuilegijs familiaritatis,pro quo
eſt extrauagans Innoc. V. ad futuram rerum memoriam ,
vbi quod habentes literas familiaritatis nõ gaudent priui-
legio,niſi exerceant officium pro quo literæ datæ fuerunt,
idem Cardin.conſ.125.vacarunt canonicatus. & Fely.in c.
23 inſinuanter,verſ.& nota,nu.5.de offic.deleg. † vbi etiam
ponit quod ad hoc,vt literę familiaritatis præbeant priui-
legium,eſt neceſſe, quòd perueniant ad notitiam illius cui
conceduntur, pro quo etiam conſuluit Anch. conſ.398. prę-
mitto pro clariori.Secũdo limita,nõ procedere poſt mor-
24 tem Domini Regis,† quia vbi perſonę conditio locum fa-
cit beneficio,ea deficiente,deficit beneficiũ, l.in omnibus,
ff.de reg.iur.ad idem Gl.in l.2.in verſ.filij, quam Bar. ibi,
& Bald.nu.5.ſequuntur,C.de epiſc. & cler. & alij , quam
plures quos Tiraquell.ponit in tract.ceſſ.cauſa, in ver. fa-
uoris cauſa,nu.104.cum ſeq.intellige tamen iſtam limit.in
illis familiaribus , & domeſticis , quos actu tenebat penes
ſe Dominus Rex cum viuebat.ſecus autem,in illis qui actu
non ſeruiebant,& quos per priuilegium ſuos fecerat fami-
liares,quoniam tũc etiam poſt eius mortem idem eſſet, &
25 priuilegio exemptionis gauderent, † quia priuilegia om-
nia quæ à Regibus cõceduntur regulariter ſunt perpetua,
& reuocari non poſſunt,vt dicit Gl.in c. decet de reg.iur.
in 6.Innoc.in c.quæ in eccleſiarum,de conſtit. Bal.in l. qui
ſe patris, nu.14. C.vnde liber. & latius per me inf. in Rit.
301.in 2.nota.tanto magis,quia communiter talia priuile-
gia ea forma cõceduntur,vidi enim multa ex ipſis cõceſſa
per Inuictiſſimum, bonæq; memorię Carol.V. Imperato-
rem , & in eis dicebatur , Mandantes ſingulis officialibus
quatenus ad vnguem obſeruare habeant , pro quanto gra-
tiam noſtram charam habent,ac Philippo eius filio imme-
diate hęredi ſub paternę benedictionis intuitu,quòd ſimili-
ter ſeruaret,ac obſeruari faceret, ex quibus verbis aperte
demonſtratur, quod etiam poſt mortem cõcedentis priui-
legium, durat familiaritas . Tertio limita non procedere
quotieſcunque à Domino Rege fuiſſent licentiati , per gl.
in d.l.2.vbi etiam Bald.nu.4.idem Bar.& Bal. in l.2. C.de
teſt.Spec.in tit.de teſte.§.1, num.13. verſ. quid ſi olim fuit
eius clericus,Bar.in l.1. §.idem numidio, per illum tex. &
in l.vnius,§.penul.ff.de quęſt.Salic.in l.ſeruos, C.de queſt.
& latè Tiraquell.in pręalleg.tract.in verſ.famulitio ceſſan
te , nu.101. ¶ Quęro primo de intellectu verborum exi-
ſtentium in fi.iſtius Rit.ibi,familiaribus noſtris,& commẽ-
ſalibus domeſticis,& actu ſeruientibus,alias ego intellige-
26 bam iſta verba copulatiuè , † vt illę dictiones, & opera-
rentur concurſum omnium iſtorum ſimul, per l.ſi quis ita
ſtipulatus fuerit,ff.de verb.obl.& l.ſi hęredi plures , ff.de
cond.inſt.vt etiam voluit Iſer.& Affl.in conſt.iuris gentiũ.
8.not.nu.19.vt ſenſus eſſet,ꝙ tunc Rit.iſte locum haberet,
qñ quis eſſet familiaris Regis, itẽ commẽſalis,domeſticus,
& actu ſeruiens,& nõ aliàs,nunc iſta intelligentia mihi nõ
placet,quia eſſet maxima reſtrictio ad hunc Rit. & ſeque-
retur maximum abſurdum, ꝙ ſi quis eſſet actu ſeruiẽs Do-
mino Regi,vel familiaris, niſi eſſet commenſalis non gau-
deret priuilegio exemptionis,contra ea quæ de familiari-
bus,& curialibus tradit D. Marinus Frez. in præalleg. loc.
ſicq; etiam ſummopere reſtringeretur poteſtas magni Se-
neſcalchi,de qua ſupra diximus. Item dicebam debere ſal-
tim intelligi,quod prima dictio et, ponatur inter diuerſa,
& ſecunda copulatiuè,vt ſenſus ſit, quod iſte Ritus loqua-
tur de familiaribus Regis , item de commenſalibus dome-
ſticis,& actu ſeruientibus , ſed nec etiam placet iſta ſecun-
da lectura,quia eſt mera diuinatio,intelligere,ꝙ prima &
ſtet diuerſificatiuè,& ſecunda copulatiuè,ideo vera lectu-
ra eſt,quòd iſte Rit.loquatur de familiaribus,de commen-
ſalibus,domeſticis,& de his qui actu ſeruiunt, licet nõ ſint
familiares,neque commenſales,vt ſunt milites, aduocati ,
& alij officiales penes Regẽ,de quibus ſupra dixi in 5.no.
27 ¶ † Quæro ſecundo,num ſemper verum eſt,quòd familia-
res,& ſeruitores gaudeant priuilegio domini. Fed.de Sen.
conſ.6.aliàs 156.Bart.conſ.37.quidam Cola. Ant.de Butr.
& Abb.in c.2.col.2.de fo.compet.& Capic.deciſ.22.nu.2.
dicunt,ꝙ non,ſed tunc tantum,cum ſunt per petui, item cũ
ſine mercede ſeruiunt,ꝙ etiam voluit Archid.in c.clericũ,
12.q.2.Abb.in c.2.de fo.compe.& Gramm.qui pręfata re-
fert conſilio ciui.103.nu.15.& 16. Bald. vero in l.1. nu.2.
circa fi.& in l.2.nu.4.C.de Epiſc.& cler.dicit contrarium,
& quod tam temporalis, quam perpetuus gaudet priuile-
gio,verũ alter temporaliter, & alter perpetuo, per tex. in
c.cum olim,de arb.vbi etiam no. Inn. ratio eſt,ſecundum
eund.Bald.in d.l.2.C.eo.tit.in 3.not. quia familia nõ pro-
pter ſe gaudet,ſed propter fauorem dominorum ſuorum,
quæ ratio in omni ſeruitore , & familiari locum habet,vt
dicit Barb.in add.c.2.de for.compet.q.3.Gramm.in d.cõſt.
citat.nu.7.quid dicendum?Capic.in d.deciſ. dicit primam
opinionem eſſe magis communem, quam etiã tenet Spec.
de compet.iud.add.9.1.verſ.27.& Soc.in c.1.in 5.declara-
tione.verſ.vnde ſit concluſio de foro compet. & contraria
procedunt in familia clericorum , in quibus eſt ſpeciale ,
quòd gaudeat priuilegio clerici, quod etiam firmat Albe.
de Roſa. & Pau. de Caſ.in l.1.C.de Epiſc.& cler. & in fa-
28 milia laicorum ſecus erit,& hæc eſt ipſa veritas, † verũ ſi
priuilegiatus non poſſet vti commode ſuo priuilegio,ſem-
per familia gauderet eodem priuilegio , vt dicit Bald. in
l.1.C.de vxo.mili. quem ad hoc citat Niger in clem.1. de
vi.& honeſt. cler. concluſione 4. nu.23. vbi de hoc plene
hanc etiam opin.firmat. Fel.in c.2. nu.2.verſ.generaliter ,
de foro compet.dicẽs,quod cum de hoc quæritur, ſemper
dici debet,quòd familia gaudet priuilegio domini,ſi alias
ſubtraheretur à ſuo ſeruitio , & non poſſet ea commodè
vti.per tex.in c.pen. §.cum conceditur de priuileg. in 6.l.
non aliàs,§.fin.ff.de iudic.no.Bar. pulchrè in tract. repre-
ſali.q.6.7.q.princ.Oldra.conſ.11.thema tale eſt , Bal. in l.
ſcriniarios,C.de milit.teſt.& in procem.ff.col.pen.vbi bo-
nus tex.& videtur etiam ſentire ſatis pulchre D.Mar.Frez.
de ſubfeu.lib.1.de off.mag.Seneſcalchi , nu.3.in fi. fol.36.
vbi de familiaribus,& aulicis Domini Regis dicit non eſſe
veriſimile voluiſſe ſubijcere Magnæ Curiæ,& auferre co-
gnitionem Seneſcalchi, quia longo litis itinere defatigarẽ-
tur,& ab eius ſeruitio ſubtraherentur,firmat etiam Luc.de
Penn.

Digitized by Google

Penn.in rubr. de apparito. præfec. vrb. lib.12.vbi allegat
etiam per hoc tex.in l.pen.C.de ſilen.& de dec.l.2.lib.12.
29 ¶ † Tertio quæro, quinam dicuntur eſſe familiares? bre-
uiter familiares, à familia dicuntur, vt inquit Fel. in c. in
30 literis, in princ.de teſt. † Sed quia appellatione familiæ
veniunt filij,ſerui, cognati, item omnes, qui ſunt ſub vno
victu,& domo,l.pronunciatio,§.familiæ,ff.de verb. ſign.l.
fin.C.co.l.1.§.familiæ.ff.de vi arma.l. ædiles §.familiæ, ff.
de ædilit. edict. l.præſenti, §.ſanè,C.de his,qui ad eccleſ.
confugi.cum infinitis,quæ allegat Affl.in conſt.Reg. iuriſ-
gentium.8.no.verſ.item quæro.nu.19.ſequitur, quod om-
nes illi quibus competit aliqua ex dictis qualitatibus, fa-
31 miliares dicũtur,& ita no.dicit Fel.in d.c.in literis. † Hæc
familiaritas duplex eſt,poteſtatiua,ſeu ſubiectiua,& ſocia-
lis. Poteſtatiua contingit patri cum filio,domino cum ſer-
uo,viro cum vxore,& domino in famulum, vt dicit Bald.
in d.l.1.C.de Epiſc. & cler. Socialis dicitur illa, qua quis
continua conuerſatione cum aliquo adſtringitur, allegat
tex.in l.item apud,§.ſi quis virgines,ff.de iniur.& hoc pa-
cto viſus eſt Cic. in lib. de amic. vbi quia quotidie delecta-
batur lectione terentiana, ſic ait, neſcio quomodo verum
eſt,quod in Andria familiaris meus Terentius dixit, obſe-
quium amicos,veritas odium parit. De hac etiam loquitur
Iſer.in conſt.iuriſgentium, & Affl.poſt eum ibid. 8.nota.
nu.19.vbi,quod ſatis dicitur familiaris,qui omni die eſt in-
ſimul cum domino in domo, & extra domum, ipſumque
aſſociat,& cum eo ſemper aſſiſtit,ſi equitat, vel aliud agit,
licet in domo ſua propria comedat, & dormiat, pro quo
etiam bonus tex.in d.§. ſi quis virgines, quod videtur etiã
firmatum per Luc.de Penn.in rubr. C.de domeſtic.lib.12.
dum dicit,quod familiares Imperatoris dicuntur, qui abſ-
que officij diſtinctione ſibi obſequuntur,& ſeruiunt, quo-
cunque ergo de præfatis modis dici poteſt quod quis fa-
32 miliaris Regni in hoc Rit.comprehenditur. ¶ † Quarto
ſubſequenter quæro de domeſticis, in quo dicas domeſti-
cos dici non ſolum eos,qui ſubſunt ratione patriæ, vel do-
minicæ poteſtatis,vt filij,& ſerui,vt dicebat Gl. in c. in li-
teris,de teſt.verum etiam omnes, qui cohabitant cum pa-
trifa & aliquo modo ſunt ei inferiores, vel ſubiecti, vt li-
berti,ſeruitores, mercenarij, & ſimiles, vt dicit Spec. de
teſte §.1.nu.11.ver.item excipitur, quod eſt domeſticus,
Bart.in l.etiam,C.de teſtib. Raph. commen. conſ.271. in
Chriſti nomine,& Luc.de Penn.in l.1. C.de mun. & hon.
33 lib.10. † Inde dicti domeſtici,quia domui aſtant, & in eis
domus,ſeu familiæ ſtatus habet conſiſtere,vt dicit Bald. in
l.etiam,C.de teſt.& loquendo groſſo modo, ſecundũ Bal.
in d.c.in literis,de teſt.& ibid.Fel.domeſtici dicuntur om-
nes,qui viuunt ad vnum panem,& vinum,per tex. in §.co-
34 gitandum,in auth.de mona. † Et largè,amicus familiaris
dicitur domeſticus,vt dicit Luc.de Pen.in d.l.1.pro hoc in
arg.l.obſeruandum,ff.de off.præſi. & l. qui iure familiari-
tatis,ff.de acq. poſ. Item omnes, qui inſimul morantur,l.
qui bona §.damni,à contrario ſenſu,ff.de dam. infec. Item
omnes propinqui, l.1. C.de emenda. propinquo. verum,
35 quia hic Rit.loquitur de commenſalibus domeſticis,† cõ-
menſalis domeſticus dicitur ille,qui continuè expenſis ali-
cuius viuit,vt dicit tex.ad literam,in c.fi.de verb.ſign.in 6.
quem ad idem citat Luc.de Penn.in rub. C. de domeſt. in
fi.lib.12.ex præfatis tamen,quæ diximus de familiaribus,
& domeſticis,ſatis clarè colligi poteſt,quod familiaris, &
domeſticus idem importãt, & ideo,vt dicit Ant.de But.&
Fel.in d.c.in literis, ſynonima dici poſſunt, ad idem Spec.
de teſte.§.1.nu.14.verſ.ſed nunquid agnati, vbi ꝙ omnes,
qui ſunt de familia producentis,ſiue in poteſtate,ſiue non,
ſiue liberi, ſiue ſerui dicuntur etiam domeſtici, & allegat
l.ædiles.§.familiæ. ff.de ædil. edi.hoc idem firmat Luc. de
Penn. in d.rub. C. de domeſt. ibi ſic etiam dicuntur teſtes
domeſtici,& vbique patet ex Doct.qui cum de domeſticis
loquuntur,citant iura loquentia de familia,& econuerſo.
36 ¶ † Quinto quæro in hoc Ritu faciente mentionẽ de Ba-
rone,quis nam Baro appellatur? Doct. in hoc varij varia
dixerũt,vt patet ex Bal.in c.vno delegatorum, de off.de-
leg.Gl.in procœ.prag. ſanctio. in verſ. magnatib. Boer. in
conſue.Bit.tit.de iuriſd.om.iud.§.3.gl.3.& ex Caſſ. in ſuo
Catalogo.par.8.conſid.15.vbi de hoc latiſſimè, & poſt eũ
D.Marin.Frez.de ſubfeu.lib.1.ti.de origi. Baronum, pen.
quem poteris ad ſaturitatem videre,ſecũdum tamen com-
munem vſum Regni huius, Baro dicitur ille qui in ſua ter-
ra,villa,vel oppido, iuriſdictionem habet, vt etiam Caſſ.
& Frez.dicunt in loco præalleg.verè tamen,& propriè lo-
quendo (cum de priuilegijs Baronibus cõceſſis tractatur)
Baro dicitur ille,qui caſtrum habuit,à Rege in titulum Ba-
roniæ,vel ſub ſe habet ſubfeudatarios,feuda quaternata ab
eo tenentes,vbi dicit Iſer.in conſt.Reg.ſi poſt mortem, &
in conſt.ſi aliquis Baro.& in c.1.§.ſimiliter,col.6.de capit.
qui cur.vend.Gram.deciſ.34.nu.7.& dec.104.nu.24.& la-
tius D.Mar.Frez. in tract. præalleg. lib.2. tit. quis dicatur
Baro.fol.69.ad idem facit, quod ſcribit Io. Saxon. in con-
ſuet.Turo.tit.des droic.art.2.f.52.vbi,quod Baro debet ſub
ſe habere duos Caſtellanos, Dux duos Comites, Comes
duos Barones,Rex vero ad minus duos Duces,quamuis in
hoc vltimo Abb.in c.conſtitutus,aliter teneat dicens,quod
Rex debet habere decem diœceſes,& metropolitanum,ꝙ
etiam firmat Caſſ.in præall. loco. ver. & licet ſupra dixe-
rim,vbi quod debet habere decem duces ſeu decem duca-
tus dignitatem habentes,in idq; citat no.in d.c.cõſtitutus,
& in duce ſimiliter aliter tenet quam Io.Saxon, dicens ꝙ
deberet ſub ſe habere decem Comites,ad hoc,vt vere Dux
dici poſſit,ꝙ debes intelligere de iſtis Ducibus, qui veluti
Reges habentur in eorum Ducatu, vt Dux Sabaudiæ, Me-
diolani,Mantuæ,& Florentiæ,de quibus late ponit Caſſ.in
d.trac.par.12.conſid.58.non autem de iſtis Ducibus noſtri
Reg. qui vix habent ſub ſe aliquem Baronem, & nomine
tantum dicuntur Duces, Principes, & Comites cum ſint
ſubiecti Regibus eorum ſuperioribus,vt dicit Pat.de Pute.
37 de reintegr.feudo. c.1.nu.5. ¶ † Sexto quæro nunquid
per hunc Rit. concedentem ordinariam iuriſdictionem in
omnes homines Reg.iuxta ea, quæ diximus ſupra in 4.no.
cenſeatur adempta iuriſdictio ordinarijs locorum antequã
eſſet condita d.Prag.2.querula expoſitione,quam ibi cita-
uimus, per quam poſtea correctus eſt iſte Ritus. Breuiter
dicas,quod non,quia iuriſdictio vni conceſſa in dubio, cẽ-
ſetur data cumulatiuè cum ordinarijs,vt probat tex.quem
ibi ad hoc no.Bar. in l.ſtudentibus, C.de off. præfec. vrb.
idem Bal.in l.nulli,in princ.ibi, & in hac ciuitate, ff.quod
cuiuſque vniuer.Angel.in l.1.§.ſi quis in appellatione col.
pen.ff.de appel.Aret.conſ.102.ſpectabilis domine, Abb.in
c.cum ab eccleſiarum,prope finem,de præſcrip. in c.audi-
tis,col.3.eod.tit.& in c.cæterum,col.2. de iud. Rom. ſatis
pulchrè, & no. conſ.393. præſens conſultatio, & Anch.
conſ.59.de viribus,& efficacia circa,licet ſecundum Fel.in
c.paſtoralis,col.2.de off.ord.ea regula octo fallẽtijs limi-
tetur,de quibus ibi plenè per ipſum, ſicq; iſtius Rit.intẽtio
non fuit tollendi ordinariã iuriſdictionem ordinarijs lo-
corum,ſed ſolum d.conſt.ſtatuimus corrigere in eo, quod
dabat iuriſdictionẽ Magnæ Curiæ ſolum in certis caſibus,
& in alijs volebat non poſſe per eam cognoſci,ſed per or-
dinarios,vt ibi latius patet, & ex Affl.ibi in 10.not.num.5.
Salerni die 22.Maij.1559. Proſper Carauita.

RITVS XLVII.

ITem, quòd Curiæ ipſæ,& quælibet ipſarum cognoſcant, & cognoſcere poſſint de guerra mota,priuato carcere, & omnibus alijs pœnis fiſcalibus,nullus verò deferens de præfatis admittatur, niſi Curiæ ad certam pœnam ſe obliget de probando, & proſequendo, & idem vbicunque aliquid fiſcale eiſdem Curijs nuncietur, conuentio tamen iſtius pœnæ fieri debeat cum aduocato, & procuratore fiſci.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio ſi concedatur in certis caſibus, priuatiuè conceſſa videtur, & alijs derogare.*
2 *Mouentes guerram abſque iuſſu Principis, tenentur lege Iul. Maieſt.*
3 *Carcerem priuatum committentes, lege Iul. Maieſt. tenentur.*
4 *Pœnæ fiſcales in Regno de regalibus eſſe dicuntur.*
5 *Statutum, vel lex pecuniaria pœnæ mentionem faciens, ſi non dicat cui applicanda, regio fiſco applicatur.*
6 *Appellatione pœnæ tam perſonalis, quam pecuniaria intelligitur.*
7 *Differentia inter pœnam, & mulctam confunditur aliquando.*
8 *Omnes Barones habent quatuor literas arbitrarias, & propterea pœnas componunt, & permutant.*
9 *Bellum quid ſit, apud quos illud indicẽdi poteſtas fuerit.*
10 *Bellorum ſeptem genera reperiuntur.*
11 *Belli exitus incertus, bellumque periculoſiſſimum.*
12 *Guerra quæ ſit, & quando propriè dicatur.*
13 *Vis priuata quando dicatur, & quando vis publica.*
14 *Pœna priuati carceris, quando dicatur.*
15 *Qui recedere non poteſt, carceratus dicitur.*
16 *Aliquem in vinculis eſſe, vel ſub cuſtodia fideiuſſorum, paria ſunt.*
17 *Plura delicta concurrentia impunitatem non cauſant.*
18 *Carcer quadruplex dicitur.*
19 *Carcer ad cuſtodiam, non ad pœnam dicitur inuentus.*

ISte Rit. duplicatur infra Rit. 56. per eademmet verba.
verum quia ſecundum tex. currentem, ille Rit. eſt ma-
gis correctus, ergo correxi iſtum ſecundum literam illius.
¶ No. primo ex hoc Rit. quod Magna Curia habet cogno-
ſcere de guerra mota, priuato carcere, & pœnis fiſcali-
bus, & licet non dicat, ſi hoc poteſt facere cumulatiue, an
priuatiuè ab ordinarijs locorum, attamen intelligas hunc
Rit. priuatiuè, ita quod ab alijs non poſſit de præfatis co-
gnoſci. Ratio eſt, quia cum per Rit. præcedentem fuerit
conceſſa iuriſdictio Magnæ Curiæ in ciuilibus, & crimina-
libus, vt ibi dixi in 4. no. eaq; intelligebatur cumulatiuè,
1 vt ibid. dixi q. 6. † dum iſte Ritus poſtmodum in certis ca-
ſibus cõcedit iuriſdictionem eidem Magnæ Curiæ videtur
eam in eis priuatiuè concedere, & alijs derogare, vt dicit
Ang. l. teſtamenta, C. de teſt. quem refert, & ſequitur Fel. in
c. paſtoralis, col. 3. limita. 4. de off. or. vbi inter alias limita-
tiones quas ponit ad regulam, quæ habet, quod iuriſdictio
vni conceſſa, intelligitur cumulatiue, ponit iſtam, vt ex eo
plenius videre poteris, & profectò ſi aliud diceretur, iſte
Rit. de nihilo ſeruiret, poſtquam certum erat, quod Magna
Curia per Rit. præced. in omnibus cauſis iuriſdictionem
ordinariam in omnes habebat, quod quidem dici nullate-
nus debet, ſicq; fuit ſemper interpretatus iſte Rit. vt patet
ex his, quæ ſcribit D. Marinus Frez. de ſubfeu. lib. 1. de off.
magiſ. iuſtitiarij, nu. 40. vbi ponendo præeminentias, quas
habet Magna Curia, dicit, quod cognoſcit ſuper guerra
mota, de qua iſte Rit. loquitur, & ſi alij ordinarij poſſent
cognoſcere, non eſſet præminentia Magnæ Curiæ. Item
paret ex Apoſtill. Affl. in conſt. Reg. Magnæ Curiæ noſtræ,
quæ inter alias præeminentias, ponit de poteſtate cogno-
ſcendi ſuper guerra mota. Ratio iſtius Rit. cõcedentis Ma-
gnæ Curiæ, ex præeminentia poteſtatem cognoſcendi de
guerra mota, priuato carcere, & pœnis fiſcalibus, eſt iſta,
2 † quia mouentes guerram abſque iuſſu Principis, lege Iul.
Maieſt. tenentur, l. 3. ff. ad l. Iul. Maieſt. cum enim bellum
gerere, armaq; mouere abſque eius iuſſu, à lege ſit interdi-
ctum, l. 1. C. vt armo. vſus. lib. 11. Principem vſurpare, &
eius Maieſtatem lædere dicitur, qui aliter agit, vt inquit
Iſer. in conſt. Reg. Comes, Baro. & propterea per illam cõ-
ſtit. pœna capitali, cum omnium bonorum confiſcatione
punitur, etiam ſi Barones in abſentia Imperatoris hoc vel-
lent facere, cum ſemper adſint officiales ipſius, vt dicit
Capic. deciſ. 27. nu. 5. ſtante maxime d. conſt. quæ hoc ex-
preſſe prohibet Baronibus, licet Alua. in c. 1. col. 1. hic fi-
3 nitur lex, aliter dicat. † Carcerem priuatum committen-
tes, ſimiliter tanquam Regiam iuriſdictionem vſurpantes,
lege Iulia Maieſtatis tenentur, d. l. 3. & ideo tanquam ipſius
maieſtatis violatores vltimo ſupplicio puniuntur. l. vn. C.
4 de priua. carce. † Et in Regno iſto per c. Reg. contra effrę-
natas, pœnæ fiſcales, earumque compendia dicuntur eſſe
5 de Regalibus, c. 1. quæ ſint regal. in tantum, † ꝙ ſi ſtatu-
tum, vel lex faciat mentionem de pęna pecuniaria, & non
dicat cui ſit applicanda, ea non alij quam Regio fiſco ap-
a plicatur, *a* vt dicit Bart. in l. agraria, ff. de term. mo. & Affl.
in d. c. 1. in ver. pœnarũ, in prin. Et nedum dicuntur eſſe de
6 regalibus compẽdia pęnarum, † quarũ appellatio de pœ-
na certa tam perſonali, quam pecuniaria intelligitur, vt di-
cit tex. in l. ſi. qua pœna. in fi. ff. de ver. ſign. verum etiam &
compendia mulctarum, quarum appellatio de pœna pe-
cuniaria arbitraria intelligitur, d. l. ſi qua pœna, & l. mul-
ctarum, C. de mod. mulcta. quod mulctarum compendia
de regalibus eſſe dicãtur, habes expreſſe in d. c. 1. quæ ſint
regal. & late Affl. ibi in verſ. mulctarum, in tantum, quòd
vt dicit tex. d. l. mulctarum earum compendia Regio æra-
rio applicantur, & licet iſte Rit. fecerit ſolum de pœnis fi-
ſcalibus mentionem, adhuc & mulctæ fiſcales intelligun-
7 tur, † quia differentia inter pœnam, & mulctam de qua
dixi ſupra, multoties confunditur, vt inquit Affl. in conſt.
Reg. ea quæ ad decus. 1. not. nu. 20. & per me in prag. per
excellentem, §. 3. fuit mandatum, nu. 1. de Senatuſconſ. Ma-
ced. & cum præfati caſus maximæ ſint importantiæ, voluit
iſta Regina, alijque conditores Rituum, quòd non ab alijs
quam ab ipſa Magna Curia cognoſcãtur, vt iſtud tribunal,
tanquam ſpeculum omnium curiarum, vt dicit conſt. Reg.
Magnæ Curiæ, aliqua maiori præeminentia alijs præeſſet,
quemadmodum & alia ſpecialia per d. cõſt. Magnæ Curiæ
ſibi conceduntur. Hodie autem aliter ſeruatur, quia Regiæ
Audientiæ omnes de præfatis cognoſcunt, officiales Baro-
num (quia Barones habent priuilegia limitata, exceptis cri-
minibus læſæ Maieſtatis) non cognoſcunt de primo caſu,
videlicet guerra mota, de ſecundo ſic, quoniam non Regia
iuriſdictio in eorum terra vſurparetur, ſed Baronialis, ſed
non firmo pro conſtanti. De tertio videlicet de pœnis fi-
8 ſcalibus, ſimiliter † quia omnes Barones habent quatuor
literas arbitrarias, quæ continentur in c. Reg. exercere vo-
lentes, in c. iuris cenſura, cap. ne tuorum, & c. ad peruer-
ſorum, quarum literarum vigore poſſunt pœnas compo-
nere, & permutare, vt ſcribit Affl. in d. c. 1. quæ ſint Rega.
in verſ. pęnarum, num. 23. & Regia prag. 6. Caro. V. incip.
mandamus etiam ſub tit. de Baro. eorum officio, & eas ſibi
applicant, vt dicit Capic. dec. 185. nu. 4. vigore priuilegio-
rum concedentium eis iuriſdictionem cum fructibus, &
prouentibus mero mixtoque imperio, & quatuor literis
arbitrarijs forma communis omnium priuilegiorum can-
tat; & hinc eſt quod D. Marinus in loco præalleg. & Apo-
ſtil. Affl. quam ſupra citauimus, de iſtis tribus contentis in
hoc Rit. non enumerat inter præeminentias Magnæ Curię
niſi cognitionem de guerra mota. ¶ Secundo no. ibi nul-
lus, quod denuncians Magnę Curiæ aliquem caſum de cõ-
tentis in hoc Rit. vel quocunque alio fiſcali caſu, non ad-
mittitur,

ADDITIO.

a Applicatur. Adde caſum notabilem, in quo pœna pecu-
niaria, vbi nihil expreſſum fuit, cui applicanda ſit, applica-
tur aduerſario, vt in l. fin. ff. de litigioſ. vbi cum prohibitum
ſit, inquit Iureconſ. rem de qua controuerſia eſt, in ſacrum
dedicari, alioquin dupli pœnam dedicantem pati, cùm
quæreretur, duplum vtrum fiſco, an aduerſario præſtan-
dum ſit, poſtquam nihil exprimitur, reſpondi, fortaſſis,
magis aduerſario, vt velut ſolatium habeat, pro eo, quod
potentiori aduerſario traditus ſit. C. P.

Digitized by Google

mittitur,niſi obliget ſe ad certam pœnam de probando,&
proſequendo denunciationem, facta tamen conuentione
de pœna ad quam ſe obligat, cum Aduocato, & Procura-
tore fiſci.iſtud hodie non ſeruatur, vt dicam infra Rit.199.
9 vbi eſt propria materia, ibi vide. ¶ † Quæro primo in
hoc Rit. quænam propriè dicatur guerra? Breuiter habes
primo ſcire quid ſit bellum,& id ſecundum Cic.de repub.
& Luc.de Penn.in l.1.col.3.C.vt armo.vſus,lib.11.dicitur
eſſe illud,quod ex edicto geritur de rebus repetendis,aut
propulſandorum hoſtium cauſa, idq; inter Principes con-
ſiſtere dicitur,quoniã apud eos(tam ſeculares,quam eccle
ſiaſticos)dicitur reſidere poteſtas indicendi belli,vt inquit
tex.cũ Gl.in cap.quid culpatur,23.q.1.verſ.ordo autẽ, &
Luc.de Penn.in d.l.1.vbi ad hoc, vt bellum dicatur iuſtũ,
quinque ponit conditiones, easq; omnes ſatis pulchre ex
10 ſacra veteri ſcriptura comprobat,† quãuis ſecundũ eund.
in l.deuotiſſimos,C.de meta. lib.12. ſeptẽ genera bellorũ
reperiantur,vt latius ex eo eſt videre, de hoc bello dicit
Pſ.67. Diſſipa gentes,quæ bella volunt.Cic.in C.Verrem.
11 † quod exitus ipſius belli incerti ſunt,& idẽ Cic. in epiſt.
quod bellum teterrimum,& periculoſiſſimũ eſt,& ad Atti.
quod eſt calamitoſũ,& exinabile. hoc præſuppoſito,quia
ad hoc,vt dicatur bellũ, requiritur poteſtas ipſius indicẽdi
12 penes bellũ gerentes, † quotieſcunq; inter duos tale po-
teſtatẽ non habentes,abſque Principis licentia, hominibus
armatis,parato vexillo ad modũ belli coadunatur exerci-
tus,talis dicitur guerra,vt ſcribit Iſer.in d.conſtit.Comes,
& Affl.ibi in 2.no.verſ.ſed pro declaratione,nu.8.& Luc.
13 de Penn.in d.l.1.col.3. † alias ſecundum eos,ſi non homi-
nibus armatis,nõ eſſet guerra,ſed vis priuata, per l.4.ff.ad
l.Iul.de vi priua.Idem ſi cum hominib.armatis,ſed nõ le-
uato vexillo,admodũ belli,quoniã tunc vis publica eſſet,
& propterea tantum pœna, l.Iuliæ, de vi publica locum
haberet per l.pen.in fi.ff.ad l.Iul.de vi publ.De hoc voca-
bulo guerrę fit mentio in c. quod olim. de Iude. in c.per-
pẽdimus,de ſent.excom. & in vſi.feu. hic finitur lex.c.do-
mino guerram,& ſecundum Luc. de Pen. in d.l.1. eſt vul-
gare Germanorum,& in hoc Regno appellamus guerram
in vulgari,quod in latino dicimus bellum, & ſic ex cõmu-
14 ni vſu, vocabula ipſa confundimus. ¶ † Secundo quęro,
quando proprie incurratur pœna priuati carceris, de qua
ſupra diximus, Bar. in l. capite quinto,ff.de adul. ſub pul-
chra diſt.quam ponit, concludit tunc demum incurri cum
ille,qui capiendi poteſtatẽ non habebat, cępit,& detinuit
ad hunc finem,vel cum ille qui poteſtatem habebat capiẽ-
di in caſibus quos ipſe ponit cepit, verũ vltra viginti horas
detinuit,quòd etiam Bal. in l.1.C.de priua.carcer. firmat,
& pulchre Bocr. deciſ.275. vol.2. per totam deciſ. Addit
tamen Io.Arcamo.in c.Reg.contra effręnatas in opere,Io.
Ant.de Nig. nu.20. dummodo captus vinculis ligetur, &
cuſtodiatur,alias ſi ſine vinculis cuſtoditus eſſet,in conſue-
to eſſet pœna l.Flauiæ de plagia.per l.penult. ff.ad l.Flaui.
& in non conſueto,pro vna vice eſſet pœna, l.Iulię de vi
publica.ſi cum armis,vel vi priuata ſi ſine armis,l.3.& 5.ff.
de vi publica,ſed profectò iſta vinculorũ requiſitio ad pœ
nam priuati carceris incurrendam, non ponitur in tex.d.
l.1.C.de priua.carce.& per Doct.omnes ne verbum quidẽ
de hoc,vnde eo ipſo, quod quis cuſtodiam priuati carceris
exercet includendo in aliquo loco, aut cuſtodiẽdo,vel cu-
ſtodiri faciendo, ita quod ille vti carceratus recedere non
poſſit, pœna priuati carceris incurritur ex diſpoſitione d.
l.1.& ideo Ang.in l.ſi quis in graui.§.ſubuenitur,ff.ad Syl-
la.dicit, ꝙ ſi quis potentior fuit in carcere à quo de facili
potuiſſet aufugere non incurrit in pœnam d.l.1. quod etiã
firmat Aret.in tract.malef.in ver. fama publica.q.12.in fi.
15 nu.71.ſecutus eſt idem Hip.conſ.135.nu.19. † & ſic ſecũ-
dum pręfatos, non aliud cõſideratur quã priuatio liberta-
tis illius,qui recedere non poteſt ad ſui libitum,quia talis
carceratus dicitur.l.ſuccurritur.ff.ex quib. cau. maio.l.qui
neque,ff.de ver.ſig.no.per Bart.in l.qui in carcerẽ,ff.quod
met.cau.& ideo tex.d.l.1.dicit,ꝙ cuſtodiã priuati carceris
exercet, per quę verba videtur expreſſe decidi, quod etiã
ſi ſine vinculis teneatur,ſi tamen recedere nõ poterat,quia
cuſtodiebatur,idẽ eſt,& ideo Affl.in cõſt. Reg. durã 4.no.
verſ.ſed quid ſi nu.10.referendo verba Arcamo in d.c. cõ-
tra effręnatas,quãuis ipſe referat vti verba Neapo. dicit,ꝙ
poterit etiam puniri pœna priuati carceris, pro hoc etiam
Caſſa.in conſue.Burg.tit.des droictz.rubr.1.nu.63.fol.18.
vbi quòd carceris priuati pœna incurritur vbicunque quis
16 aliquem ſub cuſtodia fideiuſſorem detinet in loco, † quia
paria ſunt aliquẽ in vinculis eſſe,vel ſub cuſtodia fideiuſſo-
rũ,l.3.in fi.prin.ff de bon.eo.qui ante ſent.2.q.6.c.1. & fir-
mat Luc.de Pen.in l.ſi grauius,in fi.C.de dignit.lib.12.Ille
tex.in l.pen.ff.ad l.Flau.de Plagia. (quem ſupra retulimus,
& Io.Arcamo.allegat)non facit ad quęſt.nam licet loqua-
tur de eo qui celat hominẽ,vel vinctum habuit,non tamen
loquitur,quod id fiebat ad finem carcerandi,& detinendi,
ſed forte ad alium,merito illa pęna de qua l.fi.ibi tractat,
locum habet, ſolum quotieſcunque fit ad finem hominis
carcerandi,& detinendi,tunc ſiue cum vinculis,ſiue ſine,ſi
talis cuſtoditur à cuſtodia,vel ſub fideiuſſoribus, priuatus
carcer exerceretur, quia cuſtodia, priuati carceris eſt, d.
l.1.tex.l.5.ad l.Iul.de vi pub. ſimiliter ſupra allegatus,qui
de homine incluſo loquitur. Simili modo refellitur, vel
vnica,& alia reſponſione ambo refelli poſſunt,ꝙ licet ſta-
tuant pœnã,videlicet lex penu.pęnam l.Flauiæ,de plagia.
& l.5.pœnã l Iuliæ de vi.quia incurſum eſt in l.Flaui.& l.
Iul. de vi publ. tamen non propterea negatur in eis quin
etiã pœna priuati carceris ad l.1. introducta imponi poſ-
ſit,cum & priuatus carcer cõmiſſus ſit,vt Affl.videtur ſen-
17 tire in d.conſt.Reg.duram,† quia nunquam plura delicta
concurrentia faciunt vt illius impunitas detur,l.nunquam
plura, ff.de priua.delict. & no.per Bar.in d.l.cap.5. hocq;
maximè in Regno procedet per cap.Reg.terrerij,& aliud
cap. quod incip. amplius per quæ, ſola captura hominis
prohibetur ſub pœna priuati carceris,vt dicit Affl.in prę-
alleg.conſt.duram,nu.10.in fi. & idem Io.Arcamo.in d.c.
contra effręnatas, verſ.ſed hodie, nu.22. vbi dict. c.alleg.
18 † Pręfatis adde,ꝙ carcer eſt quadruplex,vt dicit Caſſan.
in conſue.loc.proxime cit.nu.99. quandoque enim carce-
ratur quis perpetuò ad pœnã perpetuam,iuxta diſpoſitio-
nẽ iuris can.in c.nouiſſimos,§.fin.de verb.ſig. & per Abb.
in c.cum nõ ab homine,& c.at ſi clerici.de iud.quãdoque
carceratur ad modicam coertionẽ, vt eſt in caſu l.2.C.de
ſportu.aliquando ad cuſtodiam,de quo loquitur tex.in l.2.
19 & fin.C.de cuſto.reo. † vbi quod ad cuſtodiã,non ad pœ-
nam carcer inuentus fuit à iure ciuili, vt tradit etiam Pau.
Grilla.de relaxatio.carce.q.2.nu.4.& quandoque ad cor-
rectionem,vt cum pater carcerat filium,aut dominus ſer-
uum, iuxta l.3.§.1.& 2.ff.de libe.ho.exhi. & l.1.& l.2. C.
de patr.pot.de quo Bar.in d.l.c.5.Iudicio tamẽ meo poteſt
etiam addi quintus carcer,qui furioſo ex iuris diſpoſitione
datur in l.diuus,ff.de offic.præſid.qui ſecundum Iuriſconſ.
ibi,ad tutelam ipſius,& proximorum ſecuritatem permit-
titur: quamuis Caſſan.ibid.confundat hunc carcerem cum
quarto. Salerni die 25.Maij.1559. Proſper Carauita.

RITVS XLVIII.

ITem,quòd Curia ipſa,& quælibet ipſarũ dũ ſunt extra ciuitatem Neapolis cognoſcãt ibi de cauſis ciuilibus,& criminalibus quandocunque,& vbicunque commiſſis,& cauſa ipſa incipiat per litis conteſtationem,& non aliter,etiam ſi curiæ inde recedant antequam cauſa ipſa terminetur,& dum eſt in loco;ciuiles,& criminales taceant,& non reddant ius niſi per Curiam hoc eis permittatur.

SVMMARIVM.

1 *Magna Curia quando extra ciuitatem Neapolis reperitur,de omnibus cauſis vbicunque cognoſcit, exceptis inceptis coram ordinarijs locorum.*

Digitized by Google

2 *Litis conteſtatio lapis angularis totius proceſſus dicitur, quia omiſſa, corruit totus.*
3 *Omnes cauſæ in Regno ſunt ſummariæ.*
4 *Iudicium vbi captum eſt, finem habere debet.*
5 *Luminare maius obſcurat minus.*
6 *Iuriſdictio inferioris per ſuperioris præſentiam non ſilet.*
7 *Facilius tollitur poteſtas competens iure ſpeciali delegationis, quàm iure communi.*

ISte Rit. duplicatur per eadem verba inf. Rit. 59. verum ibi habetur litera magis correcta, ſecundum quam cor-
1 rexi hunc Rit. ¶ † No. primo, quod Magna Curia quando reperitur extra ciuitatem Neapolis, vbicunque reperiatur poteſt ibi cognoſcere, & pronũciare de cauſis ciuilibus, & criminalibus quandocunque, & vbicunque cõmiſſis, dũmodo ſanè intelligas præterquam incæptis, & vertentibus corã ordinarijs locorum, quoniam tunc de eis non poſſent ſe intromittere per regulam l. vbi cęptum, ff. de iud. de qua infra dicam in 3. no. Seruabatur iſte Rit. tempore iſto, quia tunc Magna Curia, & iudices ipſius tenebãtur per ſex hebdomadas in qualibet prouincia morari pro iuſtitia miniſtranda, & corrigẽdo officialium exceſſus, vt diſponitur in c. Reg. inſuper, verũ, quia temporũ iniuria illud c. non ſeruatur, quia Magna curia nõ recedit à ciuitate Neap. ceſſat diſpoſitio iſtius Rit. vtinã tamen ſeruaretur, dicit Neap. in d. c. quia tot extorſiones per Præſides prouinciarũ, & alios officiales, non cõmitterentur, ſed ſecundũ eum, licet in hoc Regno non ſeruetur, d. c. tamen ſeruatur in Regno Siciliæ vltra Farum. ¶ Secundo not. ibi, & cauſa incipiat, quod tempore iſtius Rit. cauſa debebat incipere à litis cõteſt. & ſic tũc neceſſaria erat litis conteſtatio, de qua in toto tit. C. de lit. conteſt. & c. 1. extra eod. tit. & in tantũ litis conteſtatio erat neceſſaria, ꝙ cauſa debebat ſumere initium ab
2 ea, vt iſte Rit. dicit. & bene, † nã ſecũdũ Bal. in c. 1. col. 1. de lit. cõteſt. lapis angularis eſt totius iudicij, & vnũ de ſubſtãtialibus ipſius, adeo, ꝙ ſi omittebatur vitiabat totũ proceſſum, vt dici. Gl. in c. dudũ, lo 2. de elect. & Bar. in l. prolatã. C. de ſent. ſed hoc nõ ſeruatur hodie, † quia cũ in Re-
3 gno cauſæ omnes ſunt ſummariæ per Rit. inf. 288. & ſeq. & per prag. diſpẽdia lit. ſub tit. de ord. iud. cauſæ ipſæ non à lit. conteſt. incipiunt (cum poſſit omitti, vt ibi dico, & in d. prag. diſpendia) ſed primus actus qui ſolebat immediate ſequi lit. conteſt. habet vim conteſtationis litis, vt dicunt Bart. & Bal. in l. nulla, C. de proc. Rom. conſ. 164. Alex. cõſ. 50. nu. 7. volum. 2. Maran. in pract. par. 6. in 10. membro. ¶ Tertio no. ibi, etiã ſi Curię, ꝙ licet Magna Curia recedat à loco, vbi cœpit aliquam cauſam cognoſcere antequam eandem terminet, tamen non propterea debet remanere officiali ipſius loci, ſed ad ipſam Magnam Curiam, & hoc
4 volunt dicere iſta verba. † Ratio eſt, quia vbi cęptum eſt iudicium, ibi debet finem accipere, l. vbi cæptum, ff. de iud. de hoc tex. in l. cum quædam puella, in princ. ff. de iuriſd. omn. iud. cũ alijs quæ Gl. vtrobiq; allegat, & Doct. vbique. ¶ Quarto no. ibi, & dum eſt in loco, quod vbicunque per Regnũ reperitur ipſa Magna Curia, ciuiles, & criminales iudices ſilent, nec poſſunt reddere ius, niſi hoc eis ab ipſa Magna Curia permittatur, cum quo concordat cõſt. Reg. honorem, verum iſte Rit. plenius prouidet, quia per illam conſt. ſolum Iuſtitiarius ſilebat, vt conſt. ipſa dicit ad literam, non autem alij, vt ſunt capitanei, & baiuli locorum, vt
5 Iſer. ibi dicit, & poſt eum Affl. q. 11. nu. 23. † Ratio iſtius Rit. eſt eadem, quam ponit tex. dictæ conſt. quia luminare maius ſuperueniens, obſcurat luminare minus in reuerentiam ipſius maioris, vt dicit text. in d. cap. denique 21. diſt. de offic. legat. cap. volentes, de priui. c. antiqua, §. dominicæ, & Gloſ. in prealleg. iuribus. De iure vero communi ciuili, vt dicũt Gl. & Iſer. in d. conſt. honorem, & idem Iſer. & Affl. in conſtit. ſtatuimus, q. 11. diſponitur contrarium,
6 † & iuriſdictio inferioris nõ ſilet per præſentiam ſuperioris, pro hoc l. in hac, C. de don. l. nihil. C. de palati. ſacra. larg. lib. 12. & in auth. de defenſo. ciuita. §. nõ valentibus, & no. per Bart. in l. fi. ff. de off. proconſ. & ſecundũ Affl. in præalleg. cõſt. ſtatuimus diſpoſitio iſtius Rit. & d. cõſt. honorẽ cõcordat cũ iure canon. in d. c. volentes, & alijs præalleg. cap. quod non credo procedere abſque difficultate, per ea, quæ dicit Imo. in d. c. nolentes. nu. 5. vbi ſatis nota. ad illum tex. dicit quod ibi ſilet officiũ minoris in officio quod habebat vt delegatus, nõ autem dicit, ꝙ ſileat quoad eius ordinariã iuriſdictionem, prout ego credo, quòd debeat ille tex. intelligi, ratio diuerſitatis eſt, ſecundum eum,
7 † quia facilius tollitur poteſtas cõpetens iure ſpeciali delegationis, quam competens iure communi, l. eius militis, §. militia miſſus, ff. de milit. teſta. in tantum, ꝙ nec etiã ſileat iuriſdictio ordinarij minoris per præſentiã maioris de iure cano. ſed tantum iuriſdictio delegati, vt etiam ſentit Gl. in d. c. denique, in ver. maior quæ, d. c. volentes intelligit, quando minor habebat iuriſdictionem ab ipſo maiore, & ſic quando minor erat, vt delegatus maioris, nõ vt ordinarius: & hæc eſt alia, & quarta præeminentia, quam habet Magna Curia, vltra præfatas in Rit. præceden. qu a vbi eſt ipſa, ſilent omnes aliæ iuriſdictiones: verum, ſecundũ Affl. in conſt. ſtatuimus, 10. no. nu. 35. in hoc eſt duplex præeminentia, vna, de qua proximè diximus, altera quia Magna Curia, cum non poſſet cognoſcere de cauſis ciuilibus inter partes, ſed Baiuli, vt dicit ead. conſt. ſtatuimus per hũc Rit. quando eſt per Regnum, poteſt cognoſcere. Sed aduerte ne erres, quia (vt credo) Afflict. minus bene dicit, ex quo Magna Curia, per diſpoſitionem Rit. 46. vt ibi dixi, habet iuriſdictionem ordinariam ciuilem, & criminalem in Regno, quod etiã firmat D. Marinus Frez. de ſubfeu. tit. de off. Magiſtri Iuſtitiarij, in princ. lib. 1. ſicq; corrigitur diſpoſitio d. conſtit. quæ aliud volebat: vnde ſtante ordinaria iuriſdictione penes eam, præeminentia non in alio conſiſtit, niſi quia quando eſt per Regnum, ſicut antea iuriſdictio erat cumulatiuè, vt dixi in d. Rit. 46. in fi. tunc eſt priuatiuè ad officiales locorũ, quia ſine eius licentia nil poſſunt facere. Confirmatur, quia Doct. ponentes præeminentias Magnæ Curiæ, non ponunt iſtã de cognoſcendo in cauſis ciuilibus, ſed tantum, quòd vbi ipſa reperitur, offuſcat alias, quod nõ eſt ob aliud, niſi quia in hoc nõ habet præeminentiam, ſed poteſtatem ordinariam. Sed cum Magna Curia hodie non recedat à ciuitate Neap. vt dixi ſupra in principio præſentis Ritus, ceſſat iſta præeminẽtia, & propterea credo, quod D. Marinus in proximè citato loco, in fine, dum ponit prę eminentias Magnæ Curiæ, omiſit iſtam, ponendò eas tantum, quas vſu quotidiano habet. Recordor tamen, ꝙ annis ab hinc ſex, Dominus Alferes Hiſpanus, qui tũc erat Iudex criminalis Magnæ Curiæ, acceſſit Ebolum de ordine Illuſtriſſimi Domini Proregis, pro quodam graui facto, & cũ ibidẽ fuit, noluit ꝙ Curia Capitanei redderet ius, ac ſi tota Magna Curia accederet: credo, ꝙ haberet præeminentiam d. conſt. & iſtius Rit. quia nõ ſunt correcti, & non ſeruantur, quia Magna Curia non recedit à ciuitate, ſed ꝙ vnus Iudex hoc poſsit facere nõ credo, quia d. conſt. honorem, loquitur quando vadit per Regnum Iuſtitiarius, vnà cum Iudicibus, non autem quando Iuſtitiarius ſine Iudicibus, vel Iudices ſine eis, vt in ſpecie Afflict. ibi tangit, & ideo illud non fuit bene factum. Salerni die 27. Maij 1559. Proſper Carauita.

RITVS XLIX.

ITem, quòd Curia ipſa, & quælibet ipſarum cognoſcat de exceſſibus officialium aliorum delinquentium in eorum officijs ea exercendo, & non aliter.

SVMMARIVM.

1 *Præſides de iure communi, officiales in ſua prouincia delinquentes, punire debent.*
2 *Merum imperium non per alios, quam per prouinciarum Præſides exercetur.*

3 Di-

Digitized by Google

3 *Diſpoſitio Ritus 49. num vendicet ſibi locum etiam in officialibus Baronum?*
4 *Dictio aliorum, ſimilia implicare ſolet.*
5 *Nullum ſimile eſt idem.*
6 *Indefinita locutio æquipollet vniuerſali.*
7 *Officiales Baronum an Regij dici poſſint?*
8 *Ceſſante cauſa, ceſſare debet effectus.*
9 *Barones in eorum terris ſunt Iuſtitiarij, idemq; poſſunt quod Imperator in ſuo Regno.*
10 *Iuſtitiarius officiales ſuos in officij exercitio delinquentes punire poteſt.*
11 *Facile eſt inuentis addere.*
12 *Priuilegia Baronum eis quid tribuant.*
13 *Limitata cauſa, limitatũ producit effectũ, & in nu. 20.*
14 *Officialis maioris Iudicis ſi in terra Baronis delinquat extra officij exercitium, per Baronem punietur, ſecus ſi in officij exercitio.*
15 *Clericus exercens officium ſeculare, ſi in eo excedat, conuenitur coram iudice laico.*
16 *Princeps inueſtiendo aliquem, non præſumitur tollere ius tertij.*
17 *Rex concedendo, vel derogando, quæ concedere, vel derogare intelligatur.*
18 *Capitaneus officialem ſi mittat per comitatum, & delinquat, ipſi imputandum. Idem de Epiſcopo Vicarium mittente, ibidem.*
19 *Dominus facto ſuæ familiæ an teneatur?*
20 *Baro exhibens officialem delinquentem liberatur.*
21 *Tribunal Magnæ Curiæ vti iuſtitiæ ſpeculum, cæteris præfixum dicitur.*
22 *Officialis dupliciter, & largè & ſtrictè ſumitur.*
23 *Actuarij, & ſeruientes curiarũ, largè officiales dicũtur.*
24 *Seruientes iudici eccleſiaſtico, ſi ſint laici, & delinquant in eorum officio, à quo puniantur.*
25 *Officiales in exercitio officij delinquentes, quando inquiri poſſunt, durante, vel finito officio.*
26 *Syndicatus officialium quo in loco fieri debeat.*
27 *Officialis ſi durante officio commiſit adulterium, furtũ, homicidium, & ſimilia, vel eis committendis præſtitit auxilium, vel fauorem, an dicatur deliquiſſe in exercitio officij.*

CONcordat iſte Rit. cũ alijs duobus Rit. inf. 51. & 61. vbi eadem verba habes, niſi ꝙ hic extat illud verbũ aliorum, quod in alijs Rit. non adeſt. ¶ No. ex hoc Rit. aliam, & quintam præeminentiam Magnæ Curiæ, vt de exceſſibus officialium aliorum in exercitio officiorũ delinquentium ipſa Magna Curia cognoſcat. Amplia hunc Rit. procedere nõ ſolum in prima cauſa, ſed etiam in ſecunda cum appellatur à ſyndicatoribus, vt dicam infra latius in Rit. 295. in 5. quæſt. De hac præeminentia habetur etiam in conſt. Reg. Magiſter Iuſtitiarius, vt etiam Affl. ibi. no. in 1. no. & de ea facit mentionem D. Marinus Frez. de ſubfeu. lib. 1. de off. Magiſtri. Iuſtitiarij, num. 40. Detrahit iſte Rit.
8 iuriſdictioni Præſidum prouinciarum, † quibus de iure cõmuni cõceſſum erat officiales delinquentes in ſua prouincia, punire, vt dicit tex. in auth. vt iud. ſine quo. ſuffra. §. volumus, verſ. ſi autem ipſi, & §. quis autem primitus, per quæ iura ita tenet Luc. de Pen. in l. quinq; col. 1. C. de decurio. lib. 10. & in l. nihil. col. 2. C. de palati. ſacra. larg. lib. 12. quod poſtmodum per conſt. Reg. ſtatuimus, vt Magnæ confirmatum fuit, vbi etiam Affl. notat. 10. no. nu. 35. cauſæ omnes criminales ipſi iuſtitiario reſeruantur, & etiã
2 per conſtit. Reg. ea quæ ad decus, † per quam merũ imperium per alios exerceri, quàm per Præſides prouinciarum prohibetur: & profectò niſi hũc Rit. intelligeres detrahere iuriſdictioni Præſidum prouinciarum, & ſic loqui priuatiue ad eos, ad nihilum ſeruiret, nec in hoc præeminentia eſſet ex his, quæ dixi tibi ſupra Rit. 47.

3 ¶ † Quæro primo in hoc Rit. de vna quæſt. ſatis neceſſaria, & de qua vidi quotidie quæri, ac dubitari, nunquid diſpoſitio iſtius vẽdicat ſibi locum in officialibus Baronum? Ant. Capyc. deciſ. 27. nu. 11. dicit, ꝙ iſte Rit. cum alijs ſim. videtur loqui in officialibus Regijs, & non dicit plus, nec in caſu per eum deciſo poteſt apparere quid deciſiue ſentiat, cum decidat ſolum de delictis officialium Baronum delinquentium extra officium, de quibus iſte Rit. non loquitur. Confirmari poſſet, ꝙ ſub dubio, & ſub verbo vide-
4 tur, dicit Capyc. propter dictionem aliorum, † quę ſimilia ſolet implicare, ſecũdum Gl. in l. ſi fugitiui, vbi no. per Bal. col. fin. ver. quęro hic dicitur, C. de ſer. fug. Glo. in c. ſedes, de reſcr. Bar. in l. ſed reprobari, in princ. col. 1. in fin. verſic. contra hunc tex. ff. de excuſ. tut. Gl. in l. argumento, §. Margaritam, ff. de aur. & arg. leg. Bal. in l. conuenticulã, col. 5. verſ. item eſt argumẽtum, C. de Epiſc. & cler. Fely. in cap. veniens, in fi. de ſimon. Alex. conſ. 87. vol. 5. Rom. conſ. 42. in fi. Lud. Gomes. in c. cum in multis, nu. 60. de reſcri. in 6. Tiraq. in tract. ll. coniu. gl. 3. num. 25. & 42. Curt. iun. conſ. 183. nu. 2. & Pet. à Plaza in epitome delictorum, lib. 1. c. 1. nu. 14. quaſi voluiſſet dicere Rit. per illam dictionẽ, quod licet Magna Curia cognoſcat ex præeminentia delicta officialium, illud intelligitur de alijs officialibus ſimilibus officialibus ipſius, & ſic Regijs, quid dicendum? mihi videtur, quòd intelligere hunc Rit. in officialibus Regijs, eſt mera diuinatio ad ipſum, & vltra id, talis intelligentia non poteſt aliquo pacto ſubſiſtere, nam nulla penitus eſt ratio diuerſitatis inter officiales Regios, & Baronum, propter quod debet eadem Ritus diſpoſitio militare, l. à Titio, iuncta gloſ. ff. de verb. oblig. l. 3. §. ſed & hi, ff. de iniuſt. teſta. l. pen. C. de inoff. do. l. illud, ff. ad l. Aquil. & l. 1. C. de lib. præte. Non obſtat, quòd de dictione (aliorum) dictum eſt, quoniam dupliciter reſpondeti poteſt, primo, quia hic nõ dicitur aliorum officialium, ſed officialium aliorum, & ſic Baronum. Secundo, quia licet dictio (alius) referat ſimilia,
5 tamen includit diuerſa ab expreſſis, † quia nullum ſimile eſt idem, l. quod Nerua, ff. depoſ. & firmat Soc. conſil. 300. in cauſa interpellationis, verſic. tertio principaliter, vol. 2. Alex. conſ. 119. nu. 6. vol. 2. Apoſtill. ad Bar. in d. l. ſi fugitiui, & Spec. de ſponſa. & matr. in princ. num. 4. verſic. item dictio aliam, vbi allegat illud Ioan. cap. 19. ibi, Crucifixerunt eum, & cum eo duos alios, & 7. q. 1. Nouatianus, ibi, Alios pſeudo Epiſcopos. in tantum quòd impropriè ponitur quandoque, ſecundum Gloſ. & Bar. in l. non ſolum, §. quæritur, ff. de procur. & in d. §. Margarita, & ſecundum eam in d. §. quæritur, eſſet faciẽda expoſitio hic, quòd magna Curia cognoſcit de exceſſibus officialium aliorum, hoc eſt de exceſſibus aliorum, qui tamen ſunt officiales. Et ſi dicatur, aduerte, quia immò maxima eſt ratio diuerſitatis, cum in officialibus Regijs non afferat præiudicium, niſi Præſidi prouinciarum, qui à Rege dependet, & propterea poteſt ad ſui libitũ præiudicare, ſed in officialibus Baronum, qui habent iuriſdictionem propriam in eorum terra vigore priuilegij, videtur eiſdẽ Baronibus fieri præiudicium. Reſpondetur, ꝙ tempore iſtius Rit. non poterat haberi iſta conſideratio, ne fieret præiudicium Baronibus, ex quo Barones tunc temporis nõ poterant merũ imperiũ exercere, & per conſequẽs eorũ officiales punire, vt patet ex conſt. Reg. ea quæ ad decus, vbi Afflict. in 1. no. dicit, ꝙ Rex Alphõſus primus de Aragonia, qui fuit poſt iſtos Rit. vt patet ex prag. Reg. cœpit cõmunicare merũ imperium Comitibus, & Baronibus per priuilegia ſpecialia, & vt idẽ Affl. ibid. col. 2. dicit tẽpore Reginæ Ioãnę ſecũdę, quę hos Rit. edidit, vt in 1. Rit. patet, eadẽ Regina conſtituebat Comites, & Barones, Regios Capitaneos ad vitã, cũ mero imperio, adeo ꝙ nõ exercebant merũ imperium vti Barones nomine proprio, ſed vti Capitanei Regij, & ex conſequenti nullum poterat præiudicium generari ipſis Baronibus, intelligendo hunc Rit. generaliter, de officialibus loquentem, tam de Regijs, quam Baronum, & ideo cum non ſit ratio intelligendi hunc Rit. de officialibus Regijs, potius
6 quam Baronum, † locutio indefinitè facta de officialibus

Digitized by Google

debet æquipollere vniuerſali, iuxta ea quæ dicit Bar. in l.
qui ædificium,nu.2.ff.de ſeru. vrb. prædio.per rationem ,
quam ipſe ibid. allegat,quia non eſt ratio quare magis in-
telligatur de vno particulari,quã de alio.idem Bart. in l.1.
§.ſed ſi incertum,nu.3.ff.de ventr.in poſſe.mittendo.vbi id
dicit procedere etiam in odioſis,quando à lege profertur
indefinita locutio , licet ſecus ſi ab homine,& in l.ſi pluri-
bus,in princ.-nu.5. ff. de leg.2. vbi latè tractat eam mate-
7 riam, tanto magis , † quia etiam officiales Baronum poſ-
ſunt dici officiales Regij,quia cum ipſe Baro qui eos con-
ſtituit habeat à Rege merum,& mixtum imperium , etiam
ſuus officialis dicitur habere iuriſdictionem à Rege , quia
omnia noſtra facimus, quibus à nobis impartitur authori-
tas , l.1.§. & ideo. C.de vete. iur. enucle.& 94.diſt.c.1.vt
perpulchrè per præfata, & alia firmat Affl. in tit. quæ ſint
reg.in ver.poteſtas,nu.2.quãuis iudicio meo non propriè,
ſed largè dici poſſet.Et pro iſta opin.adduco tex.in termi-
nis,à nemine ponderatum in c.Reg.iniunxit ver.nec non,
vbi in ſpecie conceditur Magnæ Curiæ cognoſcere de ex-
ceſſibus officialium Baronum,vt ibi patet.

¶ Iuxta præfata congruenter ſecundo quęro quid dicẽ-
dum eſt hodie in caſu præmiſſo in queſt. præcedenti,cum
Barones omnes in eorum terris habeant merum imperiũ ,
propter quod poſſent eorum officiales delinquentes puni-
re,nunquid poterunt Barones contra ipſos procedere,non
obſtante diſpoſitione iſtius Rit. videtur primo , quod ſic,
8 † quia ceſſat ratio propter quam etiam Baronum officia-
les includebantur , vt dixi ſupra, & ideo ceſſare debet ip-
ſius diſpoſitio l.quod dictum,ff.de pactis l.adigere,§.qua-
uis,ff.de iu.pat.cap.cum ceſſante,de appell.c.& ſi Epiſco-
pus,de iureiur.cum concorda.allega per Nic.Euera.in lo-
co præalleg.nu.54. à ceſſatione rationis, & Tiraq.in tract.
9 ceſſa.cauſa.in ver.legis cauſa,nu.125. fol.42. † Secundo ,
quia Barones ſunt iuſtitiarij in eorum terris , vt dicit Affl.
in conſt.Reg.Magnæ Curiæ noſtræ,5.no.circa fin.in conſt.
honorem in princ.& in conſt.pœnam eorum, nu.11.verſ.
tertio licet,& quarto,& vt dicit Ang.conſ.170. nu.2. poſ-
ſunt illud in eorum terris, quod poteſt Imperator in ſuo
Regno, vt etiam poſt alios , firmat Maran.in ſua diſput.6.
nu.14.intantum,quod, vt dicit Bar.in l.1.nu 15. in fi. ff.de
iuriſd.omn.iu l.Baro dicitur princeps ciuitatis, & territo-
rij,ad idem Gramma. conſ.ciui.95.nu.15. & Io.de Sancta
10 Iulia conſ.3.nu.7.inter conſilia Brun. † Sed iuſtitiarij poſ-
ſunt cognoſcere,& punire officiales ſuos in exercitio offi-
cij delinquentes,vt dicit Bar.& Alex.poſt eum in l.ſi quis,
§.ſi quos,ff.de pęn.intelligendo,vt per Par.in tract. ſynd.
in §.poteſtas,lo 2.nu.2.ver.tu dic,fol.240.in illis officiali-
bus quos ipſe ſibi elegit.vt etiam dicit Affl. in conſt. iuſti-
tiarij per prouincias.7.not. ergo etiam & Barones , quid
dicendũ?iſta quæſt.eſt ſatis ardua , & Baronibus Reg. præ-
iudicialis , nondum tamen ab aliquo ex his quos ego vi-
derim tacta,& deciſa:attamen poſtquam in hunc Rit.inci-
dit , ne dicant qui indeſinenter iudicant, quod facillima
ſcribo , & difficilia recuſo , dicam quod ſentio , & ſaluo
11 ſemper iudicio cuiuſlibet alterius,melius ſentientis , † cũ
poſtea facile ſit inuentis addere , videtur mihi Barones
Reg. huius non poſſe eorum officiales in officij exercitio
delinquentes caſtigare,& punire ex pluribus,primo, quia
Barones eorum iuriſdictionem , & imperium non habent
aliunde,quam ex priuilegijs conceſſionum eiſdem factarũ
de ſuis terris , & propterea quatenus priuilegia ipſa lo-
quuntur , & patiuntur , eatenus cognoſcent, vel quatenus
eiſdem legitima præſciptione præcedente , licitum eſſet ,
alias crimine vſurpatæ iuriſdictionis tenerentur , vt dicit
expreſſe Regia prag.Caro.V.incip. prohibemus de Baro-
nibus,& eorum off.& Pet.Foll. in fragmen. poſt pract. de
12 iuriſd. iud. nu.29. † Sed quia priuilegia omnia Baronum
non aliud eiſdem tribuunt,quam iuriſdictionem, & impe-
rium in ſuis vaſſallis,& aliqua priuilegia etiam in habitan
13 tibus,& habitaturis in eorum terris,† ſequitur quod limi-
tata eorum priuilegia limitatum debent effectum produ-
cere.vulga.l.in agris,vbi Alber.no.ff.de acqui.rer.domi.l.
cancellauerat.ff. de his quæ in teſt. delen. l.cum ſeruo. in
prin.vbi Bal. ff. de contrah. empt.l.cum pater, §.dulciſſi-
mis,ff.de legat.2.& l.2.vbi per Bal.ff.de ſeruis expor.cum
concordan. poſitis per Tiraq. in tract. ceſſa. cauſa, par.1.
nu.142. fol.51. & propterea ſolum ſuos vaſſallos delin-
quentes poterunt caſtigare, & hoc etiam ſi eſſet ſuus vaſ-
ſallus illius met terræ , aut alterius,ratio eſt,quia quotieſ-
cunq; officialis delinquit in officij exercitio non ſortitur
forum ratione loci,vbi reperitur,ſed ratione officij,& iu-
riſdictionis, adeo , quod non conſideratur tunc vti homo
14 vaſſallus ibi delinquens,ſed vti officialis:† probatur,quia
officialis iudicis maioris delinquens in terra Baronis ex-
tra exercitium officij , punitur ibi per Baronem , l.officia-
les.C.de off.rect.prouin. vbi hoc no. Bar. dum tamen no-
tum faciat Superiori ſuo,& idem Alb.in l.ſi quis forte , §.
ſi quos comitum , ff.de pœn. cum alijs , quæ ponit Boer.
deciſ.9.nu.5.vol.1. & tamen ſi delinquat in exercitio offi-
cij , non punietur ibi per Baronem, ſecundum Io. Fab.in l.
quod promulgatis,C.de off.præfect.vrb. & Boer.in deciſ.
* præalleg.nu.9. * Item † probatur per aliud , quia clericus
15 qui exercet officiũ ſeculare, a ſi in eo excedit conuenitur
a à Iudice laico, vt dicit Pari.in ſynd.§.clericus, idem ſi te-
net;feudum ſecundum eum c.verum,de fo.comp.ratio eſt,
quia non conuenitur de pertinentibus ad eum aliter quam
ratione officij, aut feudi, & tamen maius priuilegium eſt ,
eſſe clericum quã vaſſallum Baronis,vnde data iuriſdictio-
ne contra vaſſallos , & habitantes, non debet poſtmodum
extendi ad illos , qui delinquendo , non conſiderantur vti
vaſſalli,& habitantes , ſed vti officiales,de quibus punien-
dis non loquuntur priuilegia , ſed ipſi Magnæ Curię , cui
ſpecialiter conceſſa eſt iuriſdictio officialium delinquen-
tium in officio,ſunt remittendi , vt puniantur . Secundo ,
quia per diſpoſitionem iſtorum Rit. eſt iam quæſitum ius
ipſi Magnæ Curiæ per ſpecialem præeminentiam cogno-
ſcendi priuatiue ab alijs,vt in prin.iſtius Rit. dixi,de deli-
ctis officialium in offic. delinquentium , & ideo licet po-
ſtea per Regem concedantur priuilegia Baronibus cum
mero, & mixto imperio in eorum terris , tamen non pro-
pterea videtur concedere poteſtatem cognoſcendi de his
16 de quibus ſpecialis iuriſdictio conceſſa erat alteri, † quia
Princeps inueſtiendo,non intelligitur tollere ius tertij , l.
nec auus,C.de emancip.libero.l.2.§.merito,& §. ſi quis à
principe. ff.ne quid in loc. publ. l.2. vbi Glo. C.de fun. &
ſalti.lib.11.immo ſemper ſaluo iure tertij , intelligitur in-
ueſtire.l.ex facto.ff.de vulg.& pup.quia iuri tertij non in-
telligitur velle præiudicare.c.ſuper eo. de off. deleg.cum
ſimil.quæ allegat Io.de Sancta Iulia inter cõſ.Brun. cõſ.3.
nu.3.& Io.de Neuiza.conſ.12.nu.131. etiam ſi motu pro-
prio id faciat Princeps , vt dicit Io.And.in c. ſi motu pro-
prio,de præb.& Abb.in c.1.de iud.& etiam ſi per viã legis
generalis,quando non ſubeſſet iuſta cauſa publicæ vtilita-
tis l.venditor.§.ſi conſtat.ff.commu.prædio.Inno.in c.quæ
in eccleſiarum,de conſt. Bar.in prooe.ff.vbi per Moder. &
* in l.1.in fi.ff.de conſt. princ. vt latè dixi in prag. * per ex-
cellentem,§.audeat.nu.15.de Senatusconſul.Macedo.pro
quo faciunt quæ dicit Affl.in d.conſt.honorem,in prin.vbi
quod ſicut iuſtitiarij regionum ſilere debent iuriſdictione
quãdo ibi eſt præſens Magna Curia propter diſpoſitiones
illius conſt.vt in Rit.præced. diximus , eodẽ modo & Ba-
rones licet habeant in priuilegiũ merũ , & mixtum impe-
riũ , niſi in priuilegio eſſet in ſpecie derogatũ illi præemi-
nentiæ cõceſſæ Magnæ Curię,ꝙ vbi ipſa reperitur,omnes
iudices ſileant prout dicit ipſe vidiſſe derogatũ in priui-
legijs

ADDITIO.

a Seculare.Vide omnino cap.Regni,vt cùm nihil,nu.159.
& ibi Ioann.Ant.de Nigris,vide etiam Aufred. in deciſio-
nib.Cappell.Tholoſ.deciſ.126.Boe.deciſ.69.De monacho
vero quòd poſſit eſſe iudex in ſpiritualibus cum licentia
Abbatis,& aduocatus procurator,ac defenſor, vide Guid.
Papa q.563. C. P.

Digitized by Google

legijs Principis Salerni, & ideo non ſeriosè factum erat,
quod in aliquibus priuilegijs antiquis conceſſum vidi per
Regem Ferdinandum primũ, olim Principibus Biſignani,
& Salerni, videlicet, quod poſſint cognoſcere de quibuſuis
maleficijs, ſeu quaſi criminibus, & cauſis quibuſcunque, &
caſibus in quibus, & vnoquoque ipſorum Iuſtitiarij regio-
num Magiſtri Iuſtitiarij, Reges Magnā Curiam, & Iudices
ipſius, Sacrũ Cõſilium, Regia Camera Summariæ, & vnuſ-
quiſque ipſorũ de iure Regni, cõſt.c. literis arbitrarijs, pri-
uilegijs, obſeruãtijs, & ritibus ipſius Magnæ Curiæ, ac pri-
uilegijs, & literis ſpecialiter conceſsis ipſi Magnæ Curiæ
vſu, cõſuetudine, & quouis alio modo procedere poſſunt,
17 ſeu poteſt, cõſueuerunt, ſeu conſueuit: † nam per hæc ver-
ba apparet, ꝙ vbi aliter Rex concedit, nõ propterea intel-
ligitur concedere ea, quæ ſpecialiter alijs tributa ſunt: nec
etiã èis derogare, niſi ſpecialiter deroget, vt Affl. dicit in
d. conſt. honorem. Nec tamen putes per præfata, quod illi
Barones, qui dicta verba haberent, poſſent officiales ſuos
punire, quia poteſtas, quæ fortè daretur in his criminibus,
in quibus Magna Curia ſpeciali Rit. obſeruãtia, vel litera
poteſt cognoſcere, ſe refert ad vaſſallos delinquentes, &
ſic in illis, qui vti vaſſalli delinquunt, ſed quia officialis de-
linquens in officij exercitio, nõ conſideratur vti vaſſallus,
nec ſortitur forum ratione loci, vt ſupra dixi: ergo de eo
non cognoſcet, & dicta verba quando in aliquo priuilegio
adeſſent in alijs locum vendicarent, in quibus Magna Cu-
ria ſpecialiter cognoſcit. Confirmatur, quia aliter dicta
verba intelligendo, vt extendatur ad vaſſallos delinquen-
tes, aliter quam vt vaſſalli, vt eſt quãdo delinquunt in offi-
cio, obſtaret tertia ratio, de qua ſtatim dicam, licet nõ fre-
quenter appareant priuilegia Baronum cum dictis verbis,
maxime ea, quæ à paucis annis expediũtur à Regia Maie-
ſtate, quia nimis arida concedit, & ſi qui ſunt, qui ex anti-
quis conceſſionibus habeant, nõ reperiuntur in poſſeſſione
eorum (vt cuique notum eſt) præſertim ex eo, quia non vi-
demus Barones inferre torturam vaſſallis ex proceſſu non
legitimato vigore præeminentiæ Magnæ Curiæ, de qua in
c. Reg. ſi cũ ſceleratis, & tamen per dicta verba bene poſ-
ſent id facere. Tertio, & vltimo, quia Barones pro delictis
ſuorũ officialium in exercitio officij delinquentiũ, tenen-
tur, vt dicit Bar. in l. 1. C. de crea. lib. 12. prout eum citat
Felyn. in cap. Pet. nu. 9. de ſimonia. licet in codice meo non
18 reperiam, vbi ſecundum eum † dicit, quòd ſi Capitaneus
mittit officialem per comitatum, & delinquit, imputatur
ipſi Capitaneo, Archid. in c. ſi Epiſcopus, de off. ordin. in 6.
& Domini de Rot. deciſ. 6. alias 278. ſi Vicarius, de off. vic.
in nouis, vbi quod ſi officialis Epiſcopi, aut Vicarius delin-
quit in officio ſibi cõmiſſo, tenetur Epiſcopus, ad idẽ Bart.
in l. ne quid, in princ. ff. de incend. ruin. & naufr. vbi quod ſi
dominus poſuit aliquos ad cuſtodiam territorij, qui poſt-
modum in commiſſis deliquerunt, tenetur dominus, intel-
ligendo, niſi criminaliter ageretur ad pœnã corporis con-
tra officialem, quoniam tunc Barones ipſi non tenerentur,
vt dicit Rom. conſ. 11. in quæſt. propoſita, & conſ. 15. plura
ſunt, per Gloſ. in l. obſeruare, §. proficiſci, in verſ. vindicta,
quam Bal. ibi ſing. facit, & Fely. qui & alijs comprobat in
19 d. cap. Petrus, nu. 13. verſ. 6. † Et ſi dicatur, quòd dominus
non tenetur de facto ſuæ familiæ, ſeruitorum, vel alterius,
l. quoties, in princ. & §. 1. ff. de noxa. cum ſimil. dico, vt di-
cit Bar. in l. 1. §. familiæ, in princ. ff. de publica. quod illud
verum eſt regulariter: fallit tamen, quando famulus, vel
quis alius eſſet præpoſitus alicui officio, in quo deliquit,
per d. §. familiæ, & l. 2. ff. de fur. aduer. naut. cũ ſimil. idem
Bar. in d. l. nequit, Fely. in d. c. Petrus, nu. 7. verſ. fallit ſepti-
mo, Affl. deciſ. 57. nu. 7. Gramm. deciſ. 3. nu. 12. & pulchrè
Io. Saxo. in conſuet. Turo. ritu. dies droictz, in ver. debout
ement, fol. 46. licet ſi fuiſſet electus idoneus excuſaretur,
per tex. in l. videamus, ff. loca. cum infinitis, quæ Gloſ. ibi
allegat ad idem Gloſſ. in cap. ad hæc, in ver. examinentur,
de offic. Archid. Oldrad. conſ. 92. Rex habebat, Felyn. in d.
c. Petrus, num. 11. verſic. tertio declara. & alijs, quos latè
dixi in quodam conſil. per me iſtis diebus facto in fauo-
rem Magnifici Barnabæ de Rabona Ebolitiani, in cauſa
20 incendij frumenti cuidam illati per eius famulos. † Idem
ſi officialem ipſum delinquentem exhibent Barones, quo-
niam tunc ſtatim liberarentur, l. cum ſi exhibuiſſent, ff. de
publica. firmat Bar. in dicta l. 1. §. quod nouiſſime, ff. de pu-
blica. pulchrè Rom. d. conſ. 11. in quæſt. propoſita, Fely. in
d. cap. Petrus, nu. 12. verſic. 5. declara. vbi in ſpecie de po-
teſtate exhibent officialem, & Aufre. poſt deciſ. Tholoſ.
164. & 195. vnde quia Barones ſaltim tenentur ad exhi-
bendum, cum non conueniat velle ſibi ipſis exhibere,
ſicq; eſſe iudex, & pars, ſeipſum cogendo ad exhibendum,
contra l. 1. C. ne quis in ſua cauſa. Concludo de eorum
officialium exceſſibus non poſſe cognoſcere. Non obſtant
contraria, quæ primo adduxi, & primo illud, quo dicitur,
quod ceſſat ratio, quare includebantur Barones in hoc Ri-
tu, ergo & ipſius diſpoſitio. quoniam ratio iſtius Ritus, &
diſpoſitionis ipſius non fuit, quia tunc Baronum non inter-
21 erat: nam tunc bene procederet argumentum, † ſed viua
ratio fuit, vt tribunal Magnæ Curiæ, quod vti ſpeculum
iuſtitiæ cæteris dicitur eſſe præfixum, per conſtitut. Regn.
Magnæ Curiæ, hac præeminẽtia, & dignitate ſuper omnes
potiretur, ſicut & alijs nonnullis potitur ſibi ſpecialiter
conceſsis per conſtit. ſtatuimus vt Magnæ, d. conſt. Magnæ
Curiæ, & conſt. honorem. quæ ratio non poteſt dici, quòd
ceſſauerit, & illud intereſſe Baronum, qui tunc temporis
merum imperium non habebant, potius conſiderandum
eſt vti cauſa impulſiua, quàm finalis, qua impulſiua ceſſan-
te, non ceſſat effectus legis ſuper alia cauſa, & finali fun-
datę, vt dicit Glo. in l. 1. §. ſextum, in verſic. cauſam, ff. de
poſtul. Nicol. Euer. in locis lega. loco 54. à ceſſatione ra-
tionis, fol. 288. & plenè Tiraq. in tract. ceſſa. cauſ. limit. 1.
Non obſtat ſecundum, quia licet Barones ſint Iuſtitiarij in
eorum terris, tamen illud intelligitur quoad conceſſa in
priuilegijs, & quoad ea veriſimum eſt eos poſſe, quod
poſſunt Iuſtitiarij in ſuis prouincijs, & etiam Imperator in
ſuo Imperio, non autem quoad ea, quæ priuilegia non
concedunt, quia limitata cauſa, limitatum parit effectum,
vt ſupra dixi, quod bene nota, quia non reperies ita tactũ,
& declaratum, & quotidie euenit. ¶ Tertio quæro, in
22 quibus officialibus locum habeat iſte Ritus: † breuiter cũ
illud verbum dupliciter capi poſsit, videlicet ſtrictè, &
largè, vt dicit Afflict. in tit. quæ ſint regal. 1. in ver. pote-
ſtas, num. 47. per tex. optimum in l. eum, ff. de in ius vocat.
vt etiam diximus latius ſupra in Ritu 9. & iſte Ritus ſit
exorbitans contra iuriſdictionem ordinariorum, & pro-
pterea ſtrictè intelligendus per l. ſerui veſtri, C. de noxa.
Glo. in c. cum dilectus, de conſuet. cum ſimil. quæ Cœpol.
allegat in conſil. fin. num. 10. dici debet, quod locum ven-
23 dicat in officialibus iuriſdictionem habentibus, † & ideo
licet actuarij, & ſeruientes Curiarum, dicantur etiam lar-
gè officiales, quia officium præbent, vt in d. Rit. 9. dixi poſt
Afflict. in d. 9. poteſtas, tamen per prædicta ſi ipſi delin-
quunt, per officiales met ipſorum Baronum puniuntur, vt
de actuarijs in ſpecie tangit Innocent. in cap. dilectus, de
pœnit. & de proprijs ſeruientibus, Alberic. in l. omnes, per
illum tex. C. de offic. rector. prouinciæ, & l. ſi quos, num. 3.
C. de offic. præfect. præto. orient. & Boer. deciſ. 9. num. 13.
volum. 1. ratio eſt, quia dicuntur coram ipſis officialibus
Baro. etiam delinquere, & eorum aures offendere: pro-
pterea meritò eorum iudicium ſubire debent per ea, quæ
dicuntur in l. nullum, C. de teſti. & l. quæſitum, ff. eod. tit.
* * Intellige tamen prædicta, ſi aliàs ille Baro habet illius
cauſæ cognitionem, vt dicit Par. in ſyndic. § officiales, qui
eliguntur, num. 3. verſic. quod eſt verum, & Alber. in dicta
l. ſi quos, circa fin. verſic. vnum eſt tamen notandum.
24 Ex quo infero, † quòd ſi tales ſeruientes eſſent laici, &
ſeruirent Iudici eccleſiaſtico, delinquerenrque in eorum
officijs, ab ipſo iudice ſæculari eſſent puniendi, non
ab eccleſiaſtico, qui aliàs contra laicos regulariter iuriſ-
dictionem non habet, vt patet ex cap. ſi clericus, c. licet, &
25 c. ex tenore, de foro compet. & c. nouit, de iudic. † Quarto
quæro, quo pacto intelligi debet iſte Rit. durãte officio, an

 finito?

Digitized by Google

a finito? a Breuiter, cum ponat eandem præeminentiam, quam ponit conſt.Reg. Magiſter Iuſtitiarius, & ea intelligatur per Iſer.& Affl.ibi tam durante officio,quam finito, per multa,quæ allegant,& præſertim,quia officialis officio finito poteſt conueniri coram eodem, coram quo poterat durante eo.per l.2.C.vbi de ratio.credo abſq; dubio,quod etiam iſte Ritus taliter debet intelligi. Intelligendo tamen cum conuenitur durante officio, in his caſibus in quibus poteſt officialis durante adminiſtratione conueniri, alias ſecus,vt dicam latius infra in Ritu 295.in 3.nota vbi latius de dictis caſibus ſcribam. Sed huiuſmodi intelligentiæ videtur obſtare vnum,quòd ſi ſola Magna Curia exceſſus of-
26 ficialium cognoſcit etiam finitis officijs, † ſequitur,quòd ſindicatus eorum in ipſa Magna Curia fieri debet,& ſic nō in loco vbi officia geſſerunt,contra d.l.2.& l.1.C. vt omnes iud. & ex conſequenti, quod officium ſyndicatorum per hunc Ritum eſt ſublatum contra diſpoſitionem Rit. præfati 295. Item circa id quod dicitur durante officio poſſe officiales conueniri ſolum per Magnam Curiam, obſtat aliud,videlicet c.Reg. iniunxit. verſ. nec non quod ordinat Magnæ Curiæ, ꝙ officiales habentes merū imperium,durante officio,non moleſtet. Reſpondendo tamen dico quoad primum,quòd iſte Ritus non emanauit ad tollēdum ſyndicatum officialiū in locis vbi officia geſſerunt, quia ne verbum quidem de hoc, ſed cum poſſent tam durante officio,quam finito,cognoſci(vltra ſyndicatores à iure deputatos)etiam à præſidibus prouinciarum,vt dixi ſupra in 1.not.& inſuper Barones,qui eos creauerīt,poſſent etiam id prætēdere, vt patet ex his,quæ dixi ſupra in 2.q. voluit iſte Ritus, iſtam cognitionem ſolum Magnæ Curiæ concedere, non per modum ordinarij ſyndicatus,de quo non loquitur,ſed ordinariæ poteſtatis quę ipſi contra eos conceditur,& præfatis præſidibus, & Baronibus denegatur,licet hodie præſides etiam prouinciarum cognoſcant, quia,vt dicā infr.in Rit.54.iſta præeminentia Magnæ Curiæ,& omnibus alijs vtitur, adeo, ꝙ officiū ſyndicatorum remanet in ſuo robore. Et quoad ſecundum dico,quòd illud c.concordat cum iure communi in l.pars literarum,ff. de iud.& tamen,vt dicā in Ri.295.multi ſunt caſus in quibus dicta lex non procedit,ſicque dictū c.intelligetur etiā non procedere in illis caſibus,cum & iſte Rit. (vt ſupra dixi,)in eis tantum locum habeat.Ex qua ſolutione ſequitur, quod minus bene loquitur Affl.in d.conſtit. Magiſter Iuſtitiarius,dum vult,quod dictū c.corrigat illam conſtitutionem,eo quia illa conſtit. volens quod officiales cognoſcātur per Magnam Curiam,etiam officio durante,vt Iſer. & Affl.eam intelligunt,intelligitur ſecundum ius commune, & ſic in caſibus in quibus poſſunt durante adminiſtratione conueniri,& præallega.c.quod hoc prohibet, ſimiliter intelligitur ſecundum ius commune,& ex conſequenti,vt nō procedat in illis caſibus in quibus poſſunt officio durante
* moleſtari,quæ bene notabis. * ¶ † Quinto quæro, quid
27 ſi officialis durante officio facit adulterium,homicidium, aut furtum,aut ad illa committenda præſtat auxilium, nūquid dicetur deliquiſſe in exercitio officij? Bar.in l.eadē, §.hac lege,ff.ad leg.Iul.repe.& in cōſ.174 ſer.Ioan.vol.1. dicit quod notarius condemnatus de delicto commiſſo aliter quam in ſuo officio non priuatur officio notariatus, quia in eo non deliquit.Bal.etiam in l.ex argentarijs, §.1. nu.4.in fi.& ibidem Ang.nu.1.dicunt idem in notario condemnato pro homicidio,aut furto,idem Alb. in d.§. nu.5. Pau.de Caſt.num.3. & Iaſ.nu.5. & Ang. in tract.maleſi.in ver.falſario,col.6.ver.quæro aliquis notarius. Ex quo videtur dicendum,ꝙ ſicut homicidium,& furtum in notario nō dicitur delictum cōmiſſum in exercitio notariatus,eodem modo in caſu noſtro cōmiſſum ab aliquo officiali tēpore ſui officij nō erit dicendum fuiſſe cōmiſſum in exercitio,& verum eſt.Ratio eſt,quia officialis dum adulterat, occidit,aut furatur,non exercet officium, ſed agit,vt quilibet priuatus faceret,quod no. Vnum tamen aduerte,quod vbicunque in præfatis delictis, vel ſimilibus authoritas officij eſſet in cauſa,vt cōmitterentur,tūc eſſet dicendum talia delicta fuiſſe commiſſa in exercitio officij.Exemplū eſt, ſi officialis animo cognoſcendi aliquā mulierē mittat pro ea ſuam familiam prætextu ipſam examinandi,vel alio colore,& cū fuerit in eius domo cognoſcit eam. Itē ſi habeat animum interficiendi, aut interfici faciendi aliquem,& de nocte mittit ad ipſum vocandū ſub aliquo prætextu,& ille dum eſt in itinere interficitur,vulneratur, vel diſrobatur, & finaliter vbicunque authoritas officij ſui eſt in cauſa,vt delinquat, dici debet delictum cōmiſſum in exercitio officij.Extra officium vero eſſent dicta,& ſimilia quotieſcunque officialis accederet ad domū alicuius mulieris, & ibi eam cognoſceret,vel inſultaret aliquem,& ipſum occideret,vulneraret,aut diſrobaret, quia tunc in ijs perpetrādis in nihilo verſaretur officium,quod not.& ita poſt hęc ſcripta reperi tenere Par.de Put in tract.ſindi. in ver.officialis offenſā, §.quia dicit,poſt nu.6. fol.mihi 350. in nouis, quem, vide quia valde gauiſus ſum. Salerni die 30. Maij. 1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Finito.Adde,quod quilibet,qui magiſtratum data pecunia emit,etiā durante adminiſtratione,furti reus poſtulari poteſt,bonorumq; publicationem, exiliū, corporiq; adhibitā tormenta,ac ſupplicia ſubſtinere debet, prętereaq; & qui ab ipſo ſuſcepit(cùm vterq; in crimine hæreat)ingen-
• tibus malis inuolutus reperitur, ex conſtitutione Imp. Iuſtiniani in nouellis, conſt.8. §.cæterum ſi quis contra hæc fecerit,ſub tit.vt Præſid.abſque vlla data pec.&c. ſecundū tranſlationem Haloandri,quamuis in vulgata tranſlatione, vt Iud.ſine quoquo ſuffrag.& c.addantur illa verba,ſi furti reus appareat,cum verior ſit tranſlatio Haloandri,ſi quidē vbi quis furti reus apparet,etiam ꝙ magiſtratum nō emerit,quin furti reus poſtulari poſſit nemo eſt, qui ambigere debeat,eſſetque lex ſuper indubitabili,contra l.Domitius, ff.de teſt.l.quod Labeo,ff.de carbon.edic.Nec eſſet conſequentia faciens ad conſtitutionem prohibentem officiorū venditionem, niſi vellet quis dicere,ante hanc conſtitutionem magiſtratum etiam,ꝙ furti reus appareret,furti reum poſtulari non poſſe,exemplo tutoris, qui ſi rem pupilli furetur,propter admiſſam adminiſtrationem, nō tam inuito domino contrectare videri, quam perfide agere,l.tres tutores,ff.de adminiſtr.tutor. Item exemplo eius, qui pecuniam publicā,aut ſacram, quæ periculo eius erat, penes ſe retinuit, l.ſacrilegij, §.Labeo,ff ad leg.Iul.pecul. ſitque ob cōmiſſam adminiſtrationē quaſi crimen velatum,vt inquit Bart.in l.ſi multi,ff.de publicanis, & vectigalib. contra tamen l.idem eſt in fi.ff.pro ſocio,& contra conſt.Regn.eos, tit.de repulſ.off. Nos autem non recedimus à tranſlatione Haloandri,cum non ſit par ratio,magiſtratuum, qui iuriſdictionem exercent, & tutorum, ac adminiſtratorum rer. pub.vel ſacror.locorū, qui bonorūm tantum rationē reddere debent.Quinimo omnes ſententiæ latæ ab huiuſmodi magiſtratibus nullæ dici poſſent,abſque temporis præfinitione,ex defectu iuriſdictionis,cum per Regiam prag.Caroli V. editam Neapoli 1536.poſtquam, & c. §.mādamus, & §.& inter,huiuſmodi magiſtratus nullam conſequantur iuriſdictionem.Niſi eas ſubſtineri velimus per l.barbarius, ff.de off præto. de quo videantur omnino per nos cōgeſta in d.tract.de commer.magiſtr.aut vetit.aut permiſſ.propè finem, ſub cap.de pœn.contrafacien. C. P.

RITVS L.

ITem, quod Curiæ ipſæ, & quælibet ipſarum, cognoſcant,& cognoſcere poſſint tam de toto feudo, quàm de quacunque particula caſtri, vel alterius feudi quaternati, & quota etiam tranſeunte ad tripondium. De feudis verò non quaternatis,vel ſingulari re feudi quaternati,Curia ipſa etiam ex priuilegio non cognoſcet.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Dictio et, cuius ſit natura.*
2 *Dictio alterius, ſimilia importare ſolet.*
3 *Feudum quaternatum quot modis dicatur, & quare ſic, remiſſiuè.*
4 *Tripondium quid ſit.*
5 *Hæreditas in duodecim vncias diuiditur.*
6 *Dictio etiam, de ſui natura exprimit caſum magis dubitabilem, & includit minus dubitabilem.*

RItus iſte duplicatur infra in Rit. 60. & ibi eſt litera,
alio modo, quàm hic, licèt tex. iſtius Rit. debeat in-
telligi, vt ille, prout infra dicam, quia verè illum met ſen-
ſum habet, niſi quod ibi clarius exprimitur. ¶ Not. igitur
primo ex hoc Rit. aliam, & ſextam præeminentiã Magnæ
Curiæ, quæ eſt, vt de feudo quaternato, & etiam de qua-
cũque particula caſtri, vel alterius feudi quaternati cogno-
ſcat, & cognoſcere poſſit, dummodo illa particula, cuiuſ-
cunque quãtitatis, ſit ſub nomine quotæ, vt dicitur expreſ-
sè d. Rit. 60. & hoc voluit etiam dicere iſte Rit dum dicit,
1 & quota, † vt ſic illa dictio et, copulatiuè capiatur iuxta
eius propriam ſignificationem, vt patet ex l. triplici, ff. de
verb. ſign. l. fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. & cap. ſæpe, de
verb. ſign. cũ alijs, quæ ponit Bal. in ſua pract. tit. de ſignif.
dictionum, in princ. & propterea vtrunque adeſſe debeat
iuxta naturam copulæ, & l. ſi quis ita ſtipulatus, ff. de verb.
oblig. adeo quod tunc demum cognoſcat Magna Curia de
quacunque particula feudi quaternati, cum eſt ſub nomine
quotę, puta cũ tractatur de tertia, quarta, vel quinta parte.
Et ſecundum illum intellectum, qui veriſsimus eſt, vt clarè
patet ex præfatis, & d. Rit. 60. diſpoſitio iſtorũ Rituũ cor-
rigit, ꝙ decidunt Gl. & Affl. in conſt. Reg. ſtatuimus, vt Ma-
gnæ. nu. 54. dum dicunt, ꝙ ſicut per illam conſt. conceditur
Magnæ Curiæ poteſtas, & præeminentia in feudo quater-
nato, & in quota eodẽ modo, & in re particulari ipſius feu
di conceſſa debet intelligi per rationes, quas allegant, &
referendo ſequitur Cauent. hic, qui ſimpliciter tangit, &
non aduertit, ꝙ Affl. in d. conſt. loquitur contra hos Ritus,
Andreas de Barulo fecit ſuper hoc puncto allegationes,
quas Affl. ad verbum refert in conſt. Præſes prouinciarum,
nu. 3. & poſtquã arguit ad partes, ponit quandam diſt. quæ
ſtantibus his Rit. non eſt neceſſaria. De iſta præeminentia
loquitur tex. d. conſtit. & alterius, quę incipit, Magnæ Cu-
riæ, vbi etiam Affl. no. in princ. & Dominus Marinus Frez.
de ſubfeud. lib. 1. de off. Magiſtri Iuſtitiarij, num. 40. in fi.
2 ¶ † Secũdo not. ibi, vel alterius, quod cum dictio alterius,
ſoleat regulariter importare ſimilia, ſecundum Gloſ. in l. ſi
fugitiui, vbi etiam Bald. not. col. fin. ver. quæro hic dicitur,
C. de ſer. fug. cũ alijs, quæ latè dixi ſupra in præceden. Rit.
q. 1. hic eſt tex. quod caſtrum dicitur feudum quaternatũ,
quod etiam voluit Iſer. in c. 1. de controu. feud. apud par.
termina. nu. 10. & Par. ibid. col. 3. & in cõſt. Reg. Iuſtitiarij
nomen per illum tex. cum gl. vbi etiã not. Affl. 23. not. idẽ
Affl. in conſt. Reg. violentias, q. fin. nu. 20. & in d. conſt. ſta-
tuimus, 4. nota. & D. Frez. in prælleg. tract. li. 2. de differ.
feu. quater. nu. 1. & 34 fol. 238. idq; locũ habet, etiam ſi ab
alio, quã à Rege, puta à Comite de Comitatu, vel Barone
de Baronia teneatur, vt dicunt Iſer. & Par. ibidem, quãuis
ſecundũ eundem D. Marinum in loc. proximè cit. de diffe-
rentia feud. reg. & tit. 1. differen. 6. nu. 12. fo. 244. magna ſit
differentia inter feuda quaternata, quæ in capite tenentur
3 à Rege, & ea quæ tenentur à Barone. † Quot autẽ modis
feudũ dicatur quaternatum, & quare ſic dictũ ſit, Docto-
res prælleg. in ſuperius citatis locis diffusè ponunt, vide
per eos. ¶ Tertio not. ibi, etiam trãſeunte ad tripondium,
ꝙ Magna Curia vtitur præeminẽtia iſtius Rit. circa feuda
quaternata, vel particulam eorum, & quotam, etiam ſi illa
4 quota trãſeat ad paruam quotam: † eſt enim tripondium,
pondo trium aſſium, & illud põdo eſt indeclinabile, à quo
etiam dipondium dicitur, & aſſipondiũ, ꝙ eſt vnum pon-
do, ſeu pondo vnius aſſis, ſeu librę, vt tradit pulchre Cot. in
memora. in ver. dipondium. Et hinc Feſtus (quẽ Calepinus
refert) inquit duo aſſes ſinguli libram, & pondo faciebant,
ex quo patet aſſem libram, & põdo idem importare, licet
5 aſſis quandoque pro tota hæreditate capiatur, † quæ in
duodecim vncias poſtea diuiditur l. aſſe toto, ff. de hæred.
a inſtit. a Hoc vocabulo pondo, vſus eſt Cic. pro Flac. dicẽs,
ante pedes prætoris expenſum eſt auri põdo centũ, paulo
minus, & in Paradox. non eſt vir bonus, qui depoſitũ nullo
teſte, cum lucrari impunè poſſunt, auri pondo decẽ reddi-
derit, ſi idẽ in decẽ millibus pondo auri non fecerit. Adeo
quod, vt ex prædictis Ciceronis locis patet, tria pondo, pa-
rũ poſſunt importare, idque etiã patet ex Euang. Luc. c. 12.
ibi, Nonne quinque paſſeres veniũt dipondio? ¶ Quarto
no. in fine Ritus, quo de feudis non quaternatis, vel de ſin-
gulari re feudi quaternati, quę tamen non venit ſub quota,
ne contrarietur ſupradictis in 1. not. non cognoſcit Magna
Curia, etiã ex priuilegio, ſuppletur præeminentiæ. Ex qui-
bus verbis infero, quod nedũ non habet Magna Curia in
iſtis præeminentiã, quæ importat iuriſdictionem priuatiuã
cum alijs officialibus, vt dixi ſupra in Rit. 47. in princ. ſed
nec etiã cumulatiuã cum eis, ratio eſt, quia per hũc Rit. de-
6 negatur ſibi præeminentia cum illa dictione etiam, † cuius
natura eſt exprimere caſum magis dubitabilẽ, & includere
minus dubitabilẽ, vt patet ex l. 1. & l. etiam, C. ſi tutor. vel
curat. interue. l. 1. & in rubr. vbi Bar. C. etiam per procura.
Bal. conſ. 209. illa verba, vol. 3. clem. 1. vbi not. Cardin. de
teſt. Gem. cõſ. 65. nu. 8. Soc. in l. 1. in princ. col. fi. ff. de verb.
obl. Iaſ. in l. itẽ quia, nu. 5. ff. de pact. Gozad. conſ. 73. nu. 31.
& Auguſt. Berous in rubr. de cõſt. nu. 20. licet aliter videa-
tur dicere Alex. (errore forte impreſſoris) in conſ. 116. nu.
14. vol. 2. cum maior dubitatio ſit, ſi Magnæ Curiæ cõpetit
talis cognitio priuatiuè, quã ſi cumulatiuè, tũ quia ſibi re-
peritur conceſſa priuatiuè circa feuda quaternata, quę ſunt
maioris momenti, vt patet ex hoc Ritu, & propterea mul-
to magis cenſeri debet conceſſa cumulatiuè circa nõ qua-
ternata, quæ ſunt minoris præiudicij, tum etiã, quia in iſtis
feudis non quaternatis clarum eſt de iure conſt. Reg. quod
cognitio non ſpectat ad ipſam Magnã Curiam, cũ reperia-
tur conceſſa Iuſtitiarijs Prouinciarum, vt dicit tex. conſt.
Reg. Iuſtitiarij nomen, ver. de feudis, & conſtit. præſes, vbi
etiam Affl. not. in 2. not. & D. Marinus Frez. in loc. proxime
cita. differen. 4. nu. 8. fol. 239. intelligendo, ſecundũ eum d.
conſt. præſes, vſque ad ſententiã, & de iure communi feu-
dorum, dominis feudorum per c. Imperialem, §. pręterea ſi
inter duos, de prohib. feud. alien. per Feder. c. cæterum, de
iud. & c. verum, de foro compet. & not. Affl. in d. conſt. Iu-
ſtitiarij, & quod ſibi non competeret etiam ex præeminen-
tia non erat hucuſque prouiſum, cum poſſet forte (niſi Rit.
noſter hoc expreſſiſſet) probabiliter dubitari, & teneri, ꝙ
ſic, poſtquam in quaternatis habet præeminentiã. Dicit ta-
men Dominus Frez. ibid. ꝙ Regia Audientia Idruntina, tã
de non quaternatis, quã de quaternatis cognoſcit, & in cõ-
tingentia facti fuiſſe de hoc captam informationẽ, & con-
firmatas ſententias illius Audientiæ. Aliqui etiam Barones
in priuilegijs eorum habent poteſtatẽ cognoſcẽdi de feu-
dis quaternatis, etiam de his, quæ tenẽtur in capite, & im-
mediate à Regia Curia, vt vidi in priuilegijs olim Princi-
cipis Salerni. Hodie vero cauſas feudorum nõ tractat Ma-
gna Curia, nec etiam Regię Audientiæ prouinciarum prę-
ter præfatam, ſed quando eueniunt, ſi ſunt inter partes tan-
b tum, b Sacrum Regium Conſiliũ cognoſcit eas ex ordina-
tione Regis Ferdinandi primi nouiter impreſſa, & inſerta
inter

ADDITIONES.

a Inſtituen. Pro huius l. intelligentia, & de materia pon-
der. & menſurarum videatur omnino Bud. tract. de aſſe,
& partib. eius. C. P.
b Tantum. Adde quod etiam vbi ſunt inter partes tãtum,
ſi controuerſia eſt, num res de qua agitur ſit feudalis, vel
non, hic articulus remittitur ad Regiam Cameram Sum-
mariæ, & ita quotidie practicatur. C. P.

inter nouiſſimas prag. Illuſtriſſimi Ducis de Alcala, huius Regni Viceregis, * prag.3.incip.deficiente, de officio ſacri conſilij, verſ. vt autem, niſi eſſent de minori ſumma, quã vnciarum viginti quinque, quoniam tunc ſecus, & etiam inferiores Curiæ cognoſcerẽt, ſi vero ſunt inter pares, tractatur tamen de intereſſe Regij fiſci, tunc Regia Camera Summariæ cognoſcit, quia ibi cauſæ fiſcales videntur, & terminãtur, vt late ſcribit D. Marinus Frez. de ſubfeud. lib. 1. de off. Magni Camerarij, nu.3. fol.30. & ſatis pulchre ordinatur per quandam ordinationem Regis Ferdinandi primi, nouiter impreſſam, & renouatam per D. Illuſtriſ. Viceregem, * prag.37. incip. quoniam, de off. ſacri conſilij. Salerni die 2. Iunij 1559. Proſper Carauita.

RITVS LI.

ITem, quod Curiæ ipſæ, & quælibet ipſarum, cognoſcant de exceſſibus officialium, ſi deliquerint in officijs eorum, ea exercendo, & non aliter.

Rit. iſte duplicatur infra Rit.61. & ſupra Rit.49. vbi tractaui plene de materia ipſius, vide ibi.

RITVS LII.

ITem quod Curiæ ipſæ, & quælibet ipſarum cognoſcant, & cognoſcere poſſint de appellationibus, & nullitatibus omnium proceſſuum inferiorum iudicum immediatè, & etiam ſi inferiorum res ipſi iudices fuerint officiales prælatorum in terris eccleſiarum, dum tamen terrę ipſæ teneantur in feudum a Curia, vel alio domino temporali.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, & nullitas, quæ dicantur.*
2 *In regno, appellatur ad Magnam Curiã omiſſis medijs.*
3 *A ſententijs Baronum ad Magnam Curiã appellatur.*
4 *In regno multi ſunt prælati habentes terras ſibi ſubditas. Et qui ſint remiſſiue.*
5 *Caſtra, & terræ per prælatos poſſeſſa, num feudalia præſumantur?*
6 *Officiales deputati per prælatos eccleſiaſticos in aliqua terra, an, & quo caſu ſubſint Magnæ Curiæ Vicariæ.*
7 *Prælatus non eſt dominus bonorum eccleſiæ.*
8 *Si terras per prælatos cum vaſſallis poſſeſſas, in feudum teneri non appareat, ad quem à ſententia ſui officialis appellandum ſit.*

DVplicatur iſte Rit. infra Rit.62. vbi idẽ diſponitur. ¶ Not. primo ex hoc ritu aliam, & ſeptimam præeminentiã quã habet Magna Curia, vt nullitates, & appellationes inferiorum iudicum ad ipſam Magnam Curiam deuoluantur immediate. i. omiſſis medijs, nã ſi eſt officialis Baronis, non appellatur ad eum, & ſi eſt regius non appellatur ad præſidem prouinciarum: & hoc voluit dicere per
1 illud verbum immediate. † Quæ tamen dicatur appellatio, & quæ nullitas vide Bart. in l.1. in prin. ff. de appel. Bal. in rub. C. eod. tit. Abb. in rubr. extra eo. & late Maran. in pract. par.6. actu.2. in princ. & Sebaſt. Vant. in tract. nullit. in princ. & Petrũ Rebuff. in tract. de ſupplica. ver.3. nu.86. vol.1. vbi ad ſaturitatem. Concordat iſte Rit. cũ conſt. Reg. ſtatuimus vt Magnæ, & cũ conſt. Magnæ Curiæ, vbi de eadem præeminentia Magnæ Curię cõceſſa fit mentio. Adde in idem Glo. quam ibi ſequitur Affl. in conſtit. Reg. cũ no-
2 ua.4. not. † vbi quod in Regno appellatur ad Magnã Curiam omiſſis medijs. Item Iſer. in conſt. officiorum pericuLoſa in fi. & Affl. in conſt. iuſtitiarij nomen, 22. no. nu.37. in fi. Limita tamen ſecundum eum in d. cõſt. cum noua. 4. no. duobus caſibus, primus eſt, quando à parte opponeretur, quia tũc ad iudicem medium remitti debet iuxta l. Imperatores ff. de appell. & l. pręcipimus, C. eo. pro quo allegat Ant. & Imo. in c. dilecti filij, lo 2. de appell. qui iudex mediatus erit Præſes Prouinciæ per Regiam prag. quã ſtatim allegabo. Secũdo limita, niſi alteri competeret recognitio ſecundarum cauſarum ex conſuetudine, vel priuilegio, vt etiam prouiſum eſt per ordinationem Regis Ferdinandi primi nouiter impreſſam, & inſertã inter nouiſſi. prag. editas per Illuſtr. Ducem de Alcala huius Regni Viceregem in * prag.7. incip. pro minori, de off. ſacri cõſilij, & hoc bene ſeruatur in Baronibus, qui habent ſecũdas, & tertias etiã cauſas, verũ per hos Rit. reſtricta videtur iſta pręeminentia Magnę Curię reſpectu quo fuerat conceſſa per dictas conſt. primo, quia ibi nedũ de appellationibus pręeminentia conceditur iudicum ordinariorum, & ſic inferiorũ, de quibus Rit. iſti loquuntur, verum etiam iudicũ delegatorũ ab ipſo Rege, quando tamen ipſa Magna Curia reperiebatur adeſſe vbi erat etiam Rex, vt dicitur in d. conſt. Magnę Curię in fi. & ibi declarat Affl. in prin. pręterquam de delegatis à Rege, qui tamen ſunt de conſilio, quia ab iſtis Cõſiliarijs, qui & delegati Regis dicuntur, nõ appellaretur ad Magnam Curiam, ſed ad Conſiliũ ipſius Regis, vt dicit idẽ Affl. in d. conſt ſtatuimus, 5. no. nu.5. vnde cum hic nõ dicatur de iudicibus delegatis, ſed ſolum de inferioribus iudicibus, ſequitur, ꝙ in hoc corriguntur illę conſt. & ad Magnam Curiam appellabitur ſolum à iudicibus inferioribus ordinarijs, a delegatis vero à Regę ad ipſummet, vt dicit expreſſe Rit. infra 264. quem vide, & ideo ſeruatur quod ſi per Regium collaterale Conſilium expeditur aliquis commiſſarius in aliqua cauſa, nõ videmus appellari ad Magnã Curiam, nec per eam eidẽ inhiberi, ſed ad ipſum collaterale Conſilium, per quod quandoque cõmittitur appellatio ipſi Magnę Curię, vel ſacro Regio cõſ. quod not. pro tertia limita. ad hunc Rit. vt nõ procedat cum appellatur à delegatis à Rege, vel eius collaterali Conſilio. Secundo reſtringitur pręeminentia, quia per d. conſt. ſtatuimus cõceditur ipſi Magnę Curiæ, ꝙ iudices inferiores dubitãtes in aliqua cauſa, debeant eandẽ conſulere miſſis allegationibus partium hic inde, & ipſa Magna Curia habeat reſpõdere pro illa parte, quæ ſibi verior videtur cũ reſpõſionibus ad motiua, in cõtrarium factis, vt plene declarat Affl. ibi in 9. no. nu.3. & cum iſtud de conſultatione omittatur in his Rit. videtur à dicta conſt. receſſum, & vere tales conſultationes iuxta formam præfatam, nec vllo alio modo obſeruantur, quia ſummis probris iudicaretur iudex, qui talia ageret. Diſpoſitio iſtius Rit. corrigitur per Regiam prag. * 2. incip. Querula expoſitione, ſub tit. vbi de delicto quis cõue. deb. de qua ſupra in Rit.46. in 4. not. tetigi. Diſponit enim dicta prag. ꝙ pro ſecundis cauſis nemo extrahatur à ſua prouincia, & ideo ex eius diſpoſitione non poteſt appellari ad Magnam Curiã, omiſſo medio, qui eſt Præſes prouinciæ, vt ſupra dixi, ſed bene mediate, quia à Præſide poſtea appellatur ad Magnam Curiam, vel ad Sacrũ Conſilium ad electionem appellantis, ſed quia vſu nõ nimis recepta eſt illa prag. eius diſpoſitio non ſeruatur, ſed iſte Rit. & ideo multoties, ac ſępiſſimè omiſſo medio Iuſtitiarij prouincię, appellatur ad Magnã Cur. & Sacrũ Conſilium, contra diſpoſitionem d. prag. ad electionẽ appellantis, quemadmodum diſponit quædam ordinatio Regis Ferdinandi primi, nouiter impreſſa, & inſerta inter dictas nouiſſimas pragm. Illuſtriſ. Ducis de Alcalà in tit. de off. Sacri Conſ. prag.4. ad ſubditorum. niſi ſententia eſſet à ſumma vnciarũ viginti quinque infra, quoniã tunc ſeruata forma prag. prædictæ gradatim appellandum eſſet, vt in d. prag. ad ſubditorum, ordinatur, & ibi per Illuſtriſ. Viceregẽ renouatur, & confirmatur, quod not. pro quarta limita. iſtius Rit. Quinto limita hunc Rit. per nouiſſimam prag. eiuſdẽ Illuſtriſ. Viceregis, * prag.7. §. nos autem, & §. ſeq. de off. Sac. Conſ. non procedere vbicunque appellaretur à ſententijs Regiarum Audientiarum Calabriæ, Hydrunti, Bari, Aprutij, & Baſilicatæ à ducatis centum infra, & à ſententijs aliarũ Audientiarum

Digitized by Google

tiarum a ducatis quinquaginta infra: quoniam tunc ad earundem audientiarum gubernatores appellari debet, qui cum conſ. Doctoris partibus non ſuſpectis in ipſis procedunt,& iuſtitiam faciunt. Sexto limita vbicunque a iudicibus inferioribus Baronum appellatur ſuper cauſis computorum vniuerſitatum tantum,quoniam tunc ob priuilegiũ, & commodum earum ad Regiam audientiam illius prouinciæ appellari debet, vt alias ordinatum fuerat per Illuſtriſs. Don Petrum à Toleto huius Regni Viceregem,
* & nuper per eund. Illuſtriſſ. Ducé renouatũ eſt in * prag.
3 46.incip.excellente.de off.Sac.Conſ. ¶ † Secundo not.ibi & etiam.quod a ſententijs Baronum appellatur ad magnã Curiam per hunc Rit. & hodie per d. pragm.ad præſides prouinciarum, vt dixi in proximo not. vel ad auditores ſecundarum cauſarum creatos ab ipſis Baronibus, qui habent in priuilegijs cognitionem primarum, & ſecundarũ cauſarũ (prout multi habent) & vidi priuilegia Principis Salerni in quibus concedebatur cognitio etiam ſecundarũ
4 appellationum, & ſic in tertijs cauſis. ¶ † Tertio nota ibi in terris eccleſiarum, quod prælati ratione ſuarum eccleſiarum poſſũt habere terras ſibi ſubditas, quemadmodum habent alij Barones:& in hoc regno multi ſunt Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates, qui habent vaſſallos (vt vnicuique notũ eſt)qui tamen ipſi ſint,& in quibus terris eos habeant,ponit pulchre Dominus Mar.Freza de ſubſ.lib.1. in tit.de orig.feudo.§.alia ẽt fuit qſtio. n.24.cũ ſeq.fol.19.
4 ¶ † Quarto no. ibi dum tamen, quod caſtra, & terræ cum vaſſallis,quæ poſſidentur per prælatos Eccleſiaſticos, non præſumuntur ipſo iure feudalia:quia ſi præſumerẽtur feudalia,non diceret iſte Rit.dum tamen teneantur in feudũ, & ideo Iſern. in conſtitu. Reg.iuſtitiarij nomen circa fin. ver.ſed quid in eccleſia,quem ibi ſequitur Afflict.23.not. num.39.ſuper iſta q.ſic diſtinguit, quod aut de Caſtro,ſeu alia quauis terra apparet priuilegium conceſſionis factæ eccleſię,& tunc ipſi priuilegio ſtãdum eſt,vt ſi dicat,quod fuit conceſſum in feudum, dicatur quod eſt feudum,ſi liberum dicatur non eſſe feudum,& ſi nihil diceret,& res eſſet in dubio præſumatur libera,vt etiam firmat Inn.in cap. verum,ver.ſi autem Baroniæ de foro compet.niſi aliud appareret ex coniecturis,vt ſtatim dicam. Aut nulla apparet conceſſio,vel priuilegium,& tunc recurrendũ eſt ad coniecturas: conſiderando quo pacto fuit proceſſum, & ſi ſolitum fuit de eo præſtari ſeruitium,ſicuti de feudo, præſumeretur feudum, ſi talis præſtatio fuit per 40.annos, licet in laico ſufficiat per 30.c.1.§.ſi quis per triginta,ſi de feu. fuer.cõtrouer.ſi verò libere fuit poſſeſſum,nihil curiæ præſtando, & tunc liberum cenſebitur, ſicut aliæ res eccleſiæ,
* quæ non ſunt in iuriſdictione Regis. ¶ * Quinto † no. ex
6 hoc Ritu, quod officiales deputati per Prælatos Eccleſiaſticos in aliqua terra, ſubſunt Magnæ Curiæ Vicariæ per hunc Rit.dum tamen illa terra teneatur per Eccleſiam in feudum à Regia Curia, vel ab alio Domino temporali. Et nedum ſubditi ſunt Magnæ Curiæ, ſed cuilibet officiali Regio ſuperiori, vt ſunt Iuſtitiarij prouinciarum alijue commiſſarij, qui quotidie deputãtur per Illuſtr.Dominuũ Regni Viceregem. Ratio prædictorum eſt, quia Eccleſia quoad bona feudalia, quæ tenet à Rege, aliaue Domino temporali ligatur legibus feudalibus laicorum, & ſubeſt Domino temporali,vt in c.verum de fo.comp.& c.ſolitę. verſ.quod autem de maior. & obed. no.in c. nimis per illũ tex.de iureiu. per Iſer.in c.1. qualiter iura.debea.domi. vaſal.fide.per Afflic.in c.1.§.item ſi clericus nu.15.& ſeq. de cap.Corrad.inquiens,quod hoc iure vtimur in Regno, vt patet in c.reg.item ſtatuimus, quod clerici,licet ipſe nõ alleget d.c.,& plene per Par.in tract.de reinteg. feu.in q. incip. an citatus ſuper reintegratione feudi in princ. fol. 108.vbi dictum cap.allegat.Licet autem prædicta vera ſint, attamen vbi prælatus committeret aliquam culpam erga Regem, vel Dominum, a quo Eccleſia illam terram tenet in feudum, quam ſi commiſiſſet feudatarius laicus priuaretur feudo,& applicaretur domino,Eccleſia non priuaretur illa terra, ſed ſolum viuente prælato dominus dictus eam retineret, & perciperet fructus, & eo mortuo reuerteretur ad ſucceſſorem prælatum,vt ſic culpa prælati ſibi tantum noceat, & non Eccleſiæ, vt patet ad literam in d.c.1.§.item ſi clericus.de ca.Corra.& no.per Io.Blan. in ſua ſumma,lib.2.c.3.nu.8.ratio eſt,ſecundum Gloſ.in d.§.item ſi clericus in verb. ad Regem, quam ibid. ſequitur Mart. Laude.priuilegium, & fauor Eccleſiæ. Sed me-
7 lior † ratio eſt quam ponit Afflict. in d.§. nu.2. quia prælatus non eſt dominus bonorum Eccleſiæ, ſed ipſe Deus, ſeu Eccleſia vniuerſalis, vt in cap.cum ex eo.de electio.in 6. no.per Gloſ.in c.cauſa Carpenſis in verſ.ſolis, de verb. ſign.& per Innoc. & Abb.in c.cum ſuper de cauſ.poſſ. cui Eccleſiæ prælatus per ſuum delictum nocere non poteſt, vt not.in c.2. extra de dona.in c.1. de dolo, & contum.in c.2. de ord cogn. in c. delictum perſonæ de reg.iur.in 6. in eccleſia,lo 1. vt lit.pen.& in l.iubemus nullam C.de ſacroſa.eccl.& alibi,vt per Afflict.latius in d.§.item ſi clericus in 1. no. & ideo quia prælatus non eſt dominus bonorum eccleſiæ, vt dictum eſt,eo mortuo, nouus prælatus non tenetur ſoluere releuium ſicut tenetur hæres, qui dicitur ab hero,quod eſt dominus, vt in §.fin.inſt.de hæred. quali.& differen.vt no.per Iſern.in d.cap.1.nu.18.de cap. Corrad.& per Afflict. qui ipſum refert nu.18.& ſeq.in d.
8 §.item ſi clericus. ¶ † Quærit hic Cauenſ. quid ſi non apparet,quod prælatus eccleſiaſticus teneat terram cum vaſſallis in feudum, ad quem appellabitur á ſententijs ſui officialis? dicit ipſe ad Papam per Gl.in c.fi.de delic.puero. iunctis no. per Abb. ibi, vt latius hic dicit. Salerni die 4. Iunij 1559.Proſper Carauita.

RITVS LIII.

ITem quod in Curijs ipſis magiſter iuſtitiarius, & eius Locumtenens cognoſcat, & pronunciet, & cognoſcere, & pronunciare debeat cum vno ex iudicibus ad minus, tamen cum duobus, qui inueniuntur in curia, aliquo alio exinde requiſito, & expectato.

SVMMARIVM.

1 *Auditores prouinciarum cum ſemper equitent per prouinciam; vnuſquoque remaneat cum præſide in loco reſidentia, aliqua cauſa ciuilis, vel criminalis cum in expeditione fuiſſet: parſque vna expeditionem inſtaret, alium Collegam expectari vtrum Præſes cum illo tantum iudice poſſit iudicari facere?*

2 *Auditores prouinciarum ſunt inſolidum, eorumque officium authoritate, ac vtilitate publicum.*

2 *Collega longa abſentia ſi fuerit, cauſa per præſentem expedietur.*

ISte Rit.eſt duplicatus infra Rit. 63. vbi licet ſint alia verba quam hic, tamen in effectu, & recte intuendo, idem diſponit. Aduerte primum ad verba iſtius Ritus, & vbi dicit ad minus, ibi facias lineam, alias diceret ad minus cum duobus, & prius dixerat cum vno; & ſic ſequeretur, quod cum duobus eſſet minus, quam cum vnó, quod eſt falſum.

¶ Nota igitur ex hoc Rit.ſecundum lecturam modo dictam, quod magiſter iuſtitiarius, vel Regens Magnæ Curiæ poteſt cognoſcere, & pronunciare in cauſis, ad minus cum vno iudice, tamen regulariter cum duobus, qui reperiuntur in ipſa curia non obſtante abſentia aliorum, nec etiam alio iudice in aliquo requiſito, & expectato, & nedum poteſt hoc facere,verum etiam id debet, adeo quod ſi cauſa eſſet in expeditione, & non eſſet niſi vnus iudex, vel duo,& pars inſtaret, teneretur cũ illo,vel illis,qui reperiuntur pronunciare, vt Rit.63. dictat, nec poſſet ipſe, aut pars dicere expectetur alius.diſpoſitio iſtius Rit.quieſcit hodie,quia iudices non equitãt,vt primo,& niſi vrgẽs cauſa

Digitized by Google

cauſa incidat, non mittitur aliquis iudex extra ciuitatem Neap. quia ſatis ſunt in cauſis præpediti, & propterea ſi ſecus fieret, maximum eſſet carceratorum detrimentum, & dato quod aliquis mittatur extra ciuitatem, ſemper remittitur in loca non multum longinqua, & cum criminales ſint quatuor, & ciuiles tres, nunquam cum vno iudicari cõtingit, vt iſte Rit. dicit: aduerte tamen, quod in decreto de aliquem torquendo debent ſubſcribere omnes iudices, vel maior pars ipſorum, & in eius exequutione duo ad minus, vt dictat Regia prag. Caro.V. mandamus quoque, quod decreta ſub tit. de quæſtio. quæ hodie bene obſeruatur, & quando in notando ſunt differentes, & in votis æquales, ſolitum eſt in Magna Curia adhibere vnum ex iudicibus ciuilibus, qui relatione audita, inclinat in partem, quæ ſibi melior de iure videtur, & quotidie cum euenit practicatur * vigore regiæ prag. 1. incip. notum fore volumus tit. de officio magiſtri.

1 ¶ † Iuxta præfata quæro, in Regijs audientijs fere omnibus ſunt duo auditores: dixi ferè, & propter audientiam Calabriæ, vbi ſunt tres, & Principatus vltra, vbi eſt vnus tantum, * licet a pauco tempore etiam ibi ſint duo, iſti auditores quotidie equitant per prouinciam, verum ſemper remanet vnus cum Præſide in loco reſidentię tribunalis, cum aliqua cauſa ciuilis, vel criminalis eſt in expeditione vna pars inſtat expediri, alia petit expectari collegam, quia ſic ſua intereſt, poteſt ne Præſes prouincię cum illo vno iudicari facere? Luc. de Penn. in l. nihil col. 2. ver. 2. quęritur, C. de pala. ſacr. larg. lib. 12. tangit hanc q. & in ea arguit ad partes, tandem remittit ſe ad quandam diſt. Bart. quam ipſe refert in l. 1. num. 1. ff. de offic. conſu. licet ipſe non allegat locum Bar. ex qua diffinitione colligitur, quod Præſes prouinciæ poteſt cum illo ſolo auditore pronunciare, ratio eſt,

2 † quia iſti auditores ſunt inſolidũ, eorumque officium eſt authoritate, & vtilitate publicum, quo caſu per tex. d. l. 1. adminiſtratio cuilibet competit inſolidũ, vt ipſi latius dicunt, confirmatur per hunc Rit. volentem, quod Magiſter iuſtitiarius poſſit id facere cum duobus, vel cum vno, cum illud quo ſeruatur in Magna Curia debeat ſeruari in alijs, vt dixi ſupra Rit. . . & ſi dicatur, quod iſte Ritus non obſeruatur, vt ſupra dixi, illud non eſt ex defectu Ritus, ſed quia iudices non ſeparantur, nec equitant (vt dixi ſupra) quod nota, quia quotidie euenit in facto, & ego bis conſultus ſemper ita reſpondi. Intellige tamen quando ille, qui eſt pręſens in tribunali eſt commiſſarius illius cauſæ, alias ſi commiſſarius eſſet ille Auditor, qui eſt abſens, deberet eius aduentus expectari, cum de cauſa ſit informatus, & per ipſum fuerit tractata, vt dicit

3 tex. in d. l. 1. † niſi abſentia eſſet longa, quoniam tunc per præſentem poſſet expediri, * non autem alius eſſet ſubrogandus loco abſentis, vt Bar. ibi dicit nu. 3. per l. ſi longius, ff. de iud. & ita practicatur * quotidie, & cauſa committitur alteri auditori collegæ. Aduerte tamen, quod vbi eſſemus in cauſa criminali, & Aduocatus fiſci ex aliqua ratione inſtaret expectari Auditorem abſentem, ſiue infirmũ, ſiue ſit commiſſarius cauſæ, ſiue non, ſuperſedetur in expeditione donec veniat. Salerni die 6. Iunij 1558. Proſper Carauita.

RITVS LIV.

a ITem quod nulla alia, præter ipſam Curiam Magnam Vicariæ, a cognoſcere poſſit, & valeat de præſentationibus inſtrumentorum, & interrogationibus fiendis ſuper ipſis, & circa præfata ſeruetur laudabilis Ritus dictæ Curiæ hactenus obſeruatus, & ſuperius expreſſus.

ADDITIO.

a Vicariæ. Adde quòd hic ritus hodie non ſeruatur, quia omnes Barones habentes merum, & mixtum imperium, de huiuſmodi præſentationibus cognoſcunt, Parſ. tract. ſyndic. verſ. inſtrumentum, nu. 5. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Curiæ Vicaria ſola in Regno cognoſcit de præſentationibus inſtrumentorum.*

2 *Citatus ad Curiam Vicariæ ad recognoſcendum apocas, etiam ſi ſit vaſſallus baronum non remittitur, niſi prius apoca recognita.*

3 *Curia Vicaria an poſſit torquere expreſſu informato.*

1 RItus iſte ponit octauam præeminentiam, quam habet Magna Curia, vt † de præſentationibus inſtrumentorum ipſa ſola cognoſcat, & nulla alia curia. De hac præeminentia facit etiam mentionem D. Marinus Frez. de ſubfeu. lib. 1. de off. magiſtri iuſtitiarij, nu. 40. in fin. verum dicit quod Curiæ Baronum ex forma priuilegiorum ſuorum, cognoſcunt de hoc, & ſic etiam omnes aliæ curiæ capitaneorum Regiorum, adeo quod iſte Ritus penitus receſſit ab aula, quia nullus Baro (etiam ſi is minimus ſit) reperitur, qui virtute priuilegij, non habeat cognitionem ſuper præſentationibus inſtrumentorum, vt cuique notiſſimum eſt. Dicit tamen Marcel. Bonus ſuper Rit. 166. qui de præſentationibus inſtrumentorũ tractat, quod iſte Rit. dum dicit nulla alia curia, debet intelligi de alijs Curijs, quæ ſunt in Ciuitate Neapolis, non autem de his, quæ extra, vt ſunt Curiæ Baronum, & aliorum officialium Regiorum, & propterea ſecundum eum, infertur quod iſte Rit. non obſtet alijs curijs, quæ ſunt extra ciuitatem præfatam. Ego autem teneo contrarium, Primo quia cum Ritus generaliter dicat nulla alia præter Magnam Curiam, non videtur poſſe intelligi, vt ipſe dicit abſque diuinatione manifeſta. Secundo, quia priuilegia omnia, tam antiqua, quam moderna Baronum inter alia in ſpecie continent poteſtatem cognoſcendi ſuper præſentationibus inſtrumentorum; propter quod videtur apertiſſime colligi, q niſi ſpecialiter cõcederetur in priuilegio, non veniret, ſtãte hoc Rit. & ita etiam expreſſe tenuit Par. tract. ſynd. in ver. inſtrumentum, & videtur tenuiſſe Dominum Mar. in loco præalleg. dum dicit, quod hodie Barones, & aliæ Curiæ Regni ex priuilegio cognoſcunt ſuper præſentationibus inſtrumentorum, non obſtante Rit. noſtro. Sed quia Ritus finem faciunt in hoc Rit. ſuper præeminentijs

7 Magnæ Curiæ. Adde † etiam nonam præeminentiam, quæ conſiſtit, quod citatos ad recognoſcendum apocas, etiam ſi vaſſalli fuerint Baronum non remittit, niſi prius recognoſcant, immo in Regno Franciæ etiam ſi eſſent clerici, vt dicit Manſuer. in pract. tit. de iudicibus nu. 9. verſ. item ſciendum eſt, quod clericus, & in tit. de remiſſ. verſ. item cum agitur, Gulíel. Benedict. in repet. cap. Raynutius in verſ. & vxorem nomine deciſ. 2. nu. 134. ver. plus ſeruatur, & Pet. Rebuff. (qui late Chirographorum materiam tractat) in commen. inſtit. Fran. tract. de Chirographo. recogni. art. 92. nu. 5. fol. 198. verſ. 1. & aduerte, quod Magna Curia ſeruat, tunc demum remittere apoca recognita, cum ille Baro ad quem petitur remiſſio, in ſpecie habet in priuilegio poteſtatem cognoſcendi de recognitionib. proprię manus, alias non, quod tamen intelligo, quãdo recognoſcens nihil, aut aliquid friuolum opponit, adeo quod non aliud remanet, quam mandare, quod ſoluat infra tot dies, alias probet, ſecus ſi recognoſcens allegat aliquam exceptionem, quam iudex non poteſt comprehendere ſi eſt vera, aut ad dilatandum, quoniam tunc, cum cauſa termino ad probandum opus habeat, adeo quod ordinare eſt procedendum, remiſſio ſine dubio eſſet facienda ad Baronem habentẽ cognitionem cauſarum ciuilium, licet in ſpecie non habeat poteſtatem ſuper recognitionibus, eo quia tali caſu facta recognitione, finita eſt cauſa recognitionis, & incipit cauſa ordinaria, quæ ſicut aliæ ciuiles ſpectant ad Baronem, quod nota. Et ex ea oritur & decima præeminentia, quæ ſe habet, quod apoca recognita, quãdoque nec etiam remittitur, ſed dat terminum ad probandum, alias ad ſoluendum ſi videt friuole aliquid opponi contra apocam, quam veram dixit, vt de his

Digitized by Google

his tractat D.Mari.de ſubfeud.lib.1.de off. Magiſtri iuſti-
1 tiarij, nu.40. fol.26. Vndecima † præeminentia conſiſtit in dando torturam ex proceſſu informatiuo per ca. Reg. in accuſatis. Duodecima ponitur in conſt. Reg.præcipimus,& de ea facit etiam mentionem D.Mar.præalleg.lo. nume.34. licet ſecundum Afflict. in eadem conſtit. hodie non ſeruetur,;& aliæ etiam reperiuntur,quas quiſque poterit facile perquirere. Veruntamen ſcias,quod licet appellentur præeminentiæ Magnę Curiæ,tamen Regię Audientię ex conſuetudine habent ea indifferenter (vt quotidie videmus) idque non eſt mirum,quia vt dicit Afflict. in conſtit.iuſtitiarij nomen.19.no. verſ.quinto quęro,nu.24. Curia iuſtitiarij dicitur curia Principis, & propterea, vt ipſe dicit, vſu ſibi quæſiuit poſſe cognoſcere cauſas viduarum,& pupillorum, licet per illam conſtit. eſſet conceſſum ſolum Magnæ Curię, de quo poſtmodum factum fuit, cap. Reg. incip. quia nulla, quod Iſern. ibi allegat.
* Hodie tamen ex noua prouiſione Audientię Regię Prouinciarum non poſſunt, vt d.vndecima præeminentia, in dando torturam ex proceſſu informatiuo, niſi habita in ſcriptis licentia ab Illuſtriſſ. Domino Regni Viceregę, vt in pragm.fin.de officio magiſtri iuſti. & inf.in Rit.259.in 2.not.Salerni die 7.Iunij 1559. Proſper Carauita.

RITVS LV.

ITem quod Capitaneus Ciuitatis Neap. non poſsit cognoſcere, nec ſe aliquatenus intro mittere debeat de cauſis mere ciuilibus, cum non debeat,neque poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Duæ curiæ antiquitus erant in Ciuitate Neapolis, ſcilicet Magna Curia, & Curia Vicariæ. Et qui eis præerant.*
2 *Curia Vicariæ perſonam Vicarij generalis Regni repræſentabat, torturamque inferre citra, & vltra conſt. formam poterat.*
3 *Tribunal Magnæ Curiæ Vicariæ hodie repræſentat duas curias ſupradictas.*

1 DVplicatur iſte Rit.302.vbi idem diſponitur, † ſcias tamen ad intelligentiam, quod in Ciuitate Neapolis antiquitus erant duæ curię, vna quæ dicebatur Magna Curia,& huic præerat Magiſter iuſtitiarius,alia, quę dicebatur Curia Vicarię, vt dicit Gramm.deciſ.34.nu.9. & diximus ſupra Rit.1. in fi. Huic curię non reperio quis
2 pręerat tunc temporis. a Attamen, poſtquam in his Rit. fit mentio de curia Capitanei Ciuitatis Neapol. arbitror abſque dubio, quod huic Curiæ Vicariæ Capitaneus
3 præerat, † & quia, ſecundum Gramm.in d.deciſ. vti Curia Vicariæ repræſentabat perſonam Vicarij generalis huius Regni, poterat circa,& contra formam conſtitu. & c. Regni, torturam inferre, ſicut generalis Regni Vicarius poteſt per cap.quod incip.in accuſatis. ¶ Hoc præmiſſo, not. quod Capitaneus Curiæ Vicariæ Ciuitatis Neap. no poteſt cognoſcere,nec aliquatenus ſe intromittere de cauſis mere ciuilibus, ſed ſolum de criminalibus,vt expreſſe dicit d.Rit.302. quem Cauenſ. non vidit, quia ſi vidiſſet, non diceret hic, quod ex hoc Rit. videtur includi, quod capitaneus poteſt cauſas criminales cognoſcere. Diſpoſi-
3 tio iſtius Rit. hodie non ſeruit, † quia omnes dictæ duæ curiæ ſunt vnitæ, & in vnum tribunal collectæ, quod Magna Curia Vicariæ dicitur ab omnibus,vt Gram.in præalleg.deciſ.dicit,& in d.Rit.1.in fin.diximus.Salerni die 8. Iunij 1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Temporis. Pro declaratione harum curiarum,magnæ ſcilicet, & Vicariæ, & quomodo,ac quando ex duabus fuerit facta vna,& appellata,prout hodie appellatur Magna Curia Vicariæ, vide omnino, quæ nos diximus in tract. Ad arbitr.Magnæ Cur. Vicariæ cap.2.ex nu.81. Et dicas, quod Curiæ Vicariæ præerat vnus,qui dicebatur Regens Curiæ Vicariæ, vt fuit Ioannes de Haia tempore Regis Roberti, & Caroli Illuſtris eius filij, & Vicarij, vt patet ex tit.cap.Regni,ſi cum ſceleratis, & cap.deteſtantes, infra num.288. C.P.

RITVS LVI.

ITem Curia ipſa cognoſcat de guerra mota, priuato carcere, & omnibus alijs pœnis fiſcalibus,nullus vero deferēs de præfatis,admittitur, niſi Curiæ ad certam pœnam ſe obliget de probando, & proſequendo, & idem vbicunque aliquid fiſcale eidem curiæ nuncietur,conuentio tamen ipſius pœnæ fieri debeat cum aduocato, & procuratore fiſci.

Materiam iſtius Rit. examinaui plenè ſupra Rit.47.vbi duplicatur per eadem verba,merito ibi videas.

RITVS LVII.

ITem in curia ipſa non mouentur quæſtiones reales contra Curiam,ſeu procuratores ſine mandato.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtri camerarij in prouincijs. de quibus cauſis antiquitus cognoſcebant. Et vſquequo.*
2 *Inque magnis cauſis fiſco illatis, inconſulto Rege, non ſe intromittebant.*
3 *Eorumque iuriſdictionem hodie qui habeant.*
4 *Regia Camera ſummaria,quod proprium officium hodie ſit.*

1 AD intelligentiam iſtius Rit. † debes ſcire, quod de iure conſt.Reg.omnes queſtiones,tam perſonales, quam reales,quæ inter fiſcum,& priuatum mouebantur, vſque ad ſententiam,poterant cognoſci per Magiſtros camerarios,qui in prouincijs aderant, adiuncto cum eis iuſtitiario prouinciæ,ſi tamen illæ quæſtiones non erant de feudis, aut rebus feudalibus, nec etiam de burgenſaticis immobilibus magnis, in tantum quod ſolum poterant cognoſcere ſuper rebus mobilibus,aut immobilibus modicis, vt dicit conſt. Reg. cauſas, & conſtitut. quæſtiones omnes inter fiſcum, & cum cauſa erat inſtructa,& in terminis expeditionis per fidelem nuncium tranſmittebatur
2 ad Curiam Regis,vt dicit d.conſtit.quæſtiones. † Si vero aliquis ſuper magna cauſa volebat fiſco quæſtionem inferre, Magiſter camerarius non poterat ſe intromittere, ſed debebat Regem conſulere,vt dicit d. conſt.cauſas, & interim ſuperſedere, vt ibi Affl.notat 4.no. per tex.in l.1.
3 C.de relat. ¶ † Hoc ita præmiſſo, no.ex hoc Ritu, quod Magna Curia non poteſt cognoſcere quæſtiones reales, quæ contra curiam,ſiue eius Procuratores mouentur,ſine mandato, ſupple Domini Regis, quod quidem debet intelligi de realibus immobilibus magnis, in quibus a contrario ſenſu poſſet habita licentia cognoſcere, quoniam de realibus immobilibus modicis, aut mobilibus, fiſcus habet ſuos iudices,quos ſupra dixi, & ſcribit Afflict.in d. conſt.cauſas 1.not.nu.1.& licet ibidem dicat,quod hodie in eorum locorum ſucceſſit Regia Camera, & idem in conſtit. Magiſtri camerarij,attamen D.Mar.Frez.in tract. de ſubfeud.lib.1.de officio magni camerarij,nu.7.fol.29. id non firmat,immo tenet,quod ſucceſſit ſecretus,vt ſcribit Iſern.in d.conſtit.cauſas, & in conſt.officiorum, & in Apulia Magiſter Portulanus, qui omnes de rebus mobili-

bus,

Digitized by Google

bus, & ſtabilibus valde modicis ordinariam habent iuriſdictionem, vt Magiſtri camerarij habebant, vt diximus in principio. Item alia nonnulla poſſunt, quæ ipſe ibid. ponit, dicens paulo inferius, quod vbi eſt ſecretus (ſicuti in Prouincia Calabriæ) ibi non eſt Magiſter portulanus, & econtra. Saluari tamen poteſt Affl. ibi bene ſciebat in Regno officium ſecreti, & Magiſtri Portulani, quia licet omnes iſtis officiales habeant eandem poteſtatē, quam Magiſter camerarius habebat, tamen vt ipſemet D. Marinus atteſtatur in multis eorum authoritas, & poteſtas eſt diminuta, & Regia Camera in eis cognoſcit, & prouidet, adeo quod Afflict. taliter loquutus fuerit habito reſpectu, quod Regia Camera ferè in omnibus manum imponit, paucis relictis cognitioni eorum, non autem volens denegare officia prædictorum ſucceſſiſſe in loco Magiſtri camerarij. Diſpoſitio iſtius Ritus hodie non eſt neceſſaria, quia neque mandato, neque cum eo Magna Curia
4 cognoſcit cauſas inter fiſcum, & priuatum. † Sed Regia Camera Summariæ, cuius peculiare officium in hoc conſiſtit, vt idem Dominus Frez. late ponit in prælleg. tit. de officio magni camerarij, nu. 3. Afflict. in conſt. Præſides, 5. no. num. 8. verſ. ſed iuxta hoc, in fin. vt plenè diximus ſupra in Rit. 17. in fin. & Rit. 50. in fin. Salerni die 9. Iunij 1559. Proſper Carauita.

RITVS LVIII.

ITem de donis Curiæ in Curia ipſa non cognoſcitur, ſine ſpeciali mandato, & cum cauſa ipſa agitur, oſtenſo priuilegio donatarij, non autem Procurator, & Aduocatus curiæ, donatario tenentur aſſiſtere, & Aduocatum donatarius ſibi habeat aliunde, ſi habet vnde ſoluat eidem, alioquin Aduocatus curiæ gratis patrocinetur eidem, ſed vbi ſoluendo eſt, & vult, quod Aduocatus curiæ pro ipſo principaliter aduocet, debet ſibi ſalarium ſoluere, quod poteſt cum ipſo conuenire.

SVMMARIVM.

1 *Magna Curia quare cognoſcere non poteſt de donis curiæ factis, ſine ſpeciali Regis mandato.*
2 *Curia ipſa non conuenitur, niſi habita Regis licentia.*
3 *Cum quis de re aliqua conuenatur, & dicat à curia habuiſſe, appareatq; priuilegium, non ipſe, ſed curia conuenitur.*

SVperiore Ritu dictum fuit, quod quando mouentur quæſtiones reales directè contra curiam, vel eius procuratores, Magna Curia non poteſt procedere, niſi habita licētia, & mandato Regis, in præſenti vero tractatur, quādo q̄ſtiones directè mouētur cōtra priuatū, verū priuatus conuentus dicit ſe dono habuiſſe à curia, vt ſic iſte Ritus aliquid addat; quia alias intelligendo de litibus, quæ directè contra curiam mouerentur, eſſet ſuperfluus, cum ſatis dixiſſe ſufficiebat in præcedenti, quod quæſtiones reales contra curiā non mouentur in Magna Curia ſine man
1 dato. ¶ † Hoc præmiſſo, nota primo, quod Magna Curia non poteſt cognoſcere de donis curiæ ſine mandato ſpeciali, ſupple Domini Regis, ratio eſt, quia cum quis dicit rem, pro qua conuenitur dono habuiſſe à curia, tunc ipſe conuentus conueniri non poteſt, ſed Regia Curia eſt conuenienda iuxta l. bene à Zenone C. de quadri. præ-
2 ſcrip. † vbi etiam diſponitur, quod ipſa curia non conueniatur; niſi habita licentia Regis, ſed quia hoc poſſet dare materiam dilatandi lites, cum facile conuentus dicere poſſit dono habuiſſe à curia, ſubnectit Ritus alia verba, dicens, hoc verum, cum cauſa agitur oſtenſo priuilegio donatarij, adeo quod in promptu per inſtrumentum liqueat; quod à curia cauſam habet, & hoc volunt dicere illa verba, & cum cauſa ipſa agitur &c. Ex quibus verbis à contrario ſenſu ſequitur, quod ſi non oſtenditur priuilegium donatarij, tunc poteſt in ipſa Magna Curia procedi ſine mandato. ¶ Secundo no. ibi non autem, iunctis verbis, ibi pro ipſo principaliter aduocet, quod ſi donatarius curiæ vellet in cauſa mota, pro ſe ipſo principaliter comparere, & in cauſa adeſſe; aduocatus, & procurator curiæ non tenentur eidem aſſiſtere, eumque defendere, ſed aut ipſe donatarius eſt pauper, & tunc tenentur, aut non, & tunc ſi vult eos in ſui defenſionem, debet ſoluere ſalarium (prout poterit cum eis conuenire) intelligi tamen poteſt duobus modis. Primo modo, quando iſte conuentus dicebat dono habuiſſe à curia, ad finem habendi in ſui fauorem Aduocatum, & Procuratorem curiæ, non tamen apparebat de priuilegio donationis, quo caſu, vt ſupra diximus, arg. ſumpto ex hoc Rit. à contrario ſenſu, poteſt ipſa Magna Curia procedere ſine man-
3 dato, † quia ſi priuilegium apparet, non eſſet opus aduocato, & procuratore ipſi donatario, cum tunc Regia Curia debeat conueniri per d. l. bene à Zenone. Secundo modo, vt proprie loqui videtur, quando apparebat de ipſo priuilegio, verum conuentus non laudabat curiam in ſuū anthorē, quia volebat ſe ipſum defendere, & per ſe principaliter comparere, quæ bene nota pro intellectu iſtius Rit. adeo intricati, quod fecit me laborare multis horis circa diſpoſitionem iſtius Rit. dico, quod dixi ſupra in Rit. præcedenti, in fine, quod hodie ipſius prouiſio non eſt neceſſaria, quia Magna Curia non tractat cauſas, quæ contra curiam poſſunt tendere, nec cum mandato, nec ſine, ſed ſolum Regia Camera Summariæ, vt ibi dixi. Salerni die 12. Iunij 1559. Proſper Carauita.

RITVS LIX.

ITem Curia ipſa cum eſt in loco, cognoſcit, & pronunciat ibi de cauſis ciuilibus, & criminalibus quandocunque commiſſis, ſed dum eſt in loco cauſa in Curia ipſa incipit per cōteſtationem, non aliter, etiam ſi Curia inde recedit antequam cauſa in eadem Curia terminetur, & dum eſt in loco, & ciuiles, & criminales tacent, & non reddunt ius, niſi per ipſam Curiam permittatur eis.

Duplicatur iſte Ritus ſupra Rit. 48. vbi etiam de hoc plene tibi dixi ibi.

RITVS LX.

ITem Curia cognoſcit de quacunque particula caſtri, vel alterius feudi quaternati, dummodo agatur de quota etiam tranſeunte ad tripondium. De feudis vero non quaternatis, vel ſingulari re feudi quaternati, curia ipſa ex priuilegio etiam non cognoſcit.

Diſpoſitio iſtius Rit. habetur ſupra in Rit. 50. per eadem verba, & quia ibi de vtroque plene ſcripſi, ad ibi dicta te remitto.

RITVS LXI.

ITem Curia ipſa cognoſcit, & pronunciat de exceptione excommunicationis. Item Curia cognoſcit de exceſſibus officialium, ſi delinquant in officijs, ea exercendo, & non aliter.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excommunicationis ſpectat ad forum eccleſiaſticum.*

2 *Excommunicatus repellitur ab agendo.*

ISte Ritus continet in ſe duas diſpoſitiones, de prima tantum dicam hic, quia ſecunda duplicatur ſupra in Rit.51.& 49.vbi late de ea dixi. ¶ Nota igitur ex prima parte Ritus, quod Magna Curia Vicariæ cognoſcit, &
1 pronunciat ſuper exceptione excommunicationis, † & ſi dicatur obſtare huic Rit. quod exceptio excommunicationis dicitur ſpectare ad forum eccleſiaſticum, vt dicit Spec.in tit.de compet.iud.additio. in princ. verſ.per tex. in cap.multi,2.q.1. & in cap.corripiantur,24.q.3.Ant.de But.in cap.tuam col.pen. extra de ordi.cogni. & Alex.in l. Titia,col.pen.ff.ſol.matrim. Reſpondetur,quod tale dictum limitatur non procedere quotieſcunque ſummariè tantum vult iudex excommunicationem examinare, non ad finem determinandi ſuper eius validitate, ſed ſolum ſe informandi de facto ipſo, & ſi verum eſt, excommunicationem ſubeſſe, vt dicit Spec. in tit. de rer. conuen. §. nunc dicamus,num.2. & ibi bona additio in litera D.Bal. in l.fin. C.de Carbo.edict.in l.quoties, C.de iud. & in d. l. Titia. Abb. in cap. cum ſit generale, de for. compet. & Lap.alleg.56. & in hoc caſu debet intelligi iſte Ritus, vt ſic concordet cum iure cōmuni Cano. & dictis per Doct. ſupra citatos, adeo quod dum dicit, quod Magna Curia cognoſcit ſuper dicta exceptione, intelligatur de cognitione ſummaria iuxta præfata, & iuxta formam alterius Ritus infra 236. vbi latius dicam de hac materia, & dum dicit etiam quod pronunciat ſuper ea, intelligatur de pronunciatione ſuper facto, videlicet, quod ille talis eſt
2 excommunicatione adſtrictus, † merito repellendus ab agendo iuxta iuris diſpoſitionem, in cap. cum inter in fin. cap.dilecti filij,& c.exceptionem de excep.cum ſimil.allegatis per Nepotem à monte Alba. in tract. exceptio. contra actorem, in princ. non autem de pronunciatione ſuper validitate ipſius excommunicationis, quia iura Cano.refragarentur,vt ſupra dictum fuit. Salerni die 13. Iunij 1558. Proſper Carauita.

RITVS LXII.

ITem curia ipſa cognoſcit de appellationibus,& nullitate omnium proceſſuum inferiorum iudicum, etiam immediate,& etiam ſi inferiores ipſi iudices ſint officiales prælatorum in terris Eccleſiarum.

Duplicatur iſte Rit.ſupra in Rit.52. ideo ad materiam, & intellectum vide ibi.

RITVS LXIII.

ITem in curia ipſa Magiſter Iuſtitiarius,vel eius Locumtenens cognoſcit, & pronunciat cum illo, & cum illis iudicibus, qui inueniuntur in curia,aliorum abſentia non obſtante,nec aliquo exinde requiſito.

Dixi de hoc Ritu ſupra in Rit. 53. vbi per eadem verba idem diſponitur, & duplicatur, ideo ad ibi ſcripta te remitto.

RITVS LXIV.

a ITem curia ipſa a ante,& in medio intelligitur, vbi tantum Magiſter Iuſtitiarius, vel eius Locumtenens mutatur, de mutatione iudicum, & notariorum actorum Magnæ Curiç.

ADDITIO.

a Curia ipſa. Adde quod vere huic ritui nullus poteſt dari ſanus intellectus, quidquid in eo commentator comminiſci velit. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in curia lata dicitur, non præſente etiam Regente.*

2 *Curia ipſa regitur in Magna Curia ſæpe ſæpius abſente Regente.*

3 *Auditores Prouinciarum abſente etiam præſide, ſententiam proferunt.*

RItus iſte ſemper mihi viſus fuit difficillimus, & tempore ſtudij mei in Ciuitate Neapolis feci hanc apoſtillam ad eum: Adiuro te per Deum viuum, quia neſcio quid dicat. Nunc autem iterum intrepide iuro, quod multis diebus laboraui in eius intellectu, & credo, quod ſi in eo non deficiunt verba (prout valde dubito) Rit. iſte hoc dicit, quod vbicunque Locumtenens Magnę Curiæ, qui eſt Regens ipſius ipſe ſolus mutatur, de mutatione iudicum, & actuariorum, ideſt mutatione quam facit ab eis recedendo, antequam curia regatur, vel in medio curiæ dum regitur, curia ipſa intelligitur ſi ipſe ſolus receſſerit ab ea. Eſt enim demutatio idem,quod mutatio, vt ex Plin. lib.28. cap.8. colligitur,ibi,nullum animal pauidius eſſe exiſtimatur, & ideo verſicoloris demu-
1 tationis chameleonte,† & ſecundum hoc, iſte Ritus probat, quod ſententia dicitur lata in curia, licet Dominus Regens ibi non fuerit præſens, quod voluit gloſ.in l.cum ſententiam C. de ſentent. & interloquu. omn. iudic. licet Afflict.in conſtitut. cum noua.3. not. aliter dicat, tam in ſententia lata in Magna Curia abſente Regente, quam in Regijs Audientijs abſente Præſide, & ita practicatur,
2 † quia Curia regitur ſæpiſſime in Magna Curia ſine Do-
3 mino Regente, vt dixi ſupra in Rit. 13. † & Auditores prouinciarum etiam proferunt ſententias abſente Præſide à tribunali, immo etiam cum vnus ex eius vadit per prouinciam ſimiliter facit, & ſic etiam Aſſeſſores, ſiue Iu-
* dices terrarum abſente Capitaneo. * Hodie vero Auditores prouinciarum non equitant per prouinciam, ſicuti antiquitus faciebant,ex quo eis prohibitum eſt, abſque licentia, & commiſſione in ſcriptis Illuſtriſſ. Domini Regni Viceregis, vt in pragm. 8. de offi. iuſti. & ſi quando occurrerit equitare cum commiſſione dicti Illuſtriſſ. Domini Viceregis, vel pro aliquo graui facto, non poſſunt ſe intromittere in alijs cauſis, quam in ea pro qua equitare continget,vt in d.pragm.diſponitur. Salerni die 15. Iunij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXV.

ITem ſi aliquis clericus citatus fuerit,vt laicus de mandato dictæ Curiæ,pro aliqua criminali cauſa, vel ciuili, bannitus, vel foriudicatus, & voluerit poſtea ſuam purgare contumaciam,ad purgandum ſuam cōtumaciam, debet in eadem curia perſonaliter comparere, & ipſa curia cognoſcet de ſuo clericatu prædicto cum habitu, & tonſura demonſtrato, & conſtito ipſi curiæ de clericatu huiuſmodi, eadem curia remittit ipſum ad ſuum iudicem competentem,& hoc quotidie obſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus citatus per iudicem laicum ignorantem illum eſſe clericum, contumax effectus, an mulctari poſſit ratione ſuæ contumaciæ.*

Digitized by Google

2 *Clericus citatus a iudice ignorante eum eſſe clericum, tenetur comparere, ſuumque priuilegium allegare.*
3 *Clerico citato, ſi neſcitur, nec allegatur, an pro laico interim habeatur, valeatque proceſſus.*
4 *Contumacia eſt delictum.*
5 *Contumacia, & comparitio in clerico æquiparantur apud iudicem laicum, coram quo comparere, nec prorogare licebit.*
6 *Purgare contumaciam tria in ſe continet.*
7 *Contumax an ad purgandam contumaciam, per procuratorem admittatur?*
8 *Clericus differens eius clericatum à principio allegare, num teneatur actori in expenſis?*
Et quis iudex de hoc adeundus, ibidem.
9 *Iudex ſecularis nullo modo contra clericatum iudicabit.*

1 MAgna eſt diſceptatio inter Doct. † nunquid Clericus citatus per iudicem laicum ignorantem illum eſſe clericum, & effectus contumax, poſſit ratione ſuæ contumaciæ mulctari, in qua quidem q. Spec. in tit. de cit. §. 1. verſic. ſed pone, quod iudex, num. 20. videtur firmare quod non, quia quicquid factum eſt, ſtatim quod conſtat de clericatu, reuocari debet, arg. cap. at ſi clerici, de iud. & cap. ſi diligenti, de foro compete. & idem firmat Bald. in l. ex quacunque, verſ. item quæro de iſta quæſt. num. 7. col. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & in l. generaliter, la ſeconda, col. 3. C. de epiſc. & cler. & Bart. conſ. 225. clericus, non ſub nomine, vol. 1. & in proprijs terminis de mulcta, ratione contumaciæ. Guid. Pap. deciſ. 450. Gram. vot. 18. nu. 9. cum ſeq. & voto 27. per totum, vbi ſic refert fuiſſe iudicatum per Sacrum Conſilium reuocando, quod fecerat Magna Curia, idem Gramm. in deciſ. 29. num. 4. deciſ. 61. num. 15. & conſ. de foriudicatione poſito poſt deciſ. num. 27. pluribus rationibus, de quibus per Doct. præallega. latius habetur, & præſertim ſecundum Gram. in dicto conſilio, quia Rit. Magnæ Curiæ infra 235. qui dictat clericum citatum debere comparere cum bullis ad petendam remiſſionem, non procedit vltra, dicendo quod ſi non comparet, poſſit reputari contumax. Bart. vero in l. 3. verſ. bene tamen, ff. de iudi. tenet contrarium,
2 quod immo mulctari poteſt, † quia cum iudex ignorauerit ipſum eſſe clericum, ratione dubij, tenebatur comparere, & ſuum priuilegium allegare, per l. ſi quis ex aliena. ff. de iud. & not. in cap. ſi epiſcopus, 3. q. 2. & in cap. ſuper literis, extra de reſcript. quod etiam videtur firmaſſe
3 Card. in clem. 1. §. 1. oppo. 2. de exceſ. prælato. † vbi quod ſi citatur clericus, & neſcitur, nec allegatur, interim habetur pro laico, & valet proceſſus, & idem Alexan. in l. 2. ff. de appella. recipien. & pro hac ſecunda opin. facit iſte Rit. qui nedum vult, quod clericus purget contumaciam, ſed quod ipſam purget perſonaliter, per quem Rit. videtur confundi, quod dicebat Gram. quod Rit. non procedit vltra, nam vt hic patet, dicitur bannitus, & foriudicatus, & ſic vltra procedit, dicendo, poſſe clericum bannire, & foriudicari, item dicitur de purgatione contumaciæ. Quid dicendum? mihi videtur, quod prima opin. eſt verior, etiam in puncto iuris, quia vere omnia iura deteſtantur, quod laicus animaduertat in clericum, c. nul-
4 lus iudicem, 11. q. 1. & ſi ſecus diceretur, † cum contumacia ſit delictum, vt dicit glo. in l. ſi quis, ff. de interrogatori. actio. eſſet clericum pro delicto punire contra d. cap. nullus cap. 1. extra de cleri. coniug. in 6. & omnia iura mundi. Non obſtat, quod dicit Bart. quia illud arg. ratione dubij per l. ſi quis ex aliena, procedit in contumace, qui ſi comparuiſſet, potuiſſet in iudicem conſentire, at ſecus in
5 clerico, † in quo contumacia, & comparitio æquiparantur, vt dicunt Spec. in præalleg. loc. Bal. in d. l. ex quacunque, & Gramm. in proxime cita. loc. quia in eo non eſt licita comparitio coram iudice laico, nec poſſibilis prorogatio, neque expreſſe, neque tacite, d. c. ſi diligenti, vt etiam firmat Iſern. in conſtitut. Reg. de perſonis. Nec etiam obſtat iſte Ritus, qui prima facie ſatis quippe vrgere videtur, quoniam dum loquitur de purganda contumacia, intelligi debet de clerico reputato bannito, vel foriudicato, volente per viam ſui clericatus purgare contumaciam, hoc eſt oſtenſo clericatu, nullam declarari facere, quo caſu diſponit Rit. & bene, quod clericus volens contumaciam purgare, debeat perſonaliter comparere, ratio eſt, quia non debet plus gaudere contumax, quam non contumax, qui citatus non poteſt remiſſionem tractare, niſi ipſe de perſona cõpareat, vt dictat Rit. 235. vbi latius dicemus, alias ſi hunc Rit. intelligeres de purganda contumacia per ſolutionem mulctæ, ſequeretur
6 duo abſurda, vnum, † quod cum purgare contumaciam contineat ſub ſe ſoluere pœnam curiæ, reficere expenſas, & præſtare cautionem de iudicio ſiſti, vt dicit Spec. de ſatiſd. §. 1. in fin. Afflict. in conſtitut. Reg. ſiue reali. 3. & 5. nota. & Rit. infr. 211. vbi dicemus, vt etiam dixi latius in pragm. relatione, 7. not. de ordin. iudi. ſequeretur, quod dum iſte Rit. vult clericum volentem purgare contumaciam perſonaliter comparere, vult etiam, quod caueat de iudicio ſiſti, contra d. cap. ſi diligenti, & cap. at ſi clerici.
7 Aliud etiam ſequeretur, † quia clericus ad purgandam contumaciam non admitteretur per procuratorem, cum tamen quilibet laicus contumax admittatur ad eam purgandam per alium, vt patet ex d. Rit. 211. in princ. vbi dicam, & quod iſte Rit. loquatur de clerico, qui vult purgare contumaciam, per viam ſui clericatus, non per ſolutionem mulctæ, & cautionem de expenſis, vltra prædicta, patet apertiſſime ex hoc Ritu, dum dicit, debet in Curia perſonaliter comparere, & ipſa Curia cognoſcet de clericatu, per quæ verba demonſtrat, quo pacto erat purganda contumacia, cum in purganda contumacia per ſolutionem pœnæ, & dationem cautionis, non ſit opus docere de clericatu, vt clarum eſt, quod bene nota ad intelligentiam iſtius Ritus, quem credo non fuiſſe hucuſque taliter ponderatum, & intellectum, quia prima facie, quilibet diceret contrarium. Diſpoſitio iſtius Ritus bene ſeruatur, vt ipſemet dicit in fine, & clericus, qui vult eius contumaciam purgare, annullando ex capite clericatus, non aliter admittitur, quam ſi compareat, vt dixi ſupra, ſecus in volente purgare contumaciam alio prædicto modo, quoniam tunc perſonalis comparitio non eſt neceſſaria, vt dicam infr. Rit. 241. ¶ Quæro quæ differentia eſt inter hunc Rit. & alium infr. 235. vbi videtur idem diſponi. ex ſupra dictis colligi poteſt differentia, nam iſte Rit. loquitur de clerico tractante remiſſionem poſt contumaciam cõtractam, ille vero ante, & ſic ſtatim, quod citatur.
8 ¶ † Secundo quæro nunquid iſte clericus, qui diſtulit eius clericatum allegare à princ. teneatur actori in expenſis? Aegid. Bellamer. deciſ. 226. in cauſa mea, in proprijs terminis decidit, quod ſic, & idem Felin. in cap. exceptionem, circa princ. extra de excep. & pro eo facit tex. dicti cap. vbi, quod reus, qui à princ. noluit actori exceptionem excommunicationis opponere, ſi poſtea opponit, cogitur eidem ſoluere expenſas. ſed Doc. præallega. non decidunt, per quem iudicem cogetur iſte clericus, ideo Gramm. vot. 18. num. 17. dicit, quod iudex eccleſiaſticus adeundus eſt, vt ſuper refectione expenſarum prouideat, quia iudex ſecularis nullo modo, nec principaliter, nec incidenter poteſt eſſe iudex contra clericum, vt dicit Abb. poſt gloſ. in cap. etiam, de ordin. cogn. in cap. lator, qui filij ſint legi. & in cap. ſi diligenti col. penul. de foro compet. & firmat pulchre in propria q. Dec. conſ. 240. diligenter pro tenui. Salerni die 18. Iunij 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXVI.

ITem ſi aliquis citatus fuerit de mandato dictæ curiæ, & ad citationem ipſam compareat

Digitized by Google

parent in dicta curia, allegans ſe eſſe clericum
a coniugatum, *a* & quod gaudeat propterea pri-
uilegio clericali, huiuſmodi priuilegium per
dictam curiam ſibi non admittatur, ſed tanquã
contra laicum, contra eum proceditur per cu-
riam memoratam.

ADDITIO.

a Coniugatum. Vide pragm. Regni, Nuper ad maieſtatem,
ſub tit. quod clerici coniug. contrib. in fiſcalib. func. c. Re-
gni non exigit, nu. 248. & ibi Io. Anto. de Nigr. Tho. gram.
deciſ. 10. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Clerici coniugati citati per Magnam Curiam an ad clericale priuilegium remiſſionis fori admittantur.*
2 *Princeps ſecularis poteſtatem non habet contra eccleſiaſticas perſonas.*
3 *Lex vires aſſumit à poteſtate condentis.*
4 *Legum correctio eſt euitanda.*
5 *Clerici coniugati quo ad duo tantum, gaudent priuilegio clericali.*
6 *Vna lex diſtinguitur, & limitatur per aliam.*
7 *Allegare inconueniens, non eſt ſoluere argumentum.*
8 *Clerici coniugati qui vnicam, & virginem duxerunt in habitu, & tonſura incedentes, ad eorum iudices remittendi pro omnibus cauſis, etiam ſecularibus negocijs ſe immiſcentes, & ab eorum iudice ter non moniti.*
9 *Clericus erat aliquis tempore commiſſi delicti, poſt delictum dimiſſo clericatu, vnicam, & virginem duxit, nunquid ad eccleſiaſticum iudicem remittendus?*
18 *Sortitus forum ratione contractus, ipſumque poſtea mutans, in vtroque conuenitur.*

1 NOta ex hoc Rit. † quod Magna Curia non admit-
tit clericos coniugatos ad priuilegium clericale
remiſſionis fori, ſi fuerint citati per eandem, contra hunc
Rit. fortiter obſtat tex. in cap. 1. de cleri. coniuga. in 6. vbi
ad literam diſponitur contrarium, Ioan. Ant. de Nigr. in
clem. de vit. & honeſtat. cleric. in ver. alias priuilegio, nu.
52. verſ. nec obſtat, videns hoc contrarium ſoluit tribus
modis. Primo, quod licet iſte Rit. ita dicat, tamen eius di-
ſpoſitio non tenet, tanquam emanata à Principe ſecula-
2 ri contra perſonas eccleſiaſticas, † contra quas poteſta-
tem non habet, cap. cum ad verum, & cap. ſi Imperator
3 96. diſtin. † quia lex aſſumit vires à poteſtate condentis
eam. l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. & cap. à nobis, extra de
ſentent. excommu. Item quia reperitur correcta per Re-
giam pragm. incip. nuper ad maieſtatem, ſub tit. de vectig.
per quam diſponitur conforme cum d. cap. 1. de cler. con-
iug. in tãtum, quod ſecundum eum, iſte Ritus intelligitur,
vt loquitur, & de directo contrariatur d. cap. 1. verum ex
prædictis duabus rationibus non ligat. Secundo, dici po-
teſt ſecundum eum, quod iſte Rit. intelligitur loqui de cle
ricis coniugatis non incedentibus in habitu, & tonſura, qui
ſecundum diſpoſitionem dicti cap. & præalleg. prag. non
gaudent priuilegio clericali, & ſic vt nedum iſte Rit. non
4 contrarietur, ſed conformet ſe, cum d. cap. † qnia legum
correctio eſt euitanda, l. præcipimus, C. de appella. quam
ſolutionem, & intellectum ad hunc Rit. ſequitur etiam
Cauenſ. hic, licet Nigrum in d. loco non alleget. Tertio,
ſolui poteſt intelligendo loqui hunc Rit. in fori remiſſio-
ne petita per clericum coniugatum in cauſa mere ciuili,
5 † ex quo clerici coniugati quo ad duo tantum, gaudent
priuilegio clericali. Primum, quo ad cap. ſi quis ſua-
dente, 17. quæſt. 4. vt iniciens manus violentas in eos, in-
cidant in excommunicationem. Secundum, vt pro cau-
ſis criminalibus etiam ſi ciuiliter agatur, non poſſint ab
alio iudice cognoſci, quam Eccleſiaſtico, vt dicitur in d.
cap. 1. & præalleg. pragm. gloſ. in cap. 1. in verſ. omni, de
biga. in 6. Imol. in cap. Ioannes, num. 4. extra de cleric.
coniugat. & Afflict. in conſtitut. Regn. apoſtatantes,
verſ. ſed iuxta hoc quæro, num. 21. licet pro mere ciuili-
bus ſit ſecus, vt late Lapus in ſua allega. 118. & Afflict. in
loc. præalleg. vt ſic iſte Rit. diſtinguatur, & limitatur per
6 d. cap. . . † quia vna lex diſtinguitur, & limitatur per
aliam, vt probat tex. iuncta gloſ. in l. ſciendum, ff. qui ſa-
tiſdare cogantur, & ita ipſe reſidet. Quid dicendum?
Ego puto, quod iſtæ duæ vltimæ ſolutiones, quas ipſe ma-
gis firmare videtur: & Cauens. etiã hic ſunt mere diuina-
tiones ad hunc Ritum, qui non poteſt magis clare loqui,
quam loquitur, & profecto ſi eius intentio fuiſſet altero
de duobus modis loqui, feciſſet expreſſam mentionem
de clerico non incedente cum habitu, & tonſura, vel de
citato per Magnam Curiam ciuiliter, & ideo cum neu-
trum horum fecerit, & claré, apertoque ore dicat, quod
Magna Curia contra clericum coniugatum procedit, tan-
quam contra laicum, non dubio debere intelligi ad lite-
ram, vt loquitur. Non obſtat contrarium de cap. 1.
de cleric. coniug. in ſexto, quia facilis eſt ſolutio, cum
illud procedat de iure cano. & Rit. de iure Regni in fo-
ro ſeculari, omiſſo puncto, quod non potuit taliter pro-
uideri, cum aliud ſit tractare, quod ſit factum, aliud, quod
fieri non potuit, & ſi dicatur non poſſe ita intelligi, quia
non eſt veriſimile magnam curiam voluiſſe hunc Rit. in-
7 troducere contra ius canonic. † dico, quod iſtud eſt alle-
gare inconueniens, quod quidem non eſt ſoluere. Præ-
terea iſtud non eſt nouum in his Rit. nam & infra Rit.
235. alius extat Rit. qui in clericis ſimiliter diſponit, &
demum in fine dicit, quamuis iura canonic. videntur re-
fragari. Bene fateor, quod poſtmodum per dictam
pragm. quæ eſt ius poſterius correctus eſt iſte Ritus, &
quando caſus contingeret, ſeruandum eſſet ius canonic.
in dicto capitulo 1. cum quo ipſa pragmat. ſe confor-
8 mat, † & clerici coniugati, qui vnicam, & virginem du-
xerunt, ad eorum iudicem eſſent remittendi pro cauſis
criminalibus, etiam ciuiliter intentatis, ſi in habitu, &
tonſura incedunt, vt ibi diſponitur, & per Afflict. in d.
conſtitutio. Marant. in pract. par. 4. diſt. 11. num. 5. in no-
uis. Niger in dicta clem. num. 152. & Guido Papa deciſ.
138. etiam ſi aliquando ante delictum commiſſum, vel
poſt non inceſſiſſent in habitu, vt pulchre firmat Alexand.
qui alios refert conſ. 8. num. quarto, verſ. & dato volum. 1.
& conſ. 149. nu. 7. cum ſequen. volum. 6. & Caſſad. in con-
ſuet. Burgun. tit. des iuſtices, rubr. 1. §. 5. verſ. 10. fallit. nu.
57. fol. 50. & etiam ſi negocijs ſecularibus ſe immiſcuiſ-
ſent, cum tamen ab eorum iudice ter non eſſent moniti,
vt idem Alexand. concludit per tex. expreſſum elegan-
tem in clem. 1. de vita, & honeſtate cleric. licet Imol. in
dicto cap. Ioannes, num. 6. de cleric. coniug. videatur du-
bitare, & aliter tenere, quia dictam clement. 1. non al-
legat, nec forte tunc recordatus fuit, & miror, quod Ale-
xand. in dict. conſ. allegat Imol. ita tenere, cum non ſit
verum, immo expreſſe dicat, quod alia opinio ſibi vide-
tur verior ad limita. cap. 1. de cleric. coniuga. in 6. Poſ-
ſem in hoc Ritu ponere multas quæſt. in materia cleri-
corum coniugatorum, ſed quia Ioan. Anton. de Nigr. in
dict. clemen. latiſſime de eis loquitur, ad ipſum te re-
mitto: tanto magis, quia in hoc Regno clericis coniu-
gatis non vtimur, & mulieres virum clericum habere
non conſentiunt, vt expreſſe etiam ſentit tex. in dict. cap.
9 Ioannes. ¶ † Quæro in hoc Rit. quid ſi tempore commiſ-
ſi delicti, aliquis erat clericus, demum poſt delictum, di-
miſſo clericatu, duxit vnicam, & virginem nunquid
ad ſuum iudicem eccleſiaſticum remittetur, an non,
quia dimiſit clericatum, Bald. in l. affinitatis, C. comm. de
ſucceſſ. dicit, quod tempus delicti commiſſi attendi de-
bet, non præſens ſtatus per gloſ. ſing. in l. nemo poteſt,

G 2 ff. de

Digitized by Google

ff.de legat. 1. vbi etiam Alexand. & idem Alex. conſil.8.
circa fin. volum. 1. & Gramm. deciſ. 10. vbi latè diſputat,
dicens fuiſſe deciſum in Sacr. Conſ. Ego autem ſatis du-
bito de hoc dicto, quia gloſ. in d. l. nemo. ſuper qua Bald.
ſe fundat in caſu econuerſo loquitur, quando quis cum
eſſet laicus deliquit, vel contraxit, & poſtea effectus fuit
clericus, quo caſu dubium, quod ſubijcitur foro eccleſia-
ſtico, vt gloſ. ibi Bald. Angel. Imol. & Alexan. concludunt,
Oldrad. conſ. 4. Bartol. in l. 1. ff. de pœn. & in l. cum quæ-
dam puella, ff. de iuriſdictione omnium iudicum, ſed quod
is qui nunc eſt laicus, pro delictis tempore clericatus
commiſſis, ad eccleſiaſticum iudicem remitti debeat, nec
10 gloſ. dicit, nec vlla lege, aut ratione video probari, † &
ideo dicerem, quod quemadmodum ſi quis ſortitus eſt
forum, ratione contractus, & poſtea ipſum mutat, poteſt
conueniri in primo, ac etiam in ſecundo foro, vt probat
tex. cum gloſ. in l. 2. C. de iuriſdictione omnium iudicum.
Spec. de competen. iud. additio. §. 1. num. 33. verſ. quid ſi
debitor, & Aret. conſ. 135. num. 3. eodem modo in caſu
noſtro, debet iſte talis poſſe conueniri à primo iudice, qui
erat tempore delicti, & à ſecundo, qui nunc eſt, adeo
quod, qui primo præuenit, cognoſcet, & remittere non
tenebitur: cogitabis tamen, & crede, quod licet magna
ſit authoritas Bald. non facile cum eo obtinebis contra
fiſcum. Habui hanc quæſtionem iſtius diebus in Regia
Audientia Principatus Citra (cum ibi eſſet Aduocatus fi-
ſcalis) cõtra magnificum Iulium Cęſarem de Vicarijs de
Salerno petentem ſe remitti, quia erat clericus tempore
delicti, & potius fuit prouiſum non eſſe moleſtandum, ex
cauſa, vt in proceſſu ob quam fuit remiſſus. Salerni die
30. Iunij 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXVII.

ITem quod ſi clericus in maioribus, vel minoribus ordinibus conſtitutus, vel alius priuilegiatus, vt pupillus, vel vidua eligat forum ipſius Curiæ, agendo contra aliquem in ipſa Curia, compellatur per modum recon-
a uentionis, *a* in eadem Curia aduerſario reſpondere.

ADDITIO.

a Reconuentionis. Materiam reconuentionis, vide latiſſimè tractatam per Marian. Soccin. in repet. c. ex literis extra de mutuis petitionib. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, pupilli, & vidua fori electionem habent.*
2 *Electio fori in quibus caſibus locum habet, remiſſiue.*
3 *Clericus per viam reconuentionis, de iure communi, coram iudice laico, an iuri ſtare debeat?*
Et quid de qualibet alia perſona agente? ibidem.
4 *Reconuentionis duplex eſt ratio, quare permittitur contra actorem, & reum.*
5 *Reconuentionem ampliat locum habere non tantum in Magna Curia, ſed in quocunque iudice ad actoris inſtantiam delegato.*
6 *Et cõſequenter in quacunque iudicij parte, donec ipſum iudicium durat.*
7 *Idem etiam in iudicijs, tam ordinarijs, quã ſummarijs.*
8 *Et ſi quilibet reconuentus à lite per eum mota, reſiſteret gratia reconuentionem impediendi.*
9 *Reo ante reconuentionem non eſt ius quæſitum.*
10 *Appellans non ſponte, ſed coacte agit.*
11 *Arbiter non poteſt, niſi de conuentis in compromiſſo iudicare.*
12 *Iudex laicus in cauſa criminali clerici iudex competẽs non eſt.*
13 *Reconuentio in criminalibus inter laicos locum habet.*
14 *Reconuentio ceſſat facta coram non iudice conuentionis.*
15 *Reconuentio ceſſat in agente pro depoſito. Et in reconueniente excommunicato, & in nu. 16 17. 18. & 19.*
20 *Fraus nemini prodeſſe debet.*

1 NOta ibi, vel alius priuilegiatus, vt pupillus, † quod
clerici habent fori electionem, ſicut pupilli, & vi-
duæ per l. 1. C. quando Imper. & per conſtit. ſtatuimus, &
2 magnæ concordat in hoc cum Rit. infra 233. † pro qui-
bus tamen cauſis detur iſta fori electio habetis Ritum ex-
3 preſſum infra 229. vbi dicam latius. ¶ † Secundo not.
ibi compellatur per modum conuentionis, quod clericus
per viam reconuentionis cogitur iuri ſtare coram iudice
laico loci per hunc Ritũ, de iure verò communi magna eſt
altercatio inter Doct. vt late ponit Abb. in c. at ſi clerici,
col. 7. de iud. aliquibus cõcludentibus, vt in hoc Rit. con-
cluditur inter quos gloſ. in eod. capit. at ſi clerici, Bart. in
auth. & conſequenter circa fin. nu. 19. C. de ſentent. & in-
terlocu. omn. iud. gloſ. in capit. 1. de motu. peti. & Bald. in
c. 1. de controuer. feu. apud par. ter. alijs vero tenentibus
contrarium, quos Abb. ibidem late ponit: alijs vero affir-
mantibus ſpectandum fori conſuetudinem, ſecundum quã
ſi ſolitum eſt reconueniri coram iudice laico, reconuenia-
tur, ſin verò ſecus, non fiat reconuentio inter quos Ioan.
Andr. & Abb. in d. cap. at ſi clerici, & Affl. deciſ. 173. nu.
2. vbi ſecundum iſtam opinio. dicit fuiſſe deciſum in Sac.
Conſ. quòd clericus reconueniatur coram iudice laico, ex
quo conſuetum eſt in Magna Curia, & omnibus alijs tri-
bunalibus pro cauſa ciuili reconueniri, licet hunc Rit. non
alleget. Vnde poſtquam hunc Rit. expreſſum habemus,
ceſſant Doctorum difficultates in hoc Regno, vt etiam
ſcribit Marant. qui hunc Rit. citat in pract. par. 4. diſtin. 6.
nu. 53. in nouis. Et quod dicitur de clerico, idem etiam
procedit in omnia alia perſona agente, vt etiam ipſemet
Rit. diſponit, cum quo concordat ius commune in l. cum
Papinianus, & auth. conſequenter, C. de ſent. & interlocu.
3. q. 8. cuius in agendo, & de mut. peti. cap. 1. & 2. etiam
ſi eſſet talis, quæ fori electionem haberet, vt vidua, pupil-
lus, & alij miſerabiles, patet hic, vbi de clerico diſponi-
tur, & not. per Bal. in d. cap. 1. num. 5. verſ. ſecundo quæ-
4 ro. † Ratio iſtius reconuentionis, & quare ipſa fuerit
permiſſa eſt duplex, vna contra actorem, alia cõtra reum,
vt dicit Bart. in d. auth. col. 2. verſ. ſecundo quæro. num. 3.
prima contra actorem ponitur in tex. d. l. cum Papinia-
nus, & eſt, quia poſtquam agendo, iudicem eligit, non de-
bet dedignari eundem contra ſe habere. Secunda contra
reum, in fauorem actoris eſt: ne reus poſſit actorem trahe-
re ad alia iudicia, & ſic deuiare ne coram primo iudice
agat, & litem proſequatur, vt dicit tex. in l. ſi idem, §. quod
ſi mutuæ, ff. de iuriſd. omn. iud. & in auth. de exequutio. §.
5 fin. † Amplia primo, hunc Rit. procedere nedum in Ma-
gna Curia, quæ eſt iudex ordinarius, verum etiam in quo-
cunque iudice delegato ad inſtantiam actoris, quia mili-
tat contra ipſum eadem ratio, ita dicit Specu. in titu. de
reconuen. §. 1. num. 1. & Bart. in d. authen. & conſequen-
ter, verſ. procedo vlterius num. 11. niſi eſſet delegatus
non impetratus per actorem, ſed de communi conſenſu
cum reo, vt firmat ibid. Bart. in fin. verſ. & Alexan. poſt
eum in litera D. & Socin. in regula 332. falllentia 3.
6 † Secundo amplia, in quacunque parte iudicij, & donec
ipſum iudicium durat, cap. diſpendia, §. reus, de reſcrip.
in 6. vſque tamen ad concluſionem in cauſa, vt dicit gloſ.
in cap. 1. in verſ. reſpondere, circa medium, de mutu. pet.
intelligendo tamen ſecundum modificationem Bart. in
7 d. authent. verſ. ſed iuxta hoc, num. 12. † Tertio amplia
tam in iudicijs ordinarijs, quàm in ſummarijs, l. ſed hæ,
§. non ſolum, ff. de proc. iuncta l. 1. ff. de damn. infect. ſi

tamen

Digitized by Google

tamen, tam cauſa conuentionis, quàm reconuentionis eſt ſummaria, vel ſi vna eſt ſummaria, & alia ordinaria, ſi reconueniens renunciat priuilegio reconuentionis, vt vtraque cauſa ſimul terminetur iuxta diſpoſitionem d. auth. aliàs ſecus, quum ſimul expediri non poſſent, vt clarum eſt, ita firmat Spec. de reconuentione §. nunc dicamus, verſ. ſed nec habet, num. 11. & clarius Bart. in d. auth. verſ. iuxta hoc quæro, num. 13. Sed cum hodie in Regno omnes cauſæ ſint ſummariæ per cap. deteſtantes infra in Rit. 288. & pragm. diſpendia litium, vbi plenè dixi in 3. not. de ordi. iud. ſequitur, quod indiſtinctè in eis habet locum
8 reconuentio. † Quarto amplia, etiam ſi clericus, vel quilibet alius reconuentus vellet deſiſtere à lite per eum motam, ad finem impediendi reconuentionem per reum factam, vt firmat Specul. tit. præallegato §. reſtat arg. à contrario ſenſu, cap. 2. de ord. cogn. Bal. in d. auth. & conſequenter, & late Affl. in deciſ. præalleg. nu. 4. vbi dicit ita fuiſſe deciſum in conſ. & ideo dixi ad finem impediendi reconuentionem iam factam, quia ſi nondum eſſet recon-
9 uētus, poſſet bene deſiſtere, quia res eſſet integra, † & reo ante reconuentionem non eſſet ius quæſitum, vt dicit ibi Bald. & declarat Marant. in pract. par. 4. diſt. 6. verſ. ſed ſi
10 clericus, nu. 54. in nouis. † Limita primo non procedere hunc Rit. in ſecunda inſtantia, & ſic in cauſa appellationis, vt dicit Spec. in tit. de reconuen. §. nunc dicamus, verſ. ſed nunquid, nu. 6. & clarius Bart. in d. authen. verſ. quæro nunquid nu. 15. per tex. in l. 2. §. ei quoque ff. de iudic. & ratio eſt, ſecundum Barto. quia quando aliquis appellat, non ſua ſponte dicitur agere, & iudicem ſibi eligere, ſed coactè, vt releuetur à grauamine ſibi à iudice illato, propter quod ceſſat ratio reconuentionis, quam ſupra allegaui-
11 mus. Secundo limita, nō procedere corā arbitro, † a quia
a is non poteſt iudicare, niſi contenta in compromiſſo, cap. cum dilectus de arb. & l. de his, ff. eo. Spec. in tit. præalleg. §. fieri in princ. & Barto. in auth. & conſequenter, ver. quæro vtrum nu. 20. C. de ſenten. & interl. Tertio limita hunc Rit. quo ad clericum, non procedere, ſi recon-
12 ueniatur pro cauſa criminali, † quia iudex laicus non eſſet alias iudex competens ipſius clerici, in ipſa cauſa criminali, per cap. at ſi clerici, de iud. & cap. ſi diligenti de for. comp. ita firmat Bar. in ipſa auth. & conſequenter verſ. ſecundo quæro, nu. 7. & hoc ſiue prius ipſe egiſſet criminaliter, & poſtea ſimiliter criminaliter reconueniretur, quia tunc agendo criminaliter, non dicitur ſpōte egiſſe, ſed ex cauſa neceſſaria propter maleficium, vel iniuriam ſibi factam, propter quod ceſſat ratio ſupra allegata in reconuentionis conceſſione, vt ibi dicit Bart. & Marant. in loco præalleg. verſ. 3. limita nu 60. ſiue etiam egiſſet ciuiliter, & reconueniatur criminaliter, ſecundum eund. Bar. quia tunc licet iudicem elegerit, tamen reconuentio cadere non poteſt coram eo iudice, qui non eſt competens, vt etiam firmat Spec. in d. §. nunc dicamus, ver. & trado regulariter num. 9. ideo tamen dixi ſolum,
13 quoad clericum, † quia reconuentio in criminalibus inter laicos locum habet, vt dicit gloſ. in d. auth. & conſequenter, intelligendo, vt per Bart. ibi nu. 7. & plenius per Maran. in proxime cit. loco, verſ. 6. quæro, nu. 56. cum ſeq.
14 † Quarto generaliter limita, non procedere, vbicunque iudex coram quo fit reconuentio non eſſet alias iudex in conuentione, vt dicit Spec. in d. §. nunc dicamus, verſ. & trado, nu. 9. vbi quod iſta ratione non habet locum reconuentio de cauſa decimarum iuriſpatronatus, cauſæ liberalis, & legitimationis, vt in iuribus, quæ Spec. pulchre allegat, & idem Bart. in præalleg. auth. verſ. 1. quæro, nu. 5. vbi quod propterea non poſſet fieri reconuentio coram iudicibus pedaneis de maiori ſumma, quam ipſi alias cognoſcere poſſunt, de qua diximus ſupra Rit. 16. quia repugnaret natura cauſæ ſecundum Bart. ibidem, licet gloſ.
15 ibi aliter voluerit. † Quinto limita, non procedere in agente pro depoſito, quia in eo ceſſat reconuentio cap.
16 bona fides, extra depoſi. † Sexto limita, in reconueniente excommunicatio per cap. cum inter, extra de except.
17 & firmat Specu. in d. §. nunc dicamus, num. 5. † Septimo limita, in agente quæſtione ſpoliationis, quia ea propoſita, non habet locum reconuentio cap. ſuper, extra de ord. cog. de reſtit ſpoliat. cap. in literis, & cap ex conqueſtione, niſi de alia ſpoliatione reconueniatur, vt ibi, vt latius proſequitur Spec. in d. §. nunc dicamus, verſ. item exce-
18 pta, num. 3. † Octauo limita, niſi reconueniens dedita
b opera offendiſſet clericum, b vt ille eum conueniret coram iudice laico coram quo poſtea poſſet ipſum recon-
19 uenire, † quia tunc talis fraus eidem prodeſſe non deberet, vt dicit ibidem Specu. §. 1. verſ. quid ſi laicus, nu. 6. per l. 2. §. ſi agant ff. de iud. Bal. in d. auth. & conſequenter, col. penul. & Marant. in præalleg. loc. verſ. quinto principaliter, num. 53. ſed meo iudicio iſta limit. non eſt neceſſaria, quia etiam ſi clericus non fuiſſet offenſus dedita opera, adhuc reconueniri non poſſet, per ea quæ dixi ſupra in tertia limita. Bene tamen iſta limita. procedit inter laicos in illis caſibus in quibus poteſt in criminalibus fieri reconuentio, vt ſic in eis non habeat prodeſſe ſibi fraus,
* quę nemini debet opitulari,* vt ſupra dictum fuit, & probat tex. in cap. ad noſtram, de emptio. & vendit. Item limita alijs decem modis, quos latè ponit Soc. in ſuis fallent. in regu. 332. ad quem te remitto. Salerni die 22. Iunij 1559. Proſper Carauita.

ADDITIONES.

a Arbitro. vide Marianum Soccin. in repet. dic. c. ex literis, num. 26. C. P.

b Clericum. Vide Marian. Soccin. in repet. d. cap. ex literis, nu. 27. & 28. C. P.

RITVS LXVIII.

Item ſeruat ipſa Curia non procedere ad denunciationem, nec ex mero officio, de percuſſione illata cum aliquo inſtrumento no-
a ciuo, ſicut eſſet planella pedis a corrigia à luta, & ſimilia, ſecus ſi cum baſtone, vel ſimili, quia tunc proceditur iuxta Capitulum Regni, ſed fuit quæſitum tempore meo, de quodam fatuo iudice, qui percuſſit quendam cum libro tabulato, quem honoris cauſa, non nomino. Sed tunc fuit dictum, quod ſuperſederetur, & quod dictum eſt de percuſſionibus ſupra, idem intelligas de inſultu, ſecus eſt in Curia Magiſtri Iuſtitiarij, in qua proceditur per eum in omni crimine.

ADDITIO.

a Planella pedis. Adde, ꝙ accidit ſemel in inſula ac Ciuitate Liparæ, ꝙ quædā mulier Sicula à Pactis cū eius vir fuiſſet de mādato cuiuſdam à quodam mācipio malè cum baculo verberatus, nec ſe vir vindicare auderet, ipſa vxor virago contra mandatorem, ſe vindicare voluit, & mane, quodam tempore quadrageſimæ, intus cathedralem, vel etiā in medio concionis, exiſtente ibi maxima virorum, ac mulierum frequentia acceſſit ad dictum mandatorem ſedentem, ac concionem audientem, ipſumque cum planella pedis multis ictibus percuſſit, ob quod facinus fuit condēnata in carcerem in eius domo per menſes ſex. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Percuſſione facta cum inſtrumento ferreo, locum habet manus abſciſſio.*
2 *Percuſſione facta cum baculo, vel ſimili, quando proceditur ex officio, vel ad denunciam.*
3 *Pœna legis Iuliæ quando locum habet. Et quæ ſit, nu. ſeq.*
4 *Armorum appellatione, quæ continentur.*
5 *Vis publica etiam per vnum hominem armatum committitur, & in nu. 12.*

6 *Pœna iudicis arbitrio imponitur loco deportationis.*
7 *Officialis, ſi officio durante deliquit, an conueniri poſſit.*
8 *Poteſtas procedendi ex officio, a pœna impoſitione regulatur.*
9 *Denunciatio eſt quadruplex. Et quid eſt, ibidem.*
10 *Antiquitus certi officiales deputabantur ad delicta cõmiſſa intelligendum, iudicique denunciandum. Quos officiales quilibet magiſtratus merum habens imperium deputabat, ibidem.*
11 *Omnes qui expreſſe non repelluntur, ad denunciandum admittuntur.*
12 *Inſultus cum armis ſi contra aliquem factus fuerit, vulneraque non ſequuta, an ex officio ſit procedendũ.*
13 *Faciens inſultum cum armis, & vulnerans, vel non vulnerans, qua pœna puniendus.*
14 *Pœna extractionis armorum eſt duplicata pœna portationis armorum.*
15 *Inſultus cum armis factus eſt vis publica.*
16 *Plura delicta in vnum concurrentia, impunitatem an perdant.*
17 *Inſultus cum armis factus, eiſque non extractis, punitur ac ſi extracta fuiſſent.*

NOta ex hoc Rit. quod Curia Vicariæ non procedit ex mero officio, vel ad denuntiationem vbicũque fieret aliqua percuſſio cum aliquo inſtrumento nociuo,
1 intellige non ferreo, † quoniam quando cum inſtrumento ferreo, poſſet aliquando habere locum pœna manus, & ſic abſciſſionis membri, vt dicit cap. Regn. qui cum roncha, quo caſu poſſet ex officio procedi per aliud, cap. quod incip. vt delatas, ideo Rit. iſte exemplificat in percuſſione facta cum planella pedis. ¶ † Secundo not. ibi
2 ſecus ſi cum baſtone, vel ſimili, quod in percuſſione facta cum baculo, vel ſimili, vt puta cum lapide, qui eſt ſimilis, per l. armorum, ff. de verb ſignif. & l. 3. §. armis deiectum, ff. de vi arma. proceditur ex officio, vel ad denunciationem, iuxta formam c. Regn. ſed quia non adeſt aliquod cap. quod de percutiente cum baculo faciat mentionem, voluit dicere iſte Rit. quod cum ex cap. Regn. ſi temporum alternata conditio, nec non ex alio præallega. c. vt delatas, tunc demum proceditur ex officio, cum delictum committitur in perſonas eccleſiaſticas, pupillos, aut viduas, vel cum venit imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, vel abſciſſionis membri in percuſſione facta cum baculo, aut lapide, attenta forma dictorum cap. tunc proceditur ex officio, vel ad denunciam, cum eſſet facta in aliqua ex perſonis enumeratis, vel cum in ea veniret
3 imponenda pœna vltra relegationem, † vt puta, quando eſſet facta hominibus coadunatis, quoniam tunc pœna l. Iuliæ, de vi publica, locum haberet, vt ſcribit Bart. in l. ſi criminis, C. ad l. Iul. de vi publ. Bonifa. poſt Ang. de maleſi. in tit. ad l. Iuliam, de vi publi. verſic. & prædicta videantur nu. 3. Corn. conſ. 175. licet col. 3. vol. 3. Gram. vot. 15. nu. 10. & deciſ. 17. nu. 3. etiam ſi vnus homo fuiſſet coadunatus, ſecũdum Bar. in d. l. ſi criminis, & Salyc. ibid. dummodo homines coadunati fuerint cum armis, vt dicit Bonif. in d. loco, & Cauenſ. hic per tex. cum Gloſ. in l. qui dolo, §. hac lege, ff. ad l. Iul. de vi publ. alias eſſet vis priuata per l. 2. ff. ad l. Iul. de vi priua. & dicetur interueniſſe arma, vt dicit Bonif. ibid. tunc cum homines habuerint tela, item omne aliud, quod huiuſmodi nocere po-
4 teſt, l. 3. l. armatos, & l. pen. ff. ad leg. Iul. de vi publ. † quia armorum appellatione, etiam fuſtes, & lapides veniunt d. l. armorum, & d. l. 3. §. armis, cuius quidem legis Iuliæ pœna eſt deportatio, vt dicit tex. in §. item lex Iulia, de vi, inſtit. de publ. iudic. & Gloſſ. in d. l. qui dolo, in fi. item bonorum omnium publicatio, vt dicit gloſ. in l. 2. C. ad l. Iul. de vi publi. Idem eſſet, ſi talis percuſſio cum baculo eſſet facta excogitato inſultu per vnum hominem, alijs nõ coadunatis, quoniam, vt dicam latius infra in 2. quæſt.
5 † vis publica etiam per vnum hominem armatum com-
a mitti poteſt, & pęna illius legis puniri. *a* Et ſi dicatur, quod in percuſſione cum baculo non poteſt dari pœna vltra relegationem, & ex conſequenti nec ex officio procedi, eo quia pœna d. l. Iuliæ eſt correcta, vt dicit Guid. Pap. deciſ. 422. & ſeq. & deciſ. 437. & Aym. conſ. 18. num. 17. & latius conſ. 224. col. 1. vol. 2. cum ſublata ſit, vt ipſi dicunt pœna publicationis bonorum per auth. bona dam
6 natorum, C. de bon. damna. † & loco deportationis imponatur pęna iudicis arbitrio, vt etiam dicit Alexand. conſ. 55. vol. 7. & Corn. in præallega. conſ. quod etiam ſentit Afflict. in conſtit. ſi quis aliquem, verſ. ſed iuxta hanc, nu. 19. Gramm. d. vot. 15. num. 10. & deciſ. 17. vbi, quod in percuſsione cum baculo, ſiue ab vno ſolo excogitato tamen inſultu, ſiue hominibus coadunatis, non poteſt dari certa pęna, ſed ſecundum qualitatem perſonarum, locorum, temporum, & cauſæ. Reſpondeo cum Anchar. conſ. 272. plene, & ſubtiliter, & Aymo. d. conſ. 224. num. 3. vbi quod quotieſcunque ſumus in delicto, cuius pœna eſt arbitraria, antequam ſit declarata, iudicatur, vt delictum in quo venit imponenda pœna corporalis, vt etiam dico infra in Rit. 269. 2. not. amplia. 2. & propterea in dicta percuſsione, tanquam in vi publica procedi poteſt ex officio, quod nota.
7 ¶ † Tertio not. ibi, ſed tunc fuit dictum, quod officialis officio durante, delinquens conueniri, & moleſtari non debet. l. pars lit erarum, ff. de iud. l. 2. ff. de in ius voca. l. ſi reus ff. iudi. ſol. & l. ſi adulterium, §. fin. ff. de adulte. limita tamen, vt per gloſ. in d. l. pars literarum. Afflict. in conſtit. ſtatuimus, vt Magnæ, 14. not. Rom. conſ. 415. quo ad primum num. 4. & Par. in ſyndi. §. officialis durante, fol. 120. Et not. a cõtrario ſenſu verborum iſtius Rit. quod ſi percuſsio cum libro tabulato non eſſet facta ab officiali poſſet ex officio procedi. Credo tamen eſſe etiam intelligendum cum grano ſalis, & prout in percuſsione cum baculo, dictum fuit, hoc eſt cum facta fuerit in perſonas miſerabiles, vel in alias, cum hominibus coadunatis, aut ſine, excogitato tamen inſultu.

¶ Quarto nota ibi, & quod dictum eſt, quod inſultu facto cum inſtrumento nociuo, non ferreo, vt dixi in primo nota. non poteſt ex officio procedi quemadmodum nec etiam in percuſsione procedi non poteſt, vt ibi diximus. In inſultu vero facto cum baculo proceditur ex officio eodem modo, quod dictum fuit poſſe procedi in ipſa percuſsione, & ita dicit iſte Rit. in his verbis, & quod dictum eſt de percuſsionibus ſupra, vt ſic intelligitur referre ſe tam ad percuſsionem factam cum inſtrumento nociuo, non ferreo, quam ad percuſsionem cum baculo, vt idem iuris ſit in inſultu, quod in percuſsione.

¶ Quinto not. ibi, ſecus eſt, quod in Magna Curia Magiſtri Iuſtitiarij proceditur ex officio in omni crimine per hunc Rit. Hodie iſta duo tribunalia, videlicet Curiæ Vicariæ, & Magiſtri Iuſtitiarij, ſunt in vnum collecta, vt dixi latius ſupra Rit. 1. in fi. & Rit. iſte non ſeruatur, vt in Magna Curia ꝓcedatur ex officio in omni crimine, ſed bene ſeruatur cap. Reg. præalleg. licet multoties procedant ibi in aliquibus cauſis, in quibus tribunalia inferiora nõ procederent, ſed non eſt ſine cauſa, quia attenta facti qualitate, & perſonarum, vel loci id faciunt, & vbicunque pœna eſt arbitraria, quia non eſt certum, quæ pœna veniat imponenda non ſolum per Magnã Curiam, ſed etiam per Audientias Regias, & alias Curias proceditur ex officio
8 in omnibus delictis, † nam cum poteſtas procedendi ex offi-

ADDITIO.

a Puniri. Adde ad hoc text. optimum in l. & cum ff. ad leg. Iul. de vi publi. de iuuene ingenuo rapto, atque concluſo mox verberibus, ac tormentis vſque ad ſummum periculum adflicto, quod quidem admiſſum ſeuerè exequendum eſſe Diuus Pius reſcripſit, vt ibi Vlpianus teſtatur. C. P.

Digitized by Google

officio, regulãda ſit à pœnæ impoſitione per dicta capitula,& pœna nõ ſit certa, re ſic dubia exiſtente,procedi poteſt in cauſa ex officio, per ea quæ ſupra diximus in fin. 2.not.Et ſi dicatur,ꝙ poterit eſſe pœna certa,ratione cõſuetudinis curiarum, per glo.l.hodie,ff.de pœn.vbi etiam not.Bart.& idem Bar.in l.fin.ff.de priua.delict.per l.quid ergo,§.pœna grauior,ff.de his,qui not.infam.Aymo.conſ. 224.nu.2.vol.2.& Io.de Amic.conſ.143.nu.2.reſpõdetur, quod cum ex ratione hominum inſultantium,& inſultatorum,necnon ratione loci, & temporis poſſint diuerſa facta contingere,nunquam poterit dici pęna certa,quia non ſemper concurrunt eadem in vno facto,quæ fuerunt in altero, vt etiam dixi tibi latius ſupra in Ritu 41.in fi.2.not.

9 ¶ Quæro primo in hoc Ritu,quid eſt denũciatio?† Dicas, quòd denunciatio eſt quadruplex, euangelica, canonica, regularis,& iudiciaria,vt latè exẽplificando tradit Salyc. in l.ea quidem,verſ.ad ſecũdum,nu.2.C.de accuſ.& Abb. in c.nouit,col.fin.de iud.& denunciatio iudiciaria diuiditur etiam in priuatam,& publicam,ſecundum eundẽ Saly. ibi col.2.nu.8. Nunc ergo,quia iſte Rit.loquitur de denũciatione iudiciaria publica, reſpondendo ad quæſt.dicas, ſecundũ Salyc.in d.l.ea quidem,nu.1.Præpo.in c.de accuſatione,2.q.8.col.56.& Bernard.Diaz in pract.can.cap.6. quod eſt criminis alicuius apud competentẽ iudicem per officialem ad hoc deputatum facta delatio ad pœnã eidẽ
10 inferendam. † Antiquitus enim deputati erant certi officiales,qui delicta cõmiſſa intelligebant,& poſtmodum iudici denunciabant,vt dixit tex.in l.2.§.quies,ff.de off.præf. vrb.in l.diuus,ff.de cuſt.reo. & in d.l.ea quidem,vbi gloſ. hoc notat. de quorum officialium denuncia iudex poſtea procedebat ad informationem,prout video ſeruari in aliquibus Curijs, præſertim in terra Sancti Seuerini, vbi iuratus Curiæ facit denunciam, quam actuarius ſcribit, & poſtea iudex procedit.Et dictos officiales poteſt deputare quilibet officialis habens merum,& mixtum imperium,vt ſcribit Salyc.in ead.l.ea quidem,col.3. verſ.primo igitur, nu.10. & iſti tales deputati non tenentur ſe inſcribere ad pœnã talionis,vt dicit tex.d.l.ea quidem,iuncta gl.in ver. citra.Salyc.ibi in diffinitione,nu.1.col.4.verſ.octauo quæro,nu.17.Bar.in l.diuus,ff.de cuſt.reo.& Ang.in auth.quomodo oport.Epiſ.§.1.col.1.ad idem tex.in c.ſuper his, de accuſ.& in c.licet Hel.de ſimon. licet regulariter in accu-
11 ſatione requiratur per tex.in l.fin.C.de accuſ. † ſed quia ad denunciandũ admittuntur omnes,qui non repelluntur expreſsè,vt dicit Luc.de Penn.in rubr. C.de delato.col.2. lib.10.per l.necnon,§.quod eis,ff.ex quib.cau.maio.l.1.ff. de teſti.& l.quæſitum,ff.de prob.licet in Regno aliter ſeruetur per Rit.infr.192.ſunt qui dicunt,ꝙ denuncians debet ſe inſcribere ad pœnã talionis, ſicut accuſator, quod Luc. de Pen.ibi ſequitur per tex.in auth.de exhi.reis,§.1.dicẽs, ita cõſuetudine approbari, & idem Bern.Diaz in d.pract. c.6.de cuius dicti veritate quoad pract.huius Regn.dicam
12 inf.in Ritu 199. ¶ † Secundo quæro in hoc Rit.iuxta ea, quæ diximus in 4.not.de inſultu.Quid ſi contra aliquẽ fiat inſultus cum armis,poteritne ex officio procedi,licet vulnera non ſequantur? Andr.de Iſer.in conſt.Reg.intẽtionis, videtur dicere,ꝙ faciens inſultum cũ armis, etſi ſolus fuerit, & offenſionẽ non faciat, quia arma in publico habuit ad aliũ offendendum,tenetur l.Iulia de vi publica,per tex. in l.3.§.eadem,ff.eo.tit. & idem in conſt.ſi quis aliquem, vbi etiã firmat Affl.in gloſ.fin.nu.20.in fin.ver. Io.And. in addit.Spec.tit.de homicid.in rub.circa med. ibi,varietas, & Gram.conſ.43.nu.6. in tantum,quod non habetur conſideratio,ꝙ vnus ſolus fecerit inſultum ſine hominũ coadunatione,quia vnus ſolus cũ armis poteſt vim publicã committere,vt patet expreſsè in d.§.eadem,& Iſer.in d.conſt. intentionis, & requiſitio de hominibus coadunatis requiritur, ſecundũ Gramm.d.conſ.nu.5. ad finem præſumendi violentiam,vbi nõ conſtat de ea,ſed vbi ex facto vnius armati violentia apparet,non eſt dubium,ꝙ competit pęna l.Iuliæ de vi publ.& idẽ Gramm.voc.15.nu.10.& dec.17. nu.3. dum tamen inſultus fuerit excogitatus, vt ipſe dicit.

Ex quibus videtur concludẽdum poſſe, ex officio procedi in inſultu facto cũ armis, etiam ab vno; quia per illum dicitur cõmiſſa vis publica.Cuius pœna cum ſit deportationis,vt ſupra diximus in 2.not.locũ habent cap.Reg.ſi temporum alternata conditio,& cap.vt delatas, quæ ibi citauimus. Et ſi dicatur,ꝙ ex iſta concluſione ſequitur maxi-
13 mum abſurdum, † eo quia faciens inſultum cum armis, ſi vulnerat,tenetur pœna manus, vt dicit tex.d.conſt.ſi quis aliquem,& non vulnerans, tenetur pœna deportationis, ex l.Iulia de vi publica,& ſic maiori pęna,qui non vulnerat,quam qui vulnerat; quod quidẽ magnum eſſet inconuenientes,vt dicebat quidã Doctor,quem incerto nomine allegat Gramm.in d.gloſ.in fi. verſ.licet non determinet. reſpondetur, quod iſtud abſurdum nõ poteſt hodie procedere, qm̃ pœna d.l.Iuliæ de vi publica,eſt correcta, vt ſupra diximus in 2.not. & arbitrio Iudicis imponitur, & cũ non ſit certum,quæ pœna veniet per iudicẽ imponenda in inſultu facto cũ armis, regulariter proceditur per iudices ex officio, vt etiã diximus ſupra 3.not. in inſultu cum baſtono,& in 5.not.& ſi pro eo citatur aliquis ad informandum,ſi non comparet,efficitur contumax, quia non poteſt per procuratorem comparere, ſub prætextu quod pęna ſit pecuniaria,videlicet extractionis,vt dicit dicta conſtit.
14 † ſi quis aliquem. ratio eſt,quia licet pro extractione puniatur quis pęna pecuniaria,quæ eſt pœna duplicata portationis armorum,vt dicit d.cõſt.tamen quia vltra ſimpli-
15 cem extractionẽ,adeſt etiam inſultus factus homini:† ille inſultus cum armis reputatur vis publica,vt diximus ſupra in 2.q.poſt And.de Iſer.in d.conſt.intentionis,& Affl.in d.
16 conſt.ſi quis aliquem,in gl.fin.nu.20. † quia nunquã plura delicta in eundẽ concurrentia,faciunt vt illi impunitas detur,l.nũquam plura,ff.de priua.delic.& ita dicit fuiſſe deciſum in conſ.Gramm.d.conſ.43. vbi in proprijs terminis loquitur, & quamuis pęna d.l.Iuliæ ſit correcta, & ideo arbitraria,vt ſupra dictum fuit in fi.2.not. interim procurator non admittitur,vt tradit pulchrè,& not. Anch.a.cõſ. 272.plene,& ſubtiliter,& Aymo.conſ.224.nu.3.volum.2. quod nota, vt ſcias rationes practicæ omnium curiarum, quæ in inſultu cum armis procedunt indiſtinctè ex officio,
17 & citatum non admittunt per procuratorem: † pro quo facit,quia inſultus factus cũ armis,ẽt non extractis,punitur ac ſi extracta fuiſſent, vt dicit tex.not.in l.3.§.armis deiectũ, ibi Bart.ad multa infert,ff.de vi,& vi arm. Rom.ſing. 568.inſultus,Gram.d.conſ.nu.3.Soc.in c.qualiter,& quando el 2.art.9.de accuſat.vbi dicit obtinuiſſe. Aretin.inſt.de actio. §.ex maleficijs, col.5.verſ.itẽ dixi in libello. & Iaſ. ibid.nu.79.Dec.& Cagno.in l.quo tutela.§.vi factum,ff.de reg.iur.& etiam ſi arma fuerint depoſita,per gl.in d.§.armis,in verſ.ſi deiecerint, quam valde commẽdat Ang.ibi, & Alex.conſ.98.quoniam,nu.3. & Dec.& Cagn.in d.§.vi factum. Salerni die 26.Iunij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXIX.

Vt dilationum materia præcidatur,& inquantum poſſit tollantur quædam aliæ ordinationes de nouo facta olim anno Domini 1385. die 6.menſis Octobris,octaua indictionis.

IN primis detur terminus ad ponendum, & probandum in qualibet cauſa,tam ciuili, quã criminali competens iuxta materiam cauſæ, & locorum diſtantiam: & quod in dicto termino ad probandum, duo teſtes producti iurati examinari debeant infra ipſum terminum, aliàs de cętero non audiantur,niſi iuſta,& rationabilis cauſa mouerit Iudices ad concedendum,vt teſtes iurati examinẽtur vltra dictum terminum:& cum datur terminus ad probandum, fiat commiſſio exa-

Digitized by Google

examinationis teſtium. Et idem Ritus ſeruatur in cauſis commiſſis,& de cętero committendis.

SVMMARIVM.

1 *Dilationum materia tolli debet, & num.3.*
2 *Actus faciendus cadens in diem feriatam, quod fiat ſequenti die, intellige in citationibus, non in dilationibus.*
3 *Terminus ad ponendum, & probandum in omni cauſa dabitur conſiderata cauſe, & locorum diſtantiæ qualitate.*
4 *Terminus ipſo iure nunquam etiam parte inſtante, datus intelligitur, niſi à iudice concedatur.*
5 *Terminus vnus, an duo ad ponendum, & articulandum ſint dandi?*
6 *Teſtes producti, & iurati nunquid intra, vel extra terminum, ſint examinandi? Et practica ſuper hoc.*
7 *Termino publicationis elapſo, teſtes citati, & iurati an recipiantur.*
8 *Officialis quando dicatur, vel nō dicatur conſtitus in mora à parte circa examinationem teſtium.*
9 *Depoſitio teſtis non trahitur retro ad tempus iuramenti mutata eius conditione.*
10 *Teſtes iurati infra terminum, quando poſt terminum poſſint, vel non poſſint examinari.*
11 *Practica ſuper teſtium audientia committenda.*
12 *Si vnicus datus fuerit terminus ad ponendum, & probandum in cauſa, infra eum teſtes non examinati, nec citati, iuratiue fuerint, qualiter examinare volenti ſubuenietur?*
13 *Mulieribus, ac minoribus iuris beneficium ſemper concedendum.*
14 *Practica ſuper termino dilationum.*
15 *Iudex reorum defenſiones perquirere, & recipere debet ad ſententiam vſque, ſuper antiquis, et nouis articulis.*
16 *Iudex in quacunque parte iudicij, quando teſtes recipere poteſt ex officio.*

1 NOta † primo ex rubr.ibi, vt dilationū materia, quòd dilationum materiæ debent tolli quantum poteſt: pro quo habes tex.in l.2.in princ. C.de tempo. & repara. appell.& gloſ.in cōſt.in pecuniarijs, in ver. ex iuſta cauſa. Et ex hoc infert Bal.in pract.tit.de citat.q.9. ver.ſecus au-
2 tem,fol.13.† quod licet actus fiendus quando cadit in diē feriatū poſſit fieri die ſequenti, vt latè dicam infra Rit.80. illud pcedit ſolū in citationibus,ſecus in dilationibus,quæ prorogari non debent,vt hic,& in d.Rit.dicā,& Rit.219.
3 ¶ † Secūdo no.ex hoc Rit.ꝙ in qualibet cauſa, tam ciuili, quā criminali debet dari terminus ad ponendum,& probandū,attenta qualitate cauſæ,& diſtantię locorum,ad idē tex.in l qui bona,§.fin.cū l.ſequen.& l.ſi finita,§.3. ff.de dam.infec.l.nonnunquam,ff.de iud.l.2.ff.de re iud.63.diſt. c.cum longe.13.q.2.cap.vbicunque,& cap.cum ſit Romana,de appell.& late Spec.de cita.§.nunc,nu.4. in fi. Et ſic licet dilationum materia ſit tollenda,tamen iudex nō propterea debet adeo anguſtare, ꝙ non poſſint partes eorum iura proponere,& demonſtrare,ſed conſideratio haberi, quod poſſint ire,& reuerti,vt dicitur in c.fi.extra de dolo, & contuma.in conſt.Regni lite legitime cōteſtata,in verſ. terminū autem,vbi Gl.& Affl.poſt eam dicit,quod iudices inconſiderati, volentes abbreuiare lites, aliquando dant terminum adeo breuem, quod impoſſibile eſt infra illum fieri probationes,& idem Affl.poſt gloſ.in conſtit.ſi exceptio.in fi.nu.7.Diſpoſitio iſtius Rit reperitur in hoc correcta per prag.poſt prædictas,ſub tit.de ord.iud. vbi diſponitur,quod factis reſponſionibus, & finitis exceptionibus impedientibus litis ingreſſum,datoq; iuramēto de calumnia, terminus quindecim dierū ipſo iure intelligitur datus.
4 † Verum practica hodierna omnium curiarum aliter obſeruat, & terminus nunquam intelligitur datus ipſo iure, niſi concedatur per iudicem, vt iſte Rit.dicit, parte etiam petente,& inſtante,iuxta formam conſt.Reg.cauſas alias, vbi etiam Affl.not.in 5.not.nu.6. & etiam iuris eſt,vt patet ex l.1.vbi Bald.not.C.de dilatio. qui terminus regulariter in cauſis omnibus ordinarijs eſt dierum 20. & appellatur terminus iuris:& per iudicem,quando datur terminus,dicitur,fuit datus in præſenti cauſa terminus iuris. Aliquando tamen datur terminus quindecim dierum, & aliquando decem,vel octo,prout Iudici viſum fuerit, attenta cauſa,& loci diſtantia. Aduerte tamen,quia licèt iſte Rit.dicat in primis detur terminus, tamen non propterea debes intelligere, quod in cauſa id quod primo agitur, eſt datio termini, quia falſum eſſet, ex quo in primis debet dari talis qualis petitio,poſtea citari pars,& ea reſpondente, exceptiones aliquas audiri, ac dari iuramentum de calumnia, & alia nonnulla fieri, quæ nullo modo omitti poſſent de iure,vt cuique ſatis clare notum eſt,& patet ex pragm. diſpendia litium,prag.quilibet agere volens, & pragm. ſi reus,vbi plenè tractaui, de ord.iud. ſed iſtud, ꝙ hic dicit, in primis, eſt procemium, & principium iſtarū ordinationū, quæ factę fuerunt hoc anno,quod dicit rubr.iſtius Rit. quaſi velit dicere,in primis fuit facta ordinato, ꝙ terminus
5 ad probandum detur,attenta locorum diſtantia. † Et nota verba Rit.quia vnicum terminum dicit dādum tam ad ponendum,ideſt articulandum, quam etiam ad probandū ſuper eis, & ita ſeruatur, quia in eodem termino fiunt articuli,& recipiuntur probationes, licet de iure dicāt Doct. quod iudices debent prius dare terminum ad producēdum articulos, ad finem videndi, an ſint admittendi, & vt non detur dilatio longa,vbi non expedit,& demū alium terminum ad probandum,vt dicit Ant. de Butr. in cap. vltra tertiam,de teſt.Bart.in l.1.nu.3.ibi,& per hoc ff.de fer.& firmat Alex.conſ.65. habita, vol.1. & ſentit expreſſe Ritus infra 81. ſed ſeruatur hoc in foro canonico, & vt video ſeruatur in Curia Vicarij Salernitanæ Diœceſis.In foro ciuili in hoc Regno ſeruatur,vt dixi iuxta formam iſtius Rit. & ad vtrunque datur vnicus terminus.Bene tamen verum eſt,quod cum vnicus terminus detur ad vtrumq; talis terminus non currit ad probandum, ſi pars inſtat, quod videantur articuli ſi ſunt impertinentes,vt dicit Bal.in l.quādiu,ff.de acquir.hæred. & in l.1. C. de iura. calum. Affl.in conſtit.iuſtitiarij per prouincias.6.no.& in conſt.Regn.legitime conteſtata 13.nota.nu.20.& nedum quando opponitur de impertinentia,verum etiam quando petitur,quod ſuper eis de ponat principalis alia exceptio allegatur, terminus non currit, niſi iudex interloquatur, quod currat à tali die inter,vt quotidie ſeruatur in pract. vt patet ex Bal. in proxime citatis locis, & nota.pulchre Aret. in §. ſi minus,nu.11.inſtit.de actio.& Cur.in l.2.col.1. C.de iuram.
6 calum. ¶ † Tertio nota ibi, & quod in dicto termino, ꝙ teſtes producti,& iurati infra terminum, debent etiā infra
a ipſum terminū examinari, *a* alias ipſo elapſo, non recipiuntur,niſi ex cauſa, quæ iudicem moueat ad illud agendum:diſpoſitio iſtius Rit.in hoc nō ſeruatur, ſed ipſum ius commune, quo diſponitur, ꝙ teſtes iurati infra terminum, poſſunt examinari poſt terminū, l.1.in fi.ff.de bon.poſſ. ex teſta.mili.& not.Iſer.& poſt eū Affl.in conſt.præalle.lite. 13.nota.Bar.& omnes in l.dāni,§.Sabini, ff.de dam.infect. Bar.& Bal.in l.ſi quādo,C.de teſt.& Fel.in c. licet cauſam 13.col.limita.16.de proba. Verum quia res iſta poſſet tendere ad infinitū,& ſemper examinare teſtes iuratos, & citatos infra terminum, quia alia pars ſolet inſtare pro publicatione,& expeditione cauſæ,iudex ad euitandū iſta,& dādum finē litibus, ſolet facere publicationem cum termino tot dierum ad accipiendū copiā proceſſus ſi voluerint, & infra eundem examinādi teſtes citatos, & iuratos infra termi-

ADDITIO.

a Examinari. Vide omnino Capycium deciſ.81. 82. 83. & 90. C. P.

Digitized by Google

terminum,vt dicit Affl.in d.conſt.lit.13.not.nu.20.in fi.& Capic.deciſ.90.nu.3.& ita ſeruatur, & practicatur quotidie in omnibus curijs Regni, & nedum pro teſtibus citatis,& iuratis ſit reſeruatio examinãdi infra terminum publicationis,vt dixi(qui terminus publicationis eſt 16. dierum per prag.11.incip.curſu dilationum,de ord.iud. octo ad accipiendum copiam,& octo ad percunctandũ,vt etiam Affl.in d.13.nota.nu.20. in fi. dicit. licet hodie ſit arbitrarius iudicibus) verum etiam pro teſtibus citatis tantũ, vt
7 dicam infra Rit.149. † quo termino publicationis elapſo, non aliter recipiuntur etiam citati,& iurati infra terminũ, vt dicit Affl.ibid.nu.21.ver.& ideo, niſi iudicis infirmitas, aut aliud impedimentum ſuperueniſſet. Limita tamen,quæ dixi de examinandis teſtibus citatis, & iuratis, vel citatis tantum infra terminum publicationis, niſi terminus datus fuiſſet ad probandum,& probatum habendum,ſeu ad exa-
* minari faciendum,vt dicam infra Rit.* 149.in 1.limita.&
8 in Ritu 152. Secundo limita † vbicunque producenti imputari poteſt, ꝙ teſtes infra terminum examinare nõ fecerit,ratio eſt,quia pars producens teſtes infra terminum,illoſque iurare faciens,tenetur etiã illos infra ipſum terminum examinari facere, vel ſaltim inſtare iudici, vt examinentur, quia alias non præſumitur ſtare per officialem, ita not.voluit Bar.in d.l.damni,§.Sabinus.nu.8. ver.3. Archi. in c.pia.nu.8.in fi.ver.probauerit,& ibidẽ Io. Andr.nu.4. circa mediũ de excep.in 6.Iacob.Butrig.in l. admonendi, ff.de iureiur.& Bal.in c.in cauſis,in fi.de teſt. ſed quicquid ſit de iure communi,pract. Regni huius ſeruat indiſtincte recipere teſtes poſt terminum ſi infra terminum iurauerũt
9 de veritate dicenda. Tertio limita † quotieſcunque conditio teſtis periret mutata tempore depoſitionis, & effecta inhabilis ad teſtificandum, vt dicit Bal.in l. ſi vero,§.quid ergo in fi.ff.de milita.teſt. ratio eſt ſecundũ eum,quia licet depoſitio teſtis trahatur retro ad tẽpus iuramenti per not. in c.1.de off.deleg.in clem. tamen illud non habet locum mutata qualitate perſonæ per illum tex.& ſi talis teſtis de facto reperiretur examinatus non valeret dictum ſuum,vt
10 per Bal.ibid. Quarto limita † in dilatione legali, vt dicit Bal.in c.in nomine Domini,nu.11.verſ. ſed nunquid, & in c.in cauſis,in fi.extra de teſt.vt ſic ſit differentia,ſecundum eum inter dilationem datam à iudice,& datã à lege. Ego vero hanc Bal.limita.& differentiam non puto veram per ea, quę ipſemet dicit in d.c.in nomine Domini, dũ inquit, ꝙ ad hoc, vt ſatisfiat mãdato legis debet quis ſumma ope niti,vt omnia fiant infra terminum, ergo à contrario ſenſu vbicunque pars feciſſet ſuam diligentiam cum iudice infra terminum pro examinandis teſtibus iuratis, non eſſet ſibi imputandum,& propterea recipi deberent extra terminũ etiam,ꝙ dilatio eſſet legalis,quod quidem magis clare voluit idem Bal. in eo. c. in cauſis, in tantum,ꝙ ſiue ſimus in dilatione legali,ſiue in data à iudice,teſtes iurati infra terminum poſſunt,& debent examinari eo lapſo,ſi tamen per partem producentem non ſtetit,vt proxime dixi, & ſupra in 2.limita. Quarto not.ibi, & cum datur,quod dato termino in cauſis, expeditur commiſſio ad teſtes examinan-
11 dum, † intellige officialibus locorum vbi degũt teſtes,& hoc in cauſis ciuilibus in quibus regulariter committitur audientia teſtium,l.iudices, C.de fide inſtru.& cõſt.Regn. in pecuniarijs, in cauſis vero criminalibus vbi regulariter non committitur audientia teſtium, vt patet in d.l.& cõſt. & ex Rit.infra 157. vbi dico latius, expeditur cõmiſſio ad teſtes examinandum alicui Doctori,vel literato, quẽ Curia ipſa elegit.Et ꝙ iſte Rit. dicit de expeditione cõmmiſſionis,intelligitur parte aliqua petente,alias non ſit aliqua commiſſio,ſed teſtes recipiuntur in curia. Item intelligitur citata alia parte,ad dandum liſtam,ſeu notitiam locorũ ſuſpectorum,& ita ſeuatur,& practicatur, & quando allegantur aliquæ terræ, vel ciuitates ſuſpectæ,viſo per iudicem,ꝙ non ſit animo calumniandi, committitur audiẽtia teſtiũ officiali alicuius loci,qui non ſit de ſuſpectis allegatis,& aliter commiſſiones non expediuntur, neque conſi-
12 gnantur, quod not.in pract. ¶ † Quæro primo dictum fuit ſupra, quod vnicus terminus datur in cauſã ad ponendum,& probandum,pone ꝙ infra illum non fuerunt teſtes examinati,ſed nec etiam citati, & iurati poterit ne aliquo modo volenti examinare, ſubueniri? Breuiter fãcias duas regulas,aut loquimur in ciuilibus, aut in criminalibus,circa primam regulam concluditur de iure communi,ꝙ poſt primam dilationem, quæ cum qualibet leui cauſa cõceditur,non datur ſecunda dilatio. Ratio eſt,quia de iure cõmuni omnis dilatio data ad probandum eſt peremptoria, etiam ſi non dicatur.l.1.vbi Bar. C.de dilatio. & l.fi. ff.de fer.vbi etiã Iaſ.col.2.Fel.in c.licet cauſam col.2.de proba. Capic.deciſ.81.nu.2.& deciſ.90.nu.1. niſi ex iuſta cauſa,l. oratione,& l.fin.vbi gloſſ.& Bart.in prin.ff.de fer.vbi examinat,quæ leuis cauſa requiratur in conceſſione primæ dilationis, & quæ cauſæ cognitio in ſecunda, idque etiã cauetur per conſtit.Regn.in pecuniarijs verſ.ſane. vbi etiam gloſſ.no.in verſ.ex iuſta cauſa, dum tamẽ infra ipſum terminum proteſtatio fuerit facta de ipſa cauſa, cuius vigore petitur ſecunda dilatio, vt etiam Affl. ibi dicit in 7. nota. nu.25.& in cõſt.Reg.lite.13.not.2.dubitatione,nu.22. licet ſi proteſtatio fieri non potuiſſet,non noceret,vt glo.dicit, in d.conſt.in pecuniarijs. Verum ſecundum eandẽ gl.ibid. ſi volens examinare teſtes, illos in promptu producit,petens illos recipi,licet ſecunda dilatio non poſſit concedi, quia cauſa non ſubeſt,tamen ſi poſt modicum tempus,elapſo termino,offeruntur,recipi debent,vt latè, & ſatis pulchre diſputando, concludit, & confirmat infra Ritu 149. vbi illud modicum tempus taxatur in tribus diebus. In multis tamen curijs huius Regni de ſtylo ſeruatur,quod ſecunda dilatio cõceditur indiſtincte abſq; cauſæ cognitione, vel aliqua proteſtatione facta infra terminum (prout in ciuitate Salerni cum ibi eſſem iudex ſemper obſeruaui.) Eboli etiam ſeruatur, & vt audio fere in omnibus curijs. Magna tamen Curia Vicariæ, & Regia Audientia Principatus citra non obſeruat iſtã ſecundam dilationem,ſed iuris,& conſtit.Reg.diſpoſitionem, circa quod vide Capyc. deciſ.81.num.8.vbi dicit,ꝙ Sacrũ Conſilium non admittit nouos articulos poſt terminum,nec nouos teſtes, neque ẽt concedit ſecundã dilationem: licet in Prouincia Calabriæ abſque difficultate, & cauſæ cognitione detur dilatio etiã ad probãdum noua iura, & etiã facta publicatione in cauſa,vt ipſe Capy.ibid.refert, & poſtmodũ mihi confirmauit D.Auguſtinus Carauita frater meus,qui fuit in illa Prouin-
13 cia Iudex ciuitatis Tropeiæ.† Excepeuantur tamen à prædictis minores,& mulieres quibus primum, & ſecundum
* beneficium cõceditur,vt in conſt.Reg.obſcuritatẽ,de quibus dicã infra Rit.70.& 71.& ponit Affl.in conſt.Reg.lite, 9.not.nu.14. Circa ſecundã regulam,quæ eſt de cauſis criminalibus,cõcluditur de iure,quod accuſatori dantur duæ dilationes,reo tres, ex cauſa tñ cognita,vt dicit tex.in d.l. fin.ff.de fer.quia in cauſis iſtis non ita eſt currendũ,ſicut in ciuilibus,l.1.§.diuus Seuerus,ff.de quæſtio. l.abſentẽ,ff.de
14 pœn.& l.1.C.de requiren.reis. † In pract. tñ in hoc Regno quoad reũ,ſeruatur in Magna Curia, & in Regia Audientia Principatus citra, & Baſilicatæ, ꝙ lapſo termino dato inquiſito,expeditur citatio ad publicandũ in cauſa,& ſi inquiſitus nihil dicit,ſit publicatio, ſi verò replicat,dicẽs habere teſtes,vel etiã facta publicatione, idem dicit, non datur aliqua dilatio,ſed teſtes ipſi recipiuntur,vt dicit Ca-
15 pyc.deciſ.81.nu.8.in fi.† eo quia reorũ defenſiones iudex debet recipere, & perquirere, etiam ipſis non petentibus, l.vnius,§.cogniturum,ff.de quæſtio.& l.ſi non defendãtur, ff.de pœn.nedum vſque ad ſententiã,vt dicit Cœpol.conſ. crim.33.nu.20.& Ang.in tract.de maleſi.in verſ.qui iudex ſtatuit terminum,nu.25.verum etiã poſt ſententiã,l.1.in fi. ff.de quæſtio.& firmat Bart.in d.l.fin.nu.11.ff.de fer & idẽ Ang.de maleſ.in verſ.comparuerunt, & totum negauerũt, nu.19. verum in cauſa nõ ſuperſedetur,quia dũ teſtes examinantur,proceditur vltra, & ſit publicatio, ne ſic rei (vt fieri aſſolet) ſub clypeo examinandi,cauſam protelent,& vnũ menſem ponant in examinando. Et prædicta intellige tam ſuper nouis articulis,quã ſuper antiquis, vt dicit Saly. in l.

Digitized by Google

in l.fin.col.fin. C.de quæſt.& Hipp.in l.1.§.ſi quis vltro,ff. de quæſt. Quo verò ad accuſatorem dicit Salyc.ibid.quod publicatio, & concluſio præiudicant ei ad producendum nouos teſtes,idem Aret.in c.fraternitatis,de teſti.& conſil. 146. & Felyn.in c.cum clamor,col.3.de teſti.& licet Bart. in l.2.§.ſi publico, verſ.quæro vtrum, nu.12.ff.de adulter. & Ang.de malef.in verſ.qui iudex dictū proceſſum, aliter videantur tenere, procedunt ſecundū Salyc.ibidē,& Hip. in l.1.§.ſi quis vltro,nu.18.ff.de quæſt. ſuper nouis articulis,non autē ſuper antiquis, vt ſic differat à reo, qui ſuper vtriſque poteſt:dicit tñ Affl.in conſt.terminum vitę,nu.44.

16 † ꝙ ſicut pro inuenienda innocentia,ita etiā pro reperiendo maleficio, iudex poteſt in quacunque parte iudicij ex ſuo officio teſtes recipere per doctr.Bal.in auth.qui ſemel, col.1.verſic.ſecundo fallit, C.de probat.& l.2.col.2. C.de eden. ſed quamuis Bal.non videatur ita loqui, vt ipſe eum allegat,tamen ego video ſeruari,quod dicit Afflict.& vidi cautas in limine expeditionis ſuperſederi prætextu nouorum teſtiū, quod not.in pract. licet Pet.Foll.in pract.crim. 1.parte 2.partis, in verſ.publicatio.num.1.aliter teneat ex mente Salyc.in d.l.fin. Salerni die vltimo Iunij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXX.

a Item quod infra *a* ipſum terminum ad probandum datum fieri debeant reſponſiones tā ſuper articulis, quā ſuper exceptionibus oblatis in cauſa principali, & in cauſa beneficiorum, in cauſis ipſis petitorum per principales,ſeu procuratores eorum habētes ſpeciale mādatum ad prædicta, & reſpōſiones ipſæ aſsignatæ in dicto tempore, ſcribantur in actis in fine vniuſcuiuſque articulorum, ſeu exceptionū per ſubactarios actorum, & ſi infra dictum terminum ad probandum datum nō fierent dictæ reſponſiones in articulis oblatis, per quem ſteterit dictarū partium principalium,incidat in pœnam tarenorum 15.dictæ Curiæ applicandam:qua pœna ſoluta,datur alius terminus ad dictas reſponſiones faciendas, iuxta prouiſionem iudicum, in quo termino dando, ſi non fuerint factæ dictæ reſponſiones, & in actis dictæ Curiæ aſsignatæ, vt ſupra, habebuntur articuli ipſi,ſeu exceptiones pro confeſſatis, niſi de cōſenſu partium, infra dictum terminum primū, vel ſecundū fuerit dictis reſponſionibus expreſsè renunciatum, Curia ipſa pro tribunali ſedente.

ADDITIO.

a Item quod infra. Adde ad materiam huius Rit.quòd vbi examinandus erit aliquis vt principalis, & quia nobilis, debet accedere actuarius ad eius domum, hoc faciendum eſt expenſis ipſius examinandi,vt per Cappell.Thol.deciſ. 100. & 273. & 161. per Aufred.in addit. Et ſi quis dicat, reſpondeo prout in inſtrumento deſuper confecto,eius reſponſio valet,vt per Guid.Pap.q.334.& per Cappel.Thol. deciſ.21. Quòd non teneatur quis reſpondere poſitioni, qui eſt excommunicatus, deciſ.69. nec & cuicunque poſitioni criminoſæ, deciſ.371. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Differentia,quæ ſit inter articulos, & exceptiones.*
2 *Articulus vnde dicatur,& quot habeat ſignificationes.*
3 *Articuli in cauſis vnde ſumendi.*
4 *Reſponſiones ſuper articulis fieri debent per verbum credit,vel non credit.*
5 *Reſponſio per verbum credit,aduerſarium ab onere probandi releuat.*
6 *Reſponſiones ſuper articulis facienda non ſolum à principalibus, ſed ab eorum procuratoribus ſpeciale mandatum habentibus,fieri poſſunt.*
7 *Dulcius in fonte, quàm in riuulo bibitur.*
8 *In cauſis criminalibus non fiunt poſitiones à parte parti.*

Not.primo ex hoc Rit.ꝙ quando principales litigātes,vt eſt actor, & reus, habent reſpondere ſuper articulis, tales reſpōſiones fieri debent infra ipſum terminum datum ad probandum in cauſa, & debent fieri tā ab actore ſuper exceptionibus præſentatis à reo,quam ab ip-
1 ſo reo ſuper articulis actoris,vt dicit iſte Rit. † dum facit differentiam inter articulos, & exceptiones, & licet hoc non ſpecificet,tamen hoc voluit dicere,dum dicit tā ſuper articulis, quam ſuper exceptionibus, ſunt enim articuli, quos actor pro ſe præſentat, & exceptiones quas reus producit,vt pulchre dicit gloſ.in conſt.Regn.lite legitime conteſtata.vlti.parte, vbi plus dicit, ꝙ in multis partibus ita diuerſimode nuncupantur articuli, & exceptiones, in aliquibus appellantur capitula per l.per hanc.C.de temp. appella.& in alijs aſſertiones in iure per d.l.per hanc, & l.in offerendis,C.de appell.In hoc Regno appellantur ar-
a ticuli,item appellantur exceptiones, tam actoris, *a* quam rei,vt ipſamet gl.dicit, & ita ſe habet hodie cōmunis vſus loquendi,& quando præſentantur articuli tam ab actore, quam à reo,in eorum Rubrica,dicitur infraſcripta iura,exceptiones, defenſiones, & articuli, offeruntur ſummariè
2 probandi per talem in cauſa vertente, &c. † eſt autē articulus ſigillata loquutio, vel diſtincta per membra oratio, ſic dictus ab artu,ideſt membro,vt dicit Bald.l.nō poſſunt in 1.repet.in prin.ff.de leg.licet aliquando,ſecundū eum, articulus pro digito ponatur,aliquando pro dictione relatiua,l.hoc articulo,ff.de hær.inſt.& aliquando pro ratione pertinerent ad quæſtionem principalem, vt in d.l.nō poſ-
3 ſunt capitur. † Et iſti articuli ſumi debent per aduocatos à prima petitione,ſeu libello, quem offerunt in cauſa, & de quolibet membro libelli fieri debet vnus articulus, vt docet Bal.in l.vinum,col.5.verſ.nunc venio,ff.ſi cert.pet. & Spec.in tit.de poſitio.§.5.verſ. & no.nu.11. quod debet menti teneri,quia tota vis cauſæ in prima petitione conſiſtit; & hodie iudicio meo,parum aduertitur,ratio eſt,quia per cap.detEſtātes prouiſum eſt,quod ex articulis,& probationibus ſententia proferatur,vt patet ex Rit.infra 288.
4 † Et adde (licet hic non dicatur) quod tales reſponſiones, quæ fiunt à partibus ſuper articulis debent fieri per verbū credit, vel non credit, non autem tenentur præciſe fateri, vel negare,vt dicta Regia prag. Quinta die ſub tit.de ordin.iud.& not.Bal.in l.2.§.quod obſeruari, verſ.nunc venio,nu.11. C.de iuram.calum. non ꝙ aliud ſit credere, &
5 aliud eſſe, † ſed quia iſta reſpōſio per verbum, credit,releuat aduerſarium ab onere probandi,vt d.prag.dicit, & Bald.loc.prællega.eo quia,qui credit, quod alia pars dicit in articulo, dicitur credere nullam probationem fieri debere ſuper eo,& propterea litigare non poteſt in eo, non quod ſit proprie confeſſio, ſed ſolum releuatio ab onere probandi ſecundum Bal. ¶ Secundo not.ibi, & in cauſa quod principales litigantes debent reſpondere infra terminum articulis per ambas partes prẹſentatis,nedum illis, qui

ADDITIO.

a Tam actoris. Adde quòd hoc non eſt benè dictum,quòd articuli.ſ.actoris dicantur exceptiones, cum id non poſſit dici ſalua ratione recti ſermonis,arg.l.Plautius,ff.de auro, & arg.leg.& l.in ambigua, ff.de legib. & quando actor in rubrica dicit articuli,& exceptiones, eſt ex eo, quia in articulando vult etiam replicare aduerſus ea,quæ reus excipiendo ponere vellet hac forma. Item quatenus forte ex aduerſo diceretur, ac poneretur &c. tunc excipiendo, & nihil de intentione partis confitendo, ponit &c. C. P.

Digitized by Google

qui præſentatur in primo termino, verum etiam ſi fuerint conceſſa beneficia, vt eſt, quando minor, vel mulier litigat, vt infra ſeq. Ritu dicam, & ſi infra terminum conceſſum, in primo, vel in ſecundo beneficio præſentantur articuli, debet etiam eis infra terminum beneficij reſponderi, ſicut in articulis in primo termino præſentatis reſponderi debet.

6 ¶ † Tertio not. ibi per principales, ſeu procuratores, quod reſponſiones, quæ fiunt à partibus ſuper articulis, poſſunt fieri non ſolũ per principales, verum etiam, & per procuratores eorum, dum tamen habeant ad illud ſpeciale mandatum, vt dicit ille Rit. & ita ſeruatur, verum ſi pars inſtat pro depoſitione ipſius principalis, tanquam legalioris, & melius ſcientis veritatem, vt dicitur infra in Ritu 79. non admittitur procurator, ſed principalis tenetur reſpondere, vt pulchre dicit Spec. de poſitio. §. 6. nu. 18. quem vide omnino, ratio eſt, quia melius eſt habere vocem domini, quã
7 miniſtrorum, † & dulcius ac copioſius bibitur in fonte, a
a quam in riuulis, cap. ieiunium, 76. diſt. not. Bal. in cap. quia propter, de elect. & Boer. in tract. de author. mag. conſ. 2. parte. addit. 1. nu. 156. verſ. nã dulcius, & ita practicatur quotidie. Et hæc vera ſunt, intelligendo hunc Rit. quod illa verba per principales, vel procuratores referantur ad verbum reſponſiones, intelligendo tamen, & referendo ad illa verba in cauſis ipſis petitorum, notabile prædictũ non colligitur ex hoc Ritu, ſed aliud, videlicet quod beneficia reſtitutionis in integrum, quæ per minores, & mulieres petuntur ad pinguius probandum, per ipſos principales peti debent, vel per procuratores habẽtes in illud ſpeciale mandatum, quia alias generale non ſufficeret, vt probat tex. in l. illud, §. ſi talis, ff. de mino. & in c. coram, de reſtit. in integr. & conſt. Reg. beneficum, vbi Affl. etiam id not. in 2. not. & iſta eſt melior, & verior intelligentia, quã nota. Limita tamen iſtud not. duobus modis Primo, quando beneficium peteretur ad inſtantiam fiſci: quoniã tunc Regius Procurator fiſcalis poteſt illud petere, licet ſpeciale mandatum nõ habeat, vt dictat conſt. præalleg. Secundo limita non procedere, quando peteretur in aliquo articulo cauſę incidenti, non in principali cauſa, vt dicit Alex. in l. cũ procurator, in princ. ff. de ope. no. nunc. & Affl. in d. conſt. beneficium, 2. not. nu. 2. ¶ Quarto not. ibi, & reſponſiones, ꝙ reſponſiones fiendæ per partes ſuper articulis, debent per ſubactarium ſcribi in fine vniuſcuiuſque articulorum, iſtud aliter ſeruatur in cauſis ciuilibus, quia in eis non ſcribitur reſponſio in calce vniuſcuiuſque articulorum: ſed in vno folio ſeparato. In cauſis tñ criminalibus non vidi aliquo modo ſeruari, quod inquiſitus reſpõdeat articulis accuſatoris, & econtra: ratio eſt, quia
8 † in eis non fiunt poſitiones à parte parti, vt dixit Bal. in l. nullus, circa fin. C. de exhib. re. allegat Innoc. in cap. dudum, de elect. licet poſſit iudex, quando vult inquiſitum interrogare, & examinare: bene tñ ſeruatur, ꝙ quando inquiſitus reſpondet capitulis, quæ ſibi dantur per curiam, quando habet defenſiones, & litem conteſtatur, ipſius reſpõſio annotatur manu propria iudicis in fine vniuſcuiuſque capituli, & debet reſpondere de veritate, non de credulitate, per verbum credit, vt dicit Bart. in l. inter omnes, § recte, in fi. ff. de furtis, licet in multis, & fere in omnibus curijs, præterquam in Regia Audientia Principatus citra faciãt ſcribere per actuarios, & ſcribas dictas reſponſiones, ſed eſt male factum: & Magna Curia ſeruat, vt dixi, quòd iudex ſua manu ſcribit.

¶ Quinto, & vltimo not. ex hoc Ritu, & ibi, & ſi infra dictum terminum ad probandũ datum, practicam ſeruandã, quando principales habent reſpõdere ſuper articulis infra terminum, & illud non faciunt, nam illa pars per quã ſtetit reſpondere ante lapſum termini, tenetur pœna tarenorum 15. ipſi curiæ applicãda, qua pœna ſoluta, iudex dabit aliũ terminum ad ſui libitum, infra quẽ partes habeant reſpondere, & ſi etiam infra ipſum non reſponderint, articulis ſuper quibus erat reſpondendũ, habebuntur pro confeſſatis, ſupple, vel negatis (prout recuſanti deterius erit) niſi infra ipſum terminum de conſenſu partium, Curia pro tribunali ſedente fuerit renunciatum. Sed hodie pœna in hoc Ritu ſtatuta, & tota iſta practica non ſeruatur, quia per alium Rit. infra 120. alia practica eſt inducta, quæ in viridi eſt obſeruantia, ideo quando partes non reſpondent, vel recuſant reſpondere: vide illum Rit. & ibi latius dico, & teneas ſemper menti, quod interim terminus non dicitur currere, vt dixi tibi ſupra in præcedenti Rit. 2. not. in fi. Salerni die 2. Iulij. 1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a In fonte. Iuxta illud Lucretij lib. 1. prope finem, & lib 4. in princ. de rerum natura.

Auia Pieridum peragro loca nullius ante
Trita ſolo: iuuat integros accedere fontes,
Atque haurire, iuuatque nouos decerpere flores,
Inſignemque meo capiti petere inde coronam
Vnde prius nulli velarint tempora muſæ. C. P.

RITVS LXXI.

Item quòd in cauſis in quibus petuntur beneficia reſtitutionis in integrũ, & peti poſſunt, detur terminus in primo beneficio petito, & cõceſſo ad probandum medietas, videlicet termini
a dati *a* beneficio, & quod teſtes iurati examinentur infra terminum datum, tam ſuper primo, quam ſuper ſecundo beneficio, ita quod de cętero non audiantur.

ADDITIO.

a Termini dati. Adde, ꝙ hic Ritus (vt ex eius lectura apparet) eſt mutilus, addẽdaq; ſunt hæc verba, in cauſa principali, & in ſecundo beneficio medietas termini dati in primo. C. P.

SVMMARIVM.

1 *In vna cauſa ſi petantur plura beneficia, iſtud plurale ad duo tantum beneficia verificabitur.*
2 *Beneficia in cauſis, quibus perſonis ſtatim conceduntur, & quare.*
3 *Beneficia quatuor in vna cauſa concedi poſſunt.*
4 *Caſus in quibus beneficia ad probandum, vel pinguius probandum non tenentur. Et in num. 5 6 7.*
5 *Repulſa odioſa dicitur, & in odioſis propterea non dãda.*
6 *Cauſa introducta, beneficia an competant.*
7 *Minor maiori ſuccedens, iure ſuo non vtitur.*
8 *Terminus in primo beneficio concedendus, arbitrabitur ſecundum loci diſtantiam, & quare.*

Nota 1. ex hoc Ritu, ibi, beneficia, dum in plurali numero loquitur,
1 † quod in vna, & eadẽ cauſa plura beneficia peti poſſunt, & verũ eſt: tamen iſtud plurale non verificatur, niſi in duobus beneficijs, & ſic in primo, & ſecundo beneficio, vt latè firmat Iſer. in conſt. Reg. obſcuritatẽ, col. 4. verſ. ſed quoties, & Affl. poſt eũ ibi. q. 8. nu. 12. in tantum quòd ſecundum eos, in vna cauſa nõ niſi vna reſtitutio datur per l. 1. C. ſi ſæpius in iure reſtit. poſtu. l. licet ſi fine, §. reſtituitur, ff. de mino. & ita ſeruatur in Magna Cu-
2 ria, & in omnibus curijs Regni. † Et iſta beneficia, quæ in cauſis cõceduntur, dantur minori, fiſco, vel mulieri eoipſo quod petuntur, ſine cauſæ cognitione, ſecundum gloſ. in d. conſt. in verſ. in iudicijs, in fi. ver. quia læſio. apparet in promptu, pro quo l. minor 25. annis filio, §. minoris, ff. de mino. & Affl. in deciſ. 114. in prin. & petuntur vel ad finem dandi articulos in cauſa, cum adhuc nullos dediſſent, animo examinandi ſuper eis, vel ad finem examinandi, cum tamen produxiſſent tantum, & nihil examinaſſent, aut cũ produxiſſent, & examinaſſent, ſed non plene, quo caſu eſſent ad pinguius probandum, vt late dicit gl. ibid. in verſ. in iudicijs, item competunt dicta beneficia alijs perſonis quas ponit Regia prag. curſu dilationum, in fi. ſub tit. de ordine

Digitized by Google

ordine iudiciorum. Amplia hunc Rit. procedere nedum quando iſtæ perſonæ litigãt principaliter à principio, verũ etiam ſi ex poſt facto incidant vti authores laudati, vt per multa conclùdit Affl. deciſ. 15. & aliquid in præalleg. coſt. 16. q. nu. 20. ¶ Secundo amplia etiam facta concluſione in cauſa, vt dicit Iſer. in d. conſt. obſcuritatem, & Affl. poſt eũ q. 9. nu. 13. intelligẽdo vt in fine dicã in 2. not. in 3. caſu. ¶ Tertio amplia etiam in maiore ſuccedente minori, & in homine ſuccedente mulieri, lite pendente, ſecundum Bart. in l. interdum, ff de mino. & Affl. in d. conſt. q. 12. num. 16. & deciſ. 211. per rationem, quam Afflict. ponit in d. deciſ.
3 ¶ † Quarto amplia nedũ ad inſtãtiam actoris, verum etiã rei, adeo ꝙ ſi ad actoris inſtantiã conceſſum fuit primum, & ſecũdum beneficium, & infra illa altera pars probauit; poteſt etiã aliud primum, & ſecundum concedi ad inſtantiam rei per l. petendæ, C. de temp. in integr. reſt. in tantũ ꝙ in vna cauſa poſſunt quatuor concedi beneficia, vt latè ponit Affl. in præallegata cõſt. q. 10. nu. 14. Quinto amplia nedum ſuper nouis articulis, ſed etiã ſuper eiſdem, & de directo contrarijs, & licet obſtet tex. in c. fraternitatis, de reſt. tamen, vt dicit Afflict. in d. conſt. q. 8. nu. 12. per illam conſt. & per aliã, quæ incipit, Minorũ iura. in Regno ſemper fuit interpretatũ, ꝙ dicta beneficia ad pinguius probãdũ, intelliguntur etiam de directo cõtraria, & ita ſeruatur. ¶ Sexto amplia etiam ſi cauſa illa dependeret ex criminali, cum tamen non ageretur ad vindictam, vt puta, ſi minor vellet agere contra aliquem, qui patrem ſuum mortuum ſpoliauit, ad reſtitutionem bonorum per l. 3. ff. de ſepul. viol. vt firmat Afflict. in alleg. conſtit. q. 3. num. 7. ¶ Septimo amplia procedere in cauſa principali, & appellationis, dummodo non fuerint conceſſa ſemel in prima inſtantia, adeo, ꝙ ſi fuit vnum tantũ beneficium conceſſum in cauſa principali, poterit ſecũdum concedi in cauſa appellationis, per ea, quæ ponit Affl. deciſ. 35. & 114. ſemper habendo reſpectum, quòd in vna, & eadem cauſa non dentur plura beneficia, quàm duo, vt ſupra diximus.

¶ Secundo not. ibi, & peti poſſunt à contrario ſenſu,
4 † quòd ſunt aliqui caſus in quibus beneficia ad probandũ, vel pinguius probandum peti non poſſunt. Primus caſus eſt, quando ſumus in cauſa criminali, vt dicit Iſer. in d. cõſt. in princ. ver. non loquitur, & Affl. poſt eum q. 4. nu. 8. per tex. in l. auxilium, ff. de mino. qui licet loquatur in minore, tamen intelligendus eſt etiam in muliere, & fiſco, ſecundũ eos. Secundus caſus eſt, quando petentes beneficia, vellent repulſare teſtes maxime ob crimina, vel defectus, vt dicit Iſer. ibi. & Affl. q. 5. nu. 9. per d. l. auxiliũ, vbi per Bald. Fel. in cap. fraternitatis, ver. fallit. 2. de teſt. & Capyc. deciſ. 63.
5 nu. 4. ratio eſt ſecundũ omnes, † quia repulſa dicitur odioſa, & in odioſis non datur reſtitutio, d. l. auxilium, & ibi Doct. omnes. Tertius caſus eſt, quando facta eſſet concluſio in cauſa, & commiſſarius eius citaſſet ad dicendum, & cæpiſſet facere relationem de ea, tunc enim non eſſet licitum petere dicta beneficia, & hoc eſt quòd quotidie dici-
6 tur, quod † introducta cauſa, non competunt beneficia, ita firmat Affl. in d. conſt. q. 9. nu. 13. licet ſi non eſſet cauſa introducta, ſecus eſſet non obſtante cõcluſione, vt tenet Iſer. in d. conſt. Regn. obſcuritatem, col. 5. & Affl. poſt eum, & deciſ. 114. & licet Rit. Magnę Curię infra 296. ſecus dicat, tamen nunquam fuit obſeruatum, vt patet ex d. deciſ. & ibi dicam, niſi cum concluſione cõcurrat etiam, quod fuerit introducta cauſa, vt dictum eſt. Quartus caſus eſt, quãdo iſtæ perſonæ, quæ poſſunt alias petere beneficiũ, peterent in aliqua cauſa in qua, lite pendente, ſucceſſerunt, cum
7 tamen ille cui ſuccedunt, erat maior, ratio eſt, † quia minor cùm maiori ſuccedit, non vtitur iure ſuo, vt dicit Bal. in l. cum filius. §. in hac, ff. de verb. obl. Bal. in authen. quas actiones, col. 4. & 5. dum allegat l. Æmilius. ff. de minoribus, & Affl. in conſt. obſcuritatem, q. 13. nu. 17. ¶ Tertio not. ibi medietas, quòd dilatio concedenda in ſecundo beneficio, debet eſſe medietas dilationis datę in primo beneficio, ideſt in primo termino dato ad ipſam cauſam. Diſpoſitio iſtius Rit. eſt correcta per deciſ. ſacri Conſ. vt dicit
8 Affl. deciſ. 124. † & ideo (vt ipſe dicit) terminus cõcedendus in primo beneficio, debet arbitrari ſecũdum locorum diſtantiã, & non (prout vulgariter dicitur) ꝙ ſit medietas primi termini, ratio eſt, quia talis medietas poſſet eſſe impoſſibilis ad faciendum defenſiones, habito reſpectu ad loci diſtantiam, & ſic per indirectum, tolleretur conceſſio ipſius beneficij, per quam rationem ita firmat Inno. in c. coram, de reſtit. in integ. & Card. in clem. 1. q. fin. eod. tit. ¶ Quarto not. ibi, & ꝙ teſtes iurati debent examinari infra terminum datum, tam ſuper primo, quam ſecundo beneficio, aliàs ipſo elapſo, non audiuntur, iſtud dictum non ſeruatur in pract. quia ſi infra terminum cõceſſum iurauerunt, recipiuntur etiam poſt terminũ, vt latius dixi ſuprà in Rit. 69. 3. no. Salerni die 5. Iunij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXII.

ITem, quod elapſo termino, tam in cauſa ciuili, quam in cauſa beneficiorum dato, infra dies quatuor à die dicti elapſis termini, petatur per partes principales, ſeu procuratores earum,
a publicatio in cauſa, a & ſi infra dictum terminũ non peteretur, habeatur ex tunc pro publicato in cauſa, & ſcribatur in actis publicatio, tanquam eſſet facta de conſenſu vtriuſque partis, & facta publicatione, eodem die detur terminus ad recipiendum copiã proceſſus dictæ cauſę, iuxta prouiſionem iudicum, & naturam ipſius cauſæ. Itaque elapſo dicto termino ad recipiendam copiã dato, de cœtero non audiantur, niſi ſteterit per magiſtrum actorum, vel ſubactuarios Curiæ, quo caſu teneatur magiſter actorum, ſeu ille, qui fuerit negligens in dando dictam copiam ad pęnam tarenorum decem, excomputandorum in gagijs eius, quod notand.

ADDITIO.

a In cauſa. De teſtium vero repetitione poſt publicationẽ in cauſa factam, & poſt didicita teſtificata vide Guid. Papa q. 72. & eundem conſ. 116. Quid autem, ſi teſtes dicant aliter dictum, & aliter ſcriptum, & vtrum poſſint ſua dicta corrigere, vide Capyc. dec. 61. & 94. Gram. deciſ. 60. nu. 18. & Guid. Papa q. 540. & 593. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Parte non vocata, publicatio fieri non debet.*
2 *Pars aduerſa dicens teſtes velle producere, publicationem impedit, & quare.*
3 *Publicatio in cauſa quare fiat.*
4 *Publicatio eſt de ordine iudicij, & in num. 7.*
5 *Examinatione teſtium extra iudicij locum alicui commiſſa, nunquid coram eo fiet publicatio?*
6 *Cauſæ continentia diuidi non debet.*
7 *Publicatione non facta, ſi cauſa expediatur, nunquid ſententia ſit nulla?*
8 *Cauſæ omnes hodie ſummariæ dicuntur.*
9 *Stylus Curiarum ſeruandus.*
10 *Sententia lata contra notoriam conſuetudinem nõ ualet.*
11 *Publicatio proceſſuum an de ſubſtantia, vel iuſtitia ſit? & ſupra num. 7.*
12 *Inquiſito non petenti ſi teſtium nomina non darentur, proceſſus non vitiabitur.*
13 *Si de cauſa ſummatim cognoſcetur, & teſtes parte vtraque præſente, examinati fuerint, nulla requiritur publicatio.*
14 *Teſtes non ritè recepti, & examinati, ſi iterum parte citata ſuper articulis examinantur, ſe ad priorem depoſitionem*

ſtionem referentes, num facta in cauſa publicatione, eorum depoſitio validetur.

15 *Publicatio facta parte non citata, vel die feriata, an teſtes examinari impediat?*

HVcuſque tractatum eſt in tribus proximis Rit. de terminis, & beneficijs dandis in cauſis vertentibus in curijs, nunc ponitur practica curiarum poſt lapſum termini, & beneficia conceſſa. ¶ Nota igitur ex hoc Rit. illud quod agẽdum eſt elapſis dilationibus cõceſſis, tam in termino, quam in beneficijs, nam, vt hic dicitur, infra quatuor dies dicti elapſi termini, debent partes, vel earum procuratores petere publicationem fieri, ꝙ ſi infra dictos quatuor dies petita non fuerit, intelligitur facta publicatio, & ſcribitur in actis qualiter die tali facta eſt, æque ac ſi de cõſenſu vtriuſq; partis facta eſſet, & eodẽ tempore, quo fit publicatio, datur terminus arbitrio iudicis, vt hic dicitur, vtriq; parti ad accipiendum copiam proceſſus, quo termino ad accipiendum copiam elapſo, non audiuntur vlterius partes ad eam petendã, niſi per actuarios ſteterit, quia tunc ipſi tenerentur pęna decem tarenorum ſuis gagijs coputandorum, ſed per Regiam prag. incip. curſu dilationum, ſub tit. de ord. iud. pract. iſtius Rit. eſt correcta, & ſecundum ipſius diſpoſitionem lapſo termino, intelligitur facta publicatio ipſo iure, niſi infra quatuor dies partes aliquod iuſtum opponant, propter quod iudex debeat eam retardare, & facta publicatione, dantur octo dies inmmediate ſequentes ad accipiendum copiam proceſſus, & demum alij dies octo, vt per aduocatum, & procuratorem videri poſſit, vt ibi latius diſponitur. Hodie tamen ſeruatur in pract. quòd elapſo termino, petitur publicatio, & intima-
1 tur parti aduerſæ, † quia parte non vocata, publicatio fieri non debet c. cum I. & A. de re iud. l. in cauſæ, §. 1. ff. de minor. & Spec. de teſte, §. ſatis vtiliter, nu. 1. vel ſaltim contumaciter abſente ſecundum eum, quæ ſi nihil replicat, fit publicatio per iudicem in eius contumacia cum termino tot dierum ad accipiendum copiam proceſſus, ſi voluerint partes, vt pulchre declarat Bal. in l. geſta, col. 2. verſ. quæro qualiter, C. de re iud. ſi verò aliquid replicat, iuſtam fore cauſam, quare fieri non debeat allegando, iudex de his cognoſcit, & ſi reperit non militare, facit decretum, quod oppoſitis non obſtantibus, fiat publicatio cum termino, vt dixi ad accipiendum copiam proceſſus. Si vero aliqua iuſta cauſa fuerit allegata ſuperſedeat in publicatione, & ſu-
2 per petitis prouideat, vt iuris eſt, † quia vt dicit Papien. in prac. in forma publicatio teſtium, poteſt pars aduerſa publicationem impedire, ſi dicit velle teſtes producere. ratio eſt, quia poſt non admitteretur vlterius, iuxta c. fraternitatis, de teſt. & clem. teſtibus, de teſt. & idem late Spec. in tit. præalleg. nu. 2. ver. hoc eſt, vbi plene enumerat cauſas in quibus poſſent recipi teſtes, etiam poſt publicationem ſuper eiſdem articulis, adeo quod in hoc regno de ſtylo omnium curiarum in cauſis omnibus petitur, & fit publicatio, ſicq; ſeruatur diſpoſitio. c. conſuluit. de off. iud. deleg. & conſt. Regn. vniuerſos, iuncta ibi gl. in verſ. publicatorum, & nunquam fit publicatio in Regno ipſo iure, vt iſte Rit. diſponit, & d. pragm. & firmat Maran. in pract. par. 6. actu 11. nu. 3. ſed, vt credo, tempore Marant. præal-
3 leg. pragmat. erat forte in obſeruantia. † ¶ Quæro primo ad quem finem publicatur in cauſa? dic propter plura, primo, vt ea facta, poſſint partes habere copiam teſtiũ examinatorum, & videre an bene, vel male fuerit probatum, & exinde teſtes contra ſe deponentes, repulſare, ita
4 dicit Papien. in pract. loco præalleg. in princ. † Secundo, vt ſeruetur ordo in iudicijs, quia publicatio dicitur eſſe de ordine, ſecundum gloſ. & Bart. in l. prolatam, nu. 5. C. de ſenten. & interlocu. omn. iud. & Gloſſ. in d. conſtit. vniuerſos, in verſ. publicatorum, allegat text. in leg. 2. C. vt lit. penden. & in Auth. de teſt. §. quia verò. Tertio, quia per eam datur maius robur atteſtationibus, per ea, quę habentur in l. geſta, & ibi per Bald. C. de re iud. Bart. in l. ſolam, C. de teſt. Cano. in cap. cauſam, quæ. extra de teſt. & Ma-
5 rant. in pract. par. 6. actu 11. nu. 1. ¶ † Secundo quæro, pone quod examinatio teſtium eſſet commiſſa alicui officiali extra locum iudicij, iuxta diſpoſitionem l. iudices. C. de fide inſtr. & conſt. Regn. in pecuniarijs, nunquid coram eo fiet, ſeu fieri poterit publicatio de qua hic dicitur, gl. in l. cum ab initio, ff. quemadmod. teſt. aperian. dicit, quod iudex principalis cauſæ hoc facit, idem Bart. ibi dicens probari ex d. leg. iudices. ibi, res ad eos referatur, & Marant. in proxime cita. loco, nu. 6. quod etiam firmat Papien.
6 in pract. in forma publicatio. teſtium in princ. † dicens id ideo eſſe, quia continentia cauſæ non debet diuidi, leg. nulli. C. de iud. & l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat.
7 † Tertio quæro quid ſi publicatio non fieret, & ea non
a facta, expediretur cauſa, nunquid ſententia erit nulla? a Gloſ. in l. prolatã, C. de ſenten. videtur dicere, quod ſic, eo, quia tenet, quod publicatio eſt de ſubſtantia, Bart. tamen, Alex. & Ang. ibi, & communiter Doct. tenent contrarium, & idem Abb. in c. cum I. & A. col. 3. in fi. de re iud. & Fel. ibidem col. 2. Corne. conſ. 102. col. fin. vol. 1. & Anchar. conſ. 53. omiſſio publicationis, concludentes publicationem eſſe de iuſtitia, & ideo omiſſa non reddidit proceſſum nullum, ſed ab eius omiſſione contra ius partis, poteſt appellari, & ſi non fuerit appellatum, acta tenent, quia ſibi imputandum, qui tacuit, & iſta opin. eſt communis, vt dixi, & firmat expreſſe Imol. in d. c. cum I. & A. nu. 19. dicens procedere etiam ſi fuerit publicatio à parte petita, quod & Felyn. etiam ibi placuit, ſequitur Affl. in conſtit. vniuerſos. 4. nota. verſ. ſecundo quæro, nu. 6. & Marant. in pract. par. 4. diſt. 9. nu. 22. in nouis, quod maxime in hoc Regno procedit ſecundum eundem Marant. par. 6. actu 11. nu. 4. quia per iura municipalia videlicet, per c. deteſtantes infra Rit. 288. & Pragm. diſpendia li-
8 tium de ord. iud. † omnes cauſæ ſunt ſummariæ, & ſublata ſunt ſubſtantialia iudiciorum iuris poſitiui tantum, vt ibi plenius dico, item quia ſtante d. Pragm. curſu dilationum nunquam poteſt dici omiſſa publicatio, cum per lapſum termini ipſo iure facta intelligatur, vt ibi diſponitur. Quid dicendum? Cauenſ. in præallegat. pragm. curſu dilationum, nu. 4. dicit ex mente Affl. in conſt. Regn. pacis cultum, 6. not. verſ. hinc quero, nu. 53. quòd cum in hoc Regno ſit ſolitum publicationem peti, & fieri, vt ſupra dixi in fi. nota. tale ſolitum facit, quòd publicatio ſit de ſubſtantia, quia concernit defenſionem, & pro hoc Affl. allegat Gl. in c. fin. de hæret. in 6. in verſ. iudicis, vbi à contrario ſenſu videtur dicere, quòd publicatio petita, & omiſſa vitiat proceſſum, confirmatur ſecundum eundem Cauenſ.
9 † quia ſtylus curiarum eſt ſeruandus, c quã graui. extra de fal. Iſer. in conſt. Regn. ſi quis in poſterum, col. 4. Fel. in c. cauſam loci, de reſcrip. & Affl. in prælud. conſt. q. 9. col. 2. & vt plenè dixi ſupra Rit. primo, & illud eſt adeo verum, quòd ſecundum Bal. in l. 2. col. 2. verſ. item valet. C. quando
10 prouoca. non eſt neceſſ. † ſententia lata contra conſuetudinem notoriam non valet, quia conſuetudo pro lege habetur, l. de quibus, ff. de leg. & c. 1. de cõſt. in 6. ego autem, quicquid ſentiant Affl. & Cauen. arbitror contrarium eſſe verius, & ideo non recedendum ab opin. communi, pro
11 qua illud præſupponendum eſt pro fundamento, † quod publicatio proceſſuum non eſt de ſubſtantia, ſed de iuſtitia, vt ſupra latius dictum fuit, ex quo ſequitur, quod & ſupra diximus, quod ſi omittatur, iudex non dicitur nulliter procedere, ſed contra ius litigatoris, qui eam petijt, de quo poteſt ad ſuperiores appellari, quòd ſi appellatio non fuit interpoſita, ſibi ipſi imputet, quia tacuit, nõ autem proceſſum nullum dicet, cum lege non caueatur, quod ſit de ſub-
12 ſtantia, non obſtat Gl. dicti c. fi. quia ea nõ dicit hoc, † ſed quod ſi inquiſito, qui non petijt, non darentur nomina teſtiũ non vitiaretur proceſſus, per tex. in c. 1. de accuſ. in 6. ratio eſt, ſecundum Gl. d. c. 1. in verſ. fuerunt, quia dari nomina

nomina

ADDITIO.

a Nulla. Adde, & vide Guid. Papa q. 369. nu. 3. & q. 586. & ibi addit. Vide etiam Capel. Thol. deciſ. 396. & ibi Aufred. in additionibus. C. P.

H

Digitized by Google

mina teſtium inquiſito ad ſe defendēdum,in eius fauorem inductum eſt,cui potuit renunciare,tacendo,& ſi nō fieret proceſſus eſſet nullus: hoc non decidit,& quando id decideret,contra eam,eſt communis opin. vt ſupra diximus,& firmat expreſsè Imol.in d.cap.cum I.& A. vbi in ſpecie ſic reſpondet ad d.Gl.per rationē præalleg.quia ſi omiſſio publicationis ſibi non placebat appellare,& nō illi tacitè acquieſcere debebat,c.ex parte,de appell.& l.1. C.ſi ſæpi.in integ.reſt.poſtule.ibi,appellare debuiſtis,ſi ſentētia vobis diſplicebat.& ideo cum tacitè quieſcendo,confirmauerit, parere neceſſe habebit, vt etiam pulchre,& plenè tractat Sebaſtianus Vant.in tract.nulli.de nullit.ſenten.ex defectu proceſſus,verſ.7.nu.41 & Aug.ad Angel.de maleſ.in verſ. qui iudex dictū proceſſum publicauit,& ſi dicatur,ꝙ Bart. in tract.ad reprime.in verſ.& figura. verſ.ſed an requiretur,nu.15. dicit,ꝙ publicatio,eſt neceſſaria, quia aliàs auferretur defenſio, quia nō poſſet impugnare teſtes,& eorū dicta,ꝙ etiā referendo dicit Capyc.deciſ.55.nu.3.reſpondetur ſecundum Fely.in d.c.cum I.& A.col.2.& Maran.in pract.parte 4.diſt.9.nu.22.ꝙ illud dictum Bar.debet intelligi,ſi petatur,ita vt ſi nō concedatur,poſſit appellari,non autem vt reddat proceſſum nullum,quia ſic intelligendo, Bart.loqueretur contra communem,quam ipſe firmauit in d.l.prolatam.vel ſecūdum Anch.in d.conſ.reſponderi poteſt, quod licet petitio publicationis ſapiat defenſionem, tamen denegata, non vitiat proceſſum, ſed ſapit grauamen tantū,a quo debuit appellari,cap.inter monaſterium, & c.ſuborta,de re iudic. Non obſtat,quòd Cauen.dicebat de ſtylo ſeruando, quia id licet verum ſit, tamen lege non cauetur,quin vna pars quoad ſui prẹiudicium tantum,non poſſit renunciare tali ſtylo,immo contrariū cauetur,quod poteſt,vulg.l.ſi quis in conſcribendo,C.de pact.Nō obſtat aliud de ſententia cōtra conſuetudinem lata,quia aliud eſt tractare de ſententia lata contra conſuetudinem,expreſſo errore in ipſa ſentētia, in quibus terminis loquitur ibi Bal. per illum tex.& Cyn.ibi Bal.in tit.de pace conſta.in verſ. & in certis quoad cōmoditatem, latè Abb.in c.1.extra de re iud.& Barb.ad Bal.in d.l.2.in litera B,& C.quādo prouoc.nō eſt neceſ. & aliud eſt tractare an ſentētia reddatur nulla, quia in proceſſu fuit omiſſa publicatio, quo caſu Doct.omnes cōcludunt,quòd nō,& ita teneo indubitáter. Bene tū fateor,ꝙ difficillime euenit iſta quẹſt.quia nullus iudex publicationem tam petitam,quam non petitā omitteret. Vnum tū ſcias,ꝙ hæc materia publicationis eſt tra-
13 ctanda ſolum quādo teſtes examinátur in ſecreto, † ſecus autem quando ſummatim cognoſcēdo,vtraque parte prẹſente,eſſent examinati,quia tunc nulla publicatio requiritur,vt dicit Bal.in auth.ſi quis in aliquo,col.3.in fi.verſ.ſed aduerte,C.de eden.immo ſeruatur non fieri publicationē, etiam in teſtibus ſecreto examinatis,quando ſuper aliquo facto,vel incidēti ſummariè recepti fuerū,& ita practicatur quotidie, & dicit ſeruari Gui.Pap.dec.369.in fina.ver.
14 † Quarto quæro,quid ſi teſtes fuiſſent nō ritè recepti,puta examinati parte non citata ad videndum iuramenta teſtium,vel cum fuiſſent alias examinati ad informationem, & poſtea iterum examinati ſuper articulis citata parte, ſe retulerunt ad primā depoſitionem,nunquid facta publicatione in cauſa, validetur eorum depoſitio per publicationem? Bal.in auth.ſi quis in aliquo,nu.2 C.de eden.dicit,ꝙ publicatio non cenſetur facta ſuper teſtibus non ritè receptis,vt ſunt teſtes examinati parte nō citata,per ea quẹ dicit Bart.in l.filiusfam. C.de dona.& in extrauag.ad repri. in verſ.figura, Curtius cōſ.21.& Gram.deciſ.103.nu.233. vbi quod teſtes deponentes,parte non citata,coram Principe,non valent. Item teſtes examinati parte citata, ſed non repetiti,vt fieri debet ſuper depoſitione, alias facta ad informationem: & idem tenet Innoc. in c.ſignificauit, & & cap.cum cauſam, de teſti. pro quo Bar. in l.ſi debitor. §.ſi in venditione, ff.quibus mod.pig.vel hip.Rom.conſil. 132. & Afflict.in conſtit.iuriſperitorum,num.4.verſic.ſed iuxta hoc quæro, & Maran.in pract.parte 6.actu 11.nu.5. quod not. quia habui in facto in cauſa Magnifici Barnabæ de Rahone cum Magnifico Paulo de Rahone Ebolitano, qui mecum etiam erat aduocatus illius cauſæ: debet tamē intelligi, quando non deponunt per extenſum, & explicitè,ſed ſimpliciter ſe referunt: ratio,quia ſi aliàs diceretur, ſufficere teſtem ſe referre ad ſuam primam depoſitionē, deciſ.l.fin.C.de teſti.volentis teſtem alias examinatum, eſſe repetendum, eſſet ſuperflua: & ideo ſi deponerent per extenſum, & ad cautelam ſe referrent, ſufficeret, ſecundum Baldum ibi num.7. vnde quia in dicta cauſa per extenſum depoſuerant, & poſtea ſe referebant, dixi,quod valebant, licèt Magnificus Paulus aliter dixiſſet.
15 ¶ † Quinto quæro, quid ſi publicatio fieret parte non citata, aut die feriata, nunquid impediet teſtes examinari? Bart.in auth.qui ſemel,verſic.quæro quid ſi,num.18. C.de probat. dicit, quòd non, per tex.in l.non putauit, §.non quauis, ff.de contratab. quia talis publicatio eſt nulla,verum ſi ex tali publicatione nulla, ſequutum eſſet, quod didiciſſet teſtificata, & tunc impediretur non ratione publicationis; ſed quia didicit teſtificata, idem Bald. ibi col.3. verſ.7.& in l.ſi quis teſtibus,col.4.eod.tit. Salerni die 10. Iulij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXIII.

a ITtem *a* quod facta publicatione in cauſa, ſi partes, vel aliqua ipſarum voluerint petere terminum ad repulſam teſtium, petere debeant infra decem dies numerandos à die aſſignatæ copiæ proceſſus dictæ cauſæ, plus,vel minus, ad arbitrium iudicum, iuxta quātitatem proceſſus, & quod detur terminus ad probandum iuxta materiam cauſæ,& locorū diſtantiam,& dicta repulſa cōcedatur vtrique parti per dationem vnius termini,& infra terminum datum ad probandum in cauſa repulſæ,iam dicti teſtes iurati examinentur, ita quod de cætero non audiantur, niſi iuſta cauſa.

ADDITIO.

a Item quòd facta,& quòd in repulſa.& in cauſa appellationis,non poſſint fieri capitula,& poſitiones impertinentes, vide Regiam prag.cōtingit ſæpe,ſub tit.de modo procedendi in cauſ.ciuilib.& vide Affl.deciſ.216. Guid.Papa q.14.348.& 586. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Termini omnes ſunt in arbitrio iudicis.*
2 *Terminus ad repulſam vtrique parti concedi ſemper debet.*
3 *Teſtes an recipi,vel examinari poſſint vltra terminum in cauſa repulſæ præfixum.*
4 *Dilationes in cauſa repulſæ, non niſi cum cauſa cognitione conceduntur.*
5 *Blaſphemia cauſa crimini læſæ* Maieſtatis *æquiparatur.*
6 *Repulſa magis ad differendum,quam ad defendendum peti videtur.*
7 *Iudex quem à petitione, & ab exceptione quando, & propter quid, excludere poſſit.*
8 *In Regno de repulſa tangente teſtium inimicitiam, & probatam. ſit magnus caſus,pluſquam de alijs.*
9 *Inimicitia teſtem repellens,grauiſſima,ſaltim grauis eſſe debet.*
10 *Articulis nō probatis,actione iniuriarum teſtibus clientulus tenetur,& cautela ad talem pœnam euitandam.*
11 *Teſtes an infra terminum repulſæ approbari poſſint?*
12 *Teſtes examinati, & mortui ante publicationem, nunquid repulſentur?*

Nota

NOta ex hoc Rit.pract. ſeruandam per litigantes,fa-
cta publicatione proceſſus, ſi viſo proceſſu, volue-
rint teſtes repulſare, debent repulſam petere infra decem
dies,à die conſignationis copiæ proceſſus,& caſu quo pro-
ceſſus eſſet cartoſus, poſſent petere maiorem terminũ ad
hoc,vt eo viſo, valeant deliberare ſi repulſa opus erit, &
econuerſo ſi eſſet paruus proceſſus, poſſet iudex eiſdẽ ſta-
tuere minorem terminum, intantum quòd ſecundum hunc
Rit.quando conſignatur copia, iudex habet impartire ter-
minum ad percunctandum proceſſum infra quem partes
debent, ſi voluerint repulſam petere. Hodie per Regiam
pragm.curſu dilationum ſub tit.de ord.iud. facta publica-
tione proceſſus,& habita ipſius copia,ſunt ſtatuti octo dies
ad percunctandum proceſſum per aduocatum,quibus ela-
pſis,die ſequenti eſt petenda repulſa, & petita intelligitur
conceſſa,alias vlterius non audiatur, vt in ea diſponitur, in
pract.tamen non nimis aduertitur ad d.pragm.& profecto
non multum practicatur, quia & poſt illos dies, & multo
plures petitur repulſa,& conceditur, ſeruatur etiam mul-
toties cauſa expediendorum litium, quod infra terminum
datum ad probandum in cauſa principali,examinantur te-
ſtes ſuper repulſa,verum qui hoc agunt,renunciant futuræ
repulſæ, & in vnico termino faciunt vtrunque, & ita ego
millies practicaui, & quotidie practicatur in ciuilibus, &
criminalibus, alias ſi talis renunciatio non fieret, non ad-
mitteretur examinatio tanquam impertinens, vt dicit Ma-
ran.in pract.par.6.actu.13.nu.8.& eſt Rit. infra 282.

¶ Secundo not.ibi,& quod detur terminus,quod terminus
ad repulſam debet dari iuxta materiam cauſæ, & locorũ
diſtantiam, vt etiam dixi in cauſa principali ſupra Rit.69.
in 1.no.ſed per d.pragm.curſu dilationũ, terminus ad re-
pulſam eſt medietas primi termini in pract. ſeruatur Rit.
& prag.quia quandoq; datur medietas primi termini, &
quandoq; plus, & minus ad arbitrium iudicis, adeo quod
1 pract. magis accedit Ritui, quam prag. † ratio eſt, quia
omnes termini ſunt in arbitrio iudicis c.cum ſit Romana,
vbi glo.notat.in verſ.reciſiuus de appell.l.continuus, §.2.
ff.de verborum obligationibus, l.2.ff.de re iud.5.q.3. c.ſi
ægrotans,3.q.2.c.ſi Epiſcopus,& l.nonnunquam, ff.de iud.

2 ¶ † Tertio not.ibi, & quod dicta repulſa, quod terminus
qui ad repulſam conceditur,debet vtrique parti concedi,
quod bene ſeruatur,quia ſemper iudices, & actuarij quan-
do faciunt decreta in quibus concedunt terminum in cau-
ſis,dicunt, Et per curiam fuit ſtatutus terminus vtrique
parti tot dierum ad probandum incumbentia circa repul-
ſam,vel ſi eſt in cauſa principali,non apponuntur illa ver-
ba circa repulſã, & licet nõ diceretur vtrique parti,adhuc
idem eſſet dicendum, quia etiam quando vna pars eſt ex-
cluſa à termino ſi datur alteri,talis terminus eſt comunis,
l.petendæ,in fi.C.de temp.in integ. reſtit. l.per hanc. & l.
fi.C.de appell.vbi Bal.not.Bart.in l.1.§.nunciatio.ff.de no-
ui ope.nuncia.Iſer.& Affl.in cõſt.obſcuritatẽ, q.11.nu.15.

3 ¶ † Quarto not.ibi,& infra terminum,quod dato termino
in cauſa repulſæ, teſtes debent infra ipſum terminum iura-
re,& examinari,alias vlterius non recipiuntur,niſi ex iuſta
cauſa, ſimile dictum eſt in teſtibus examinandis in cauſa
principali,ſupra Rit.69. Aduerte tamen, quia licet ibi di-
xerim in 3.no.aliter ſeruari,procedit in cauſa principali,at
in cauſa repulſæ ſeruatur iſte Rit.ratio eſt,quia repulſa eſt
4 odioſa, & reſtringenda, † & ideo dilationes in ea cũ ma-
gnæ cauſæ cognitione conceduntur,vt dicit Abb.in c.licet
dilectus, in fi.de teſt. & Marant. in pract. par.6. actu.13.
nu.7.vbi hũc Rit.allegat,ſed quia materia repulſæ eſt quo-
tidiana,& practicabilis. Limita hũc Rit.loquentem de re-
pulſa teſtibus facienda procedere quando ante publicatio-
nem pars contra quam ſunt producti, proteſtata fuit cõtra
eorum perſonas,dicta,& dicenda per eos,vt dicit tex.in c.
præſentium,de teſt.& Inn.in c.cum I.& A.nu.4. in fi.de re
iud. & ideo videmus communiter practicari per procura-
tores, quod quando intimantur ad videndum iuramenta
teſtium propria manu ſcribunt in dorſo ipſius citationis,
quod proteſtantur contra perſonas teſtium ipſorum, di-
cta, & dicenda per eos, vt etiam ſcribit Maran. in pract.
par.6. actu.13. num.2. moneo tamen procuratores, quod
non indiſtincte, & in omni cauſa faciant prædictam pro-
teſtationem,ſed ſolum,quando certi ſunt facere repulſam,
quia,vt dicit Fel.in d.c.præſentium,vlt. no. ſi teſtes illi di-
cerent aliquid contra producentem in fauorem proteſtan-
tis non prodeſſet ei ex quo per dictam proteſtationem
cenſetur declarare ſe nolle eis fidem adhibere, vt etiam
Maran.ibid.declarat.nu.4.tanto magis, quia per d.c. præ-
ſentium, diſponitur, quod licet non ſit facta proteſtatio, ſi
iurat pars, ſe nõ petere repulſam ex malitia,ſibi concedi-
tur,vt etiam dicit Abb.& Affl.deciſ.351.nu.8. idem ſi non
iurat,ſi tamẽ probat ꝙ tempore quo fuerũt examinati,erat
abſens vſquequo fuit facta publicatio,vel erat in loco, ſi
poſt publicationem, notitiã habuit de defectibus ipſorum
teſtium,vt in eodẽ cap.præſentiũ diſponitur,not.Bal.in l.ſi
quis teſtibus,verſ.dubitatur,C.de teſti. & Maran.loc.prę-
alleg.num.2. in fi. ¶ Secundo limita procedere in cauſa
principali, non autem in cauſa appellationis, in qua non
licet repulſare teſtes examinatos in prima inſtantia, licet
ſecus in examinatis in ſecunda,vt dicit Iſer.in conſt.Regni
iuriſperitorum, & declarat Maran.in pract.loc.prælleg.
nu.13.niſi velit eos ex ſola cauſa falſitatis repulſare, vt ipſi
5 dicunt.¶ † Tertio limita non procedere in aliquibus cau-
ſis criminalibus, puta cauſa blaſphemię, quæ æquiparatur
crimini læſæ Maieſtatis, nam in ea non admittitur, & ſic
nec etiam in ipſo crimine læſæ Maieſtatis, vt not.Bar.in l.
in quæſtionibus,ff.ad l.Iul.Maieſt.per illum tex. & Par.in
tract.ſynd.in ver.condemnatio.§.an poteſtas,num.13. niſi
ex capite inimicitiæ, vt dicit Bar.in d.l.in quæſtionibus.

¶ Quarto limita non procedere quotieſcunque vellet re-
pulſare teſtes,alias ab ipſo productos,& examinatos,ſecũ-
dum Gloſ.in §.& licet,in fi in verſ.& ſupplicijs,in auth.de
teſti.Bal.in c.licet,de teſti.& in l.ſi quis teſtibus,C.eod.&
Alex.conſ.7.col.9.vol.1. & nedum examinatos,ſed etiam
productos tantum, & annotatos in calce ſuæ citationis ad
teſtes,licet non aliter poſtea examinauerit,ſecundum Bal.
in l.1.§.beſtias,ff.de poſtul.& Felyn.in d.cap.præſentium,
col.3.verſ.& habet locum, & latẽ Boer.deciſ.245.num.3.
Ratio eſt, ſecundum Doct. omnes in præallegatis locis,
quia ex quo ſemel eos examinauit, vel produxit, videtur
illos approbaſſe,& ideo volens poſtmodum repulſare,
tanquã ſibi contrarius non admittitur, vt dicit etiã Cępol.
caute.17.niſi exceptio de nouo ſuperueniat,ſecundũ Ang.
in auth.de teſti.§.ſi verò dicatur,& Gram.deciſ.34.nu.12.
aut velit eos repulſare ratione dictorum per eos, non ra-
tione perſonarum, vt dicit Abb.in d.c.in præſentiã,col.3.
& 4.& Maran.in pract.parte 6.actu 13 nu.12. vel ratione
alicuius cauſæ non dependentis à producente,vt puta ſi in
vna cauſa produxi pro me patrem tuum,cum nõ litigarem
tecum,poſtea in alia cauſa, quæ eſt inter me,& te,produ-
cis contra me patrem tuũ, tunc poſſum ipſum ex hac cau-
ſa repulſare, ſecundum Archi.in c.ſi quis teſtibus,4.q.3.&
Boer.d.deciſ.nu.4. ¶ Quinto limita non procedere in iu-
dicio attentatorum lite pendente, quando clarè apparet,
6 † quod repulſa petitur potius ad differendũ,quam ad cau-
ſam defendendam,vt dicit Affl.d.deciſ.351.num.7.& per
totam,quia,vt dicit Bald.in l.1.col.pen.& fin.C.qui accuſ.
7 non poſſ. † Iudex poteſt quem excludere ab exceptione,
vel petitione,quãdo malitia eſt adeo clara,quòd excipiens
vix poterit denegare,per l.qui ſententiam,in fi.ff.de pœn.
licet alias propter præſumptam calumniam tantum non
debeat deuiare à iuris tramite, c.licet cauſam, de probat.

¶ Sexto limita non procedere in cauſis ſummarijs, ſecun-
dum Abb.in cap.veniens,lo 2.col.5.& ibi etiã Fel. de teſt.
& Roma.ſing.388. reprobatio perſonarum, intelligendo
tamen, vt per Ant.de Butr. & Aret.in d.cap.veniens, quã-
do iudicium eſt ſummarium ratione legitimationis perſo-
narum,alias ſi aliter eſſet ſummariũ, & prout ſunt omnes
cauſæ huius regni ſummariæ per pragm. diſpendia litium
ſub tit.de ord.iud.repulſa denegari non poſſet,quia dene-
garetur defenſio,vt dicit Bart.in tract.ad reprimen.in verſ.

Digitized by Google

& figura.nu.15.& ſequitur Affl.d.deciſ.351.nu.3. & 9. & ita ſeruatur, nam in Regno in cauſis vertentibus, licet ſint ſummariæ, repulſæ petuntur, & conceduntur abſque dubio. Vnum tamen non omitto in materia repulſæ teſtium, ꝙ licet poſſint multis ex cauſis repulſari, quas plene ponit Bart. in tract. reproba.teſtium, Affl.in conſt.Regn.mores diſſolute viuentium. Nepos à Monte albano in tract. ſuo exceptio. de excep. contra teſtes fol.30. Papien. in pract.
8 in forma oppo.contra teſtes,& Doct.vbique, † tamen in Regno de ea tantum repulſa fit magnus caſus, quæ inimicitiam teſtis tangit,& de alijs non multū curatur, vt pragmatici omnes bene norunt, dummodo talis inimicitia in ſpecie allegetur,& probetur, quia alias ſic in genere probata non ſufficeret,vt dicit Bald.in cap. conſtitutus, de reſcrip.& in l.ſi quis teſtibus,C.de teſtibus,Imol.in cap.Raynutius, de teſt. Iaſ.in l.ſororem,col.fi. C.de his quibus,vt indign.& in l.Titiæ textores,col.3.ff.de leg.1. & Gramm.
9 deciſ.86.nu.4. † ratio eſt, quia ad hoc,vt inimicitia repellat teſtem,debet eſſe grauiſſima,vel ſaltim grauis,§.ſi vero
10 odioſus,in authen.de teſt.& Gramm.in d.deciſ.nu.7. † & inſuper aduertant aduocati, & procuratores quando faciunt articulos repulſæ,dicere in eorū rubrica, ꝙ non animo iniuriandi,ſed ſuæ cauſæ defendendæ,ponuntur illa in articulis, ratio eſt, quia ſi poſtmodum non probarentur articuli, teneretur clientulus actione iniuriarum teſtibus, vt dicit Salyc.in l.ſi non conuitij, in fi.C. de iniur. Aret.in tract.maleſi.in gloſſ.verba cōtumelioſa,penul.q. Manſue. in pract.de iniur.nu.11.vbi id intelligit ſi nō probatur, & fuit admiſſus,ſecus ſi non fuiſſet admiſſus, idem Boer.pulchre,& nota.conſ.1.col.10.poſt conſue.Bituri,& dec.245. nu.7.licet ſi fuerit dicta proteſtatio,excuſaretur à calūnia, & actione iniuriarum,vt dicit Spec.tit.de accuſa.§.1.verſ. quod.Bar.in l.eum,ff.de iniur.Roma. in l.fin.ff. quod quiſque iur.& Boer.d.deciſ.nu.8. licet ſecundum Alex. & Iaſ. in d.l.fin. illa proteſtatio videatur contraria facto, & ita ſeruatur,quia cum illa proteſtatione, etiam ſi repulſa non probetur,non agitur iniuriarum,licet teneatur ad pœnam tarenorum decem, ſecundum pragm. crimina. ſub tit. de teſt.refre.& repul. quando ſemiplene, vel per famam pu-
11 blicam probatum non fuerit, vt ibi latius dico. † An tamen infra terminum datum ad repulſam,poſſint etiam teſtes approbari,tex.in c.de iudicijs,3.q.3.probat, quod ſic, idem Gloſ.in cap.extendere,de teſtibus, Abb.& Felyn.in cap.teſtimonium,eodem titulo, & ita quotidie ſeruatur.
12 ¶ † Quęro in hoc Rit. pone, ꝙ antequam fiat publicatio in cauſa,teſtes examinationis moriuntur,nunquid repulſari poterunt, tex.in l.fin.C.de teſt.probat,ꝙ ſic,& idem firmat Mille.in pract.in verſ.Vicario,nu.18. fol.105. in paruo vol. Et ſi dicatur quomodo poſt mortem crimina obijcientur contra perſonas cum morte extinguantur, l.3.C.ſi pend.appell.mors inter. reſpondetur, quod cauſa repulſę non ſit cum teſte,ſed cum parte,l.Lucius, ff.de his,qui notant.infa. vt etiam ſcribit Innoc.in c.verum,in fine,de foro competen.& vt dicit Bald.in d.l.fin. nō fit ad effectum punitionis,ſed ad fidem rei teſtificatę,ꝙ not. Salerni die 13. Iulij.1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXIIII.

ITem,quod elapſo termino dato ad dictam repulſam,infra quatuor dies,petatur,& fiat publicatio dictę repulſæ,& ſi peteretur poſt dictam publicationem, repulſa repulſæ cōcedatur vtriq; parti per dationem vnius termini infra ſex tantum dies numerandos à die aſſignatæ copiæ dictę repulſæ,& petatur,vt fiat publicatio, vt ſupra,& ſi infra datum terminum,non fuerit petita ipſa publicatio, habeatur pro publicato, vt ſupra, quod ſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Practica repulſandi teſtes quomodo in Regno hodie ſit ſublata,& inducta.*
2 *Publicationes teſtium quomodo fiant in Regno.*

1 QVoniam † nedum repulſæ teſtium, verum etiam & repulſa repulſę cōceditur à iure,Rit.iſte ponit practicam ad ipſam petendā,& faciendā,vt clarè patet ex eo, quia facilis eſt, hodie iſta practica correcta eſt per prag.Curiæ dilationū,ſub tit.de ord.iud.vbi habetur,ꝙ elapſo termino cōceſſo ad repulſam,ipſo iure intelligitur facta publicatio cū termino dierum octo ad percunctandū proceſſum,quibus elapſis,ſi ſequēti die fuerit petita repulſa repulſæ, intelligitur cōceſſa ipſo iure cū medietate termini dati in repulſa,ſed in practica,vt dixi in Rit.præced. in fi.1.not. aliter ſeruatur, tum circa præfatorū terminorū
2 obſeruantiam, † tum etiam quia publicationes omnes fiūt mediantibus interloquutionibus,ſeu decretis iudicum, & non aliter, & procuratores ſemper per eorum comparitiones proteſtantur,ꝙ terminus nō currat circa repulſam, & habita copia repulſæ,& proteſtantur de repulſa repulſæ,adeo quod omnes termini ſunt longiores, quam à dicta prag.ſtatuantur, & ita ſeruatur. Salerni die 13. Iulij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXV.

ITem facta publicatione dictę repulſę, & omnium actitatorum prędictorum in dicta cau-
a ſa, ita ꝙ nil reſtet fiendum, fiat concluſio *a* infra quatuor dies numerandos a die factę publicationis, detur terminus procuratoribus dictæ cauſę, ꝙ producāt in dicta cauſa allegationes in ſcriptis cū rubricis aſſumptis breuius (vt melius poteſt) infra quindecim dies,numerandos à die factę cōcluſionis,& alias ad arbitrium iudicum, conſiderata qualitate,& natura cauſę, quo termino elapſo,ſiue fuerunt pręſentatę ipſę allegationes, ſiue non, iudices dictæ Curię procedant ad diffinitiuam ſententiam ferendam, breuius quam potuerint,iuxta naturam cauſę prędictæ.

ADDITIO.

a Concluſio. Et ꝙ cōcluſio poſſit fieri altera parte inuita, vide Guid.Pap.q.587. Quid autē ſi facta fuerit ſaluo iure producendi,&c. & altera pars producat,ac petat reſponderi vtrū ſit audienda.vide Cappel.Thol.deciſ.14.Et quod poſt concluſum in cauſa non poſſint produci inſtrumenta, niſi in ſex caſibus, vide Cappell.Tholoſ. deciſ.146. & ibi Aufrer.in addit. In Regno autem, de ſtylo Sacri Conſilij poſſunt ſemper produci antequā fuerit cauſa introducta: & vide omnino Guid.Pap.q.201. vbi in fine inquit, quod in cauſis criminalinus non fit concluſio. C. P.

SVMMARIVM.

1 *In cauſis ſummarijs non requiritur concluſio.*
2 *Concluſio omiſſa, non vitiat proceſſum.*
3 *Concluſionis diffinitio, atque effectus diuerſi.*
4 *Concluſione facta terminus datur ad iurium allegationes producendum, ipſarum que effectus.*
5 *Allegationes iurium an poſt concluſum in cauſa concedantur?*
6 *Iudex aduocatorum negligentiam in iure, & in facto ſupplere tenetur,& num.ſeq.*
7 *Iudex ordinarius, delegatus, & arbiter de cauſa informatus, motiua,& dubia facere debet.*
8 *Arbitria ad iudiciorum inſtar redacta ſunt.*
9 *Dictio vt, neceſſitatem importat.*

10 Quic-

Digitized by Google

10 *Quicquid iudici permittitur, non iuris neceſſitati ſubijcitur.*
11 *Allegare quid ſit.*
12 *Iudices ſuper facto prius informandi, quia ex facto ius oritur.*
13 *Aduocato licet mentem & ſenſum legis tantū allegare.*
14 *Iudices quandoque per rationem parum, aut nihil ad cauſam facientem mouentur, propterea leuiora motiua allegantur.*

NOta primo, ꝙ facta publicatione in repulſa repulſæ, & omnibus alijs actis, taliter ꝙ nihil reſtet agendū, infra quatuor dies à die publicationis, debet fieri cōcluſio in cauſa. Hodie per Regiam prag.curſu dilationū, ſub tit. de ord.iudic.aliter eſt ſtatutum, quia facta publicatione in repulſa repulſæ, ſtatuuntur quatuor dies vtiles ad producendum ſcripturas, & cautelas, contra quas ſi aliquid eſt probandum, datur terminus arbitrio iudicis, & caſu quo repulſa, aut repulſa repulſæ non eſt petita, terminus ad producendum ſcripturas currit à die primæ publicationis factæ in teſtibus examinatis in cauſa principali, quo termino elapſo, cauſa habetur pro concluſa. Sed in practica, vt dixi in Rit. præcedenti, non multum attendimus d.prag. circa terminos ibi ſtatutos, & concluſiones, quæ fiunt in cauſis non intelliguntur factæ, niſi per decretū iudicis fiāt, ſicq; fieri per decreta ſpecialia ſeruant omnes Curiæ Re-
1 gni, intantum quod † licet dicatur, ꝙ in cauſis ſummarijs, (vt ſunt omnes cauſæ huius Regni, per c.deteſtantes, infra in Rit.288.) non requiritur concluſio per clem.ſæpe, §.& quia, de verb.ſignif. vt firmat Io.And.in addit.Spec.de renuncia.& concl.in princ. Afflict.deciſ.272.nu.4. Maran.in pract.par.4.diſt.9.nu.23.& parte 6.actu 15.nu.9. in noui. tamen ex cōi obſeruantia, conſuetud.ne, & ſtylo fiunt con-
2 cluſiones in cauſis: † fateor tamen, ꝙ cum concluſio non ſit de ſubſtantia, ſed potius ex conſuetudine, omiſſa, non vitiaret proceſſum, vt dicunt Abb.& Fely.in c.cum I.& A. de re iud.& Card.in d.clem.ſæpe, §.& quia, vbi etiā in iudicijs ordinarijs id dicunt procedere, & ſequitur Marant. in proxime cit.loc.ſicut etiā diximus in publicationis omiſ-
3 ſione ſupra Rit.72.q.3. † Eſt autem concluſio de qua loquimur, renunciatio quæ fit omnibus alijs probationibus, vt probat tex.in c.paſtoralis, de cau.poſſ. de procur. c.auditis, & firmat glo.in c.cum dilectus, in verſ.concluſum, de fide inſtr.intantum ꝙ dicitur claudere os partibus, d.cap. auditis, nedum ad examinandum de nouo, verum etiam ad repetendum alias examinatos, vt dicit Capyc.deciſ.35. in fin. & referendo ſequitur Gramm.deciſ.28.num.61.
4 ¶ † Secundo not.ibi, detur terminus, ꝙ facta concluſione, debet dari terminus dierum quindecim, vel plurium, arbitrio iudicis, attenta natura cauſæ, ad producendū in cauſa allegationes iurium, pro quo habes tex.in Auth.iubemus, C.de iud.ratio eſt, ſecūdum Bal.ibi in 1.not.quia per allegationes animus iudicantis ad cognoſcendā iuris veritatē aduocatur, & informatur, & ideo tex.in l.iudicis, eod.tit. dicit, ꝙ intereſt litigantium dare iſtas allegationes in ſcriptis, & illud intātum eſt verum, quod minor reſtituitur ad allegandum, l.minor 25.annorum omiſſam, ff.de minorib.
5 † & ex hoc Ritu collige, ꝙ etiam poſt cōcluſionem cauſæ poſſunt fieri iurium allegationes. contra hoc eſt gl.in d.c. dilectus, de fide inſtr. quæ dicit, ꝙ concluſio eſt renūciatio allegationū, & omnium probationum, quod ibi firmat clarius Inn.nu.1.dicēs, quod nec in facto, nec in iure quicquā dici poteſt.quid dicendum? Bal.in auth.iubemus, verſ.item adde, nu.8.C.de iud.dicit, ꝙ allegationes iuriū ſimpliciter quoad iudicem etiā poſt cōcluſionem cauſę, fieri poſſunt, per tex.in l.quamuis indubitati. C.de adult.c.cum Ioānes eremita, de fide inſtr.& in Auth.vt cum, de appell.cogno. in princ. Allegationes vero, vt tranſeant in acta iudiciaria, & in eis connumerentur, & præſententur, iuxta c.dudum, lo 1.de elect. & ea quæ firmat Specul.de diſput.§.porro, nu.1.poſt concluſionē fieri non poſſunt, vt dicebat gloſ.& Inn. Huic tamen diſtinct.obſtat tex.iſtius Rit. in illis verbis, quod producāt in cauſa allegationes, per quæ videtur loqui in allegationibus faciendis, vt tranſeant in acta cauſæ, ſed poteſt reſpōderi, quod licet dicat illa verba de productione, tñ non aperit, ſi loquitur de productione facienda penes acta: & ideo cū generaliter loquatur, debemus intelligere de allegationibus producendis in cauſa quoad iudicem, quia quoad acta intelligi non poteſt, ex quo concluſa cauſa ſcripturæ non recipiuntur, d.c.cum dilectus, vt infra latius dico in Rit.235. Diſpoſitio iſtius Rit.ſeruatur in aliquibus Curijs, & in eis vidi peti, & concedi terminū ad allegandum in iure etiam poſt concluſum in cauſa. In Magna Curia, & Audientia Principatus citra, nō vidi peti talem terminum in ſcriptis, ſed oretenus per aduocatos, & concedi. Ego tamen ſemel in Audientia præfata petij in ſcriptis, & fuit mihi datus quatuor dierum. Scias tñ quoad id, quod diximus de dictis allegationibus in actis præſentandis, quod ex maiori omnium Curiarum obſeruātia practicatur allegationes dari ad manicā iudicis, immo rogari, quod parti aduerſę nō notificet, qui ſi alias ageret, probris dignus cenſendus eſſet, & non ſine infamia euaderet: licet in aliquibus terris in quibus ignorātia plurimum poteſt, quam iura, allegationes in actis præſententur, vt vidi in multis proceſſibus cauſarum appellatarum ad Magnam Curiam, & Regiam Audientiam Principatus citra.

¶ Tertio not.ibi, quo termino elapſo, quod finito termino dato ad allegandum in iure, ſiue dentur allegationes, ſiue non, iudex debet procedere ad expeditionem cauſę quam
6 breuius fieri poteſt, iuxta naturam cauſæ, † intellige ſupplendo quod ab aduocatis eſt omiſſum, vel minus dictum in iure, per tit.C.vt quæ deſunt aduoc.iudex ſuppl.& cap. bone, lo 1.de poſtul.debet enim iudex allegatis per ambas partes reſpondere, & pro vtraque parte plenius allegare, & alia iura inducere, vt dicit Spec.de diſput.& alleg.§.ſatis, nu.2. & ordine rerum plena inquiſitione diſcutere, replicando, & arguendo, ac inducendo ad ſimilia, & ad inconueniens, vt dicit glo in l.1.in fi.C.vt quæ deſunt aduoc. donec ad rei veritatē perueniat, vt dicit tex.in c.iudicantem, circa fin.30.q.5. Et ideo male faciunt aliqui Iudices, qui cū aduocatis informāt, ſilent, ac ſi in vtramque aurem dormirent. Sed vereor, ꝙ eorum nimia ignorantia, taciturnitatis ſit cauſa: & licet aliquibus aduocatis hoc placeat, quia ſi in cauſa non dubitetur, eſt bonum ſignū: mihi nunquam placuit, ex quo ſi nihil replicant, etiā nihil intel-
7 lexerunt: † & ideo ſemper optaui quod iudex faceret dubia, & motiua in cauſis. Item poteſt etiam in facto ſupplere, ſi tamen illud ſibi, vt iudici notum eſt, ſecundum Glo. in d.l.1.& Spec.in loco præalleg. nu.3. in fi. vbi ita intelligit lege cū Geminiano.C.de tranſact.& l.is apud quem, C.de eden. & hoc facere poteſt nedum iudex ordinarius, verum etiam delegatus, licet aliqui contradixiſſent, ſecundum Spec.ibidem ver. ſed quis nu.8. & propterea etiā arbiter ſecundum eum nu.6.per l.Pomponius, §.recepiſſe, ff.
8 de arb. † & quia arbitraria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, l.1.ff.de arbi.& l. rem non nouam, C.de iud. & tam ante litem conteſtatam, quàm poſt, arg.l.vbicunque, ff.de interrog.act.c.iudicantē, 30.q.5.& c.inter dilectos, prope fin.extra de fide inſtr.& nō ſolum poteſt ſupplere in iure,
9 & in facto, vt dixi, verum etiā ad id tenetur, † quia illa dictio (vt) poſita in rubrica præalleg. C.vt quæ deſunt aduo. importat neceſsitatem, ſecundum eundē Spec. num.14. & pro hoc facit rubrica, ff.in ius voca.vt eant.C.vt digni.ordo ſerue. C.vt cauſæ poſt puber.adſit tutor.C.vt intra certēpus in auth.vt præpona.nomen Imperat. extra vt lit.non conteſta.& vt Eccle.benefi.illud tamen intelligo, vt ſuppleat in deciſione cauſæ, nam licet in iure, vel in facto aduocati omittant, iudex nō propterea deſinet ſupplere, ſtudendo in iure, & in facto, cū alias non poſſet ſine conſcientiæ periculo ſentētiare. Non autem intelligo, quòd teneatur ſupplere in præſentia partium, vel aduocatorum, quia
10 ſi id nolit, non cogitur, † & ita procedet, quod Spec. ibi dicit, ꝙ non quicquid iudici permittitur, iuris neceſſitati ſubijcitur, l.non quicquid, ff.de iud.& l.1. C.quomodo, &

Digitized by Google

11 quando iudex. ¶ † Vnum tamen moneo aduocatos practicantes, ꝙ cum allegare, ſecundum Spec. in tit. præalleg. §.1. ſit intentionẽ ſuam per probationes in iudicium deductas oſtendere, & eam poſtea iuribus aſſeuerare, c. aliorũ,
12 9.q.3.& c. conuenior, verſ. allegatur, 23.q.ſi.† prius informent iudices ſuper facto, vt illud bene percipiant, & demum ſuper iuribus, quia ex facto ius oritur, l. ſi ex plagis, §. in cliuo capitolino, iũcta gl. in verſ. in cauſa, ff. ad l. Aquiliam, & nõ econuerſo faciant, & prius leges allegent, cum factum penitus ignoretur, ſicut quidam aduocati faciunt. Item & aliud moneo, ꝙ raro leges allegẽt oretenus, quia, vt dicit Spec. in tit. præalleg. porro, num.3. verſ. in ſumma,
13 † ſufficit aduocato ſenſum, & mentem legis dicere, dicendo, ita eſt, vel non eſt de iure, quia ſi iudex neſciat, interrogabit eum vbi hoc in iure cauetur, & ſi nõ interrogauerit & punctus eſſet dubius, poterit in ſcriptis allegare, & ſic melius ſe informabit: & ideo in ciuitate Neap. vbi ſunt eximij aduocati, nunquam cũ iudices informant, leges aliquas allegant, ſed vel factum, aut iuris ſenſum, & poſtmodum ſcriptas allegationes mittunt. Item & tertio, moneo, quod faciant ſicut tradidit D. Ant. de Butr. in c. per tuas, qui fil. ſint legit. & poſt eum Affl. in conſtitut. Regni hac edictali,
14 q.2.nu.3.† quando habent bonam cauſam, allegent motiua bona, & inſufficientia, & quæ minus faciunt ad cauſam, quia iudices quandoque mouentur ad ſententiandum per rationem, quæ parum, aut nihil facit: quia variæ ſunt hominum opiniones, l. non cogendum, §. principaliter, ff. de arb. & no. Gloſ. in c. ſicut, de conſecr. diſt.4. Salerni die 5. Iunij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXVI.

ITem, quod quandocunque de ſero proponerentur aliquę cauſę, ſiue fiſcales, ſiue priuatorum, in quibus requirerentur diſputationes, ſiue allegationes, quod transferantur in ſequentem diem de mane.

DIximus ſupra Rit. 13. quod Magna Curia tribus vicibus in hebdomada de ſero regit Curiam pro tribunali per Dominum Regentem ipſius cum duobus iudicibus, ſed quia multoties euenit, ꝙ curia ſedente, incidunt aliquæ difficultates, quæ ſic in promptu decidi, & determinari non poſſunt, quia requirunt Magnam forte diſputationem, ſiue allegationem in facto forte, vel in iure, ne ſit neceſſe expectari pro eis decidendis, donec alia regatur curia, ordinat iſte Ritus, quod quandocunq; euenerit illud tales quæſtiones transferantur in ſequentem diem de mane. Diſpoſitio iſta eſt in viridi obſeruantia, verum iudices non dicunt ſequenti die, nec de mane, ſed ſolum extra bancam prouidebitur, & quandoque prouiſio transfertur in ſequentem diem, & quãdoque in vlteriorem, prout à partibus fuerit inſtatum. Nuper tamen per Illuſtriſs. Dominum Ducem de Alcala huius Regni Viceregem in ſuis nouiſſimis pragm. in * pragm.9.§. item vogliamo, lo 1. de officio magiſtr. iuſtit. prouiſum eſt, quòd ſi huiuſmodi difficultates contigerint circa liquidationes inſtrumentorum, non differantur in vlteriorem diem, quam in ſequentem. Salerni die 20. Iunij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXVII.

ITtem quod quolibet ſero poſtquam aduocati compleuerint propoſitiones eorum, audiantur procuratores ad actus, per eos faciendos in cauſis.

TEmpore iſtorum Rituũ Magna Curia non vtebatur ordine, quod hodie vtitur, videlicet, circa expeditionem cauſarum morari in vna aula Dominum Regentem cum iudicibus criminalibus, & in alia aula iudices ciuiles, vocando aduocatos (qui foris ſedent expectando) quemlibet in ſua cauſa, cum eis opus eſt, & circa actus contumaciarum, & alios actus ſolutos fieri Curia pro tribunali ſedente, habere tribunal ſeparatum in eodem palatio, vbi curia regitur, vt dixi ſupra Rit. 13. ſed, vt arbitror (omni die de ſero) regebat Curiam pro tribunali, vocando contumaces, facendo publicationes in cauſis, concedendo repulſas, faciendo concluſiones, & alia occurrentia, & etiam expediendo proceſſus. & audiendo aduocatos proponentes cauſas, adeoque confuſe iſta faciebat, & tractabat, quo ſtante, ordinat iſte Rit. quòd quolibet ſero primo audiantur aduocati in propoſitionibus cauſarum, & eis completis, procuratores ad dictos actus per eos faciendos in cauſis, quia hi actus ad ipſos procuratores ſpectant, non autẽ ad aduocatos, vt dicit Rit. infra 100. vbi dixi, ſed quia vt proxime dixi, & etiam dicam infra d. Rit. 100. hodie Magna Curia expeditiones cauſarum nõ tractat curia ſedente pro tribunali, ſequitur conſequenter, quòd iſte Rit. non eſt neceſſarius obſeruari, quia aduocati raro accedunt ad locum, vbi curia regitur, ſed ibi tantum aſtant omnes procuratores qui pro his quæ curia ſedente contingunt, ſunt ſatis idonei, & experti. Bene tamen iſte Rit. poterit obſeruari, & practicari in curijs inferioribus regni, in quibus tribus vicibus in hebdomada regitur curia pro contumacibus accuſandis, & vocandis, & etiam expediendis cauſis, & ideo notent hunc Rit. officiales inferiores regni, qui curia ſedente, expediunt proceſſus, ſeu cauſas, & primo audiant aduocatos pro cauſis, demum eis completis, audiant procuratores pro actibus per eos faciendis, tam in defenſionem eorum, qui vocantur vti contumaces, quam in defenſionem quarumcunque cauſarum pro actis faciendis in eis. Salerni die 21. Iulij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXVIII.

ITem, quod cum datur terminus ad probandum, & ponendum in vltimo die ipſius termini, vel ſequenti ad plus, petatur terminus ad examinari faciendum pro parte actrice, vel conuenta, ſi teſtes iurati non examinati tunc eſſent, alias de cætero dictus terminus ad examinari faciendum, peti non poteſt, nec conceditur, quod obtinet locum tam in cauſis principalibus, quam in appellationibus. Qui terminus ad examinari faciendum in ſupraſcripto termino, & tempore, peti poteſt, & conceditur in banca, & extra bancam die feriata, vel non feriata, de conſcientia tamen duorum iudicum.

QVoniam ſupra in Rit. 69. in 3. not. dictum fuit, quod teſtes producti in cauſa debent iurare, & examinari infra terminum datum ad probandum, alias etiam iurati infra terminum eo tranſacto, nõ recipiuntur: iſte Rit. ponit vnam limitationem ad illum, quæ eſt quod ſi in vltimo die termini, vel ſequenti petetur terminus ad examinandũ teſtes iuratos infra terminum, talis terminus conceditur tam actori, quam reo, alias poſtmodum ad petendum dictum terminum non auditur petens, & hoc locũ habet (vt hic dicitur) tam in cauſa principali, quam appellationis, item concedi poteſt in banca, & extra bancam, ideſt curia pro tribunali ſedente, vel non, tam die feriata, quam non, dummodo duo iudices ipſius hoc faciant. Diſpoſitio iſtius Ritus non ſeruatur, quia teſtes iurati infra terminum examinantur extra terminum, vt ſupra dixi d. Rit. 69. adeo, ꝙ non eſt opus petere terminum vltima die, vel ſequenti ad eos examinandum. video tamen multoties ſeruari, quòd aliqua partium infra terminũ, etiam vltima die proteſtatur, ꝙ propter abſentiam, vel infirmitatem iudicis, vel actuarij, vel alterius impedimenti, puta nonnullorum dierum feſtiuorum, qui in termino inciderunt, non potuit examinare, propter quod proteſtatur, quod terminus

Digitized by Google

nus non currat,immo ſibi prorogetur,ſolet ex cauſis prædictis,vel alijs,aut altera earum, prorogari terminus datus ad examinandum etiam teſtes non iuratos infra primum terminum,& hoc fit ab vno iudice tantum,tamen die non feriata, & in Magna Curia,& Regia Audientia Principatus citra extra bancam,in alijs vero curijs inferioribus, vt plurimum fit,curia ſedente,& aliquando etiam extra bancam:& ego Salerni cum ibi eſſem iudex, pluries vtroque modo ſeruaui, & quando non eſſet talis proteſtatio facta in termino, conſueuit concedi ſecunda dilatio ſine cauſæ cognitione,vt d.Rit.dixi,in 1.q. Salerni die 23.Iulij 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXIX.

ITem, quòd quandocunque partes principales actorum,& conuentorum citantur, & requiruntur tanquam legaliores, & ſcientes exinde melius veritatem, reſpondeant ſuper articulis, exceptionibus, & quibuſcunq; alijs poſitionibus tangentibus proprium factum, reſponſiones ipſæ fiant ſtatim per ipſas principales perſonas ſine conſilio procuratorum,& aduocatorum in ſecreto,& ſub ſilentio coram iudicibus dictę curię,vel eis, aut ei,quibus, ſeu cui cauſa eſt commiſſa, & reſponſiones ipſarum partium per eoſdem iudices, ſeu commiſſarios in ſcriptis redigi mandantur. Quod habeat locum tam in cauſis ciuilibus, quam in criminalibus, tam principalibus,quam appellationibus abſque tamen periculo pœnę va-
a rietatis,& periurij. a

ADDITIO.

a Et periurij. Adde,quod ex hoc Ritu probatur, principalem impune facti veritatem negare poſſe, iuxta tamen formam Rit.prag.quinta die,§.per verbum credo, vel nõ credo. Nec mirum,cùm nec ob comminationem excõmunicationis veritatem reuelare teneatur, immo nec procuratores,& aduocati,vt per Neguſan. in Sylua nup. intelligendo ſanè in foro fori, non in foro poli cum contempta religio Deum habeant vltorem, l.2.C.de reb.credi. Imo iure ciuili,non ſolum nõ debet cuiquam negatio eſſe proficua,l.illud.§.pen.ff.de tribut.ac argu.5.ex eo de reg.iur. in 6.Sed nec debet eſſe impunita licentia mentiendi, l fin. C.de calum. Vnde conuentus noxal.ac. ſi negauerit ſuum eſſe ſeruum,de mendacio conuictus,præcisè tenetur,l.ſed alio,§.ſi abſens,ff.ſi ex noxal. cauſ. agat. cum negans in ea cauſa ſit,vt inſolidum conueniatur,l.de ætate,§.qui tacuit, ff.de interr.act inficians lege Aquilia tenetur in duplũ.l.2. ff.ad l.Aquil.inde neratius, §.hæc verba,ff.eod. lege cõtra negantem,C.eodem lege cum qui in principio, ff.de iureiurando,l.ea quæ,de condictio.indeb.§.fin. inſtitut.de ob. quæ ex quaſi cõtrac.naſ. Negans propriam ſcripturam vel numerationem, conuictus condemnatur in duplum Aut. contra qui propriam,& in corpore vnde ſumitur,C.de nõ numer.pec.niſi iurando confiteatur,vt ibi dicitur, non tamen ſi eſſet ſcriptura publica, vt ibidem inquit gl. Per reſpõſoriam autem prag. ſolitam per Comitem Oliuarie die 31.Auguſti 1598.fuit prouiſum,ꝙ negantes in iudicio apocas banci,cambij,vel priuatas,vel earũ ſubſcriptiones,vel publicorum notariorum,aut priuatarum perſonarum,cõuicti,ac condemnati ſol.pro pœna reſponſorio fiſco, pro ſingulis ducatis centum,ducatos decem,pro apocis,ſ.banci,& cãbij, pro ſcripturis verò priuatis ducatos quinque. Inficians legatum factum pijs locis,tenetur ad duplum, §.fin.inſt.de oblig.quæ ex quaſi contract.naſc.§.fin.inſt.de fideicom.hær.Et quæ per inficiationem creſcunt etiam ab ignorante, indebitè ſoluta,non repetuntur, d. l. ea quæ, C.de cond.indeb.& d.§.fin.Mentiens ſe patrem fam.inſolidum tenet. l.4.§.interdum,ff.quod cum eo,qui,&c. & ſi facere non poſſit, conuenitur ob mendacium, l.eum qui, eod.tit.l.qui cum ſe.ff.de re iud. l.1.C.ad Maced.toto tit. C.ſi maior ſe min dix. Negans numerationem,non poteſt poſtea probare ſolutionem,§.ſi quis aut.de trien.& ſemiſ. Negans res eſſe eius,cuius dicebat actor, ſi poſtea cõfiteatur, & alleget pignus, vel aliam exceptionem, prius rei, poſſeſſione priuabitur,deinde audietur,§.illud,lo 2.eo.tit. Negans ſe poſſidere,ſi conuincitur, amittit poſſeſſionem, l.fin.vbi gl.ff.de rei vendic.Negans ſe habere tutorem,punitur, l.quid enim, ff.de dolo l.quicunque,§.fin.cum gloſ. ff.de public.in rem act. Negans ſe ſocium,non poteſt prętendere, vt non teneatur niſi inquantum facere poteſt, l.ſi vnus,§.fin.pro ſocio.l.ſed hoc ita.ff.de re iud. Inficiantibus fideiuſſoribus,auxilium diuiſionis non eſt indulgendũ, l.ſi dubitet,§.ita demum, ff.de fideiuſſor. Inficiatio autem reuocari poteſt ante litem conteſtatam,vel poſt,ſi ætas inficiantis ea ſit,vt ignoſci ſibi debeat,l.elutio.§.neque,ff.de noxal.ac. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Differentia quæ ſit inter poſitiones, & articulos. Aliquando confunduntur, ibidem.*
2 *Principales examinandi in quibus caſibus articulis, ſeu poſitionibus alienum factum continentibus reſpondere non tenentur.*
3 *Principales examinandi ſuper articulis, num cum aduocati, vel procuratoris conſilio deponant, vel non?*
4 *Principalis ſi multum ſimplex eſſet, & facilè in reſpondendo deciperetur, nunquid pro eo reſpondeat eius aduocatus.*
5 *Vniuerſitas, infans, demens, furioſus, & minor per aliũ reſpondere poſſunt.*
6 *Reſponſiones principalium in fine cuiuſque articuli in ſcriptis redigenda.*
7 *Principales deponentes in ciuilibus, & criminalibus, quando pœnam varietatis, & periurij incurrant.*
8 *Pœna appellatio corporalem continet.*
9 *Principales examinandi, an petere poſſint articulorum copiam, ante, & poſt eorum examen?*
10 *Dicens ſe ſuper impertinentibus examinatum, auditur.*
11 *Copia articulorum in Sacro Regio Conſilio ante cauſa publicationem, non datur.*
12 *Stylus Sacri Regij Conſilij in Regno pro lege ſeruãdus.*
13 *Iudices id tantum agent, vt res ſine ſuſpitione agantur.*
14 *Tortura non infertur principali ratione varietatis, ſecus in teſte.*

NOta primo ex hoc Ritu, quòd quandocunque principales litigantes ſunt requiſiti, ad ſeipſos examinandum, tanquam principales melius ſcientes veritatem, tenẽtur reſpõdere,videlicet reus articulis actoris,& actor exceptionibus rei, prout dixi ſupra Rit.70.in princ.ponẽdo differentiam inter articulos, & exceptiones: & quia vltra articulos,& exceptiones,reperiuntur etiam poſitiones, dicitur in hoc tex. ꝙ etiam poſitionibus tenentur re-
1 ſpondere. † Differt autem poſitio ab articulo,ſecundũ gl. in cap.1.in verſ.ſtatuimus, in fi.verſ.de confeſſo.in ſexto, quia qui ponit,fateri videtur: is verò qui articulat,non fatetur, vt dicit Io.And.in cap.fin.de iureiur.in ſexto, Ant. de Butr.in cap.quoniam contra, col.1.de probat.& Alex. conſ.80.ver.præterea,nu.10.vol.2.item & in alio,ſecundũ Bald.in c.per tuas,extra de teſti.& atteſt.quia articuli ſunt illi, ſuper quibus ſunt examinandi teſtes,& poſitiones ſuper quibus ſunt examinandi principales, licet ex cõi vſu loquendi,cõfuſa ſint iſta nomina de articulis,& exceptionibus,vt d.Rit.70.diximus, & etiã de poſitionibus,eo quia in articulis, & exceptionibus communiter dicimus, item excipiendo ſe pone,& vuole prouare: & quando non eſt

opus

Digitized by Google

opus dicere excipiendo,dicitur ſolum,item pone,& vuole prouare, adeo quod non eſt dare hodie pro vero, quod in articulis quis non dicatur fari, vt ſupra dicebamus.

2 ¶ † Secundo not.ibi, tangētibus propriū factum à contrario ſenſu iſtius Rit. ꝙ principales examinandi nō tenentur reſpondere articulis, ſeu poſitionibus continentibus factū alienum, ad idē tex.in l.fin.ff.pro ſuo,& Io. And.in c.1.de confeſſ.in 6.& ratione probatur,quia poſtquā ſunt examinandi, eo ꝙ vti principales præſumūtur melius informati de veritate,vt hic dicitur,in facto alieno talis præſumptio ceſſat,niſi eſſet tale factū alienū,in quo deliberando,poſsit dare certam opin. & reſponſionem: quā tunc daretur ſibi terminus ad deliberandū, & cogeretur reſpōdere,vt dicit Bald.in l.2. §.quod obſeruaui. nu.16. C.de iuram.calum. per not.in l.qui interrogationi.ff.de interrog.actio. & hic eſt vnus caſus, in quo principalis non tenetur reſpondere. ¶ Secundus caſus eſt,quando articulus eſſet duplicatus, vt ſolent multoties aliqui facere,ad finem potius inuoluendi principalē, ſecundum Spec.in tit.depoſitio.§.ſeptimo videndū,nu.1.& Bal.ibid.ver.item ſunt,nu.20.per gl.in c.2. in verſ.abſque rationabili,de cōfe.in 6. Tertius caſus eſt, quando eſſet captioſus,vel multiplex,ſeu non ſimplex, ſm gl.d.c.2.Spec.vbi ſupra,nu.21.& prag.quinta die,in princ. ſub tit.de ord.iud. Quarto non tenetur principalis reſpōdere,cum articulus eſt iuris, vt puta,ꝙ potuit,vel non potuit facere teſtamentū, ſecūdum eand.Gl.in d.c.Spe.in tit. prælleg.§.7.nu.29.& Bald.in d.§ quod obſeruari,nu.17. allegat tex.in l.ornamentorum,ff.de aur.& arg.leg. & habes expreſſum in d.prag.quinta die.Quinto non eſt reſpōdendū articulo incerto, vel generali, vt dicit gl.in d.cap. Spec.vbi ſupra,nu.25.& Bal.in d.§.num.13. per rationem quā allegat. Sextus caſus eſt,cū articulus dependet ab alio negato,ſm gl.ibid.circa princ.Bal.in l.1.C.de confeſſ.& d. §.quod obſeruari,nu.15.ratio eſt,vt ipſe dicit ibid.& Spe. in loc.prælleg.nu.34.verſ.15.quia quodammodo dicitur eſſe reſponſum. Septimus caſus eſt,cum articulus poneret aliquā negatiuā,quę probari non poteſt,vt dicit gl.eo.c.fi. in verſ.negatiuam, & Bal.in allegato §.nu.18.quia ſi eſſet negatiua probabilis, tunc bene teneretur reſpondere per tex.d.c.fin.qui hoc expreſsè decidit. Octauo non tenetur quis reſpondere articulo crimnoſo,vt dicit Inn.in c.dudū, de elect.Spec.in tit.depoſitio.§.ſeptimo videndū,verſ.19. nu.40.& Bal.in d.§.quod obſeruari,nu.23. niſi in certis caſibus, quos latè ponit idem Specul.ibid. & inſuper in alijs quāpluribus caſibus non obligatur principalis reſpōdere, quos Spec.in prælleg.loc.latiſsime ponit,& Bar.in l.ma-

3 nifeſtè,ff.de iureiur. ¶ † Tertio not. ibi,ſine conſ. ꝙ principales examinandi ſuper articulis, debent deponere ſine cōſ.aduocati,& procuratoris ſub ſilentio, & ſecreto corā iudice,vel eo cui cauſa cōmiſſa eſſet, ſtatim,ideſt ſine temporis interuallo, vt dictat Regia prag.quinta die, de ord. iud.quę idem diſponit,ſed de iure cōmuni,& conſt.Regni aliter ſtatutū erat, & principalis examinandus poterat petere tempus ad reſpondendum,habito conſilio cū aduocato,vt dicitur in l ſi poſtulauerit,§.quæſt.ff.de adulter. & in conſtit.Regni partes,vbi hoc not.Affl.in 2.not.nu.8.immo ſecundū Bar.in d.§ quæſtione,aduocatus debebat eſſe præ-

4 ſens in examine ſui principalis,† & quādo clientulus eſſet

a multū ſimplex, qui poſſet decipi in reſpondendo, a poſſet etiā aduocatus pro eo reſpondere,ſi iudex vellet,vt dicunt Hoſt.& Imo.in c.dilecti,de iud.& Abb.in c.paſtoralis,eo. tit.Iſer.& Affl.in d.conſt.partes. In practica ſeruamus hūc Rit.& d.prag.quæ expreſsè tollūt præfata, & ſine conſilio procuratoris,& aduocati examinantur principales, per ſe ipſos,vt hic dicitur,adeo ꝙ ceſſat,quod de reſponſione facienda per aduocatum concedebatur aliquando, & ſtatim abſque temporis interuallo,intantum ꝙ non poteſt petere terminū ad conſulendū aduocatum, & ita quotidie obſer-

5 uatur. † Limita hunc Rit.in vniuerſitate,quæ poteſt per aliū reſpondere,licet non per aduocatū,vt dicunt Gloſ.& Abb.in d.c.paſtoralis,& Affl.in proximè cit.loc. Secundo limita in infante,demente,aut furioſo,qui nō poterunt etiā per eorū tutores,& curatores reſpōdere,quia quod videt, ignorant, per ea quæ in ſimili in iuramento veritatis notat Bar.in l.2.§.quod obſeruari,nu.10.& 11.C.de iura.calum.

* * & firmat in ſpecie Rebuff in tract.de reſpon.per cred.in princ.nu.7.Tertio limita in mi ore,qui licet poſſit reſpondere per verbum credit, et non credit, tū id debet facere cū authoritate ſui tutoris aut curatoris,vt dicit Bar.in l.cer-

* tū,§.in pupillo,nu.2.ff.de cōfeſſ.* & Rebuf.loco prælleg.

6 † Quarto nota ibi,& reſpōſiones,ꝙ reſponſiones principalium ſuper articulis, debent in ſcriptis redigi (& vt dicit Rit.70.)in fine vniuſcuiuſque articuli:licet hodie aliter ſeruetur,vt ibi dixi in 4.not. ¶ Quinto nota ibi,quod habeat, ꝙ diſpoſitio iſtius Rit vendicat ſibi locū in cauſis ciuilibus,

7 & criminalibus in prima,& ſecūda inſtātia. ¶ † Sexto nota in fine Rit.ibi, abſque tū quod principales deponentes ſuper articulis,& poſitionibus in ciuilibus,& criminalibus nō incurrunt periculū pœnę varietatis,& periurij.Intelligendo quoad pœnā ordinariam periurij ſtatutā per conſt. Reg. eos,quæ eſt pœna manus,vt dicit Io.de Amic.conſ. 109.nu.27.in fi.nō autem quoad extraordinariam,quia ex quo periurio offenditur et diuina Maieſtas, l.2.C.de reb. cred.ob talem contemptū poterit principalis extra ordinē

8 puniri. Nec obſtat diſpoſitio iſtius Rit. † quia appellatio pœnæ,de corporali intelligitur, vt dicit Abb.in cap.inter alia,col.2.verſ.ex hoc,de immun.eccl.& Card.in clem.2. §.1.de hære.& quod pro iſto periurio in cōtemptū diuinę Maieſtatis, poſſit pœna extraordinaria imponi, allegatur cōmuniter Ang.in auth.Sceni.non ſolum, in princ. & alij nōnulli,quos citat Affl.in d.conſt. eos,in rub.& in c.1.§.fi. in 4.no.q.1.de conſue.rect.feu. vbi hunc Rit.ita intelligit, vt latius dixi in prag.filiorumfa.§.fi.nu.5.tit.de Senatuſcō. Maced.vbi hunc Rit.allegaui,& taliter intellexi,licet Caueſ. hic aliter ſentire videatur, & malè, per præfata, vt etiā nouiſſimè,& poſt hæc ſcripta reperi tenere Pet.Foll. in pract.cenſua.in ver.Nicolaus,nu.86.circa fin. quamuis is nō loquatur in ſpecie de principali. Aduerte tamen,ꝙ etſi ita iuris eſſe affirmem, per ea quæ ſuperius dixi,tū in practica non ſeruatur, nec aliquis principalis extra ordinem

b punitur, credo per hunc Rit.qui generaliter loquitur. b

9 ¶ † Quęro primo in hoc Rit.de vna qſt. ſuper qua cōſului nō ſunt multi dies, nūquid principales examinādi poterūt petere copiā articulorum,tam ante eorum examen,quàm poſtea? Spec.in tit.de teſte,§.nūc videndum,nu.3.ver.ſiue igitur,& nu.10.ver.horū etiā, dicit,ꝙ ſi iudex vult,poteſt hanc copiā dare ad finē cognoſcendi pertinētes,& impertinentes,ne ſuper impertinētibus teſtes recipiantur,contra

10 tex.c.cū cauſam,de prob.† verùm ſi non vult concedere, nō nocet,ſed auditur cōtradicens, qui dixerit examinatum ſuper impertinentibus,quod etiā firmat Inn.in c.per tuas,

* nu.1.& ibidem Bald.* Abb.nu.2.verſ.ſed quęro,& Felyn. nu.2.ver.vlterius inquantum,de teſtib.& atteſt.non tamen aperiūt quo tempore hæc copia dari poſſit.Et ideo Bal.in l.2.3.not.nu.6.ver.deinde iudex, C.vt lit.pend.dicit,quòd poſtquā ſuper eis fuerint examinati principales, danda eſt iſta copia,niſi denegaſſent velle deponere, quoniam tunc ratione contumaciæ,etiā quod poſtmodum reſpondiſſent,

non

ADDITIONES.

a In reſpondendo.Vide omnino Spec.tit.de poſitionibus, §.tertio,& Bal.in l.cùm & iudices, C.de iureiur.prop.calum.vbi volūt,ꝙ ſi clientulus eſt nimis ſimplex,aduocatus poteſt ei aſſiſtere, ne decipiatur, inſtruendo eum de iure, non de facto. Immo & in teſtibus poteſt idē fieri per aduocatum,& per ipſammet partem,ſecundū Fely.poſt eundem Bal.in c.licet cauſam,nu.30.extra de probat. C. P.

b Loquitur. Immo etiā ex diſpoſitione iuris ciuilis in l.2. C.de reb.cred.& iureiur.His verbis,Iuriſiurandi contempta religio,Deum vltorem habet:periculum autem corporis,vel Maieſtatis crimen,ſecundum conſtituta diuorum parentum meorum,& ſi per Principis venerationem quodam calore fuerit peioratum,inferri non placet. C. P.

Digitized by Google

non eſſet danda,dicens ita cõmuniter practicari,& ipſum
ſequitur Luc.de Pen.in l.in ſacris la 3.col.5.verſ.2.ex quo,
ibi econtra,C.de proxi.ſacr.ſcri.lib.12.qui dicit ita ſeruari,
& quod poſt principalium examen, bene datur copia
ad hoc, vt poſſint formari interrogatoria teſtibus examinandis
ſuper eis, verum ſecundum cum in Magna Curia
etiam ante reſponſionem, principalium datur copia articulorum,
ſeu poſitionum,quibus nedum reſpondetur cum
conſilio aduocati,immo redduntur poſtea ipſæ poſitiones
cum reſponſione formata in ſingulis. ſupradictam opin.
videtur ſentire Afflict.deciſ.33.nu.3. à contrario ſenſu,dũ
11 dicit,quod in Sacro Regio Conſil.non datur † copia articulorum
ante publicationem cauſæ,& eam firmat expreſſe
Maran.in pract. par.6. actu.4. nu.19. in nouis. Dicens
etiam caueri per regiam pragm. 8. incip. quinta die, ſub
tit. de ord.iud. Quid dicendum?ego fateor, quod de iure
communi quæſtio iſta nullam habet difficultatem, quia
non eſt recedendum ab opin. tantorum patrum,quæ ſatis
bene per eos in iure fundatur, ſed in hoc Regno non ſeruatur,
in tantum,quod quærere de hoc, videtur potius ridiculum,
quam momenti, & nulla curia reperitur, in qua
12 copia articulorum detur † imitando Sacrum Regium
Conſilium, cuius ſtylus pro lege ſeruatur in Regno, vt dicit
* Afflict.deciſ.135.nu.3. & deciſ.88.in fin. * & in conſt.
præſenti lege 4.not. circa fin. ratio iſtius generalis obſeruantiæ,credo
ortum habuit, quia,vt ſupra diximus,de iure
communi, iudex non cogebatur ad dandam copiam articulorum,
ſed ſolum in eius arbitrio conſiſtebat, ſed quia
hominum excreſcente malitia,cognitum fortè fuit ab omnibus
iudicibus, quòd dari iſtam copiam, poſſet incentiuũ
præbere delinquendi,& litigantes ad inſtructiones falſitatum
armare, res ipſa abijt in deſuetudinẽ, & ſumma cum
ratione, quia iudices id agere debent, vt ſine ſuſpitione
13 † res agantur,l.1.C.vbi pupill.educ.deb.immo oẽs ſuſpitiones
potius repellere, q̃ inducere, c.oues, 6.q.1.quia &
periurandi occaſiones etiam tolli debent, §.ſed nedum
tolli. inſtitut. bonorum raptor. tanto magis, quia malitijs
hominum non eſt indulgendum, vulg. l. fundo, ff. de rei
ven.cum ſatis certo appareat, quod fraudes melius remouentur,
ſi fraudandi facultas adimitur, l.facultas,C.de fabrice.lib.11.&
per conſequens ſi copia articulorum facta
publicatione detur, & non ante. Sed dicet,quis quomodo
reſpondebis dictæ prag.dico,quod illa prag.non loquitur
de copia articulorom vnius partis danda alteri parti, ſed
verus intellectus ipſius eſt, quod mihi detur copia articulorum
meorum cum reſponſionibus factis ſuper eis per
te, & tibi copia tuorum cum reſponſionibus factis per
me,& quod ita intelligatur, patet ex ratione,quam prag.
ipſa adducit, cum dicit, ideo dandam copiam articulorum
cum reſponſionibus, vt videant partes à quibus releuentur
ab onere probandi, quæ ratio non bene congrueret,
intelligendo,quod mihi detur copia tuorum articulorum
cum reſponſionibus factis per me, quia per hoc non
poſſem ſcire, quos articulos meos acceptaſti,& ideo releuatus
ſim ab onere probandi. Et ſi dices, quid opus eſt,
quod detur mihi copia articulorum, quos ego produxi?
reſpõdetur,quod tẽpore iſtorũ Rit.& d prag.reſpõſiones
ſcribebãtur in calce vniuſcuiuſque articuli, vt dixi ſupra
Rit.70. in 4.not. & ſupra in 4.not.propter ꝙ non poterat
mihi dari copia reſpõſionũ, niſi daretur etiã articulorum,
& ideo, quia hodie reſponſiones non fiunt in calce articulorum,
ſed id vno folio ſeparato, vt in d.Rit. dixi videmus,
quod non petitur copia propriorum articulorum,
ſed tantum depoſitionis principalis ad finem præfatum
videndi à quibus releuatur petens ab onere probandi, &
ita in quæſt. facti proximis diebus conſului, licet durum
videretur Magnifico Iacobo Antonio de Fulgione terræ
Ebuli, quod bene nota, quia poterit quotidie euenire.
* * ¶ Secundo quæro, † cum in hoc Ritu, in fine dicatur,
14 quod principalis non incurrit pœnam varietatis, quæ nã
eſſet iſta pœna? dic quod eſſet tortura, quæ teſti vario infertur,
vt dicit tex.in l.ex libero, & lege vnius, §.teſtes,
iuncta gloſ. vtrobique, ff. de quæſtio. Bart. in l.1.§.qui
quæſtionem,ff.eodem Bal.in l.milites.nu.5. C.eodem tit.
& in l. 3. in princ. vbi etiam Salyc. C. de adult. & plenè
Brunus in tract.de indi.14.prin.num. 12. verſ. ſed quæro,
adeo, quod ſenſus iſtius Ritus in dictis verbis erit, quòd
principalis varius noo torquetur,nec etiam punitur pęna
periurij, & quod non torquatur principalis varius dixit
etiam Iſer.ante hunc Ritum in conſt.ſi damna clandeſtina,
col.11.Bene tamen verum eſt,quod ſi principalis fuit examinatus,
vt principalis, quoad ſe tanquam teſtis, quoad
alios prout communiter per actuarios fieri ſolet, & in eo,
quod reſpicit ſocios eſt varius, vel conuincitur per alios
teſtes, quod occultat veritatem torquetur, per not. per
Doctor. in locis præalleg. quia tunc dicetur torqueri in
alios vti teſtis, & non tanquam principalis, quod nota.
Salerni die 26.Iulij.1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXX.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod (ſicut de iure
communi) vbi debet fieri aliquis actus vno
die,qui reperitur eſſe feſtiuus, ſeu feriatus,tũc
ſequenti die iuridico fit ille actus, & dicitur
pro eo, quod tali die non potuit fieri per tale
feſtum, quibus diebus curia ipſa recta
non fuit.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia accuſanda ſi incidat in diem feriatã, differtur in primum diem iuridicum.*
2 *Citatio expreſſe pro die dominico poſita, non differtur, ſed non valebit.*
3 *Actus faciendus die feriata, differendus in non feriatam, excipitur quando periculum eſſet in mora, & num.4.5.6.& 7.*
4 *Contra inſignes latrones etiã diebus feriatis proceditur.*
5 *Conſuetudo, hominum memoriam in contrarium non habens, vim ſtatuti, ac priuilegijs habet.*
6 *Feria de iure diuino inducta.*
7 *Ius diuinum non tollitur, limitatur tamen, diſtinguitur, & interpretatur.*
8 *Dilationum materia eſt amputanda.*

DIpſoſitio iſtius Rit. eſt in viridi obſeruantia in hoc
regno, & idem, quod hic diſponitur infra in Rit.
226. in fina. ver. & ſi vis ponere caſum ad hunc Rit. vide
1 alium infra 224. † vbi hoc idem ſtatuitur exemplificando
in contumacia contra aliquem accuſanda, quæ incidit in
diem feſtiuum, quod differatur, & accuſetur primo die
iuridico ſequenti, faciendo mentionem, qualiter tali die
non fuit recta curia propter tale feſtum, vt hic,& ibi dicitur,
& ſcribit Bar.in tract.de Rit. iudicio,in princ. verſ.
item quod,& Affl. in rubr.conſtit. ſi quoniam noſtrorum,
nu.6.verſ.tertia concluſio, licet hunc Rit.non allegat, ſed
Apoſtill. ad Bart. in d.tract.in lit. V. & Manſue. in pract.
de adorna.num.6.& not. ibi ſicut de iure communi,quod
Rit. iſte concordat cum diſpoſitione iuris commuuis, vt
patet ex tex. l. dies ibi differatur, C. de fer. intelligendo
tamen ſecundum Bart. in l. ex quacunque,§.fin.num.3.ff.
ſi quis in ius vocatus non ier.Bal.in d.l.dies, nu.6.& communiter
Doct.quotieſcunque dies illa feriata non fuit expreſſa
in citatione,quia in ea fuit dictũ, quod compareret
octaua, vel ſexta die poſt intimationem, & poſtmodum
2 illa dies octaua incidit in diem feriatam, † ſecus ſi fuiſſet
expreſſe poſita dicendo, quod die dominico compareret,
quoniam tunc non ſolum differretur, ſed citatio ipſa non
valeret, d.l.ex quacunque, in fin. licet Inno.in c. conqueſtus,
num. 1. in fin.de fer. dixerit etiam hoc caſu debere
die ſequenti comparere, quod Petr. & Bald. in d.l.dies,
non

Digitized by Google

non placet, verum tamen eſt, quod ſi dies Dominica expreſſe poſita in citatione non eſſet appoſita modo præfato, ſed alio, vt quia diceretur in ea, quod compareat vſque ad diem dominicam, tunc ſecus eſſet, & illa dictio vſque, ſtaret excluſiue, & ideo deberet ante comparere, alias eſſet contumax, ſi die ſequenti poſt dominicam compareret, vt dicit Bart. in d. l. ex quacunque, num. 4. Hoſtien. in cap. expoſuit de dilatio. Bal. in d. marg. & Marant. in pract. par. 6. membro 1. num. 120. in nouis, ratio autem quare in primo caſu differtur in ſequentem diem, eſt, quia quotieſcunque octaua, vel ſexta dies aſſignata eſt feriata, intercalatur, & occultatur, taliter quod illa dies non reputatur pro vltima, ſed illa, quæ poſt ipſam ſequitur, ſi iuridica erit, vt dicit Bald. in ſua Margari. in ver. citatus ad
3 diem feriatum. ¶ † Hunc Rit. volentem, quod actus fiendi die feriata, differantur in diem non feriatam, limita primo non procedere in actibus, in quibus periculum eſſet in mora, vt puta, quando eſt capiendus debitor fugitiuus, quoniam tunc non differuntur, ſed eodemmet die tractantur per tex. in l. de pupillo, §. ſi quis riuos, ff. de no. ope. nunc. l. 1. §. ſed excipiuntur, & in l. 2. & 3. ff. de fer. firmat late Iaſ. in d. l. 1. §. 1. col. fi. & Mara. in pract. p. 4. diſt. 16. n. 92.
4 ¶ † Secũdo limita, in cauſis inſignium latronum, in quibus etiam diebus feriatis ad honorem Dei proceditur, vt non differatur, vt dicit tex. in l. prouinciarum, C. de fer. & Marant. loco præalleg. num. 91. in fin.

¶ Tertio limita, ſecundum eundem Marant. ibidem num. 87. in curijs nundinarum, in quibus omnibus diebus feriatis etiam ad honorem Dei proceditur in cauſis omnibus
5 emergentibus ex antiquiſſima conſuetudine, † quæ, quia
a non habet memoriam in contrarium, a habet vim ſtatuti, & priuilegij, l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de acqua quotidiana, & æſtiua, & late Abb. in cap. ſuper quibuſdam,
6 de verbor. ſignific. † licet feriæ ſint de iure diuino, vt patet in præceptis decalogi, Sabbatha ſanctifices, & propterea tolli non poſſint iure ciuili, l. fin. vbi not. gloſ. & Doct. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. tamen, vt glo. & Doct. ibidem dicunt, & Fel. in cap. quæ in eccleſiarum, col. a. de
7 conſt. † poteſt ius ipſum diuinũ limitari, diſtingui, & interpretari, vt in ſpecie in materia feriarum, dicit Bal. cõſ. 166. in fi. vol. 5. & propterea, quod feriæ inductæ in honorẽ Dei in aliquibus caſibus non ſeruentur, prout videmus expreſſum in d. l. 1. 2. & 3. ff. de fer. & d. l. prouinciarum.

¶ Quarto limita, ſecundum Bald. in pract. de citatio. q. 9. verſ. ſecus autem, fol. 13. non procedere in dilatione data ad aliquid probandum, producendum, vel faciendum, quoniam tunc ſi vltima die contigerit feſtum, non po-
8 teſt die ſequenti fieri actus, † quia dilationum materia eſt amputanda, vt dixi ſupra Rit. 69. & licet in hoc habemus Rit. infra 219. contrarium diſponentem, tamen in pract. non ſeruatur, vt ibi etiam dicam latius. Salerni die 27. Iulij 1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a In contrarium. Adde, quod iſta verba, quæ quotidie in poſitionibus, & exceptionibus ad probandum immemorialem, ponuntur, videlicet, quod non extat memoria in contrarium ſunt impropriè dicta, nec ſunt verba Iuriſconſultorum, qui ita locuti fuerunt. Nec memoriam extare quando facta eſſent, vel quorum memoriam vetuſtas excedit, ita Paul. in l. in ſumma, §. 1. & §. Caſſius, ff. de aqua pluu. arcen. Cuius origo memoriam exceſſerit Vlpian. in l. 3. §. ductus aquæ, ff. de aqua quot. & æſtiu. Cum nemo ſit eorũ qui meminerit, quibus conſulibus id viderit Labeo in l. ſi arbitrer, ff. de probat. hæc autem verba leguntur infra Rit. 97. in fine. C. P.

RITVS LXXXI.

ITem ſeruat ipſa Curia, ante publicationem dare terminum de exceptionibus, & articulis, & hoc poſtquam oblati ſunt articuli, & exceptiones, & non ante, ſed poſt publicationem, datur de omnibus, etiam de inſtrumentis cum die, & conſule De reſponſionibus autem dic, vt in quadam alia obſeruantia huius curiæ, quæ eſt hic.

NOt. ex hoc Rit. quod antequam fiat publicatio in cauſa, & poſtquam oblati ſunt articuli, datur terminus de exceptionibus, & articulis, verum non dicitur, ad quem finem, propter quod iſte Rit. eſt aliquatenus difficilis, ideo, qod iſte terminus datur ad impugnandum articulos, & videndum ſi ſunt admittendi, vel ne, ad finem ne detur longa dilatio ad probandum, quoniam & hoc eſt etiam de iure, ſecundum Bart. in l. 1. nu. 3. ibi, & pro hoc, ff. de ſer. vt dixi ſupra Rit. 692. nota, ſed vt ibi dixi, iſtud non ſeruatur in Regno, in quo ad articulandum, & probandum vnicus datur terminus, & circa articulorum impertinentiam nihil diſcutitur ante publicationem, niſi eſſent notoriè impertinentes, ſed recipiuntur ſaluo iure impertinentium, & de iure non admittendorum, vt infra dicam latius Rit. 282. ¶ Secundo nota ibi, ſed poſt publicationem, quod facta publicatione in cauſa datur terminus de omnibus, etiam de inſtrumentis cum die, & conſule, vult dicere, quod ad repulſandum, ſeu impugnandũ teſtes, & inſtrumenta, facta publicatione in cauſa, detur terminus, prout de repulſa teſtium diximus ſupra Rit. 72. & de impugnatione ſcripturarum infra Rit. 281. ¶ Tertio not. ibi de reſponſionibus, quod circa reſponſiones faciendas, ſupple per principales ſuper articulis ſeruanda eſt alia obſeruantia curiæ, quæ eſt infra Rit. 93. quaſi velit dicere iſte Rit. quod nõ datur certus, & præfixus terminus ad eas cum (vt ibi dicitur) vſq; ad concluſionem in cauſa admittatur, & per iſta ſit expeditus iſte Rit. qui ſatis diminute loquitur. Salerni die 28. Iulij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXXII.

Hunc tamen Ritum non video ſeruari.

ITem ſeruat ipſa Curia, vt ſi die, quo debet aſsignare reſponſale ne ſpiret citatio, puta, dicto vndecimo die, & ipſo die vndecimo ſit feſtum, & per ipſam Curiam celebratur, ſufficit ſi aſsignetur magiſtro actorum, vel alicui ex ſubactarijs, qui ibi ſcribat præſentata die illo feſtiuo, non tamen dicit ipſe notarius, quod præſentatum fuit in iudicio, ſed apud acta tantum, quia tali die non poteſt eſſe iudicium, & ita diu ſeruauit ipſa Curia, & ſeruat ad præsẽs, quia quando poteſt eſſe iudicium, die non feriata, ſcilicet die primo, quo prima contumacia accuſatur: licet Curia (vt hic dicitur) non regatur; dicitur de tali talis præſens in iudicio, & apud acta, accuſauit contumaciam dicti talis in dicta Curia vocati, & non comparentis, & hoc ſemper ſeruauit, & ſeruat ipſa Curia, & primo die iuridico debet accuſari contumacia prima, licet Curia non regatur, quia ſiue regatur Curia, ſiue non, dummodo non ſit dies feriatus in omni caſu accuſatur, & accuſari poteſt prima contumacia præſente magiſtro actorum, vel aliquibus ſubactarijs, licet non ſit præſens Regens, vel alius officialis, vel alius ex iudicibus, quo die ſimiliter

non

Digitized by Google

non feriato, in præſentia, vt ſupra, poſſunt recipi fideiuſſores, & offerri articuli, exceptiones, inſtrumenta, & alia iura ad quæ producenda terminus datus erat, licet ipſa Curia non regatur, & hoc etiam ſeruant aliæ Curiæ Regni.

SVMMARIVM.

1 *Actor, ne citatio expiret, quando accuſare debeat contumaciam rei.*

2 *Inſtrumenta, & alia ſcriptura, an poſſint coram notario produci in abſentia iudicis.*

ISte Rit. deberet ſituari poſt Rit. 122. & 123. quoniam illi Rit. conferunt neceſſariò ad intelligentiam iſtius, immo credo, quod in antiqua compilatione ita erat ſituatus, & per hoc pondero, quia hic in princ. dicitur, dicto vndecimo die, cum ſupra Rit. præcedenti non ſit tractatū de citatione facta, quod quis compareat decima die poſt citationem, ſed bene tractatur in d. Rit. 123. & hoc teneo pro conſtanti. ¶ Tex. iſtius Rit. eſt intricatus, & aliquan-
1 tulum difficilis, & concordat infra Rit. 95. ideo † pro intelligentia debes præmittere, quod quotieſcunque citatur aliquis, quod compareat in tali cauſa decima die poſt intimationem citationis, quia dies quo intimatur, non computatur in termino, debet comparere die vndicima, qua die currunt decem dies ſibi aſſignati, alias ſi non comparet, actor eademmet die, poteſt, immo debet ſibi accuſare contumaciam, alias citatio ſpirat, & eſt neceſſe iterum citari, vt dictat expreſſe d. Rit. 123. hoc præſuppoſito, quoniam multoties eueniebat, quod illa dies vndecima erat feriata, ſeu feſtiua, propter quod contumacia prima accuſari non poterat: Rit. iſte ſupplendo diſpoſitionem d. Rit. 123. ordinat, quod eo caſu, ſi non poteſt accuſari prima contumacia, ſaltim aſſignetur actuario, vel alicui ſubactario ipſa citatio cum relatione nuntij, & in eam fiat præſentata pro illo die, quo fuit data actuario, quia ſic fuit diutius obſeruatum in ipſa curia, & ſeruatur ad preſens, vt hic dicitur licet non ſeruatur hodie hæc practica in regno (vt omnibus notum eſt) & patet in rubrica ipſius Rit. quæ hoc dicit ſimiliter, nam quando dies vltima qua debet accuſari prima contumacia, eſt feſtiua, accuſatur ſequenti, etiam quòd non reſtituerit actor citationem cum relatione, ipſi actuario, vt hic dicitur. Et hæc vſque ibi, quia quando poteſt eſſe. In iſtis verbis ponitur alius caſus, vt puta, ſi dies vndecima non eſſet feſtiua, ſed iuridica, verum curia non regeretur ex alia cauſa, nūquid etiam tunc debet actor ſeruare dictam pract. & in eo dicit Rit. quod non, ſed deberet accuſare primā contumaciā, alias ſpiraret citatio, quia nō attēditur, quod curia ipſa nō fuit recta, ſed ꝙ regi potuit, & poteſt accuſare ipſi magiſtro actorū, vel alicui ſubactario, licet officiales curiæ nō ſint præſētes, quod ſēper ſeruauit ipſa curia, vt Rit. dicit, & ſeruatur ēt hodie
2 in omnibus curijs. ¶ Not. ibi † quo die, ꝙ illo die, quo curia nō regitur, ſi tñ regi potuiſſet, quia nō erat feſtiuus, corā actuario, vel ſubactario poſſunt præſentari articuli, exceptiones, & inſtrumenta, & alia iura ad quæ producenda erat datus terminus, quod ſeruāt omnes aliæ curiæ regni, vt Rit. dicit, & practicatur ēt hodie. voluit Bar. in aut. quę ſupplicatio per illū tex. n. 1. C. de prec. Imper. offer. & in l. eos, §. ſuper his, C. de appell. & licet Bal. in d. auth. in l. 2. C. de eden. & ait præt. verſ. circa quintū, ff. de iureiur. Inn. Hoſt. & Ant. in c. quoniā contra, de prob. Imo. Ang. in l. ſi finita, §. Iulianus, ff. de dam. inf. & Ale. ad Bar. in d. §. ſuper his, aliter teneāt, & ꝙ inſtrumēta, & alię ſcripturæ nō poſſūt corā notario produci, niſi in præſētia iudicis, vel in abſentia eo mādāte, per rationē, quā allegāt, tamen, vt vides, per hūc Rit. recepta eſt opin. Bar. & ēt per conſuetudinē, quæ ſe habet in omni curia, quod corā notario, vel ſcriba producimus, & præſentamus, quæ volumus, maxime dato termino, vt etiam dico infra in Rit. 242. in 2. not. vbi ſimilis tex. Salerni die 30. Iulij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXXIII.

Ordinationes facta in Magna Curia in anno Domini M. CCCC. die 6. menſis Septemb. 8. indi Regnante Sereniſſimo Domino noſtro Rege Ladislao, Dei gratia.

IN primis qualibet hebdomada eligantur duo ex iudicibus dictæ Curiæ, qui iudices hebdomadarij nuncupentur, & facient audientiam in banco de omnibus cauſis ciuilibus, & criminalibus, ordinarijs, & extraordinarijs occurrentibus in hebdomada ipſa, & infra, & omnes cauſas ex eis, quæ committi ſolent, & debent iuxta Ritum, & obſeruantiam dictæ Magnæ Curiæ ipſis duobus hebdomadarijs committant, & examinationes teſtium, & alia hebdomada ipſarum cauſarum conſimilium occurrentium ipſius iudicibus, vel hebdomadarijs applicentur.

SVMMARIVM.

1 *Forma examinandi teſtes in defenſionibus inquiſitorū.*

2 *Teſtes, cum intereſt. ſub qua forma recipiantur.*

3 *Notarius quando poſſit ſolus ſine iudice, & fiſcali teſtes examinare.*

4 *Curia Vicaria ſtylum tenentur ſeruare alia Curiá.*

SEcundum hunc Rit qualibet hebdomada eligebantur duo iudices, qui hebdomadarij nuncupantur. Quibus cauſæ omnes ſolitæ committi iuxta Ritum, & obſeruantiam Magnæ Curiæ, quam habes infra in Rit. 124. & 126. committebantur, ſupple per Dominum Regentem ipſius, & ad quos etiam ſpectabat dare audientiam in banca omnium cauſarum, tam ciuilium, quam criminalium occurrentium in illa hebdomada, & teſtium examinationes facere, & demum alia hebdomada cauſarum cōſimilium, ſupple ciuilium, & criminalium occurrentium, ipſius iudicibus hebdomadarijs, qui poſtmodum eligebantur, applicabantur, ſupple cauſæ occurrentes modo præfato, ſed hodie iſte Rit non ſeruatur, tum quia vnus tantum iudex hebdomadarius eligitur, vt patet ex ordinatione Regis Ferdinandi primi nuper impreſſa inter nonnullas pragm. Illuſtriſſimi Domini Ducis de Alcalá huius Regni Vice-
* regis in reformationibus Magnæ Curiæ Vicariæ * pragm. 4.9. item pro expeditione de off. mag. iuſt. & is iudex hebdomadarius curia ſedente, ordinat interloquutiones, & alia ibidem occurrentia, tum etiam, quia cauſæ ſolitæ cōmitti iuxta dictos Rit. non committuntur iudici hebdomadario Magnæ Curiæ, ſed iudicib. pedaneis ipſius, vt la-
1 te dixi ſupra in Rit. 16. & † quoad teſtes examinandos in defenſionibus inquiſitorū ſeruatur hoc modo, quod actuarius antequam recipiat teſtes ſuper articulis, tenetur demonſtrare articulos aduocato fiſci, qui ſi viderit aliquos articulos impertinentes, & in quibus tota vis cauſæ, vel alicuius capituli conſiſtit, ſignat eos ſuper quib. actuarius non poteſt recipere teſtes, niſi in præſentia iudicis, vt hic dicitur, & aduocati fiſci, vt dictat quoddam capitulum inſtructionum datarum Regiæ Audientiæ Principatus Citra per Sacrum Regium Collaterale Conſilium, cuius tenor eſt talis. Item quod actuarij teneantur dare notitiam aduocato, & procuratori fiſci de omnib. carceratis, & informationib. contra eos, & quando dantur defenſiones, & præſentantur exceptiones, nullatenus debeant recipere teſtes, niſi percunctatis exceptionibus per aduocatum fi-
* ſci, * & teſtes † recipiendi cum intereſt, recipiantur in
2 articulis ſignatis in præſentia commiſſarij, & aduocati fiſci, quam inſtructionem reperies in prag. 6. incip. pro bona,

Digitized by Google

na,§.item quod, de off.iuſt. verum, vt plurimum non interuenit iudex, ſed aduocatus fiſci, & in alijs non ſignatis examinat actuarius, vel eius ſcriba, abſque difficultate. Nouiſſime verò per Illuſtriſſimum Ducem de Alcalà huius Regni Viceregē prouiſum eſt in ſuis nouiſſimis prag. in reformationib. Magnæ Curiæ * pragm.6. §.Illuſtris, & magnifici viri, eo.tit.de off.magiſt. iuſt. quod in ipſa Magna Curia iudices cauſarum commiſſarij examinēt teſtes, qui ad defenſionem inquiſitorum producūtur, ex eo, quia præ nimia occupatione, quam habet ibi aduocatus fiſcalis, prætextu, quod primum ipſe ſolus examinabat, cauſæ nimium protelabatur, & ita ſeruatur: In Regia † Audientia præfata ſeruamus dictam inſtructionem * ſolum quando Aduocatus fiſcalis vult interuenire cum commiſſario examini teſtium ob aliquam rationem ipſum mouētem, quod etiam dictat d. pragm.6.§.item, che nel eſſamine, de off. magiſt.iuſt. vbi vero non vult interuenire, in præſentia commiſſarij examinatur ſuper articulis ſignatis, & ſuper non ſignatis ſolus ſcriba actitans cauſam examinat. Verū tamen eſt, quod per certum tempus ego ſolus tanquam Aduocatus fiſcalis interueni examini dictorum teſtium, quia dicta prag. ſolum Mag.Cur. dirigitur, * & ante eam ita ſeruabatur in ipſa Regia Audientia, non obſtante dicta inſtructione, poſtmodum vero, † quia quod ſeruatur in Magn.Cur. couuenit etiam vbique ſeruari, vt dixi ſupra in Rit.1.nu.3. viſum mihi fuit examen prædictorum teſtium commiſſarijs cauſarum relinquere iuxta formam d.prag. & in eo interuenire inſimul cum commiſſario, iuxta inſtructionem præfatam quando opus eſt tantum, vt proxime dixi, & ita ſeruatur meo tempore, & ſeruatum extitit poſt d.pragm.& quando aliqua de cauſa interueniendum fuit a me examini, nos contulimus inſimul cum commiſſario ad Tribunal Regiæ Audientiæ, & ibi coram nobis teſtes examinati fuerunt. Salerni die 30. Iulij. 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXXIIII.

Item quod ſeruentur omnia capitula, & conſtitutiones regni edita, & editæ ad adminiſtrationem regni, & pro ſtatu pacifico ſubiectorum.

SVMMARIVM.

1 *Cuius eſt condere eius eſt & derogare.*
2 *Conſuetudo, & ſtylus Sacri Regij Conſilij admittitur, quia Regem repræſentat.*
3 *Conſuetudo cuius non extat memoria in cōtrarium vim priuilegij habet præſcribitque contra ius commune.*
4 *Statutum tempore 10 annorum præſcribitur.*

NOt.ex hoc Rit. quod omnia capitula, & conſt.Regni ſeruari debent, & ſi dicet aliquis, quomodo mandantur ſeruari omnia, cum per multos Rit.in hoc volumine contentos corrigātur aliqua cap. & conſt.vt patet ex Rit.40.& Rit.46. 4.not.vbi dixi, reſpōdetur hunc Rit. debere intelligi exceptis illis cōſt.& cap.quibus derogatum reperitur per hos Rit. nam cum fuerint emanati authoritate Reginæ Ioannæ, vt ſupra in 1. Rit.apparet, nulli dubiū, † quod cuius fuit condere conſt.& cap.eius etiā fuit ipſis derogare. Item debet intelligi exceptis illis conſtitut. & cap. quibus eſſet derogatum per Sacrū Regium Conſilium ex eius ſtylo, & conſuetudine, nā licet in proœ. conſt.Regni, §.præſentes, ſint caſſatæ conſuetudines præteritæ, & futuræ contra conſt. vt ibi late gloſ. & Afflict. diſputant, † nihilominus conſuetudo, & ſtylus introducti a Sacro Regio Conſ. quod Regem ipſum repræſentat, vt dicit Bald.in l.humanum, C.de legib. & Gramma.dec. 76.nu.33. etiā contra conſt.& cap. admittuntur, vt firmat idem Afflict.conſtit. diuorum, nu.4. in proprijs terminis illius conſt.& bona apoſtil.ad eundem Afflict.in d.§.præſentes. † Item & tertio debet intelligi exceptis illis cōſt. quibus eſſet derogatum per conſuetudinem tanti temporis, cuius non extat memoria hominum in contrarium, quia ea vim habet priuilegij, l.hoc ius, §.ductus aquæ, ff. de aqua quot. & æſti.& etiam contra ius commune præſcribit, vt dicit tex.not.in cap.1. de præſcript.in 6. adeo, quod damnata conſuetudine contraria, tam præſente, quā futura per d.§.præſentes, non trahitur ad talem conſuetudinem, quæ antiquiſſima dicitur, ſed ſolum ad eam, quæ eſſet 10.20.30.vel 40.annorum, vt pulchre ſcribit Ancha. conſ.51.& Afflict.in proprijs terminis illius conſt. (quam dicit nunquam vidiſſe obſeruari) in conſt.hac edictali, 1. not.& in c.1.præterea, de cap.Corra. Quarto intellige hūc Rit.exceptis illis cap.Regni, quibus eſſet derogatum per contrariam conſuetudinem, & ſtylum decem annorum, nam cum non habeamus aliquam conſtit. vel cap. Regni, quod caſſet conſuetudines futuras, contra capitula ſufficit † tempus decem annorum ad præſcribendum ſtatutum, per ea, quæ not.glo.& Doct.in l.de quibus, & l.diutur na, ff.de leg. & in rubr. C. quæ ſit longa conſue. vbi Bald. & Imo.in c.fin.de conſuet. dicens hanc eſſe communē opin. de iure ciuili, licet ſecus ſit de iure can.per glo.in c.fin. de conſuet.in 6.& firmat pulchre Alex.conſ.132.nu.1.vol.1. intelligendo, ſecundum eum, nu.4.de conſuetudine, & ſtylo contrario in contradictorio iudicio obtēto, vt not.per glo.& Bart.in l.de quibus, ff.de leg.& in l.2.C.quæ ſit lōga conſue.Bar.in proœm.ff.§.& antea, Alex.conſ.136.nu. 19.vol.2. & Io.de Amic.conſ.1.verſ.poſſet tamen, nu.43. Salerni die 1. Auguſti 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXXV.

Item ſeruat ipſa curia, quod ſi proceditur extraordinarie de mandato ipſius curię per duos Curiales Neapolitanos communiter electos per partes, & per vnum aduocatum per ipſam curiam datum, fiat proceſſus inter ciues, & incolas ipſius ciuitatis de conſtituendis muris, vel aperturis, & ſeruitutibus quibuſcunque, & quòd ipſius proceſſus copia partibus nō datur ad tollendum ſubterfugia, & cauillationes aduocatorū, ſed iuxta relationem ipſorum curialiū, & aduocati facere mandata per ipſam curiam partibus ipſis, nec aliqua appellatio admittatur aduerſus ipſum mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Apertura inter ſeruitutes numerantur.*
2 *Apertura, vel pro aſpectu, vel lumine ingrediendo fit.*
3 *Apertura quæ, & quando diſſitia dicatur.*
4 *Et cum cantonibus modulatis facienda eſt.*

NOt.ex hoc Rit. ibi extraordinarie, quod vbicunque tractatur de conſtituendis muris, vel aperturis, & ſeruitutibus, quibuſcunque poteſt dupliciter procedi, videlicet ordinarie, & extraordinarie, quando proceditur ordinarie in his cauſis Rit. iſte non tractat, quia tunc ſeruatur id, quod fit in alijs cauſis, ſed quando proceditur extraordinarie, ſeruatur ꝙ hic dicitur, ideſt, quod de mandato ipſius curiæ partes litigantes eligunt duos curiales Neapolitanos, & ipſa curia vnum aduocatum, per quos fit proceſſus in cauſa, de quo nulla detur copia partibus, ad tollendum ſubterfugia, & dilationes, & demum fit relatio de eo, quod eis videtur, ipſi Magnæ Curiæ, per quam iuxta eorum relationem fiunt mandata partibus ipſius, aduerſus quæ nulla appellatio, vel allegatio admittitur, & iſte modus procedendi extraordinarie, obſeruatur inter ciues, & incolas ipſius curiæ Neap. vt in hoc Rit. dicitur.
1 ¶ † Secundo not. ibi aperturis, & ſeruitutibus quibuſcunque, quòd ex hoc Rit. videtur colligi, quod aperturæ nume-

Digitized by Google

merantur, & reputantur inter ſeruitutes, & hoc expreſſe dicit tex. conſuet. Neap. in tit. de ſeruit. in conſuet. incip.
2 inter ſeruitutes. † Eſt autem apertura illa quæ fit, vel pro aſpectu, vel pro lumine ingrediendo tantum, vt dicitur in alia conſuet. incip. ſi quis habet parietem, eod. tit. vbi bona
3 gloſ. in ver. pro aſpectu, † dicit quid iſtud importet, & quotieſcunque iſta apertura fit pro lumine ingrediendo tantum in loco alto, appellatur doſſitia, vt dicit gloſ. conſuet. inter ſeruitutes, & patet ex d. conſuet. ſi quis habet, vbi vero fit in loco non alto, vt habeatur aſpectus, tunc apertura ſolum, non doſſitia appellatur, vt ead. gloſ. dicit, verum vbicunque, fit mentio de apertura, intelligitur de doſſitia, & ſic de ea quæ fit ad lumen ingrediendum, vt di-
4 cit alia conſuet. quæ incipit, & vbicunque, † & ea fieri debet cum canonibus modulatis, vt ibi dicitur, licet ſi fiat cũ cancella ferrea, vel cum lapide marmoreo idem reputetur, vt dicit Afflict. deciſ. 225. ſecus autem ſi fieret cum cancella lignea ſecundum eum. Salerni die 1. Auguſti 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXXVI.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod ſi examinationes teſtium. ſ. vnius partis ſunt præſentatæ in actis, & non examinationes alterius partis, puta, quia examinati ſunt teſtes citius vnius partis, quam alterius, tunc ſi Curia vult, & hoc petatur, fiat publicatio atteſtationum illius partis, quæ ſunt in actis, deinde venientibus alijs atteſtationibus, fit publicatio de eis veniẽtibus, vel præſentantibus, de alijs autem, quæ primo venerunt, de quibus iam publicatio facta fuit, non fiet iterũ, & idẽ intellige de reſponſionibus partium, nã fit multoties publicatio reſponſionum vnius partis tantũ, multoties alterius tantũ, quandoque fit publicatio ſimul atteſtationum, & reſponſionum, & omnium aliorum actitatorum: vnde notandum eſt, quòd publicatio poteſt fieri de quolibet actu p ſe ſi quis vellet, tamen præfata ſunt in vſu. Copiæ tamen reſponſionum dantur, prout in quadam alia obſeruantia Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio cauſæ poteſt diuerſimodo fieri.*
2 *Publicatio an in quolibet actu fieri poſſit.*

QVoniam dato termino ad probandum in cauſa quotidie partes litigãtes nominant habere teſtes in alijs partibus, quam in loco iudicij, & per curiam eorũ examinatio, locorum officialibus committitur, tam ad vnius partis inſtantiam, quam alterius euenit multoties, quod citius examinat, & teſtium examinationes præſentat vna pars, quam alia, & ne cauſa diutius retardetur, fit per eã inſtantia, quod fiat publicatio in cauſa, & per aliam replicatur, quod non fiat, ſed expectetur ſuum examen, ideo tali diſceptationi occurrendo, ſtatuit iſte Ritus, quod iſto caſu fiat publicatio teſtium vnius partis, quæ prius eorum examen præſentauit, & demum aliorum teſtium alterius partis cum venerit eorum depoſitio, & quod dicitur in publicatione facienda teſtium examinatorum, idem intellitur de publicatione depoſitionum factarum per principales ſuper articulis, iuxta diſpoſitionem Rit. 79. vt diximus, in tantum, quod ſi vna pars priuſquam altera depoſuit, eius depoſitio publicetur, & de ipſa detur copia, vt d. Rit. dictum fuit, & in hoc noſtro Rit. dicitur in fine, & demũ cum alia pars depoſuerit, fiet idem, præfata tamen vera ſunt quando iudex vult ita facere, alias non cogitur, vt patet ibi, tunc ſi curia vult, ſed poteſt publicationem retardare, donec venerint atteſtationes alterius partis, & demũ vnicam publicationem facere ſuper omnibus actibus, & toto proceſſu, & hoc voluit dicere iſte Rit. ibi quandoque fit publicatio ſimul.

1 ¶ Not. ibi quandoque fit publicatio ſimul, † quod publicatio cauſæ aliquando fit ſimul de omnibus actis, & primo quando atteſtationes partium veniunt eodem tempore, vel quando veniunt diuerſo tempore, tamen iudex non vult publicationem facere ſeparatam ſuper vno examine, & poſtmodum ſuper alio, vt ſupra diximus, ſed quia multoties atteſtationes vnius partis multum tardant, & æquum non eſſet ſuam moram alteri obeſſe, fit regulariter publicatio in cauſa, licet non venerint, & etiam proceditur ad concluſionem, & altera parte reluctante, ratione ſui examinis, quod nondum venit, fit decretum, quod quandocunque eius atteſtationes venerint ante ſententiam, recipiantur, & in calculo ipſius habetur ea ratio, quæ de iure habenda erit, quia per Rit. infra 88. ſolum vſque ad concluſionem produci poſſunt.

¶ Secundo not. ibi vnde notandum eſt, quod iſte Rit. ex
2 ſeipſo colligit vnum not. ex præfatis, † quod ſi quis vult poteſt in quolibet actu publicationem fieri facere, ſed vt tex. dicit præfata non ſunt in vſu, quaſi velit dicere, quod publicatio non fit ſuper quolibet actu, ſed vel fit vnica ſuper omnibus, vt ſupra diximus, vel quando fit ſeparatim in quolibet actu, fit ſolũ in caſibus præmiſſis, ſcilicet quando depoſitiones teſtium, vel principalium, venerunt citius ex vna parte, quam ex alia, extra hos caſus publicatio nõ fit in quolibet actu, ſed vnica in toto proceſſu: Non omitto tamen, quod Maran. in pract. par. 6. act. 11. in fin. dum facit mentionem de hoc Rit. legit hũc tex. cum vna negatiua non, in illis verbis tamen præfata ſunt in vſu, vt dicat, non ſunt in vſu, ſecũdum quam lecturam ſequeretur, quod quando atteſtationes vnius partis veniunt citius, quam alterius, non fit publicatio ſuper eis, ſed expectantur aliæ, vt fiat vnica publicatio, ſed ego vidi multos codices modernos, & antiquos, & reperio illos abſque illa negatiua, igitur lege hunc Rit. vt iacet, & circa eius obſeruantiam tene, vt dixi, quod circa teſtium depoſitiones, quę ex vna parte venerunt fit publicatio, tam reſpectu earum, quam totius proceſſus, & circa depoſitionem principalis fit etiã publicatio, & de ea datur copia, dato quod altera pars nõ depoſuerit, & parte altera reluctante, circa teſtium publicationem fit decretum, de quo dixi in 1. not. Salerni die 2. Auguſti 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXXVII.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd citatis teſtibus, & ipſis condemnatis ad pœnam in citatione mandatoria contentam, licet non veniãt: nihilominus Curia ipſa ad poſteriora procedit, quamuis conſtitutione regni forma, videatur aliquantulum refragari, & ita fuit ſeruatum in denũciatione facta per egregium virum militem Franciſchellum Galliotum pridie quando denunciauit Buffillum Brancatium de certis, In qua cauſa, quia teſtes non venerũt, fuit idẽ Buffillus abſolutus de hoc præſenti anno ſeptimo indictionis, primo tamen condemnatis teſtibus ad quatuor vncias, vt fit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes multa indicta, vel captis pignoribus, ad ferendum in cauſis omnibus teſtimonium, compellendi.*
2 *Quod verificatur etiam in teſtibus, qui compelli nõ poſſent, quando aliter probatio haberi non poſſet.*

I 3 Teſtes

Digitized by Google

3 *Teſtes compellendi ad teſtificandum, ſi eſſent presbyteri, compulſio eorum fiet coram eorum iudice, & coram eo, cui volet ipſe, iurabunt.*

4 *Teſtes nimis à remotis degentes, non euocantur ad teſtificandum, ſed locorum officialibus eorum receptio committitur.*

5 *Idem quoque de ſenibus, & valetudinarijs.*

6 *Teſtes citati non comparentes, qua pœna puniendi.*

7 *Teſtes citati ad teſtificandum, ſi non comparent, inquiſitus abſoluetur, teneanturque parti ad intereſſe.*

8 *Teſtes ſe ſubtrahentes, vt veritas occultetur, qua pœna puniendi, iurati, & non iurati.*

9 *Teſtes citati non comparentes, fuerunt ad pœnam condemnati, poſt lapſum vero termini veniunt, nunquid ad deponendum admittantur.*

1 NOta primo ex hoc Rit. & ipſis condemnatis, † quod
teſtes poſſunt euocari, & compelli multa indicta,
vt teſtimonium ferant in cauſis. Item compelli poſſunt ca-
ptis pignoribus, vt dicit gloſ. in l. ſi quando, & ibi Bart. &
Salyc. nu. 4. C. de teſti. per §. pen. inſtit. de ſatiſd. tuto. & no.
per Imol. in c. dilectorum, num. 2. extra de teſti. cogend. &
Lanfran. in c. quoniam contra, in ver. teſtium, verſ. ſed nunc
quæro, nu. 42. de probar. ¶ Amplia hunc Rit. procedere
in omnibus cauſis, tam ciuilibus, quàm criminalibus, quia
verè Rit. iſte generaliter loquitur, & ꝙ poſtea dicit fuiſſe
ſeruatum in denunciatione, & ſic in cauſa criminali, poni-
tur exemplificatiuè, nō autem vt velit Rit. generaliter lo-
quentem, reſtringere ſolum in criminalibus, pro quo tex.
cum gloſ. in d. l. ſi quando, in ver. cauſis, vbi teſtes compelli
poſſe concluditur in cauſa ciuili, & criminali, & no. Imol.
in d. c. dilectorum, nu. 3. licet de iure canonico multæ ſint
opin. an in criminalibus teſtes compellantur inuiti, ſicut in
ciuilibus, vt latè per eundem Imol. ibi, ad quē te remitto.
2 † ¶ Secundo amplia procedere etiam in illis teſtibus, qui
nō poſſunt cogi teſtimonium dicere, de quibus in l. 4. cum
ſeq. & l. inuiti, cum ſeq. ff. de teſti. & l. libertorum, C. eod.
dummodo ſit cauſa, in qua veritas nō poſſit per alios pro-
bari: quoniam tunc in defectum probationis, ne veritas
pereat, euocantur, & compelluntur, ſecundum Hoſt. & Io.
And. in cap. 1. de teſti. cog. Rom. ſing. 398. tu habes in l. 4.
deciſ. Tholoſ. 3. in fi. Salyc. in d. l. ſi quando, nu. 4. & Lanfr.
3 plenè in d. c. quoniā contra, nu. 42. † etiam ſi eſſent presby-
teri, vt dicit tex. in c. quamquam, 9. q. 2. ſed tunc fiet com-
pulſio per eorum iudicem, & iurabunt coram eo, cui volet
ipſemet ſuus iudex, ſecundum glo. in d. c. quamquam, & in
c. ſtatutum, 2. q. 6. & not. Imol. in præalleg. cap. dilectorum,
col. fin. verſ. ſi vero per alios, dummodo probetur ex parte
petentis ipſos cogi, qualiter veritas aliter haberi nō poſſet,
quia cum ſit fundamentum ſuæ intentionis, ſibi incumbit
onus, ſecundum Bar. in l. in hoc iure, ff. de verb. oblig. & l.
quid ergo, ff. ex quib. cau. maior. & Lanfr. in d. cap. nu. 44.
4 ¶ † Limita non procedere, quando nimis à remotis degūt
teſtes à loco iudicij, quoniam tunc eorum receptio offi-
cialibus locorum, vel conuicinis committeretur, nō autem
euocarentur, vt dicit tex. in l. 3. §. fin. ff. de teſti. & l. ſed ſi
quis ex ſignatoribus, ff. quemad. teſta. aper. niſi aliter ſe ha-
beat cōſuetudo, vt dicitur in d. §. fin. quod hodie bene ſer-
uatur in Magna Curia, & Regia Audiētia Principatus Ci-
tra: nam quando teſtes nimis diſtant, forte vltra vnam, vel
duas dietas legales, non euocantur, ſed committitur Au-
dientia eorum, & quando ſunt infra dietam, aut vltra, ſed
infra duas, citantur, & euocantur ad inſtantiam fiſci, quod
veniant ad deponendum, & ad inſtantiam partis in ciuili-
bus, & criminalibus euocantur, facto tamen depoſitio pro
eorum dietis, vt dicam latius inf. in Rit. 140. in 1. not. & tūc
vbicunque reperiuntur, cogi poſſunt venire, ſi pars inſtet
5 ſua intereſſe, quod veniant coram iudice: † aliàs ea non
inſtante, committitur examen in ciuilibus, & in criminali-
bus pro ſenibus, & valetudinarijs, iuxta tex. l. iudices, &
auth. apud eloquentiſsimum, C. de fide inſtr. & conſt. Reg.
in pecuniarijs. verum in cauſis criminalibus ad fiſci inſtan-
tiam, ſi ſubeſt cauſa aliqua, propter quam iudex vult teſtē
videre, & examinare, loci diſtantia non attenditur, & eius
receptio non committitur, ſed citatur quod veniat perſo-
naliter ad deponendum, & ita ſeruatur, pro quo doctr.
Domi. & Archid. in c. præſentium, de teſti. in 6. Abb. & Fel.
in c. ſi quis teſt. extra eo. tit. dicentium, quod iudex poteſt,
quādo vult, vrgente cauſa, dicere, quod teſtis vadat coram
eo, etiā ſi eſſet perſona egregia, vt etiā dico infra Rit. 142.
6 † Secundo not. ibi, ad pœnam in citatione contentā, quod
ſi teſtis citatus ad deponendum, noluerit comparere, con-
demnatur ad pœnam in citatione cōtentam: & hoc etiam
diſponitur per conſtit. Reg. in pecuniarijs, §. eadem pœna,
vbi quod teſtes citati, & non comparentes, puniuntur in
ciuilibus, & criminalibus pœna tertiæ partis bonorum, niſi
in citatione fuiſſet appoſita pœna, quoniam tunc illa pœna
exigitur. Hodie tamen in practica aliter proceditur con-
tra teſtes, vt dico latius infra in Ritu 206. in 3. not. vbi om-
7 nino videas. † Tertio not. ibi ad poſteriora procedit. quod
poſtquam Curia citauit, & condemnauit teſtes, qui non
comparent, expeditio cauſæ protelari non debet, ſed ad vl-
teriora procedi, prout Rit. dicit fuiſſe ſeruatum aliàs, ab-
ſoluendo quendam inquiſitum, contra quem teſtes produ-
cti, & citati, noluerunt venire, quod etiam firmat Iſern. in
dicta conſtit. in pecuniarijs, verſic. ſed ſi non veniant, circa
finem, & ibidem Afflict. nu. 44. quia aliàs, ſecundum eum,
non eſſet litium finis. Teſtes tamen tenentur parti ad in-
tereſſe, ſecundum Angel. & Paul. de Caſt. in l. argentarij,
§. cum autem, & ibid. Alex. col. 2. verſic. item per illum
textum, ff. de edend. vt etiam cauetur in dicta conſtit. quæ
dicit procedere in ciuilibus cauſis, & in criminalibus, vbi
æſtimatio cauſæ quandoque haberi non poteſt, tenentur
ad omnes expenſas litis, iuramento partis, & taxatione iu-
8 dicis declarandas: † & ſi ſe ſubtraxerint, vt veritas non pa-
teret, tenentur crimine falſi, vt dicit Innoc. in c. 1. de crim.
falſi. verum quia non iurauerunt, ſed tantum veritatem
occultauerunt, tenentur ex generali capite l. Corneliæ, l. 1.
ff. de fal. vt dicit Bald. in margar. in verſic. teſtis, qui ſe ſub-
trahit, & ſic pœna arbitraria, vt etiam firmat Milleus in
pract. in verſ. ſecundus teſtis, num. 2. cum tamen ſi iuraſſent
dicere veritatem, & ſic aſſumpſiſſent officium teſtificandi,
& poſtea tacuiſſent veritatem, pœna ordinaria falſi tene-
rentur, d. cap. 1. vbi Innocent. & latius dixi ſupra: in tantum
quòd, vt ex præfatis patet, teſtes, qui non curant compa-
rere, nō carcerantur, ſed præfatis modis prouidetur, quod
firmat expreſſe Alberic. per illum text. in d. l. ſi quando,
redarguendo imperitos aſſeſſores, qui teſtes nolentes de-
ponere, incarcerant, vt referendo, ſequitur Lanfran. in cap.
quoniam contra, in verſ. teſtium depoſitiones, num. 42. de
probat. ſed hoc verum in cauſis ciuilibus, & etiam in cri-
minalibus ad partis petitionem: ad fiſci tamen inſtantiam
quandoque teſtis, qui citatus nō curat comparere, carcera-
tur, & ſi veriſimiliter veritatem ſcire poteſt, quia per alios
teſtes nominatur, & negat, torquetur iuxta diſpoſitionem
l. 1. §. qui quæſtionem, & l. vnius, §. teſtes, ff. de quæſtio. vbi
Bart. vtrobique not. Bal. in l. milites, nu. 5. C. de quæſt. & in
l. 3. in princ. vbi etiam Salyc. C. de adulter. & latè Brun. in
tract. de indi. q. 4. princ. num. 12. verſ. ſed quæro, fol. 28. niſi
eſſet presbyter, qui pro ferendo teſtimonio, nō torquetur,
ſecundū Bal. in l. presbyteri, la 1. in princ. C. de Epi. & cler.
9 ¶ † Quæro iuxta præfata, pone quod citati ſunt teſtes, &
condemnati ad pœnam, quia noluerunt venire ad depo-
nendum, & elapſus eſt terminus, demum teſtes veniunt,
nunquid ad deponēdum admittentur? Bal. & Imo. in l. qui-
bus diebus, in princ. ff. de condit. & demonſt. Alex. in d. l. ſi
quando, & alij, quos Cauenſ. hic citat, dicunt, quòd ſic, ex
quo videtur pars feciſſe quod potuit, accuſando teſtes, &
faciendo condemnari, dummodo fuerit infra terminum de
impedimento proteſtata, vt dicit tex. conſtit. Reg. in pecu-
niarijs, verſic. non aliter, & ibidem Afflict. num. 57. aliàs
ſecus, niſi teſtes eſſent non ſoluendo: quoniam tunc cum
non poſſint ad intereſſe teneri, per beneficium reſtitutionis
in in-

in integrum reſtitueretur ad terminum, vt eadem conſtit. dicit in fin. ver. Hæc tamen in ciuilibus, in cauſis verò criminalibus lapſu termini nõ obſtante, admitterentur teſtes, vt dicta conſtit. dicit, in verſic. in criminalibus, & probatur ex his, quæ latè diximus ſupra in Rit. 69. queſt. 1. Sed cũ hodie in Regno ferè generaliter ſeruetur conceſsio ſecundæ dilationis alibi ſine cauſæ cognitione, & alibi cum modica, vt in dicto Ritu diximus, parum proderit hæc quæſtio pro cauſis ciuilibus in hoc Regno, quia ſemper admitteretur ad ſecundam dilationem, niſi eſſet facta publicatio, vt dicit gloſ. præalleg. conſtit. in fi. in verſ. non obſtante. Salerni die 5. Auguſti. 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXXVIII.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod quando fiunt commiſſiones examinationum teſtium, illæ atteſtationes poſſunt produci in ipſa cauſa per partem vſque ad concluſionem cum ſigillis examinatorum, per quod teſtes iurauerint infra terminum, iuxta conſtit. Regni, hoc diu ſeruauit, & ſeruat ipſa Curia, & quando præſentantur, fit actus per ſubactarios in principio earum, vbi ſubſcribitur dies præſentationis earum.

NOta hunc Ritum, quòd quotieſcunque commiſſa eſt audientia teſtium officialibus locorum vbi degunt teſtes, & eorum atteſtationes tardant venire, proceditur in cauſa ad vlteriora, quia mora vnius, alteri non debet obeſſe, vt dixi ſupra Rit. 86. in 1. not. verum quandocunque venerint, ſi teſtes examinati poſt terminum, iurauerunt infra terminum, poſſunt produci in cauſa ipſa vſque ad concluſionem in cauſa, facto actu præſentationis diei, quòd præſentantur per actuarium, vel ſubactarium, vt dicitur, quod bene ſeruatur, quia per Rit. infra 234. ſcripturæ vſque ad concluſionem in cauſa, poſſunt præſentari, vt ibi dicam latius, verum in practica obſeruantur, quòd licet facta ſit cõcluſio, recipiuntur atteſtationes prefatæ, & etiam ſcripturæ in proceſſu, & non extra proceſſum, vt dicitur in Rit. 238. verum cum illa clauſula, quòd de eis habeatur ea ratio, quæ de iure habenda eſt, vt in ſuperiore Rit. 86. 1. not. diximus, & in d. Ritu 238. dicemus. Salerni die 5. Auguſti. 1559. Proſper Carauita.

RITVS LXXXIX.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd in ciuilibus, & in criminalibus partes principales debent ſpeciales articulos, poſitiones, & exceptiones ponere vſque, & per totum ſequentem diem, qui ſequitur poſt data capitula, ſeu poſt libellum accuſatorium, vel ciuilem: in ciuilibus tamen procurator ſufficit ſi infra biduum præfatum det exceptiones generales, vel ſi eſt procurator actoris, articulos generales, ſecus in criminali. Sed circa hanc materiam, deponendo infra biduum, vide in hac eadem carta ex alio latere, maxime in vltima obſeruantia, vbi omnino vide, vbi habes, quòd in termino dato ſuper capitulis, & quando fit actus repulſæ, & quando datur terminus ad probandum in cauſa appellationis, & quando datur terminus ad probandum in petitione reſtitutionis in integrum, debet omnino in iſtis quatuor caſibus ſpecificari, quod ponant per totum diem ſequentem, ſed in libello ciuili, & criminali dictum eſt, quod non ſpecificatur, quia ſubintelligitur, item in cauſis quæ committuntur de voluntate partium per ipſam Curiam alicui literato ſuper ſummam quatuor vnciarum, ſi eſt de voluntate, & his, quæ ad ſummã quatuor vnciarum etiam partib. contradicentibus iuxta aliam obſeruantiam eiuſdem curiæ, tunc coram commiſſario tali non ponitur de neceſſitate infra biduum iuxta aliam obſeruantiam, & nota, quòd in actu, qui fit per notarium actorum, ſeu aliquem ex ſubactarijs, quando datur terminus ad probandum, non fit mentio, quod debeant ponere infra præfatum biduum, quia intelligitur etiam ſi non dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Terminus datus ad ponendum, non ad articulandum datus niſi de partium conſenſu, intelligitur de iure.*

2 *Vocabulum poſitionum, & articulorum in regno eſt confuſum.*

ISte Rit. ponit practic. obſeruandam in iudicijs in cauſis ciuilibus, & criminalibus circa terminum infra quem partes principales debeant præſentare poſitiones, articulos, & exceptiones ſpeciales, aut procuratores earum poſitiones, articulos, & exceptiones generales, dicens, quod in quatuor caſibus cum datur terminus ad probandum, debet dici, & declarari in ſpecie, ꝙ infra biduum præſententur, ex quo in alijs cauſis non declaratur, quia ſubintelligitur, ꝙ per totum diem ſequentem præſententur, vt dicitur expreſſe in conſt. Regn. Lite. quibus præſentatis infra biduum, datur poſtea terminus ad probandum in cauſa, vt in ead. conſt. dicitur, & cum hoc Rit. concordat alius, qui eſt infr. Rit. 91. vbi plus dicitur, quod in hoc biduo includitur etiam dies Dominicus, & Paſcalis, licet quando his diebus præſentarentur poſitiones, articuli, vel exceptiones non dicerentur præſentatas fuiſſe in iudicio, ſed ſolum apud acta, ex quo talibus diebus non poteſt dici iudicium. Sed diſpoſitiones iſtorum duorum Rit. non ſeruantur hodie in Regno, quia articuli præſentantur ad libitum, dummodo infra terminum, & terminus eſt vnicus ad ponendum, ſeu præſentandum articulos, & probandum in omnibus curijs Regni, vt dixi ſupra Rit. 69. in 2. not. & dicam
1 infra in Rit. 283. † Vnum tamen collige ex hoc Rit. ibi, & nota, quod illud biduum, quod datur expreſſe per iudicem in ſupradictis certis caſibus, aut quod ex ſe ſubintelligitur dato termino generali in cauſa, intelligitur datum ad ponẽdum, & articulandum, cum de iure ſit totum contrarium, quia terminus datus ad ponendum, non intelligitur datus etiam ad articulandum, niſi de cõſenſu partium, vt dicit gloſ. in clem ſæpe, §. & quia, in verſ. de partium, de verb. ſign. & ibidem Cardin. in 6. & 7. quæſt. & Bal. qui rationem aſſignat in l. generaliter, §. ſed de iuramẽto, nu. 13. C. de rebus cred. licet e conuerſo, ſecundum eum, terminus datus ad articulandum, vel capitulandum, intelligatur etiã datus ad ponendum, ſed in practica ſeruatur, quod hic dicitur, quia vnicus terminus datur in cauſa, qui intelligitur ad ponendum, articulandum, & excipiendum: ratio eſt, quia illis poſitionibus, ſuper quibus antiquitus deponebant principales, ſecundum gl. c. 1. in ver. ſtatuimus, circa princ. de confeſſ. in 6. hodie non vtimur ſeparatim ab articulis, ſed ſuper illiſmet articulis, qui fiunt per litigantes, vt probentur per teſtes, examinantur principales, vt patet rubr.
2 prag. quinta die, de ord. iudic. † & vocabulum ipſum poſitionum confuſum eſt in hoc Regno cum vocabulo articulorum, vt patet ex dicta prag. quinta die, licet in articulis dicamus, Item ſi pone, & vuole prouare. Salerni die 7. Auguſti. 1559. Proſper Carauita.

Digitized by Google

RITVS XC.

ITem ſeruat ipſa Curia, raro dare terminum
a ad examinari faciēdū fiſco, *a* ſed alijs datur
quādo Curię videtur,& talis terminus quādoq;
ſcribitur in actis,quādoq; nō,ſecundū ꝙ partes
inſiſtunt, & prout Curiæ videtur. Sed pro maiori parte ſemper ſcribitur, & quāuis vnus habeat,vel petat terminū ad examinari faciendū, ſemper datur ipſe terminus ambabus partibus.

ADDITIO.

a Fiſco. Adde quod fiſco non datur terminus ad repulſam, ita inquit Paris de Puteo tract.ſind.ver.inquiſitio, §. 1. & vide Ioan.Ant.de Nigris in cap. Regni plerunque,nu.19. & 20. vbi etiam dicit, quod nec eidem datur reſtitutio in integrum ad pinguius probandum. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes pro maleficio reperiendo, ad fiſci inſtantiam ad ſententiam vſque recipiuntur.*

2 *Termini omnes dati in cauſa ad inſtantiam vnius partis,alteri dati intelliguntur,etiam ſi eis re non integra renunciauerit.*

3 *Maior vti poteſt termino minori ſpecialiter conceſſo.*

RIt.iſte ſeruatur,& de eo ponitur aliquid per Pet.Foller.in pract.crim. prima par. 2. partis, in verſiculo
detur terminus,nu.11. verum licet non detur terminus fi-
1 ſco ad examinari faciendum,vt dicit,† tamen teſtes ad in-
ſtantiam fiſci ſemper recipiuntur pro maleficio reperiendo etiam vſque ad ſententiam, & in cauſa ſuperſedetur,vt dicit Bart.in l.2.§.ſi publico.verſ.quęro vtrum,ff.de adult. Ang.in tract.male.in ver. qui iudex dictum proceſſum, Affl.in conſt.terminum vitæ, n.44.vt dixi latius ſupra Rit. 69.in fi.& quoad terminum ſolitum dari partibus ad examinari faciendum,prout in hoc Rit.dicitur,ſcias,quod regulariter,& ſemper ſcribitur in actis talis terminus,& teſtes alias non recipiūtur, quandoque tamen ad inſtantiam inquiſitorum, facta publicatione in cauſa recipiuntur teſtes in eius fauorem, ne veritas pereat, & innocens pat iatur,& non datur aliquis nouus terminus pro eis, nè cauſa retardetur,& ipſius curſus impediatur,& ſic vnico cōtextu proceditur in cauſa ad publicationem, citationem ad dicendum,& ad alia,& recipiūtur eius teſtes, vt in d.Rit.
2 69.diximus. ¶ † Not. ex hoc Rit.ibi & quamuis,quod
omnes termini dati in cauſa ad inſtantiam vnius partis, intelliguntur etiam dati communiter alteri iuxta tex.l.petendæ,C.de tempo.in integ.reſtit.vbi Bar.& alij. Amplia iſtud procedere etiam ſi pars ad cuius inſtantiam fuerit datus terminus eidem renunciauerit, vt dicit Bart. per illum tex.in l.ſi poſt,§.hi quoque,ff.de bon.poſſ.contra tab. niſi re integra fuiſſet renunciatum,vt dicit Lanfran.in rep. cap.quoniam contra, in ver.dilationes, nu.8. de prob.per tex.optimū in arg. in l. ſi iudex circumuento, ff.de mino. Secundo amplia etiam ſi terminus datus eſſet minori iure ſpeciali reſtitutionis in integrum,vt eſt primū, & ſecundū beneficium per conſt.Reg.obſcuritatē, de quibus latè di-
3 xi ſupra Rit.7. † in tantum quod maior poteſt vti termino
dato minori ex cauſa ſpeciali, per tex.d.l.petendæ, vt dicunt Iſern. & Affl. in d.conſtit.obſcuritatem,ille in fine,& iſte,nu.14.licet Bar.aliter ſentiat in d.l.petendæ. Salerni die 8.Auguſti.1559. Proſper Carauita.

RITVS XCI.

ITem ſeruat ipſa Curia declarare in termino, qui datur ad probandum, multoties, quod per totum ſequentem diem ponat quicquid competit, &c. vt in repulſa, & beneficio reſtitutionis in integrum,non reſtitutionis dierum feriatorum,etiam in termino,qui datur in criminalibus ſuper capitulis, nam ſuper actione ordinaria non declaratur,ſed intelligitur,licet in prædictis poſſet intelligi. Sed ſic ſeruat hæc Curia, vbique tamen ſufficit, vbi interuenit procurator, quod infra prædictum biduum offerantur generalia, vbi procurator interuenit, qui habet iuſtam ignorantiam, puta quia conteſtata eſt lis per procuratorem actoris, vel rei,vel ſtatim poſt conteſtationem litis per dominum, fuit ibidem procurator conſtitutus penes acta (vt fit aliquoties) Qui procurator poteſt interuenire etiam in criminalibus,& ingerentibus pœnam infra relegationem, vt habetur per Doct.in l.pen. §.ad crimen,ff. de publl. iudic. excepto tamen crimine iniuriarum, in quo non interuenit procurator, vt C. de iniur.l.fi.& hoc ſeruatur per Magnā Curiā Vicariæ.Nota quod hoc biduum eſt commune,adeo continuum, quod etiam Paſcalem, vel Dominicū cōprehendit,vt ſi volo die ſequenti ponere exceptiones,vel articulos, vel poſitiones,debeo eas dare, & offerre magiſtro actorum, vel vni ex ſubactarijs,& in oblatis die feriata,dicitur oblata apud acta, non autem dicitur in iudicio,cum ille dies fuerit dies feriatus.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in criminalibus cauſis infra relegationem pœnam ingerentibus regulariter interuenit.*

2 *Fallit in crimine iniuriarum criminaliter moto.*

1 DIxi de hoc Rit.ſupra Rit.89.ibi me remitto. † Not. tamen ex hoc Rit. quod procurator poteſt interuenire regulariter in cauſis criminalibus ingredientibus pœnam infra relegationem per tex.l.pœna. §.ad crimen, vbi not.per Doct.ff.de publi.iudi.cum alijs nonnullis,quæ
2 dico infra latius in Rit. 108. † Fallit tamen in crimine in-
iuriarum criminaliter moto per tex. l.fin. C.de iniur. vbi hoc expreſſe diſponitur,exceptis perſonis illuſtribus. Sed de pract. & obſeruantia in hoc Regno vide in dicto Rit. 108. Salerni die 9.Auguſti.1559. Proſper Carauita.

RITVS XCII.

ITem nota quod in beneficio reſtitutionis dierum feriatarum non datur terminus,nec quod donat per diem totum ſequentem,nec ad probandum in petitione, quæ de hoc offertur, quia notorium eſt curiæ,ferias incidiſſe,& terminum datum tali fuiſſe, de quo termino reſtituuntur dies,qui fuerunt feriati,& intelligitur, quod reſtituuntur dies, qui fuerunt feriati, quando inducuntur feriæ de menſe Iulij,& Auguſti tantum, puta, datus fuit mihi terminus ad probandum per duos menſes, de qnibus duobus menſibus fuerunt feriati quinquaginta dies, certè iſti quinquaginta dies reſtituuntur mihi per reſtitutionem in integrum, ex illa clauſula generali, ſi qua iuſta mihi cauſa

Digitized by Google

ſa videbitur. Et quia terminus eſt communis, reſtituuntur etiam aduerſario, & vna petitio ſufficit, ſiue ego primo petam, ſiue aduerſarius, nam ex vna petitione reſtituuntur mihi, & aduerſario propter actum, qui fit in ea, quia actus duo fiunt in ea per ipſam Curiam, qui ſunt primi duo actus, hic in obſeruantia reſtitutionis in integrum, ideſt quod vtrique parti conceditur, quod petit vna pars tantum propter actum, ſecundum in ordine dictæ obſeruantiæ reſtitutionis in integrum, quæ incipit forma actorum, & ſufficit vna petitio, vt dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad vnius partis inſtantiam conceſſus, alteri conceſſus, intelligi debet.*
2 *Feriæ in honorem Dei, non reſtituuntur niſi abſorberent maiorem dilationis partem.*
3 *Parti non proteſtanti non ſuccurritur.*
4 *Feria Iulij, & Auguſti quare reſtituantur, feria autem ad Dei honorem inducta, non.*

NOt. ex hoc Rit. quòd quotieſcunque dato termino per iudicem, incidunt feriæ Iulij, & Auguſti, propter quas non potuit quis vti termino, poteſt per viam reſtitutionis in integrum ſaltim ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. petere eundem reſtitui ad dies feriatos, qua petitione oblata, curia ipſa cum ei ſit notoriũ terminum fuiſſe datum, & ferias incidiſſe, reſtituit litigantem ad tot dies, quot feriæ ipſæ fuerunt, & non habet neceſſe petere terminũ ad probandũ de hoc, nec ẽt terminum, ad ponendũ infra biduum, iuxta ea quæ in Rit. 89. dicuntur,
1 † quoniam cum ſit notorium (vt dictum eſt) curia ad ſolam petitionem concedit, quæ conceſſio, & ſi petita fuerit ad vnius partis inſtantiam, intelligitur etiam alteri facta iuxta tex. l. petendæ, C. de temp. in integr. reſtit. & ea quę diximus ſupra Rit. 90. Et ſi dicatur quomodo dicitur, quod non datur terminus ad probandũ per totum diem ſequentem, nec etiam ad probandum, cum in Rit. 91. expreſſe dicatur, quòd quando datur terminus ad probandum in petitione reſtitutionis in integrum, declaratur per iudicem, quod per totum diem ſequentem ponat quicquid competit. Reſpondetur, quod aut loquimur de termino dando ad probandum, & ponendum circa cauſam ipſam principalem reſtitutionis, & loquitur d. Rit. aut ad probandũ circa impedimentum ratione feriarum, & ponendum, ſeu præſentandum articulos ſuper eo, & loquitur iſte Rit. & bene dicit, quod cũ hoc ſit notorium ipſi curię, iudex abſque aliquo termino reſtituit litigantem ad dies feriatos, vt ẽt dicit alius Rit. infra 284. qui concordat cum iſto. Aduerte tamen, quod iſte Rit. dicit quod feriæ Iulij, & Auguſti tãtũ, faciunt reſtitutionẽ concedere, quaſi velit dicere, quod
2 ſecus eſſet in ferijs inductis in honorem Dei, † quia illæ non reſtituuntur, prout expreſſius diſponitur in allegato Rit. 284. in fin. quod veriſſimũ eſt, niſi abſorberent maiorẽ partẽ dilationis dicit Hoſt. in cap. licet cauſam, de probat. quoniam tunc ſi redderẽt dilationem inutilem in totũ, vel pro magna parte, terminus nõ curreret, ſed inciperet poſt ferias, ſecundum eum, idem Bal. in l. ſi quando, verſ. quæritur ergo, n. 6. C. de teſt. Lanfr. in c. quoniam contra in ver. dilationes, nu. 14. de prob. & Affl. in conſt. Reg. lite legitime, 9. not. ver. ſed quæro, nu. 15. † dummodo fuerit pars
3 proteſtata de ferijs, alias ſecus, tũ quia videtur acceptaſſe dilationẽ, cum ẽt, quia incidit in eas ſua culpa, quia nimiũ ſe arctauit, quo caſu ſuccurri non debet, l. 2. ff. ſi quis caut. no. Bal. & Saly. in l. 1. in fi. C. de dilat. Alex. in l. fi. ff. de fer. & Affl. in d. conſt. lite, & merito in termino connumerari,
4 iuxta l. ſiue pars in fi. C. de dilat. † Ratio autem diuerſitatis quare feriæ Iulij, & Auguſti reſtituuntur, feriæ autem in honorem Dei inductæ non, ea videtur eſſe, iudicio meo, quia quando incidunt illæ feriæ, dilatio currit, ex quo illis ferijs renunciari poteſt, l. 1. vbi not. per Ang. & Doct. ff. de fer. & c. fi. extra eod. tit. & ideo ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, reſtitutione opus eſt, at quando incidunt iſtæ inductæ in honorem Dei, quia eis renunciari non poteſt, d. c. fi. vbi omnes notant, ſecus eſt, & dilatio curret, ſed currere incipiet poſt ferias, meritò reſtitutio nõ eſt neceſſaria, intelligendo tamen, vt dixi, quando abſorbent maiorem partem dilationis: cogitabis tamen. Salerni die 12. Auguſti. 1559. Proſper Carauita.

RITVS XCIII.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod reſponſiones partium, quę fiunt ſuper articulis, exceptionibus, & poſitionibus, poſſunt fieri vſque ad concluſionem excluſiuè, ſiue infra terminum præceſſit citatio, quod veniat ad reſpondendum, ſiue non, & ſiue ſint reprobatoriæ exceptiones, ſiue non, & quandoque etiam procuratores reſpondent, quando eſſent informati à principalibus per inſtrumentum exinde confectum ad ſic reſpondẽdum: hoc tamen ſcilicet reſpondere per procuratorem, eſt in arbitrio Curiæ. Item not. quod quando aliquis comparet eadem die vſque ad primum ſomnum, reuocatur bannum, vel condemnatio ad tertiã, & licet non comparuerit Curia pro tribunali ſedente, dicitur in actu, comparuit Curia pro tribunali ſedente.

SVMMARIVM.

1 *Iudex poſt concluſum in cauſa, ex officio, an partem interrogare poterit?*
2 *Ratio quare cauſa omnes in Regno ſunt ſummaria.*
3 *Principalis ſuper articulis interrogandus, per procuratorem inſtructum quando reſpondebit.*
4 *Interrogatio à principalibus facienda. nunquid ſuper articulis, an ſuper interrogatorijs ſit facienda?*
5 *Interrogatoria interrogatiuè, poſitiones aſſertiuè fiunt.*
6 *Iudicium claudicare non debet.*

DIctum fuerat ſupra Rit. 70. & 79. qualiter multoties principales litigantes citantur ad deponendum ſuper articulis, exceptionibus, & poſitionibus, ſed quia dubitari poterat vſque ad quod tẽpus tales depoſitiones fieri poſſent, Rit. iſte hoc dubium decidendo, dicit, ꝙ vſque ad cõcluſionem in cauſa excluſiuè, & ſic nõ vltra, & hoc ſiue fuerint principales citati ad deponẽdũ infra terminũ, ſiue nõ, & ſiue fuerint articuli reprobatorij, ſiue in cauſa principali, vt tex. iſte expreſſe dicit. De hoc Rit. (vt dicit Cauenſ. hic) fuit immemor Affl. in rub. conſt. Reg. partes, &
1 in 1. not. illius conſt. dũ ibi concludit, † quod ẽt poſt cõcluſionẽ in cauſa, ſi iudici videbitur, poteſt ex officio interrogare partẽ, nõ autẽ ad inſtantiã partis, vt dicit tex. cũ gl. in verſ. poſtquam, in c. cũ Ioan. Heremita de fide inſtr. Bar. in l. vbicũque ver. deinde quæro, nu. 19. ff. de interrog. act. & gl. in c. fi. de confeſſ. & in c. quoniam cõtra in ver. interrogationes, extra de prob. ſed parcat mihi Cauẽſ. Affl. fuit ſatis memor iſtius Rit. immo ipsũ allegat in 1. not. d. cõſt. dũ dicit, quod cũ illa cõſt. cõcordat Rit. Magnæ Curiæ incipit itẽ ſeruat ipſa curia, & poſtquam allegat hunc Rit. pro cõcordanti ad illud not. debet intelligi, quod ipſe dicit ſecundum hunc Rit. & ſic vſque ad concluſionem in cauſa, & ſi dicatur, quod paulo inferius dicit poſtea, quod

Digitized by Google

etiam poſt concluſum in cauſa, principalis poteſt interrogari, prout etiam dixerat in rub. conſtitut. dico quod loquitur quando interrogatio fit ex officio iudicis, non ad partis inſtantiam, quo caſu ſecundum Bart. in d. l. vbicunque, nu. 19. & gloſſas allegatas, non eſt dubitandum, quod fieri poteſt, adeo quod recte intelligendo, Afflict. & Bart. non ſunt contrarij huic Rit. (vt Cauenſ. dicit) & ſecundum præfata, verus intellectus iſtius Rit. eſt quod loquatur de interrogatione facienda ſuper articulis per principales ad inſtantiam partis, ea etenim interrogatio non niſi vſque ad concluſionem cauſæ fieri poteſt, vt tex. noſter dicit. & Bart. in alleg. l. vbicunque, nu. 19. per l. iudices, & auth. iubemus, C. de iud. Limita hunc Rit. non procedere
2 in cauſis ſummarijs, & ex conſequenti in hoc Regno, † in quo omnes cauſæ ſunt ſummariæ per cap. Regn. deteſtantes infr. Rit. 288. Ratio eſt, quia inter alios effectus, quos producit cauſa ſummaria, eſt quod principalis interrogatur etiam ad partis inſtantiam, poſt cauſam concluſam, vt dicit expreſſe gl. in cle. ſæpe, in verſ. interrogabit, & ibid. Lanfr. de verb. ſign. Abb. in d. c. cum Ioannes, col. 4. verſ. not. & tene menti. & ibidem Felin. col. 5. Rom. conſ. 171. col. 5. & Marant. in pract. par. 4. diſt. 9. num. 30. in nouis.
3 ¶ † Secundo not. ibi, & quandoque, quod principales interrogandi ſuper articulis, poſſunt reſpondere per procuratorem inſtructum, & ſpecialiter deputatum ad ſic reſpondendum, vt etiam tetigi ſupra Rit. 70. & Afflict. in d. conſtitut. partes q. 3. nu. 4. qui allegat Iacob. Butrig. in l. fi. C. de proc. ſed potuit etiam allegare Specul. qui hoc pulchre dicit in tit. de poſitio. §. 6. verſ. in ſumma nu. 18. quod hodie etiam ſeruatur, verum practicatur, vt d. Rit. 70. dixi, quod ſi pars inſtat, quod veniat principalis tanquam perſona legalior, aut quia melius ſcit veritatem, procurator, non admittitur, ſed principalis habet deponere in poſitionibus, vt etiam firmat not. Spec. in d. §. 6. nu. 18. per tex. qui hoc dicit eleganter in l. fin. C. de procur. in cap. in pertractãdis, de iur. calum. & cap. præſentium de teſtib. in 6. & ideo bene dicit iſte Rit. quod iſtud deponere per procuratorẽ eſt in arbitrio curiæ. Limita hunc Rit. nõ procedere in cauſis criminalibus, ſed ſolum in ciuilibus, vt dicit Bal. in d. l. fi. C. de proc. & Affl. in alle. cõſt. partes, q. 3. n. 4.
¶ Tertio, & vltimo, nota, ibi item nota, quod ſi aliquis fuit citatus per curiam, & in vltimo peremptorio termino hora ſolita curiæ regendæ factus contumax, & bannitus, & condemnatus ad pœnam tertiæ partis bonorum mobilium, iuxta formam conſtitut. Regn. pœnam nouem vnciarum, cum duabus ſeq. poteſt eadem die vſque ad primum ſomnum, comparere, & reuocabitur condemnatio facta, & ipſum bannum, immo ſcribitur eius actus, quod comparuit curia ſedente, pro tribunali, licet non fuerit ita in veritate, vt etiam dicit alius Rit. qui concordat cum iſto ad literam infr. 206. & 306. & licet non dicat iſte Rit.
* coram quo fieri debeat * comparitio, tamẽ vt dicit d. Rit. 206. & dixi ſupra in Rit. 28. poteſt fieri coram Regente, aut capitaneo ciuitatis, item coram iudice, & etiam coram actuario, quod hodie bene ſeruatur in pract. maxime in Magna Curia Vicariæ, & ille coram quo comparet, facit ſibi cartulam eius manu, qualiter talis eo die comparuit coram eo, & demum tenetur alia curia ſequenti comparere, & facere inſtantiam, quod expediatur, & demonſtrata dicta cartula, annotatur ſua cõparitio in actis pro eo tẽpore quo curia ſedebat, & cõdemnauit ipſum, vt ẽt ad præſens ſeruat Regia Audientia Principatus Citra, & Baſilicatę, ab eo tamẽ tẽpore, quo in eadẽ creatus fuit Au-
* ditor D. Cæſar de Luciano. * Verũ hodie coram actuario non fiunt iſtæ comparitiones de ſero, vt in d. Rit. dixi.
4 ¶ † Quæro in hoc Rit. de vna quæſt. admodum neceſſaria, & de qua vidi ſatis diſputari, nunquid interrogatio facienda a principalibus fieri debet ſuper articulis, an ſuper
5 interrogatorijs? effectus eſt maximus, † quia interrogatoria fiunt interrogatiue, poſitiones vero aſſertiue, vt dicit gloſ. in c. 1. in ver. ſtatuimus, circa prin. de confeſſ. in 6. & Specu. de poſitio. §. 1. & §. 5. nu. 3. adeo quod is qui ponit ſecundum eand. gloſ. circa fin. fateri dicitur, & eius confeſſionem reuocare non poteſt, niſi in aliquibus cauſibus, de quib. per gloſ. & Doct. in cap. fin. de iureiur. & Alex. con. 34. col. 1. vol. 1. Lanfr. in d. clem. ſæpe, num. 35. vſque ad fin. poſt Bal. quem allegat in quodam conſ. videtur tenere, quod talis interrogatio in iſtis cauſis ſummarijs debet eſſe ſuper interrogatorijs, in cauſis vero ordinarijs ſuper poſitionibus, vt late per eum ibid. ego vero in facti contingentia contrarium tenui, & teneo, primo ponderando hunc Rit. & d. Rit. 70. & 79. in quibus nulla penitus mẽtio fit de interrogatorijs, ſed ſolum de articulis, exceptionibus, & poſitionibus, cum ſiquidem hoc voluiſſent, expreſſiſſent. Secundo, per d. clem. ſæpe, vbi poſtquam dictũ fuerat, quod in cauſis ſummarijs debet dari terminus ad articulos, & poſitiones, poſtea dicitur, quod iudex interrogabit partem, quod quidem debet intelligi ſuper his quæ prius dixerat, videlicet, ſuper articulis, & poſitionibus. Tertio, per pulchram, & ſatis not. deci. Dominorum de Rota de ſequeſtra. poſſe. & fruct. deciſ. 3. alias 31. in no-
6 uis, vbi hoc expreſſe deciditur per rationem, † quia iudicium claudicare non debet, vt probat tex. in c. cum inter, extra de exceptio. c. nouit. de iud. l. fin. ff. de rerum diuiſ. & Rit. infra 187. in princ. & ideo ſicut per cõfeſſionem principalis, qui habet reſpondere, releuatur alia pars, eodem modo, & principalis releuetur per poſitionem factam per ipſam partem, quia ſi eſt poſitio, dicitur fateri, vt ſupra dixi, & ſi eſſet interrogatorium, ſecus refert, & ſequitur Geminian. in cap. 1. num. 11. de confeſſ. in 6. Paul. de Caſtr. in indiuiduo in l. iudicis, nu. 7. C. de iud. & Capic. dec. 97. in fi. non obſtat id quod Lanfr. videtur dicere poſt Bald. quia noluit dicere hoc, ſed quia dixerat, quod vbi iudex interrogat poteſt iuramentum deferre, ſe declarat quod procedit in cauſis ſummarijs, quia in ordinarijs non eſt neceſſe dubitare de hoc, ex quo in eis per c. 2. de confeſſ. in 6. determinatum eſt, quod fiant poſitiones, & reſpõdeatur cũ iuramento, nec tamen voluerunt dicere, quod in ſummarijs non fiunt poſitiones, ſed interrogatoria, & ita practicatur, & in dicta cauſa factum fuit. Salerni die 15. Auguſti. 1551. Proſper Carauita.

RITVS XCIIII.

ITem ſeruat ipſa curia in principali cauſa, ciuiliter, vel criminaliter, & in fideiuſſoribus ſuis quando citantur ad aliquem actum, poſt conteſtationem litis, quod illo ſero quo debuit comparere ad citationem factam, accuſatur contumacia tantum, & ſequenti ſero fit condemnatio, & deinde ipſo ſequenti die fit ille actus ad quem fuit citatus, & ab inde in antea quandocunque, in teſtibus autem ſeruatur alius modus, quia illo ſero quo debuerunt comparere, accuſatur contumacia contra eos non comparentes per fiſcum, ſi cauſa erat ex officio vel per accuſatorem, vel per alium agentem ciuiliter, & deinde expectantur triduo ipſi teſtes, & poſtea condemnãtur, immo ſolet eis teſtibus ſeruari æquitas, vt durãte termino, infra quem iurare poſſunt, non condemnẽtur, poteſt etiam fieri contra eos condemnatio ante vltimũ diẽ termini (vt dictum eſt) per quod ſciant diem, quo debuerunt comparere, & ſit accuſata contumacia.

IſTe Rit. ponit practicam, & modum procedendi contra citatos, poſt litem conteſtatam, & non comparentes, tam ſi fuerint principales, quam fideiuſſores, dicens, quod quo-

Digitized by Google

quotieſcunque citatur aliquis ad aliquem actum, puta, ad publicandum, aut fideiuſſor ad aliquem præſentandum infra talem terminū, vltima die termini accuſatur contumacia, & demum ſequenti ſero, ſeu curia condemnatur ad pœnam in citatione appoſitam, vel fideiuſſor ad pœnam contentā in fideiuſsione, quo facto die ſequēti, & ab inde antea, quando alia pars vult, poteſt procedi facere ad publicationem, vel alium actum ad quem fuerat ille citatus, fallit hoc in teſtibus citatis ad deponendum infra talem terminum, quoniam accuſata prima contumacia vltima die termini, non condemnantur ſequenti die, ſed expectantur per triduum, quo elapſo, condemnantur ad pœnam in mandato contentam, licet quandoque ex æquitate expectetur nedum per triduum, ſed etiam vltra, & donec durat terminus datus in cauſa, infra quem iurare poſſent, & poſtmodum deponere: & cum hoc Ritu concordat alius Ritus infra 97. & 223. in quibus ad literam idem diſponitur. Et not. Rit. ibi, poteſt etiam, quod licet dictum ſit, quòd condemnatio teſtis citati ad deponendum, & non comparentis de æquitate poteſt ſuperſederi donec durat terminus cauſæ: tamen (vt ſupra dictum eſt) fieri poteſt ante vltimum diem * termini, & ſic infra ipſum terminū, elapſo dicto triduo, dummodo ſciuerit diem, quo debuit comparere, & ſit accuſata contumacia, quod quidem ſemper ſcire potuit, cum in citatione terminus apponatur. Item nota Rit. hunc loqui de citationibus, quæ expediuntur poſt litem conteſtatam, & condemnationibus fiendis ſuper eis: de citationibus autem ante litem conteſtatam, loquitur dictus Ritus 97. qui appellat eas, primas citationes, in quibus (vt ibi dicitur) ſeruatur quemadmodum dictum eſt de teſtibus, vt accuſata contumacia, expectetur triduum, quo elapſo, accuſatur vltima, & fit condemnatio. Diſpoſitio iſtorum Rit. quoad citationes, quæ fiunt lite conteſtata aliter ſeruatur hodie, quia in illis citationibus, in quibus pœna fuit appoſita, ad quam de neceſſitate oportet citatum condemnare, & vocare, expectandum eſt triduum, ſicut in his, quæ ante litem conteſtatam expediuntur, & eo elapſo, curia ſedente, fit condemnatio ad pœnam, & quo ad alias citationes, quæ fiunt ſine pœna, puta ad publicandum, vel concludendum, non accuſatur contumacia, nec fit condemnatio: ſed elapſo termino, fit publicatio, vel alius actus, ad quem ille fuerat citatus. Quo verò ad fideiuſſores ſimiliter, aliter ſeruatur, & in eis expectatur triduum, ſicut in teſtibus, & primis citationibus, quo triduo elapſo, curia ſedente, accuſatur pœna in fideiuſſione contenta, & dicitur quod exequatur realiter, & perſonaliter, vt tangit Afflic. in conſt. Regn. clementiæ, in fin. ver. & ita practicatur, & quoad primas citationes, quæ fiunt ante litis conteſtationem, ſeruatur d. Rit. 97. & in eis expectatur triduum, vt etiam dictat Rit. 23. in fi. & 218. Regia prag. relatione, vbi dixi in 4. nota. de ord. iudic. & Rit. 118. Salerni die 18. Auguſti. 1559. Proſper Carauita.

RITVS XCV.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd illa dies, qua debuit accuſari contumacia prima, ſi fuit dies feriata, etiam Paſqualis, debet aſſignari nihilominus ipſo die reſponſale magiſtro actorum, vel alicui ex ſubactarijs de voluntate magiſtri actorum prædicti, & in ipſo reſponſali ſcribitur præſentata, ſcilicet die illo feſtiuo, quo fuit præſentatum ipſum reſponſale, & primo die iuridico accuſatur prima contumacia, & proceditur ad vlteriora, iuſtitia mediante, & poteſt accuſari prima contumacia, etiam ſi curia non regitur, dummodo coram magiſtro actorum, vel aliquibus ex ſubactarijs in curia exiſtenti, vel exiſtentibus, & nota, quòd quando dies eſt feriatus, aſſignatur prædictum reſponſale, & fit præſentata in eo, non dicitur, quod fuit præſentatum in iudicio, ſed apud acta tantum, quia non eſt iudicium tali die, ſed acta ſemper ſunt, & ita obſeruat ipſa Curia, quando tali die fierent, quo iudicium eſſe non poteſt: ſed quando accuſatur prima contumacia, ſcilicet hora qua accuſatur, ſi non regatur, dicitur tali die, tali ind. & talis menſis, talis in iudicio præſens, & apud acta dictæ Curiæ accuſauit contumaciam dicti talis vocati in dicta Curia, & non comparentis, & ita ſeruatur, & dum eſſet quæſtio de hoc tempore felicis memoriæ, & recolendæ Domini Caroli Ducis Calabriæ, fuit facta terminatio per Iudices ipſius Curiæ (vt dictum eſt) præſente magiſtro Lancea dictæ Curiæ actorum magiſtro, tunc ſubactario, ſeu ſcriptore in eadem curia, &c. & ipſe retulit.

De hoc Ritu, & eius obſeruantia dixi ſupra Ritu 82. qui cum iſto concordat, merito ibi te remitto.

RITVS XCVI.

ITem, quod proceſſus originales in dicta Curia agitati, & facti, ac faciendi, non poſſint, nec debeant ad petitionem partium ab ipſa Curia tolli, & eleuari, ſed ſi ipſe partes voluerint Reginali Maieſtati, vel alteri iudicio producere, & præſentare, teneantur recipere copiam de eiſ-
a dem, *a* (vt ſolitum eſt fieri,) & dicti proceſſus originales in ipſa Magna Curia conſeruentur, ſicut de iure conſeruari debent.

ADDITIO.

a De eiſdem. Adde, quod quamuis regulariter, in appellationibus tranſmitti debeant copiæ proceſſuum, tamen vbi prætenditur, proceſſus eſſe vitiatos, & falſificatos conſueuit Magna Curia Vicariæ, & Sacrum Conſilium mandare, quod tranſmittantur originales relictis copijs, & ita quotidie obſeruatur. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Acta originalia penes Curiam remanent, eorum tantum copia dabitur parti.*

2 *Iudex ad quem, iudici à quo mandare non poteſt, vt originalem proceſſum, ſed authenticam copiam tantum transmutat.*

3 *Inſtrumenta originalia in quibus caſibus, retenta copia, reſtituantur.*

4 *Proceſſus criminales, & ciuiles quomodo hodie Neapoli conſeruentur.*

1 NOt. 1. ex hoc Rit. † quod acta originalia non dantur partibus, & ſi eis opus habeant, vt coram alio tribunali præſentent, datur copia relictis originalibus penes curiam ad idem text. in c. quoniam contra, verſ. & omnia, de probat. Spec. in tit. de teſte, §. publicatis, in princ. Imo.
2 Abb. & Fel. in c. cum bonæ. in 1. nota. de prob. † Amplia procedere nedum ad partium petitionem, vt Rit. loquitur, verum etiam iudicis ad quem qui non poteſt mandare iudici à quo, quod trāſmittat proceſſum originalem, ſed ſolum

Digitized by Google

lum copiam anathematicam,vt dicunt gl. & Bart.in l.eos, §.ſuper his,in verſ.exempla.vbi etiam Saly.C.de appell.& idē Salyc.in l.fi.in fi.C.de relatio.ſeruatur tamen in pract. in Magna Curia Vicariæ, maxime in cauſis criminalibus, pro celeri expeditione carceratorum, quod actuarij cauſarum(ad quos ſpectat facere copiam, habito ſolito pretio) contentantur multoties dare originalem proceſſum (aliquo ſibi ſoluto à parte appellante, pro iuribus copiæ) actuario iudicis ad quem,qui tandem finita cauſa appellationis, habeat ſibi reſtituere, relictis penes ſe illis actis
3 tantum, quæ geſta fuerint in cauſa appellationis. † Limita primo hunc Rit. non procedere quoad inſtrumenta in actis,etiā in proceſſu cauſæ præſentata,& alteri parti intimata, quoniam ea relictis copijs penes curiam, & facta collatione inter copias,& originalia,citata parte ad vidédum collationem, reſtituuntur partibus, ſi tamen præſentantes ea, præſentauerunt cum ſolita proteſtatione, ſaluo iure relaxandi copiam, & recipiendi originale, vt dictat Rit.infra 176.quem ita intelligo. Secundo limita non procedere in inſtrumentis,quæ in curia præſentantur,vt liquidentur iuxta formam ritus Magnæ Curiæ infra 166. quoniam talia inſtrumenta elapſis duobus menſibus,à die præſentationis,ſeu liquidationis, reſtituuntur partibus relicta copia penes curiam,vt dicitur in d.Rit.176. & 185. Quod tamen debet intelligi,vt à caſu præcedenti differat, etiam ſi non fuerint præſentata cum dicta proteſtatione, & ita
4 practicatur. ¶ † Secundo not. ibi in ipſa Magna Curia conſeruentur, quod proceſſus originales debent conſeruari in ipſa Magna Curia,in vno caſſono communi, vt dicit Rit.ſupra 26.vbi dixi,qui hodie appellatur archiuus,vt dixi ſupra Rit.24.ſed,vt in hoc ſcias, quid hodie ſeruat Magna Curia,diſtingue proceſſus criminales à ciuilibus:proceſſus criminales,aut ſunt informationes, & conſeruantur per aduocatum fiſci in dicto archiuo in vno loco ſeparato ſub claui,quam ipſe tenet,aut non,& tunc aut ventilantur, & tractantur,& conſeruantur per actuarium, qui eos domi,vel in banca detinet,aut ſunt expediti,& conſeruantur in archiuo quem dixi in loco ſeparato clauſo cum claui, quam ipſe tenet, & quilibet actuarius habet in ipſo archiuo vnum locum pro ſuis proceſſibus. Proceſſus ciuiles, quia pro eis non eſt locus in archiuo,ab aliquibus conſeruantur in certis conſeruatorijs, vel ſtipis particularibus, quæ ſunt ſub ipſo tribunali Magnæ Curiæ,& ab aliquibus domi,& in banca,in alijs autem curijs Regni,vt dixi ſupra Rit.26.ſimiliter ſeruari deberent,ſed vt ibi dixi, conſuetūdo curiarum ſpectanda eſt. Eboli die 20. Auguſti. 1559. Proſper Carauita.

RITVS XCVII.

Item ſeruat ipſa curia, in primis citationibus expectare triduum,& eius elapſum antequam condemnet, vel aliquem banniat, in alijs autem citationibus,quę in proceſſu cauſæ fiunt lite conteſtata,vt quando citantur fideiuſſores,vel quando citatur quis ad publicandum, & ſimilibus nūquam expectatur triduum, ſed condemnantur hoc modo, ſi hodie debet comparere, accuſatur hodie contra eum contumacia, & cras condemnabitur ad pœnam vnciarum quatuor,ſeu ad tertiam partem bonorum ipſius mobilium, ſi dicta tertia maior pars dictæ pœnæ exiſtat, & facta dicta condemnatione per interloquutoriam, fit dictus actus.oportet enim de neceſſitate, vt primo fiat condemnatio, ad hoc, vt fiat actus in contumacia,& fit citatio iſto modo, ſcilicet, poſt litem conteſtatam, mandamus quatenus citetis dictum talem ad pœnam vnciarum quatuor auri,non tamen in citatione dicitur, ſeu tertiam partem bonorum mobilium,vt ſupra,& quamuis in citatione non dicatur ſic, (vt dictum eſt)& condemnatur,fideiuſſores autē requiruntur, vt ſiſtant principalem, & ad pœnam fideiuſſionis, & condemnantur per dictum modum ad pęnam fideiuſſionis,non expectando triduum,ſed teſtes qui citantur ad pœnam vnciarum auri quatuor tantum,& non veniunt ad deponendum teſtimonium veritatis,expectātur per ipſam curiam triduo, & elapſo, ab eo tempore cuius memoria hominum in
a contrarium non exiſtit. a

ADDITIO.

a Vide,quæ diximus ſupra ad Ritum 80. C. P.

De hoc Ritu, & eius obſeruantia dixi ſupra Rit.94. ibi me remitto.

RITVS XCVIII.

a Item ſeruat a ipſa Curia, quando diſputatus eſt proceſſus,& deinde ſecundum ordinem dictæ Curiæ eſt viſus per omnes iudices, ſeu examinatus in camera,iudices, qui debent dare ſententiam ſimul cum Regente(prout continetur in alia obſeruantia)ponunt manum ſuam in proceſſu hoc modo,in fine proceſſus,videlicet, fiat ſententia condemnatoria,per quam dictus talis conuentus condemnetur ad dandum,tradendum, & aſſignandū dicto tali cōuento in prædicta cauſa, domum prædictam, & ita videtur mihi Franciſco Derapolano de Senis legum Doctori,dictæ Curiæ iudici, & ego Henricus Aconzaiocus iudex dictæ Curiæ concurro,quod nota.

ADDITIO.

a Item ſeruat. De ordine votandi in ſacro Conſilio, quę in omnibus tribunalibus ſeruari debet, vide Affl. deciſ.1. & quòd Iunior votare debeat vota vide prag. Ducis de Alcala corrigente prag.Regis Ferd.1.in prag. Sacri Conſilij. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Vota qualiter dentur in Regno in cauſis tam ciuilibus, quam criminalibus.*
2 *Maior pars iudicum in votando,minorem vincit.*
3 *Forma in ſcribendis votis iudicum, quæ in Magna Cur. Vic.& quæ in ſacro Reg.Conſilio ſeruatur.*

* Ritus iſte hodie * † aliter practicatur,ex quo facta re-
1 latione cauſæ, & auditis partibus, & fiſco (ſi cauſa eſt criminalis) votatur, & ſi omnes iudices ſunt concordes fit decretum in proceſſu,quod ab omnibus ſubſcribitur,& demum partibus intimatur, ſi vero aliquis eſt in voto contrario ſimiliter ſe ſubſcribit decreto, & votum ſuum notatur in lib. votorum ad hunc effectum deputato, vt in pragm.5. in princ. & in §. item che, & §. item perche. de off.magiſt.iuſt. Verum in criminalibus, quando inquiſitus venit condemnandus decretum non ſcribitur in proceſſu, ſed in libro decretorum ad hoc deſtinato, qui ſingulis mē-
2 ſibus conſeruatur per vnum ex actuarijs ciuilibus. † obſeruantia iſta(vt credo)ex eo ſumpſit originem, quia ſemper

Digitized by Google

2 per maior pars iudicum in votando vincit minorem. [a] Vt
patet ex l.ſi in tres,cum l.ſeq.ff.de arb. idque adeo verum
eſt,quod licet aliquis fuerit alterius voti, nihilominus ſub-
ſcribit poſtea ſe decreto,vel ſententiæ, vt ſupra dictũ fuit,
ſed quia poſſet poſtea in ſyndicatu quæri de iudicibus, qui
ſentẽtijs,& decretis ſe ſubſcripſerũt,efficitur dictus liber,
vt inde appareat quis fuerit contrarij voti, & ex conſe-
3 quenti ille contra quem agi poteſt,vel non. † In ſacro Cõ-
ſilio ſimiliter adeſt certa forma ſtatuta in exquirendis, &
ſcribendis votis, alias ordinata per Regem Ferdinandum
* primum,& nuper renouata * vt patet in prag.13.de off.ſa-
cri conſ.vide ibidem. Et aduerte,quod licet per d prag.in
§. poſt cauſæ, iudices in votando, poſſint arguere, & ad
partes diſputare,& demum votare, quod quidem ſatis cõ-
mendat Affl. in conſt. Regn. ſtatuimus, vt magnæ 9. not.
nu.30.dicens ſe pluries optaſſe, quod fieret conſtitutio re-
gia,quod iudices votarent cum rationibus,& allegationi-
bus veris. tamen per Illuſtriſſimum Dominum Ducem de
Alcala in prag.prædicta, §.non defuere, verſ. prædictas,
ſublatum eſt, adeo quod iudices non habent in iure diſpu-
b tare cũ votant,ſed ſimpliciter votare,[b] quia ſi ſecus fieret,
quælibet cauſa duraret in diſputãdo inter iudices vna die,
& ita ſeruatur. Eboli die 21.Aug.1559. Proſper Carauita.

ADDITIONES.

a Minorem. Adde quod aliquando, & in quibuſdam locis ſententiæ non numero,ſed pondere valebant. Nam(vt teſtatur Bud.in adnot.ad l.vlt. ff.de Senator.) Phili. Rex cognomine Pulcher,in capite quodam cuiuſdam conſt.quam edidit anno 1294.ita ſanxit. Quod ſi iudices,qui in maximo tribunali erunt ſententijs ſuis diuerſa cenſuerint principes,aut præſides curiæ,ex maioris partis ſententia, rem decernere,ac pronunciare debebunt, aut etiam ex potioris, ſi quando ex cenſentium grauitate, & meritis, aut ex rerum decernendarum qualitate eis ita videbitur.ex quibus verbis intelligimus,inquit perpetuum hunc morẽ non fuiſſe numerandarũ ſententiarum.De quo Plin.ad Adrian. de quodam Senatuſcon. loquens, quod ipſe magnopere improbandum cenſebat. Sed hoc inquit,pluribus viſum eſt, numerantur enim ſententiæ, non ponderantur. Nec aliud publico cõſilio poteſt fieri, in quo nihil tam inæquale,quam æqualitas ipſa. Nam cum ſit impar prudentia par omnium ius eſt. Vtrum autem,inquit, præſtare videatur, nos in medio iam diu poſitum relinquimus. C. P.

b Votare. Vtrum autẽ melius ſit,Deus ipſe ſcit,nobis autem valde grata Regia prag.foret,quam Affl.deſiderabat, atq; vt non ſolum iudices non ex arbitrio, quod maxime iuſtum eſt,ſed ſecundum leges iudicarent, & cum rationibus votarent,rationibus in ipſis votis allegatis, & notatis, ſed & vt in ſententia etiam rationes exprimerentur,vt & litigatores,& aduocati, cauſarumque patroni agnoſcentes malam cauſam fouiſſe,facilè adquieſcerent, nec de iudicibus conquererentur. C. P.

RITVS XCIX.

ITem, quod in curijs ipſis fiat, & fieri debeat diſtributio aduocatorum non habentium ſalarium,etiam de publico.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati antiquitus matriculati erant, & de publico ſalariabantur. Et quare.*
2 *Salarium aduocatis hodie à clientulis loco publici ſuccedit.*
3 *Salarium aduocatis qualiter conſtituatur. Et quod illud licitè percipiatur.*
4 *Qui primus patrocinantibus iuſtam mercedem inſtituit.*
5 *Aduocatus eius ſalarium, etiam ſine labore, percipere quando poterit.*
6 *Aduocatus etiã pro Rege, gratis patrocinari nõ tenetur.*
7 *Iuſtum conſilium etiam Eccleſiæ vendere licet.*
8 *Principi à priuato aliquid abſque ſalario habere nõ licet.*
9 *Aduocatus à paupere aliquid accipiens,in foro conſcientiæ peccat.*
10 *Aduocatus ſi pauperis renuet patrocinium, denunciabitur Eccleſiæ,vel iudicis implorabitur officium ad eum cogendum.*
11 *Aduocatus, ſi iudice mandante, pauperis patrocinium renuat, priuabitur patrocinio.*

AD huiuſmodi Ritus intelligentiam ſcire debes,quali-
ter de iure communi prouiſum eſt, quod in cauſis
vertentibus in iudicijs aduocati boni æqualiter litigantibus
diſtribuantur iudicis arbitrio, ne alias ſequatur iniuſtum,
& inconueniens, quod dum meliores ex vna parte conſi-
ſtunt,aliam partem tirones foueant, & expertes, vt dicit
1 textus in lege prouidendum,C.de poſtulando. † Sed,quia
tunc temporis aduocati erant matriculati,& ſalariabantur
à publico,vt dicit gl.in Rubrica.C.de aduocatis diuerſorũ
iudicum,Cynus,& Bald.in l.1.nu.3.in fi.C.de ſuffragio, &
Tiraquellus de nobilitate c.29.nu.53. Orta eſt contentio
inter gl.Bart.& Doctores in d.l.prouidendum. Gl.ibidem
dicente illum tex.hodie non procedere,quia aduocati non
ſalariantur à publico: Bartol. vero nu.2.& Sal.in fi. ipſius
legis contrarium aſſerentibus.Tum,quia licet non habeant
2 ex publico ſalarium, † tamen illud, quod habent à clien-
tulis loco publici ſalarij ſuccedit, argumento legis fori,
C.de aduocatis diuerſorum iudicum. Tum etiam,quia ra-
tio dictæ legis prouidendum, militat etiam in aduocatis
hodiernis,& a publico non ſalàriatis.Quod Doctores ibi-
dem communiter ſequuntur. Ad confirmationem igitur
opinionis Bart.Saly. & Doctorum in l.prouidendum,con-
tra gloſſam, Ritus noſter dicit,quod in curijs ipſis fieri de-
beat diſtributio aduocatorum non habentium ſalarium,
etiam à publico.Et idem habes in fine Ritus ſequentis, ſed
in practica non video ſeruari in hoc regno, & vt puto,ob
multitudinem aduocatorum. Credo tamen, quod ſi caſus
contingeret, teneretur iudex ad partium inſtantiam diſtri-
butionem facere, ſi omnes meliores aduocati fuiſſent ab
vna parte præuẽti,& hoc tum ex diſpoſitione dictæ legis,
cum etiam iſtius Ritus,quod nota. ¶ Quæro in hoc Rit.
quonam modo intelligitur, quod hic dicitur de aduoca-
torum diſtributione nunquid cum ſalario à partibus ſoluẽ-
3 do,an ſine?Breuiter licet textus non dicat. † Tamen ipſum
intellige mediante ſalario ſoluẽdo ab ipſis clientulis pro
modo litis,& laboris,aduocati facundia.& fori conſuetu-
dine per textum in l.1.§. in honorarijs, ff.de varijs,& ex-
traordinarijs cognitionibus,quia aduocati poſſunt licitè ex
patrocinio ſalarium percipere,vt ibi patet, & ex l.1.C.de
ſuffragio.& apertius,ac notabilius in c.non licet,11.q.3.c.
non ſane.14.q.5.& c.Romana, §.nec etiam de foro cõpe-
tenti.in 6.etiam ſi fuerint clerici, vt dicit Gl. in c.1.15.q.2.
Abbas in c.1.in fine de poſtulando.& Tiraquell. de nobi-
litate,c.29.nu.30. poſt Speculatorem, quem non citat, in
titulo de ſalario,§.ſequitur,nu.20. Licet antiquitus per le-
gem Cinciam,ob cauſam orandam, pecuniam, donumve
accipere prohiberetur.authore Tacito lib.11. quod & ip-
ſum Plinius lib.5.epiſtolarum ad Valerianum ſequitur in-
quiens, quod leges antiquas ſequutus nũquam aduocatio-
nes ſuas voluit eſſe venales,ſed à pecunijs ſẽper abſtinuit.
Tullius lib.2.officiorum cum ait,diſerti hominis, & facilè
laborantis,quodque in patrijs eſt, moribus, multorũ cau-
ſas,etiam non grauate,ſed gratuito defendentis,beneficia,
& patrocinia late patent, & Ouidius lib.1. elegiarum ſic
a dicens. Turpe reos empta miſeros defendere lingua. [a]

Quod

ADDITIO.

a Lingua. Iuxta illud Senecæ in tragedia prima. Hercules furens,actu 1.Turbine magno, &c.ibi.

Hic clamoſi rabioſa fori
Iurgia vendens improbus iras,
Et verba locat.&c. C. P.

Quod faciat magnas turpe tribunal opes, vt alijs quāpluribus probat Tiraquellus in tractatu præallegato, nu.21. cū
4 ſequenti. † Author, qui primus antiquas leges abrogans apud Romanos iuſtam, certamque mercedem patrocinijs inſtituit, Nero eorum Imperator fuit, ſi Suetonio credimus
a in eius vita, c. decimoſepti. a vel ſecundum Cornelium Tacitum lib.11. Claudius Cæſar, qui ante Neronem præfuit Romano Imperio, & aduocatis ſalarium vſque ad dena ſextertia conſtituit, ita quod ea egreſſi, repetundarum
5 tenerentur. ¶ † Amplia primo, quod dixi, Aduocatos licite poſſe ſalarium ex aduocatione percipere etiam ſi abſque labore, & librorum reuolutione patrocinari valeant, ſecundum Spec.de ſalario.§.ſequitur, nu.1. & Io.Andr. ibi per optimam rationem, quam ponit. Quia, ſi ſecus diceret, ſequeretur, quod eſſet deterioris conditionis aduocatus doctus, qui eo quod continuos labores ſuſtinuit ad adipiſcendam legum ſcientiam in promptu poteſt de iure reſpondere, quam alij, qui, vt valeant conſulere ad præſens, ſtudijs opus habent. Idem dicunt Archidiaconus in c.non licet, 6.q.3. Imol.in c.cum ab omni, col.fin.de vita, & honeſtate clericorū, Alex.ad Bar.in l.1.ff.de varijs, & extraordinarijs cognitionibus, Soc.in tract.fallentiarum, regula 229. Iaſ.in l.nec quicquā, §.vbi decretum, ff.de off. proconſulis, & in §.ſeu iſte, col.antepenul.inſtit.de actionibus, & alij, quos tibi late poſuit Tiraquell.in dicto tractatu nobilitatis c.29.nu.31. Licet Gl.in d.c.non licet, & alij, quos
6 ibidem citat aliter voluiſſent. † Secundo amplia, etiam ſi vellet iudex ipſum aduocatum patrocinari cauſam fiſcalē, quia etiam pro Rege non tenetur gratis aduocare, vt dicit Innocentius in c. ſicut lo 2. nu.2. extra de iureiur. Affl.in conſt.Regni cum circa, 18.notabili, nu.22.& Paris in ſind. litera A, §.poteſtas, nu.2.& 3. vbi & quæ ſupra diximus al-
7 legat. † Quia iuſtum licet conſilium vendere etiā Eccleſiæ, c.ſignificatum, extra de præben.notat Inn.in c.non ſatis, de ſimonia.& in c.1.de magiſtris. Ad idē tex.in auth.de mād. Princ.§.oportet, & §.illud, de iudicijs, §.ne autem. Pro quo
8 faciunt notata per Iſer.de capit.qui cur.vend.in fi. † vbi ꝙ Princeps, qui vult aliquid à priuato, non poteſt illud accipere ſine ſalario, & in tit.de pace iuram.firm. §.receptatores, niſi aduocatus habeat ſalarium ab ipſo Rege, ſecundum Paridem ibi intelligendo niſi lites eſſent adeo magnę, quod labores excederent ſalarium, vt ipſe dicit, nu.3.
¶ Limita non procedere, quando litigantes eſſent pauperes, quia pro ijs tenentur aduocati gratis patrocinari, vt dicit Gl.in c.ſtatutum, §.inſuper.in verbo pauperes, in fi.de reſcript.in 6.bonus tex.in c.1.vbi Hoſtien. Abbas, & Fely. de off.iudicis. Albericus in procemio Codicis, col.4.nu.18. Bal.in l.ſi furioſi, per illum tex.in verbo gratis, C.de nupt. deciſ.Tholoſ.481. Alber.in l.1.§.ait prætor.ff.de poſtulando, Ripa in l.ſi conſtante, nu.35.& 36.ff.ſol.mat.& Didac. lib.pract.quæſt. c.6.nu.4. Quod quidem adeo verum eſt,
9 † quod ſi aduocatus aliquid a paupere acciperet, in foro conſcientiæ peccaret, ſecundum Albericum in l.1. col.fin. C.de ſuffragio. & in l.nec quicquam, §.finali, ff.de officio Proconſulis, & Iaſon in §.vbi decretum, eadem l. & in §. Tripli.col.penult.inſtitut.de actionibus, & Tiraquell.in dicto tract.cap.29.num.39. intelligendo tamen, vt per Felynum in dicto cap.1.num.2.de officio iudic. quem ſequitur Tiraquell. vbi ſupra. Aufrerius ad dictam deciſionem Tholoſanam 481. Silueſter in ſua ſumma, in verbo Aduocatus, quæſt.28. & Didacus Couarruuias in præalleg.loc. Quando cauſa pauperis importaret eius extremam neceſſitatem, adeo quod ſi cauſa rueret, fame moreretur, quia tunc, cū iſta denegatio patrocinij poſſet eſſe occaſio mortis, ipſi aduocato imputaretur, per textum in cap. paſce.
10 86.diſtinct. † Quod ſi aduocatus renueret hoc facere, poſſet pauper denunciare Eccleſiæ, quæ poſſet talem aduocatum cogere tanquam recuſantem eleemoſynam facere, vt dicit Felyn.in d.cap.1. per ea, quæ dicit gloſ.in c. ſicut, in verbo eſurientem, 47.di. quam ſingularem facit Roman.in repetitione l.ſi vero, §.de viro.24. fallentia, ff. ſol.matr. Aret.conſ.48. reuocatur in dubium, col.2.& Soc. regula 435. Gl.in c.Domino, in verbo neceſſe.50. diſtinct. & in c.exigunt, 1.q.7. vel iudicis officium implorare, vt ipſum cogat, quia iure actionis hoc petere non poteſt, vt dicit Spec.in tit. de inſtrumentorum editione, §.nunc aliqua, col.17.verſ.ſed an pauperes, Imol.& Abb.in c.1. de empt.& vend. Tiraquellus in præallegato c.nu.46.& deci-
11 ſio Tholoſana præallegata. † Et ſi iudice mādante adhuc renuat, poteſt ei interdici patrocinium, per legem prouidendum, C.de poſtuland. ibi Bal.l.moris, § ſunt autem, ff. de pœnis, & l.1.§.cura carnis, ff.de officio præfecti vrbis, notat Abbas in d.cap.1.de offic.iudic. Aufrerius ad dictam deciſionem Tholoſanam, & Didacus Couarruuias vbi ſupra. Eboli, die 24. Auguſt.1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Vndecimo. Adde, quod contrarium potius teſtatur ibi Tranquillus, dum ait. Item vt litigatores pro patrocinijs certam, iuſtamque mercedem pro ſubſellijs, nullam omnino darent præbente ærario gratuita. De quo tamen videndus eſt omnino Vlpian. in l.1. ff.de extraordin. cognitionibus. C. P.

RITVS C.

ORdo per Curiam datus Aduocatis ſedentibus, per ſubſcriptum ordinem habeant loca, qui quidem Aduocati non audeant accedere ad bancam, niſi vocati ſeruato dicto ordine, & quod non intromittant ſe de actis ordinarijs ſpectantibus ad ordinem cauſarum, ſicut eſt publicatio, petitio repulſæ, concluſio, & alij eiuſmodi actus, qui actus fiant per procuratores, (vt ſpectat ad officium ipſorum) & quod quilibet Aduocatus qualibet vice, qua venit ad bancam, ponat duas cauſas tantum. Item in Curia ipſa fiat diſtributio Aduocatorum non habentium etiam ſalarium publicum.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati ſe abſtinere debent ab eis, quæ cauſarum ordinem reſpiciunt.*
2 *Officium aduocatorum nobile, & honorabile.*
3 *Infames aduocare non poſſunt, nec aliquam dignitatem habere, propterea nec Iudaeus.*
4 *Officium procuratorum nobilitatem amitti facit adeo quod nobilis illud exercens, cum plebeis connumerabitur.*
5 *Et ſi ab eo deſiſtat, nobilitate gaudebit.*

EX princ.ipſius Rit.nihil colligo, quia eſt potius quædā rubrica duorum Rit. ſequentium vbi idem diſponi-
1 tur, & ideo ibi me remitto. ¶ † No.1. ibi, & quod non intromittant ſe, quod aduocati non debent ſe intromittere in cauſis circa ea, quæ reſpiciuntur ordinem cauſarum, ſicut eſt publicatio, repulſa, & huiuſmodi, ſed debent iſti actus fieri per procuratores, ad quorum officium ſpectant. Et ex hoc corrigitur, quod habetur in conſt.Regn.lite iunctis his, quæ ibi ponit Affl.12.no.nu.19.vbi, quod aduocatus poteſt præſentare in iudicio articulos pro ſuo clientulo, quod etiam voluit gl.conſt.Reg.partes, ratio huius Rit.
2 eſt, † quia aduocatorum officium dicitur eſſe nobile, l. prouidendum, in prin.in verſ.nobiliſſimos. C. de poſtul.l. aduocati, C.de aduo.diuer.iud.& not.Bal.in rub.extra de off.iud. col.ant. item non poſſunt eſſe infames, d.l.1.§.ait
3 prætor, & c. infames in princ.3. q.8. & † propterea nec etiam Iudæi, vt dicit Bal.in l.fi.per illum tex. C. de poſtul.
4 & Iaſ.in rubr.ff.de iuſt.& iur.col.1. † Procuratorum vero officium

a officium adeo vile, a quod nobilitatem amittit, l.vniuerſos,& l.ſi quis procurationem, & vtrobique Gl. & Doct. C.de decur.lib.10.Dy.in c.infamib. de reg.iur.in 6. Bal.in præalle.rubri.de off.iud.& in d.l.inuitus,col.1. & infamibus non denegatur regulariter de iure ciuili, vt dicit Gl. in l.1.§.hoc edicto, vbi Bar. & Bal.ff.de poſtul. Bart.in l. pedius,ff.de arb.Dyn.in d.c.infamibus,& Tiraquell.de nobilita.c.30.nu.2.in tantum,quòd ſi ab eo (qui aliàs nobilis eſt)exercetur,priuilegio nobilium exutus,cum plebeis, & ignobilibus contribuit in ſubſidijs regalibus,vt dicit Guid. Papa deciſ.89.388. col.4. verſ. & hoc dico,& 399. Caſſa. conſ.64.viſo proceſſu. col.pen. nu.34. & Tiraquel. d.c.30.
5 nu.3.licet † ſi poſtea deſiſtant,nobilitate gaudeant, vt dicit Caſſa.ibid.nu.35.& Guid.Pap.deciſ.391.& ideo ne eorum officium,& nobilitatem offendant,voluit iſte Rit.quod ab huiuſmodi actibus ad procuratores ſpectantibus, aduocati abſtineant, quod bene ſeruatur, quia aduocati cauent ab his ſicuti ab igne, licet reperiantur multi dolores legum, potiusquam Doctores,qui etiam vnius nummi lucro peiora facerent. ¶ In tex.ibi, quod quilibet aduocatus, dic de hoc,vt dicam infra Ritu 102. ¶ In text.ibi item in curia ipſa,dic vt dixi ſupra Rit.præceden.vbi ad literam idē diſponitur. Eboli die 25.Aug.1559. Proſper Carauita.

A D D I T I O.

a Vile. Adde, ꝙ l.vniuerſos non facit ad propoſitum. lex ſi quis procurationem loquitur de curiali qui procurationem facultatum priuati ſuſcepit. Officium namque procurationis in iudicio non poteſt dici vile,& infame, vt falsò quidam opinantur, vt latiſſimè nos ipſos ab hac nota defendendo diſputandoque demonſtrauimus in tract. de cōmer.magiſtrat.aut vetit.aut permiſſ. in ampliationibus legis,ampliat.15.reſpondendo ad q.9.Guid.Papę,& ad omnia in contrarium adducta. Cui opin.adſtipulatur. Nam procuratores in iudicio, dicuntur habere peculium quaſi caſtrenſe,vt latè per Alex.conſ.26.vol. & eſt ritus expreſſus infra nu.201.quod quidem peculium non dicuntur habere viles, & infames, videmusque procuratores in Vrbe Roma eſſe legum doctores, quod neutiquam facerent ſi eſſent viles,& infames. C. P.

R I T V S CI.

IN primis Doctores ſedeant hoc modo,videlicet,quod ille,qui eſt antiquior in doctoratu præcedat. alij aduocati ſeruent ordinem, quòd antiquior aduocatus præcedat in ſedendo alium aduocatum.

S V M M A R I V M.

1 *Inter Aduocatos, & Doctores, pracedat in ſedendo primo ad doctoratum promotus.*
2 *Paritate temporis doctoratus concurrente,praſertur atate ſenior.*
3 *Senes potius,quàm iuuenes conſulendi,pluraque de ſenectute.ibidem.*
4 *In honoribus deferendis non antiquior, ſed magis idoneus praferendus.*
5 *Doctoribus, & aduocatis coram iudice, quando, & vbi ſedere liceat,caeteriſque perſonis.*
6 *Inter Doctores data paritate atatis, & doctoratus, praſertur qui libros compoſuerit.Et hoc ceſſante,nobilior ſanguine praſerendus.*
7 *Inter nobiles data paritate, quis praſerendus.*
8 *Aduocati ex pulchritudine laudem conſequuntur.*
9 *Deformis, & ignobilis ad fœlicitatē ſatis non eſt idoneus.*

NOt.1.ibi ſedeant,ꝙ aduocati in Curia nedum ſedēt, verum etiam quilibet ſuum locum habet, ſeruabatur iſte Rit.antiquo tempore quo Magna Curia expeditionem cauſarum, & vocationem contumacium, Curia pro tribunali ſedente,inſimul faciebat, vt dixi ſupra Rit.77.nā eo tempore,quia Curia ſedēte,expediebantur cauſæ,coacti erant aduocati ad curiā accedere,ſed quia hodie expeditio cauſarū tractatur in vna aula per iudices criminales cum Regente,& per iudices ciuiles in alia,& quando Curia regitur pro tribunali,fit in loco ſeparato, licet in eodē palatio.& tunc temporis,aduocati non accedunt,quia eorum præſentia non eſt neceſſaria,ſed tantum procuratorū, ſequitur,quod iſtud hodie receſſit ab aula,& loco eorum, ſedent procuratores,qui Curia ſedente,aſtant, vt in d.Rit. dixi,verum quando aliquem loqui contingit, ſe erigit, &
1 capite detecto loquitur,& poſtmodum ſedet. ¶ † Secundo no.ibi,ꝙ ille,qui eſt,ꝙ inter doctores, & aduocatos is debet præcedere in ſedendo,qui primo ad doctoratū promotus fuit,cum quo concordat tex.in l.1. iunctis his, quæ ibi not.per Bart.C.de conſu.& non ſparge. & l.1. in fi. C. de præpo.ſacri cubicul.lib.12.cum alijs,quæ ſcribit Caſſa. in ſuo catalogo,par.4.conſidera.23.nu.23.& par.7. conſidera.46. nu.46. quod tamen limitatur multis modis, quos hic ponit Cauenſ.& ante eū poſuit Caſſa.in d.trac.par.10. conſidera.26.30.31.32.33.& 34.& par.7.conſide.47.
2 ¶ † Tertio no.ibi alij aduocati,quòd data paritate temporis Doctoratus,inter doctores præfertur antiquior, ſupple ætate.ad idem tex.in l.prouidendum. ibi aut vetuſtas. iuncta ibid.Gl.2.C.de poſtu.gl.in l.cum quid in verſ. nouum, ff.ſi cert.pet.& in §.audient.in verſ.iudice. in auth. de defenſo.ciuita.Pro quo etiam facit, quia qui eſt ætate maior, præſumitur maturitate ſenſus præſtantior. c. niſi cum pridem,§.alia vero cauſa.extra de renunc. & c. ſciendum, & ibi Gl.magna ibi,item quia,26.q.4.& Gl. in c. ſic viue.21.
3 q.1.item facit tex.in c.ſi.20.diſt. † vbi,ꝙ ſeniores ſunt potius conſulendi,quam iuuenes,& ꝙ dicit Bal.in c.1. per illum tex.de renun.vbi,quod plus valet vmbra ſenis, quam os eloquentia,aut gladius iuuenis,& pulchra carmina,quę ponit Caſſa.in d.catalo.par.10. conſidera.29.

, Roma vetus,veteres cum te rexere quirites,
, Nec bonus immunis,nec malus vllus erat.
, Defunctis patribus,ſucceſſit praua iuuentus,
, Conſilio cuius præcipitata ruis.

Limita multis modis,vt per Iaſ.in l.cum quid,in 2.lectu. col.pen.& fin.ff.ſi certum pet.& Dec.in c.clerici,col 5.de
4 iud.extra. † & præ alijs limita nō procedere in honoribus deferendis,in quibus nō antiquior,ſed magis idoneus pręferri debet, per tex.in l.honores, in princ.ff.de decurio.in l.vnicuique,C.de prox.ſacr.ſcrin.lib.12.& in §.ordinationem,in auth.de mon.ideoq; intelligi debet,quod hic dicitur,quoad honores delatos tantum,vt etiam referendo ſequitur Caſſa.d.par.10.conſiderat.29. verſ.& ad prædicta.
5 ¶ † Quæro primo,& reuoco in dubiū,nunquid Doctores, & Aduocati ſedere debeant coram iudice? Breuiter, aut loqueris in domo Iudicis, aut in Curia. Primo caſu dicas, quod ſic,per tex.in l.2. vbi etiam Luc.de Pen.id not.col.1. verſ.ſed eſt intentio,C.de prox.ſacr.ſcri.lib.12.& l.fin C.
a de aduoc.diuerſ.iudic. a Secundo caſu, nequaquam, dum iudex ſedet in tota hora ſolita cauſarum expediendarum, vt probat tex.no.ſing.pro hoc in l.1.C.de off.ciui.iud.tex. in l.quiſquis, in fi.iuncta gloſ.fin.quæſt.d.l.1.allegat. C.de poſtul. & Gl.1.in c.2. 2.q.5. quod bene ſeruatur in tribunalibus ciuitatis Neap.& in Audientijs Regijs,vbi nedum non

A D D I T I O.

a Iudiciorum. Adde, ꝙ idem dicendum eſt,de militantibus in ſacris ſcrinijs, l.2.C.de prox. ſacr. ſcrin. Limita tamen,niſi propriā cauſam agāt,l.1.C.de off ciuil.iud.quod tamen hodie non obſeruatur niſi in titularijs, vt Comitibus, Marchionibus,Ducibus,ac Principibus,qui in Regijs tribunalibus, dum ipſorum cauſæ aguntur, in aulis, atque in rotis ſedent cum Iudicibus,donec cauſę referuntur,licet non cum notantur, per tex.in l.fin.§.ſedendi, C.vbi Senat. vel Clariſs.&c. & diximus ſupra ad Rit.5. C. P.

Digitized by Google

non ſedent,ſed etiam cum pro aliqua cauſa vocati ingre-
diuntur, detecto capite loquuntur,quemadmodum ſtatuit
quędã ordinatio Regis Ferdin.primi,nuper impreſſa inter
prag.Illuſtriſs.Domini Ducis de Alcala 44.de off.Sac.Cõſ.
quæ licet loquatur in Sac. Conſ. tamen quod ibi ſtatuitur,
etiam in alijs tribunalibus idem Dominus Dux ſeruari mã-
dat,vt patet in prag.40.§.ſunt & alien.eod.tit. Seruatur tñ
iſtud hoc modo , ꝙ dum loquitur aduocatus vnius partis,
aduocatus alterius quia tacet,caput nõ detegit,& è cõuer-
ſo,licet tñ Doctores cum cauſas agunt,non ſedeant:tamen
ſi intrat cum eis eorum clientulus, qui forte eſt Baro titu-
latus,ſedet in rota cum conſiliarijs,aut iudicibus : licet in-
ferius,& hoc etiam ſi cauſa eſſet criminalis,& pro ea Baro
eſſet inquiſitus, per tex. not. qui hoc bene probat in l.fin.
ver.quoties ibi & ſedendi, C.vbi Senat.vel Clariſs. vbi id
firmat Bald.in Epiſcopo accuſato,Felyn.in rubr.de maior.
& obed col.4.& Moder.hic in opere Bar.de cap.num.1.
6 ¶ † Secundo quæro, quid ſi inter Doctores datur paritas
temporis,circa promotionem,& ætatem,quis veniet præ-
ferendus?Dic primo,ꝙ illi præferuntur,qui libros compo-
ſuerunt,quia hi velut ſtellæ in firmamento cęli reputãtur.
Danie.c.13. & nõ ſolum ſibi laborant,ſed omnibus exqui-
rentibus veritatem, Eccleſiaſtici c.34. vt latè de eis ſcribit
Luc.de Pen.in l.mulieres,col.pen.verſ.36.C.de dignit.lib.
12.& Caſſan.in ſuo catal.parte 10.conſid.28.& hac quali-
tate ceſſante,præferũtur nobiliores ex ſanguine,quia duo
vincula magis ligant,§.affinitatis,inſt.de nupt.& §.ſed ho-
die,inſt.de adop.not.pulchrè Bal.in l.nemini, C.de aduoc.
diuerſ.iudic.& Caſſ.d.par.10.conſidera.35.licet Barbat.in
quodam conſ.quod Caſſa.allegat, voluerit hoc caſu igno-
bilem præferri , & male (vt credo, ipſe non fuit nobilis)
7 † data paritate ratione nobilitatis , præfertur , qui magis
ornatus, & honeſtioribus veſtimentis indutus erit per ea ,
quæ not.Spec.in tit.de aduoc.§.ſequitur videre,vbi aduo-
catos monet,ꝙ veſtẽ gerant eorum profeſſioni conuenien-
tem,refert,& ſequitur Caſſa.in ſuo catal. par.7.conſid.44.
& hac difficultate ceſſante, quia omnes vadunt in habitu ,
& veſte cõuenienti,pręfertur ille,qui eſt filius aduocati fi-
ſcalis,per text.in l.laudabile, §.1.C.de aduoc.diuerſ.iudic.
& in l.nemini,§.filios.& l.petitionẽ, §.filijs. C.de aduoc.
diuerſ.iudic.not.pulchre Mart.de Laude.in tract.dign.cõ-
cluſio.17.& ſequitur Caſſa.alia plura allegans d.par.7.cõ-
ſidera.45.Et ſi non aderit hæc qualitas,magni eſſet momẽ-
ti,cõſiderare aduocatum ex aſpectu corporis pulchriorẽ:
8 † aduocati ex pulchritudine laudem conſequuntur , a vt
a patet in Papiniano ex procem.ff.§.tertij, verſ.vobis autẽ ,
licet Alber.& Ang.ibi ad ſcientiæ,& animi decorem refe-
9 rant. † & pro hoc facit,quod inquit Ariſt.lib.Ethic.1.c.8.
vbi,quod non ſatis eſt ad fęlicitatem idoneus , qui defor-
mis eſt, aut ignobilis , & idem Bald.in ſuperſcriptione d.
procem.ff.in ver.Flauius,dũ dicit , quod pulchritudo cor-
poris confert ad fęlicitatem in hoc mundo.idq; adeo verũ
eſt,quod Alex.conſ.209.ponderatis,col.2.vol.6. conſuluit
mulierem nobilem,ac diuitem,deformem tamen,nõ poſſe
dici indigno nupſiſſe , ſi pauperem , quempiam formoſum
ſibi matrimonio deſpondit,& referendo,ſequitur Caſſa.in
d.par.7.conſidera.49. Aduerte tamen, quod licet præfata
vera ſint,& pulchritudo corporis multum conferat ad fœ-
licitatẽ in hoc mundo,de quo non dubito,tamen non pro-
pterea videtur dici debere,quod cæteris paribus , doctor
aſpectu pulchrior præferatur alteri, cum nec Caſſa. ibidẽ
id dicat.& ita teneo indubitanter, niſi daretur talis defor-
mitas ex parte altera,ꝙ indignũ , & forte vituperabile iu-
dicetur pari paſſu cum alio ambulare. cogitabis tamen.
Eboli die 29.Aug.1559. Proſper Carauita.

A D D I T I O.

a Conſequũtur. Hinc eſt,quod inquit Iurecon. in l.Impe-
ratores,ff.de decur. hominis dignitatem oris quandoque
probitatem,morumque pręſtantiam in facie imminente ſi-
gnificare , vt declarat Bud.in adnot.ad d.l.certamq; ſpem
eius honoris facere.Nec immeritò. Siquidem pulchritudo
ad commendationem efficacior eſt,vt teſtatur Carneades.
Quapropter Seneca , formoſam faciem mutam commen-
dationem appellat.Theophraſtus ſilentem fraudem.Idem
Carneades, Regnum abſque ſatellitio,ꝙ formoſi imperãt,
iuxta illud , quod legitur apud Liuium lib.8. decade 3. de
Scipione Africano loquentem,ibi,Cuius cæperat iam ante
Maſſiniſſam numidam ex fama rerum geſtarum admini-
ſtratio , ſubſtitueratque animo ſpeciem quoque corporis
amplam,ac magnificam,cæterum maior pręſentis venera-
tio cępit. Nam,(vt inquit Virg.)gratior eſt virtus veniens
è corpore pulchro: eſt autem hoc ſecundum Ariſtot. do-
nũ quod gratis ac natura contingit, Platoque naturæ præ-
rogatiuam appellat, ꝙ paucis contingat. econtra verò de-
formitas,vt plurimum malos mores deformis indicat,iux-
ta illud Cicer.in Piſonem , Non enim nos color iſte ſerui-
lis,non piloſæ genæ,non dentes putridi deceperunt , oculi
ſupercilia,frons,vultus denique totus,qui ſermo quidã ta-
citus mentis eſt,&c.Idẽ pro Q.R.C.oro,inquit,atque ob-
ſecro vos , qui noſtis vitam inter ſe vtriuſq; conferte , qui
non noſtis,faciem vtriuſque conſiderate.Nonne ipſum ca-
put , & ſupercilia illa penitus abraſa olere malitiã,& cla-
mitare calliditatem videntur?nonne ab imis vnguibus vſq;
ad verticem ſummum (ſi quam coniecturam adfert homi-
nibus tacita corporis figura ex fraude,fallacijs mendacijs,
conſtare totus videtur,qui idcirco capite,& ſupercilijs ſẽ-
per eſt raſis, ne vllum pilum viri boni habere dicatur, nã
vt inquit etiam Franciſcus Petrarca , Speſſo ne la fronte il
cor ſi legge . Non tamen inficiabimur,fallacem quãdoque
eſſe hominis faciem,deformemq; probitatem quandoque
morumq; præſtantiam habere , vt de Socrate legitur apud
Platonem . Quapropter ſecundum Bal.in procе.decretal.
nu.35. ſi formoſus virtutibus, deformis vero corpore con-
currunt cum formoſo facie,deformi autem virtutibus,for-
moſus virtutibus præfertur.Cùm pulchritudo(vt præclarè
eius diffinitionem colligit Ficinus ex Socrate apud Plato-
nem in Hippia) nihil aliud eſt , niſi ſummi boni ſplendor
fulgens in his , quæ oculis auribus mente percipiuntur ,
perq; ad illa ad ipſum bonum,viſum, auditum, mentemq;
conuertens,quo fit,vt pulchritudo,circulus quidam diuinę
lucis exiſtat,à bono manans,in bono reſidens,per bonum ,
& ad bonum ſempiterne re.fluens. C. P.

R I T V S C I I.

ITem nullus aduocatus aſcendat ad bancam , niſi vocatus per iudices hebdomadarios , & vocatus,non proponat niſi duas cauſas, vel vnã , ſi eſſet multitudo cauſarum , & ſedeat ſub pœna vnius tareni.

DIſpoſitio iſtius Rit.hodie non eſt neceſſaria , quia vt dixi ſupra Rit.77. & 101. aduocati non vadunt ad Curiam,quando regitur pro tribunali,ſed quia, vt ibid.dixi,procuratores ſucceſſerunt eorum loco,& ipſi ſedent cũ Curia regitur: ſeruatur iſte Rit. quoad eos , & ideo videmus,ꝙ procuratores ibid.ſedentes nõ loquuntur, nec modo aliquo ſe erigunt,niſi contingat reſpondere pro aliquo ſuo clientulo in curia vocato, vt etiam pulchre diſpoſitum apparet in nouiſſimis prag. Illuſtriſſimi Domini Ducis de Alcala huius Regni Viceregis in prag.32.§.item per rimediare, de off.magiſtr.iuſt.vbi modus,& pract.ſeruanda ponitur.Et pro hoc Rit.ibi, niſi vocatus per iudices, facit, ꝙ dicitur Eccl.c.9. Priuſquam audias, ne reſpondeas verbũ. Prouer.11.Homo ſapiẽs tacebit vſque ad tempus.& quod ſcribit Iſid.in his verbis,Scito quo tempore loquaris, conſidera quãdo dicas,tempore congruo loquere , & non loquaris,niſi interrogatus fueris,ꝙ ſi ſecus agerent procuratores,pœna Rit.tenentur,& etiã in carceribus ponerẽtur, arbitrio Regentis,vt in dictis nouiſſimis prag. §.præalleg. diſponitur. Salerni die 29.Auguſti. 1559. Proſper Carauita.

RI-

Digitized by Google

RITVS CIII.

ITem, quòd nulla priuata perſona, quæ eſt in Curia loquatur niſi vocata per aduocatum, ſeu procuratorem, ſed ſtet in ſilentio, & qui contrafecerit, ſoluat grana decem, & ſi pauper eſt grana quinque. Item quod quicquid exactum erit de dictis pœnis, conuertatur in alimentationem captiuorum, & pauperum.

SVMMARIVM.

1 *Priuata perſona quæ dicantur.*
2 *Pauper in pecuniarijs tamen cauſis mitius, quàm diues puniendus.*
3 *Contrarium verò in perſonalibus pœnis.*
4 *Pœna ſilentium rumpentis, curia ſedente, carcer eſt, Regentis arbitrio.*
5 *Quem rumpere ſilentium, curia ſedente, quando, et quomodo dicatur.*

OPtimè ſeruatur iſte Rit. in Magna Curia, & profectò tam magna eſt reuerētia, & ſilentium quo homines ibidem aſtant, ꝙ tribunal illud tunc temporis non niſi in
1 maxima Maieſtate, iudicatur ab omnibus. † Et not. ibi quod nulla priuata perſona, quia Rit. non procedit in actuarijs, & alijs hominibus, qui ſunt de ipſa curia, quia priuatæ perſonæ dicuntur illæ, quæ ab officijs publicis remotæ ſunt, vt dicit Luc. de Pen in l. prohibitum, col. pen. C. de iure fiſc. lib. 10. item, quæ non habent dignitatem, c. qui contra 24. q. 1. verum nec etiam ipſi per hoc immoderate ſe habent, immo, & qui plenius Ritum ſeruant ipſi ſunt, nam & ipſi, cum alij obloquuntur, vociferant, & reprehendunt, vt ſunt maxime alguzerij ipſius Curiæ, de quibus ſequens Rit. loquitur.
2 ¶ † Not. primo ibi, & ſi pauper eſt, ꝙ mitius punitur pauper, quam diues per hunc Rit. & per conſt. Regni cultus. circa finem, vbi idem diſponitur, quod quidem veriſſimum eſt, & procedit circa pœnas pecuniarias, vt propriè tex. loquitur ad idem tex. in l. properandum, §. ſin autem vtrinque, vbi Bart. & Doct. C. de iudic. l. pedius, §. 1. ff. de incen. rui. & naufra. Gl. in c. 1. §. ſi quis vero auſu in ver. centum, vbi etiam Bal. & alij de pace iura. firma. Bar. in l. illicitas, §. fin. ff. de off. præſid. Saly. in l. ſeruos, C. ad l. Iuliam de vi publica. Manſue. in pract. tit. de pœn. verſ. item ad infligendam nu. 11. Luc. de Pen. pulchre in l. 1. col. penul. C. de conducto. & procurat. lib. 11. & Ti-
3 raq. de nobilitate, c. 20. nu. 120. † aliàs in pœnis perſonalibus paupertati non defertur, ſed nobilitati, c. fi. iuncta ibi gl. de pœ. l. ſacrilegij pœnam, in prin. ibi pro qualitate perſonæ, & §. 1. ibi, aut ſi honeſtiore loco, ff. ad l. Iuli. pecula. d. l. pedius, & l. fin. eod. tit. l. 1. §. quamquam, ff. de abige. l. 1. in fi. de furt. l. 2. vbi etiam Bar. ff. de term. mot. idem Bart. in l. quædam, ff. de pœ. l. nemo. vbi Doct. C. de Summa Trinitate. in l. ſi quis viduam, ff. de quæſt. & in l. deſcriptionem, §. pœna militum, ff. de re milit. & alij, quos late Tiraquell. ponit vbi ſupra, nu. 104. & pulchrè Excellens D. Hieron. Gigas in tract. læſæ Maieſt. de pœn. committ. crimen læſæ Maieſt. q. 1. nu. 13. & latè Gramm. deciſ. 32. per totam.
4 ¶ † Secundo not. ibi, item quod quicquid, quod pœnæ pecuniariæ, quæ exiguntur ab his, qui curia ſedente, frangunt ſilentium, aut aliter contraueniunt, cōuertuntur in alimenta captiuorum, & pauperum: Hodie vero per nouiſſimas pragmat. Illuſtriſſimi Domini Ducis de Alcala huius Regni Viceregis prag. 32. §. item per remediare, de off. magiſtri iuſt. aliter prouiſum eſt: & hi, qui curia ſedente, frangunt ſilentium, carcerantur in carceribus ipſius, arbitrio Regentis, & pœna vnius tareni puniuntur, quem alguzerijs eiuſdem Magnæ Curiæ ſoluunt, vt ibidem dicitur.
5 ¶ † Quæro, nunquid ſtatim, quòd loquitur aliquis non vocatus, tenebitur pœna hic ſtatuta? tex. ille hoc non dicit, ideo recurrendum eſt ad d. conſt. cultus iuſtitiæ, circa fin. qua cauetur interrumpentem ſilentium non teneri, niſi ter fuerit per interualla monitus à iudice, vel Baiulo, quod taceat, vt etiam Affl. ibid. not. in 3. & 7. not. bene tamen verum eſt, quod ſi eſt nimium iudici tędioſus, & importunus, (vt ſæpiſſime reperiuntur multi) poteſt ſtatim pœna hic contenta puniri, eſto quod nondum fuerit monitus, vt dicit d. conſt. cultus, & Affl. ad eam in 8. not. Hodie tamen ſtante d. nouella prag. puniente modo præfato pro qualibet vice, non videtur fieri debere d. diſtinctio. Salerni, die 31. Iulij 1559. Proſper Carauita.

RITVS CIIII.

ITem quod deputentur quatuor de ſeruientibus curiæ, qui habeant eſſe in quatuor locis curiæ, & indicere ſilentium, & exigere pœnam à contrafactoribus.

SVMMARIVM.

1 *Cultus iuſtitia ſilentium reputatur.*
2 *In quibus caſibus curia regitur, ſilentium rumpi permittitur.*
3 *Seruientes curia quare ita, & quot diuerſis nominibus appellentur.*
4 *Silentium, curia ſedente, quomodo ſeruetur.*
5 *Pœna exigenda à ſilentium, curia ſedente, rumpentibus, ſecundum perſonarum diuerſitatem.*
6 *Importuni aduocati pœna quæ de iure canonico, & ciuili.*

SEruatur Rit. in Magna Curia: nam donec pro tribunali ſedet, aſtant ibi, no. alguzerij, ſeu ſeruientes, qui ſilentiū indicunt hominibus, qui diſperſim per tribunal vadunt, & in vna tantū parte morari permittūt, & contrafacientes vel eijciunt foras, vel capiūt, & ad carceres ducūt, immo & vnus ad ianuam aſtat, qui nō omnes admittit, ſed eos tantū qui pro aliquo negocio ingrediūtur. Nota primo ibi indicere ſilentium, quod dum cauſa regitur ſilentiū ſer-
1 uari debet, † quia cultus iuſtitiæ ſilentiū reputatur, vt dicitur Eſa. c. 32. circa fi. c. in loco. 5. q. 4. & in conſt. Reg. cultus iuſtitiæ, vbi Iſern. no. & Affl. in rubr. & in 1. not. & Luc. de
2 Pen. in l. neminē, col. 2. C. de ſuſcept. lib. 10. † Limita primo, quādo loqueretur quis ad aurem aduocati, vel procuratoris, reducendo ei aliquid in memoriā, quod faciat ad cauſam, vt dixit tex. d. conſt. cultus, & ibi Affl. 4. not. nu. 5. Secūdo limita in caſu neceſſitatis, puta, quando aduocatus, vel procurator dixiſſet aliquid nociuū clientulo, vt dicit eadē conſt. cultus, & Affl. ad eam, 6. not. nu. 7. quoniā tūc poteſt interrūpere, & corrigere, ne ſibi faceret præiudiciū, iuxta
3 l. 1. C. de error. aduoc. ¶ † Secundo not. ibi, ſeruientibus, ꝙ iſti exequutores, ſeu miniſtri Curię appellātur ſeruiētes, idem dicit Io. Fab. in §. igitur, co. 1. inſt. per quas perſ. nob. acq. ſic dicti, quia tenētur cuilibet ſeruire. Secundo appellantur clientes, ſecundum Gl. in l. non dubito, in ver. clientes, ff. de capt. & poſtli. reuer. & eſt vulgare Gallorum, ſecundum Caſſa. in ſuo catal. par. 7. conſid. 51. Tertio appellantur nuncij, quia ſententias, & præcepta iudicum nunciant, l. 1. §. nunciatio. vbi not. Bart. & alij, ff. de nou. oper. nunc. & in extrauag. ad repri. in verſ. per nūcium, vbi Bar. Quarto apparitores, l. 1. C. de exact. trib. licet iſti propriè ſint de curia Eccleſiaſtica, ſecundum Caſſa. vbi ſupra. Item alijs multis modis, quos idem Caſſa. ponit in conſuetudine Burg. tit. des iudices, rubr. 1. §. 6. num. 1.
4 ¶ † Quæro primo, quonam modo dicetur ſeruari ſilētium? dic breuiter, quòd ſilentium ſeruatur non loquendo, niſi vocatus, vt patet ex Rit. 102. vbi dixi, & Rit. ſeq. & ex cōſt. præalleg. cultus iuſtitiæ, ſiue vocetur à iudice, ſiue ab aduocato, vel procuratore, vt præceden. Rit. dicitur. Item non loquendo, niſi petita licentia iudicis, per tex. in l. proxime. ibi, rogo te audias me patiēter, ff. de his, quæ in teſt. delen. & etiam loquendo, ſi tamen mitiſsima verborum relatione loquantur, itaque ne contentioſis vocibus ſenſus audiētium perturbent, nec iudicij vigorem tumultu eneruent, vt dicit tex. in d. c. in loco, & in d. conſtit. cultus iuſtitiæ.

5 ¶ † Secundo quæro,quæ pœna erit à contrafactoribus, &
ſilentium frangentibus exigenda? Rit.102. & 103.vt ibidē
ſcripſi, prouident circa hoc, licet iſte Rit. non decidat,
conſtit.Regni cultus iuſtitiæ,dicit, quod à Comite ſexde-
cim auguſtales,à Barone octo,à burgenſi duo, & à ruſtico
vnum, propter quod per dd. Ritus videtur receſſum à di-
ctis pœnis conſtit. quia ab aduocatis exigitur pœna vnius
tareni,vt dicitur in d.Rit.102. & ab alijs grana decem,niſi
fuerit pauper, à quo exiguntur grana viginti quinque, vt
dicitur in Rit.103.& vltra hanc pœnam, poſſunt eijci per
alguzerios à tribunali, vt patet Prouer. c.22. eijce deriſo-
6 rem,& exibit cum eo iurgium.& in d.c.in loco,† vbi etiā
in foro cano. pœna excommunicationis à conſortio per
tres dies imponitur, & ſi fuerit aduocatus importunus,
poteſt ſibi interdici aduocatio ad tempus, vel etiam in
perpetuum, per tex.l.1.§.fi.ff.de off. præfect.vrb.l.moris,
ff.de pœn.& l.1.vbi Gl.plenè, C.de poſtu. vt dicit Affl. in
d.conſt. 2.nota. nu.3. vbi dicit ſe ſemel dixiſſe cuidam ad-
uocato,quòd non accederet ad domum ſuam,quia erat ni-
mis importunus,& in 8.not.nu.9.dicit, quod aliàs propo-
ſuit in mente ſua non eſſe iudex vbi quidam erat aduoca-
tus,& poſtea non fecit illud, ne nimis impatiens arguere-
tur. Licet autem videatur, quod per Ritus Magnæ Curiæ
receſſum ſit à pœnis ſtatutis per dictam conſtitutionem
cultus iuſtitiæ,tamen nouiter eadem conſtit.renouata, &
ad verbum impreſſa eſt in nouiſſimis pragm. Illuſtriſſimi
Domini Ducis de Alcala in prag.21.§.cultus,& per totum
de off.ſac. conſ. propter quod cum caſus accideret, bene
poſſet,& deberet d.conſt.practicari, imponendo illas pę-
nas,& ſi dicatur, quòd per eundem Illuſtriſſimum Domi-
num Viceregem aliter prouiſum eſt circa frangentes ſilen-
tiū curiæ,vt diximus ſupra in Rit.102.& 103. reſpondeo,
quod aut loquimur cum curia pro tribunali ſedet,aut cum
iudices manent in rota expediendo cauſas,primo caſu,lo-
quitur iſte Rit.& duo alij ſupra citati, & diſpoſitio Domi-
ni Ducis ibidem allegata: ſecundo caſu loquitur d.conſtit.
adeo quòd rectè intuendo,non eſt verum, quòd per Ritus
corrigatur illa conſt. Salerni, die 31. Auguſti. 1559.
Proſper Carauita.

RITVS CV.

QVidnam tenent eiuſdem curiæ, quod in cauſis criminalibus in quibus procurator non admittitur, ad media etiam procurator non admittatur.

¶ Super hoc Rit.nihil dico, quia non loquitur diſpoſitiue, ſed ſolum dicit quidam tenent,& valde miror, ꝙ per Rit.fuerint poſita iſta verba.vide igitur in Rit.proxime ſequen.vbi idem dicitur,per verba diſpoſitiua.

RITVS CVI.

ITem,quòd in cauſis criminalibus in dictis Curijs,& altera ipſarum, in quibus procurator non admittitur,etiam ad media non admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Idem ius de toto quoad totū, quod de parte, quoad partē.*
2 *Litis conteſtatione per reum facta, num in quolibet delicto interueniat procurator?*
3 *Inquiſitus carceratus procuratorem,non ad ſententiam, nec perſonales actus conſtituet.*
4 *Procurator cum poteſtate ſubſtituendi,an facta ſubſtitutione deſinat eſſe procurator.*

NOt.quòd in cauſis criminalibus in quibus procura-
tor non admittitur, vt dicam infra in Rit.109. etiā
ad media cauſæ non debet admitti,vt puta,ad teſtium pro-
ductiones,poſitiones,allegationes,& ſimilia,ratio eſt,quia
iſta ſunt de negocio principali, ad quod procurator non
1 admittitur, † & idem ius eſt de toto,ꝙ de parte, l.quæ de
tota,ff.de rei vend.& l.penul. C.de non numerata pec. vt
plene ponit Spec.de procuratore,§.1.verſ.14.nu.12.ibi ſed
nunquid.Item ſecundum Io.And. poſt eum, quia ſpeciale
eſt in aliquibus,quod ad media conſtituant procuratorē,
l.fin.C.de iniur.ergo in contrarium eſt in alijs ius commū-
ne, l.1. ff.ad municipia. & iſta concluſio eſt contra opin.
2 Martini, † qui volebat,ꝙ facta litis conteſtatione per reū,
poſſet in quolibet delicto procurator interuenire ad ipſius
defenſionem,vt refert Gl. in c.reos.5. q.3. ſed etiam extra
hunc Ritum opi. Martini de iure communi non procede-
bat,vt dicit Gand.in tract.maleſi.in tit.verum procurator.
num.10. ver. nouus caſus,quia tex.d.c.reos, quo Martinus
mouebatur, & alij ſimiles,loquuntur in procuratore dato
ad allegandum cauſas abſentiæ,vt Gandi.dicit, non autem
ad plenam defenſionē inquiſiti,& ita ſeruatur. Limita ta-
3 men hunc Ritum non procedere, † quando inquiſitus eſ-
ſet carceratus,quoniam tunc ſecus eſſet, & ad totam cau-
ſam poſſet procuratorem conſtituere,præterquam ad ſen-
tentiam,vt dicit Bar.in l.penult.§.ad crimen, nu.13. ver.2.
quæro,ff.de publ.iud.& in l.non tantum, ff.de appel. Item
præterquam ad actus perſonales, vt ſunt tortura, & litis
conteſtatio,ſecundum Bald.in l. ſeruum quoque, §.publi-
cè,ff.de procur.Alex.ad Bart.in d.§.ad crimen,in litera F,
* & Apoſtill.ad Spec.in præalleg. * Vnum † tamen aduerte
4 in hac materia,ꝙ procurator ſubſtituens alium procurato-
rem vigore poteſtatis, ſibi ad hoc ſpecialiter à Domino
attributę,poſt factam ſubſtitutionem,deſinit ipſe eſſe pro-
curator,vt dicit Bart.per illū tex.in l. quod ſi forte.§.quid
ergo,nu.3.ff.de ſolut.allegat etiam tex.in c.is qui. vbi Gl.
no.in verſ.vſus,de procur.in 6.& ideo cautela eſt ſecundū
eund. Bart. ibid. quod in mandato procurationis dicatur
cum poteſtate ſubſtituendi ſemel,& pluries,quia dicendo
pluries,videtur velle, quod ſubſtituendo non deſinat eſſe
procurator, ex qua Bart. cautela inoleuit cōmunis pract.
de qua proxime dixi, quam latius ponit Spec. in tit. de
procur.§.vt autem,nu.10.ver.porro. ¶ Secundo nota ex
hoc Rit.vnum caſum,in quo requiritur ſpeciale mādatum,
videlicet in procuratore, qui vult alium ſubſtituere ante
litem conteſtatam.Alios quinq; caſus ponit Gl. in §. fin. in
ver.neque.inſt. de his per quos agere poſſu. Vigintiquin-
que alios ponit Ang.in eod.§. nu.2. Viginti quatuor ponit
Spec.in d.tit.de procuratore,in princ. verſ.item opponitur
nu.4.cum ſeq.& nonnullos ponit Bald.in l.ſed & ſi quis,§.
quæſitum,nu.3.verſ.tamen hoc fallit,ff.ſi quis caut. In prę-
dictis tamen caſibus ſi de ſpeciali mandato dubitetur ſat
erit de rato cauere, vt dixit tex. expreſſus in l.quod ſi de
ſpeciali,ff.de min.& Spec.in proxime citato loco, num.5.
verſ.in præmiſſis. Salerni,die 31.Auguſti.1559. Proſper
Carauita.

RITVS CVII.

ITem ſi procuratori detur poteſtas faciendi alium procuratorem, & non exprimatur ante litem conteſtatam, procurator ipſe non poteſt facere alium procuratorem ante lit.conteſtatam.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad litem cum poteſtate ſubſtituendi ante lit. conteſt. non ſubſtituet,& quare. fallit in duobus caſibus, num.ſeq.*
2 *Procurator dominus litis quando & per quod efficiatur.*
3 *Procurator ad negotia an ad ſui libitum ſubſtituat? Limita vt ibidem.*
4 *Quidam ſubſtitutus à procuratore ante litem conteſtat. non habente in ſpecie poteſtatem ſubſtituendi, ante litem conteſt. pars in principio litis de inualiditate ſubſtitutionis oppoſuit,nihil dicendo,cum eo in cauſa proceſſit ad expeditionem vſque. In qua de actorum nullitate*

Digitized by Google

litate opponit, quia contra huius ritus formam facta, ratificat hoc principalis: quid iuris.

5 *Mandatum nō habere, vel nulliter habere parificantur.*

6 *Exceptio falſi procuratoris quandocunque opponitur.*

7 *Perſona comparentis legitima nunquam dicitur, niſi de legitimitate pronuncietur.*

8 *Perſona procuratoris illegitimi per partis taciturnitatem legitimatur.*

9 *Exceptio illegitimi, & falſi procuratoris æquiparatur, & quandocunque vtraque opponitur.*

10 *Lite per dominum conteſtata factus eſt procurator, talis procurator num ſubſtituere poſſit.*

1 NOt.1.ex hoc Rit. † ꝙ procurator conſtitutus ad litem cum poteſtate ſubſtituendi nulla facta mentione ante litem conteſt.vel poſt, non poteſt ſui loco ſubſtituere ante litem conteſt. * Super quo ſcias, quod de iure communi ciuili prouiſum erat, vt procurator ſimpliciter conſtitutus non poſſet ſubſtituere niſi poſt litem conteſtatam,vt in l.ſi procuratorem,§.1.ff.manda. & l. neque, C. de procura. De iure vero cano. ſtatutum fuerat poſſe ſubſtituere etiam ante litem conteſtatā, quando non eſſet conſtitutus ſimpliciter, ſed cum poteſtate ſubſtituendi, vt in c.1.§.1.de procur.in 6. De iure vero Regni in hoc Ritu ſtatutum eſt aliter, ſuper quo vide etiam Marant. in ſua pract.par.4.16.diſtinct.nu.28.ver.ſuper hoc autem, in nouis,vbi hunc Ritum allegat, dicens corrigere dictum cap.
2 per quod ſufficiebat ſi erat data poteſtas ſubſtituēdi: † ratio iſtius Rit.poteſt eſſe, quia procurator non efficitur dominus litis,niſi poſt litem conteſtatam, l.nulla,& l.procuratoribus,C.de procu.lite autem conteſtata, quia effectus eſt dominus litis,bene poteſt ſubſtituere, vt in dd.ll. & alleg.c.1.de proc.in 6.& not.Spec.de procur.nu.25. ver.ſed quid ſi procurator. Limita primo hunc Rit.non procedere,quando in rem propriam factus eſt aliquis procurator, vt in caſu l. illam ſubtilem, C.de dona.quoniam eo caſu, etiam lite non conteſtata, poſſet ſubſtituere, vt dicitur in præalleg.c. Secundo limita,quando eſſet expreſſe ſibi data poteſtas ſubſtituendi,etiam ante litem conteſtatam, vt patet ex hoc met Ritu ibi, & non exprimatur, à contrario ſenſu,nam tunc,vt dicit Gl.d.c.1.cenſetur ſubſtitutus à domino,potius quam à procuratore,& periculum pertinebit ad ipſum * dominum,licet priore caſu, quādo procurator poſt litem conteſtatam ſubſtitueret, periculum pertineret ad ipſum procuratorem,vt dicit Innoc.in c.1.extra, vt lit. non conteſt. Et ex hoc credo,inoleuit communis practica apponendi in omnibus inſtrumentis procurationum illam clauſulam cum poteſtate ſubſtituendi vnum, duos,vel plures cum eadem poteſtate,tam ante litem conteſtatam, quā poſt,qua practica generali exiſtente, ceſſat hodie diſpoſi-
3 tio iſtius Rit.& d.c.1. ¶ † Quæro primo iuxta hunc Rit. quid in procuratore dato ad negocia? Breuiter,regula eſt in contrarium,quòd procurator ad negotia poteſt ſui loco quandocunque alium ſubſtituere, l.ſi procuratorem, §.1. ff.manda. & clarius in d.c.1. §.1. de procura. in 6. & per Iaſ.in l.1.col.fin.ff.de off.procurat.Cæſar.licet talis regula limitetur decem modis,quos late ponit idem Iaſ.in l.quod quis, col.2. & fin.C.de procur. & refert Bernard.Diaz in
4 ſuis regulis, reg.607. procurator ad negotia. ¶ † Secundo quæro de vna quæſt. de qua proximis diebus fui interrogatus. Quidam fuit ſubſtitutus à procuratore ante litem conteſtatam,cum tamen non haberet in ſpecie poteſtatem ſubſtituendi ante litem conteſtatā, pars aduerſa in principio litis oppoſuit de inualiditate ſubſtitutionis,demū nihil amplius dicēdo, proceſſit in cauſa cum eo vſque ad limen expeditionis,& cum vellet expediri, opponit de nullitate actorum,eo quia facta cum procuratore ſubſtituto contra formam huius Ritus:principalis hoc audito ratificat, quid
5 dicendum? Videtur primo, quod acta non valeant, † eo, quia mandatum non habere, vel habere,& nulliter, paria ſunt,l.1.§.quod ſi ver.& quidem, ff.quod cuiuſque vniuer. nomi.per quam ita firmat Iſer. in c.1.§.præterea, quæ ſit prima cauſa benefic.amitt.& Sebaſtia.Vant.in tract.nullit. tit.de nulli.ex inhabi.manda.verſ.4. principaliter nu.121. & not.Bald.in l.licet in princ.C.de procur. & ibidem Se-
6 baſt.vbi ſup.nu.74.ver. † ſecundo principaliter,& ex conſequenti ſicuti exceptio falſi procuratoris, poteſt quandocunque opponi, etiam quòd cum eo tanquam cum procuratore fuerit litigatum, vt dicitur in d.l.licet, & ibi Bald. Alex.conſ.147.viſis dubitationibus,nu.4.vol.6.& conſ.72. vol.4.& Sebaſt.in loc.præall.nu.64. verſ.in primis,eodem modo:,& exceptio procuratoris illegitimi, vt dicit idem Bald.in ead.l.licet.verſ.tertio modo, & Vantius loco præ-
7 alleg.nu.121.ver.4. † Secundo,quia perſona comparentis nunquam dicitur eſſe legitimata niſi ſit obiectum, & pronunciatū ſuper eius legitimationē, vt dicit Aug.in authen. vt ſponſa.largi.§.& hoc inſuper.col.2.Alex. d.conſ.72. & Hippol.in l.ſi quis ne quæſt.nu.102.ff de quæſt.Nec in aliquo obſtaret ratificatio, quoniam licet dominus poſſit ratificare acta facta à procuratore falſo per l.licet,ff.de iud. cum ſimil.quæ allegat gl.fi.in d.l.licet,C.de procur.tamen id procedit quoad ſui præiudicium,non tertij, vt dicit ibi Gl.& latius Iaſ. nu.10. verſ. limita. poſt Bal. in l.fin. circa prin. C.ad Macedo. Item procedit dummodo non fuerit oppoſitum ante ratificationem,vt dicit Iaſ. in ead. l. licet, verſ.primo niſi,C.de procurat. Contrariū tamen arbitror de iure verius,eo quia perſona dicti procuratoris ſubſtituti cenſetur eſſe legitimata poſtquam iudex non obſtante exceptione illegitimitatis,proceſſit ad vlteriora,vt probat tex.no.in c.ex parte,lo 2.de appell.Bart.& alij in l. à procedente,C.de dilatio.Gl.quam ibi ponderat Aug. in l.2.§. ſed dubitetur,ff.de iud. Alex.conſ.37.viſo, & opportune. nu.19.vol.2.Rom.conſ.220.circa primum,nu.8.& in proprijs terminis Hippol.in d.l.ſi quis nu.90.verſ. vel facias, quæ tacita pronunciatio fecit iam tranſitum in rem iudicatam poſtquam ab ea non fuit appellatum,vt erat debitū,
8 d.c. ex parte. † Confirmatur, quia perſona procuratoris non legitimi,per taciturnitatem partis legitimatur, vt dicit Spec.de proc.§.1.ver.ſed pone.Gl.in c.1.in verſ.criminalis,& ibi Gemini.de iud.in 6.Gl.in l.quamuis indubitati.C.de adul.Rom. conſ.225.duo ſunt. Fely. in c. meminimus,col.4.ver.vltima concluſio de accuſa.Bonifa.in tit.de procura.ver.pone,quod conſtitutus,nu.17.Deci.conſ.469. viſa inquiſitione,in fi.vol.2.Hip.in d.l.ſi quis, nu.104. ver. quæro vlterius,etiam Sebaſt.Van.in d.tract.loc.præalleg. nu.177.verſ.quo vero. Non obſtāt allegata in contrarium,
9 † & primo,quod exceptio procuratoris nō legitimi æquiparatur exceptioni falſi procuratoris,& vtraque quandocunque opponi poteſt.per dictam l.licet: quoniam, vt dicunt Aug.in dicto §. & hoc inſuper, in authent. vt ſponſa. largi.Alex.d.conſ.72.& Hippo.in d.l.ſi quis, nu.102.verſ. & plus verus intellectus,d.l.licet: eſt quando nunquam in actis fuit productum mandatum procuratoris, & tunc verum eſt,quod etiam,quod cùm aliquo fuerit litigatum,tāquam cum procuratore, & nihil ſibi oppoſitum quandocunque poteſt ei opponi, quod non eſt verus procurator, & dicetur eo caſu non eſſe verum procuratorem,ſiue nullum habeat mandatum, ſiue illegitimum, ſecus quando in actis productum fuit mandatum, & cum illa perſona litigatum,quoniam tunc,vt ipſi dicunt,non poteſt poſtea amplius opponi exceptio,quod non eſt verus procurator, ratio eſt,quia vt dicit Cyn.& Bart.in d.l.licet Bar.in l.Pomponius.§.rati.ff.de procur.Alex.d.conſ.72. nu.2. vol.4. & Hippo.in d.l.ſi quis nu.101.ver. item diſpoſitio d.l. licet, non procedit quotieſcunque iudex pronunciauit mandatū procuratoris eſſe legitimum, prout in noſtra quæſt. pronunciatum diximus per proceſſum ad vlteriora. Non obſtat ſecundum,quoniā reſponſio patet ex his, quæ diximus pro iſta ſecunda opi.in ver.contrariū tamen,& ita teneo.
10 ¶ † Tertio quæro iuxta tex.noſtrum,pone, quòd lis côteſtata fuit per dominum,qui lite conteſtata fecit procuratorem,poterit nunc talis procurator ſubſtituere? Io.vt refert gl.in l.nihil.C.de proc.fuit in opinione, ꝙ non,& eum ſequutus eſt Spec.in tit.de proc.§.1.nu.24.verſ. quid ſit pro-

Digitized by Google

curator tunc poteſt ſubſtituere cum dominus litis efficitur, ex quo lis non fuit conteſtata per eũ ceſſat hæc ratio, & ex conſequenti poteſtas ſubſtituendi. Sed Gl. d.l.nihil tenet contrarium idem Bal.ibi.nu.7.ver.vltimo quæritur, & Saly.in fi. qui id verum dicit poſtquam procurator cõſtitutus aliquem actum in litem exercuit, quia per eum actum efficeretur dominus inſtantiæ, per l. nullam, C.de procurat. adeo quòd ipſe damnatur tanquam effectus dominus litis, vt dicit Gl. Bal. & idem Saly. in l. ead. l. nihil iuxta pract. Gloſ.in l.1.C.de ſent.& interloc.omn.iudic. Salerni die 1.Septemb.1559. *Proſper Carauita.*

RITVS CVIII.

ITem ſi aliquis, aut aliqua citatus, aut citata fuerit de mandato dictæ curiæ, de cauſa ſuper qua procurator interuenire poteſt, & vigore ipſius citationis venerit perſonaliter ad ciuitatem Neap.vel ad locum alium, in quo forte tunc ipſa curia reſidet, non poteſt ibidem ſuper dicta cauſa procuratorem conſtituere, niſi poſt conteſtationem litis in cauſa huiuſmodi faciendam: & id ſimiliter obſeruari debet in actore, vel actrice. idem modus ſeruetur in ciuibus Neapolitanis, ſeu alterius loci, in quo dicta curia reſidet, quia citantur de mandato dictæ curiæ, ipſa curia reſidente ibidem.

SVMMARIVM.

1 *In criminalibus cauſis procurator quare nõ admittitur.*
2 *Limitatur tamen in pœna infra relegationem in vniuerſitate, in muliere coniugata, & perſonis illuſtribus.*
3 *Vniuerſitas perſonam non habet: & propterea pecuniariter punitur.*
4 *Accuſator hodie non punitur pœna talionis.*

1 IVris communis † diſpoſitione cauetur in l.pen.§.ad crimen.ff.de publ.iud.in cauſis criminalibus tam ad inſtantiam actoris, quam rei, non debere procuratorem admitti per rationes, quas ibi ponit Bar.col.1. ver.item alia ratio.
2 † Limitatur tamen id non procedere in illis cauſis criminalibus, in quibus pœna veniret imponenda infra relegationem, vt dicit Gloſ.in l.ſeruum quoque, §.publice, ff.de procur.in c.veniens, de accuſ.& c.ſi quando, 2.q.6. Bart.in d.§.id crimen, nu.4.ver.tertio oppono, Gandi.in tract.maleſ.tit.vtrum procurator, nu.1. & communiter Doctores. Secundo limitatur non procedere in vniuerſitate, quæ etiã in cauſa criminali citata poteſt comparere per ſuũ ſyndicum, & ſe defendere, vt dicit Spec.de procur.nu.11. ver. 14.& Bal.in c.1.in verſ.ſi damna.de pace conſtan. per tex. in l.tam collatores, §.ſi autem, C.de re milit.lib.12.& etiã cõſt.Reg.generalia iura, vbi Affl.not.in princ. & in 2.not.
3 † ratio eſt, quia vniuerſitas non habet perſonam, neque caput, & propterea in perſona puniri non poteſt, ſecũdum Spec.ibi.& Bald.in l.polla.col.2. C.de his, quibus, vt indi. immo, vt plurimum pœna pecuniaria punitur, vt dicit Bar. in l.aut facta, §.fin.ff.de pœn.& Curt.conſ.185.nu.9.& in l.1.nu.57.C.qui admitt. Tertio limitatur in muliere coniugata, quæ ſiue accuſet, ſiue accuſetur, poteſt illud facere per procuratorem ſufficienter inſtructum, vt dicit tex. d. conſt. generalia iura, vbi etiam Affl.not.per rationem, quæ ibi ponitur in tex.& per Affl.ibid.not.in 9.not. Quarto limitatur in perſonis illuſtribus in actione iniuriarum, per l.fin.C.de iniur.& c.abſens, §.niſi, 3.q.9.vt etiã no.Cepol. conſ.crim.50. Item limitatur in alijs multis caſibus, quos ponit Spec.in loc.præalleg.num.10.ver.primo, & Gand.in d.tit.vtrũ procurator, col.3.nu.10.ver.ex prædictis. Modo Rit.noſter, attento ꝙ in cauſis, & caſibus interuenire poteſt procurator de iure cõmuni, eiuſdem iuris cõmunis diſpoſitionem limitando, ordinat, ꝙ in cauſis præfatis tam ad inſtãtiam actoris, quàm rei, tam in ciuitate Neap.quã extra, & tam in Neapolitanis, quàm in alijs, non ſit licitũ procuratorem conſtituere, niſi facta prius litis conteſtatione, & hoc quando citati venerunt iam, vel reperiuntur in loco vbi curia reſidet, vt in tex.clarè dicitur; ſed quia hodie per Rit.inf.269.in cauſis criminalibus quibuſcunque, non licet per procuratorẽ opponere aliud, quam certas exceptiones ibidem determinatas: eſtq; propterea correcta diſpoſitio iuris cõmunis in cauſis præfatis quoad inſtantiam rei tantum, vt dicã etiam ibi, ſequitur, ꝙ diſpoſitio iſtius Rit.etiã corrigitur per illum, adeo quod in practica non videmus in hoc Regno lite conteſtata, cauſas criminales in caſibus præfatis ad reorum inſtantiam proſequi per procuratorẽ, quod no.pro conſt.regn.generalia iura, quæ quotidie allegatur, cum mulieres coniugatæ citantur: quoniã per diſpoſitionem d.Rit.169.remanet correcta, vt etiam ibi dico in 2.no.amplia.7.licet quoad vniuerſitatem ſecus crederem. Et nota, quia dixi hunc Rit.corrigi tantũ quoad reos, ratio eſt, quia dictus Rit.269.ſolum de eis loquitur, vt patet, dũ dicit ex parte citati, vel citandi, ex quo ſequitur, ꝙ ad actoris inſtantiã lite conteſtata, poteſt cauſa proſequi per procuratorẽ in illis cauſis, in quibus poteſt procurator interuenire, iuxta formã iſtius Rit.immo plus ſeruatur in practica, quod etiam in cauſis capitalibus à relegatione ſupra interuenit procurator ad inſtantiam actoris, contra diſpoſitionem d.l.pen.§.ad crimen. quod ratio eſt, quã ibi ſentit
4 Bart.nu.2.† quia hodie nõ punitur accuſator pœna talionis, nec ponitur in carcerem, ſicut erat de iure cõi, per l.1. §.1.ff.ad Turpill.& l.fin.C.de accuſ.vt dicã inf.in Rit.199. propter quòd non videtur multũ importare, ꝙ principalis accuſator perſonaliter accuſationẽ proſequatur, quod bene nota. Salerni die 2.Septemb.1559. *Proſper Carauita.*

RITVS CIX.

ITem ſeruat dicta curia, quòd in cauſis extraordinarijs ſuper tenoribus inſtrumentorum, etiam ad media ipſius cauſæ (licet ſit ciuilis) non admittitur procurator.

SVMMARIVM.

1 *In cauſis ciuilibus regulariter procurator ad totam cauſam admittitur.*
2 *Pœnam manus erant antiquitus puniendi ij, contra quos accuſabantur inſtrumenta, iuxta formam ritus.*
3 *Crimen capitale, vel non, ex genere pœna iudicabitur.*

NOt. quod in cauſis extraordinarijs inſtrumentorum ſupple, quæ liquidantur, & accuſantur ſeruata forma Rit.166. non admittitur procurator etiam ad media, quemadmodum in cauſis criminalibus diximus ſupra Rit.106. quod quidem bene ſeruatur in pract. ratio dubitandi in hoc Rit eſſe poterat, quia, vt ipſemet Rit. dicit,
1 † cauſæ inſtrumentorum ſunt ciuiles in quibus regulariter procurator nedum ad media, verum etiam ad totam cauſam admittitur, l.1.§.vſus, l.ſeruum quoque in princ. & §. publice, vbi Gl.magna, ff.de procura. l.ſi.C.de procura.& bona Gl.in conſtit.Regn. edictorum, in verſ.aut alium. ra-
2 tio autem decidendi eſt, † quia antiqua pœna, quæ exigebatur ab his contra quos accuſabantur inſtrumenta iuxta formã Ritus, erat pœna manus, vt patet ex Ritu infr.179. Sed dicet aliquis, ergo hac ratione attenta Rit. iſte hodie ſeruari non debet, quia ex communi omnium curiarũ obſeruantia receſſum eſt à pœna manus, & tantummodo exigitur pœna trium tarenorum, vel duorum ad minus pro vncia iuxta facultatem debitorum, vt in inſtructionibus, quæ dantur commiſſarijs, qui quotidie deputantur per Magnam Curiam, & Regias Audientias ad exigendũ contumacias, vt latius dico infra in Ritu 132.& 133. ſed iſtud nihil eſt, quia pœna, quæ hodie ex obſeruantia eſt pecuniaria,

Digitized by Google

ria,ſucceſſit in locum illius antiquæ, quæ erat perſonalis, & eſt eiuſdem effectus,& poteſtatis,l.ſi eum,§.qui iniuriarum,ff.ſi quis cautio.& l.ſi donare,§.ſponſus, ff.de donat. inter virum,& vxo.& ex conſequenti,ſicuti quando imponebatur pœna manus, nõ poterat interuenire procurator, per nota.per Gl.in dicto §.publice,& ea, quæ diximus ſuper Rit.præceden.eodem modo non debet poſſe interuenire hodie,attenta potius origine pœnæ,quam obſeruantia hodierna,l.3.C.ad Macedon. & l.tutor. ff.de fideiuſſo. & ſi dicatur, nõne Bar.in l.2.§.ad crimen,nu.14.verſ.quæro extra, ff. de publi. iud.dicit, quod ſi ſtatutum imponit pœnam pecuniariam ſuper delicto, in quo ius commune imponit pœnam capitis, poteſt interuenire procurator,
3 † quia ex genere pœnæ iudicatur crimen capitale,vel nõ, quod etiam ſequitur Gandi. poſt alios in tract. malefi. in tit.vtrũ procura.nu.12.verſ.ſed pone, & apoſtill. ad Spec. de procura.§.1.nu.9.verſ.item, quod cauſa,in litera F, ſuper verb.ciuili.ergo contra hunc Ritum,& dictam rationẽ decidendi reſpondetur, quod poſt dictum Rit. 279. per quem imponitur pœna manus, non habemus Rit. dicentem, quod imponatur pœna pecuniaria, adeo quod non ſumus in terminis quæſt.Bart.Gandi.& aliorum, propter quod bene potuit (attenta dicta pœna) Rit. noſter dicere quod in cauſis inſtrumentorum non interueniat procurator,& ſi iterum dicetur poſtquã iſte Rit.attenta dicta pœna, voluit non interuenire procuratorem,quare appellat cauſam inſtrumentorum ciuilem: reſpondetur, quod iſte Rit. appellat cauſam ciuilem? quoad id, quod petitur in inſtrumento in quo nulla prorſus eſt dubitatio,ratione tamen periurij,in quod debitor incidit, & pro quo erat pœna manus ſtatuta per dictum Rit. 179. & reſpectu illius pœnæ,non poteſt interuenire procurator, non autem ratione debiti contenti in inſtrumento, cuius reſpectu cauſa eſt ciuilis,vt hic dicitur, & etiam infra Ritu 302. Salerni, die 2.Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CX.

ITem, quod omnes procuratores Curiæ aſſignent interloquutorias faciendas per eos ad petitionem partium vni ex ſcriptoribus actorũ, vel alteri deputando per ipſam curiam,& eidem ſoluant granum vnum pro qualibet interloquutoria dandum per eum tubitis,& quod dictus tubita non recipiat, niſi granum vnum pro qualibet interloquutoria quantumcunque plures contineantur in ea.

NOt. quod procuratores debent aſſignare interloquutorias faciendas per eos, ideſt citationes ſuper quibus ſunt faciendæ interloquutoriæ curia ſedente, vni ex ſcriptoribus actorum, vel alteri deputando per ipſam Curiam,aut iuxta formam Ritus 249. vni ex fiſcalibus, vt ipſas legi faciant à iudicibus. Hodie aſſignantur per procuratores, & per partes principales ad libitum illi actuario, qui eas expediuit, & poſtmodum per omnes actuarios aſſignantur vni,qui curia ſedente,legit,tubita alta voce vocante, & dicente eadẽ verba,quæ actuarius ille ſubmiſſa voce dicit,nouiter vero poſt hæc ſcripta per pragm. Illuſtriſſimi Domini Ducis de Alcala huius Regni Viceregis, * pragm.17. §. quia quod dicitur de off. magiſt. iuſt. 2
ſancitum eſt,quod citationes omnes curia ſedente, legendæ, recolligantur penes actuarium, qui erit hebdomadarius, per quem poſtea legantur tubita vocante, (vt ſupra dixi)curia ſedente,& poſt rectam curiam, diuiditur inter omnes actuarios æqualiter, vt ſic vnuſquiſque habeat ſuã portionem. ¶ Secundo no. ibi ad petitionem partium, iuncto ibi granum vnum, quod tubita pro qualibet citatione,quam vocat curia ſedẽte ad petitionem partium, debet habere granum vnũ,etiam ſi mille vocarentur in vnica citatione,quod bene ſeruatur, & cauetur etiam in nouiſſimis prag. editis per Illuſtriſſimum Dominum Ducem de Alcala huius Regni Viceregem, * prag.37. §. item per lo ſalario,& prag.38.§.item per lo ſalario de off.magiſt.iuſt. vbi pluſquam hic, dicitur iſtud procedere tam in citationibus ciuilibus, quam criminalibus, tam ad inſtantiam ciuium Neap.quam aduenarum, & tam in ciuitate Neap. & eius diſtrictu,quam in toto Regno, niſi vocandus curia ſedente, eſſet perſona Illuſtriſsima, quoniam tunc deberent ſolui tubitæ grana decem, vt dicitur * in d.prag.37.§.item, che quando,& in d.pragm.38.§.item,che quando. Et no. quia Rit.loquitur, vt ego expoſui in illis interloquutorijs quæ ſcribuntur ſuper citationibus, non autem in decretis interloquutorijs proferendis in aliqua cauſa curia ſedente,aut in ſententijs diffinitiuis, quoniam pro his competũt tubitæ grana decem, vt in eiſdem nouiſſimis pragm. locis prællega.diſponitur:quamuis hodie decreta interloquutoria Curia ſedente,nõ legantur per tubitam,nec ibi proferantur, vt dicam infra in Rit.288. 11 not. ſed in camera audientiæ (vbi conueniunt pro expediendis proceſſibus, & audiendis aduocatis,vt diximus ſupra in Rit.77.)votantur, & ſcribuntur, & per actuarios poſtmodum publicantur, & traduntur alguzerijs ad intimandum partibus, vt dicam latius in d.Rit.288. 11.not. & dixi etiam in Rit.37. 2.not.Item nota hunc Ritum loqui ad inſtantiam partium, quia pro citationibus, quæ vocantur in Curia ad fiſci inſtantiam, tubitæ nihil habent, vt in dd. nouiſſimis pragm. diſponitur, pragmat.37.verſic. Item che per le citationi. Salerni,die 3.Septembris. 1560. Proſper Carauita.

RITVS CXI.

ITem quod nullus procurator ſtet in loco aduocatorum,nec accedat ad locum illum,ſeu bancam,niſi vocatus de ſententia iudicum hebdomadariorum,ſeu per iudices hebdomadarios: & vocatus nihil proponat ipſe procurator, ſed in ſecreto dicat quicquid vult aduocato ſuo,& ſi quis contrarium fecerit,ſoluat pœnam vnius carleni. Item quod nullus procurator ſub pœna granorũ decem, ducat ſecum ad bancam aliquem clientulum ſuũ,niſi primo fuerit clientulus ipſe vocatus. Item quod procuratores pro actis ordinarijs cauſarum audiantur ſemel in hebdomada.

RItus iſte in ſui principio receſſit ab aula, quia aduocati non accedunt ad tribunal quando Curia regitur,ſed ſolum procuratores ibi ſedent, vt etiam dixi ſupra in Rit.102. Bene tamen ſeruatur, quod paulo inferius dicit, ꝙ procuratores non ducant clientulos ſecum ad bancam,nam in loco eiſdem procuratoribus aſſignato ipſi ſoli ſedent,& cliẽtuli in eodem palatio paulo inferius aſtãt, extra locum procuratorum, & quando aliquis eorum vocatur,procurator pro eo ſe erigit,& ſi ibi non adeſt,excuſat ipſum,ſi vero adeſt, dicit adeſt hic principalis, & ſtatim ille cliẽtulus eleuat manum ſuam, quaſi dicat ecce adſum,& nihil aliud dicit,& actuarius qui eſt ſupra tribunal, ſi eſt cauſa talis, de ordine iudicis hebdomadarij facit ei mandatum, quod non diſcedat à Palatio. Aduerte tamen ad id,ꝙ dicitur in fine,quod procuratores pro actis ordinarijs cauſarum audiantur ſemel in hebdomada, quia contrarium videtur diſpoſitum per Rit.77. vbi quod quolibet ſero debeant audiri. ſed vtcumque ſit,iſte Rit. in hoc non ſeruatur,quia nedum quolibet die,ſed omni momento ipſius audiuntur pro actis ordinarijs faciendis in cauſis, & pro alijs actis Curia ſedente, faciendis,non audiuntur, niſi quãdo Curia regitur,quandoque tribus vicibus in hebdomada,& quandoque duabus:& licet ſolitum ſit regi Curia tribus diebus hebdomadæ, multoties ob multitudinem,& impedimenta cauſarũ,regitur duabus,& quãdoque minus. Salerni die 3. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

Digitized by Google

RITVS CXII.

ITem, quod litera citatoria, vel alia, per ipſas Curias, ſiue alteram ipſarum, non committatur niſi habenti officium publicum.

SVMMARIVM.

1 *Citatio num parti aduerſæ committenda ſit?*
2 *Litera citatoria, large omnis prouiſio per quam aliquis citatur, appellabitur.*

NOta ex hoc Ritu, quod literæ citatoriæ, vel aliæ (puta exequutoriales) non debent committi, niſi habẽti officium publicum, hoc eſt alicui, qui ſit nuncius, vel ſer-
1 uiens ipſius Curiæ, & idem dicitur infra in Rit. 114. † de iure vero communi, citatio etiam parti aduerſæ committi poteſt, vt dicit Bart. in l. 1. per illum text. ff. de ſeru. fugit. in l. eum qui, §. ſit epiſtola, ff. de furt. & in l. iuſte, vbi etiam Alex. col. 9. ff. de acq. poſſ. Bal. in l. vt perfectius, col. fi. C. de annal. exceptio. & authen. & omnino, col. pen. verſ. venio ad miniſtros, C. ne vxor pro marito. ſed, quia ex hoc poterant plura inconuenientia oriri, correctum fuit per conſt. Regni edictorum, vt etiam Affl. ibi dicit in 3. not. & eadẽ etiam conſt. quatenus dicit, quod citatio committatur alicui bono viro, corrigitur per hunc Rit. volentem non committi niſi habenti officium publicum, & ita ſeruatur. Hincque procedit, quod omnes citationes, & literæ exequutoriales in earum principio ita dicunt, Nuntijs, & ſeruientibus ipſius Curiæ, & alijs locorum ordinarijs committitur, &c. Video tamen multoties, quod Magna Curia committit literas exequutoriales pro capienda aliqua poſſeſſione corporali, aut pro exequẽdo in bonis iuris forma ſeruata, homini priuato, & quandoque talis priuatus eſt famulus partis ad cuius inſtantiam fit exequutio. Sed credo, quod hoc vltimum ignorat iudex, qui literis ſe ſubſcribit. Aduerte tamen, quia licet Ritus iſte loquatur de literis, tamẽ idẽ eſt in alijs quibuſcunque prouiſionibus, quę expediun-
2 tur apertæ, non clauſæ ad modum literarum, † & intentio Ritus eſt, appellare literam citatoriam, omnem prouiſionem in qua aliquis citandus eſt; quia ſaltim large litera appellari poteſt, cum iudex in ea ſignificet parti id, quod vult, & ita practicatur. Salerni die 3. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXIII.

ITem, quod omnes citationes poſtquam accuſata eſt prima contumacia, in caſſono magno communi dictæ Curiæ ponantur, & conſeruentur, & quòd nullus audeat abinde ipſas recipere, niſi ſit procurator in ea, vel eum tangat, & quod ea recepta ſcribat, & annotetur in quinterno, ſeu manuali in prædicto caſſono exiſtente.

HOdie in locum caſſoni communis ſucceſſit archiuus in Magna Curia Vicariæ, vt diximus ſupra in Rit. 24. & iſte Ritus nõ ſeruatur, quia accuſata prima cõtumacia, citationes non ponuntur in archiuo, ſed tenentur in faſciculis, vel per nouiſſimas prag. vt dixi ſupra in Rit. 110. aſſignantur actuario hebdomadario donec veniat vltimũ peremptorium, & curia ſedente, accuſetur vltima contumacia, qua accuſata, aut ponunt in proceſſu, ſi citatio reſpicit proceſſum, aut conſeruantur ſimiliter in faſciculo in banca actuarij, vel in archiuo ad eius libitum. Nota tamen ex hoc Ritu, quod accuſata prima contumacia in citationibus, non poſſunt citationes ipſæ ab inde capi ad inſtantiam alterius, quam procuratoris, vel eius ad quem ſpectat, facta tamen prius annotatione receptionis in quinterno exiſtente in dicto caſſono, quod bene ſeruatur etiam hodie in citationibus ciuilibus, quæ multoties partibus quærentibus aſſignantur, & ad memoriam fit annotatio in quodam quinterno priuato, quẽ facit quilibet actuarius, & ipſum in ſua banca conſeruat, non autem in archiuo (vt hic dicitur,) & ſimiliter fit de proceſſibus ciuilibus, qui quando à partibus, vel procuratoribus quæruntur (vt ab aduocatis videri valeant) traduntur procuratoribus, & partibus quandoque, facta tamen annotatione de recepta in dicto quinterno propria manu illius, qui eos recepit, vt iſte Ritus dicit, licet nouiter, & poſt hæc ſcripta per nouiſſimas prag. Illuſtriſſimi Domini Ducis de Alcala, prag. 55. incip. per ſacrum regium, tit. de off. ſac. conſ. correctum ſit, & ordinatum, quod proceſſus originales, nullatenus partibus procuratoribus, vel aduocatis accommodentur ſub pœna vnciarum quinquaginta, quæ noua prag. licet ſolum loquatur in ſacro conſilio, tamen in omnibus tribunalibus ſeruanda eſt, quia in eiſdem nouiſſimis prag. adeſt prag. 40. incip. allegantibus in §. ſunt & aliæ, volens, quod omnia ibidem de Sacro Conſilio diſpoſita, vbique ſeruentur. In citationibus vero criminalibus Ritus non ſeruatur. ego vidi multoties, quæſitum ab officialibus per eos quorum intererat, quod de citatione præberetur copia, vel ſaltim facultas eam legendi, & non fuit conceſſum, ratio eſt, quia poſtquam illa citatio eſt intimata per nuncium, & reddita actuario, videtur eſſe de informatione, quæ nunquam partibus demonſtratur antequam fiat publicatio. Salerni die 4. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXIIII.

ITem litera citatoria, vel alia per ipſam Curiam non committatur, niſi habenti officium publicum.

Dixi de hoc Ritu ſupra in Ritu 112. vbi videas.

RITVS CXV.

ITem ſi aliquis, vel aliqua veniret ad dictam Curiam aſſerens aliquem, vel aliquam ſibi teneri, vel dare debere aliquam pecuniæ quantitatem, vel aliam rem mobilem, & nolle ſibi ſatisfacere: Curia ipſa ad tollendum lites, mandet alicui ſeruienti, vt mandet, & iniungat ei ex parte dictę Curiæ ſub certa pœna, vel reſtituat pecuniam ipſam, vel rem, vel ſequenti die compareat in dicta Curia allegaturus cauſam rationabilem quare pecuniam ipſam, vel rem reſtituere recuſat: ſed in cauſis modicis, vel etiam inter ſtipendiarios, & his ſimilia facit ſuo (ſolus Regens, vel alius officialis) arbitrio.

SVMMARIVM.

1 *Practica quando iudex in modicis cauſis ex non ſcripto procedat.*
2 *Caſus plures in quibus ex non ſcripto procedendum ſit.*
3 *Cauſæ modicæ priuilegia quæ.*
4 *Cauſa modica quænam dicatur.*

1 NOta † primo ex hoc Ritu, quod in cauſis modicis, vel quæ tractantur inter ſtipendiarios, poteſt Regens Magnæ Curiæ, & quilibet alius officialis ex non ſcripto procedere, mandando debitori per vnum ſeruientem Curię, quod ſoluat, vel die ſequenti compareat coram eo: & licet Rit. nõ dicat expreſſe ſine ſcriptis, tamen ita colligitur ex eo, & concordat cum §. ſit tibi, in authen. de mand. Princip. & authen. niſi breuiores, C. de ſent. ex breui. recit. Diſpoſitio iſtius Ritus in viridi eſt obſeruantia in omnibus curijs Regni. Verum quando officialis ad inſtantiam creditoris aliquid petentis, mittit aliquem ad debitorem, non facit

facit ſibi dicere, quod ſoluat, aut die ſequenti compareat, vt hic dicitur, ſed quod ſtatim compareat coram iudice, & quãdoque ſi debitor eſt ſuſpectus, ordinatur ſeruienti, quod ipſum vocet, & veniat cum eo, quo debitore coram iudice veniente, creditor oretenus exponit ſuam intẽtionem, & debitor replicat quod ſibi videtur, & ſic ſummariè præcipitur, quod ſoluat, & aliquãdo quod nõ diſcedat, vel probet, quod dicit, prout negocij qualitas expoſtulat. Super quo vide etiã alium Rit. inf. 187. & quæ ibi dixi. Et no. verba finalia Ritus, quæ dicunt, ꝙ officialis hanc ſummariam iuſtitiam faciet ſolus ſuo arbitrio, quaſi dicat, ſine conſilio iudicis, quod ſimiliter in viridi eſt obſeruantia vbique locorũ, quia Regens Magnæ Curiæ, Iuſtitiarij prouinciarũ, & Capitanei terrarũ ex proprio iudicio iſta minima expediunt, & determinant, niſi dubium aliquod occurreret in iure, aut factum eſſet valde intricatum, quoniam tunc ad
2 iudices remitunt. † Secundo nota ex hoc Ritu duos caſus, in quibus ex nõ ſcripto proceditur, videlicet in cauſis modicis, & in cauſis quæ tractantur inter ſtipendiarios. Tertiũ caſum habes in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem, vbi de officiali, qui ante lapſum quinquaginta dierũ, aufugit, & captus eſt, vt rationem reddat ſuæ adminiſtrationis. Quartũ caſum ponit tex. in d. §. ſi tibi. & in auth. niſi breuiores, &. is eſt quando cauſa de qua agitur, eſt vilium, ſeu pauperum perſonarũ, etiam quod non ſit modica, licet alij fuerint in opinione, ꝙ vtrũque requiratur, vt dicit gl. in d. §. ſi tibi, & Bart. ibid. nu. 1. qui horũ opin. nõ ſequitur. Quintum caſum habes etiam in d. §. & auth. quando Epiſcopus cognoſcit inter ſuos ſubditos, quod etiam diſponitur in auth. vt cler. apud propr. Epiſ. circa princ. licet hodie, vt dicit ibi gl. in verſ. ex non ſcripto, iſte caſus ſit correctus per cap. quoniam contra, de probat. Sextum caſum ponit Bald. quem ſequitur etiam Salyc. in d. auth. niſi breuiores, quando ſumus in cauſis, quæ vertuntur coram ignorantibus leges, vt ſunt vicarij comitatuum, & vt hodie ſunt iſti, quos vulgo appellamus Camerlingos: ſed iſte caſus, (vt credo) redit ad primum, quoniam corã iſtis ferè ſemper tractantur cauſæ minimæ: adeo quod ſi daretur cauſa magnæ quantitatis, etiam quod eſſet coram prædictis, eorum dictum non crederem procedere. Septimum, & vltimum ponit glo. in d. §. neceſſitate, quam refert, & ſequitur Salyc. in d. auth. verſ. quæro an ſit alius, & is eſt, quãdo cauſa eſt contra clericum, ad inſtantiam laici, per tex. in auth. vt cler. apud propr. Epiſ. in princ. ſed, vt ſupra dixi, hodie per cap. quoniam contra, hoc eſt correctum. * Alios nonnullos caſus vide per Afflict. in conſtit. pacis cultu, 5. not. verſ. ad ſecundam quæſt. nu. 47. Et adde, quod iſti caſus, & ſimiles ſunt ſpeciales, quoniam in alijs in contrarium eſt ius commune, & ex ſcripto regulariter cauſæ diffiniri, & terminari debent, l. fin. cum ſim. C. de ſent. ex breui. recit.

3 ¶ † Tertio nota ex hoc Ritu vnũ priuilegium, quod habet cauſa modica: aliud priuilegium ponit tex. cum gloſ. in l. Theopompus, in glo. fin. ff. de dote præleg. vt eam allegat Guliel. de Lud. ſing. 27. vbi quod in cauſis modicis vnus teſtis facit plenam probationem. Si tamen idoneus fuerit, vt dicit Mattheſ. ſing. 1. incip. primo nota. & etiam appareat de tali idoneitate poſtquam eſt cauſa inductiua plenę probationis, vt dicit Ang. in l. vel necare, ff. quemad. teſta. aper. Alex. conſ. 72. col. 3. vol. 1. Cœpol. conſ. crimin. 58. col. fin. verſ. poſtremo, & alij, quos pulchrè ponit Gabr. Saray. ad præalleg. ſing. Mattheſil. in fi. & non ſolum vnus teſtis, ſed etiam fama publica, l. vbi adhuc, C. de iure dot. quam ad hoc propoſitũ citat Bart. in l. de minore, §. plurium, nu. 30. verſ. vlt. principaliter quæro, ibi, ſi verò iſta fama, & Mattheſil. in d. ſing. quod etiam voluit Ant. de Butr. in cap. veniens, de teſti. & in cap. 1. de appell. Bart. in l. 1. C. quorum bonorũ, Alex. ad Bart. in d. §. plurium, in litera H. & Hipp. ibidem, nu. 59. verſ. modo tu potes. Intelligendo tamen, vt per Bart. in eodem §. Bald. & Imo. in l. fin. ff. de hæred. inſt. & Alex. conſ. 66. nu. 9. volum. 3. vbi dicit iſta procedere in
4 his, quæ difficilis ſunt probationis. ¶ † Quæro ſatis ne-
a ceſſario in hoc Rit. quænam verè dicetur cauſa modica? a Cauenſ. hic remittit ſe ad quotas, quas vide per eum. tu autem dicas, quod Gl. in authen. niſi breuiores, C. de ſentent. ex breui. recit. poſuit multas opin. & inter alias, vnam quæ fuit Hugo. dicentis hoc iudicis arbitrio remitti. Gl. etiam in §. ſit tibi. in authen. de manda. prin. ponit multas opiniones, & tandem dicit, quod verius dicitur, ꝙ cauſa centum aureorum dicitur cauſa modica, ſed vt Bart. ibi dicit, nu. 7. in fi. veritas eſt, quod iudicis arbitrio remittitur iuxta opin. relatam, in d. auth. niſi breuiores, & id etiam firmat Spec. in tit. de iura. delati. in princ. ver. nota igitur, nu. 3. Salyc. in d. authent. in princ. vbi allegat l. ſed & ſi ſuſceperit, §. pen. & ſequent. ff. de iudic. & Gabr. Saray. poſt Mattheſil. in præalleg. ſing. 1. col. pen. Salerni, die 4. Septembris. 1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Modica. Adde quod de iure ciuili cauſa modica intelligi videtur intra duos aureos, l. ſi adſum, §. fin. cum l. ſeq. ff. de dolo. ex diſpoſitione vero ritus Magnę Curiæ Vicariæ, intra vnciam vnam, vt infra Rit. 131. valde autem modica infra duos auguſtales, vt in conſtit. Regn. dilationes, de dilat. & except. C. P.

RITVS CXVI.

ITem ſeruat dicta Curia, quod citatio debet fieri die non feriato, vt compareat die non feriato, vt ſi Curia ipſa regeretur in vno loco, puta Neapoli, & quodam die quidam citaretur in aliquo alio loco, puta Salerni, vbi dicto die eſſent feriæ, puta, quia ibi celebraretur à clero, & populo aliquod feſtum, & eodem die in loco vbi Curia prædicta reſideret, & regeretur, puta fortè Neapoli, non eſſent feriæ, tunc citatio non valeret, quia attenditur locus factæ citationis, & ita practicatum eſt multoties, & obtentum per dictam Curiam ad præſens.

SVMMARIVM.

1 *Citatio die feriato ad Dei honorem facta, num valebit?*
2 *Citatus die feriato ad hominum neceſſitatem comparere an teneatur?*
3 *Dies citationis ſit feriatus, vel non, quis locus iudicij, vel citationis attendendus?*

NOta primo ex hoc Rit. duo ſuper quibus Doct. valde diſſentiunt. Primum, ꝙ citatio debet fieri citãdo die non feriato. Secundũ, ꝙ cõpareat die ſimiliter non feriato.
1 † Quoad primũ, cõmunis opin. Doct. iuris ciuilis eſt, quod aut citatur die feriato in honorem Dei, & nõ valet citatio
2 per l. dies feſtos, C. de fer. † aut ob neceſſitates hominum, & valet, quia tex. in l. 1. ff. de fer. non dicit, quòd nõ valeat citatio, ſed quod citatus non teneatur comparere: ita dicit Bart. poſt Oldr. in l. 1. §. nunciatio. nu. 30. verſ. quæritur, ff. de noui oper. nunciat. Spec. in tit. de citatio. §. 1. verſ. item excipitur, nu. 14. Bal. in l. in tempus, ff. de hæred. inſt. & l. cum clericis, nu. 3. C. de Epiſ. & cler. Pau. de Caſt. conſ. 25. vol. 1. & Lanfran. in repet. cap quoniam contra, in verſic. citationes, nu. 16. extra de probat. licet Dyn. quem refert Bart. in tract. citat. quæſt. 7. aliter voluerit, & ipſemet Bart. dicat, quòd de cõſuetudine ſeruatur eius dictum, idq; etiam voluerit Feder. de Sen. conſ. 25. & Bal. in pract. in tit. de citat. quæſt. 7. fol. 12. Quoad ſecundum, Spec. in d. tit. de citat. §. 2. verſ. item excipitur, nu. 13. & Inn. in cap. fin. nu. 1. extra de fer. aliter concludunt, dicentes, citationem valere, ſed citatum debere die ſequenti comparere, idem Bald. in d. pract. in tit. de citat. q. 8. & Manſuer. (qui id dicit de conſuetudine ſeruari) in tit. de adorna. num. 6. ſed communiter contrarium eſt verius, per tex. in l. ex quacunque, §. fin.

in fi.

Digitized by Google

in fi.ſi quis in ius vocat.non ter.vt Bart.ibid.not.nu.3.idem Inn.in c.præterea de dilat.Mattheſil.ſing.19.in fi.apoſtilla ad eum in ver.poſtremo, Lanfr.in d.c.quoniam contra in- ver.citationes,num.26.verſ.aut quis citatur,vt dixi etiam ſupra in Rit.80.& Sebaſt Vant.in tract. de nullit. ex defectu citationis, verſ.diximus etiam num.65.

3 ¶ † Secūdo nota ex hoc Rit. quod cum tractatur an dies citationis ſit feriatus, vel non, attendituur locus,vbi citatio eſt facienda,& non locus iudicij,in tantū quod ſi in loco iudicij eſſet feſtum,& in loco citationis non,citatio valeret,licet ſecus econuerſo,vt Rit.noſter apertiſſime dicit, & etiam Rit. ſequens, licet etiam in hoc fuerit altercatio inter Doct.vt Cauenſ.hic dicit. Hic non ſunt alia,id ſolum ſcias, quod in prædictis omnibus Rit.noſter vbique ſeruatur. Salerni die 6.Septemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CXVII.

ITem prælibata Curia ſolet ſeruare hanc practicam,quod data commiſſionis cuiuslibet, vel data citationis cuiuſcunque, poteſt fieri ſub quocuuque die etiam feriato, die etiam Paſchali, & ea quæ occurrunt in dicta commiſſione,vel citatione(ſi ſit actus iuridicus)debent fieri die non feriato, puta,debet quis citari die non feriato. Et attenditur vtrum ſit feriata,vel conſuetudo loci in Regno, in quo loco fuit facta citatio, vel ille alius actus: quando tamen committuntur citationes apertæ; ſicut quando quis debet citari, qui ſit in loco, vbi curia regitur, & eius loci pertinentijs, tunc dies datæ talis citationis debet eſſe iuridicus, ſecundum conſuetudinem dictæ Curiæ in ipſa Curia diutius obſeruatam.

SVMMARIVM.

1 *Data commiſſionis,vel citationis num quolibet die feriata,etiam Paſchali fieri poſſit.*

1 ISte Ritus in eo, quod dicit, † quod data commiſſionis, vel citationis poteſt fieri die feriata etiam paſchali,eſt in viridi obſeruantia, licet Bald. in l. cum clericis, C.de epiſcop.& cleric. & Afflict.in rub.conſt.Reg. ſi quem noſtrorum aliter voluerint, & ſecundum hunc Rit. concludit Lanfr. in repet.cap.quoniam contra in verſ.citationes, num.27.de probat. per doctrinam Bart.in l.1.§.nunciatio. num.32. verſ.quærit, ff.de noui oper.nuncia. quem Cauenſ.hic citat dicens per hunc Ritum confirmari, & idem quod hic firmat Rot. deciſ.363. ſi committatur cauſa in nouis, Caſſador.deciſ.5. in fin.de dolo, & contumac.& Sebaſtian. Vant.in tract.nullitat.de nullit.ſentent. ex defectu citationis, ver.diximus etiam, num.46. conſidera tamen, quia Bart. in d. §.nunciatio. loquitur quando dies erat feriata ob neceſſitates hominum, & quicquid ſit, ſerua hunc Ritum in hoc Regno, de alijs contentis in hoc Rit. dixi ſupra in Rit.proximo, ibi remitto, quia plana ſunt, & non habent difficultatem. Aduerte tamen ad id quod dicitur in fin. iſtius Rit.de citationibus apertis, quæ fieri occurrunt in loco iudicij, & eius pertinentijs, vt data earū fiat die iuridico,quoniam non ſeruatur,& indiſtincte omnes prouiſiones clauſæ, & apertæ in loco iudicij, & extra quocunque die expediuntur, et feriato in honorem Dei. Salerni die 6.Septemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CXVIII.

ITem nōt. quod ſi ſit mandatum alicui extraordinarium (tamen non in aliqua cauſa, in qua ſit inchoatus proceſſus) ad aliquam pœnam,ſemper expectatur ille cui eſt factum mandatum triduo, vt ſit in citationib. ordinarijs,& hoc ſemper ſeruauit, & ſeruat ipſa Curia de conſuetudine antiqua.

SVpra in Rit.49. late dictū fuit, quod in primis citationibus, quæ ordinariè in cauſis, & litibus agitandis,& mouendis expediuntur, accuſata prima contumacia, ſemper expectatur triduum, & poſtmodum accuſatur vltima; verum quia multoties expediuntur aliquæ citationes, ſiue mandata extraordinaria, vbi non eſt inchoatus proceſſus, vt ſunt citationes ſuper tenore inſtrumenti, in quibus dicitur extraordinarie procedi, vt dicit Rit.109.aut citationes ad dicendum cauſam, quare non debet accuſari obligatio ſtipulata in alia curia, & ſimiles,& in iſtis,& ſimilibus citationibus dubitari poterat de modo procedendi,& accuſandi vltimam contumaciam,ideò iſte Rit.ad tollendam hanc dubitationem,dicit quod etiam in iſtis expectatur triduum poſt accuſatam primam contumaciam ſicut fit in citationibus ordinarijs, dicens,quod ita ſemper fuit ſeruatum in ipſa curia, prout etiam hodie ſeruatur vbique. Salerni die 5.Septemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CXIX.

OBſeruat ipſa Curia, & omnes aliæ Curiæ huius Regni, quod vbi quis citatur, vt quinto decimo die, vel alio quocunque poſt citationem compareat in dicta Curia,non computatur in illis quindecim diebus illa dies, qua fuit facta citatio.i.qua fuit citatus.

SVMMARIVM.

1 *Dies termini an computetur in termino?*

2 *Statutum ſi dicat inſtantiam infra tres menſes à litis conteſtata die numerandos finiri, diem litis conteſtationis computari.*

1 ISte Rit.tractat illa quæſt. quàm ponunt Doct. † an dies termini computetur in termino, & quia Doct. variè ſuper ea dixerunt, vt patet ex Bart.in l. 1. verſ. quæro tamen ff. ſi quis cautio. vbi ponit vnam diſtinct. & ex Spec. de citatio.§.3.num.17.verſ. Item not.Bald.in l.fin.in princip.col.3. C.de temp.appell.& Felyn. in cap placuit.verſ. & dum iſtæ, de præſcrip. vbi ponunt alias, iſte tex.tot diſtinctionibus omiſſis, dicit quod ſtatuto termino in aliqua citatione, dies qua fuit intimata citatio, & ſic notificatus terminus non computatur in termino, & idem infra Rit. 123.& ita ſeruatur vbique etiam hodie,non ſolum in citationibus, de quibus Rit.loquitur, ſed etiam in quibuſcunque decretis,& prouiſionibus, quæ per curiam aſſignando

2 terminum expediuntur, † ex quo ſequitur ſecundum Bal. in l.ſcire,§.aliud,ff.de accuſ.tuto & Fel.in d.c.quod ſi ſtatutum, dicit quod finiatur inſtantia infra tres menſes computandos à die litis conteſtatæ, illa dies, qua fuit facta litis conteſtatio,non computatur in termino,eodem modo, nec dies impedimenti, quibus quis fuit impeditus parere conditioni appoſitæ, l.quibus diebus,ibi etiam gloſ.not.& Bart.ff.de cond.& demonſt. Salerni die 6.Septemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CXX.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd ſi quis citatur de mandato dictæ Curiæ, vt tanqnam principalis,& legalior veniat reſponſurus ſuper tenore articulorum, ſeu exceptionum, aut poſitionum,& non venit,tunc Curia habet eum pro

con-

Digitized by Google

confeſſo, & ita determinatum fuit in cauſa Antonij de Celano. Eſt verum, quod in vltima ipſarum citationum debet inſeri totus tenor articulorum, ſeu exceptionum, & a dicto decreto nunquam appellatur.

SVMMARIVM.

1 *Practica quando ad deponendum citatus reſpondere non vult, non curans comparere, ter citetur, & pro confeſſo declaretur.*

2 *Quod limita in principali examinando, quando eſt præſens.*

3 *Vel ſi domi citatus vltima citatione cum inſertione articulorum fuerit.*

4 *Aut iuſtam recuſandi cauſam habuerit.*

MAteriam depoſitionum principalium ſuper articulis tractaui ſupra Rit.79. & de ea etiam plenè Afflict. in conſt. Regn. partes, per totum, ideo ſuper hoc Rit.
1 pauca ſunt dicenda. † Nota igitur ex eo pract. in iudicijs ſeruandam quando principalis citatus ad deponendum, non vult reſpondere, quia non curat comparere, nam debet tribus citationibus citari, & in vltima inſeritur tenor articulorum ſuper quibus examinandus eſt, & adhuc renuente deponere, mediante iudicis decreto declaratur pro confeſſo ſuper eis, à quo decreto appellatio non admittitur, & licet non bene aperiat Rit. quod tribus citationibus eſt citandus, tamen ita videtur colligi ex verbis ipſius ibi, in vltima ipſarum citationum, & eſt etiam de iure communi, l. ſenatus §. quod tribus, ff. de iure fiſc. not. per Bald. in l. penul. in fin. C. de conſt. pec. Felyn. in c. excommunicationis col. 1. de hæret. & Alex. conſ. 137. colum. 4.
2 vol. 2. † Limita primo hunc Rit. & prac. in eo poſitam nō procedere quando principalis examinandus eſt præſens in curia, quoniam tunc poteſt ſibi mandari, quod deponat, & ſi abſque rationabili cauſa recuſaret declarari pro confeſſo, dato quod non eſſent factæ trinæ citationes iuxta formam iſtius Rit. vt patet ex tex. cap. 2. de confeſſ. in 6. & ea quæ per illum not. in l. 2. §. quod ſi actor. & ibid. Paul. de Caſtr. C. de iura. calum. quod bene not. in pract. vt ſcias euitare circuitus tot citationum, & animaduertere quando principalis, vel procurator examinandus, eſt præſens
* in iudicio, * pro quo faciunt, quæ plene not. Maria. Soc. in tract. circa artic. 5. quæſt. 14. num. 21. vbi quod præſens in
3 iudicio non eſt citandus. † Secundo limita quando eſſet citatus domi in illa vltima citatione, in qua inſertus eſt tenor articulorum, quia ſtatutum diſponens, quod quis ratione contumaciæ habeatur pro confeſſo, intelligitur de vero contumace, vt dicit Angel. conſ. 95. Alexand. in l. 3. ff. de neg. geſt. & Cauenſ. hic, & in prag. 5. die num. 37. & & ſic de citato perſonaliter, & non comparente, vt dicit gloſ. in l. 1. C. quorum appell. non recip. & in l. ex conſenſu, in fine, ff. de appell. etiam ſi in primis duabus citationibus fuiſſet perſonaliter citatus, vt not. Bar. in l. fin. ff. de in integrum reſtit. in l. properandum, §. ſin autem reus, C. de iud. & Felyn. in cap. quod ad conſultationem, col. 4. de re
4 iud. † Tertio limita non procedere quotieſcunque principalis haberet aliquam iuſtam cauſam recuſandi ex his, quas diximus ſupra Rit. 79. quia tunc ſi cū rationabili cauſa recuſaret non poſſet pro confeſſo haberi, d. c. 2. de confeſſ. & not. Bart. in d. §. quod ſi actor. nu. 4. Salerni die 6. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXXI.

ITem ſi quis impetrat citationem a dicta Curia, non poteſt eam tenere ſemper, & nō facere citare eum contra quem impetrauit. Sed debet curare dictus impetrans, quòd citetur aduerſarius ſuus, & in criminali banniatur, & condemnetur, & in ciuili, vt condemnetur infra ſex menſes, ſi eſt prope locum, vbi Curia regitur per vnam dietam, ſi vero eſt infra duas dietas, tunc infra octo menſes, ſi vero vltra duas dietas, vſque ad quatuor incluſiue, tunc infra decē mēſes, ſi verò vſq; ad quatuor, infra annū. Aliqui dicunt infra ſex menſes in omnibus prædictis caſibus vbique per Regnum, alias citatio euaneſcit, & ſic determinatum fuit in cauſa Domini Iacobi Barilis.

SVMMARIVM.

1 *Citatio circumducta intimata non inducit litis pendentiam, immo pro non facta habetur.*

2 *Citatio circumducta non impedit præſcriptionem.*

ISte Ritus coarctat tempus intimandi citationes expeditas, & habita conſideratione ad loca, in quibus intimādæ ſunt, ſtatuit terminum, verum in fine dicit, quod ſecundum aliorum opinio. indiſtincte datur tempus ſex menſiū ad eas intimandam, alias ipſius elapſis, circunducuntur, dicens, ita fuiſſe determinatum in quadam cauſa. In Rit. ſeq. dicitur idem, in fine tamen ipſius videtur hunc corrigere, dum dicit, quod concordant in illa opinione quod dentur
1 tempora limitata (vt dixi) attenta locorum diſtantia. † Hodie tamen ſeruatur, quod in fin. præſentis Rit. dicitur, & elapſis ſex menſibus, citatio vti circunducta non valet, quinimo intimata nō induceret litis pendentiā, quia perinde habetur, ac ſi nunquā fuiſſet facta, vt dicit Inn. & Abb. in cap. conſuluit, de off. deleg. Bal. in l fi. ver. in eadem gl. ff. de eo per quē factum erit, & in l. 1. in princ. ff. de in ius voc. Fel. in c. illud col. 3. de præſcrip. & Affl. dec. 366. num.
* 14. & in rub. conſt. Reg. ſi quem noſtrorum nu. 4. * & ideo
2 † nec ēt interrumperet præſcriptionem, vt dicit Bald. in l. 1. & l. poſt edictum, nu. 2. verſ. ſed an ff. de eo per quē fact. erit. Salerni die 6. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXXII.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod ſi aliquis impetrat citationem ciuilem, vel criminalem ab ipſa Curia, non poteſt eam tenere a die dictæ citationis, niſi per ſex menſes, vnde infra tempus ſex menſium debet facere citare reum, & aſſignare reſponſale in actis, & accuſare primam contumaciam, & facere condemnare in ciuilibus ad tertiam, vel in criminalibus banniri, & condemnari, dico banniri, & condemnari ſecundum conſtitutionem Regni, & hæc obſeruantia facta fuit, quia quidam impetrabant citationes, & eas tenebant longo tempore antequam facerent citari, & quandoque faciebant citare reum, & aſſignato reſponſali in actis Curiæ, & accuſata prima contumacia, non curabant ad vlteriora procedere. Vnde infra iſtos menſes debent hæc omnia facere, ſeu curare ꝙ fiant, & cōputatur à die datæ dictę citationis (vt dictum eſt) & hoc ſcilicet ſex menſibus, concedunt omnes antiqui litterati, & procuratores, ac ſcriptores dictæ Curiæ, quorum aliqui dicunt, quod non prædicti ſex menſes, ſed dantur alia tempora, ſecundum hoc, modo tene quod vis, quandoque ſeruatur vnum, quandoq; aliud

Digitized by Google

aliud de prædictis duabus opinionibus,concordant tamen in prædicta vltima opinione, quod dentur illa tempora limitata.

¶ Dixi de hoc Rit. ſupra in proxime præcedenti Rit. vbi idem tractatur,merito ibi videas.

RITVS CXXIII.

ITem ſeruat dicta Curia in citatione, dare terminum ſecundum diſtantiam locorum, vt de iure eſt,hoc modo,quatenus ex dicta Reginali,noſtraque parte citetis eundem, vt decima die poſt citationem in dicta Curia ſe præſentet &c. & dies quo fit citatio non computatur in termino, vnde ſi die primo Auguſti citatur quis, vt decimo poſt citationem, compareat, die vndecima eiuſdem menſis debet accuſari prima contumacia, alias ſpirat citatio, & deinde poteſt, ſi non compareat ipſe reus condemnari,poteſt tamen in ciuili ad tertiam partem, vel in criminali condemnari ad eandem tertiam partem, & banniri die quintadecima eiuſdem menſis, & ab inde in antea, & hoc fuit de facto in eadem Curia die decimo quarto menſis Auguſti, 15.indictionis.

S V M M A R I V M.

1 *Terminus in citationibus apponendus iuxta locorum diſtantiam.*
2 *Termini & dilationes in iudicis arbitrio relinquuntur.*
3 *Citatio continens breuem, & impoſſibilem terminum ad comparendum, erit nulla.*
4 *Contumacia non comparentis ſi non accuſatur, contumax non dicitur. Limita quando ex officio proceditur & in cauſis fiſcalibus.*
5 *Non comparens pro confeſſo habetur.*
6 *Citatione ſpirata,ex integro tamen iterum agi poteſt.*
7 *Citatus ad duo tenetur, cõparere ſcilicet. & in termino.*
8 *Practica ſuper accuſatione contumaciæ elapſo triduo.*
9 *Citatio certum terminum non ſtatuens, an teneat.*

1 NOt.primo ex hoc Rit. † quod iudices in citationibus debent apponere terminum ſecundum locorũ diſtantiã,vt ẽt eſt de iure l.nunquam ff.de iud. l.ſi vero nõ remunerandi §.fi.ff.mand. c.quoad cõſultationẽ de re iud. & c.paſtoralis de appel.habita ẽt conſideratione tẽporum, viarũ,& negociorũ, vt pulchre ſcribit Spec.de cit.§.nunc. verſ.nam omnes,nu.4.iuxta ipſorum iudicum diſcretiones,
2 † cum eorum arbitrio omnes termini, & dilationes relinquantur,c.cum ſit Roma,de appell. c.quoad cõſultationẽ, de re iud.c.ſi ægrotans,in fi.5.q.3.cum ſimili.quæ Specul. ibid.adducit,& Sebaſt.Vant.in tract.nullit.de nulli.ex defectu cit.ver.debet itaq; nu.70.& licet in aliquibus caſibus contrarium reperiatur,illud caſuale,& ſpeciale eſt,ſecundum Hoſt. in ſumma extra de dilat. §.quis ipſa, & Abb.in d.c.quoad conſultationem. Eſtque adeo verum,quod hic
3 dicitur, † quod ſi citatio continet terminum adeo breuẽ, quod impoſſibile ſit citato comparere in termino, citatio ipſa tanquam impoſſibilis, & temeraria erit nulla,& citatum non arctauit ad comparendum, c.1. & 2. & c. ſi primates,5.q.2.not.Spec.de cit.§.1.verſ.item excipitur,quod facta eſt nu.12. Bar.in l.aut qui aliter,ff.quod vi aut clam. & in extrauag. ad reprimen.in verſ. per edictum. Abb. in c.cum dilecti, de dol. & contum. Affl.dec.124.nu.3.& in conſt.Reg.cauſas,alias 4.not.nu.5.& Sebaſt.Vant.in tract. nulli.de null.ex defect.citatio.ver.terminus,nu.67. ¶ Secundo not. ibi & dies quo fit citatio, quod dies citationis non computatur in termino, ad idem ſupra Rit. 119. vbi dixi latius. ¶ Tertio not. ibi die vndecima,quod prima contumacia debet accuſari vltima die termini dati ad cõ-
4 parendum, vt dixi latius ſupra Rit.94. † alias ſi non accuſaretur,non comparens non poſſet dici contumax,vt dicit Bar.in l.2.col.fin.ff.ſi qdis in ius voc. non ier. in l. conſentaneum,col.fin.C.quomodo,& quan.iud.& in auth.ei qui, in fin.C.de temp.appell. Bald. & Paul.de Caſtr. in l.properandum,§.& ſi quidem, C.de iudi.& Hipp.in l.de vnoquoque,nu.143.ff.de re iud. Et ex eo quod hic dicitur, quod debet accuſari prima contumacia,ceſſat, quod ſcribit Bar. in l.inter accuſatorem,col.fin.ff.de publ.iud. Bal.in l.ſi tutor. C.de interd.matr. Hipp.in l.de vnoquoque,num.126. verſ.iſtud tamen, ff.de re iud. Alex.conſ.20.nu.8. vol.7.& poſt eum Petr.Foller. qui ipſum ſequitur in prac.crimin.in verſ.accuſetur contumaciæ, nu.10. vbi quod contumaciæ accuſatio non eſt neceſſaria, vbicunque extat ſtatutum,
5 quod citatus nõ comparens habeatur pro confeſſo, † nam in hoc Regno habemus conſtitut.Reg. pœnam eorum per quam non comparens habetur pro confeſſo, & tamen per hunc Rit.dicitur, quod contumacia accuſari debet vltima die,& ita ſeruatur ſecundum hunc Rit.in pract. Limita iſtum Rit. nõ procedere vbicunque ex officio proceditur, quoniam tunc ſufficit reum non comparuiſſe in termino, licet contumacia accuſata non fuerit, vt dicunt Alex. & Petr.Foller.in proximis citat. loc. ſed profecto licet iſta limita.poſſit ſtare ad hunc Rit.quia nõ aperit in cauſis ciuilibus,& criminalibus, nec ſi ex officio, aut ad querelam procedatur,tamen in pract.non ſeruatur in hoc Regno, in quo ſemper contumacia accuſatur, ſiue ex officio procedatur, ſiue ad querelam ad inſtantiam fiſci, aut partis, immo plus ſeruatur,quod vt plurimum contumaciæ,tam prima, quam vltima accuſantur inſtante procuratore fiſcali, quia omnes citationes,quæ expediũtur ẽt ſi adſit accuſator dicunt ad omnem inſtantiam regij procuratoris fiſcalis,& talis querelantis, in tantum quod licet accuſator non compareat poſtea ad accuſandũ,fiſcus proſequitur,per c Regn. ad conſultationem in caſibus tamen in quib. poteſt ex officio procedi ſecundum Par.in ſynd.in ver. accuſatio col.1. verſ.quod eſt verũ, & Nigr.ibi nu.20. Secundo limita non procedere in cauſis fiſcalibus, in quib. etiam contumacia non accuſata, proceditur per iudicem, vt dicit Bar. in l.2. §.ſenatus, per illum tex. ff.de iure fiſc. Affl.in conſt.pœnã nouem vnciarum, q.7.nu.10. ¶ Quarto not.ibi alias ſpirat citatio, quod ſi prima contumacia non fuerit ſuo tempore accuſata.i.vltima die termini(vt ſupra dix)citatio ſpirat,quod bene ſeruatur in prac. Bene tamen verũ eſt,quod in Magna Curia, & Regia Audientia Principatus Citra, quia mittũt nuncios per terras eiſdem ſubditas ad intimãdum prouiſiones, qui vadunt cum nonnullis citationibus, ideo quod non reuertuntur iuxta proprium terminum accuſandi primam cõtumaciam, obſeruatur quod qñ nuncij redeunt cum citationibus prima contumacia ſcribitur, & annotatur æque, ac ſi fuiſſet ſuo tempore ſcripta, licet re-
* uera, ita non fuerit, quia citatio reuerſa non erat, * ſuper
6 quo vide latius regiã prag.4.in tit.de citationibus. † Aduerte tamen,quia licet ſpiret citatio,vt Rit.dicit,tamen ex integro iterum agi poteſt,l.& poſt edictum in fi.ff.de iud. & ſeruatur in pract. quod cum eademmet citatione citari poteſt,quia ſemper valet,infra ſex menſes,vt diximus Rit. 121. Limita ſatis not iſtud not.in citato ad vnicum actum, & ad omnes,& ſingulos actus vſque ad ſententiam incluſiue,quoniam tunc licet non fuerit accuſata prima contumacia,& ſic nec actor, nec reus comparuerit ſuo tempore,tamen quandocunque voluerit actor, & ẽt reus procedi poteſt in cauſa in contumaciam alterius non comparentis vſque ad ſententiam,vt dicunt Domini de Rot.dec.14. alias 345. licet impetrans, de dol. & cont.in nouis per ea, quæ not.Inn.in c.conſuluit,de off.deleg.& in c.auditis de pro-
7 cur.ratio eſt ſecundum Rot.ibid. † quia citatus ad duo tenetur, videlicet comparere, & in termino,vnde licet quo ad ſecundum ſpiret citatio, nihilominus quoad primum,

firma

firma manet, & ſi in non comparendo fuerit contumax, procedetur contra eum, tanquam contra contumacem, niſi iudex de benignitate vellet de nouo citare,& expectare, vt in cap. conſuluit, de offic.deleg.in fi.& cap.cum dilecti de dolo,& contum.refert etiam Afflict.in deciſ.366. nu.14.licet iſtud in pract.non ſeruetur,quia ad hoc vt poſſit procedi in contumaciam contra citatum ad omnes, & ſingulos actus,eſt neceſſarium accuſare primam contumaciam iuxta formam iſtius Rit. qui dicit, quod accuſari debet,& ſeruandus eſt.In hoc Regno,& in vltimo peremptorio termino die vltimæ cōtumaciæ ſcribitur interloquutoria iudicis, per quam dicitur, quod procedatur ad omnes actus vſque ad ſententiam incluſiue in contumaciam partis citatæ,& non comparentis. ¶ Quinto not.ibi decimo-
8 quinto, † quod vltima cōtumacia accuſatur elapſo triduo poſt primam, vt hic patet,& dixi in Rit.94. & eſt Rit.infra 223.hoc tamen eſt in poteſtate actoris,quia ſi non vult accuſare ſtatim elapſo triduo poteſt expectare, vt patet in fin.iſtius Rit.ibi, & ab inde in antea.Verum in Magna Curia ſeruatur, quod ſi citati ſunt de ciuitate expectatur per menſem,ſi extra ciuitatem, per duos, vt etiam ſcribit Afflict. in conſtitut.edictorum q.8.nu.27.in fin. ſicque etiam ſeruatur in Regia Audientia Principatus Citra.
9 ¶ † Quæro quid ſi citatio facta non ſtatuit citato certum terminum? Bart.in l.liber homo, §.1.ff.de verb.oblig.& Bald.in l.conſentaneum per illum tex.in ver.& no.primo, C.quomodo, & quando iudex, dicunt, quod tanquam incerta, & obſcura non arctat citatum, Bald.vero ſibi contrarius in l. vt perfectius,col.3.verſ.ſecundo quod vbi, C. de anna.excep.& Spec.in tit.de citat.§.ſequitur,tenet contrarium, quia tacite intelligitur tempus infra,quod citatus poſſit comparere, vt late diſputat Boer. qui hanc partem firmat deciſ.235. vbi late, & pulchre, Angel.vero in l.per interualla,ff.de iu.l.& Paul.de Caſtr.in d.l.liber homo, diſtinguunt, quod aut tractatur quod finē procedendi ad vlteriora,tāquā cōtra cōtumacē, & procedit prima opin.aut quoad eum puniēdum,quia cōtumax non cōparuit,& procedit vltima,quam diſtin.approbat Lanfran.in rep. c.quoniam contra,in ver.citationes,nu.20.ver.ſed quæritur nūquid valeat de probatio. licet Alex.in d. l.liber homo talem diſtin.reprobet, vt etiam Boer.d.deciſ.refert, num.3. Quid dicendum? mihi videtur,ꝙ etſi multa hinc inde dici poſſint, ſecunda opin. quæ fuit Specul.in d.§.ſequitur, eſt communior, & verior, vt Alex.in d.l.liber homo, & Fely. in c.conſuluit,col.3.in princ.verſ.ſed tenendo opin.de off. deleg.atteſtantur,& idem Sebaſt.Vant.in d.trac.loco proxime cit.& late colligitur ex Boer.in d.deciſ.vbi diffuſe hoc tractat: cautius tamen erit ſemper in citationibus terminum apponere, vt dicit Bald.addit. Spec.de cit. col.3. verſ.an deſignatio diei,& Vant.vbi ſupra nu.71.verſ.quicquid tamen, & ita ſeruatur, quia omnes citationes etiam per inſciū,& inexpertum ſcribam expeditæ continent terminum infra quē citatus habet cōparere, vt omnibus notū eſt. Salerni die 6.Septemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CXXIV.

ITem qnod Curiæ ipſæ,& quælibet ipſarum poſſint, ſi voluerint committere cauſas pecuniarias ibi mouendas, vſque ad ſummam vnciarum ſex de carlenis argenti (& non vltra) Curiæ referat in forma cōſueta.Item quod cauſæ committendæ per Curiam non excedant vltra ſummam vnciarum ſex, vt ſupra.

MAteriam iſtius Rit. tractaui ſupra Rit.16. in 2.not. ibi te remitto, ne bis idem repetam vnum tamen aduerte, quod licet iſte Rit.dicat,quod Magna Curia poteſt iſtas cauſas committere, ſi vult, adeo quod eius poteſtati relinquere videtur,tamen ille Rit.dicit,quod debeat committere,ſicque eius neceſſitati ſubijcit iudices,& ita practicatur, ſi tamen petatur ab aliqua partium, vt ibi dixi non obſtat, quod iſte Rit.dicat,quod poteſt ſi vult,& ille alio modo per verbum debet, quoniam iſte debet intelligi nemine petēte,ille vero quando petitum fuit, & eo caſu cogitur iudex,vt proxime dixi,& dicam infra in Rit. 138. De hoc Rit facit mentionem Affl. in conſt. Regni cū circa in fin.princip.ante prim.not.Not.ibi referat in forma conſueta,quod iudices pedanei quibus iſtæ cauſæ minimæ cōmittuntur debent facere relationem in forma conſueta, quam ponit Rit.infra 126. & ego poſui in d. Rit. 16. Salerni die 6. Septemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CXXV.

ITem Curia ipſa nec cauſas delegat,nec mandatum facit,quod habeat in ſe cauſę cognitionem quoad commiſſarium,ſed bene committit,quod ad certam pœnam mandetur alicui ne turbet,ſpoliet,vel iniurietur.

SVMMARIVM.

1 *Aliqua ſunt, quæ planam, aliqua vero quæ plenam cauſæ cognitionem requirunt.*
2 *Cauſæ ciuiles, niſi in duobus caſibus, non committuntur. ſecus de criminalibus in Regno.*
3 *Cauſa meri, & mixti imperij demandari prohibentur.*

NOt.ex hoc Rit.quod Magna Curia non delegat cauſas,nec facit mādatum alicui, quod faciat aliquam rem quæ requirat cauſæ cognitionem, vt eſſet reſtituere, aliquem in integrum, mittere in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, expellere aliquem de poſſeſſione, interponere authoritatem alienationibus.& tranſactionibus alimento-
1 rum,& ſimilia, † quorum aliqua planam, & aliqua plenam cauſæ cognitionem requirunt, vt ponit Bart.in l.Imperium,verſ.3.nu.19. & 20.ff.de iuriſdictione omnium iudicum, ſed committere alicui, quod ad certam pœnam mandet tali ne talem turbet,ſpoliet,vel iniurietur, bene ſolet hoc facere ipſa Magna Curia. Diſpoſitio iſtius Rit.be-
2 ne ſeruatur in cauſis ciuilibus, † quas non video committere,exceptis duobus caſibus,primus eſt,quando committeretur infra ſummam vnciarum ſex iudicibus pedaneis, iuxta formam præcedent.Rit.ibi dixi.Secundus eſt (quod etiam practicatur quotidie) quando appellatur ad ipſam Magnam Curiam à duab. vncijs infra, nam tunc ſæpiſſime conſueuit committere eidem, c. à cuius curia eſt appellatum,quod cum conſilio alterius iuris periti partib. non ſuſpecti in cauſa ipſa procedat, & iuſtitiam faciat nomine ipſius Magnæ Curiæ: in cauſis vero criminalib. non ſeruatur, quia quotidie Magna Curia expedit ſuos commiſſarios per Regnum cum ampla poteſtate nedum in cognoſcendo,ſed etiā in ſententiando,contra tex.in l.1.in princ. ff.de off.eius,& ea,quæ ibi not. Bar.nu.5. verſ oppono cō-
3 tra, † vbi cauſæ meri, & mixti imperij prohibentur demādari,niſi in caſu abſētiæ,vt ibi dicitur, ſed credo ideo Magna Curia hoc facit, quia antequā ſuos cōmiſſarios expediat, ab Illuſtriſſimo D.Vicerege licentiam obtinet, iuxta formam Regiæ nouellæ prag.olim editę per inuictiſſimū
* Carol.V. Imp. quæ incip.vt moderetur, * quæ eſt prag.1. ſub tit.de commiſſa.Et anno præterito renouata,& confir-
* mata fuit per Illuſtrem Don Ioannem Manriques * eod. tit.de commiſſa.prag.4.incip.is eſt regum. Salerni die 6. Septemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CXXVI.

ITem obſeruat dicta Curia committere cauſas ſi vult quatuor vnciarum alicui literato qui rite procedat,deinde ipſi Curiæ referat in ſcriptis id quod ſibi videtur,& forma relationis eſt,

Digitized by Google

eſt,quia facit mentionẽ de toto proceſſu, & deinde dicit in fine relationis ſi eſt probata intentio actoris, quòd ſibi videtur mandandum per dictam Curiam dicto reo, vt petita per dictum actorem in cauſa prædicta infra terminum decem dierum aſſignet ipſi actori, & etiam datur maior terminus arbitrio ipſius Curiæ.

Dixi de hoc Rit.& eius obſeruãtia ſupra Rit.17.& Rit. 114.& ideo ad ibi dicta te remitto.

RITVS CXXVII.

ITem Curia ipſa non conſueuit ad alicuius inſtantiam facere aliquem pignorari, niſi ſententiam diffinitiuam, vel interloquutoriam exequendo,vel niſi fiſco in aliquo teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt ab exequutione incipiendum. Et ratio quare.*
2 *Quod limita in ſententia diffinitiua, vel interloquutoria, & in rebus fiſcalibus,& nu.5.6.7.8. & 9.*
3 *Pro fiſcalibus functionibus non tantum res, ſed perſona etiam capitur. Et appellatio talem exequutionem non impedit.*
4 *Fiſcus regulariter in exequutione,ac ſequeſtro iure communi vtitur.*
5 *Obligationes penes acta, & liquidata exequutionem paratam habent.*
6 *Inſtrumenta liquida accuſata exequutionem paratam habent.*
7 *Inſtrumenta cenſualia paratam exequutionem habent. Immo maiora priuilegia, quam ſententia.*
8 *Contumacia ciuilis,& criminalis paratam exequutionẽ habent.*
9 *Caſus in quibus appellatio non admittitur, remiſſiue.*

NOta ex hoc Rit. quod Magna Curia non conſueuit ad partis inſtãtiam pignorari facere aliquem,ideſt
1 exequi in eius bonis, † quia ab exequutione non eſt incipiendum, l.ſi cum nulla, vbi Paul.de Caſtr. ita ſummat.ff. de re iudic.ratio eſt, quam ponit tex.in l.1.C.de prohi.ſequeſtr. pecu. quia oportet primo debitorem conuinci, & demum ad ſolutionem pulſari, vt ẽt dicit tex. in l.1. C.de exequu.rei iud. Limitatur tamen hoc dictum in duobus ca
2 ſibus in hoc Rit.enumeratis. † Primus caſus eſt quotieſcũque exequutio fieret virtute ſententiæ diffinitiuæ, aut interloquutoriæ,vt etiam dicit tex.cum gloſ.in verſ. ſententia, in d. l. ſi cum nulla, ratio eſt, quia ſententia diffinitiua habet exequutionem paratam,l.minor 25.annis, cui fideicommiſſum,ff.de minor.ſi tamen fecit tranſitum in rem iudicatam, vt probat tex.in l.2. C.de exequu.rei iudic.& cap. quoad conſultationem, de re iudic. & plene Marant. in pract.par.6.cap.fin.in princip. Et ſententia interloquutoria ſimiliter habet exequutionem, etiam ſi tranſitum nõ fecit in rem iudicatam,vt dicit gloſ.& ibi Bald.in l.à procedente, C. de dilat. idem Bald.in l.ita demum, verſ.ſed hic quæritur, C.de procur.probat tex. in cap. non ſolum, de appell.in 6. Bart.in l.eius quod, col.2. ff.de appellatio. recipie.& in l.intra vtile, col.2.ff.de mino.& Maran.in loc.præ[illegible]eg.num.171.& 173.licet fallat multoties ſecundum eum ibidem, num.207. Secundus caſus eſt quando aliquid debetur fiſco,quod tamen intelligi debet pro fun
3 ctionibus fiſcalibus, † pro quibus nedum res, ſed etiam perſona capi poteſt, l.nomen, C.de exacto.tribu.& not. Maran.in d.pract.num.12. verſ.limita tamen, adeo quod appellatio non recipitur ad impediendum earum exequutionem, l.abſtinendum, & l.fi. C.quorum appellatio. non recipia.& not.Rebuff.in commen.conſt. Fran.in tract.
4 de appell.art.7. num.14. verſ. quartus, † alias ſi non eſſet pro functionibus fiſcalibus,ſecus eſſet.quia fiſcus iure communi vtitur in hoc,vt non incipiat ab exequutione, vel ſequeſtro,l.facultas, vbi hoc not.in ſpecie Luc de Penn.col. 4.circa medium,C.de iure fiſc. inuehens contra quendam Doctorem inſignijs fallentem, qui dicebat,quod fiſcus cũ litigat, habet priuilegium incipiendi à ſequeſtro, & idem referendo tenet Niger in cap. Regni dudum ex præſum-
5 ptuoſe,nu.10. † Tertio limita in obligationibus iuratis penes acta, & liquidatis, vt in ſequenti Rit.diſponitur, quia obligationes penes acta exequutionem paratam habent, ſicut ſententiæ, vt ad literam dicit dictus Rit. & Cauenſ.
6 ſuper eodem. † Quarto limita in inſtrumentis liquidis accuſatis, & liquidatis iuxta formam Rit. Magnæ Curiæ 166. quia talia inſtrumenta ſimiliter exequutionem habent paratiſſimam, adeo quod aduerſus ea opponi nullatenus poteſt, niſi debitor dicat cauſam in vinculis, vt in eodem Rit. late dicemus.
7 † Quinto limita, non procedere in inſtrumentis cenſualibus, quæ in hoc Regno per Regiam pragm. Alfonſus de cenſi. paratam, & priuilegiatam habent exequutionem, tanquam ſententiæ, nullaque prouocatione ſuſpendi poſſunt ad eorum exequutionem impediendam, vt ibi latius diſponitur.Aduerte tamen,quod licet inſtrumenta cenſualia tanquam ſententiæ exequutionem habeant, non propterea iudicantur ad paria, immo in multis differunt, vt latè ſcribit Petr. Foller. quem nouiſſime, & poſt hæc ſcripta habui in ſua pract.cenſua. in verſ. tanquam res iudicatas,num.4.cum multis ſeq.vbi ſatis pulchre ponit,quam maioribus priuilegijs gaudent inſtrumenta cenſualia, ſen-
8 tentijs à iudicibus prolatis. † Sexto fallit in contumace, tam pro cauſa ciuili, quam criminali, quoniam contumax poteſt perſonaliter capi, & contra eum etiam exequi pro pœna contumaciæ abſque alia citatione, ſecundum Bald. in cap.grauis, colum.7. de reſtitut. ſpoliat. & Afflict. in conſtitut.pœnam nouem vnciarum,quæſt.3.num.6.vbi dicit ita ſemper fuiſſe ſeruatum, & etiam hodie ſeruatur, & practicatur. Ita fallit in alijs quatuor caſibus, quos ponit Afflict.in conſtitu.Regn edictorum,num.43. cum ſequen.
9 † & generaliter dici poteſt, hunc Ritum non procedere in omnibus illis caſibus, in quibus appellatio non admittitur,quos late ponit Spec.in tit.de appell.§.in quibus autẽ caſibus,& dicam infr. in Rit.259.in fi.in his enim pignoratio,& exequutio fiet ſicut in omnibus ſupradictis. Salerni,die 7.Septemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CXXVIII.

ITem ſeruat ipſa Curia,quod quandocunque aliqua pœna eſt ſtipulata penes acta Curiæ ſemper executio illius pœnæ fit ſine vocatione partis,ſi eſſet vna ſententia, nec datur libellus, nec petitio, ſicut etiam ipſa Curia facit exequutionem ſententiarum parte, contra quam fit,nullo modo vocata,quamuis altercatio iuriſperitorum diu circa hoc nondum fuerit terminata.

SVMMARIVM.

1 *Non ſolum pœna, ſed obligatio penes acta, liquida tamen exequutionem paratam habet.*
2 *Fiſco non acquiritur,parte non inſtante.*
3 *Pœna contrauentionis cauſa in contractu appoſita extra iudicium num exequi poſſit parte non citata?*
4 *Obligatio antiqua qua, & quando dicatur.*
5 *Ratio quare in antiqua obligatione partis citatio requiratur.*
6 *Sententiam paratam exequutionem habere, intellige ſi facta*

fecit tranſitum in rem iudicatam.

7 *Fatuus eſſet qui peteret ſententiæ exequutionem per actionem in factum.*

8 *Iudex qui ſententiam tulit ſi mortuus eſt, per eius ſucceſſorem neceſſario pars ad dicendum cauſam quare, citabitur. Idem mortua parte condemnata, ſeruabitur in eius hæredibus.*

9 *Ritus noſtri etiam deciſionem limitabis, prout in num. 9. 10. 11.*

12 *Obligationes ab actuario captæ domi, per ciuitatem, vel in ſtrata publica, an exequutionem paratam habeant.*

13 *Omnia noſtra facimus, quibus noſtra impartitur auctoritas.*

14 *Obligatio ſtipulata penes acta die feriata in honorem Dei, an poterit dici nulla.*

NOta ex hoc Rit. (qui in viridi eſt obſeruãtia:) quòd pro pœnis promiſſis, ſeu ſtipulatis penes acta curiæ fit exequutio ſine libello, & partis citatione, quemadmodum obſeruatur in ſententijs, quæ ſimili modo exequuntur, & licet loquatur ſolum de pœnis, idem dicas procedere in quantitate promiſſa, & omni eo, quod in obligatione
2 ne deductum eſt, † quia non ſolum pœna eſt, quæ habet exequutionem, ſed ipſa obligatio penes acta, ſi tamen liquida fuerit, vt dicit gloſ. in auth. generaliter, C. de Epiſc. & cleric. probatur ex tex. l. eum pro quo, vbi Bald. Paul. de Caſt. & Alex. ff. de in ius vocan. Luc. de Penn. in l. 2. C. de iure fiſci lib. 10. & Afflict. in deciſ. 387. in princ. & in
* conſtitut. Regn. clementiæ, in fin. verb. * & hoc etiam quod in ipſa obligatione non adeſſet iuramentum, vt no. per Afflict. deciſ. 30. nu. 6. & 4. intellige tamen hunc Rit. procedere quotieſcunque pœna obligationis fuit accuſata per partẽ cui aliquid fortè fuerat promiſſum, vt dicit Af-
2 flict. in conſtit. Regn. edictorum, nu. 46. 4. Fallen. † quia fiſco nunquam acquiritur niſi pars iuſſet, vt dicit Iſern. in conſtit. Regn. in pecuniarijs, in verſ. in 3. par. & Afflict. in conſtit. Regn. pœnam nouem vnciarum, nu. 10. q. 7. vel per Regium procuratorẽ fiſcalem quotieſcunq; fiſco tñ fuiſſet facta de aliquo obligatio, vt latè ſcribit Afflict. deciſ. 3. per totam. Ex prædictis ſequitur, quod ſi pœna, quæ eſſet exigenda: non fuiſſet ſtipulata penes acta, ſed aliquis in eam incidiſſet ratione alicuius banni, forte emanati, aut alio modo, exequutio ipſius non fiet ex abrupto, ſed parte ipſa citata ad dicendum cauſam quare ad eam non tene-
3 tur, † & idem ſi extra iudicium in aliquo contractu fuiſſet aliqua pœna promiſſa in caſu contrauentionis, vt not. pulchrè Bart. vbi ponit hanc pract. in l. 1. nu. 13. verſ. ſed quæro, ff. ſi quis ius dicen. non obtẽper. per tex. in l. 2. §. 1. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. idem Imol. in l. quidã conſulebat, col. fi. ff. de re iud. & Afflict. in d. conſtit. edictorũ, nu. 42. verſ. 12. quærit, in fi. & ita practicatur, licet fallat in quinq; caſibus quos ibid. ponit Afflict. nu. 43. cum ſeq. Ad vnum tamen aduerte, qđ licet in pœnis fiſco acquirendis, & penes acta non ſtipulatis, non detur exequutio parata, ſed vocetur pars, vt ſupra diximus, tamẽ in eis proceditur in hoc Regno ſummariè per cap. Regn. ab olim, quod in ſpecie ad hoc propoſitũ allegat Affl. in conſtit. inter multas. 4. not. cũ alias ſi c. prædictũ nõ extaret, iuris ordine ſeruato procedi deberet, l. extat, ff. de iur. fiſc. l. omnes, C. de delato, lib. 10. facit c. 1. de mil. Vaſſal. qui cõtumax, eſt not. Luc. de Pen. latè in l. 1. C. de conduct. & procur. lib. 11. & Affl. in d. conſt. inter multas. Limi. hunc Rit. nõ procedere in duob. caſib. Primus caſus eſt qñ obligatio ipſa non eſſet ſtipulata penes acta illius curiæ, vbi accuſatio eſt facienda: qm tũc neceſſe erit partẽ ipſam citare ad dicendũ cauſam quare obligatio ipſa accuſari non debet, dicit Iſer. & poſt eũ Affl. in cõſt. Reg. baiulus ſi furẽ, q. 2. nu. 3. & Cauẽs, hic qui alia multa allegat, & ita ſeruatur in pract. Secundus caſus eſt, quotieſcũq; obligatio ipſa eſſet antiqua, qm etiã nunc partis citatio modo iã dicto eſſet neceſſaria, vt dicit Affl. in conſt. Reg. dilationes, nu. 22. verſ. an autẽ, vbi dicit ita ſeruari in Mag. Cur. ſicut in ſimili dicit Iſer. ibi circa fi.
4 verſ. poſſet diſtingui in ſententia antiqua. † Dicitur autem eſſe obligatio antiqua, ſm̃ pract. qua vtimur quotieſcunq; tranſacti ſunt decẽ anni die natiuitatis actionis. Et aduerte qđ ſi citatus debitor ad dicendũ cauſam quare obligatio accuſari non debet, opponit ſatisfactionẽ, nõ fit depoſitũ, neq; dicit cauſam in vinculis, ſed auditur extra carceres, & ita in practica ſeruatur quotidie, quãuis apoſtil. Af-
* flict. ad d. conſtit. dilationes aliter teneat, & illud amplio procedere, etiã ſi reperiretur obligatio accuſata per partẽ,
5 & illa accuſatio fuiſſet de antiquo facta, † qm̃ ratio quare citatio requiratur ĩ obligatione antiqua (iudicio meo) eſt, quia præſumptio eſt qđ ſi debitũ non fuiſſet ſolutũ, obligatio fuiſſet iã exequuta, quæ quidem ratio militat etiã in obligatione accuſata iã, præbet. n. ſuſpitionẽ videre obligationẽ, tam de antiquo accuſatã, & qđ poſt lapſum temporis petatur exequutio, & ita ſeruatur, tàm in Mag. Cur. quàm in Regia Audientia principatus citra, & Baſilicatæ, & non ſunt multi dies, quod Nob. Io. Ant. Melonus terræ Eboli, procurator pauperũ ipſius Regiæ Audientiæ petijt ſibi renouari quaſdã literas exequutoriales virtute inſtrumenti accuſati, expeditas annis decẽ, & nouẽ antea, & nõ fuerunt ſibi renouatæ: ſed expedita citatio parti aduerſæ ad dicendũ cauſam quare renouari non deberent, qđ bene not. Scias tñ ad materiã quod ſi facta exequutione virtute obligationis accuſatæ, citatur debitor ad reluendum: & allegat ſatisfactionem, debet declarare ſi ante accuſationẽ ſoluit, aut poſt: ſi ante, non auditur: niſi facto depoſito, ſi poſtea auditur, verum interponitur decretum de vendendo, & quod ſuperſedeatur in liberatione per tot dies infra quos poſſit docere de ſatisfactione, & ita ſeruatur.
6 ¶ † Secundo not. ex hoc Rit. qđ ſententiæ habent exequutionem paratã ſine citatione partis, vt etiam diximus ſupra Rit. præced. intelligendo de ea, quæ tranſitũ fecit iã in rem iudicatã, & licet Bar. in hoc aliter dixiſſe videatur in l. itẽ veniunt, §. itẽ ſi rectè, ff. de peti. hæred. & in l. qui de inofficioſo, ff. de inoffic. teſt. tamen ſeruãdus eſt iſte Rit. in hoc Regno, vt Cauen. hic dicit in princ. mihi tamẽ videtur quod iſte Rit. adhuc ſit intelligendus in terminis iuris cõis: & prout Doctores loquuntur, & ſic quod procedat quotieſcunq; exequutio ſententiæ per officium Iudicis petitur: ſecus autẽ ſi peteretur per actionem in factum orientem ex ſententia, iuxta tex. in l. miles, §. iudicati, vbi Doct. not. ff. de re iud. qm̃ tunc proceſſus ordinarius eſſet
7 faciendus, vt dicit Iſer. in d. conſt. dilationes, † vbi qđ fatuus eſſet ille qui exequutionẽ ſẽtẽtiæ peteret per actionem in factũ, idẽ Alex. conſ. 50. col. 3. in prin. vol. 2. Marãt. in pract. par. 6. c. fi. verſ. ſecũdo principaliter, nu. 8. & Pet. Foller. in ſua pract. cẽſu. in ver. tanquã res iudicatas, n. 8. Intellige iſtud not. dũmodò antequã Iudex ſententiã exequatur faciat præceptũ condẽnato, q; iuxta formã ſententiæ pareat, vt dicit Bar. in l. defendere, ff. de auth. tut. & in l. à Diuo Pio, §. in venditione, n. 3. ff. de re iud. & latè Affl. in conſtit. dilationes, nu. 16. verſ. ſecunda concluſio, & ita ſeruatur in pract. quia per Iudices expeditur mandatũ de parendo partib. condẽnatis, vt etiã ibid. Affl. dicit ſerua-
8 ri in Sac. Conſ. † Limita iſtud not. nõ procedere mortuo illo Iudice qui tulit ſententiã, tunc. n. quia ſucceſſori non poteſt liquere de cauſa, citatio partis ad dicendum cauſam quare exequi nõ debet, eſt neceſſaria, vt dicit gl. in l. quoties, §. fi. ff. de probat. & Affl. in d. conſtit. dilationes, verſ. quarta concluſio, nu. 18. Secundo limita qñ is contra quẽ lata fuit, mortuus eſt, & tractatur de exequendo cõtra ſucceſſores, vt dicit Innoc. in c. quia, in fin. de iud. Alex. in l. à Diuo Pio, §. in vendit. col. antepen. ff. de re iud. Afflic. in d.
9 conſtit. nu. 16. & Maran. in ſupra citato loc. n. 18. † Tertio limita qñ à ſentẽtia fuiſſet appellatũ, & peteretur executio ob nõ præſentationẽ proceſſus, vt dicit Bar. in l. 1. in fi. ff. nil nou. appell. pend. Dec. conſ. 97. col. 2. Bal. in l. ſi cõtra, C. de appell. Affl. vbi ſup. ver. ſexta concluſio, nu. 20. &
10 Maran. in d. pract. par. 6. c. fin. ver. an autẽ nu. 16. † Quarto limita ſm̃ Bar. in d. §. in vẽdit. n. 2. ver. quarto tu eris, quotieſcun-

Digitized by Google

tiéſcunq; exequutio eſſet facienda in alia re, quã in con-
tenta in ſententia, puta, qñ eſſet ſententia condẽnatoria
ad quantitatẽ,& eſſet exequendũ in bonis idẽ Bar. in l. me
minerint, C. vnde vi Bal in l. 1. C. de iur. & fact. ignorant.
Ang. in l. habere licere, ff. de euictio. Affl. latè (qui eã limit.
defendit) in d. conſt. dilationes nu. 15. ver. demum, & Pet.
Foller. in d. pract. cenſua. ver. tanquã res iudicatas n. 9. ſed
licet iſta limita. vera ſit in iure, tamen vt ſatis no. & pul-
chrè dicit Maran. in pract. l. c. proximè cit. nu. 19. ver. pro
ſolutione: in pract. non ſeruatur, quia lata ſententia expe-
diuntur literæ executoriales: quarũ vigore abſq; partis ci
tatione, fit executio in bonis iuris forma ſeruata, & ſcrip-
ta in l. à Diuo Pio, §. in vendit. ff. de re iud. bene tamẽ verũ
eſt, quod citatio partis poſtea requiritur antequã interpo
natur decretũ de vendẽdo, vt ibi dicit poſt Alber. in l. cre-
ditor. per illũ tex. C. de diſtrac. pign. & Affl. dec. 358. & ita
ſeruatur, quia citatur pars ad reluendũ executionẽ, vel ad
dicendũ cauſam quare vendi non debet, cũ cõminatione,
quod interponetur decretũ de vendendo (vt oẽs curiales
bene ſciunt) ſed ratio iſtius obſeruantiæ (licet Marant. nõ
dicat) dependet ab iſto Rit. dicente non requiri citationẽ
partis, qui ſi in cauſa iſtius limita. non haberet locũ num-
quã ſeruaretur ſtantibus alijs limita. quas poſui, vt etiã di-
11 co infra in Rit. 262. q. 3. vbi etiã videre poteris. † Quinto
limita, vbi ſententia eſſet de antiquo lata, vt ſupra dixi, &
12 in d. Rit. 262. q. 3. ¶ † Quæro cũ iſte Rit. loquatur de obli-
gationibus penes acta, quid ſi obligationes captæ fuerint
per actuariũ in eius domo, vel per ciuitatẽ in ſtrata publi-
ca? Luc. de Pen. in l. 2. C. de iur. fiſc. lib. 10. tangit iſtã q. &
latè examinat, tandẽ dicit, ꝙ non valet per iura, & ratio-
nes quas allegat, & ꝙ ſi qua conſuetudo eſt in contrariũ,
corruptela potius iudicari debet, idẽ Affl. in conſtit. Regn.
Mag. Camer. 1. 12. no. & Grãm. (qui d. Luc. reaſſumit) cõ-
ſil. ciui. 63. nu. 12 ver. & ꝙ huiuſmodi, ſed idẽ Affl. ſibi cõ-
trarius dec. 335. ver. nec obſtat tenet contrariũ, quia licet
non fuerint captæ præſente Iudice, tales obligationes: ta-
men quia generaliter actuarij habent licentiã ipſas capiẽ-
di, tanquã captæ eorũ ordinatione, valebunt æquè, ac ſi in
13 eorũ præſentia fuiſſent receptæ, † quia omnia noſtra faci
mus quibus à nobis impartitur authoritas, l. 1. §. ſed neq;
cũ concord. per cũ allegatis, C. de vet iur. enuclean. & ita
omiſſis dictis per Luc. & Grãm. ſeruatur in prac. indiſtin-
* ctè in omni curia Reg. & vide quæ dico inf. in Rit. 161.*
14 ¶ Secundo quæro † pone ꝙ obligatio penes acta eſt ſtipu-
lata die feriato in honorẽ Dei nũquid poterit dici nulla?
Breuiter dicas ꝙ nõ, quia tex. in l. vt in die, & l. actus, vbi
not. etiam per Bal. C. de ferijs, dicunt, ꝙ actus voluntariæ
iuriſdictionis poſſunt die feriato fieri, idem Bal. in rub. de
treug. & pac. nu. 5. & etiã probat Rit. inf. 162. licet nota-
rius, & contrahentes peccent ſm̃ Euer. in locis legat. loco
de tẽpore ad locũ verſ. hinc etiã, & Plotũ in l. ſi qñ nu. 55.
C. vnde vi. in 2. impreſſione, ſed obligationes penes acta,
quæ quotidie fiunt inter partes voluntariæ ſunt iuriſdi-
ctionis, vt clarum eſt, ergo ſequitur ꝙ non poteſt dici nul
la ob diẽ feriatũ, & ſi dicatur ꝙ tales obligationes capiun-
tur penes acta Curiæ, & quod propterea dici poſſet eſſe
actũ iudiciariũ, reſpondetur dupliciter, primo ꝙ actus vo
luntariæ iuriſdictionis non dicitur, eo ꝙ non fiat penes
acta, ſed eo ꝙ fiat voluntariè ſm̃ glo. l. 2. ff. de offic. procõſ.
abſq; iudiciali indagine, & cauſæ cognitione, vt dicit Bal.
in d. l. actus n. 3. & 4. ſicuti propriæ ſunt iſtæ obligationes,
imò actus voluntariæ iuriſdictionis etiã corã Iudice fieri
poſſunt, vt in d. l. 2. Secundo ꝙ emancipationes fieri debẽt
corã Iudice penes acta l. non nudo, iuncta glo. & l. fin. C.
de emancip. li. §. preterea, inſtit. quibus modis iuſpatr. po-
teſt. ſolui. & dixi plenè in pragm. per excellentem, §. 12.
vel fuerint emancipati, num. 26. de Senat. Conſul. Maced.
& tamen per dd. ll. vt in die, & l. actus, inter alia quæ ſpe-
cialiter die feriato fieri permittuntur ſunt emancipatio-
nes. Vnum tamen aduerte ſecundum Plotum in loco prę-
allegat. quod ſi contractus, qui fit die feriato in honorem
Dei, dato quod fieret die non feriato non eſſet validus
niſi ratione iuramenti: vt eſt contractus minorum, per
auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vendi. contractus
mulierum ſuper rebus dotalibus, vel propter nuptias do-
natis, per c. cum contingat, extra de iureiurand. & alij ſi-
miles, & ſtipulatus fuit dicto die feriato non in caſu ne-
ceſſitatis, vt dicit text. in cap. 1. extra de ferijs: non habe-
bit vires iuramenti, quod die feriato pręſtari non poteſt,
d. cap. 1. adeo quod contraueniens non poterit dici per-
iurus ſecundum Lanfranch. in cap. quoniam contra in
fin. princ. num. 50. & ſequent. de probat. & Thom. Ferra.
caute. 3. incip. communiter, & conſequenter contrahens
non tenebitur ad obſeruantiam contractus, qui de ſe non
eſſet validus ceſſante vinculo iuramenti, quod nota. Sa-
lerni, die 8. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXXIX.

ITem ſeruat ipſa curia, quod in cauſis in quibus ipſa Curia committit literas, quod ipſi commiſſarij dent vnum, vel eundem terminum ad ponendum, & probandum, puta quindecim dierum, vel alium maiorem, vel minorem, & non aſtringuntur partes offerre infra biduum, generalia, & ſpecialia: iuxta conſtitutionem Regni, & aliam obſeruantiam Curiæ.

DIſpoſitio iſtius Rit. non eſt in obſeruantia, ex quo quando Curia committit audientiam recipiendorum, terminus eſt datus iam per ipſam Curiã: adeò quod non videmus in pract. ſeruari quod commiſſarius ad recipiendum, ſeu examinandum teſtes det terminum in cauſa ipſa de materia tamen dandi vnicum terminum ad ponendum, & probandum (vt iſte Rit. dicit) dixi ſupra Rit. 69. 2. not. ver. & not. & ſimili modo de materia ponendi infra biduum generalia, vel ſpecialia, iuxta formam conſtit. Regni lite, & aliam obſeruantiam curię, vt hic dicitur, dixi ſupra in Rit. 89. ibi videas. Salerni, die 8. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXXX.

ITem quod cauſæ committantur in ordine ſolito per dictam curiam vſque ad ſummam vnciarum auri duodecim, vel infra perſonis idoneis & peritis pro qualibet ipſarum cauſarum, & commiſſarius earundem cauſarum in relatione fienda per eum, ponat terminum ad ſoluendum pro qualitate cauſæ, & perſonarum: dum tamen non excedat terminum quadrimeſtris temporis.

DE materia cauſarum committendarum per Magnam Curiam vſque ad certam quantitatem, & de modo relationis poſtea faciendæ per commiſſarium cauſæ dixi ſupra Rit. 16. 124. & 126. & ideo non repeto: quia ibi videre poteris. Vereor tñ ne Rit. iſte ſit deprauatus dum dicit de duodecim vncijs, quia nullus alius Rit. dicit de tanta ſumma: niſi de ſex, aut quatuor, & ſi forte non eſt deprauatus: non ſeruatur, ſed ſolum, d. Rit. 124. vt dixi in d. Rit. 16. Salerni, die 8. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXXXI.

ITem quod cauſæ modicæ infra vnciam vnam, examinentur per commiſſarium deputandum per curiam ipſam ſummatim, vſque ad dationem termini ad probandum, & de plano audiantur teſtes vtriuſque partis, & ſtatim fiat relatio.

Diſpo-

DIſpoſitio iſtius Ritus bene ſeruatur, & tractat de materia Rit. præcedent. & aliorum Rituum quos ibidem allegaui, verum tamen eſt quod multoties ab vncia intra, Regens Magnæ Curiæ, & alij officiales expediunt cauſas oretenus, & ſine ſcriptis, iuxta formam quam diximus ſupra Rit. 115. & quando reperirentur homines valde litigantes, qui pro recuperando vno denario expendunt centum aureos (vt ſunt homines ciuitatis Campaniæ, prope Ebolum,) ſeruaretur iſte Ritus in Magna Curia, & committeretur cauſa Iudici pedaneo, & in alijs curijs procederetur dato termino ſicut in alijs cauſis, immo cum maiori ſtrepitu, quia cum ſint cauſę potius ad perfidiam, litigantes ſuper eis duriores efficiuntur. Vertitur nunc cauſa in hac Regia Audientia Principatus citra, carlenorum viginti inter Paulum de Alfano actorem ex vna, & nobilem Gaſparem Grillum ciuitatis Salerni reum ex altera, in qua per Iudices primarum, & ſecundarum cauſarum dictæ ciuitatis duæ ſententiæ latæ ſunt, & ad præſens in eadem Regia Audientia expectatur tertia ſententia. Salerni, die 8. Septembris 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXXXII.

a IN primis, *a* quod dicti commiſſarij de literis exequutorialibus criminalibus commiſſionis eorum, & qualibet ipſarum: & de qualibet criminali cuiuſcunq;, & quoruncunq; bannitorum, fieri faciant publicum inſtrumentum, ſeù publica inſtrumenta per Iudicem notarium, teſtes, quod, & quæ contineant inquiſitionem factam per dictos commiſſarios, vel alterum ipſorum, de bonis omnibus tàm mobilibus, quàm ſtabilibus, quæ reperierint in dictorum contumaciam bannitorum per dictam curiam, pro cauſis quibuſcunque, & captionem, & venditionem tertiæ partis ipſorum bonorum mobilium repertorum legaliter, & ſine fraude, per eos facienda, & quę bona mobili fuerunt: & in quibus ipſa bona conſiſtant. Item contineant in quolibet dictorum inſtrumentorum cuiuslibet literæ exequutoriæ criminalis diuulgatio banniti in qualibet litera exequutoria denominati, ſeù denominatorum, & dies diuulgationis banniti, ſeù bannitorum ipſorum: & etiam dies annotationis reliquorum bonorum omnium mobilium, & ſtabilium contumacis, vel contumacium, & banniti, ſeù bannitorum eorundem, per dictos commiſſarios ad opus dictæ curiæ faciendorum: & quæ per ipſos reperta fuerint tempore inquiſitionis præfatæ, & inſtrumenta ipſa ſcripta, & ſubſcripta, & omni ſolemnitate vallata, & ſignata; & completa, continentia omnia ſupradicta ad dictam curiam infra terminum in dictis literis commiſſionis eorum deſcriptum, & diſtinctum, vna cum pecunia dictarum tertiarum mittere, ſeù ducere ſtudeant, & procurent.

ADDITIO.

a In primis. Adde quod de huiuſmodi commiſſarijs, & executoribus, leges malè ſentiunt. Hinc eſt quod legitur, executorum pertinax, & auara proteruitas, l. omnes, §. præterea C. de Epiſc. & cler. alibi, Apparitorum praua admodum venaliſq; perfidia l. ne diu, C. de pœn. alibi, illicita exactorum auaritia, l. illicitas, §. fi. ff. de offic. præſid. alibi, quod Cæſariani ſuis fraudibus omnia temerare cõſueuerunt, l. defenſionis facultas, C. de iure fiſci accipiendo, commiſſarios executores, apparitores, exactores, & Cæſarianos pro eiſdem. Et vide §. ad excludendos auth. de litigioſos, authen. de executor. in princ. auth. de exhiben. rei 8 §. 1. auth. vt hi qui oblig. ſe perhib. &c. §. 1. auth. de nupt. §. ſi igitur, l. neminem, C. de ſuſceptor. l. 2 C. de diſcuſſoribus, & ibi Luc. de Penna, & eundem in l. Mediterraneæ in fin. C. de annon. & trib. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Inſtructiones, & ordinationes obſeruandæ à commiſſarijs mittendis pro exequutoribus pœnarum accuſatarum, & pœnarum contumaciarum.*
2 *Fiſcus ratione contumaciæ, quam partem habeat, in mobilibus; quam vero in immobilibus, & quando.*
3 *Contumax ſi extra territorium vbi contumax ſit, bona habeat, an per iudicem ipſum contumacem facientem poſſint confiſcari.*
4 *Mobilia nominaq; debitorum non circunſcribuntur loco.*
5 *Bona ſtabilia contumacis alienari prohibita à teſtatore, vel à quocunq., num in confiſcationem veniant?*
6 *Prohibitus alienare pro intereſſe tertij, numquid etiam delinquendo, alienare prohibitus intelligatur?*

ISte Rit. cum quinque ſeqq. tract. de inſtructionibus commiſſariorum, qui deputantur ad exigendum contumaces, & nihil aliud continet, ſed quia hodie aliter ſeruatur, & aliæ extant inſtructiones quæ dantur quotidie commiſſarijs, qui per Magnam Curiam, & Audientias Regias expediuntur: viſum eſt mihi tales inſtructiones hic inſerere de verbo ad verbum, & prout habui ab ipſa Magna Curia.

1 ¶ † Inſtructiones, & ordinationes dandæ commiſſarijs mittendis pro exequutionibus pœnarum accuſatarum, & pœnarum contumaciarum quas habent inuiolabiliter obſeruare.

¶In primis quod perceptor non conſignet liſtas pęnarũ accuſatarum, & bannitorum, & condẽnatorum, niſi prius capta fideiuſſione de bene, & fideliter adminiſtrãdo, & ſe gerendo in dicta cõmiſſione conſignanda de exequendo, ac ſe obliget de obſeruãdo omnia infraſcripta ad vnguẽ, ac viſa cõmiſſione facta cõmiſſario ſignata manu magnifici fiſci patroni. Item quod dicti cõmiſſarij deſtinandi nõ audeant exequutionẽ facere contra aliquẽ niſi habita ſpeciali cõmiſſione cum liſta particulari pęnarũ, ac bannitorum, & condemnatorũ prædictorũ exequendorũ à dicto perceptore, & contra contẽtos in liſta, & cõmiſſione tñ, & non alias exequantur. Itẽ qđ dicti commiſſarij habitis dictis cõmiſſione, & liſta, teneatur, & debeant ſeruare oẽs ordinationes editas diebus præteritis, & formã eius datã in exequendo ſub pęnis in eiſdem ordinationibus contẽtis, de quibus ordinationibus tangentibus dictum effectũ quilibet ipſorum commiſſariorũ debeat, priuſquã accedat ad exequendũ habere copiã penes ſe. Itẽ qđ nemo dictorũ cõmiſſariorum præſumat ſub quauis cõmiſſione liſta, & cauſa, ac colore quocunq; cõponere aliquem contumacẽ, bannitũ, ſiuè condemnatũ ad inſtantiã fiſci pro cauſa criminali, ſed tantũ procedere debeant ad exequutionem tertiæ partis bonorũ mobiliũ, & pęnã ad quã apparẽt cõtumaces, & condẽnati, ſed quando occurrit cõponant p redẽptione tertiæ partis bonorũ mobiliũ tñ remanente contumacia, & ſic faciãt annotare in apodiſſis per eos faciendis. Itẽ qđ nemo dictorũ cõmiſſariorũ aliquo quæſito colore præſumat cõponere pro redẽptione tertiæ partis, niſi habita informatione de qualitate, & facultate bãniti, & condẽnati, & tunc facere debeant cõpoſitionem, iuxta eius facultates non pro minori ſumma decẽ ducat. Item quod quilibet ipſorũ cõmiſſariorũ ſtatim qđ applicauerit in locũ in quo reſidet bannitus, habeat facere annotationẽ omniũ bonorũ dicti banniti, & de dicta annotatione

pro contumacia inſtrumenti accuſati, & id ſolet eſſe pro quolibet ducato granum vnum: licet in Regia Audientia principatus citra hoc male ſeruatum fuerit, exigendo ferè tantum quantum exigitur pro contumacia inſtruméti accuſati. Fallit tamen in multis caſibus in quibus licet quis citetur ad aliquid per viam mandati pęnalis cui non obedit; nihilominus non efficitur contumax, vt in prædictis caſibus ſed obſeruatur, vt modo dicam, ſi enim mandatur alicui ſub pęna quod legitimè compareat ad dicendum cauſam, quare aliquid fieri non debet contra eum virtute pacti per eum facti in aliquo inſtrumento, vel exequi virtute ſententiæ alias contra eum latæ, vel laudi talium arbitrorum, aut quare non debet reſcribi tali iudici quod ſuam ſententiam exequatur, iſtis caſibus, & ſimilibus, ſi citatus non comparet in vltimo peremptorio, dicitur in calce citationis viſo pacto, vel viſa ſententia, aut laudo, aut viſis actis prouidebitur, & non ponitur in libro contumacium, quamuis fuerit ſibi mandatum ſub pœna, & non obtemperauit, ſi vero mandatur alicui ſimiliter ſub pęna quod exfractare habeat talem domum, aut fundum, aut quod compareat ad declarandum ſi eſt hæres talis, vel quod compareat ad producendum ſolemnia. Item quod compareat ad depoſitandum, vel ad exibendum exequutionem ſibi conſignatam, aut alia bona penes eum exiſtentia, & ſimilia, iſtis caſibus, in vltimo peremptorio, ſi citatus non comparet, efficitur contumax, & dicitur in calce citationis cum appoſitione decreti, quod compellatur, & virtute dicti decreti compulſiui fiunt literæ executorialeres, etiam pro multa: ſed nec etiam tales contumaciæ ponuntur in libro: nec tenentur contumaces ad pœnam aliquam prout in præfatis caſibus, verum ſi contigerit vigore exequutionis faciendæ cum dictis literis exequutorialibus procedi ad venditionem ipſius exequutionis, quia citatus adhuc manet in perfidia, & actor inſtat, tunc illa exequutio venditur pro pœna ratione ſpreti mandati, & applicatur fiſco, licet raro eueniat. Tertio, & vltimo caſu quando quis citatur abſque pœnæ appoſitione ad dicendum aduerſus petitionem per aliquem oblatam, & contentam in ea, & quare fieri non debeat proceſſus in cauſa ipſa vſque ad interpoſitionem ſententiæ diffinitiuæ, vt quotidie obſeruatur, quando petitur concedi aſſiſtentia bonorum per aliquem, aut aliæ lites intentantur in quibus citatur reus ad procedendum ad vlteriora in cauſa, tunc ſi citatus non comparet, non condemnatur, vt contumax nec ponitur in libro, ſed tantummodo accuſatur vltima contumacia, & datur terminus in cauſa ipſa, & proceditur ad vlteriora, quod etiam firmat Luc. de Penn. in l. locorum verſ. illud autem C. de omn. agr. deſer. lib. 11. dicens quod iſtis caſibus actus expeditur in abſentia citati, ſed non punitur vt contumax, quæ omnia bene not. quia ſic diuturni mores (maximè in Magna Curia, vbi rectè proceditur) introduxere, & ad præſens practicatur, quæ pract. in his contumaciæ mulctis attédi debet, vt dicit Iſer. in cap. 1. §. hæreditatem, de pace tenéda. Salerni, die 10. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXXXIV.

ITem quod ſuper exactionibus pœnarum fiſcalium ad quas nonnulli de Regno iſto maximè de partibus, & prouincijs Aprutinis citra, & vltra flumen Piſcarię ſunt per decreta ipſius Curiæ diuerſimodè condemnati (prout in alijs literis commiſſionis ipſorum commiſſariorum exactionis pęnarum ipſarum plenius continetur) dicti commiſſarij habeant facere vnum, vel plura inſtrumenta publica, quibus ſit inſertus tenor dictæ commiſſionis, & contineant bona omnia, tàm mobilia, quàm ſtabilia dictorum condemnatorum vendenda, ſeù quæ vendantur per dictos commiſſarios, mobilia primo, ſi ſufficientia fuerint, & ſi non ſufficerent ad dictam pœnam ſtabilia: & ſi mobilia bona, & ſtabilia non ſufficerent: capiant, & arreſtent perſonas principalium condemnatorum ipſorum: habito tamen reſpectu ad perſonas ipſas, ſecundum conditiones ipſarum: & ſi fuerint capiendi, & ipſos captos mittere captiuos ad Curiam ſupradictam: & aliàs ſuper alijs debitis coerctionis modis tenendis per prædictos commiſſarios, & dictę pœnæ exinde habeantur, vel ſuper compoſitionibus ipſis etiam faciendis per eos cum condemnatis eiſdem: commoda ſemper dictæ Curiæ augmentando, prouideant: prout melius, & vtilius pro indemnitate dictæ Curiæ videbitur prouidendum.

SVMMARIVM.

1 *Quis ordo in Regno hodie ſeruandus pro exequutione pœnarum fiſcalium. Et ratio quare, ibidem.*

SVpra in Ritu 132. & 133. dictum fuit qualiter debeant ſe habere commiſſarij circa exactiones contumacium criminalium, & ciuilium in tertia parte mobilium competente fiſco pro contumacia: nunc autem in hoc ritu tractatur de exactione aliarum pœnarum fiſcalium ad quas quotidie multi diuerſimode condemnantur, vt Rit. dicit. prout ſunt pęnæ fideiuſſionum, quibus multoties principales, & fideiuſſores conueniuntur, pęnæ mandatorum aliquibus factorum per curiam de non diſcedendo à palatio Curiæ, vel à ciuitate, quæ loco carceris aſſignari ſolet aliquando. Item aliæ nonnullæ pęnæ ad quas variè ex varijs cauſis homines incurrunt, & condemnantur.

1 ¶ † Not. ex hoc Ritu. quod pro exequutione pęnarum fiſcalium ſeruandus eſt ordo traditus à Iur. Conſul. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. vt primo mobilia, deinde immobilia, & poſtmodum perſona capiatur. Sed hodie aliter ſeruatur, & ſi perſona haberi poterit, abſque obſeruatione dicti ordinis capitur, & carceratur, ratio eſt, quia iſtæ pęnæ aut debentur ex conuentione fideiuſſionis, vel obligationis ſtipulatæ penes acta, & tunc nulli dubium quòd poteſt exequi realiter, & perſonaliter ad electionem, vigore clauſularum, quæ apponuntur ordinariè in eis, aut ratione contumaciæ, quia in contumaciam fuit quis condemnatus ad pęnam: & tunc idem, vt not. Afflict. in conſtitut. Regn. ſi quis poſt litem. 8. not. num. 15. per illum text. licèt illa conſtitut. ſolum loqui videatur in contumace, qui expreſsè dixerat nolle venire. Bene tamen fateor, quòd ſi ad aliquam pęnam condemnaretur aliquis per ſententiam, quæ feciſſet poſtea tranſitum in rem iudicatam, licet eſſet pęna fiſcalis, ſeruaretur iſte Rit. quia in exequutione ſententiarum ſeruatur ordo, d. §. in venditione.

¶ Secundo not. in fine, ibi ſuper compoſitionibus, quod commiſſarij poſſunt componere ſuper pęnis fiſcalibus prout melius, & vtilius fuerit pro commodis ipſius Curiæ, hodie vt dixi in Ritu. 132. habent ſpeciales inſtructiones, & aliquæ pęnæ eiſdem non dantur in commiſſionibus, & aliquæ ſic, ideò ſeruabunt eas, quia non eſt certa regula, & curia concedit exactiones prædictas ad ſui libitum. Salerni, die 11. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXXXV.

ITem quod dictus commiſſarius ex poteſtate ei conceſſa per dictam Curiam, & in alijs literis commiſſionis eius contenta, a quibuſcunque, & omnibus, & ſingulis bannitis in literis alijs, & commiſſionis eius denominatis: & ſe ſponte à bannis ipſorũ extrahere volentibus: in teſtimonio publico, primo, & ante omnia recipiat iura banni, ſeu bannorum eorundem ad rationem de tarenis ſexdecim pro quolibet banno cuiuſcunque banniti inſolidum: quam pecuniam legaliter ad opus curiæ prædictæ conſeruet, per eum infra terminum ei admittendum pecuniam tertiarum, tam bannitorum, quam etiam condemnatorum ciuiliter iam fixum, ad eandem cnriam deſtinandam, & deinde ad receptionem fideiuſſionum dictorum bannitorum procedat (debito modo) prout in literis de recipiendis ipſis fideiuſſionibus bannitorum plenius continetur. Qui fideiuſſores recipiendi per eum ſint idonei, & ſufficientes, & non ſint clerici, nec filijfam. nec alias alijs obligationibus obligati.

SVMMARIVM.

1 *Pœna contumacis criminalis eſt tertia pars mobilium.*
2 *Filijfamilias, an & quando fideiuſſores eſſe poſſint?*

PRo intelligentia contentorum in hoc Rit. ſciendum eſt, qualiter per diſpoſitionem conſtit. Regn. clementiæ bannitus poſt lapſum duorum menſium, poterat coram quocunq; Officiali Regio comparere, offerendo ſe paratum iuri ſtare, qui officialis ſcribebat Iudici qui eum bannierat, & faciebat ab eo concedi literas aſſecurationis, & extractionis à banno, præſtita tamen prius coram eo fideiuſſione de ſe præſentando coram illo Iudice qui banniuit ipſum: verum quia erat dubium an poſſet comparere coram aliquo deputato ad exigendum pecunias fiſcales, vt Afflict. ibi dicit 5. not. num. 11. iſte Rit. dat poteſtatem illis commiſſarijs, quod poſſint recipere fideiuſſores ab illis bannitis: & ipſos extrahere à banno, ſolutis
1 tamen pro iuribus banni tarenis ſexdecim. † Nota igitur ex hoc Rit. quòd licet pęna contumacis criminalis ſit tertia pars mobilium; tamen quando contumax ſpontè vult ſe extrahi facere a banno: tenetur ſoluere ſolum pro iure banni tarenos ſexdecim, remiſſa ſibi dicta tertia parte mobilium, vt dicit Rit. 214. & hoc ſiuè compareat corã cõmiſſarijs, ſiuè in ipſa curia, vt habetur infra Rit. 211. & 214. & licet iſte Ritu, loquatur in cõtumace criminali pro hac exactione comparente, tamen idem diſponitur in ciuili in dictis Rit. 211. & 214. ſed hodie iſta non ſeruantur, quia nullus contumax ſiuè criminalis, ſiuè ciuilis audet comparere ad purgandum contumaciam, ne carceretur iuxta ea, quæ in Ritu præced. diximus in primo not. & ideò omnes contumaciæ componuntur, & purgantur per interpoſitam perſonam, prout Rit. infra 211. dicit fieri poſſe, ibi de iudicio ſiſti pro aliquo bannito, & circa quantitatem componendi, ſeruantur inſtructiones ſpeciales quæ dantur commiſſarijs, quas ſupra poſui in Rit. 132. Et quando componuntur per curiam ipſam: taxant officiales quãtitatem ad eorum libitum, plus, & minus (prout eis videtur) quia maiorem habent poteſta-
2 tem quam commiſſarij. ¶† Secundò not. in fi. Ritu, qđ filijfam. non ſunt idonei fideiuſſores per hunc Rit. & de iure communi per tex. in l. filiusfam. vbi Bald. C. de fideiuſs. hodie in Regn. habemus Regiam Pragm. filiorum fam. incip. per excellentem in tit. de Senat. Conſul. Macedon. ſuper qua ſcripſi latius, vt in ea videre poteris, & ſecundum eius diſpoſitionem ſi filijfam. fideiuberent cum conſenſu patris, vel viuerent ſeorſum ab eorum patribus, aut eſſent emancipati: valeret fideiuſſio, immo recipi deberent abſque difficultate non obſtante hoc Ritu, cui per d. pragm. tanquam ius poſterius eſt derogatum. Salerni, die 11. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXXXVI.

ITem, quod dictus commiſſarius ex dicta poteſtate ei conceſſa componat, & componere poſſit cum dictis bannitis, & quolibet ipſorum de tẽpore quo durauerint contumaciter in bannis eorum iam dictis, qui tantundem moraturi eſſent in carcere curiæ ſupradictæ (prout melius eidem commiſſario cum vtilitate, & augumento curię videbitur) componendum, & pecunia exinde percipienda per eos vna cum alijs pecunijs, tam bonorum, quàm tertiarum, & pecuniarum ſupradictarum, fideliter ad opus curię obſeruent: & deinde ipſam ad eandem curiam mittere in terminis ſupradictis.

SVMMARIVM.

1 *Contumax criminalis qui foriudicari non poterat captus antiquitus tanto tempore in carceribus ſtare debebat: quanto in contumacia ſtetit. Idem & de contumace ciuili.*
2 *Antichriſtus tanto tempore prædicabit: quanto & Chriſtus ipſe prædicauit.*
3 *Iuſtitia denegabitur alicui, quandiu & ipſe denegauit alteri.*
4 *Spoliatus non ſolum reſtitui, verum in pacifica poſſeſſione, quantum ſpoliatus ſtetit, permanere debet.*

1 SCire debes in hoc Rit. † qualiter antiquitus cõtumax, & captus pro cauſa criminali ꝓ qua nõ poterat foriudicari, ſi veniat liberandus, in pœnam ſuæ contumaciæ debebat ſtare in carcere tanto tempore, quanto perdurauerat in contumacia: vt dicitur in cap. Regn. ſiue quis, iunctis his quæ ibi Sebaſt. de Neap. dicit, & not. Afflict. in conſtit. Reg. clementiæ, q. 12. nu. 23. & contumax pro cauſa ciuili, ſimiliter debebat ſtare in carcere tanto tempore, quanto inſtantia cępti iudicij erat duratura, ſi tamen fuerat verus contumax qui perſonaliter citatus expreſsè dixerat ſe nolle venire, vt dicitur in conſtit. Reg. ſi quis poſt litem, §. eadem cenſura, vbi etiam Affl. nu. 15. 8. no. & pro
2 his facit quod ſcribit Bal. in l. vſuras, C. de vſur. † dum dicit quod Antichriſtus tanto tempore prædicabit: quanto prædicauit Chriſtus, facit gloſ. in dict. conſtit. ſiquis poſt litem, in verſic. cuſtodiæ, quæ allegando legem longo, de
3 offic. Iudic. §. de vniuerſali: † dicit quòd tamdiù iuſtitia denegatur alicui, quã diù alteri denegauit eã miniſtrare. Itẽ faciunt quæ dicit Abb. in c. venerabili, col. 2. de offic.
4 deleg. † vbi quod re ſpoliatus non ſolũ debet ante omnia reſtitui; verum etiam debet ſtare tanto tempore in pacifica poſſeſſione, quanto ſtetit ſpoliatus: licet fallat in multis caſib. de quibus ibi per eum, & Spec. in tit. de dilatio. §. 1. verſ. reſtitutoriæ. His præmiſſis, not. ex hoc Rit. quod vltra alias compoſitiones quas poſſunt facere commiſſarij deſtinati contra contumaces: poſſunt etiam pro dicta mora carceris componere ad eorum arbitrium, & prout eiſdem pro augmento curiæ videbitur expedire, verum

loquitur

Digitized by Google

loquitur ſolum de compoſitione facienda de mora carceris cum bannitis, & ſic de contumacibus criminalibus, credo tamen quod idem erat in ciuilibus in caſu in quo ſupra diximus, quod debebant ſtare in carcere. Iſte Rit. reſtringitur per Rit. infra 213. vbi quod nullus bannitus pro dicta mora componatur, niſi fuerit captus in banno adeo quod ſi ſponte comparuiſſet,& purgaſſet contumaciam,& extraxiſſet ſe a banno,iuxtà formã conſtit.Regn. clementiæ,& Rit.pręcedentis,non componeretur,vt etiã dicit Rit. 214. ſed hodie iſta receſſerunt ab aula,quia nullus contumax detinetur in carcere tanto tempore, quanto durauit in contumacia, aut inſtantia ciuilis cauſæ fuiſſet duratura:& ideò non extãt in rerũ natura tales cõpoſitiones.Salerni,die 11.Septemb.1559.Proſper Carauita.

RITVS CXXXVII.

ITem quod ſe in prædictis omnibus legaliter, & fideliter,ac ſollicitè gerant nullamq; fraudem committant,*a* aut extorſiones inuſitatas,& illicitas, & ſine dolo, ſicut perſonas eorum haberent aliorum meritò cariores.

ADDITIO.

a Committant. Adde quod hoc ſperare licet, credere autẽ, qđ fieri poſſit,durum eſt per ea quæ ſupra diximus. C.P.

SEruatur iſte Rit.vel (melius dixerim) ſeruari debet,& ideò cõmiſſarij antequam expediantur,præſtant cautionem de bene,& fideliter adminiſtrando, & ſe gerẽdo circa cõtenta in eorum commiſſione, vt dixi ſupra in Rit. 132. in princ. & per diſpoſitionem Regiæ Pragm. Anno elapſo editæ per Illuſtriſs. D. Ioannem Manriques huius Regni Viceregem * incip.is eſt regnum,in tit.de commiſſarijs in dicta fideiuſſione tenentur etiã promittere poſt finitam commiſſionem infra viginti dies perſonaliter cõparere in ipſo Tribunali à quo fuerunt expediti, & dare computum,& rationem ſuæ adminiſtrationis:ſtando iuri cum Regio fiſco,& partibus,& ab inde non diſcedere,niſi habita licentia, & obtenta abſolutoria, & inſuper penes acta Tribunalis, antequam expediantur, tenentur iurare iuxta formam capituli Regni, item recipiant. Salerni,die 12. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXXXVIII.

ITem quando occurrit aliqua cauſa in qua præceſſit citatio criminalis de aliqua re, in qua verſaretur commodum pecuniarium vſque ad ſummam vnciarum trium,ſeù quatuor,quod ſit in arbitrio Iudicum, vbi videbitur eis expedire, committere cauſam ipſam cuilibet quantumcunque pars contradixerit.

DIxi de hoc Rit.ſupra in Rit.16. vide ibi latius. Not. tamen quod ſecundum hunc Rit. videtur eſſe in arbitrio Iudicum iſtas cauſas committere, ſed vt dixi ſupra Ritu 124. intelligi debet quando à neutra partium fuit hoc petitum, nam & tunc poteſt Iudex committere,eſtq; in eius arbitrio,& ſi ab aliqua parte peteretur,ſecus eſſet, & tunc committere cogeretur, vt in dd. Rit. 16. & 124. dixi Salerni, die 12. Septembris 1559. Proſper Carauita.

RITVS CIXL.

ITem quod inſtrumenta ipſa de exactionibus pœnarum prædictarum debitis ſolemnitatibus roboranda; ad dictam curiam infra terminũ in dictis commiſſionis eorum literis declaratum, ſimul cum pecunia dictarum pœnarum mittére non poſtponant.

PRoſequitur adhuc iſte Ritu concernentia officium commiſſariorum, qui per magnam Curiam expediũtur contra contumaces, de quibus ſupra latius diximus in Ritu 131.cum alijs ſequentibus,& quia ibi dictum fuerat de inſtrumentis, quæ habent facere commiſſarij circa exactiones pœnarum, ordinat modo quod infra certum terminum tranſmittantur ad ipſam Curiam cum pecunia, (ſed vt dixi ibidem,) hodie circa iſta aliter ſeruatur, & pecuniæ cum ſcripturis aſportantur per ipſoſmet commiſſarios Salerni, die 12. Septembris 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXL.

a ITem niſi *a* eſſent teſtes extra Regnum degentes quo caſu prorogatio ipſa fiat ſecundum diſtantiam locorum vbi teſtes degunt, depoſita pecunia neceſſaria per producentem pro examinatione ipſorum,ipſiſque teſtibus ſpecificè nominatis, ac præſtito iuramento per producentem prædictum, quòd non fiat animo differendi, & calumniandi,& Iudices ipſi prædictarum Curiarum, & cuiuslibet earum (eo caſu) poſſint dictam inſtantiam prorogare attenta diſtantia loci prædicti: verum ſi pars,vel eius procurator aſſerat habere teſtes abſentes extra Regnum exiſtentes, & per hoc peteret dilationem, & prorogationem, non faciendo infra tempus ſibi datum, & per hoc prorogatum, teſtes ipſos examinari, talis petens, ſiuè fuerit procurator, ſiuè principalis,puniatur per dictas Curias, ſeù alteram ipſarum,tanquam calumniator. Necnon ipſo facto incidat in pęnam florenorum auri quinquaginta dictis Curijs applicandam, & a tranſgreſſoribus prædictis inuiolabiliter exigendam, & condemnetur nihilominus parti aduerſæ ad ſolutionem expenſarum.

ADDITIO.

a Item niſi hic Ritus transferri debet poſt Ritum 243 .infra fol.136. vt bene aduertit commentator. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Litigator nominans teſtes examinandos extra regnum, ad quot & qua teneatur.*
2 *Teſtes examinandi ad alicuius inſtantiam, ſumptibus ſuis producuntur.*
3 *Litigator nominans teſtes examinandos extra regnum, habita dilatione, ſi non fecit examinare, qua pœna punietur, & num 4 5.6.*
7 *Depoſitum expenſarum pro teſtibus pro quanto tempore durabit. Et pro quibus expenſis.*
8 *Producens teſtes, ſi dicat expenſas per ſe, vel per alium dietim eis ſubminiſtraturum, an debeat etiam depoſitum facere.*

ISte Rit.fecit me diutius cogitare, eo quia per illud aduerbium niſi, poſitum in princ. videtur loqui limitatiuè

Digitized by Google

tiue, & exceptiuè ad Rit.præcedentem, cum tamen bene
d.Rit.l.gendo,non poſſit ſequens Rit. ad ipſum applica-
ri,& ideo reuoluendo antiquum Codicem Rituum meo-
rum,reperi,quod iſte Rit.eſt particula ſequens immedia-
te,& ſub eod. Rit. poſt Rit. quem infra habemus 243.&
hunc Rit.ſituando poſt illum, immo includendo cum eo,
dicta verba,niſi eſſent teſtes,bene manent,& ſuum habet
intellectum abſq; dubio aliquo, & quod iſte Rit.ſit vnus,
& idem cum illo, notāda ſunt verba exiſtentia in iſto,ibi,
dictam inſtantiam prorogare, quoniam ad verba præce-
dentia dicti Rit.bene adaptantur, cum ibi de tempore in-
ſtantiæ cauſarum ciuilium dictum fuerat.
1 ¶ † Not. primo ex hoc Rit. quod litigator,qui nominat
habere teſtes in cauſa examinandos extra Regnum, tene-
tur ad tria,videlicet,facere depoſitum in pecunia neceſſa-
ria pro examinatione teſtium, nominare ſpecificè teſtes
examinandos,& iurare,quod non animo differendi, &
calumniandi id facit, vt etiam ad literam dicit Afflict. in
conſtit.Regn.cauſas alias,in 6.not.nu.7. vbi hunc Rit.ci-
tat,quæ omnia benè ſeruantur in practic.præſertim circa
ſpecificam nominationem teſtium, & etiam loci, vbi de-
gunt. Concordat,quod hic dicitur de depoſito pro teſti-
bus,cum l.quoniam,C.de teſtib. cap. ſi teſtes,§.venturis,
2 4.q.3.& c.ſtatutum,§.pen.de reſcrip.in 6. † vbi quod te-
ſtes ad inſtantiam alicuius examinandi, debent ſuis ſum-
ptibus produci,vt etiam not. Specul.de teſte, §.qualiter,
nu.12.verſ.teſtes autem, & de depoſito ad hunc effectum
faciendo,not.per glo.in d.c.ſtatutum,in verſ.expenſas,in
fin & Arno. caute. 93. & quoad id,quod dicitur de iura-
mento concordat cum cōſtit.Regn.præalleg.cauſas alias,
& facit tex.in cap.2.in fin.de iuram.calum.quem gloſſ.in
d.cap.ſtatutum allegat.& aduerte,quia iſtud depoſitum
fieri debet quotieſcunque pars vult, quod teſtes veniant
ad deponendum coram iudice, ſecus tamen quando no-
minat eos habere in aliqua parte, verum petit eorum re-
ceptiones committi officiali ibidem exiſtenti, vel alteri
commiſſario deſtinando, quoniam tunc fit aliud depoſi-
tum,vt infra proximo ſequen.nota. dicam.
3 ¶ † Secundo not.ibi verum,ſi pars, ꝙ litigator, vel eius
procurator, qui facta nominatione extra Regnum,& ha-
bita dilatione non fecit examinare, punitur vt calumnia-
tor, in pœnam quinquaginta florenorum ipſi Curiæ ap-
plicandorum,nec non tenetur parti ad expenſas, ſed poſt
hunc Rit.ſuperuenerunt nonnullæ Regiæ pragmat. quæ
4 circa pœnam aliter prouident. † Primo namque diſpo-
nitur per prag. poſt prędictas, §.quod ſi fortè, de ordine
iudic.quod imponatur pœna duarum vnciarum, nec aliā
pœnam de prędictis imponit, verum loquitur de nomi-
5 natione facta de examinando intra Regnum. † Secundo
per pragm.ſi quis petierit, de dilatio. quod vnius tantum
vnciæ pœna exigatur,& loquitur de nominatione vltra-
marina,quod etiam per quandam pragm.Regis Ferdinā-
di Primi confirmatum fuerat, mandando inſuper,quòd ſi
dilatio calumnioſè petita fuerit, depoſitum factum iuxta
formam noſtri Ritus, Regio Fiſco applicetur,vt patet ex
ea nouiter expreſſa inter pragm.Illuſtriſſimi Domini Du
* cis de Alcala * pragm.31.incip.quoniam cum §§ ſequen.
in tit.de offic.Sacri Conſilij. Verum,quia in eadem prag.
Regis Ferdinandi, vltra pœnam vnius vnciæ, dicebatur,
quod etiam imponeretur alia pœna arbitrio Sacri Con-
ſilij, hodie declarata eſt, quòd ſicut erat vnius vnciæ, ſit
duarum, vt patet ex decreto eiuſdem Sacri Conſilij in d.
pragm.impreſſa,§.decreto in tantum, quod eadem pœna
punitur, qui dilatione petita vltramarina vſus non fuit,
qua ille,qui intra Regnum, ſed quoad dilationem vltra-
marinam grauior pœna impoſita poſtmodum fuit,vt ſta-
6 tim dicam. † Tertio per prag.aliam ſimiliter in d.tit.de
dilatio.dicitur,quod pro quolibet menſe dilationis obten
tæ vltramarinam,vel extra Regnum,debent deponi reali-
ter per partem,vel procuratorem quindecim ducati, & ſi
poſtmodum in ipſo termino probationes factæ non fue-
rint, amiſſione dictæ pecuniæ depoſitæ mulctatur, cuius
medietas alteri parti, vna cum expenſis viatici factis ap-
plicetur, & alia medietas commodis illius Tribunalis
vbi lis tractatur, ita quod per ipſorum, aliquem talis
pœna remitti non poſſit, in tantum quòd de depoſito
pro dicta pœna faciendo, non loquitur niſi d. pragmat.
aliam,quæ de nominatione vltramarinam, & extra Re-
gnum loquitur, vt patet ex ea,quam circa hoc in practica
obſeruamus, omiſſis diſpoſitionibus d. Regiæ pragmat.ſi
quis petierit,pragm.Regis Ferdinandi,quam proximè ci-
tauimus,& decreti Sacri Regij Cōſilij, quoniam grauior
pœna eſt iſta,quam d.pragm.aliam ſimiliter imponit,vt
etiam aſſerit Illuſtriſs.Dominus Dux de Alcala in d.prag.
31.§.quod hic de pœna,quamuis ſi contingeret dilationē
vltramarinam,aut extra Regnum minorem eſſe vno men
ſe,adeo quòd non fieret depoſitum ducatorū quindecim,
bene ſeruarentur dictæ diſpoſitiones quoad pœnam in
eis ſtatutam,verum ſi pars quę fecit nominationem extra
Regnum dicit,quòd ea vult vti, ac ſi eſſet infra Regnum,
quo caſu per d.pragm. poſt prędictas, dilatio non poteſt
excedere terminum trium menſium,datur ſibi dilatio per
tres menſes,& euitat dictum depoſitum, ſed licet non fa-
ciat tunc depoſitum,ſi tamen non probat,punitur adhuc
pœna contenta in d.pragm.ſi quis,quæ eſt poſterior.Vnū
tamen ſcias circa nominationem, de qua ſupra loquuti
fuimus,quod in Magna Curia Vicarię ſeruatur,quòd talis
nominatio fieri debet infra terminum quinque dierum à
die intimationis, in alijs Curijs ſeruabis idem, vel prout
7 vnaquaque ſuum habet ſtylum. ¶ † Quæro in hoc Ritu,
in quo de expenſis teſtibus miniſtrandis tractatur, pro
quanto tēpore deponi debent expenſæ? Breuiter reſpon-
det tex.in cap.ſtatutum,§.pen.de reſcript. in 6. dicens, ꝙ
pro veniendo, ſtando,& redeundo,& in iſtis expenſis nō
debent deduci illæ,quas domi eſſent facturi, vt not.glo.in
d.c.ſtatutum,§.inſuper,in verb.moderatas,& ibi Gemin.
Franc.& Abb.in c.cum ab omni,col.4.de vit. & honeſta.
cler.maximè quando ſi in ſuis domibus ſtetiſſent,fuiſſent
expenſas lucraturi,vt dicit Ioan. And.ad Specul.de teſtib.
§.qualiter,in litera C,in verſ.quoniam,per tex.in l.ſed &
ſi,§.1.verſ.ego autem, ff.ad exhib.immo ſi perſonæ teſtiū
hoc requirunt, etiam vecturæ equorum in iſtis expenſis
debent deponi, ſecundum Ioan.And.ibid.per l.idemque,
§.idem Labeo,ff.mand.l.ſi inter fratres,§.ſi quis ex ſocijs,
ff.pro ſoc.& l.1.§.ſi pupillus,in fin.ff.de tute. & ratio. di-
ſtra.etiam ſi proprios equos duxiſſent, quos tamen locare
ſoliti eſſent,per l.ſi verò non, §.ſi nihil,ff.mand.& idem ſi
non fuiſſent ſoliti locare; ſi tamen producens fuiſſet ſolu-
turus vecturas,per l.& in contraria, ff.de vſucap.
8 ¶ † Secundo quæro,quid ſi producens teſtes, dicat ſe
paratum per ſe, vel ſuum miniſtrum exhiberi facere tales
expenſas dietim,nunquid adhuc tenetur deponere,Ioan.
Andr.in proximè citat. loco dicit, quòd hoc ſufficit, ſed
cum Rit.iſte requirat depoſitum, credo abſque dubio ſer-
uandum eſſe in hoc Regno, prout iam in practica ſeruari
video,tam in cauſis criminalibus,quàm ciuilibus, vt dicit
tex.in præalleg.c.ſi teſtes,§.venturis, q.3. Salerni,die 13.
Septemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CXLI.

ITem,quòd Curiæ,& altera ipſarum non com
mittant audientiam teſtium in cauſis crimi-
nalibus infra dietam vnam legalem à dicta Ciui-
tate Neapolis,niſi eſſent ſenes, & valetudinarij,
& honeſtæ mulieres, ſimileſque perſonæ,& niſi
de partium voluntate proceſſerint.

SVMMARIVM.

1 *Audientia teſtium per dietam legalem abſentium non committitur. Et quare.*

2 Audien-

Digitized by Google

2 *Audientia teſtium in criminalibus regulariter non committitur.*

3 *Audientia teſtium vltra dietam, quare committitur.*

ISte Rit. ponit limitationem ad regulam l. iudices, & auth. ſequen. C. de fid. inſtrum. & conſt. Regn. in pecu-
2 niarijs; item ponit fallentias ad limitationem: † Limitatio eſt, quod teſtium examinandorum audientia non cõmittitur, quotieſcunque ſunt abſentes per vnam dietam legalem, quæ continet viginti miliaria, vt dicit tex. & ibi communiter Scribentes in l. 1. ff. ſi quis cauti. Ratio iſtius obſeruantiæ (vt credo) eſt, quia cum teſtes reperiantur ita de propinquo, ceſſat diſpoſitio tex. l. 3. §. fin. ff. de teſtib. per quem expreſſe prohibetur teſtes per longum iter per iudices euocari. Fallentiæ ad hanc limitationem ſunt, quando teſtes eſſent ſenes, valetudinarij, honeſtæ mulieres, aut ſimiles perſonæ, vel quando partes inter ſe concordarent; iſtis enim caſibus, & ſimilibus teneretur iudex audientiam committere, non obſtante, quod eſſent de propinquo, & euocari poſſent (vt dictum eſt.) Bene ſeruatur iſte Rit. in pract. & cedit vtilitati actuariorum, quia cum teſtes examinandi ſint infra dietam, & propterea eorum receptio committi non poteſt officialibus locorũ per hunc Rit. litigantes, ne forte plus expendant ducendo teſtes ad Curiam, vel ne aliqui recuſent venire, procurant habere Actuarium, vel aliquem Scribam pro eis recipiendis, cui ſoluitur ſalarium pro dictis ad rationẽ vnius ſcuti pro quolibet die ſuis expenſis, vel carlenorum octo expenſis partibus petentis, in tantum ꝙ iſte Rit. prohibens committi audientiam, ex communi obſeruantia interpretatur loqui de commiſſione facienda locorum officialibus, non autem Actuarijs, vel eorum Scribis, & ita quotidie practicatur; ſcias tamen, quod hoc Rit. non obſtante, multoties vidi etiam infra vnam dietam, audientiã teſtium examinandorum committi iſtis officialibus locorum, vbi degebant teſtes. Vnum tamen aduerte ad hunc Rit. quia (vt credo) eſt deprauatus, & dum dicit in cauſis criminalibus, arbitror abſque dubio, quòd vult dicere
2 in cauſis ciuilibus, † ratio eſt, quia in cauſis criminalibus regulariter non committitur audientia teſtium, nec infra dietam, nec vltra, vt patet ex d. auth. apud eloquentiſſimũ, C. de fid. inſtr. conſtit. Regn. in pecuniarijs, & etiam Rit. 157. niſi in caſibus not. infra in Rit. 156. in cauſis vero ciuilibus ſecus eſt, vt in eiſdem iuribus probatur, & ideo ſi iſte Rit. intelligeretur in criminalibus, ſequeretur à contrario ſenſu, quod vltra dietam mittenda eſſet audientia teſtium etiam non ſenum, nec valetudinariorum, quod falſum eſſet, & contra iura prææallegata, cum tamen ſi ipſum intelligimus in ciuilibus, argumentum à contra-
3 rio ſenſu bene procedit, † quod vltra dietam committitur audientia, vt teſtes euocentur de longinquo contra tex. d. l. 3. §. fi. ff. de teſtib. confirmatur per verba exiſtentia in fine iſtius Rit. ibi, niſi de partium voluntate, ex quibus clarè apparet de ciuilibus (vbi inter partes tantum agitur) loqui, non autem de criminalibus, vbi etiam fiſcus adeſt, & quotidie reluctat, quamuis partes conſentiant, & ita hunc Ritum legendo, concordat cum alio infra 151. quod bene not. quia communiter iſte Ritus legitur præfato modo, & malè iudicio meo. Salerni, die 13. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXLII.

ITem, quod non audeant iudices teſtes productos in Curijs ipſis, ſeu alteri ipſarum, extra Curiam examinare, niſi fuerint mulieres, & perſonæ egregiæ, aut graui infirmitate detentæ, aut alio modo impeditæ, quæ non poſſint propter hoc perſonaliter ad dictam Curiam accedere, & in ipſis caſibus pro ipſis mulieribus, & perſonis egregijs examinandis, accedant ad aliquam Eccleſiam, & pro infirmis ad loca honeſta, vbi dicti infirmi morantur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes, quibus in caſibus extra Curiam, & vbi examinentur.*

2 *Statuta omnia regulariter iuri communi ſunt conformanda.*

3 *Teſtes in Eccleſia poſſunt examinari, iuramentum præſtare.*

4 *Iuramenti receptio eſt actus pius, & erga Deum religio.*

5 *Teſtes die feriata non iurant, deponunt tamen.*

6 *Argumentum de tempore ad locum valet.*

7 *Perſona egregia quæ dicantur.*

8 *Aduocatus fiſcalis clariſſimus vocatur.*

9 *Licentiatus pro doctore habendus.*

10 *Priuilegio l. ad egregias, ff. de iureiuran. nunquid renunciari poſſit.*

SVpra in præcedenti Rit. dictum fuit, quid facere debeat iudex, quando teſtes examinandi ſunt extra territorium. Nunc autem tractat iſte Ritus, quando
1 ſunt in territorio. ¶ † Not. primo ex hoc Ritu, ꝙ teſtes in territorio debent examinari in ipſa Curia, non autem extra, præterquam in caſibus in eo expreſſis, in quibus iudex poteſt eos examinare in domibus ipſorum, vel in Eccleſia, referendo ſingula ſingulis, accedẽdo ipſemet iudex ad ipſos teſtes. Et ſi dicatur ꝙ Bart. in l. ab initio, nu. 1. ff. quemadm. teſt. aper. videtur aliter dicere in teſtibus exiſtentibus in territorio, dum firmat eo caſu poſſe ad eos mitti Actuarium, reſpondetur, quod Bar. loquitur de iure communi, nos autem de iure Regni per hunc Ritum. Diſpoſitio iſtius Ritus hodie aliter ſeruatur; nã aut ſumus in criminalibus, aut in ciuilibus. Primo caſu, ſiue teſtes ſint perſonæ egregiæ, ſiue non, ſeruatur, ꝙ non examinantur in earum domibus, ſed vel in domo iudicis, aut aduocati fiſci, vel in ipſo Tribunali per actuarium cauſæ, vt etiam dico infra in Rit. 157. in princ. Nec in hoc obſtat tex. l. ad egregias, ff. de iureiur. quoniam vt dicit Gemin. in c. præſentiũ, nu. 26. de teſt. in 6. Rom. in ſing. 397. perſonæ egregiæ, Iaſ. in illa l. nu. 7. verſ. ſecũdo, & Lud. Gomeſ. in c. mulieres, nu. 39. de iudic. in 6. ille tex. nõ habet locum in criminalibus, in quibus teſtium examinatio notario cõmitti non poteſt, ſed requiritur, quod ipſe iudex examinet, vt dicit Glo. no. in c. conſtitutus, in glo. pen. de fideiuſſ. & in d. c. mulieres, vt dicam latius infra in Rit. 157. Nec etiam obſtat iſte Rit. quoniam licet generaliter loquatur, ritum in ciuilibus, non autem in criminalibus, intelligi debet,
2 † vt ſic ſe conformet iuri communi in d. l. ad egregias, quemadmodum ſtatuta omnia conformari debent regulariter, vulg. l. ſerui veſtri, C. de noxa. & gl. in c. cũ dilectus de conſue. Excipio tamen à præfata obſeruãtia infirmos, vel mulieres, circa quas ſeruatur Rit. infra 304. vbi dicam latius. Secundo caſu ſi pars aduerſa non reluctat, actuarij examinant etiam extra Curiam ad eorum libitum, parte vero reluctante, quia fortè cauſa eſſet magni momẽti, vel aliqua ſuſpicio teſtium, aliter ſeruatur, & teſtes in Curia examinantur, & multoties coram iudice, quia vt dicit Gemi. in d. c. Abb. & Fel. in c. ſi qui teſti. extra de teſtib. quãdo cauſa ciuilis eſt ardua, vel criminalis, talis quod teſtis deberet deponere coram iudice, quęlibet perſona etiam egregia teneretur ire ad præſentiam iudicis, & eius priuilegium non ſeruiret, niſi iudex ex gratia vellet ad eam accedere, vel niſi perſona examinanda eſſet mulier, & dignitas iudicantis non repugnaret. Habui in facto anno proximo in Curia terræ Eboli in cauſa Magnifici Barnabæ de Rahone rei conuenti ciuiliter pro quodam incendio,

verum teſtes omnes examinaret vltima die termini, valerent eorum depoſitiones, dummodo accuſata eſſet cōtra eum contumacia, & vocatus eſſet per tubitam, ſeruata
8 forma præſentis Rit. ¶ † Secundo not. in fi. Rit. ꝙ teſtes iurati die non feriata, poſſunt examinari die feriata, ſed de hoc dicam latius infra Rit. 148. vbi dicam de ratione. Salerni, die 14. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXLIIII.

ITem, quòd ſi teſtes iurant die non feriata exa-
a minari poſſunt. Item, quod clerici, *a* tam in minoribus, quàm in maioribus ordinibus conſtituti producti ad teſtimonium, non admittantur in ciuilibus cauſis ad deponendum, & perhibendum eorum teſtimonium in ipſis Curijs, & qualibet ipſarum, niſi prius iurauerint coram ſuo iudice, & licentiam obtinuerint iurandi, & deponendi in cauſis ipſis ciuilibus. In criminalibus vero ordinarijs, vel extraordinarijs, nullatenus ad teſtificandum admittantur, niſi pro defenſione conuenti.

ADDITIO.

a Clerici. Vide omnino Goffred. in ſumma de teſtib. cogend. Innocen. in c. dilectorum, extra eod. tit. Guidon. Papa q. 65. & 615. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Practica, quando eſt examinandus clericus in ſeculari iudicio.*
2 *Clericus ſecularis, vel regularis, ſine ſuperioris licentia deponere non poteſt.*
3 *Contrarium erit, ſi de facto, ſine licentia examinati reperiantur, vel in clerico, aut Religioſo Prelato, aut in Religioſo examinato ſimul cum Priore ſuo.*
4 *Teſtes clerici extra iudicium ad ſolemnizandum contractum poſſunt adhiberi.*
5 *Clerici, in criminalibus cum ſuperioris licentia, & ſine, contra aliquem nullatenus admittuntur. Et de facto examinati indicium non faciunt.*
6 *Teſtes non idonei quando ſint admittendi. Et in defectū probationis recipi quando dicantur, ibidem.*
7 *Clerici in repulſa cum licentia ſuperioris, vel ſine, an poſſint deponere?*
8 *Repulſa, ſpecies defenſionis dicitur.*
9 *Clericus ſi fuerit examinatus, & in ſuo examine reperiantur illa verba, talis iuratus teſtis cū ſuperioris licentia, nunquid propterea licentia præſumenda erit?*
10 *Facta niſi probentur, non præſumuntur.*

CIrca id, ꝙ dicit iſte Rit. in ſui prin. vide quæ dico in-
1 fra in Rit. 148. vbi latius. ¶ † Not. primo ex hoc Rit. regulā negatiuam, ꝙ clerici maiorum, vel minorū ordinū non poſſunt eſſe teſtes in iudicio (ſupple ſeculari) ſine præſtito prius iuramēto corā ſuo iudice, & obtenta licentia ab eo deponendi, & ſe examinandi, ꝙ bene ſeruatur in practica in omni Curia, licet non ſeruetur illud, quod hic dicitur, quod præſtet prius iuramentum corā ſuo iudice. Et quod clerici cum licentia ſuperiorum poſſint teſtifica-
* ri in ciuilibus, * probat tex. in c. ſuper prudentia, in fi. 14. q. 2. Spec. in tit. de teſte, verſ. item excipitur, quod eſt monachus, nu. 36. Alb. in auth. ſi teſtis, in fi. ver. C. de teſtib. Lanfran. in c. quoniā contra, in verſ. teſtium depoſitiones nu. 150. verſ. vltra prædicta, de prob. Abb. & Fel. in c. cum nuncius, de teſt. idem Abb. poſt glo. in c. 1. extra de iur. ca-
* lum. Aret. conſ. 159. longa eſt iſta conſultatio, nu. 20. * & d. c. cum nuncius, in fi. & Gram. conſ. crim. 3. nu. 7. vbi hūc
2 Rit. citat. † Amplia hunc Rit. loquentem de clericis ſimpliciter, procedere nedum in clericis ſęcularibus, verum etiam regularibus, & Religioſis, qui etiam ſine licentia ſuorum ſuperiorum deponere non poſſunt coram iudice ſęculari, ſecundum Spec. vbi ſupra, Aret. & Gram. in d. locis, Bal. in d. l. quoniam liberi, in prin. C. de teſt. Sylueſt. in ſua ſumm. in ver. teſtis, nu. 1. & Fely. poſt Abb. in d. c. cum
* nuncius, * Alber. & Lanfran. in præalleg. locis, & Curt. in
3 tract. de teſt. concl. 49. † Limita hunc Rit. non procedere quotieſcunque de facto reperirentur examinati ſine licētia, quoniam tunc eorum depoſitiones valerent, vt plenè concludit Abb. in d. c. cum nuncius, & Fel. poſt eum nu. 3. Ang. in auth. de teſt. §. ſi libertus, Aret. & Gram. in præalleg. locis, quod tamen ſublimitant non procedere quoad clericos Religioſos, contra opinionem Abb. in d. c. cum nuncius, vt latè ibidem ſcribit Fel. Ang. conſ. 234. Aret. & Gram. in dictis locis, in iſtis enim, ſecundum eos licentia
* omiſſa, depoſitio non valeret, * vt etiā ſcribit Io. de Amic. conſ. 77. nu. 17. ſed vt dicit Sylueſt. in d. ſūm. opinio Abb. per eius rationes, & dicta eſt verior, cum profecto ita requiratur licentia in clericis ſęcularibus, ſicut in Religioſis, quod maximè patet ex hoc Rit. & tamen omnes concludunt in ſęcularibus examinatis ſine licentia, valere eo-
* rum dicta, quod bene not. * & adde, ꝙ idem firmat Crot. in tract. de teſt. par. 4. nu. 85. q. 22. Fateor tamen, quod ad fugiēdum iſtas diſcuſſiones, & dubietates, melius eſt ſemper habere licentiā ſuperioris iſtis religioſis, vt dicit pul-
* chrè Aret. in eod. conſ. * ita quod de tali licētia appareat ex actis, aliàs non ſufficeret aſſertio notarij dicentis, Frater talis examinatus cum licentia ſui ſuperioris, vt ſcribit Io. de Amic. d. conſ. 77. nu. 18 & Curt. d. tract. concl. 49. in fi. ver. oportet ergo. Secundo limita nō procedere in clerico, vel alio religioſo, qui eſſet Prælatus, vel ſuperior in loco, quia tunc vltra ꝙ non eſſet opus petere licentiam, quia ſibi ipſi videtur impartiri, in illo loco, nō eſſet alius, qui poſſet ſibi eam dare, vt firmat Aret. d. conſ. nu. 18. in fi. quod ita ſeruatur quotidie, & iſtis diebus ſeruaui, examinando quendam Priorem S. Mariæ della Porta de Salerno, cùm exercerem officium aduocati fiſci in Regia Audientia. Tertio limita non procedere, vbicunq; clericus, vel alius religioſus eſſet examinatus inſimul cū ſuo Priore, quoniā tunc videtur tacitè ab eo habuiſſe licentiā, licet de ea non appareat, ſecundum Aret. ibid. per not. per Bar. in l. cū pater, §. libertis, ff. de leg. 2. & l. fi. C. ad Maced. vbi quod pater, & filius ſimul agendo in iudicio, videtur data
4 licentia per patrem filio. † Et not. quia Rit. loquitur de iudicio, ſed extra iudicium in teſtamentis morientiū bene poſſunt adhiberi, vt teſtes ad ſolemnizandum teſtamentū, vt not. expreſsè Bal. in auth. ingreſſi, col. 1. C. de ſacroſan. eccl. Ang. in præalleg. conſ. & Aret. in pluries cit. conſ. 159
a nu. 20. *a* & idem etiam in quibuſcunq, cōtractibus inter viuos, ſaltem ratione generalis conſuetudinis, quæ ſe habet, vt plurimum iſtos clericos adhibere teſtes, vt ibidem Aret. dicit; & hodie vbique ſeruatur in Regno, nec obſtat ſecundum eum tex. in c. quamquam, 14. q. 4. quæ videtur eſſe potius de conſilio, quàm de præcepto, quod nota.
5 ¶ † Secundo nec aliam regulam in cauſis criminalibus, & ea eſt, quod clerici in eis nullatenus (ideſt, neq; cum licentia ſuperioris, neq; ſine ea) admittuntur ad deponendum cōtra aliquem, licet pro defenſione admitti poſſint, præcedente tamen licentia, vt ſupra dictum eſt, & ita ſeruatur, cum quo concordat tex. in c. teſtimonium, 11. q. 1. Spec. in tit. de teſt. in prin. verſ. item quod eſt clericus, nu. 83. in fi. Innoc. in c. cum p. manco. de accuſ. & Abb. in c. de cætero, de teſti. & illud adeo verum eſt, quod ſi de facto exa-

ADDITIO.

a Numero 20. Vide Guidon. Pap. q. 517. C. P.

examinarentur non facerent indicium, vt dicit Bart. in l. 1. §. cum quis, ff. de quæſtio. Bal. in l. Imperator, ff. de ſtat. hom. Ang. in l. inter ſtipulantem, §. Stichum, ff. de verbor. oblig. Rom. conſ. 359. Glo. in conſt. Regn. proſequentes, Iſern. in proprijs terminis, in conſt. ſi damna, & Alex. cõſ. 127. nu. 17. vol. 4. & licet alij aliter voluerint, vt dicit Fel. in c. cum dilecti, de accuſ. tamen quia iſte Rit. reſiſtit actui dicens, non admittantur, opin. contraria non ſubſiſtit, vt ipſemet Fel. dicit ibi. & Gram. prætalleg. conſ. 3. nu. 11. & 12. qui ponderando verba iſtius Ritus, dicentis, nullatenus admittantur, ita reſpondet ad contrariam opin.
6 † Limita hanc regulam non procedere in defectum probationis, quoniam tunc teſtes, qui alias idonei non eſſent, admittuntur in ſubſidium, vt ſcribit idem Abb. in d. c. Ang. in tract. malefi. in ver. qui iudex ſtatuit terminum, nu. 4. & Gram. d. conſ. 3. nu. 11. tunc autem dicentur recipi in defectum probationis, quotieſcunque alij teſtes veriſimi-
a liter *a* ex propria natura facti adeſſe non potuerunt, nõ autem qñ ex natura facti potuiſſent occurrere, licet caſualiter non occurrerint, vt dicit gl. & ibi Ant. de Butr. in c. tertio loco, de probat. Alex. in conſ. 64. nu. 5. vol. 1. & cõſ. 103. col. 3. vol. 5. Soc. conſ. 17. vol. 1. Iaſ. in l. fin. C. de his quib. vt indig. Hipp. plene ſing. 73. Gera. ſing. 24. in princ. & Alcia. in trac. præſũp. reg. 1. præſum. 47. nu. 5. & Gram.
7 d. conſ. 3. nu. 9. ¶ † Quæro neceſſario in hoc Rit. nũquid ad repulſam clerici poterunt in criminali, vel ciuili deponere cum licentia, & an tunc bene faciet ſuperior, dando licentiam? Breuiter, primo videtur quod ſic, arguendo à ſufficienti partium enumeratione, nam aut ſumus in ciuilibus, & in eis non eſt dubiũ, quotieſcunq; extat licentia, vt iſte Rit. dicit, aut ſumus in criminalibus, & tunc idem,
8 † quia repulſa dicitur ſpecies defenſionis. & pro defenſione ſimiliter iſte Rit. hoc permittit, quid dicendum? D. Auguſt. Carauita frater meus, cùm de hoc ſermonẽ mecũ haberet, dicebat, quòd ipſe ſuper hac q. diſtingueret, ꝙ aut teſtes ſunt repulſandi repulſa infamatoria, & tunc nõ poſſent clerici ſuper talibus articulis deponere, nec ſuperior bene faceret, dando licentiam; ratio eſt, quia etſi repulſa ſit ſpecies defenſionis, tñ negari non poteſt quin quoad teſtes ſit infamatoria, vt patet ex no. per Bar. in l. teſtiũ, §. lege Iulia, ff. de teſt. Bal. in auth. ſi dicatur, in fi. C. de teſt. & Maran in pract. par. 6. actu 13. nu. 3. & ideo odioſa, vt dicit ibid. Maran. nu. 7. & proinde licet quoad producentem dicantur deponere ad defenſionẽ, tñ quoad teſtes dicuntur examinari contra eos, quia ex hoc infamiã incurrunt, & à teſtimonio repelluntur, & ex conſequenti contra hunc Rit. eſt d. c. teſtimonium, 11. q. 1. vbi cõtra laicos deponere in criminalibus prohibetur. Aut ſunt repulſandi alia repulſa non infamatoria, puta quia ſunt amici alterius partis, vel conſanguinei, aut inimici illius, contra quem depoſuerunt, & ſimil. & tunc ſecus eſſet, & ſine dubio poſſent deponere, quia contraria ceſſarent: quam diſtinctionem ego alias feceram in quadam cauſa cõſultus, & nunc eam firmo, cogitabam tamen, quia non reperi
9 vſq; tactum. ¶ † Secundo quæro, quid ſi clericus, vel monachus reperitur examinatus, & in principio ſui examinis dictum ſit per actuarium, talis frater, &c. teſtis citatus iuratus, & de licentia ſui ſuperioris examinatus, nũquid per hæc verba licentia præſumetur? Io. de Amic. in proprijs terminis conſ. 77. nu. 18. dicit quod non, per ea, quæ ſcribit Inn. in c. cum in iure, de off. deleg. & ideo cum ta-
10 lis licentia ſit facti, † & facta non præſumãtur, niſi probentur, l. 1. & l. cum res, C. de probat. & l. aſſeueratio, §.
b fi. C. de non num. pec. *b* niſi appareat de ea ex actis, non creditur adfuiſſe, & proinde aliter recepti non valebunt per prædicta, & ea, quæ Ioan. concludit in prætalleg. conſ. Salerni, die 14. Septembris. 1559. Proſper Carauita.

ADDITIONES.

a Veriſimiliter. Idque argum. l. conſenſu, §. virum, C. de repud. C. P.

b Non num. pecun. Adde hoc melius probari in l. in finalibus, ff. finium regundor. C. P.

RITVS CXLV.

ITem ſi detur terminus in cauſis ad probandum, & veniendum ad Curiam, & procedendum in cauſa, in vltima die termini, quæ interpellat, teſtes qui producuntur per partem alterã iurant, & deponũt vocata parte in Curia, & eius contumacia accuſata.

Dixi de hoc Rit. ſupra in Ritu 143. & ideo ibi vide latius, ne hic repetam illud idem.

RITVS CXLVI.

ITem Curia ipſa nõ committit extra Curiam audientiam teſtium reprobandorum, etiam ſenum, & valetudinariorum.

SVMMARIVM.

1 *Audientia teſtium ad repulſam, nullibi committitur. Et ratio eſt, quia repulſa eſt odioſa.*

2 *Iudices tenentur litibus, & expenſis parcere.*

RItus iſte eſt facilis, & bene ſeruatur in omni Curia
1 Regni, † & audientia teſtium, ad repulſam nullibi committitur, etiam ſi examinandi eſſent teſtes ſenes, & valetudinarij, vt etiam ſcribit glo. conſt. Reg. in pecuniarijs, in ver. quo quidẽ, vbi dicit ita ſeruare iudices Magnæ Curiæ, ratio iſtius obſeruantię, & Rit. non eſt ſcripta, credo tamen ꝙ ea ſit, quia repulſa eſt odioſa, vt dixi ſupra in Rit. 144. circa fin. Limita hunc Rit. ſecundum Affl. in conſtit. Regn. animalia, in 1. no. ver. bene tamen, vt non procedat, quotieſcunq; cauſa non eſſet multum ardua, & facilius examinaretur in loco, vbi ſunt teſtes, quam in Cu-
2 ria, quoniam tunc bene poſſet committi, † vt parcatur ſumptibus, & expenſis, quibus iudices tenentur quantum poſſunt obuiare, l. poſt ſententiã, C. de appell. ca. finẽ litibus, de dol. & cont. eſt bonus tex. in d. conſt. animalia, vbi Affl. not. in 1. not. & dixi latius in prag. diſpẽdia litium, in 1. no. de ord. iud. ſed quicquid dicat Affl. videtur iſtã limit. nõ ſubſiſtere, eo quia ratio, quã ſupra poſui ad hunc Rit. ita militat in cauſa ardua, ſicut in minima, & teſtis repulſandus aliqua repulſa (præſertim quæ infamat) ita repulſatur, notatur, & repellitur in cauſa magna, ſicut in minima; nec valet dicere, quod ſũptibus, & expẽſis eſt obuiandum, quia ratione ſumptuũ non eſt permittẽdũ id, quod aliàs non permittitur, in materia repulſæ eſt maioris prę iudicij, quã ſint ſumptus pecuniarij, immo quãto minoris momenti eſt cauſa pecuniaria, tanto minus repulſa eſt cõmittẽda, quia cum iſtæ cauſæ minimę ſint, potius vt plurimum ad perfidiam, vt dixi ſupra Rit. 131. maiori diligẽtia litigant homines, & propterea peiores fiunt repulſæ. credẽtes per eas vincere, & ego teſtis ſum nonnullarũ cauſarũ vilium, in quibus vidi fieri adeo infames repulſas, vt ne quidẽ pro vno Regno factæ fuiſsẽt: cogitabis tñ, & crede pro certo, ꝙ nõ vidi hucuſq, practicatã Affl. limitationẽ, ſed ſẽper teſtes veniſſe ad Curiam. Secundo limita, vt per Cauenſ. hic qñ cõmitteretur alicui ex Curialibus ipſius Curiæ, mouetur per verba iſtius Rit. ibi extra Curiã, ſed profectò neſcio quid ſibi velit Cauẽſ. per illa verba, nec video quomodo probent ſuã intentionẽ; credo tñ, ꝙ eius limitatio procederet quotieſcunq; cõmitteretur alicui Curiali Curiæ, qui habet ipſos teſtes repulſam examinare in ipſamet Curia per Rit. expreſſũ infra 157. & ratio eſt, qñ tunc non vr̃ cõmiſſa audiẽtia extra Curiam, immo potius videtur ipſam Curiã ipſos recepiſſe, vt dicitur in eo. met. Rit. ſed ſi Cauẽſ. vellet abſolute intelligere, ꝙ repulſa poſſet committi Curialibus, ita quod poſſint accedere ad

locum

Digitized by Google

locum vbi degunt teſtes, non procederet, nec iure aliquo probaretur, prout nec etiã in practica videmus illud obſeruari. Aduerte tamen ad ea, quæ Cauenſ. hic dicit, quod Affict. in conſt. Reg. in pecuniarijs, nu. 4. ver. tertio quæro, tenet contra hunc Rit. immemor fortè ipſius (vt ipſe dicit) nam ſi recte legatur Affl. ibi loquitur de iure communi, allegando Inno. in c. licet, de probat. non autem de iure Regni, ſecundum quod bene ſciebat ipſe non committi audientiam teſtium in repulſa, vt patet ex eo ibid. nu. 45. in gloſ. & clarius in d. conſtitut. animalia, vbi expreſſe dicit in hac materia repulſæ committendæ, quod aliud eſt de iure communi, quàm de iure Regni, & ſi ibi Cauenſ. vidiſſet eum, non dixiſſet hic, quæ dicit. Salerni, die 14. Septembris. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXLVII.

ITem ſi rubrica teſtium non dicatur teſtes producti &c. & iurati parte præſente, vel abſente per contumaciam, ita quod de contumacia ipſa conſtet, depoſitiones teſtium non valent, & idem in inramento calumniæ.

ISte Rit. non ſeruatur, quia actuarij curiarum, licet faciant rubricam in teſtibus quos examinãt ad defenſionem inquiſitorum, tamen non faciunt eam modo, quo dicitur in hoc Rit. ſed ſolum dicunt teſtes examinati ad inſtantiam talis in eius defenſionibus in cauſa, quam habet cum Regio fiſco ſuper tali, & tali delicto, & iſta verba tantum ſufficiunt, & ſcribuntur communiter, & ita ſeruatur. Salerni die 15. Septembris 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXLVIII.

ITem ſi teſtes iurant die non feriata, etiam die feriata examinantur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes iurati die non feriata, examinantur etiam die feriata.*

1 BEne ſeruatur iſte Rit. † quotidie in omni curia Regni & cõcordat alius Rit. ſupra 143. vbi dixi in fi. & infra Rit. 150. vbi eſt idem tex. ad literam, & ante hunc Rit. idẽ voluit gloſ. in l. 1. circa medium, C. de feri. Specu. in tit. de feri. §. ſequitur nu. 6. ver. quid ſi, Bart. in l. ſi quando. in 1. repet. nu. 2. de teſti. Pract. Papien. in forma opp. contra teſtes poſt publ. in ver. ſuntque, nu. 16. in fi. & Affl. poſt Iſer. ibid. in cõſt. Reg. lite. 13. not. vbi allegat d. Rit. 144. Ratio eſt illa, quã ponit Bart. in d. l. ſi quando, & communiter ſcribentes, quia depoſitio teſtis refertur ad tempus iuramenti, & ideo licet deponat die feriato, videtur depoſuiſſe eo die, quo iurauit. Salerni, die 15. Septẽb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXLIX.

ITem quod in quibuſcunque cauſis ciuilibus, quæ in dicta Curia agitantur, ſi teſtes qui producuntur in cauſis ipſis, tam per actores, quã per conuentos, citati fuerunt infra tarminum datum ipſis partibus ad probãdum, infra ipſum terminũ non iurauerint in cauſis eiſdem, conceditur ipſis partibus, quod per dies tres, poſt eundem terminũ, immediate ſequentes, dicti teſtes iurare poſſint, & ſnbſequenter deponere eorum teſtimonium veritatis in cauſis eiſdem.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio ad probandum data, peremptoria dicitur, etſi dictum non fuerit.*

2 *Probatio facta poſt terminum, vel paucos dies incontinenti, in termino facta eſſe cenſetur.*

3 *Practica hodie eſt, quod teſtes in termino citati, recipiantur etiam poſt terminum.*

4 *Et ſi elapſo termino examinati non fuerint, fit tamen publicatio cum termino tot dierum.*

5 *Confeſſio aduerſarij nõ eſt probatio, ſed ab onere probãdi releuatio? Et quandocunque facta admittitur.*

NOt. ex hoc Rit. quod teſtes citati infra terminum da-
tum ad probandum, licet etiam infra ipſum non iu-
rauerint, poſſunt elapſo termino, infra tres dies ſequentes
iurare, & deponere. Ratio dubitandi ad hunc Rit. eſſe po-
1 terat, † quia omnis dilatio data ad probandum dicitur pe-
remptoria etiam ſi dictum non fuerit, l. 1. vbi Bart. C. de
dilatio. Spec. in tit. de dilat. §. videndum, nu. 7. verſ. quid ſi
data eſt, c. 1. vbi not. per gl. extra eod. tit. Bar. & Angel. &
Iaſ. in l. fin. col. 2. ff. de feri. Abb. & Fely. in c. licet cauſam,
col. 2. de probat. & Capi. dec. 89. in prin. Ratio verò deci-
2 dendi eſt, † quia de iure, probatio facta incontinenti poſt
terminum, vel poſt paucos dies videtur facta in termino,
vt dicit Bal. in d. l. fin. col. 3. ff. de fer. Iaſ in ead. l. col. 6. &
Capi. in prealleg. deciſ. quia facta incontinenti dicuntur
in eſſe. l. iuriſgentium, §. quinimo, ff. de pact. l. hæredes pa-
lam, ff. de teſta. l. quod ait lex, §. fin. ff. de adul. & l. conti-
nuus, in prin. ff. de ver. oblig. Ante hunc Rit. gloſ. in conſtit.
Reg. in pecuniarijs in ver. ex iuſta cauſa, verſ. ſed quæro, la-
te diſputauit hanc quæſt. & tandẽ firmauit idem quod hic,
verum, quod hic exprimitur de termino trium dierũ poſt
lapſum termini per glo. ibi dicebatur relinquendum arbi-
trio iudicis per l. ſi quis ita promiſerit, §. Seia. ff. de verb.
3 obl. & §. ſi vero in auth. de teſt. † Hodie autem ſecundum
practicam, teſtes citati tantum, recipiũtur poſt terminum,
infra tempus ſtatutum per Regiam pragm. 11. incip. curſu
dilationum de ordine iud. ad recipiendum copiam pro-
ceſſus, vt dicit Capi. dec. 90. nu. 3. vbi dicit ita ſeruari in Sa-
cro Conſilio, qui terminus ad recipiendum copiam cum
alio termino etiam per prag. ſtatuto ad eam percunctan-
dum eſt dierum ſexdecim, vt patet ex ea not. per Affl. in
conſt. Reg. lite. 13. not. nu. 20. in fin. & dixi ſupra Rit. 69. 3.
not. ſed quia poſt d. prag. terminus, qui ſtatuitur ad reci-
piendum copiam, quando fit publicatio eſt iudici arbitra-
4 rius, † ex communi obſeruantia omnium curiarum Regni
practicatur, quod lapſo termino remanẽt examinandi ali-
qui teſtes citati infra terminum, fit publicatio cum termi-
no tot dierum, vt iudici melius placuerit, & cum reſerua-
tione infra eundem terminum examinandi teſtes citatos,
vt etiam dixi in d. Rit. 69. 3. not. Limita primo hunc Rit.
non procedere in termino dato non ſolum ad probandum,
ſed etiam ad probatum habendum, quoniã tunc eo elapſo,
etiam iurati, infra terminum non admitterentur, vt dicam
infra in Rit. 152. Secundo limita non procedere in proba-
tione facienda per confeſſionem partis ſuper articulis,
vel poſitionibus, quia ea nedum poſt triduum elapſo ter-
mino, ſed etiam vltra, & vſque ad concluſionem admitti-
5 tur, vt diximus late ſupra in Rit. 93. † Ratio eſt, quia con-
feſſio aduerſarij non eſt probatio, ſed releuatio ab onere
probandi, vt dicit Bal. in auth. ſed nouo, nu. 12. ver. tamen,
C. ſi cer. pet. per l. 1. ff. de inter. act. in fi. l. 1. C. de iur. cal. &
alia iura, quæ allegat idẽ Bal. poſt Inn. in c. vltra tertiã ext.
de teſti. Alex. in l. publ. §. 1. ff. depoſi. & conſ. 179. nu. 2. & ſi
talis confeſſio fieret alibi, quã in articulis, & poſitionibus
ẽt poſt concluſionem, immo etiam poſt ſententiam admit
teretur, ſecundum eundem Bal. in d. c. vltra tertiã, per gl. 1.
in l. Iulianus, ff. de cõd. indeb. & idẽ firmat apoſtil. ad eũdẽ
Bal. in d. authen. ſed nouo, in lit. B. in verſ. ſed eſt releuatio.
Salerni, die 15. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CL.

ITem ſi teſtes producti in dicta Curia, iurati die nõ feriata, die feriata volunt deponere examinationem, examinari poſſunt.

¶ Iſte Rit. ad literam dicit idẽ quod alius Rit. ſup. 148. vnde quia ipſius materiam ibi dixi, ibid. me remitto.

Digitized by Google

RITVS CLI.

ITem Curia non cōmittit audientiam teſtiū in cauſis ciuilibus, infra dietam vnam.

¶ Dixi de hoc Rit.ſupra in Rit.140. vide ibi.

RITVS CLII.

ITem ſi aliqui litigant in dicta Curia ciuiliter, ſi infra terminum ad probandum datum, non fecerunt examini teſtes per ipſam Curiam, deinde terminus ad examinari faciendum datus fuerit, ſi teſtes ipſi infra eundem terminū ad examinari faciendum datum, non fuerint examinati, de cætero non audiantur, niſi fuerint mulier, vel pupillus, vel vidua, & eccleſia, vel fiſcus, qui per beneficium reſtitutionis in integrum ad pinguius probandum de nouo admittantur.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad examinari faciendum, hodie ad probatum habendum datur, quo elapſo vlterius teſtes non recipiuntur.*

2 *Datio termini ad probatum habendum habet vim concluſionis.*

3 *Quibus perſonis primum, & ſecundum beneficium ad pinguius probandum competat.*

4 *Impoſſibilitas in diſpoſitione non cōprehēditur in dubio.*

NOt.ex hoc Rit.quod ſi poſt lapſum terminum datū ad probandum, fuerit datus alius terminus ad examinari faciendum, infra quem teſtes non fuerunt aliter examinati de cętero non admittuntur per hunc Rit.& ante ipſum firmauit Spec. de teſte, §.qualiter num.13. ver.is
1 quoque, ſed vt Apoſtil. ibi dicit in lit. D. † hodie iſtum terminum ad examinari faciendum, damus ad probatum habendum, in tantum, quod iſte Rit.quiſita loquitur debet intelligi de termino, quem hodierna practica appellat ad probatum habendum, & quod lapſo termino ad probatū habendum teſtes vlterius non recipiantur, firmant etiam Bald.& Ang. in l. Antiſtius in princ. ff.de acqu.hær.Barb. ad Bal.in l.ſi quando, in lit.B.C.de teſt.pract.Papien.in forma. Opp.contra teſtes poſt pub. in ver.ſuntque, nu.16. cit.
2 c.fi.& Io.de Amic.conſ.108.num.5. † ratio eſt, ſecundum omnes, quia iſta datio termini ad probandum habendum, habet vim concluſionis quantum ad hoc, vt poſt ipſum, teſtes vlterius non admittantur, vt dicit Ant.de But.& Abb. in c.licet, col.3.de prob.Alex.conſ.101.vol.2. & Afflict.in
* cōſt.Reg.lit.8.no.nu.13.* & dixi ſupra in Rit.194.limit.1. Amplia hunc Rit.procedere etiam ſi fuiſſent citati, & iurati infra terminum, vt dicit Spec.in d.§.qualiter, num.13. Ioan.de Amic.in d.conſ.nu.8. Practica Papienſis in proxi-
3 me cit.loco per rationem, quam ſupra allegaui. † Limita primo non procedere in muliere, pupillo, vidua, & eccleſia, vel fiſco litigantibus, quoniam cum iſtis competant primum, & ſecundum beneficium ad pinguius probandum, vt latius dixi ſupra in Rit.71.etiam poſt concluſum in cauſa (vt ibi dixi) poſt Iſer.& Afflict.in conſt.Reg.obſcuritatē, q.9.num.13.ratio per me ſupra tradita ad hunc Rit.ceſſat. Secundo limita non procedere in teſtibus, qui ſunt de longinquo, quia terminus ad probatum habendum non exten-
4 ditur ad eos ratione impoſſibilitatis, † quæ nō dicitur in dubio iu diſpoſitione cōprehendi, l.fi. C.ad exhi. l.filiusfam. ver.abſurdum, ff.de leg.1.cum ſim.quæ allegat Pract.Pap. (quæ hoc latius firmat) in forma productionis inſtrumētorum in ver.in termino, nu.3.& ideo ſi fuerint ſaltem citati etiā quod terminus eſſet lapſus, admitti deberēt, quod not. Salerni, die 16.Septemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CLIII.

ITem ſi Epiſcopus, vel ſuperior, vel alius prælatus, & quæuis alia egregia perſona litigat in ipſa Curia, & citetur de mandato ipſius Curiæ, quod veniat reſponſurus ſuper poſitionibus aduerſarij ſui in cauſa factis, debet venire prælatus, & reſpondere, niſi petatur pro parte ipſius, & ad eius expēſas mittatur aliquis de Curia ad integrandum ipſum ſuper dictis poſitionibus in ſcriptis redactis, & ſigillo ipſius Curiæ ſigillatis, & niſi reſpondeat, concluſio in cauſa ipſa differtur, donec reſpondeat ſuper poſitionibus ipſis.

SVMMARIVM.

1 *An expenſis principalis abſentis, & melius veritatem ſcientis, vel petentis cōmiſſarius ad ipſum examinandum, mittendus ſit.*

2 *Abſentia voluntaria alicuius, alterius deterior conditio fieri non debet.*

1 VVlgaris eſt quæſtio inter Doct. † an expenſis abſentis, vel petentis mitti debeat commiſſarius ad examinandum abſentem tanquam principalem, melius ſcientem veritatem ?, iuxta ea, quæ ſupra diximus in Rit.80.& 120.& cum de ea hæſitatum eſſet in Sac.Conſ.Neapo.deciſum fuit, quod expenſis abſentis, per Doct.Anch.in c.ſtatutum, §.inſuper de reſcr.in 6.Bar.& Bal.in l.ſi actor.ff.de proc. gl.& Bar.in l.2.§.defendi.ff.ex quib.cauſ.in poſſ.ea. vt latius ſcribit Affl.deciſ.177. & in conſt.Reg.partes, q.3. Spec. verò in tit. de iura.calum.§.reſtat, nu.18. in fi.aliter dicit, diſtinguendo, quod aut principalis abſens volunta-
2 rie litigat per procuratorem, † & tunc quia eius abſentia voluntaria non debet alterius conditio fieri deterior, l. 2. ff.ex quib.cau.in poſſ.eat.ipſius expenſis mitti debet, iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt, aut non voluntariè litigat per procuratorem, ſed quia eſt mulier, monaſterium, prælatus, vel alia perſona egregia, quæ de iure perſonaliter venire non tenetur per l.ad egregias, ff.de iureiur. & tunc expenſis communibus mittetur, quia talis actus communem voluntatem concernit, & idem ſequitur Gemin. in c.præſentium.col.8.de teſt.in 6.Alex.& Iaſ.in d.l.ad egregias, dec. Thol.273.& latè Boer.deciſ.303.nu.5. vbi dicit, ita vidiſſe ordinatum in parlamento Rothomagen. & Bertach. in ver. expenſæ, qui dicit in iudicando tenuiſſe opinionem Spec.idque ego etiam optima ratione confirmo, quia ſi ſecus diceretur, priuilegium datum per d.l.ad egregias perſonas, perſonis præfatis egregijs, & alijs ſimilibus, quod non teneantur perſonaliter venire ad iurandum, per indirectum infringeretur, dicendo veniant perſonaliter ad deponendum, vel ſi nolunt venire, eorum expenſis mittatur commiſſarius, quod ſatis eſſet abſurdum, & contra mentē legislatoris in d.l.non obſtet, tex.in cap.2. de iud.in 6.vbi aliter deciſum videtur in muliere, vt expenſis petentis mittatur, quoniam, vt dicit Io.And.ad Spec.in d.§.reſtat, & Boe.in prealleg.deciſ.loquitur quando fauore producentis tātum id fieri debebat, quod nō eſt ita in caſu quæſt.noſtræ, & ita cum prædicta opinione Spec. ego etiam teneo de iure communi. In hoc tamen Regno aliter concludo, non quidem authoritate d.deciſ.Affl. ſed præſentis Rit. in quo expreſſim diſponitur in perſonis priuilegiatis vti egregijs, quod ſi ſunt abſentes, eorum expēſis mittitur commiſſarius ad examinandum, quod not.& miror, quod Afflict. ibid.non alleget hunc Rit.in terminis. ¶ Not.in fin.Rit. ibi, & niſi, quod concluſio in cauſa petita ab vna partium poteſt ſuperſederi per alterā prætextu, quod illa pars, quæ inſtat pro concluſione, non depoſuit ſuper articulis tanquam principalis, & ita videmus quotidie ſeruari, verum ſi pars ipſa, quæ alteram petit examinari, vellet cauſam ex-

pediri

Digitized by Google

pediri, vti poterit pract. ſupra tradita in Rit. 120. & citari facere principalem ad deponendum per trinas citationes, qui ſi in vltima fuerit contumax, declarari poterit pro cõfeſſo, & procedetur ad vlteriora, vt ibi latius diximus. In hoc electio erit partis, quæ examinationẽ quærit, vt ſuperſedere faciat iuxta hunc Rit. vel ad vlteriora procedere iuxta illũ. Salerni die 16. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CLIV.

ITem fuit quæſitum, ecce datus eſt terminus ad probandum in ciuili, vel criminali, vna partium facit aliam citare ad videndum iuramenta teſtium ad pœnam ſolitam per Curiam, non comparuit citata, an detur excuſatori terminus ad denunciandum, & comparere faciendum poſt litem conteſtatam? determinauit Cõſilium, quod fuit heri. 14. Septemb. primæ indictionis, quod ſic.

SVMMARIVM.

1 *Citatio principali domi ad videndum iuramẽta teſtium, an eius allegabitur abſentia, cum termino ad comparere faciendum.*

2 *Citationes ad videndum iuramenta teſtium, ſine pœna hodie fiunt.*

3 *Contumax non dicitur citatus non comparens in actu qui poteſt eo abſente explicari.*

1 NOt. † ex hoc Rit. quod principali litigante, & abſente citato domi ad videndum iuramẽta teſtium examinandorum, poteſt pro eius parte allegari abſentia, & peti terminus ad comparere faciendum, vt ipſe ſit præſens iuramento præſtando per teſtes, iuxta diſpoſitionem iuris communis in l. ſi quando, C. de teſt. quod not. quando caſus euenient, quia ego hucuſque non habui in facto.

2 ¶ † Secundo not. ibi ad pœnam ſolitam, quod principales citantur ad videndum iuramenta teſtium ſub pœna, ſed hoc in practica non ſeruatur, & fiunt citationes ſimpliciter ſine pęna, quod compareant ad videndũ iuramenta teſtium examinandorum, & ita practicatur in omnibus Curijs. ° Ratio † illius pract. colligitur ex Luc. de Penn. in

3 l. locorum, col. 2. circa fi. verſ. hinc eſt, C. de omni agro deſer. vbi dicit, quod cum quis citatur ad aliquem actum, qui poteſt explicari in eius abſentia, ſi non comparet non reputatur contumax, ſed explicatur actus, vt etiam dixi ſupra in Rit. 133. in fin. Salerni, die 16. Septembris 1559. Proſper Carauita.

RITVS CLV.

ITem ſeruat ipſa curia, quod ſi feci citare teſtes ad mei petitionem, poteſt meus aduerſarius, cũ facio eos iurare, facere eos etiam iurare pro ſe ſine alia citatione de nouo, & ita vidi pluries practicari, & ideo iurabunt, & etiam præſente ipſo aduerſario meo ſuper ſuis exceptionibus, & articulis, quod nota. Et nota, quod teſtes citantur ſemper ad pœnam quatuor vnciarum, ſeu tertiæ partis bonorum mobilium, ſi

a dicta tertia maior dicta pœna exiſtat: a & ita fit condẽmnatio.

ADDITIO.

a Exiſtat. Nota casũ in quo pęna tertiæ partis bonorũ mobiliũ non poteſt excedere valorem quatuor vnciarum. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſi ab vna parte citati & ab alia producti fuerint, quando vnica citatio ſufficit.*

2 *Teſtes recuſantes comparere, qua pœna punientur.*

NOt. ex hoc Rit. duo, Primũ quod teſtes producti ad inſtantiam vnius partis, poſſunt etiam produci, &

1 examinari ad inſtantiam alterius. † Secundum, quod ſi teſtes fuerunt citati ad inſtantiam vnius partis, & producuntur ab alia, ſufficit illa citatio, & ideo quãdo iurat pro vna parte poterunt iurare pro alia de veritate dicẽda ſuper articulis vtriuſq; , dũmodo quando iurant ſi præſens ille aduerſarius, qui vult eos pro ſe reproducere, & examinare, ſupple tu, vel ſaltim contumaciter abſit, quia citatus ad videndũ iuramẽta nõ cõparuit, vt dicitur in l. ſi qũ. C. de teſt. & no. quia requiritur præsẽtia aduerſarij tãtũ, vel citatio, vt dixi, non aũt requiritur præſentia illius, qui eos primo producit, quod quidẽ ſi Rit. iſte nõ dixiſſet, forte ſecus eſſet, nã poſtquã iurat de veritate dicẽda ſuper articulis aduerſarij, deberet eſſe præsẽs, vel citatus ille qui eos primo produxit, ſed poſtquã hic dicitur ſolũ de præſentia aduerſarij, & hoc tñ ſufficit, & ratio eſt, quia cum ſint producti ab eo, videtur quodãmodo ſuperfluũ citare ipſũ. ¶ Secũdo no. ex hoc Rit. quod teſtes qñ citantur ad deponendũ, ſemper iniungitur eis pęna quatuor vnciarũ, & ſi nõ cõparent, cõdẽnantur ad pęnam in citatione cõtentam dictarũ quatuor vnciarũ, hoc tñ verũ eſt in teſtib. qui ante lit. cont. citãtur, alij autem teſtes, qui poſt lit. cõt. euocantur citãtur ſub pęna quatuor vnc. ſeu tertiæ partis bonorũ mobiliũ, ſi tertia pars bonorũ eſt maior, & ita fit cõdemnatio. Aduer-

a te tamen ne hunc Rit. intelligas, ꝙ in citatione alternatiue apponitur pœna quatuor vnciarũ, vel tertiæ partis bonorũ mobilium, quia hoc eſſet falsũ, ſed intellige, ꝙ in citatione apponatur pęna præfata, & poſtmodũ ſi teſtes nõ cõparẽt cõdẽnantur ad pœnã citationis, vel tertiæ partis bonorum mobiliũ ad electionem curiæ, quæ eliget maiorẽ pęnã, vt iſtemet Rit. dicit, & ẽt conſt. Reg. in pecuniarijs, §. eadem

2 pœna. † Hodie tamen in practica pœna prædictæ tertiæ partis mobilium quoad teſtes receſſit ab aula, ſed ſolum condemnatur ad pœnam in citatione contentam, quando recuſãt comparere, & dicitur, quod captis pignoribus compellãtur, iuxta iuris diſpoſitionem in l. 3. §. exigere, ff. de tab. exhib. vt not. Iſern. in d. §. pęna. in verſ. in criminalibus, & expediuntur literæ exequutoriales pro mulcta iuxta pract. quam dico tibi latius infra in Rit. 206. in 3. not. & pęna quæ contra eos imponitur in citatione ad minus eſt vnciarum vigintiquinque, tam ſi citetur ante litem conteſtatam, quam poſt. Iudex tamen poteſt maiorem, vel minorem pęnam iniungi facere in citatione (prout ego pluries vid. ſub maiori, & minori pęna citatos.) Salerni, die 16. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CLVI.

ITem ſeruat ipſa curia alicui committere examinationem teſtiũ in criminali ſenum, & valetudinariorum, iuxta textum illum notabilem conſtitutionis Regn. in pecuniarijs, & ita fuit de facto in curia pridie, vbi fuit commiſſa examinatio contra ſtatutum Salerni in dicta Ciuitate Salerni.

SVMMARIVM.

1 *Audientia teſtium in criminalibus, ſenum, & valetudinariorum quibus ſit committenda. Et in quibus caſibus.*

2 *Quod ampliã in teſtibus impeditis ad iudicem venire. Et iudici, vel fiſco ſuſpectis.*

3 *Iudex propter ſuſpicionem probationes anguſtare non debet.*

4 *Iudex maleficijs, & fraudibus occurrere tenetur.*

5 *Commiſſarius deputatus pro examinandis impeditis teſtibus, examinauit tales, ſi pars aduerſa contrarium probare intenderit, nunquid admittetur.*

6 *Standum eſt fidei illius, quem approbauimus ſemel. Audientia egregiarum perſonarum num committatur? Et practica ſuper hoc.*

M 2 Not.

Digitized by Google

1 NOt.ex hoc Rit. † quod in criminalibus cauſis audientia teſtium ſenum, valetudinariorum committitur iuxta diſpoſitionem conſt. Reg.in pecuniarijs, prout etiam habetur in cap. ſi qui teſtium,extra de teſtib. & per Nigrum in c.Regn. quia de vicarijs, nu.10. vbi hunc Rit. citat,& licet hic non dicatur cui audientia ſit committenda, tamen iuxta diſpoſitiones d.conſt.intelligi debet, officialibus locorum, vbi ſunt teſtes, ſi ita curiæ viſum fuerit, vel alijs perſonis idoneis,& diſcretis ad electionem ipſius curiæ,& quandoque alicui probo actuario, & hoc vltimũ eſt, quod plurimum practicatur. Alium caſum in quo audientia teſtium committitur, habes infra in Rit.ſequenti, vbi late dicam alios. Item alium ponit Iſern.in conſt.Reg. in pecuniarijs,colum.3.verſ.Magna Curia, quem ſequitur Capy.deciſ.90.nu.7. & is eſt quando teſtes venerunt in curia,& ſe præſentauerunt iudici,cui præſtiterũt iuramentum de veritate dicenda: ratio eſt, quoniam tunc examinatio tantum commiſſa videtur, quæ ad iudicem cui iuratum eſt refertur, ſed iſte caſus non multum practicatur, nec practicari vidi, quia quando teſtis venit ad curiam ad præſtandum iuramentum, etiam tunc examinatur,ne plures ſuper eo laboretur.
2 † Amplia hunc Rit.& obſeruantiam in omnibus teſtibus impeditis venire ad iudicem, vt ſunt mulieres, per l.1.C.de off.diuer.iud.aut homines debilitate confecti, vel tali paupertate depreſſi, quod non poſſunt in eius præſentia comparere, vt dicit tex.in d.c.ſi qui teſtium,iuncta ibid.gl. & Capyc.deciſ.90. in fin.ver.& ita quotidie videmus obſeruari, licet ſuper iſtis teſtibus impeditis ſatis ſtricte procedatur, & cum magno labore commiſſarius pro eis recipiendis impetretur, vt ego expertus in proprijs bene ſcio. Secundo amplia procedere etiam ſi iudex dicat,vel fiſcus, quod teſtes ſenes,vel valetudinarios habet ſuſpectos, vt dicit Iſern.in c.1. §.quod ſi veritatem,ver.quod ſi habeat,nu.7.ſi de inueſt inter dom. & vaſſal.quæſt.oria.ratio eſt ſecundum eum, quia cum nõ
3 poſſint,neque teneantur venire per iura præalleg. † iudex propter ſuam ſuſpicionem non debet anguſtare probationes,l.current,ff.de teſtib.l.generaliter, C.de reb.eccl.& l. quoniam, C.de hæret.cum ſimilibus. Cautela tamen erit
4 hoc caſu ſecundum eum, † quod vt malitijs, & fraudibus
a occurratur,vt iudices teneãtur,l.in fundo,ff.de rei vendic.a ipſemet iudex accedat ad eos examinandum, vel alium æque idoneum mittat. Item quod faciat ſibi dare in ſcriptis nomina infirmorum, & ſenum, vel aliter impeditorũ, quod fieri poteſt ſubſiſtente timore ſubornationis, vel alterius ſuſpicionis,licet poſtmodum dicat hoc ſibi non placere, quia multi ſunt ſani, quando dantur nomina, qui poſtmodum infirmabuntur, & econuerſo, cum repente eueniant morbi hominibus, ſicut & mors, vt in auth.ent. ſactæ nouæ conſtitut. circa finem, ſed quicquid ipſe dicat, præfata ſeruãtur, & ego vidi peti nomina teſtium impeditorum ad inſtantiam fiſci, & non aliter concedi commiſſarium: optima ſiquidem eſt ratio Iſer.ſed cum malitia hominum adaucta ſit (præſertim in hoc Regno) non ab re ſtricte proceditur in impetrandis iſtis commiſſarijs, vt etiam ſupra dixi. Limita hunc Rit.non procedere in cauſa repulſæ, vt diximus ſupra Rit. 146. & not. per gloſ. in conſtitut.præalleg.in verſ.quod quidem caſu.
5 ¶ † Quæro primo in hoc Rit. pone quod commiſſarius deputatus pro examinandis impeditis, examinauit multos tanquam tales, nunquid poſtmodum admittetur probatio in contrarium, ſi probari prætendatur per partem aduerſam,vel fiſcum teſtes fuiſſe ſanos, iuuenes, & nullo impedimento impeditos. Breuiter. Conſt.Regn.in pecuniarijs, §.contra quos dicit,quod non, & idem Iſern.in d.cap.1.§. quod ſi veritatem,nu.8.in fin.ratio eſt, quia poſtquam cõmiſſarius per curiam electus eſt, & cum cõſenſu partium,
6 † ſtandum eſt fidei ipſius quem ſemel elegerunt, & approbauerunt,vt colligitur in eadem conſt.in pecuniarijs,& ex Iſern.in præalleg.§. & ideo videmus in practica ſeruari, quod iſti commiſſarij, quando deputantur, & examinant aliquos vti infirmos, non contentantur eos inuenire in lecto, ſed fieri faciunt fidem medicorum qualiter reperitur infirmus tali infirmitate, quod abſque periculo ſuæ perſonæ diſcedere non poſſet, licet multoties viderim multas fraudes fieri culpa medicorum, qui fides faciunt, & quoad ſenes,vel aliter impeditos procedunt nimis ſtricte, idque totum eorum arbitrio remittitur poſtquam ſemel eorum fidei commiſſum eſt,& ita ſeruatur.
7 ¶ † Secundo quæro, quid in teſtibus egregijs,qui de iure per l.ad egregias perſonas. ff.de iureiur.venire non tenentur,nunquid eorum audientia committi debeat? Gloſ.in c. ſi qui teſtium,in princ. de teſt. æquiparat ipſos cũ ſenibus, valetudinarijs,& impeditis,ergo debet pariformiter æquiparari,iuxta l.iam hoc iure, ff.de vulg.& pupil.vt etiam in proprijs terminis refert Gomez.in c.mulieres, num.39.de iud.in 6. tex.vero d.conſtit.& præſentis Rit.non aliter de perſonis egregijs mentionem facit, ſed ſolum de ſenibus, & valetudinarijs, & ſic de his, qui venire non poſſent loquitur, vnde cum aliud ſit venire non poſſe, & venire non debere, & iſte Rit.dicat, quod curia ſeruat in ſenibus, & valetudinarijs, ſeruandum eſt, non obſtat motiuum ſupra factum,quod cum ſint æquiparatæ perſonæ egregiæ cum impeditis, debent pariformiter æquiparari, quoniam reſpondetur per Gomez. loco præalleg. quod priuilegium prædictum conceſſis perſonis egregijs per l. ad egregias, procedit in cauſis ciuilibus tantum, non in criminalibus, vt latius dixi ſupra in Rit.142. Ne tamen ex eo anguſtetur facultas probationum, ſi pars inſtat pro eorum examine, dicẽs eos reperiri extra locum iudicij in eorum domibus, & patria,ſolet iudex ad eos accedere, & eorum dicta recipere,& ita ſeruatur in Regia Audientia Principatus Citra. At in Magna Curia Vicariæ,vbi plura ſunt negocia, & iudices recedere non poſſunt, eligitur vnus Doctor cum aliquo ſcriba,& eidem Doctori fit commiſſio pro examinandis omnibus teſtibus nedum impeditis,verum etiam ſanis, & qui venire ad curiam poſſent, dummodo ipſos examinet ſuper articulis non ſignatis per aduocatum fiſci,qui nõnullos cum magnæ ſint importantiæ, multoties ſignat, vt teſtes ſuper ipſis depoſituri coram eo producantur. & ita ſeruatur, & ſeruari videmus, licet quandoque etiam ſuper articulis ſignatis licentia detur examinandis iuxta eorum qualitatem, quia tandem hoc arbitrarium eſt, & plurimum in eo poteſt reluctatio,aut conſenſus aduocati fiſci. Salerni, die 1.Septemb.1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Rei vendic. Adde l.1.§.citationis,ff.de eden. Cum ſit adimenda facultas committendæ fraudis, l.1. C.de fabricen. fraudeq; excogitata rata haberi non debent, l.quidam in fine,ff.ad Senatuſconſ.Velleian. Imò etiam ſuſpitio fraudis vitanda eſt, l.2. ff.de ſeparat.l.in ciuilem, & l.ciuile,C.de fur.Nam & Cæſar(vt legitur in eius vita apud Plut.)idcirco repudiauit vxorem, dum Clodius reus poſtulabatur, quod diceret velle vxorem,quæ etiam ſuſpitione mali careret: fraus autem dilucidis probationibus approbãda eſt, l.ſed ſi maritus,ff.qui,& à quibus,& c.cum plerumque credendum ſit vnumquemq; iure potius ſuo vti, quam furti conſilium inire,l.merito,ff.pro ſocio.fraudemque committere in adfirmando, non dicitur honeſtiſſima perſona,l.cũ quis decedens,§.Titia,ff.de leg.3.Caſus autem,quibus præſumitur fraus vide enumeratos per hunc commentatorem infra Rit.228.& vide omnino Luc.de Penn.in l.quẽadmodum,C.de agric.& cenſit.vbi ponit,& enumerat 223.præſumptiones fraudis,& doli. C. P.

RITVS CLVII.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod quamuis regulariter non poteſt committi examinatio teſtium, in alijs caſibus, quam in prædicta proxima obſeruantia contentis, tamen Aduocatis,& literatis,qui ipſam curiam ſequuntur, committitur

Digitized by Google

titur pro maiori parte, quaſi examinatio omniũ teſtium in criminali, & examinat in ipſa Curia prima in loco vbi regitur, & eſt ratio, quia tunc non videtur eſſe commiſſa, immo potius ipſa Curia videtur examinare, & iſta eſt ratio literatorum reſpondentium ad iura loquentia, quod non poteſt committi examinatio in criminalibus, & tunc aut eſt extraordinarius, puta quando donatur capitula inquiſitionum proceſſus, & Regens ipſe eligit vnum examinatorem, aut eſt ordinarius proceſſus, & tunc dum Curia regitur, quilibet eligit ſuum, ideſt accuſator, & accuſatus, qui duo electi literati habeant teſtes examinare vtriuſque partis, & ſoluitur eis de examinatione eorum teſtium vtriuſque partis, ſed in extraordinario proceſſu non ſoluitur examinatori, niſi de teſtibus partis, quæ infertur, non de teſtibus fiſci. Et quod dictæ examinationes fiunt in Curia non ſcribitur in actis, quia non ſcribitur, quando talis examinatio commiſſa eſt tali, nec ipſi examinatores, qui examinant in Curia ipſa, vt dictum eſt, faciunt mentionem, quod ipſi examinauerunt, ſed ſimpliciter dicitur, talis de tali loco teſtis iuratus, & interrogatus ſuper primo capitulo, vel articulo dixit hoc inde ſcire, quod talis &c. & omnia, quæ dicta ſunt in proceſſu criminali ordinario, ſeruantur in proceſſibus ciuilibus inter partes ad inuicem cauſantes.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione literatorum curia tabelliones, an veniant?*
2 *Tota vis cauſa in probationibus conſiſtit.*
3 *Audientia teſtium regulariter in criminalibus non committitur, & quare.*
4 *Cauſa meri, & mixti imperij nõ delegantur regulariter.*
5 *Quod limita in caſibus, in nu.* 5 6. 7. 8. 9 10. *&* 11.
8 *Papa, vel princeps in criminalibus teſtium audientiam committere poteſt.*
12 *Origo repetendorum teſtium ad fiſci inſtantiã vnde eſt.*
13 *Commiſſarius deputatus ad teſtes examinandum, an ſuſpectus poſſit allegari?*
14 *Lites debent abſque ſcriptione procedere.*
15 *Examinator poteſt etiam allegari ſuſpectus.*

Iste Ritus ponit alium caſum in quo in criminalibus au-
dientia teſtium committitur, & is eſt, quando commiſ-
ſarius ad id deputatus per Dominum Regentem quando
proceditur ex officio, vel electus a partibus (quando pro-
ceditur ad querelam) examinat in ipſa Curia, ſeu in ipſo
tribunali, vbi Curia regitur, ſed iſte Rit. non ſeruatur, quia
quando teſtes veniunt in Curia, recipiuntur per actuarios,
ſeu eorum ſcribas in ipſo tribunali, & quandoque in præ-
ſentia aduocati, vel procuratoris fiſci, quãdoque nõ, prout
ipſis officialibus videtur, & alijs non committitur, vt Rit.
dicit. Aduertant tamen aduocati, quod Cauenſ. hic dicit,
1 † quod appellatione literatorum Curiæ, quibus poteſt ali-
quando audientia teſtiũ committi in criminalibus, veniunt
tabelliones, quia id non puto veri de iure, per ea, quæ not.
Io. Andr. in addit. glo. in verſ. interrogatoria, in c. 2. de teſt.
in 6. vbi poſt Hoſt. quem allegat, valde inuehit contra iu-
dices, qui examinationes teſtium notarijs committunt;
2 † dicens, quod cum totã vis cauſæ conſiſtat in probationi-
bus, potius deberent committere alia, quam teſtium exa-
minationẽ, arg. cap. ſi quis teſtium extra de teſtib. vbi quod
honeſtis, & diſcretis viris committi debet, quando com-
mitti poteſt. Ideo autem dixi de iure, quia de conſuetudi-
ne ſecus eſt, & actuarijs curiarum cõmittitur quotidie au-
dientia in criminalibus pro teſtibus impeditis, vt in princ.
3 præced. Rit. diximus. † Not. ex hoc Rit. in princ. quod
in criminalibus audientia teſtium regulariter non commit
titur, ad idem tex. in auth. apud eloquentiſſimum, C. de fid.
inſtr. & in conſtit. Regn. in pecuniarijs, cum ſimil. ratio eſt
ſecundum Ang. in tract. malefic. in verſ. qui iudex ſtatuit
terminum, nu. 23. & Mille. in pract. in verſ. reuocatus, nu.
4 5. fol. 101. in paruo vol. † quia cauſæ meri, & mixti impe-
rij regulariter delegari non poſſunt, l. 1. ff. de off. eius, &
aliter fieret ſi cum in teſtibus quandoque poſſit tortura
locũ habere ratione vacillationis, vt inquit tex. in d. auth.
apud eloquentiſſimum, ſequeretur, quod commiſſa audien
tia teſtium, videretur etiam commiſſum omne ſubſequens
neceſſarium, contra d. l. 1. vt etiam ſcribit Iſern. in c. 1. §. qd
ſi veritatem, nu. 5. verſ. ratio, ſi de inueſt. feud. inter dom. &
5 vaſſ. quæſt. oria. † Limita hanc regulã in tribus caſibus, vi-
delicet in duobus, quos ſupra poſui in Rit. 156. & in tertio
6 quem ponit iſte Rit. (licet vt dixi) non ſeruetur. † Quarto
limita ſecundum Bald. in d. auth. apud eloquentiſſimum, &
Ang. in d. ver. qui iudex ſtatuit terminum, & Mille. in d.
pract. loco præall. vbicunque iudex eſſet iuſto impedimen
to impeditus, puta, abſentiæ, infirmitatis, vel alterius occu-
pationis, quoniam tunc ceſſat ratio præal. quod cauſæ me-
ri imperij delegari non poſſint, vt patet ex eadem l. 1. ff.
de off. eius, & idem firmat Lanfr. in c. quoniam contra, in
ver. teſtium depoſitiones, nu. 29. in fin. & ideo ſi es memor
eorum quæ dixi in fin. præced. Rit. ibidem dixi, quod in
Magna Curia propter multitudinem negociorum genera-
liter committitur audientia teſtium in criminalibus alicui
Doct. præterquam in articulis ſignatis ab aduocato fiſci.
7 † Quinto limita ſecundũ eoſdem Bald. Ang. & Mille. Bal.
in c. ſi qui teſtium, extra de teſt. & Albe. in d. auth. vbicun-
que teſtes eſſent alterius territorij, puta, Veneti, Siculi, vel
Romani, nam cum eiſdem iniungi non poſſit, quod veniãt,
pati iudex non debet, quod probationis facultas pereat, &
quandoque contra innocentẽ delicti, de quo inquiritur, &
licet Saly. in ead. auth. nu. 5. verſ. quæro quid dicemus, ali-
ter videatur concludere poſt Bart. & Ang. ibid. tamen, vt
dicunt Io. Andr. & Ant. de But. in c. conſtitutus, de fideiuſſ.
de conſuetudine ſeruatur contrarium, & idem eos referen
do, firmat Aug. ad Ange. in d. verſ. nu. 34. in fi. tamen ſecun-
dum Dom. poſt Arch. in c. præſentiũ de teſt. in 6. id videtur
cõmiſſum arbitrio iudicis, * vt etiam tenet Albe. in d. auth. &
Affl. in conſt. inquiſitiones generales 2. not. & idem firmat
Barb. ad Bal. in l. iudices in lit. A. in prin. C. de fide inſtr. &
Lanfr. in d. c. in verſ. teſtium, q. 12. nu. 19. vbi, quod melius
faciet iudex ſi ipſe ipſos examinet, & ſcribit iudici loci,
quod ab eis iuramentum recipiat, * Iſern. tamen in conſt.
in pecuniarijs, quem refert Afflictus in conſtitut. iuſtitia-
rios, quinto not. dicit, quod ſi teſtes non ſunt in loco, vt
poſſint iurare, committitur etiam iuramentum, hoc tamen,
8 vt dictum eſt, arbitrio iudicis remittitur. † Sexto limita
non procedere in Papa, qui poteſt in criminalibus commit-
tere audientiam, vt vult, vt not. Spec. in tit. de teſt. §. nunc
tractandum in princ. & probatur in cap. propoſuit, extra
de conceſſ. præben. & refert., & ſequitur Auguſt. ad An-
gel. in d. verſ. qui iudex ſtatuit, nu. 33. & quod dicitur in Pa-
pa, idem dici poteſt in Principe, * vt etiam dicit Affl. in d.
9 conſt. inquiſitiones, ſecundo not. † Septimo fallit ſecundũ
Auguſt. ibidem de iure canon. in crimine hæreſis, per tex.
in c. vt officium, §. verum, de hæred. in 6. ideo autem dixi
de iure cano. quia in Regno ſecus eſſet propter generali-
10 tatem conſt. in pecuniarijs, & huius Rit. † Octauo fallit
quotieſcunque tractatur de cãuſa criminali per viam ex-
ceptionis, vt dicit Anch. in cap. 2. §. teſtes, in princ. de teſt.
11 in 6. & Auguſt. ad Ang. in loc. præalleg. † Nono fallit ad
inſtantiam fiſci, ſeu Curiæ coadiutoris, vbi non eſt fiſcus
(vt in Curijs Baronum) prout practica generalis, & con-

ſuetudo Regni antiqua nos docet, cum quotidie pro examinandis teſtibus ad informationem committatur examen officialibus locorum, & omnibus, quibus curia ipſa confidit, & videtur firmare Salyc. in l. fin. verſ. d. auth. apud eloquentiſſimum. & intellige nedum ad informationem, verum etiam cum tractatur de ipſis teſtibus alias ad informationem examinatis repetendis, & ita ſeruatur, quia fiſci priuilegium adeo ſe extendit, quod nunquam in extendendo fiet finis, & licet Milleus in d. pract. loco præalleg. nu. 4. dicat non poſſe alteri iudici redemptionem teſtium delegari, id dicas de iure procedere, non autem de conſuetu-
12 dine per præfata. † Origo huiuſmodi conſuetudinis in examinandis, & repetendis teſtibus ad inſtantiam fiſci (vt credo) ortum habuit, quia in fiſco nõ præſumitur ſubornatio, vel alius timor, ſicut in partibus, quæ ad eorum defenſionem pecunia redimunt teſtes (vt experientia docet.) Item, quia Curia ſemper præſumitur ad huiuſmodi facienda impedita, quo caſu poteſt de iure committere per ea,
13 quæ diximus in 4. limita. ¶ † Quæro nunquid commiſſarius deputatus ad examinandum teſtes, poterit allegari ſuſpectus? Breuiter, antequam ſit acceptatus, dicas quod
14 ſic, per l. apertiſſimi, C. de iud. cum ſimil. † quia, vt ibi dicitur, lites debent abſque ſuſpicione procedere, poſtquam vero acceptatus eſt, & acceſſit ad locum, eſt idem, ſi non acceſſit, ſecus eſt per d. l. apertiſſimi, niſi ex poſt facto ſuſpicio orta eſſet, vt in iudice concluditur, per Ang. in l. fin. C. de iuriſd. omn. iud. & Lanfranc. in c. quoniam contra, in ver. recuſationes, nu. 2. de probat. per l. non diſtinguemus, §. cum quidam, ff. de arbit. cum ſimilib. idque maxime procedit ſi idem commiſſarius eſt notarius, ſeu actuarius, qui
15 habet examinare, † nam examinator poteſt etiam allegari ſuſpectus, vt dicit Bald. in d. l. apertiſſimi. Lanfran. in d. ver. recuſationes, nu. 6. ver. item notarius, & Io. de Amic. conſ. 9. verſ. accedat. nu. 3. per gl. reputatam ſing. in auth. de trien. & ſemiſſ. §. & quod ſæpe, in ver. artificis, quæ in libro meo dicit cõtrariũ, ſed credo, quod eſt deprauata, & quod illa negatiua (non) dũ dicit non dari debeat, ſit ſuperflua, quia alias tot Doct. allegarẽt gl. cõtrariã eorũ dicto. Salerni, die 17. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CLVIII.

ITem ſeruat ipſa Curia quando committitur examinatio teſtium in ciuilibus, vt in debito, vel in caſu criminali, quo teſtes examinentur extra conſpectum Curię, tunc fit commiſſio cum inſerta forma articulorum, vel capitulorum, & cum nominibus teſtium, & fit vt plurimum, cum clauſula, ideſt ſi vnus dictorum examinatorum non poterit intereſſe, alius poſſit exequi commiſſionem, & aliquando reſiſtente aliqua partium ex aliqua iuſta cauſa, fit ſine clauſula. Et not. quod ad hoc, vt fiat cum clauſula, oportet, quod petatur à partibus concordantibus, alias Curia facit ſine clauſula, vbi vero pars vna non concordaret, & alia inſiſteret, quod fieret cum clauſula, tunc niſi pars, quæ diſcordat, alleget iuſtam cauſam, mandatur ſibi parti diſcordanti, quod conſentiant ad certam pœnam, & vbi condemnatur, detinetur pro pœna, & ſcribitur in actis tale mandatum, nec appellatur, quia notorium eſt, quia talis commiſſio oportet, quod fiat de partium voluntate, ſicut publicatio, & concluſio, & alij actus in quibus ſimpliciter fit mandatum parti non concordanti, & iuſtam cauſam alleganti, ita quod quandoque fit cum clauſula, & quandoque ſine clauſula arbitrio dictæ Curiæ, & ſecundum quod partes concordant, vel diſcordant, nam in caſu quo ambæ partes concordant, tunc Curia facit id in quod concordant partes.

SVMMARIVM.

1 *Audientia teſtium in ciuilibus committitur regulariter.*
2 *Quod limita non procedere in teſtibus diſtantibus in cauſa ardua, teſtibus ſuſpectis, & cauſis feudalibus, vt in num. 2. 3. 4. & 5.*
6 *In notorijs non appellatur.*
7 *Notorium eſt triplex.*
8 *Commiſſio pro examinandis teſtibus, de partium voluntate facienda.*

ISte Rit. non ſeruatur in eo quod dicit, quod commiſſio pro examinandis teſtibus expeditur cum inſerta forma articulorum, quia aut commiſſarius eſt in partibus, & expeditur ſibi litera commiſſionalis, & articuli in folio includuntur in litera, non autem tenor eorum inſeritur in tenore literæ, aut eſt in loco curiæ, & inde recedit, & articuli conſignantur eidem ſeparatim in alio folio vltra literam commiſſionalem. Item nõ ſeruatur quoad clauſulam in eo poſitam, quia nunquam committitur audientia pluribus, ſed vni tantum propter quod non eſt opus in clauſula præfata laborare, & quando committitur capitaneo, & iudici alicuius terræ, in ſuprascriptione dicitur, Magnificis Capitaneo, & iudici talis terræ, & cuilibet eorum inſolidum, in tantum, quod quando ſunt duo, quibus committitur, illa verba inſolidum, idem operantur, quod clauſula illa, de qua in hoc Rit. quæ verba ſemper, & regulariter apponuntur, licet Rit. dicat, quod illa clauſula non apponebatur, niſi ad petitionem partium.
1 ¶ † Not. primo ibi in ciuilibus, quod in cauſis ciuilibus regulariter committitur audientia teſtium, ad idem tex. in l. iudices, C. de fid. inſtrum. in conſt. Regni in pecunia-
2 rijs, cum ſimilibus. † Limita primo hunc Rit. non procedere in caſu, quo teſtes eſſent diſtantes à loco iudicij per vnam dietam legalem, vt latius diximus ſupra in Rit. 141.
3 † Secundo limita, ſecundum Paul. de Caſtr. & communiter Doct. in d. l. iudices, vbicunque cauſa ciuilis eſſet ardua, quoniam tunc ad ſimilitudinem criminalis, non committeretur, vt etiã dicit Abb. in c. ſi qui teſtium col. 1. de teſti. idem Abb. in c. cum cauſam col. fin. eod. tit. & Capy. deciſ. 90. num. 5. vt etiam dixi ſupra in Rit. 142. In Sacro tamen Conſilio, & Magna Curia ſeruatur, quod pro duobus teſtibus tantum, etiam in cauſa ardua committitur audien-
4 tia, quod nota in practica. † Tertio limita vbicunque teſtes eſſent iudici ſuſpecti ex iuſta cauſa, quoniam tunc iubere poteſt ad ſe venire, vt dicit Iſer. in c. 1. §. quod ſi veritatem, nu. 6. verſ. quid ſi, ſi de inueſt. feud. int. domi. & vaſſ. quæſt. oria. Imol. in l. ſi quis ex ſignatoribus, ff. quemadmo. teſtam. aperi. Fely. in c. præalleg. cum cauſam, col. antepenul. & penul. in 2. fallen. Afflict. in d. conſt. in pecuniarijs, quæſt. 5. num. 6. & Capyc. in præalleg. Rit. 142. Quarto limita in cauſis feudalibus per eandem conſtitut. in pecuniarijs, ſed quia illa conſtitutio loquitur de præſentatione tantum facienda per teſtes coram iudice, ſequitur ſecundum Iſern. in d. §. quod ſi veritatem, num. 4. verſ. ſed nunquid, quod de receptione examinis eorum faciendi per alium illa conſt. non intellexit, & per conſequẽs, quod præſentatis coram iudice, & præſtito per eos coram eo iuramento de veritate dicenda, examen committi poteſt, iuxta diſpoſitionem iuris communis, ſecundum eum, qui dicit, quod ita eſt moris in iudicijs, quem etiam ſequitur Capic. in d. dec. in fi. vt etiam tetigi ſupra in Rit. 156.
5 † ¶ Secundo not. ibi, & ibi condemnatur, quod quotieſcunque aliquis ratione ſpreti mandati, condemnatur, ad pœnam, poteſt pro tali pœna detineri. Et quod dicitur de condem-

Digitized by Google

demnatione intellige de accuſatione, quia cum contrauenit quis mandato ſibi facto, accuſatur pœna mãdati, & dicitur per decretum interloquutorium iudicis, quòd accuſetur pœna mandati, & exequatur realiter, & perſonaliter, propter quod detinetur, vt hic dicitur, appellatione non obſtante, & ita ſeruatur, alias ſi verbum condemnatur, intelligeres de condemnatione per ſententiam, non poſſet detineri data poſtmodũ appellatione. Et ideo cum alicui fit mandatum, quod non diſcedat à palatio, quod ſibi pro carcere conſignatur, ſi poſtmodum diſcedit, actuarius facit perquiſitionem de eo per palatium, faciendo vocari per præconem, quo non inuento, * & examinatis duobus teſtibus qualiter inuentus non fuit, fit inſtantia per procuratorem fiſcalem, quod * decernatur accuſari poſſe pœnam mandati, & per iudicem fit decretum, vt ſupra dictum fuit, & eo facto idem procurator fiſcalis in margine mandati facit ſcribere per actuarium, vel ſcribam, die tal. comparuit magnificus procurator fiſcalis, & inculauit pœnam præſentis mandati contra talem, vigore decreti deſuper dati ſub die tali, quę pract. etiã ſeruatur, quando accuſanda eſt aliqua pœna fideiuſſionis præſtitæ penes acta, vt dixi ſupra in Rit. 44. nu. 13. ver. quæro pone, quæ bene notabis.
6 ¶ † Tertio no. ibi, quia notorium, quod in notorijs non appellatur ad idem tex. in c. peruenit, c. conſuluit. & c. cum
7 ſpeciali de appell. † Sed quia notorium poteſt eſſe tripliciter, videlicet, quoad iudicem, & alios, quoad alios, non quoad iudicem, & quoad iudicem, non quoad alios, vt dicit gl. in d. c. conſuluit. in ver. notoria, & alia gl. in c. fin. in veri quoad ſeipſum, de cohabi. cleric. & mulier intelligi debet iſte Ritus cum iurib. cõcord. in notorio primo modo capto, aliàs in alijs notorijs iuris ordo ſeruari debet, vt dicit Mille. in pract. in tract. notorij. nu. 32. & 39. per tex. in c. bonæ, §. licet. de elect. c. 1. §. quando autem, 2. q. 1. & l. ſi vero. qui pro rei. ff. qui ſatiſda. cogan. quia quantũcunq; ſit notorium alijs, debet etiam iudici notum eſſe, vt in cap. cum quiſque. 23. q. 4. Item, quia vt Mille. ibid. dicit, notoriũ eſt triplex, facti, iuris. & præſumptionis, vt ipſe late, & pulchre exemplificat. Intelligendus eſt etiam iſte Ritus cum concorda. alleg. in notorio facti, vt ipſe exemplificat. nu 32. & in notorio etiam iuris, vt ipſe tradit nu. 43. & in notorio præſumptionis, de quo per eundem num. 45. ad
8 quem, breuitatis cauſa, te remitto. ¶ † Quarto not. ibi, quia talis comiſſio quod commiſſio de examinandis teſtibus de voluntate partiũ fieri debet, intellige quoad perſonam cui eſt facienda comiſſio, non autem quoad poteſtatem committendi, quia ſi cauſa eſt comiſſibilis, etiam ꝙ pars reluctet, audientia cõmittitur. Et ideo quando petitur expediri cõmiſsionem alicui pro examinandis teſtibus, talis petitio intimatur parti, quod veniat ad dandum liſtam ſuſpectorũ, qua data, iudex cõmittit extra loca data in liſta, niſi malitioſè, & nimis generaliter fuiſſet allegata ſuſpitio locorũ, vt fieri ſolet quotidie, & expedita cõmiſſione, ſeruatur in Sac. Conſ. & Magna Curia, ꝙ pars illa, ad cuius inſtantiam fuit expedita, facit eandẽ commiſsionem intimare procuratori, vel parti, ad finem vt opus nõ ſit citare poſtmodum ad videndũ iuramenta teſtium, niſi pars, vel procurator in eadem commiſſione, ſua manu nominet aliquem in partibus, quem velit requiri ad videndum iuramenta teſtium, qñ tunc ille citãdus eſſet in partibus: & ita ſeruatur. & ſucceſſit in locũ eius, quod dicitur in l. iudices, C. de fide inſtr. vbi ꝙ iudex mandare debet partibus, quod vadãt ad illum locũ vbi audientia teſtium cõmiſſa eſt ad videndũ iuramenta ipſorũ, vt etiam Bal. Salyc. Ang. & Paul. de Caſt. ibidem dicunt, & Bar. in l. generaliter, §. his de præſentibus, 3. not. C. de reb. cred. illa enim intimatio cõmiſsionis fungitur vice citationis ad videndũ iuramẽta teſtiũ, quę bene notabis. ¶ Quinto not. ibidem, quòd publicatio, concluſio, & alij actus de voluntate partium fieri debẽt, & verum eſt. Adde tamen, quòd ſi de voluntate cõmuni non fiant, poteſt iudex altera inuita facere, ſi tamẽ iniuſtẽ reluctet: & ita ſeruatur quotidie, aliàs raro concordarent, & nunquam eſſet litium finis. Salerni, die 18. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CLIX.

IN primis, ꝙ fideiuſſores iurant, ſicut principales in criminalibus, ſed in ciuilibus, nec principales, nec fideiuſſores iurant. Item notandum eſt, quòd fideiuſſores ſe obligant præſentare reum, ſi & quoties ipſe principalis fuerit requiſitus, vel ipſi fuerint requiſiti, verum quando extra iudicium requiruntur dicti fideiuſſores, requiritur in eadem requiſitione etiam ipſe principalis, fideiuſſores ad pœnam fideiuſſionis, & principalis ad pœnam quatuor vnciarum, ſeu tertiæ partis bonorum mobilium, ſi dicta tertia maior dicta pœna exiſtat. hoc notatur in conſtitut. Regn. lite, lib. 11. Item nota, quòd in criminalibus fideiuſſores recipiuntur ad pœnas iuſtas, videlicet pro homicidio ad pœnam vnciarum centum: ſi verò de priuato carcere, vel etiam falſitatis, ad pœnam quinquaginta vnciarum: ſi verò ſint alia delicta, ad pœnam vnciarum 25. & obligant ſe, & bona eorum omnia inſolidum, &c. prout poſt infra in ritibus executionum cõmiſſariarum, in 5. Ritu.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor non ex nudo pacto, ſed ex ſtipulatione obligatur.*
2 *Pactum quando cohærentia contractus veſtitur.*
3 *Patientia in iudicio ſtipulationis vim habet.*
4 *Fideiuſſores promittentes principalem præſentare, ſub certa pœna, ſi non præſentarent. quando pœna, vel plus ab eis exigi poſſit.*
5 *Fideiuſſiones de iudicio ſiſti quare inuenta.*
6 *In confeſſo, vel condemnato non cedit fideiuſſio de iudicio ſiſti, ſed de iudicato ſoluendo.*

1 PRo intellectu iſtius Ritus ſcire debes, † qualiter de iure communi fideiuſſor non obligatur ex pacto nudo, ſed ſtipulatione interueniente, vt dicit tex. in l. blanditus, C. de fideiuſſoribus, verſ. & aduerte, Iaſ. in l. lecta, col. fin. ff. ſi certum pet. & Cott. & in memore. in verſ. fideiuſſor
2 non obligatur. † idque adeo verum eſt, quod etiam ſi incontinenti poſt contractum fideiuſſor abſque ſtipulatione accedat, tale pactum non veſtitur cohærentia contractus, vt dicit Bald. in l. ex placito, q. 17. C. de rerum permutat. Cremen. ſingu. 169. & D. ci. conſ. 93. col. 1. in fi. vol. 1. verũ, quia ab eodem iure communi nulla mentio fiebat de iuramento, niſi in caſu quo fideiuſſores obligabantur in duriorem cauſam, vel principalis non tenebatur, aut quando promittebãt aliud, vt no. per Bart. in l. ſi quis pro eo, nu. 15. ff. de fideiuſ. Bal. in l. ſi prædium, col. fin. verſ. ſed pone, C. de iur. dot. Alex. & Aret. in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de verbo. Ang. in l. hi qui, ff. de fideiuſſ. Cremen. ſingul. 42. Alex. conſ. 29. in fine, vol. 7. & Boer. deciſ. 314. nu. 4. in fine, iſte Rit. augendo diſpoſitionem iuris communis, requirit generaliter in omnibus caſibus criminalibus tantum, quod fideiuſſores iurent, ſicut principales, & quod in ciuilibus neuter eorum iuret. Et ex hoc Ritu ſequitur, quod licet de iure communi fideiuſſor, qñ in iudicio patitur ſe ſcribi in
3 aliqua cauſa fideiuſſiſſe, obligetur, † quia patientia in iudicio habet vim ſtipulationis, vt dicit Bart. in l. cum oſtendimus, in 1. & 2. lectu. ff. de fideiuſſ. tuto. tex. in c. 2. de accuſ. in 6. Ang. in tract. malefi. in verſ. pro quibus. Ant. nu. 12. Alber. & Bal. in l. caſus, in fi. ff. de excuſ. tut. Gerar. ſingu. 36. Hippo. in repet. rub. de fideiuſſo. q. 42. nu. 345. & Boer. d. deciſ. nu. 5. licet dicat, quod ſi fideiuſſor nihil reſpondit cõtra Bart. eſt communis opi. vt ibi per eum, quod non præſumatur ſtipulatio, attamen, quia vltra ſtipulationem, per

hunc

Digitized by Google

hunc Rit.requiritur etiam iuramentũ,dictũ Bar. & ſequacium ſi verũ eſſet,non procedit. Adde tamen,quod hodie ex communi obſeruãtia, fideiuſſores iurant ſicut principalis etiam in ciuilibus,adeo ꝙ nullibi reperies captam fideiuſſionẽ abſque iuramento vtriuſque, vt omnibus eſt notũ. ¶ No.primo ibi item notandum,quod fideiuſſores,quando fideiubent de iudicio ſiſtere inquiſitum, obligant ſe ipſos præſentare reum,ſi & quoties principalis fuerit requiſitus, vel ipſi fuerint requiſiti, ex qua forma promiſſionis ſequitur, quod licet fideiuſſores non fuerint requiſiti ipſum reũ præſentare,ſed tantum fuerit principalis requiſitus, ſi non ſe præſentauit,fideiuſſores tenentur ad pœnam,ex quo alternatiue ſe obligauerunt ad præſentationem, videlicet,ſi ille,aut ipſi fuerint requiſiti. Hoc tamen verum, quando iudicialiter fieret requiſitio principalis,ſecus autem quando extra iudicium, vt iſte Rit.dicit, quoniam nunc etiam fideiuſſores requiri debet in eadem requiſitione. Ratio diuerſitatis eſt(vt credo,)quia cum ſe obligent in iudicio,& penes acta de iudicio ſiſtere inquiſitum quoties fuerint ipſi,vel principalis requiſiti,intelligitur de requiſitione iudiciali, non extraiudiciali. Hodie circa iſtas fideiuſſiones aliter ſeruatur, quia principalis primo promittit ſe præſentare quoties fuerit requiſitus, & poſtmodum eodẽ inſtanti,& in eadem promiſſione dicitur,quod ad maiorem ſecuritatẽ dedit tales fideiuſſores,& principales promiſſores præſentes,& ſe obligantes,ac teneri volentes,nec ponitur dicta promiſſio alternatiue(vt hic dicitur)ſed ſubiungitur,quod curare habeant modis omnibus,&c.quod quãdo dictus principalis, & ipſi fuerint requiſiti, ſe præſentent,&c.& quando curia poſtea eget præſentia principalis, vnica citatione requirit ipſum, & fideiuſſores cum inſerta forma fideiuſſionis,nec vnquam reperies citatũ principalem ad ſe præſentandum ſine requiſitione fideiuſſorũ tum ex forma fideiuſſionis, cum etiam ad euadendum altercationem,quæ fieri poſſet,an ipſi nõ requiſiti,principali non præſentato incidant in pœnam, de qua latè Spec. in rubr.de dol.& contum.nu.23.ver.ſed pone, vbi dicit cautius eſſe quod ſemper fideiuſſores requirantur, & idẽ Affl. in conſtit.clementiæ.in fin.verbis,& ita practicatur in omnibus curijs Regni. ¶ Secundo not. ibi, fideiuſſores ad pœnam, quod quando citatur aliquis, & eius fideiuſſores ad præſentandum, principali comminatur pœna quatuor vnciarum,ſeu tertiæ partis mobilium, vt etiam diximus ſupra in teſtibus in Rit.155.& fideiuſſoribus pęna fideiuſſionis.Hodie aliter ſeruatur,& cum fiat vnica citatio principali,& fideiuſſoribus,pęna quæ comminatur.eſt vnciarum quãdoque quinquaginta,quandoque centũ, plus,& minus, vt iudici placuerit, & ſi poſtmodum non ſe præſentauerit principalis,non condemnantur ad pœnã comminatam,ſed ad pęnã in fideiuſſiones contentã,& in vltimo peremptorio cũ accuſatur ad vltimam cõtumaciam,& vocantur,curia pro tribunali ſedente,cõdemnantur ad dictam pœnam fideiuſſionis, & dicitur,ꝙ exequatur realiter,& perſonaliter cõtra eos. Tertio not.ꝙ in fideiuſſionibus taxata eſt in hoc Regno certa pœna,ad quã principales, & fideiuſſores debent ſe obligare: ſicut etiã taxata eſt cõmiſſarijs,qui expediũtur pro cõtumacibus,vt patet infra in Rit.165.vbi dicã, & intellige,ꝙ iſti fideiuſſores vnà cũ principali,ſe obligẽt ſub certa pœna,obligando eorũ perſonas,& bona omnia, vt Rit. dicit pro exequutione pœnæ promiſſæ. Iſte Ritus optimè ſeruatur vbique,& regulariter: verum quandoque recipitur maior quãtitas,& quandoque minor,prout facti
4 qualitas,& perſonę cõditio iudici ſuadebunt. † Ex quo ſequitur, ꝙ cum omnes fideiuſſiones cõtineant certam pœnam,fideiuſſores nõ præſentando principalem,vt promiſerunt,ad ipſam tenentur,& nõ ad aliud,niſi dolo nõ præſentent,quia tunc extra ordinem punirẽtur, l.ſi quis,ff.de cuſt. reo.vbi etiã Bar.not.gl.in c.cum homo.in ver.ſupplicium, 22.q.5. Gandi.in tit.quid ſit agendũ reo præſente, verſ.ſed quæro nunquid,nu.7.Iaſ.in l.1.ff.de in lit.iur.Felyn.in c.2. col.2.de conſt. Caſſa.in conſue.Burg.tit.des iuſtices,rub.1. §.5.nu.169. & Mille.in pract.in princ.in verſ.denunciauerunt,nu.66.fol.10. Bene tamen verum eſt,ꝙ ſi certa pœna non adeſſet,pœna pecuniaria arbitrio curię pro modo delicti,& perſonarũ tenerentur, d.l.ſi quis,& l.2.§.fin.ff.qui ſatiſd.cog.nor.Spec.de accuſ.§.ſequitur videre,nu.15. Mill. vbi ſup.& Pet.Foll.in frag.poſt pract.tit.de fideiuſſ.n.259.
5 ¶ † Quæro in hoc Rit.ad quem effectũ requirũtur fideiuſſiones de iudicio ſiſti?Mille.in pract.circa princ.in ver.denunciauerunt,nu.65.fol.10.in princ.vol.dicit,ad hoc vt habeatur perſona inquiſiti,in quo ſententia condẽnatoria,vel abſolutoria ferri debet. Ex quo ſequitur,ꝙ vbicunque aliquis requiritur, vel carceratur, vt ſoluat id ad quod tene-
6 tur, † quia confeſſus vel condemnatus eſt,tunc non poteſt cadere fideiuſſio de iudicio ſiſti,ſed tñ de iudicato ſoluendo, quia,vt ſoluat,requiritur,vel carceratur, vt dicit Bar. in l.neque impuberes, §.1.ff.de in ius voc. Bald.in l.finita. §.& ſi præfatam,C.de iure delib. idem Bart.in l.conſentaneum,col.4.verſ.venio,& aſſumo,C.quom.& quando iud. Pau.de Caſt.Alex.& Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.§.fin.ff.qui ſatiſd. cog. Rom.ſing.142.vnus vult, & Cott.in memor.in ver.fideiuſſor,de iudic.Et ideo Bald.not.in c.dilectis,col.3.in fi. de appell. monet iudices in hoc caſu ne relaxẽt carceratus cũ fideiuſſione de iudicio ſiſti, quia tales fideiuſſores lata ſentẽtia condẽnatoria,liberantur,l.græce, §.& poſt litem, ff.de fideiuſſ.Par.in tract.ſynd.in ver.fideiuſſor.officialiũ, nu.5.Pet.de Rauen.in ſuo alphab.in verb.fideiuſſor.fol.48. & not.Cœpol.caute.159.notent bonã pract. aliàs ſi ſecus facerent,tenerentur in ſyndicatu,ſm eundẽ Bal.& Cott.in d.memor. niſi in fideiuſſione fuiſſet promiſſum de iudicio ſiſti nedum toties quoties, ſed etiã quandocunque fuerint requiſiti,quoniã tunc etiam poſt ſententiam tenerentur,vt dixi ſupra in Rit.44.vbi plura de materia fideiuſſorũ poſui. Salerni,die 18.Septembris.1559. Proſper Carauita.

RITVS CLX.

ITem ꝙ nullus recipiatur fideiuſſor de Capuana nobilis, nec nobilis de Nido, maximè milites,& alij potentiores, curiales,vel alij, ſed habiles ad conueniendum, & faciendum executiones contra eos: verum vnus nobilis de Nido, vel de Capuana recipitur pro alio nobili.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles in fideiuſſores non recipiuntur,& quare.*
2 *Nobiles ſunt ſuperbi, & populariũ inimici.*
3 *Curiales non recipiuntur in fideiuſſores, & quare.*
4 *Curiales qui dicantur hodie.*
5 *Fideiuſſores in iudicio oblati, ad conueniendum, habiles eſſe debent, habilitaſque ipſa in quibus conſideranda. ibid.& num.ſeq.*
6 *A procuratoribus,& notarijs exigere, difficile eſt.*
7 *Fideiuſſor idoneus quis dicatur.*
8 *Fideiuſſor non habilis propter paupertatem, coniuncta tamen perſona,recipietur. Idem de magno amico, & virtuoſo.*
9 *Amicitia magna operatur idẽ quod ſanguinis coniunctio.*
10 *Animi virtus non idoneum, idoneum cenſeri facit fideiuſſorem.*
11 *Carcerati nunquid ad inuicem ſibi fideiubere poſſint?*

1 NOt.ex hoc Ritu,† ꝙ nobiles Sedilis Capuani,aut Nidi, maximè milites,& alij potentiores, puta, Princeps, vigore iſtius Rit. & obſeruantiæ Magnæ Curiæ non recipiuntur, vt fideiuſſores niſi quãdo alter pro altero fideiuberet,ratio eſt,quia non ſunt habiles ad conueniendũ,
2 & faciendũ exequutiones cõtra eos. † Nobiles enim,vt inquit Bal.in l.per adoptionem,in 1.lectu.ff. de adopt. Gul. Benedict.in cap.Raynutius.gl.1.nu.26.& in verſ.vxorẽ nomine Adelaſiam,nu.966.& Tiraquel.in tract.nobilit. c.23. nu.2.cũ ſeq.maxima ex parte ſunt ſuperbi, & inimici populariũ,quia,vt dicit Luc.de Pen.in l.militaribus,in princ.
C.de

Digitized by Google

C.de decur.lib.10.clarus ſanguis elationē parit,potētiam
affectat conculcat inferiores,pares habere dedignatur,lo-
quitur gradia,ortus ex alto,magnoq; ſanguine, tanquā ſe-
cerit ipſe aliquid virtutis propter quod no debeat eſſe ſui
immemor,& eorū,qui retro eſſe videtur,& ſe in anteriora
ponere ſine cultu virtutis.& idē referendo ſequitur Affl.in
conſt.Magiſtri Camerarij,i 15.not. vbi poſt hæc ſubdit,ꝙ
tempeſtate iſta,quidā ex noſtris hos mores habent, vt no-
toriū eſt. De hac obſeruantia Magnæ Curiæ facit mentio-
nem Par.in tract.ſynd.in verſ.fideiuſſor officialiū, nu.8. &
pro ea faciūt, quæ dicit Bart.in l.fin.in fi.prin.ff.qui ſatiſd.
cog.& in l.ſciendum,§.poſſeſſor,ff.eod.Bald.in l.fin.ad fin.
ff.de neg. geſt. Iaſ.in l.2.col.8. ff.ſol.matrim. & Hippo. in
repe.rubr.ff.de fideiuſſ.nu.260. vbi quod potentiores non
ſunt idonei fideiuſſores. Sed iſte Ritus factus fuit quando
Reges huius Regni erāt potius Reguli,quam Reges,& ti-
mebāt Barones,immo indigebant eorum auxilio in bellis.
Hodie quia Reges Regni ſunt veri Reges, magnanimi,po-
tentes,& iuſti,non ſeruatur quod hic dicitur,& nobiles di-
ctorum Sedilium, etiā quod pro nobilibus nō fideiubeant,
recipiuntur, nam cū iuſtitia æqua lance procedat cū nobi-
libus,& popularibus,potētibus,& debilibus,iſti nobiles li-
bentius accipiūtur,quia plus habēt in bonis,quā alij:immo
(vt vero dicam) hodie plus timent Regiā iuriſdictionem
Principes,Duces,Comites,Marchiones, & alij Barones, q̄
priuati homines,qui minus habent in bonis:& iſtis diebus,
cū quidam nobilis de Sedili Capuano duceretur carcera-
tus pro debito ad Magnā Curiam Vic.& à quatuor exem-
ptus eſſet,ordine Illuſtriſs.& Excellētiſs. Ducis de Alcala
huius Regni Viceregis,fuerūt ſtatim capti, & incontinenti
ad furcarū ſuſpendia condēnati,& in quatuor partes eorū
3 cadauera diuiſa.¶ † Secundo no.ꝙ curiales,vel alij,ſupple
qui non ſunt habiles ad conueniendum,non recipiuntur in
4 fideiuſſores,† curiales dicuntur illi,qui ſeruitijs Curiæ ad-
ſtricti, ſine licentia nō poſſunt recedere,vt patet ex conſt.
Reg.Magnæ Curiæ,in ver.curialiū,& ibid.not.per Affl.in
fi.nu.9. prout propriè ſunt officiales actuarij,& ſcribę eo-
rū:& ꝙ iſte Rit.loquēdo de curialibus,intellexerit de offi-
cialibus,patet ex Parid.in d.tract.loc.prox.cit. vbi dicit,ꝙ
in Magna Curia eſt obſeruātia,ꝙ officiales Curię,& nobi
les ciuitatis nō recipiuntur vt fideiuſſores,idem etiā firmat
Par.ibi.per tex.qui illud nō probat,vt dicit Boer.dec.315.
nu.2. & ipſe idem Boer.ibi.dicēs ita ſeruari in Curia Bur-
dega.& ſeruatur ēt in hoc Regno tū per hunc Rit. cum ēt
per rationē,quā Boer.allegat,quia officiales eſsēt ſuſpecti
fideiubendo pro inquiſito,& eſt ipſa veritas. Vulgariter tū
curiales appellātur aduocati,procuratores, & alij practi-
cātes in Curia.De iſtis aduocatis,& procuratoribus tangit
Boer.vbi ſupra,an poſſint eſſe fideiuſſores,vt ibi per eū,&
licet dici poſſit,ꝙ nō,per hūc,quia non ſunt habiles ad cō-
ueniendū, vel ſaltim ſunt difficiles propter eorū calūnias:
tā ſi offeruntur,recipiuntur,& valent: veritas tū eſt,ꝙ non
5 paſsim fideiubent. ¶ † Tertio no.ibi,ſed habiles,ꝙ fideiuſ-
ſores,qui in Curia offerūtur,debent eſſe habiles ad conue-
niendū, & ēt ad faciendū exequutionem contra eos, & in
hoc cōcordat cū tex.in l.2.in princ.ff.qui ſatiſd.cog.habi-
litas quoad conueniendū cōſideratur,ſm gl.ibi.in verſ.fa-
cultatibus ratione loci,quod nō ſit in loco,ſeu caſtello mu
nitiſsimo.Ratione priuilegij,puta,quod nō ſit clericus,vel
ſcholaris, aut mulier, miles, & minor, vt dicit tex.in l.de
die. §.qui mulierem, ff.qui ſatiſd.cog.& in Rit.inf.163. &
Rit.200.aut quod nō ſit filiusfa.qui hodie per regiā prag.*
per excellentē.de Senatuſcōſ.Maced.(vbi dixi)obligari nō
poteſt abſq; aſſenſu patris, & ēt per Rit.201.& d.Rit.163.
vel ꝙ aliud quodcūq; priuilegiū,vel exceptionem non ha-
beat. Itē ratione perſonæ,puta,ꝙ non ſit homo cauilloſus,
6 rixoſus,vel litigioſus, † vt ſunt procuratores, & notarij, à
quibus difficile eſſet poſtea exigere,vt dicit Bart.& Doct.
in d.l.2.& Hipp.in repe.rub.de fideiuſſ.nu.257.ver.10.nā
& hac ratione attēta,quia cū difficultate exigeretur, fiſcus
etiam nō cenſetur idoneus fideiuſſor,ſecundum Bart.ibid.
Affl.in conſt.humanitate,in 4.not.& Caſſ.in conſuet.Burg.
tit.des iuſt ces,rub.1.§ 5.nu.171. Habilitas quoad facien-
dum exequutionē,conſideratur ratione facultatum,vt dicit
tex.in d.l.2. habita ſemper conſid. ratione ad magnitudinē
rei, ſuper qua interponitur fideiuſsio, vt dicit tex.in l.1.ff.
in ius voc.vt eant. & glo.in ead l.2 & hodie poſtquā taxa-
tur certa quantitas pœnæ fideiuſſionum, vt diximus ſupra
in præced.Rit. habita conſideratione ſi bona ſufficiunt pro
pœna contenta in fideiuſsione,extractis debitis,vt dicitur
inf.in Rit.163.ſcribit Ale.in l.ſciendum, §.poſſeſſor,ff.qui
ſatiſd.cog per tex.in l.qui habebat, in princ.ff.de leg.3. &
7 idem Imo.in l.1.§.ſeruum corporaliter,ff.de acq.poſſ.† nā
niſi fideiuſſor ſit idoneus facultatibus poſsidēs immobilia,
non cenſetur idoneus fideiuſſor,& recuſari poteſt,vt habe-
tur in præall.l.2.& l.ſciēdum,ff.qui ſatiſd.cog. in l.ſi ſtipu-
latus ſit Stichū,ff.de verbo.not.gl.in auth.de exhib.re.§.ſu-
ſcepto.Bald.in c.coram.col.fin.de off.deleg. Spec.in tit.de
ſatiſd.§.dicto. ver.ſed ſi ſcholaris, & Alex. conſ.160. viſo
proceſſu,vol.5.Aduerte tamen,ꝙ licet nō poſſideat immo-
bilia,ſi tū poſsidet tāta mobilia,quæ de facili aſportari nō
poſſunt,reputatur idoneus, vt puta, ſi teneret magnā apo-
thecā,vel multa nomina debitorum, vt dicunt Bar.Ang.&
alij in d.l.ſciēdum, Bar.& Imo.in l.facere poſſe,ff.ſol.mat.
Alex.in d.conſ.& Hipp.in repe.rub.de fideiuſſ.verſ.tu au-
8 tē,nu.141.& ita ſeruatur.† Limita primo hunc Rit.& præ-
dicta non procedere, vbicunque fideiuſſor eſſet coniuncta
perſona inquiſiti,quoniā tunc licet ſit pauper,& ſic no ha-
bilis ad exequendum contra eum, recipi debet,l 1 ff.in ius
voc.vt eant.& l.quoniā,ff.qui ſatiſd.cog. no.Bar.in l.ſcien-
dū,in fi.princ.ff.qui ſatiſd.cog.Hip.in repe.rub de fideiuſſ.
nu.220.ver.2.& Affl.in coſt.humanitate,4.not.nu.7.ꝙ qui-
a dē ampliatur etiā in valde amico a fideiuſſore,vt late ſcri-
9 bit Hipp.ibid.nu.134.† quia amicitia magna idē operatur,
quod coniunctio ſanguinis, vt dicit Gl.pen.in c.2.de teſta.
in 6.Abb.in c.requiſiti,col.fin de teſta.& Alex.in l.exigen-
di,col.2.C.de procur.licet iſta in Regno hodie nō ſeruen
tur in practica nedū cum valde amicus offertur, ſed etiam
quando coniuncta perſona, & niſi habeant in facultatibus,
non recipiuntur fideiuſſores. Secundo limita in fideiuſſore
fideli virtuoſo,ac vitæ probatæ: quia is licet non ſit habilis
ad

ADDITIO.

a Valde amico. Adde,hinc eſſe,quod inquit Bal.in l.1.nu.5.
C.qui bo.cedere poſſ.debitorem fiſci non eſſe admittēdum
ad ceſſionem bonorum,ſi veriſimile ſit,ꝙ ab amicis conſe-
qui poſsit tantam pecuniam quantam debet, vt eam ſolue-
re poſsit. Tutore abſente,affines,& amicos vocare præto-
rem oportet,l.ſi abſens,ff.vbi pupil.educ.deb. Et ſi non ſit
cui denuncietur, amicis,aut procuratori, aut ad domū de-
nunciandū eſt,l.aut qui aliter,§.ſi quis,ff.quod vi,aut clam.
Ad amicos extēditur quidquid cognationis fauore intro-
ductum eſt,c.requiſiſti,extra de teſta.Amicus,ſicut & con-
iunctus ad agendum admittitur, vt per Iaſ. in l.exigendi,
C.de procur.vnde amicos habere expedit,l.generali.ff.de
vſu,& vſufruc.leg. Cum æquum non ſit,amicum egentem
videre,c.1.de not.feudor. Amico fidem accommodans in
fraudem facere non videtur,l.libertus cum fraudandi, ff.ſi
quid in fraud.patroni. Per amicos ſeruitutem retinemus,
l.vnde,§.vti videmur,ff.de itin.actuq; priu.l.vſu.ff.quemad.
ſer.amit. Qui habitationem habet,cum amicis etiam habi-
tare poteſt,l.2.& 3.ff.de vſu,& habit. Amici interrogandi
ſunt, vt quis non defendi dicatur, l.ergo, ff.ex quib.cauſ.
maior. Ex amicitia,& officio mandatum originem traxit,
l.1.ff.mand. Vſus cauſa comprehendit etiam vſum amico-
rum,l.3.§.penori,ff.de pœnis leg. vt non mirum ſi dicatur
amicos in duobus corporibus vnam animam eſſe,Bal.in c.
Imperialē,nu.14.de prohi.feu.alie.per Frid.Abb.in c.quo-
ties,nu.5.extra de teſtib.de triplici amicitia,vide Alciat.in
l.latè,§.amicos,ff.de verb.ſign.vide omnino Luc.de Pen.in
l.1.C.de caſtren.pecul. & quæ nos latiſsimè ſcripſimus in
tract.de amicitia,vbi nōnulla etiam amicorum memorāda
exempla ex varijs auctoribus excerpta collegimus. C.P.

Digitized by Google

10 ad exequendũ, † tamen animi virtus pro ſatiſdatione habetur, & facit ipſum cenſeri idoneũ fideiuſſorẽ, vt no.ſing. in l.1.in ver.qualitatem, ff.de ripa.munien. Pau.de Caſtr. per il ſti tex.in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ, §.fin.ff.de verb. oblig.Bal.in c.decernimus, verſ.quæro iterũ, nu.8.in fi. de iud.Hip.in d.rub.de fideiuſſ.verſ.modo redeundo, nu.238. & Affl.in conſt.Reg.vt vniuerſis.nu.57. Sed nec etiã iſtud ſeruatur in pract.in hoc Regno, & niſi adſint bona, animi virtus parum prodeſt in fideiuſſionibus recipiendis, quod
11 nota. ¶ † Quæro nunquid carcerati poterunt ad inuicẽ fideiubere? Bart.in l. Romanus ff.de tut. & cura. datis ab his, dicit, ꝙ ſic, & ita ſeruari videmus, ſi tamen concurrant, quæ ſupra dicta ſunt in hoc Rit. ſupple, ꝙ ſint habiles facultatibus, habita quãtitate pœnæ cõtinendæ in fideiuſsionibus, quod nota. Salerni, die 18.Septembris.1559. Proſper Carauita.

RITVS CLXI.

ITem quælibet fideiuſſio poteſt accipi omni die, licet illo die curia nõ regatur, dummodo poſſet regi, ſi voluiſſet, licet eſſet dies feriata, & qualibet hora poteſt recipi de mane, de ſero, & quacunque hora diei, præſente, vel abſente Regẽte, & iudicibus, ſufficit enim, quod eam recipiat magiſter actorũ, & notarius, quia in actu dictæ receptionis dicitur magiſtro N. dictæ Curiæ actorum notario prædicta omnia, & ſingula ſolẽniter, & legitime ſtipulante nomine, & pro parte dictæ Curiæ. Quandoque etiam ſubactarij dictæ Curiæ prædicto modo recipiunt fideiuſſores, quamuis magiſter actorum non eſſet ibi præſens in Curia, dummodo eſſet in Curia, & dicitur nihilominus præſente dicto N.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſiones qua die, & hora, & in quo loco capi poſſint.*
2 *Fideiuſſio capta per actuarium nomine Curiæ an valeat.*
3 *Fideiuſſiones qualiter accipi poſſint diebus feriatis.*
4 *Fideiuſſiones per quos accipi poſſint.*

1 NOt. ex hoc Rit. † quod fideiuſſiones omni die, & hora diei capi poſſunt, licet illo die curia non regatur; ſi tamen regi potuiſſet, & tam præſente, quam abſente Regente, & iudicibus: ratio eſt, quia in ipſa fideiuſſione ipſe actuarius ſtipulatur nomine, & pro parte Curiæ, & ita
2 ſeruatur. Et ex † hoc Rit. ſecundum Pet.Folle.in frag.poſt pract.tit.de fideiuſſio.nu.272.ſequitur, quod ceſſat diſputatio Corne.conſ.211.vol.8.vbi quærit an valeat fideiuſſio capta per actuarium nomine Curiæ. Item ſequitur quod male dixit Affl.in cõſtit.magiſtri camerarij 13.nota.nu 14. dum dicit, ꝙ fideiuſſio capta per actuarium abſente iudice, non valet, poſtquam iſte Rit. in terminis dicit contrarium, quoad primum, bene dicit, ſed quoad ſecũdum, dum reprehendit Affl.iudicio meo, non meretur reprehenſionem, quia licet iſte Rit.permittat capi fideiuſsiones abſente iudice, tamen loquitur quando capiuntur in ipſa Curia, non autem quando per ſtratas, vel domos, (vt hodie fit) de quo Rit.iſte non tractat.ideo de eo dic, vt ſupra diximus
3 in Rit.128.in fine. Aduerte † tamen ad illud, quod in Rit. dicitur, quod fideiuſsiones capi poſſunt, licet dies ſit feriata, quia ne contrarietur præfatis, intelligi habet eo modo quo accipiuntur fideiuſsiones diebus feriatis, hoc eſt per inſtrumentum publicum facta conſignatione per clamidẽ, vt diximus ſupra in Rit.44.& dicitur in Rit. proxime ſeq. licet Petr.Folle.in frag.poſt pract.tit.de fideiuſſo. nu.267. videatur intelligere aliter hæc verba Rit. dum dicit, quod corrigitur per Ritum proxime ſequen. cogitabis tamen, quia, (vt dixi) non eſt opus, quod corrigatur, cum intelligendo modo præfato ſe conformet cum Rit. ſequen.

4 ¶ Secundo † no. ibi quandoque, quod fideiuſsiones nedum per actuarios principales capi poſſunt, verum etiam per ſubactarios eorum, licet ipſi actuarij non ſint ibi præſentes in curia, dummodo ſint in curia, ſufficit enim, quod ſint in curia, licet non ſint præſentes receptioni, & ſtipulationi fideiuſsionis, intellige tamen dummodo ex licentia ipſorum actuariorum eas capiant, & non alias, vt dicitur expreſſe in Rit.35.vbi dixi, & ita ſeruatur multoties, licet plurimam actuarij principales hoc faciãt. Aduerte tamen ad id, quod dicitur in fin.huius Rit.dum dicitur, quod licet fuerit abſens actuarius, dicitur nihilominus, quod capta fuit præſente eo, quia iſtud practicatur hoc modo, nam in ſtipulatione fideiuſsionis dicitur, me actuario ipſius curiæ nomine, & pro parte ipſius recipiente, & ſtipulante, in tãtum, quod licet eam ſcripſerit ſubactarius, apparet ſcripta æque, ac ſi eã ſcripſiſſet actuarius principalis per dicta verba. Salerni, die 20.Septemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CLXII.

a ITem ſi eſſet dies feriata, *a* ita quod curia regi illo die non poteſt, tunc ipſis fideiuſſoribus aſſignatur captiuus pro captiuo, non vt fideiuſſoribus, ſed vt recipientibus eum tãquam captiuũ, & non fit mentio, quod ſint fideiuſſores, & Regens, vel Locumtenens ſuum capit captiuum per clamidem, & aſſignat tunc aliquibus de ipſis prædictis, & promittunt ad certam prædictam pœnam præſentare primo die iuridico, quando curia ipſa regitur, & de hoc inter Regentem prædicta ſtipulantem nomine curiæ ſolemniter, & legitimè, & per illos, qui recipiunt eum pro captiuo, fit publicum inſtrumentum, & primo die iuridico veniente, ſiue regatur curia, ſiue non, obligant ſe de præſentando eum & penes acta in forma curiæ conſueta, quo facto incontinenti, Regens rumpit inſtrumentum prædictum dictis accipientibus ſe obligantibus modo prædicto.

ADDITIO.

a Feriata. Adde, quod regulariter omnes dies ſunt iuridici, præter eos quos feriatos eſſe leges voluerunt, de quibus in l.omnes dies, & in l.dies feſtos, & in toto tit. C.de ferijs. & in toto tit. ff. eod. Dies que iuridici faſti proprie appellantur, quemadmodum e contra, nefaſti, iuxta illud Ouidij lib.1.de faſtis.

Ille ne faſtus erit, per quem tria verba ſilentur,
Faſtus erit, per quem, lege licebit agi.

Lege agere eſt, quauis actione experiri, vt per Bud. in adnot.ad l.4 ff.de adopt.

Sunt autem tria verba prætoris, Do, Dico, Abdico. C.P.

SVMMARIVM.

1 *Regens, & Locumtenens Magnæ Curiæ an ſint idem, vel diuerſi.*

DVplicatur iſte Rit.ad literam ſupra in Rit.44.vbi dixi, & ad confirmationem eorum, quæ ibi dixi de conſignatione, quæ fieret abſente officiali, per actuarium curiæ ſtipulantem nomine officialis, vel curiæ. Adde, quod hodie pract. tradita per hunc Ritum de conſignatione facienda per Regentem, non ſeruatur in Magna Curia, nec in Regia Audientia Principatus citra, vbi actuarij faciunt iſtas conſignationes abſentibus Regente, & officialibus, & procedunt abſque difficultate, & contrauenientes puniuntur pœna promiſſa in inſtrumento conſignationis.

1 ¶ Nota.ex hoc † Rit.ibi Regens, vel Locumtenens, quia per hæc verba videtur dici poſſe, quod tempore iſtorum Rituum, in Magna Curia Regens ipſius tenebat Locumtenentem.

Digitized by Google

nentem,ſed id minime verum eſt,& nullibi reperitur,quia Regens,& Locumtenens ſunt idẽ,vt patet ex Rit.9. & 10. & ex nota.per Frez.in tract.de ſubfeud.lib.1.de off. magiſtri iuſti.nu.18.& ideo ſic dictus eſt, quia regit, & locum tenet magiſtri iuſtitiarij, vt proprie ipſa verborum ſignificatio demonſtrat. Confirmatur,quia Ritus iſte inferius poſtea non nominat amplius Locumtenentem,ſed ſolum Regẽtem,& Ritus 44. qui duplicatur cum iſto nullam de Locumtenente,ſed ſolum de Regente mentionem facit. Non obſtant verba iſtius Ritus,quoniam illa dictio vel, ponitur pro ideſt, vt ſcribit Alber. in ſuo dictionario, in verſ. vel aliquando, & dixi alias in prag. per excellentem,§.8. vel cõtractus,nu.44.de Senatuſconſulto Macedonian. Salerni, die 20.Septembris. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CLXIII.

ITem pro quolibet denunciato debent eſſe duo fideiuſſores,qui non ſint filij familias, nec clerici, & iurent quantum valent bona ipſorum,extractis debitis, & dotibus ipſorum, & quamuis iurent vſque ad certam ſummam, tamen quilibet tenetur inſolidum, verum quando eſſent tres denunciati,ſi eſſent quatuor diuites fideiuſſores, curia recipit eos quatuor,vel quinque arbitrio dictæ Curiæ,& ſic deinceps,& quando eſſent quatuor denunciati, ſufficerent, ſi darentur ſex, vel ſeptem diuites,& quando eſſent multi denunciati, curia recipit pro medietate fideiuſſores, quos deberet recipere ſecundum dictum ordinem, & pro alia medietate ipſi denunciati inter ſe vnus pro alio fideiubet, & vocatur vicaria fideiuſſio, quando vnus pro alio fideiubet,& hoc ſeruatur.

Item non poſſunt purgare moram fideiuſſores infra dies ſeptem, vt dictant iura communia, & capitulum Regni, quia curia ipſa non vtitur dictis iuribus,& capitulo de hoc loquentibus,licet in alijs Regni partibus obſeruẽtur dicta iura per capitulum illud, ideſt legem veterem.

Item quando requiritur principalis,& fideiuſſores, licet ſit in loco vbi curia regitur, fit litera clauſa cum ſigillo iuſtitiæ, quo ipſa curia vtitur.

Item,quod ſi condemnatus eſt fideiuſſor, quia non prẽſentauit principalem,licet ipſe fideiuſſor compareat,eodem die non purgat cõtumaciam, niſi dicto die veniat cum principali quem prę ſentet,& ita ſeruatur in curia.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſio vicaria quæ dicatur.*
2 *Fideiuſſor de præſentando aliquem, ſi non præſentet, an incidat in pœnam, & poſſit purgare moram.*
3 *Forma citandi principalem, & ſuum fideiuſſorem.*
4 *Fideiuſſor de præſẽtãdo aliquẽ qualiter liberetur,nel nõ.*

FOrma tradita per hunc Rit. quod pro tot inquiſitis, interueniant tot fideiuſſores,nõ ſeruatur hodie, nam pro vno inquiſito quandoque fideiubet vnus,duo,vel tres, prout ſunt idonei facultatibus, & quandoque pro tribus inquiſitis ſufficit vnus fideiuſſor, & ideo eſt iſtud in arbitrio curiæ, vel potius actuariorum, quorum periculo capiuntur fideiuſſiones cætera contenta in Ritu, quod fideiuſſores non ſint filijfa.nec elerici, & quod obligentur inſolidum,& quod obligent eorũ bona omnia,extractis debitis,bene ſeruantur,& ſũt in vſu,vt dixi ſupra in Rit.160.

1 ¶. Nota † ibi,& pro alia medietate,quod inquiſiti aliquãdo fideiubent inter ſe vnus pro alio & vocatur vicaria fideiuſſio. Adde, quod iſtæ vicariæ fideiuſſiones etiam hodie ſunt in vſu,quando non reperiunt inquiſiti extraneum fideiuſſorem, alias ſi poſſent habere aliquem, qui pro eis fideiuberet,non admitterentur ad vicariam fideiuſsionem, & ideo videmus, ꝙ quando ad talem vicariã admittuntur inquiſiti,facta eſt omnis diligẽtia pro habẽdo fideiuſſores, adeo ꝙ curia ipſa certa eſt, ꝙ veritas ita ſe habet, & ita ſeruatur. ¶ Secundo not.ibi item non poſſunt,quod fideiuſſores, qui promiſerunt aliquẽ præſentare in iudicio,& poſtea nõ præſentauerunt incidendo in pœnã,ſi hoc fuit in Magna Curia, nõ poſſunt purgare morã præſentando inquiſitum infra paucos dies,iuxta formã l.& ſi poſt tres,ff.ſi quis caut.& c.Regn.legẽ veterẽ,quia dicta iura non habẽt locũ in Magna Curia,licet in alijs curijs Regn.ſeruẽtur, ꝙ nota,cũ caſus euenerit extra ciuitatem Neap. in Audientijs Regijs,aut alijs curijs,quę tenentur d.l.& cap.obſeruare.
* * Et ideo ſi reus eſt liberatus ſub fideiuſſoribus de ſe præſentãdo finitis ferijs,vel alio certo tẽpore,& termino adueniẽte nõ ſe præſentauit,vel eſt habilitatus ſub cautione de nõ diſcedendo à camera,vel palatio,& poſtmodũ diſceſſit, adeo,ꝙ vtroque caſu incuſata eſt pœna contra ipsũ, & fideiuſſores,licet poſtmodũ idẽ reus ſe præſentet, vel præſentetur à fideiuſſoribus, cũ de exactione pœnæ agitur,diſtinguendũ eſt ſi ſumus in Magna Curia Vicarię,vel in alijs tribunalibus,& Curijs Regni, primo caſu omni dubio ceſſãte pœna debetur,quia per hũc Rit.diſponitur purgationem moræ permiſſæ in l.& ſi poſt tres, ff.ſi quis caut.& in c.Regni legẽ veterẽ,non habere locũ in Magna Curia, & ita ſeruatur. Secundo caſu ſecus eſt,& per deciſ.ſacr.conſ. vt per Gram.deciſ.95.ſuperſedendũ eſt vſque ad exitũ cauſæ principalis contra reum,vt ſi veniet abſoluẽdus,ipſe & fideiuſſores à pœna ſint exẽpti; ratio eſt, iudicio meo(licet Gram.non dicat)quia ſatis videretur iniquũ pœnã exigere à reo qui iuſtam cauſam tenebat:ſi vero veniet condẽnandus in cauſa principali, ad pœnã etiã tenebitur cum fideiuſſoribus,vt in deciſ.præfata. Et ſi dices, ad quid proderit cap.Regni legẽ veterẽ,quod iudicialis moræ purgationem admittit in quacunque parte iudicij? reſpondetur,ꝙ dicta purgatio moræ fundata eſt ſuper æquitate, vt dicit Iaſ.in d.l.& ſi poſt res,nu.2.per l.ſi ſeruum,§.ſequitur,ff.de verb. oblig. quæ æquitas conſiſtit, vt iniquum videatur hominẽ habere,& pœnã exigere,l.apud Celſum,§.Labeo,ff.de doli except.& l.reſcriptum,§.ſi pacto,ff.de pact.ſed quia iſta iura procedunt,& intelligũtur,vbi pœna eſt appoſita loco rei,non autem vbi loco inobedientiæ,vt dicit gl. not. in §. quia vero,in verſ.per mulctam in auth.de iud.& Angel. in d.§.Labeo, n.6.verſ.vel dic melius,& clarius,vt etiã tãgit Gram.in d.deciſ.nu.2.ſequitur,ꝙ etiam d.cap.regni debet intelligi vbi pœna eſt appoſita loco rei, non inobedientiæ, & ſic vt nõ videatur iniquũ, pœnam exigere,quæ ratione inobedientiæ fuit apppoſita, etiam ꝙ habeatur in fortijs reus,qui fuit condẽnatus in cauſa principali,& hãc opinio. videtur fuiſſe ſequutũ ſacr.conſ. in d. dec. dũ voluit expectandũ eſſe exitũ cauſæ,alias ſequeretur, ꝙ iudicis authoritas quotidie cõtẽneretur,& carcerati,vel habilitati recederẽt,aut ſe præſentarẽt ad ſui libitũ, prætextu ꝙ omni tẽpore morã purgare poſſent, ꝙ quidẽ permitti nõ debet ne iudicialis authoritas vileſcat. Aduerte tamen,ꝙ ſi reus habeatur in fortijs poſt pœnã incuſatã, quia fuit captus per familiã Curiæ,ſiue ſimus in Magna Curia,ſiue in alijs Tribunalibus, ſẽper pœna debetur, quia non poterit tractari de purgatione moræ,vbi opera fideiuſſorũ non interceſſit ad præſentandũ reum,nec ipſe reus ſponte ſe præſentauit.
3 ¶ † Tertio not.ibi item quãdo,ꝙ principalis, & fideiuſſor quãdo citantur ad præſentandũ licet ſint in loco,vbi curia reperitur,expeditur litera clauſa cũ ſigillo ſolito curię,ſed hodie nõ citatur per literã clauſam,ſed per citationẽ apertam cũ inſerta forma fideiuſſionis,vt etiam tetigi ſupra in
4 Rit.159. in primo nota. ¶ Quarto † not.ibi,itẽ,ꝙ ſi condemnatus,ꝙ quando citatur fideiuſſor ad ſe præſentãdum

non

non ſufficit ſola cōparitio fideiuſſoris, etiam ꝙ cōpareat eodē die poſtquā fuit condēnatus, ſed requiritur, ꝙ veniat cū principali, aliàs non purgatur cōtumacia, principali vero præſentato, purgatur cōtumacia, ſi fiat eodē die in Magna Curia, & in alijs poſt paucos dies poſt codēnationem, vt in 2.nota.diximus, quia alias iniquum eſſet hominē habere, & pœnā exigere, l.apud Celſū, §.Labeo ait, ff.de dol. exceptio. Salerni, die 20.Septēb.1559.Proſper Carauita.

RITVS CLXIIII.

ITem eodem ſero, ſeu die faciant condemnari fideiuſſores ſuos ſimul cū eo ad pœnam fideiuſſionis, ſine noua requiſitione fideiuſſorum. Et ſi tu dices quomodo poſſunt condemnari fideiuſſores ſine requiſitione? reſpondetur, quod hoc eſt propter formam fideiuſſionis, quæ eſt quod præſentabunt eum ſi, & quoties ipſe fuerit per curiā requiſitus, qui reus etiam tunc cum datur terminus, requiritur, ſi quis attendat formam dati termini, quæ hodie vſitatur in Regno.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatio lata contra principalem, afficit eius fideiuſſorem etiam non requiſitum.*

2 *Forma procedendi contra reum principalem, vt ſe præſentet.*

1 NOt. ex hoc Ritu, † quod eo die, quo condemnatur principalis ad pœnā fideiuſſionis, quia non ſe præſentauit, condemnantur etiam fideiuſſores ſine aliqua eorū requiſitione, & ratio eſt, quia forma fideiuſſionis continet, quod ipſum præſentabūt quoties fuerit principalis requiſitus: & nihil dicit, quod habeant requiri fideiuſſores, vel ſi diceretur eſſet alternatiue, videlicet, quando principalis, aut ipſi eſſent requiſiti, vt dictum fuit ſupra in Rit.159.in 1.not. & dicitur etiam infra in Ritu 166. ſed quia, vt dixi, formæ fideiuſsionum hodie aliter cōcipiuntur, etiam fideiuſſores ſunt requirendi, prout iu practica requirūtur, alias non eſſent in pœna, & ſic iſte Rit. propterea non ſeruatur quoad id, quod dicit de requiſitione fideiuſſorum, quoad aliud, quod eodem die condemnentur fideiuſſores, & principales bene ſeruatur, vt dixi in dicto Ritu, in 2.not.

2 Not.in fi.Rit. ibi, qui reus, † quod quando datur terminus reo principali, ſupple, ad ſe præſentandum, fit etiam ſibi requiſitio, ſi attenditur forma termini, quæ hodie practicatur in Regno, & eſt ipſa veritas, quia in eadem citatione, vbi dicitur, quod infra terminum tot dierum habeat ſe præſentare, eidem mandatur ſub pœna, quod ſe pręſentet, quia eius perſona eſt valde neceſſaria ipſi curiæ, quæ verba dicuntur ipſum requirere, & ita ſeruatur. Salerni, die 21.Septemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CLXV.

ITem quòd à bannitis, ſeu pro dictis bannitis, & quolibet ipſorum, ſi pro homicidio, & de homicidio banniti fuerint: fideiuſſionem ad pœnam vnciarum centum recipiant: ſi verò de raptu cuiuſcunque mulieris, ac etiam de priuato carcere, vel etiam quacunque falſitate, fideiuſsionem ad pœnam vnciarum quinquaginta, & alijs quibuſcūque cauſis, & negocijs criminaliter quæquę fuerint ad pœnam vnciarum auri 25. dictæ curiæ applicandam ſimiliter recipiat eoſdem, qui ſe, & bona eorum omnia mobilia, & ſtabilia ſolemniter obligent notario publico pro parte ipſius curię ſtipulanti, quod dictus bannitus, ſeu banniti extrahentes ſe a banno, ſeu bannis prædictis, ſtabunt ſuper cauſis de quibus banniti ſint, iuri in iſta curia, & præſentabunt ſe in dicta curia, & fideiuſſores ipſi præſentabunt eoſdem, ſi & quoties, quod ipſi banniti ſe præſentent, vel dicti fideiuſſores quod præſentent eoſdem, fuerint per dictam curiam requiſiti, &c. Nota, quod hęc dictio vel, eſt dictio diſiunctiua, ex qua ſufficit vt condemnentur fideiuſſores, quando eſt requiſitus principalis, abſque tamen requiſitione ipſorum fideiuſſorum, propter hanc formam fideiuſſionis, quę vſitatur per ipſam curiam, excepto quod in ciuilibus fideiuſſores non iurant, in criminalibus autem iurant fideiuſſores, & principales, in ciuilibus non iurant principales, nec fideiuſsores.

SVMMARIVM.

1 *Forma qua tenebatur in ſtipulandis fideiuſſionibus.*

2 *Principales, & fideiuſſores iurant in criminalibus, ſecus in ciuilibus.*

ISte Rit. in codice antiquo meorum Rituum eſt poſitus, poſt Ritum 135. vbi tractatur de commiſſarijs, qui deſtinantur ad exigēdum contumaces, & de poteſtate quam habent recipiendi fideiuſſores a volentibus ſe extrahere à banno, & ſecundum illam ſituationem, bene conuenit iſte Rit. poſt dictum Ritum. Et quod debeat ſtare poſt illum, patet ex principio iſtius, ibi, pro dictis bannitis, cum tamen Rit. hic præcedens de bannitis nō loquatur. ſed ſolum ille quem dixi. Ex quibus aliàs dixi, quod iſte Rit. dumtaxat quantitatem pœnæ ſtipulandæ in fideiuſſoribus inquiſitorum, factus fuit ſolummodo pro commiſſarijs, qui cum nō habeant proceſſus cauſarum, ex quibus valeant dijudicare ſub quanta ſumma ſit capienda fideiuſſio, habeāt ſummam taxatam ab hoc Ritu, & ideo quod aliter ſit dicendum in officialibus, qui viſo proceſſu, etiam minorem ſummā capere poſſunt, hoc tamen inſpecto tenore iſtius Rit. qui (vt dixi) pro commiſſarijs factus fuit: ſed quia vltra hunc Rit. extat alius ſupra 159. vbi ſimilis taxatur quantitas pœnæ fideiuſsionum, qui ad officiales ipſos, & iudices ſpectare videtur, per illum Rit. aliter dicendum eſt, & propterea quod etiā officiales ipſi non poſſint diminuere dictas ſummas ibi taxatas, & ordinatas, & ita ſeruatur vbique: quandoque tamen capiuntur fideiuſſores pro minori ſumma, quàm ibi dicitur, quia certum eſt ipſi curiæ, quòd pro quātitate ſtatuta à Rit. non poteſt inquiſitus inuenire fideiuſſores, ne ad impoſſibile homines obligentur contra iuris formam, l.impoſsibilium, ff. de reg.iur. Et poſtquam ſupra concluſimus, quòd iſte Ritus in commiſſarijs cōtumaciam loquatur, aduerte, quia hodie non habent poteſtatem capiendi fideiuſſores ab inquiſitis contumacibus de ſe præſentando in curia, niſi in delictis vbi venit imponenda pœna à relegatione inf. & ita expediuntur eis commiſsiones in Magna Curia Vic. & Regia Audientia Principatus citra.

1 ¶ † Not. primo ibi, & fideiuſſores ipſi, formam quæ tenebatur in ſtipulandis fideiuſsionibus, ſecundum quam (vt Rit. met dicit) ſi requirebantur principales tantum, & non fideiuſſores, poterant condemnari etiam fideiuſſores, vt diximus ſupra in Ritu 164. ſed quia (vt ibi dictum fuit) ſtipulationes fideiuſsionum aliter concipiuntur, fideiuſſores nunquam condemnantur ad pœnam, niſi fuerint requiſiti,

2 vt etiam dixi ſupra in Ritu 159. ¶ † Secundo not. ibi, excepto quod in criminalibus iurant fideiuſſores, & principales, & in ciuilibus nec principalis, nec fideiuſſores. idem dicitur ſupra in Ritu 159. ſed quia ibi dixi de hoc, ad ibi dicta me remitto. Salerni die 21.Septembris.1559. Proſper Carauita.

Digitized by Google

RITVS CLXVI.

a ITem quòd ſi qui *a* debitores, aut debitrices quarumcunque perſonarum, ſeu eorum fideiuſſores (ex quibus debitis publica inſtrumenta appareant, & in dictis Curijs, ſeu altera ipſarum præſentantur,) de mandato ipſarum Curiarum, ſeu alterius ipſarum citentur, vt in certo termino peremptorio eis dato, in ipſa Curia perſonaliter compareant, reſponſuri ſuper tenoribus inſtrumentorum ipſorum: ſimili modo comparere debeant perſonaliter creditores debitorũ ipſorum, reſponſuri ſuper his, quæ verſa vice de iure competunt ad releuamen debitorum eorundem, ipſiſque partibus in iudicio comparentibus, interrogentur principales debitores, ſeu eorum fideiuſſores ſuper tenoribus inſtrumentorum, quæ præſentabuntur in ipſis Curijs, ſeu altera ipſarum per creditores eorundem, (præſtito prius per eos de veritate dicenda corporali ad Sancta Dei Euangelia, iuramento) & facta reſponſione per ipſos principales debitores, ſeu eorum fideiuſſores, per quam confiteantur, quod inſtrumenta ipſa, & contenta in eis vera ſint, quantumcunque aſſerant ſe ſatisfeciſſe dictis eorum creditoribus de debitis contentis in inſtrumentis iam dictis, niſi in promptu, & in ipſo inſtanti doceant de ſatisfactione ipſa, ſi in inſtrumentis contineantur pœnæ pecuniariæ, vel iuramenta, vel alterum eorundem; ſtatim incarcerantur, & datur ipſis debitoribus, ſeu eorum fideiuſſoribus terminus ad probandum ſolutionem prædictam, & ſimiliter detur terminus dictis creditoribus ad probandum, ſi qua eis competunt ad præmiſſa, & interim donec probent legitimè ſolutionem prædictam, debeant in vinculis cauſam dicere, quam ſolutionem ſi infra dictum terminum non probauerint, teneãtur ad pœnas pecuniarias, & iuramentorum cõtentas in inſtrumentis iam dictis; & nihilominus ſatisfacere debeant eorum creditoribus de debitis memoratis, & ſi forte dicti principales, ſeu eorum fideiuſſores, aſſerant dicta inſtrumenta fortè falſo modo confecta, vel aliter voluerint dicere, & allegare, quod inſtrumenta ipſa non valeant, detur etiam eis terminus ad probandum falſitatem prædictam, qui ſi falſitatem ipſam, vel defectus alios huiuſmodi, infra ipſum terminum non probauerint, teneantur propterea ad pœnã debitam, præter dictas pœnas in dictis inſtrumẽtis contentas, prout hactenus in Curijs ipſis, & qualibet ipſarum extitit laudabiliter obſeruatũ. Et ſi debitores incontinenti, vel in vinculis exiſtentes, probauerint ſolutionem, falſitatem, vel defectus prædictos, tũc & eo caſu creditores ipſi puniuntur pro qualibet vncia in vno auguſtali, quæ pœna pro medietate applicetur fiſco, & reliqua medietas parti læſæ perſoluatur, & eo facto debitores ipſi de facto liberentur.

ADDITIO.

a Item ꝙ ſi qui. Adde ad materiam liquidationis inſtrumentorum, ꝙ ſcripturæ pro impedienda liquidatione inſtrumenti, debent præſentari in ipſa Magna Curia, vbi ſi non fuerint præſentatæ, non debent recipi in aula Sacri Conſilij, in relatione facienda, vt ex pragm. edita per Comitem Mirandæ anno 1587. Et ꝙ non expediantur citationes ſuper tenore inſtrumenti, niſi inſtrumento præſentato, & viſo per vnum ex iudicibus, ſi eſt liquidum. Quod in præſentatione adnotetur dies, nec reſtituatur, niſi ex ordine, & notata die. Quod detur notitia fiſco de inſtrumentis præſentatis, quòd liquidatio fiat Curia ſedente, & ſi eſt neceſſaria diſcuſſio die ſequenti. Et ꝙ per Sacrum Conſilium non admittatur appellatio, niſi comparente citato perſonaliter, & præſtita cautione de parendo mandatis Sacri Conſilij, vide in pragm. Magnæ Curiæ Vicariȩ, in reformatione facta per Ducem de Alcala, ſub tit. de præſentationibus inſtrumentorum. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres pro ciuili debito, carcerari an poſſint.*
2 *Priuilegium ſpecialiter conceſſum, à ſtatuto ſublatum non intelligitur.*
3 *Vna determinatio plura reſpiciens determinabilia, debet omnia pariformiter determinare.*
4 *Practica, quæ Neapoli ſeruatur pro carceratione mulierum, in cauſa tamen ciuili.*
5 *Inſtrumenta guarentigiata quare ita appellantur, & vbi.*
6 *Inſtrumenta publica, quæ. Et quot modis dicantur.*
7 *Exequutio publicis inſtrumentis data, guarentigiatis, vel confeſſionatis etiam intelligitur.*
8 *Notarij Apoſtolici inſtrumenta circa temporalia facere non poſſunt in Regno. Et quomodo bene ipſa contrahere poterunt, ibidem.*
9 *Inſtrumentum liquidandum in Magna Curia Vicaria ſubſcriptum per illiteratos, facto ab eis ſigno crucis, in partibus vbi adſunt literati, non valebit.*
10 *Inſtrumenta guarentigiata exequutionem paratam habere in Regno. Intelligendum eſt partis citatione præcedente.*
11 *Citatus ſuper tenore inſtrumenti liquidandi, perſonaliter comparere debet.*
12 *Minor contrahens, de perſona non tenetur.*
13 *Inſtrumentum ſi cum tutoris authoritate ſtipulatur, allegari minor ætas non poterit.*
14 *Minor doli capax an carcerari poſſit?*
15 *Caſus in quibus citatus etiam perſonaliter non comparendo, non condemnabitur, & num. 16. 17. 18. 19. 20. & 21.*
22 *Creditor quando aliquem citari feciſſet, & infirmaretur, quomodo circa liquidationem procederetur.*
23 *Practica circa liquidationem faciendam à carcerato.*
24 *Practica ſuper liquidatione à minore facienda.*
25 *Pœna quæ ſoluatur pro contumacia liquidati inſtrumenti hodie.*
26 *Debitor debiti priuati, an & in quibus caſibus incarcerari poſſit.*
27 *Carceratus dicitur, qui non poteſt ire quo vult.*
28 *Palatium, & Ciuitas, loco carceris aliquando dantur cũ fideiuſſoribus.*
29 *Eſſe in vinculis, quando & quomodo dicatur.*
30 *Doctores carcerari an poſſint?*
31 *Inſtrumenta ex iuris communis diſpoſitione exequutionem paratam non habent.*
32 *Nullum probationis genus exequutionẽ paratã habet.*

33 *Preceptum iudicis factum in confeſſum, habet exequutionem paratam. Et æquiparatur precepto facto à notario ſponte ſe obliganti cum iuramento.*

34 *Clerici creditores, an in liquidatione inſtrumenti comparere in Curia debeant.*

35 *Vtens iure aliquo, eo cum ſuis adminiculis vti debet.*

36 *Clericus ſuccumbens coram iudice laico, in expenſis condemnatur ab eodem iudice.*

37 *Statutum ſpecialiter contra Eccleſiam non loquens, & honeſtum, clericos an comprehendat, & infra num. 44.*

38 *Leges imperiales canonicis ſanctionibus non obuiãtes, in foro canonico etiam obſeruanda.*

39 *Baldus quantum potuit, doctrina Bartoli detraxit.*

40 *Omnia noſtra facimus, quibus noſtra impartitur authoritas.*

41 *Citatus ſuper tenore inſtrumenti cui renunciatum fuerat cum iuramento exceptioni non numeratæ pecuniæ ſi comparens, infra biennium pecuniam in inſtrumento promiſſam dicat non numeratam, num audiendus, & in vinculis cauſam dicat.*

42 *Exceptioni non numeratæ pecuniæ propter debitorum quærentium pecuniam, fragilitatem, non renunciandum.*

43 *Quis contra proprium iuramentum venire non poteſt.*

44 *Renunciatio de iure ciuili, vel canonico, an renuncianti etiam cum iuramento obſtat, cum rationibus.*

45 *Iuramentum ad tollendam exceptionem, aliquid operari non debet.*

46 *Confeſſio de recepto tacitam conditionem; ſi numeratio ſequetur, habet.*

47 *Exceptio non numeratæ pecuniæ infra biennium oppoſita, probata eo ipſo dicitur.*

48 *Data res negatione, verus actus numerationis non probatur.*

49 *Inſtrumentum probationem requirens, illiquidum efficitur.*

50 *Exceptio rei non traditæ, vel pretij non ſoluti in promptu probata, carcerationem impedit.*

51 *Notarius, ſi præſentialiter pecuniam numeratam teſtatur, exceptio talis locum non habet.*

52 *Citatus ſuper tenore inſtrumenti, ſi comparens petat in integrum reſtitutionem, ex cauſa aliqua, nunquid carceratio impedietur.*

53 *Carceratio grauamen irretractabile dicitur.*

54 *Debitor citatus in vltimo peremptorio comparens, dicit ſoluere non poſſe, quia non habet, offerens bona ſua creditori, vt vendat, & ſibi ſatisfaciat, nunquid carcerem euitabit.*

55 *Qui pecuniam non habet, habet tamen ceſſionis beneficium.*

56 *In obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe.*

57 *Quænam exceptiones in promptu oppoſita, & probata impediunt inſtrumenti liquidationem, ac debitoris carcerationem.*

58 *Exceptio ſimulationis, ac nullitatis in promptu probata, carcerationem impedit, & nu. 59.*

60 *Exceptiones carcerationem impedientes, quomodo in promptu probari poſſunt.*

61 *Inſtrumentum cõfectum extra Regnum, liquidandum iuxta formam Ritus noſtri 166. nunquid exequutioni demandabitur.*

62 *Locus iudicij attenditur in reſpicientibus litis ordinationem, & nu. ſeq.*

63 *Debitor ſi contra inſtrumẽtum extra Regnum factum, aliquam opponat exceptionem, quæ probari non poſſit in promptu, nunquid ſit carcerandus, & in vinculis audiendus, vel extra?*

64 *Inſtrumentum factum intra Regnum, nunquid extra Regnum, vbi Ritus iſte nec ſimile ſtatutum viget exequutioni demandabitur?*

65 *Iudex ſuam, non alterius iuriſdictionem ſequi debet.*

66 *Debitor meus, contra quem liquidaui, habet aliqua debitorum nomina, virtute talis liquidati inſtrumenti, an exequi contra ea poſſim?*

67 *Quod fallit in quatuor caſibus, in nu. 68. 69. & 70.*

71 *Debitores debitoris mei, contra quos feci exequi fatentur debitum, opponentes tamen, vel me non creditorem, vel mihi ſolutum, admittendi an ſint?*

72 *Quilibet pro ſuo intereſſe exceptiones omnes opponere poteſt.*

73 *Citatus ſuper tenore inſtrumenti, comparens, allegat iudicis incompetentiam, petitque ſe ad competentem iudicem remitti, nunquid audiatur ſuperſeſſa liquidatione, & carceratione.*

74 *Statuto remouente omnes exceptiones, exceptio iuriſdictionis incompetentiæ remota non cenſetur.*

75 *Quilibet in eius præiudicium fauori, ac beneficio ſuo renunciabit. Vaſſallus autem non in Domini præiudiciũ, ibidem.*

76 *Debitor citatus comparet, dicens, ſe filiumfamil. nunquid propterea carcerabitur? Inſtrumenta guarentigiata contra filiumfam. exequutionem non habent, ibidem.*

77 *Allegans patriam poteſtatem, probare debet.*

78 *Inſtrumenta guarentigiata ad hoc, vt habeant exequutionem, quæ requirantur.*

79 *Executio vigore inſtrumenti guarentigiati confecti cum patre & filio, an locum habeat contra filium allegantem ſolutionem a patria poteſtate mortuo patre.*

80 *Citationis petitio vigore inſtrumenti, qualiter impediri poſſit.*

ISte Rit. propter eius materiam practicabilem quotidie verſatur in Tribunalibus, & licet ſuper eo multa dici poſſint, quæ potius curioſitatem, quam vtilitatem concernunt: nihilominus ego ſuccincte procedam, ea tantummodo ponendo, quæ in pract. neceſſaria videbuntur.

1 ¶ † Not. igitur primo, ibi, aut debitrices, q̃ iſte Rit. de præſentationibus inſtrumentorum habet etiam locũ contra mulieres, adeo quod ipſius vigore, carcerari poterunt, ex quo ſequitur ſecundum Maran. in pract. par. 6. actu 8. nu. 20. in nou. quod licet de iure communi, mulieres pro debito carterari nõ poſſint, per auth. ſed nouo iure, C. de cuſto. reo. & auth. ſed hodie, C de offic. diuerſ. iud. vt etiã no. Alex. & Iaſ. in l. plerique, ff. de in ius voc. & Boer. in conſuet. Bitur. tit. 1. §. 4 glo. 3. fol. 5. hodie in Regno per hunc Rit. dicta diſpoſitio eſt correcta, & pro inſtrumento ad formam præſentis Rit. liquidato, carcerari poſſunt, & quamuis Modern. Grauine. in hoc Rit. par. 1. declarat. 18. nu. 82. aliter in hoc paſſu concludant, dicentes, quod licet mulieres includantur, tamen intelligitur quoad reliqua,
2 citra earum carcerationem, tum quia priuilegium † ſpecialiter cõceſſum, non intelligitur à ſtatuto ſublatum per l. decurionibus, C. de ſilentia. cum etiam per not. per Bald. (qui præſuppoſito præſenti Rit. loquitur) in l. in multis, ff. de adopt. voluit allegare ff. de ſtat. homin. nihilominus
3 videtur intrepidè concludendum contrarium, † quia vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare, vulg. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. Nõ obſtat tex. in d. l. decurionibus, cum ſimil. quoniam procedit in dubio, non autem quando certum eſt, prout in hoc Ritu, in quo etiam mulieres exprimuntur. Nec etiam obſtat doctri. Bal. quia is etiam loquitur quando

Digitized by Google

do ſtatutum generaliter diceret, quod nullus admittatur contra inſtrumentum, cum tamen in hoc noſtro Ritu, (forte ad tollendum illud dubium) nominatim mulieres
4 exprimantur, † & ita ſeruatur in pract. & ſeruari videmus in Magna Curia. Verum tamen eſt, quod ſi eſt mulier honeſta, & Neapolitana, non tenetur comparere in Tribunali, ſed in Eccleſia propiuquiori, & tunc Curia cum ſedet, mandat, quod accedat actuarius, & ea ibidem reperta, iniungit, quod non recedat, & poſtmodum recta Curia, iudex accedit ad Eccleſiam præfatam, & ibidem fit liquidatio, qua facta, ſiue neget, ſiue affirmet, datur ſibi domus propria loco carceris, donec aliter fuerit prouiſum, & poſtmodum alia domus, vel monaſterium Monialium cum fideiuſſoribus, vel ponitur in carceribus mulierum,
5 ſecundum qualitatem perſonæ, * vt plurimum tamē ſeruatur, ꝙ facta liquidatione, fit mandatum mulieri, vt eligat ſibi domum, vbi intendit ſtare carcerata, donec ſatiſfecerit de debito, & ea non eligente, electio fit per Curiam, & ſub pœna mandatur ipſi mulieri, ꝙ accedat ad locum electum, qui ſibi pro carcere aſſignatur. Si vero eſt mulier Neapol. inhoneſta, aut extera, tenetur cōparere in ipſo Tribunali, vbi fiet liquidatio, & poſtmodū carceratur, & locus carceris ad arbitriū iudicis deputatur, vt latè & pulchrè tradit Gram. deciſ. 33. nu. 11. vſq; ad finem, & Pir. in conſuet. Aurelia. de exequu. inſtru. c. 19. fol. 161.

¶ Secundo not. ibi, inſtrumenta publica, quod Rit. noſter, qui dat executionem paratam inſtrumentis, procedit
6 in publicis, † quæ in Tuſcia appellantur guarentigiata, propter præceptum de ſoluendo, quod facit in eis notarius authoritate ſui priuilegij, ſecundum Bar. in l. fi. nu. 8. C. vbi, & apud quem, vel authoritate ſtatutorum, ſecundum eundem Bar. in l. à diuo Pio, §. ſententiam, in fi. verſ. ff. de re iud. & Peruſij appellantur confeſſionata, vt dicit Bar. in l. 1. in prin. nu. 3. C. de confeſſ. Bal. in l. etiam, verſ. & not. nu. 4. C. de exec. rei iud. & Boer. in conſuet. Bituri.
6 tit. des coſtumes, §. 17. glo. 1. fol. 31. † Dicuntur tamen inſtrumenta publica, quoad hunc Rit. omnia ea, quæ ſolemniter, & ritè ordinata ſunt authenticæ, ſeu publicæ perſonæ manu, publicè cauſa memoriæ facta, vt inquit Spec. de inſtrum. editio. in princ. & in §. nunc dicendum, in princ. in publicam tamen formam redacta, ſecundum eum per tex. in c. illud, extra de præſump. c. 2. & c. inter dilectos, §. rurſus, de fid. inſtru. concurrentibus his, quæ latè ponit Affl. in conſt. Regn. Baiulos, & omnes, verſ. quæro pro declaratione, nu. 19. cum ſeq. & in conſt. inſtrumentorum robur, 1. 3. & 4. not. ideo autem dixi quoad hunc Rit. quia extra hunc Rit. inſtrumenta publica alijs quinque modis dicuntur, vt no. Spec. in d. §. nunc dicendū, & Pirr. in conſuet. Aurelia. tit. de executio. c. 18. Et ideo aduertendū, ſecundum Lup. in rub. c. per veſtras, 11. fol. verſ. ex quo infertur, de don. Rod. Suar. in l. poſt rem, in princ. nu. 5. & 19. ff. de re iud. & Did. Couar. in lib. 2. var. reſol. c.
7 11. nu. 3. verſ. illud ſane, † ꝙ quādo executio datur inſtrumentis publicis, intelligitur de guarentigiatis, vel confeſſionatis, quæ idem important, prout hodie ſunt omnia inſtrumenta, quæ fiunt, ſecundum eund. Did. ibidem poſt Bar. in l. cum vnus, in fi. princ. ff. de bon. autho. iud. poſſid. & Pirr. in d. conſue. de execu. inſtr. c. 1. & prout ſunt omnia inſtrumenta, quæ fiunt in hoc Regno, non autem de inſtrumentis publicis, alijs quinq; modis captis per Spec. in d. §. nunc dicendum, niſi à ſtatuto hoc ſpecialiter caueretur, vt ipſe idem Did. dicit cautum Madritia. cōſt. etiam in ſcripturis priuatis, ſeu chirographis. Item de illis, quæ fiunt à notarijs laicis, non autem ſpiritualibus, ſecundum eund. Pirr. in d. c. 1. & c. 18. quia vt inquit Bar. in d. §. ſententiam, in fi. verſ. & Pau. de Caſt. conſ. 63. in nouis à ſtatutis ſecularibus notarij habetur poteſtatem faciēdi præceptum de ſoluendo debitori volēti, & ſponte ſe obliganti, ac conſentienti, non autem à ſpiritualibus. † item, quia
8 iſti notarij Apoſtolici non poſſunt facere inſtrumēta circa temporalia in hoc Regno, vt dicit Iſern. in cōſt. Regn. inſtrumentorum, & Affl. poſt eum q. 11. num. 12. vbi dicit fuiſſe pluries in pleno conſi. deciſum contra opin. Luc. de Penn. in l. fi. q. 4. C. de loca. præd. ciui. lib. 10. & ſi facerent ea, nulla fides adhiberetur, niſi cum iudice Regio, & teſtibus contraherent, vt inquit Affl. ibi, in fi. verſ. & deciſ. 145. nu. 2. verſ. ad primum dubium, & pulchrè Pet. Rebuff. in
9 conſt. Fran. de lite. oblig. tit. 2. glo. 1. nu. 37. vol. 1. † Vnum tamen aduerte circa materiam inſtrumentorum publicorum, de quibus diximus, ꝙ cum teſtes ſubſcribendi ipſis inſtrumentis debeant eſſe literati (ſupra libram auri) tres, & infra libram, duo, vt dicitur in d. conſt. inſtrumentorū, ſi inſtrumentum, quod præſentatur liquidandum in Magna Curia, eſſet ſubſcriptum per teſtes illiteratos, facto per eos ſigno crucis in partibus, in quibus adſunt alij literati, non valeret, nec præſentari poſſet, vt dicit ibi Affl. in 4. not. ſeruatur tamen in pract. hoc modo, quia aut hoc eſt certum, quod ibi adſunt alij literati, & tunc non liquidatur, aut certum quod non adſunt, & tunc liquidatur, aut eſt dubium, & tunc ſuperſedetur in liquidatione, donec auditis partibus aliter prouidebitur.

10 ¶ † Tertio not. ibi citentur, quod licet inſtrumēta publica in hoc Regno habeant executionem paratam, tamē illud intelligitur præcedente citatione partis, quod etiam in terminis inſtrumenti guarentigiati, firmant Bal & Sal. in l. ab exequutore, ille, col. 2. ver. ſed quid dices, nu. 6. & iſte, col. 4. verſ. circa iſtius partis expeditionem, C. quorū appell. non recipi. * & Maria. Soc. in tract. cit. art. 7. verſ. 18. procedit, nu. 21. ratio eſt, quia nulla ſentētia præceſſit, vnde ex quo nunquam fuit cognitum de cauſa, neceſſe eſt citationem interuenire per §. fi. inſt. de pœn. teme. litiga. in Hiſpania vero, vt teſtatur Rod. Suar. in l. poſt rem, limita. 12. fol. 624. ff. de re iud. nulla requiritur citatio. a Sed iudex viſo inſtrumento, dat præceptum alguzerio de exequendo, verum ſi infra decem dies probabitur aliqua exceptio aduerſus exequutionem, retractatur, ſin autem nō, proceditur ad venditionem.

11 ¶ † Quarto not. ibi perſonaliter, quod citatus ſuper tenore inſtrumenti, iuxta formā præſentis Rit. liquidandi, debet perſonaliter cōparere, & ideo ſupra in Rit. 109. dictū fuit, quod in cauſis inſtrumentorū etiā ad media, procurator non admittitur, quod bene ſeruatur quotidie in pract. Aduerte tñ, quod aut cōparet Curia ſedente, aut de ſero recta Curia: primo caſu, ſi præſentat ſupplicationē Sacri Conſ. quæ dicit, quod Magna Curia prouideat, aut referat, Curia ipſa poteſt, ſi vult, procedere ad liquidationem, vel ad relationē; & in liquidatione ſuperſedere. Si vero dicit ſimpliciter, quod fiat verbū: ſimiliter ſuperſedetur, præſtita cautione per debitorē de perſonaliter cōparendo tēpore relationis, & parendo mandatis Sac. Conſilij, vt patet etiā ex nouiſs. prag. nuper editis per Illuſtriſs. D. Ducem de Alcala huius Regni Viceregem in reformationibus Magnæ Curiæ prag. 9. §. item vogliamo, lo 2. de offic. Magiſt. iuſt. hæ tamen ſupplicationes, vel aliæ ſcripturæ præſentandæ per eum, non recipiuntur, niſi Curia ſedente, & ſi non præſentantur eadē die, qua expeditæ fuerunt, vel ſequenti, de eis poſtmodum nulla ratio habetur, ſed proceditur ad liquidationē. Secūdo caſu tenetur poſtmodum comparere ſequenti Curia, & inſiſtere, & inſtante actore, fit liquidatio, actore vero non cōparente, licentiatur, vt dicam infra in Rit. 204. 2. not. Amplia iſtud not. etiam allegata minori ætate citati, quia condemnatur, verum

ADDITIO.

a Non requiritur citatio. Adde ꝙ idē ſeruatur in Regno Siciliæ, & in Inſula Lipara, in cuius Curia ſeruatur ſtylus Regni Siciliæ. Nam præſentato in Curia per creditorem inſtrumento liquido, abſq; vlla partis citatione, prouidetur his verbis; Die, &c. cauſata fuit, & eſt executio vigore præſentis inſtrumenti contra, &c. pro vncijs, &c. & prouiſum, ꝙ exequatur realiter, & perſonaliter ad electionē creditoris, etiam pro expenſis, ad rationem tarenorū, &c. pro ſingulis vncijs. C. P.

Digitized by Google

rum dicitur,quod ipſo perſonaliter comparente,& viſa
12 ſua perſona,prouidebitur, † quia reperto, quod eſt mi-
nor,qui cõtraxit,nõ detinetur de perſona, vt ſcribit Ang.
in l.nemo carcerem,C.de exacto.tribu. lib. 10. & pulchrè
comprobat Rom.conſ.210. quẽ vide omnino Barba.cõſi.
6.col.1.vol.4 & Rocc.de Curt.in repet. c.fi.q.14.in fi.de
13 conſuet. † Intellige tñ illud procedere, qñ talis minor
contraxiſſet ſine authoritate tutoris,vel curatoris,aliàs ſi
cum præfatorũ authoritate ſtipulatum eſſet inſtrumentũ,
allegatio minoris ætatis nõ prodeſſet, quoniã in hoc Rit.
includeretur,vt ſcribit Barz.in tract.de inſtrum.guarẽtig.
par.1.q.3.& Grauine.hic 2.par.declara.16. & eo caſu ve-
14 dicaret ſibi locum opin.Bar.in tract.de carcere,q.4.† vo-
lentis minorem doli capacem poſſe carcerari, quam etiã
ſequutus eſt Iaſ. in l.neque impuberes, nu.2. ff. de in ius
voc.& nouiſſimè Rolan.à Vall.in ſuis quæſt. editis ſuper
ſtatuto de lucro dotis,q.44. quod nota pro concordia in-
ter Bart.& Roma.Item Amplia,etiam ſi eſſent mille cita-
ti ſuper tenore inſtrumenti, quoniam adhuc tenerentur
omnes perſonaliter venire,& ita practicatur. Nec obſt.c.
Reg.ſtudio, per quod citati vltra decem poſſunt conſti-
tuere procuratorem, & non tenentur perſonaliter com-
parere, quoniam d.c. limitatur in cauſis inſtrumentorum
* per hunc Rit. generaliter loquentem, * quia cum opor-
teat fieri liquidationem de facie ad faciem,neceſſe eſt per-
ſonaliter comparere,& non per procuratorẽ. Cautela tñ
erit ad euitandum diſcuſſiones,ꝙ hoc caſu citentur in plu
ribus citationibus,ita ꝙ quælibet citatio non excedat no-
15 uem homines,& ita video ſeruari. † Sunt tamen multi ca
ſus, in quibus licet perſonaliter citatus non compareat,
non condemnatur.Primus caſus eſt,quando allegatur ab-
ſentia,infirmitas,aut carceratio citati, tum quia tales ex-
ceptiones admittuntur etiam in cauſa capitali, vt dicitur
infra in Rit.269.cum etiam,quia per alium Rit.infr.266.
in ciuilibus, & criminalibus ordinatur admitti, vt patet
ex eo.Verum tamen eſt,ꝙ ſi actor, aut fiſcus, vellet con-
uincere citatum, ꝙ fuit viſus in loco tempore citationis,
aut ꝙ bene ſe habebat, vel quod fuit viſus excarceratus,
datur dilatio competens citato,& vnico decreto dicitur,
verum ſi fuerit conuictus de contrario non gaudeat; ſed
* ſit, & remaneat ex nunc condemnatus. * Scias tñ, quod
vbi pro parte citati ſuper tenore inſtrumenti, vel de per-
iurio allegatur abſentia,vel infirmitas non condemnatur,
ſed datur competens dilatio ad comparendum, qua finita
ſi non comparet, iterum vocatur Curia pro tribunali ſe-
dente abſq, noua requiſitione,& condemnatur,& poſtea
alia practica dandi dilationẽ abſenti, vel infirmo,& dicẽ-
di, ꝙ ea elapſa remaneat condemnatus, ſeruatur in cita-
tionibus criminalibus, per quas quis citatur ad informan
dum Curiam ſuper tali delicto,vt dicam infra in Rit.266.
16 in prin. † Secundus caſus eſt, qñ allegatur nullitas cita-
tionis ex defectu peremptorij, quod debet continere cita
tio,vt in hoc Rit.dicitur,vel relationis,aut quod fuit inti-
mata die Dominico,aut alio feſto ſolemni, quod celebra-
tur à populo,aut clero, vel ꝙ relatio eſt ſine teſtibus, aut
deeſt nomen nuncij citantis,& referẽtis, vel ꝙ contuma-
cia nõ eſt accuſata ſuo die, ſeu die feſtiuo, aut die vigiliæ,
aut quatuor tẽporum, vel ꝙ citatio eſt circunducta à die
accuſatæ primæ contumaciæ; iſto enim caſu quo aliqua
ex dictis nullitatibus allegatur ex parte citati, inſpicitur
citatio;& apparente ſtatim aliqua ex eis, non proceditur
17 contra eum. † Tertius caſus eſt,quotieſcunq; dicitur in-
ſtrumentum non liquidum,nã lecto inſtrumento,& con-
ſtito de illiquiditate,nõ proceditur, ex quo iſte Rit.in in-
ſtrumentis liquidis intelligitur, vt dicitur in Rit. ſeq. vbi
18 dicã latius. † Quartus caſus eſt,qñ allegatur inſtrumentũ
non eſſe ſubſcriptũ teſtib.requiſitis, d.cõſtit.inſtrumẽtorũ
robur,quia hoc lecto,& reperto ſimiliter nõ proceditur.
19 † Quintus caſus eſt,quotieſcunq; allegatur, ꝙ inſtrũm nõ
fuit ſtipulatum de facie ad faciem, puta,quia debitor,qui
ſe obligauit, ſtipulatus fuit ꝓcuratorio nomine alterius,
vt ſcribit Affl.decis.64.quidã,vel quia ille,cui fuit facta
promiſſio de ſoluendo, ſtipulatus fuit procuratorio noīe
alterius. Viſo.n.inſtrũo,& altero ex præfatis reperto,inſtru
mentũ nõ recipitur,ſeruatur tñ in pract. hoc vltimo caſu
ad euitãdũ iſtã oppoſitionẽ,ꝙ cõpareat,ipſe,& principa-
lis, qm̃ tũc ipſi duo faciẽt vnã perſonã,& inſtrũm poterit
præſentari. Itẽ,ꝙ ſi ille,qui ſtipulatus fuit ſolutionẽ fieri
ſibi vti ꝓcuratori,ſtipulatus ẽt fuit proprio,& principali
noīe,ſimiliter recipitur inſtrumẽtũ, & fit liquidatio debi-
20 tore cõparẽte,vel cõdemnatur,ſi nõ cõparet.† Sextus ca-
ſus eſt, qñ eſſet vẽditio alicuius feudi ſine aſſenſu Regio:
nã tũc ſi de aſſenſu ipſo nõ conſtat, ẽt ꝙ debitor ipſe non
cõpareat,ſed alius pro eo,nõ cõdẽnatur, licet ſecus ſi ap-
21 pareat de aſſenſu. † Septimus caſus eſt, qñ allegaretur, ꝙ
inſtrumentũ excedit 20.annos à die natiuitatis obligatio-
nis,iuxta diſpoſitionẽ Rit.ſeq. ¶Quinto not.ibi perſona-
liter creditores,quod nedũ debitores citati tenentur per-
ſonaliter venire; verũ ẽt & ipſi creditores, alias eis non
cõparentibus,ſi reus in termino cõparet cum copia cita-
tionis ſibi intimatæ, vel in eius defectu,cũ aliqua petitio-
ne,& facit perquiſitionẽ in actis; adeo ꝙ non reperitur
citatio actoris,accuſat ſibi contumaciã,deinde elapſo tri-
duo,vocatur Curia ſedente,& eo inſtante, condemnatur
ad ſextã partẽ mobilium, & expenſas, vt docet Rit.infra
218.& ipſe licentiatur,& quandoq; actore vocato,proui-
detur,ꝙ reus licentietur,& de expenſis habeatur ea ratio,
quę de iure habẽda erit,& ita ſeruatur in pract.quod not.
22 † Amplia primo iſtud nota.etiã ſi creditor eſſet infirmus,
quia infirmitas ipſa circa hoc in aliquo ſibi non prodeſſet,
quia vt faciat liquidationẽ cũ debitore cõparente, vel vt
faciat eum non cõparentẽ condemnare, eſt neceſſe, ꝙ ita
infirmus in aliqua ſedia,vel alio cõmodiori modo aſpor-
tetur in palatio,& corã ipſa Curia ſedente, in tm̃, ꝙ ſibi
nõ ſufficeret, ꝙ equitando veniſſet in ſupportico Magnæ
Curiæ, niſi etiã aſcenderet ſurſum ipſum palatiũ, vt dixi,
ꝙ ſi propter infirmitatem nullo modo ad Curiam poſſet
venire,non mittitur ad eum actuarius, vt liquidationẽ re-
cipiat,vt dicit Pet.Foller.poſt Maran.in pract.par.6.actu
8.nu.6.vbi dicit ita quotidie practicari, ſed ſuperſedetur
in liquidatione, vel condemnatione, donec conualuerit,
& ſi citatio,vel accuſatio contumaciæ eſſet antiqua,adeo
ꝙ dubiũ ẽſſet,ne expiraret inſtante parte, prouidetur per
iudicem vnica prouiſione,ꝙ ſuperſedeatur,donec conua-
luerit,& ꝙ interim non ſpiret, & eo poſtmodum conua-
leſcente, & ad Curiam veniente poteſt vocari debitor, &
ſi non cõparet, condemnari abſq; alia requiſitione prius
facienda, niſi comparuiſſet tempore vltimi peremptorij,
quando fuit ſuperſeſſum vſq; ad conualeſcentiam, quo-
niam tunc priuſquam vocetur, eſſet neceſſaria requiſitio,
cum ſcire non potuerit, quando debitor conualeſcendo
voluerit procedere,& comparere in Curia, & ita practi-
23 catur, quod not. † Secundo amplia etiam in creditore
carcerato inter carceres ipſius Curiæ,& ideo practicatur,
ꝙ tẽpore liquidationis iudex Curia ſedente, ordinat, ꝙ
carceratus veniat coram ipſa Curia ſedente, qui carcera-
tus facta poſtmodũ liquidatione, reuertitur ad carceres,
vt vidi pluries in Magna Curia,nec mittitur actuarius ad
eum,vt Petr.Foller.in proxime cita.loco, etiam in carce-
24 rato dicebat. † Tertio amplia procedere, etiam ſi credi-
tor eſſet minor,diſtinguitur tamẽ hoc modo, quia aut eſt
maior ſeptennio,& tunc debet venire vna cum tutore,ad
cuius inſtantiã conſtito de præambulo,& ſolemnibus ex-
pedita fuit citatio: aut eſt minor ſeptennio, ita ꝙ eſt in-
fans,& tunc ſi in ipſa citatione fuit facta mentio,qualiter
pupillus eſt infans,& debitor non inſtat, ꝙ veniat pupil-
lus,recipitur inſtrumentum tutore ſolum cõparente,ſi ve
ro inſtat,ꝙ veniat ẽt pupillus, tunc quantumcunq; ſit in-
fans,debet aſportari in Curia,etiã ſi opus eſſet portari in
brachijs,& ita practicatur.Limita præfata,qñ creditor eſ-
ſet mulier honeſta Neapolitana,quoniam tũc ratione ho-
neſtatis,non tenetur venire ad Curiam, ſed ad Eccleſiam
propinquiorẽ,ad quam poſtmodum accedit iudex, & ibi-
dem fit liquidatio, non autem accedit actuarius, vt dicit
Petr.

Digitized by Google

Petr. Foller. in loco prææ̃lleg. nu.5. Exteræ vero mulieres
tenentur in Tribunali comparere, & ibidem inſtrumentũ
liquidare, quemadmodum quando citantur ſuper tenore
inſtrumenti, vt diximus ſupra circa prin.

¶ Sexto not. ibi, ipſiſq; partibus comparentibus, ꝙ li-
quidatio inſtrumẽti iuxta formam iſtius Rit. videlicet, da-
to prius iuramẽto creditori de veritate dicenda, pro quã-
ta ſumma liquidat inſtrumentum, & habita reſponſione
per debitorem, tunc fieri debet, & fieri dicitur, qñ credi-
tor, & debitor ſunt præſentes. Et ideo ſi debitor eſt con-
tumax, & in vltimo peremptorio termino, non cõparet,
non eſt opus ſeruare formam præſentis Rit. & facere li-
quidationem, habito iuramento à creditore, pro quanta
ſumma præſentat inſtrumentum, ſed ſolum tanquam con
tumax condemnatur pro ſumma debiti declarati in cita-
tione, iuxta formã alterius Rit. infra 183. item quod vbi,
quod bene nota, quod in Regia Audiẽtia Principatus ci-
tra, & Baſilicatæ aliter ſeruatum fuit tẽpore præterito, &
vſquequò ibidẽ creatus fuit Auditor Do. Cæſar de Luciа-
no, qui de hoc valde exclamauit, adeo quod actuarius re-
duxit in hoc, & alijs, ad bonum, & verũ ſtylum. Et ex hoc
etiam ſequitur, quod ſi citatio fuit expedita, puta, pro cẽ-
tum aureis, & debitor non comparet, cõdemnatur, & cõ-
tumax reputatur pro illa ſumma, etiam ꝙ non eſſet debi-
tor, niſi in quinquaginta, nec tenebitur de hoc poſtea cre-
ditor, quia dicere poterit, quod ſi ipſe comparuiſſet, &
opus fuiſſet liquidare præſtito iuramento, ſecundum for-
mam Rit. non liquidaſſet, niſi pro vera ſumma, & ita pra-
cticatur, quod tene menti, quia quotidie euenit.

¶ Septimo Not. ibi, quantumcunq; aſſerant ſatisfeciſſe,
a quod exceptio ſolutionis, falſitatis, nullitatis, a vel alterius
defectus allegata aduerſus inſtrumẽtum, non impedit car-
cerationem debitoris, ſed datur ſibi terminus competens
ad docendum, ipſo prius poſito in vinculis, qui terminus
erit cõis, tam ipſi, quàm creditori, vt Rit. dicit, & ſi exami-
natis teſtibus, nõ conſtat de exceptione oppoſita, nõ libe-
ratur, niſi ſoluto debito, & pœna debita, vltra pœnas cõ-
25 tentas in inſtrumento, vt hic dicitur, † quamuis hodie nõ
ſoluatur pro pœna, niſi ad rationem tarenorum trium ꝓ
vncia, vel duorum ad minus, attenta ipſius debitoris fa-
cultate, vt ſupra diximus in Rit. 133. ſi vero conſtat de ſa-
tisfactione, aut alia exceptione allegata, liberatur, & cre-
ditor punitur pœna vnius auguſtalis pro qualibet vncia
ſummæ petitæ, quamuis etiam illud hodie non ſeruetur:
quia à creditore ſolum exigitur pęna, quam debitor eſſet
ſoluturus, ſi debitum fuiſſet verũ, & inſuper cõdemnatur
in expenſis, & ita ſeruatur. Limita illud not. non proce-
dere, vt Ritusmet dicit, quotieſcunq; ſolutio, aut alia ex-
ceptio allegata, in promptu probaretur per teſtes, quoniã
tunc carceratio impediretur, vt quotidie practicatur, &
aduerte, ꝙ eo etiã caſu conſtito in prõptu de exceptione
allegata, creditor tenetur ad dictam pœnam, & expenſas,
vt Rit. dicit in final verb. ibi, & ſi debitores incontinenti.

¶ Octauo not. ibi, incarcerantur, ꝙ debitor ex cauſa in-
ſtrumenti poteſt incarcerari, vt hic dicitur, & ita quotidie
26 ſeruatur. † De iure vero communi debitor debiti priuati
non poteſt in carceribus poni, niſi eſſet condemnatus, aut
promiſiſſet ſiſtere in iudicio, & non ſtetiſſet, vel niſi per
pactum ad id ſe obligaſſet, vt dicit Bar. in l. cum eo. ff. ad l.
Iul. pecu. prac. Papien. pulchrè in forma exequu. ſenten.
diffi. gl. 1. nu. 21. Io. Fab. & Iaſ. in §. fin. Inſt. de act. & Boer.
in cõſuet. Bitur. tit. des couſtumes, §. 13. circa fi. Et aduerte,
quia Ritus noſter nedum vtitur verbo incarcerantur, ve-
rum etiam dicit, quod debitores debent in vinculis cauſã
27 dicere. † Ex quo ſequitur, quod licet carceratus dici poſ-
ſit ille, qui nõ poteſt ire quo vult, vt dicit Bar. in l. qui car-
cerem, ff. quod met. cau. & glo. in l. qui neq;, in ver. cuſto-
ditur, ff. de verb. ſign. Ang. in d. l. qui in carcerẽ, & Capyc.
deciſ. 154. nu. 4. & ex cõſequenti, vt ſatisfiat huic Rit. dari
28 poſſit, ſecundum Capyc. in d. deciſ. † totum palatium Cu
riæ, aut Ciuitas cum fideiuſſoribus, tamen, quia per hunc
Rit. diſponitur (vt dixi) quòd debitor dicat cauſã in vin-
culis, ſecus erit, & Palatium, vel Ciuitas hoc caſu dari nõ
29 poteſt, † quia non poteſt dici eſſe in vinculis, niſi eius
corpori vincula ſint adhibita, vt dicit tex. in l. verum, ff.
de verborum ſignific. & in l. aut damnum, §. ſolent, ff. de
pœn. vel ſaltim cuſtodia adhibeatur per tex. in l. ſuccur-
ritur, ff. ex quibus cauſ. maior. vt not. Angel. in d. l. qui in
carcerem, & Ang. ad Ang. in tract. malefic. in ver. fama pu
blica, 14. col. Verum tamen eſt, quod ex cõſuetudine om-
nium Curiarum Regni, non videmus debitores ex cauſa
inſtrumenti liquidati ad formam huius Rit. poni cũ com-
pedibus, aut alijs vinculis, vt forte per dictas leges fieri
deberet, ſed mediam viam ſeruari, quia neque in vinculis
detinentur, neq; Palatium, aut Ciuitas aſſignatur, ſed in
carceribus includuntur, & ibidem ſub clam detinentur,
30 quod not. † Limita illud not. ſecundum Petr. Foller. ad
Marant. in pract. par. 6. actu 8. nu. 4. non procedere in Do
ctoribus, qui carcerari de iure non poſſunt, per tex. cum
gl. in l. medicos, C. de profeſſ. & Medi. lib. 10. not. per Bal.
in l. 1. C. qui boni cede. poſſ. & Hippo. in l. edictum. nu. 8.
ff. de quæſtio. ſed de conſuetudine omnium Curiarum
Regni ſeruatur contrarium, quia derogatum eſt per con-
ſuetudinem generalem dicto priuilegio Doctoribus con-
ceſſo per d. l. ſicuti, ètiam derogatum eſt alio per eam legẽ
conceſſo, ꝙ hoſpitari non teneantur, quia multitudo Do-
ctorum (vel melius dolorum legum) produxit eorum ſta-
tum ad vilipendium.

¶ Quæro primo in hoc Rit. nunquid eius diſpoſitio di-
ci poteſt contra ius commune, an vero conformis iuri cõ-
muni? Breuiter, ſi ipſum intelligeremus de omnibus in-
31 ſtrumẽtis publicis, eſſet contra ius commune, † ex cuius
diſpoſitione inſtrumenta non habent exequutionem pa-
ratam, vt dicit tex. not. & menti tenendus, in l. minor 25.
annis, cui fideicõmiſſũ, ff. de mino. vbi not. Bar. Bal. Alber.
Ang. & cæteri Doct. Pau. de Caſt. & Alex. in l. ait Prætor,
§. ſi iudex, ff. de re iud. Io. de Ana. conſ. 16. nu. 5. & cõſ. 50.
n. 8. ad idẽ tex. in l. 2. C. de exequu. rei iud. & in l. 4. §. ſi ex
cõuẽtione, ff. de re iud. Ang. in l. cũ antea, C. de arbit. Bal.
in l. vbi adhuc, C. de iure dot. idẽ Bal. in l. 1. C. de exequu.
32 rei iudic. † vbi quod nullum genus probationis habet
exequutionem paratam, Ang. in l. tale pactum, §. qui pro-
uocauit, 2. col. ff. de pact. vbi quod omnia iura mundi fa-
tentur, quod nulla conuẽtio extraiudicialis meretur exe-
quutionem, quãtumcunque redacta in publica documen-
ta, & idem pulchrè Rod. Suarez in l. poſt rem, in verſ. ſe-
quutus, num. 6. fol. 540. ff. de re iud. ſed quia, vt ſupra dixi-
mus in 2. not. Rit. noſter intelligi debet in illis inſtrumen
tis publicis, quæ habent clauſulam guarentigiæ, vel ſunt
confeſſionata, vt ſunt omnia inſtrumenta, quæ fiunt in
hoc Regno, dici debet, quòd iſte Ritus eſt conformis iuri
communi, quia inter alias limitationes, quæ dantur ad
regulam ſupradictam, quod inſtrumenta non habent exe-
* quutionem paratam, quas omnes poſuit not. * Iaſ. in l. 3.
5. not. nu. 6. C. de edict. Diu. Adria. tollen. Boer. deciſ. 205.
num. 6. Cott. in memora. in verſ. inſtrumenta publica, &
Petr. Rebuff. in comment. conſtit. Franciæ tracta. de lite
obliga. art. 6. gloſſ. 3. num. 8. volum. 1. eſt iſta, quod non
procedit in inſtrumentis guarentigiatis, ſeu confeſſiona-
33 tis, quæ idem ſunt, ratio eſt, † quia ſicut præceptum iu-
dicis factum in confeſſum, habet exequutionem paratam
per l. ſi debitori, ff. de iudicijs, eodem modo & illud, quod
facit notarius, dum parti confitenti, & ſpontè ſe obli-
ganti facit præceptum de ſoluendo, deferendo eidem
iuramentum, quod ſeruabit contenta in inſtrumento,
vt

A D D I T I O.

a Nullitatis. Vide omnino Ioan. And. in addit. ad Specu-
lator. ſub tit. de ſenten. §. vt autem, in verſ. procedendum,
& addit. ad Bart. in l. 1. §. & parui, verſ. debet intelligi, ff.
quod vi, aut clam. Vide etiam Bald. in l. 2. C. de execut. rei
iud. & in l. cum teſtamento, C. de teſtam. manumiſſ. Alex.
in l. itẽ quia, nu. 5. ff. de pact. Capyc. deciſ. 49. & 105. C. P.

vt dicit Ang.in l.ait prætor,§.ſi iudex,ff.de re iud. Ana.d.
cóſ.50. Boer.in præalleg.deciſ.& Suarez in ead.l.poſt rē,
in verſ.ſequutus,num.1.Bene tamen fateor, quod quoad
quædam in tex.diſpoſita Ritus noſter dicitur eſſe contra
ius commune,prout eſt illud,quod quęlibet exceptio op-
34 poſita non audiatur,niſi in carcere. ¶ † Secundo quæro
in hoc Ritu,qui generaliter loquitur in creditoribus,&
debitoribus,nunquid clericos includit, in quo breuiter
diſtingue,quod aut loquimur in clerico agente vigore Ri
tus,aut conuento,primo caſu, Bal.in l.cunctos populos,
col.7.verſ.ſed hic,nu.10.C.de ſum. Trinit. & ibidē Aret.
col.5.& idem Bal.in l.de quibus,q.5.& ibid. Iaſ.nu.12.ff.
de legi.concludunt,quod ſic,quia ſtatutum laicorum etiā
clericos includit quoad eorum fauorem,vt etiam Moder.
Graui.hic dicunt,2.par. 14.declara.nu.22. allegando etiā
pro hoc Rit.inf.286.qui ſecundum meam computationē
eſt 190.& in hoc nemo vnquam, quem viderim, dubita-
uit,neq; dubitat,ſicq; quotidie ſeruatur in omnibus Cu-
rijs Regni,in quibus clerici ad formam iſtius Rit.liquidās
35 inſtrumenta contra eorum debitores. † Et adde, quod in
tantum vera eſt iſta concluſio,quod ſi clericus male accu-
ſauerit inſtrumentum,tenetur ad pœnam quam ſupra in
6.not.diximus exigendā ab indebitè accuſantibus,quia
poſtquam vtitur hoc Ritu,debet eodem vti cum ſuis ad-
miniculis,vt dicit Bal.in l.de quibus,q.6.ff.de legi. in l.cō
tra,§.fi.ff.de pact.& in l.1.q.6.nu.5.C.de contrah. empt.
arg.l.in venditione,ff.de act.empt. idem Bald. conſ. 227.
honeſtus nu.4.vol.1.Abb.conſ.6.caſus vol.1.Dec. in cap.
nouit,nu.16.in gl.quicunq;,de iudic.Petr.Rebuff. in com
men.conſt.Fran.in procœ.gl.1.verſ.7.nu.78.vol.1.& Per.
Foller.ad Maran.par.6.actu 8.nu.15. vbi in ſpecie de hoc
36 Rit.licet prædicta omnia non allegat, † & pro hoc etiam
facit, quia clericus ſuccumbens coram iudice laico, con-
demnatur in expenſis ab eodem iudice laico, vt dicunt
Imo.& Fel.in cap.at ſi clerici,col.6.in fin.de iudic.Secun-
do caſu in quo maior eſt difficultas,vt patebit,Bar.in d.l.
cunctos populos,q.5.nu 29.idem concludit, quod in primo,
37 † quia ſtatutum,quod inſtrumenta habeant exequutio-
nem paratam,vt eſt Rit.noſter, cum ſpecificè non loqua-
tur cōtra Eccleſiam,vel Eccleſiaſticas perſonas,vel diſpo-
nat contra eorum libertatem,nec contra concesſa ipſis in
priuilegium,& ſic in ſe honeſtum comprehendit etiā cle-
ricos: ſummodo conueniantur in eorum foro,allegat tex.
in c.cum veniſſent,de eo,qui mitt.in poſſ.& in c. cū cau-
ſam,de re iud & idem quod Bar.firmat Hoſt.& Io.Andr.
in c.fi.de ſolutio. Iaſ.in l.quoties,nu.24. C. de rei vendic.
Lap.alleg.81.& Calca.conſ 7.Roderi.Suarez in l.poſt rē,
amplia.8 ff.de re iud. vbi quod hæc opinio eſt communis
inter Canoniſtas,& Didac.Couarr.in lib. pract. quæſt. c.
8.nu.5.intelligit tamen Didac.ibid.hinc Bart.opin. pro-
cedere vbicunque ex lege Regia inſtrumenta habent exe-
quutionem paratam,non autem vbi ex ſtatuto, ratio eſt
ſecundum eum,quia leges Regiæ, quæ contra libertatem
Eccleſiaſticam non emanant, nec contra concesſa Eccle-
ſijs,aut Eccleſiaſticis perſonis,in priuilegium, & ſunt ex
ſe honeſtæ,approbantur per Summos Pontifices,vt patet
ex c.1.de nou.oper.nuncia.c.inquiſitionis,de hæret. in 6.
c.1.de iuram calum.& c.venientes, de iureiur. cum alijs,
quæ ipſemet allegat in Epitome de ſponſa. 2.par. c. 6.in
prin.nu.20.vbi ampliat etiam ſi de clericis mentionem
facerent,Bal.vero in ead.l.cunctos populos, tenet contra
Bar. * & idem Affl.in conſt.ſi quis in poſterum,1.no.q.7.
nu 16.quia quamuis ſtatutum haberet conditiones præ-
fatas,non propterea ſtatuentes habent iuriſdictionem in
clericos,vt clarum eſt per c.Eccleſia, de conſtit. & c. bene
quidem,96.diſt.ex qua ratione frequentiori conſenſu Do
ctores improbant Bart.opin.vt patet ex Imo. in c. quod
clericis,nu.3.verſ.ſed aduerte,de for.compet.Fel in c.Ec-
cleſia,nu.81.de conſt.& ibid.Dec.nu.50.Rocch. de Curt.
in cap.fi.q.11.prin.de conſu.& Moder. ſequuntur in hoc
Rit.in opere Bar.de cap.nu.15.Non obſtat ſecundū Imo.
in c.cum veniſſent,quod Barto.allegat,quoniam ibi erat
conſuetudo mixta clericorum,& laicorum,propter quod
ſeruari debebat etiam in foro Eccleſiaſtico, & ſic etiam
debet intelligi c.cum cauſam ab eod. Bar.allegatum. Ego
autem Bar.& ſequaces opin.ſequor,non tantum per iura
allegata per eundem Bar. quibus Imol.modo præfato re-
ſpondit,verum etiam per iura ſupra alleg.per Dida. in d.
38 c.8.& per tex.in c.1.& 2.10.diſt. † vbi apertiſſimè pro-
batur leges Imperatorum etiam in foro Canonico mili-
tare;ſi tamen cano.ſanctionibus non obuiant, vt etiam
not.glo.per illum tex.in ver.in ver.adiuuantur, in d.c.1.
de nou.oper.nunc.Bal.in conſ.30.vol.1.conſ.135.articu-
lus,in fi.& 397.col.2.vol.3. Alex.conſ.122. num.7.vol.5.
Petr.Rebuff.in procœm.conſtit.Fran.glo.2. ver.quarto li-
mita,nu.72.vol.1.& Maranc.in diſput.8.num.47.verſ. ad
decimum,licet ibid.nu.14.verſ.10. in terminis iſtius Rit.
aliter dixerit argumentatiuè, & diſputatiuè. Nec obſtat
ratio Bal.quæ mouit totum mundum ad ita tenendum,
quod in perſona ſtatuentium non fundatur authoritas
in perſona clericorū per iura ſupra allegata, quoniam illa iura
procedunt in ſtatutis inferiorum à Principe,quæ per iura
cano. non reperiuntur approbata, non autem in legibus
Imperialibus,quæ etiam quoad Eccleſias, & clericos va-
lent,per iura proximè citata, vt in ſpecie ita reſpondent
Hoſt.& Io.And.in d.c.fi.de ſolu.Imol.in c.continebatur,
circa fin.de his,quæ fiunt a Prælat. ſine conſen. Cap. &
Alex.in d.conſ.122.& verè dici poteſt,quod ſcribit Suar.
39 in d.amplia.8.quod Bal.motus fuit ad ita dicendū,† quia
ſemper in quātum potuit,detraxit doctrinæ Bar. ſui præ-
ceptoris. Nec dici poteſt, quod Rit.noſter ſit inferioris à
Principe,videlicet Magnæ Curiæ, quoniam tam iſte Rit.
quam alij, poſtquam fuerunt conditi, emanauerunt per
viam pragmat.& generalis conſtit.editæ per Reginam
Ioannam,vt patet in primo Rit. propter quod videntur
40 emanati ab ipſa Regina,& † quia omnia noſtra facimus,
quibus à nobis impartitur authoritas,l.1.§. omnia, C. de
vet.iur.enucl.& cap.ſi Apoſtolicæ Sedis,de præb. in 6. &
ideo ſeruari videmus, quod etiam in foro Eccleſiaſtico in hoc
Regno inſtrumenta publica contra clericos liquidantur,
& exequutionem habent paratam, iuxta formam noſtri
Ritus,tam ad inſtantiam aliorum clericorum, quàm lai-
corū,quamuis dici poſſit, quod in Curijs Eccleſiaſticis Regni
ita ſeruetur, non authoritate iſtius Rit.ſed quia in eis etiā
extat Ritus præbens exequutionem inſtrumētis,ſicut Ri-
tus noſter. Sicuti in Archiepiſcopatu Salerni extat Ritus
inter alios,qui incip.Item Curia ipſa ſeruat. ſub tit. de li-
quidatione inſtrumenti, per quem mandatur Ritum no-
ſtrum ſeruari,non tamē quoad pœnam, niſi iuxta ſolitū.
41 ¶ † Tertio quæro de vna quæſt.quam habui in facto in
Curia Terræ Eboli,& quę quotidie poteſt euenire;pone,
quod citatus ſuper tenore inſtrumenti,in quo cum iuramen-
to renunciatum eſt exceptioni non numeratæ pecuniæ,
comparet,& infra biennium dicit pecuniam in inſtrumē-
to promiſſam,non fuiſſe ſibi numeratam; nunquid audiri
debet,& ſi audiri meretur, nūquid in vinculis cauſam di-
cet? Breuibus expediēdo circa primum, omiſſis ſuperfluis
42 communis Doct.opin.ſe habet, † quod licet exceptioni
non numer.pecun.renunciari non poſſit,propter fragili-
tatem debitorum quærentium pecunias, vt dicit Bar.in l.
ſi exequutione,nu.4.& 7.Bald.nu.6.verſ. ſecundo quærit,
& ibid. Ang.C.de non num.pecun. Hoſt. & Io.And. in c.
fi.de ſolut.Abb.in c.ſi cautio,de fid.inſtr.& Alex.cōſ.179.
nu.3.vol.2.Port.inſtitu.de literarum oblig.in fi. ver. Rod.
Suarez in l.poſtrem.§.ſed pro euidentia,num.12.fol.633.
ff.de re iud.& Petr.Rebuf. in comment.conſt. Franc.trac.
de chirographo,art.93.verſ.ſexto extende,num.27.vol.1.
tamen vbicunq; vltra renunciationem, adeſt etiam iura-
mentum,maximè cum clauſula de non contraueniendo,
43 ſecus erit,& amplius opponi non poteſt, † ne renuncians
veniat contra proprium iuramentum,vt dicit Cyn.in d.l.
ſi ex cautione,Bar.in l.fi.in repe.C.de non numer.pecun.
Salyc.in ea.l.ſi ex cautione,q.4.nu.25. Deciſ. Tholoſ.174.
& Rode.Suarez vbi ſupra nu.26. verſ. vnum tamen tene
menti,

Digitized by Google

mēti,hoc tamē inſpecto iure can. vt dicūt Cyn. & Salyc. ibid. per capitulum cum contingat, extra de iureiur. quia ſecus eſſet de iure ciuili, per l.iuris gentium §.& generaliter,ff.de pact. Solus tamen Ang.inſtit. de exceptio.§. idē iuris, verſic. quid ſi renunciatur ibi,tu vero dicas num.37.
44 ſatis not. concludit† quod nedum de iure ciuili, verum etiam canon. renunciatio etiam cum iuramento, renuncianti non obſt. primo,quia ſi talis exceptio per renunciationem iuratam tolleretur: inuitarentur creditores ad non numerandum,& ſic ad decipiendum,& delinquendum, contra l.conuenire,ff.de pact.dotal.propter,quod tale iuramentum etiam in foro canonico non debet eſſe obligatorium:cum & ipſum ius canonum approbet ius ciuile in his in quibus contrarium de iure canonico non reperitur deciſum c.1.& 2.10. diſt. vt ſupra diximus in quæſt. præced.verſic.ego autem ſecundo,quia ſi ſimplex renunciatio non tollit exceptionem ex communi omnium opi-
45 nion. quam ſupra retulimus,† iuramentum ad ipſam tollendam,minime debet aliquid operari,per text. in terminis in d.l.fin.C.de non numer.pecun.vbi text.dicit indubitati iuris eſſe,non eſſe differentiam quo ad illam exceptionem opponendam,quod iuramentum ſit appoſitum in contractu,vel non, & ſic in omni caſu quo daretur exceptio ſi iuramentum non interuenit,dari debet etiam iuramento interueniente per illum text.quia ſicut confeſſio de recepto habet tacitam cōditionem, ſi numeratio ſequatur d.l.ſi ex cautione,eodem modo,& iuramentum interpoſitum,hanc opin. reperio etiam tenere Petr. Rebuff.in loc. præalleg. verſ.quia ſicut,nu.24. licet Aret.non alleget. Addit tamen granum ſalis, dummodo renuncians antequam exceptionem opponat, abſoluatur à iuramen. quia alias non audiretur;& ita dicit ſeruari in pract.quòd quidem ego alias tenui;& etiam nūc teneo:quia habita abſolutione præfata à iuramento,ceſſant quæ in contrarium addu-
46 cuntur,quod bene notabis. † Circa ſecundum Grauin.hic in quinta parte declar.15.nu.31. videtur tenere,quod talem exceptionem opponens,in vinculis debet audiri:quia ſtatutum reijciens omnes exceptiones,videtur etiam iſtā reijcere, allegat Bart.in tract.de inſtrum guarentigia,3.p. quæſt.4. Ego autem indubitanter teneo contrarium,quia Rit.noſter omnes exceptiones admittit, quæ tamen in promptu,& in ipſo inſtanti probantur, adeò quod ſi in promptu de eis appareat,debitoris carceratio impeditur,
47 vt infra dicemus in 5.quæſt.† ſed exceptio non numerat. pecun. eſt talis,quod eo ipſo,quod opponitur infra biennium dicitur probata,vt dixit text.iuncta gloſ in l.2.C.de non numer.pecun.& in l.1.iuncta gl.C.de condit.ob turpem cauſ. & Roder.Suar.pulchrè in loc.præalleg. verſ.1. nu.13.ergo multo fortius,quam aliæ exceptiones, quæ aliquam probationem requirunt in promptu,debet carcerationem impedire. Comprobatur, quia oppoſita exceptione non numer. pecun.quæ per ſolam allegationē probatur infra biennium (vt ſupra diximus) onus probandi
48 numerationem incumbit creditori iuribus prox.cit.† in tantum,quod data rei negatione, non probatur verus actus numerationis,vt dicit Bal. in l.ſi ita ſtipulat.,§.Chri-
49 ſogonus,ff.de verb.oblig.† & propterea inſtrumentum ipſum cum ex parte creditoris probationem requirat:efficitur illiquidum,vt etiam probat Bald. in l.reb.C. de iure dot. & Affl.in conſt.Reg.cauſas per verſ.& ideo pridie nu.6 vbi quod ſtatutum ſuper executione literarum cambij procedit,vbi non negatur numeratio;alias ipſa negata infra tempora,ſecus erit:quia ciuilis actus,vt eſt confeſſio de recepto,non poteſt abſorbere naturalem veritatē: vt eſt numeratio quo exiſtente illiquido,ſuccedit alius ritus noſter infra immediatè ſeq. & etiam alij duo poſtmodum ſeq.in quibus clariſſimè diſponitur,quod iſte Rit.ſuper exequutione inſtrumentorum procedit in inſtrumentis liquidis de per ſe,ſine alia probatione,& ex conſequēti data illiquiditate,nec debitor carceratur,nec inſtrumētum liquidatur, vt ibi latius dicam . Confirmatur ex his,
50 quæ idem Grauin.hic quinta parte declar. 16.ſcribit:† dū dicit,quod exceptio rei non traditæ,vel pretij non ſoluti in promptu probata impedit carcerationem;vt etiam firmat Canar.in tract de exequut.inſtrum quæſt.17.Bart.in tract.de inſtrum.guarentig.p.3.q.5. & 16. Boer.decil.43. in fin.& alij quos ipſemet hic citat; quę videntur contrariari his quæ in d.declarat.15. firmauit ſuper exceptione non numer. pecun. niſi eundem concordando,diceremus ibi loqui quando exceptio non numer. pecun.altiorem indaginem requirit,limita tamen præfata quotieſcunque ex eodem inſtrumēto appareret de vero actu numeratio-
51 nis,† quia notarius in inſtrumento atteſtaretur pecuniā præſentialiter fuiſſe numeratam:tunc enim nedum creditor non habet neceſſe probare numerationē, ſed nec etiā exceptio ipſa opponi poteſt,vt dicunt gloſ.& Doct.in l.ſi ex cautione,C.de non numer.pecu.Bal.in l.fin. in fi. verſ. 2.quæro:& ibid. Salyc.in princ.& Paul.de Caſt.C.eod. tit.Alex.in l.Seius,& Augerius col.fi.ff.ad l.Falcid.Dec.in lege qui pecunia.num.4. ff.ſi cert.pet. Rom. ſing 642.ſcis. Petr.Rebuff.in comm conſt.tract.chirogr. art.93. verſ.7. modera.nu.59.vol.1.& Didac.Couar.in c.quamuis,par.3. §.3.verſ. ſecundo ex hac nu.11.de pact.in 6.vbi valde inuehit contra illos qui d.l.ſi.intelligunt in iuramento pręſtito ſuper numeratione,cum ſolum in promiſſione de ſoluendo,aut cōfeſſione de recepto locum habeat; & ideo ſis cautus, quod quando contrahis cum debitore, facias præſentialiter pecuniam apparere per præfata. Item limita alijs decem modis quos pulchrè ponit Rebuff. in loc. præalleg.in quibus exceptionem non numeratæ pecuniæ latiſſimè ſcribit non comparere .
52 ¶ † Quarto quæro quid ſi debitor citatus ſuper tenore inſtrumenti compareat,& aduerſus inſtrumentum ipſum petat reſtitutionem in integrum,ex tali,aut tali cauſa:nūquid ex hoc impedietur ipſius carceratio,Bal.in proprijs terminis in l. 1. C.de in integr.reſtit.poſtu. dicit, quod pēdēte reſtitutione præfata, non poteſt debitor propter in-
53 ſtrumentum debiti poni in carcere,† quia carceratio dicitur grauamen irretractabile idem Paul. de Caſtr.in l.4.§. condemnatum,ff. de re iudic. Alex. conſil.17.nu.6.vol.1. Pet.Rebuff.in comm.conſtit.Franc.tract.de ſent. execut. art.7.gloſ.12.num.8.& Roder.Suar.in l.2. illius Reg. tit. de los gouiernos quæſt.4.num.3. ſed quia Rit.noſter illas tantum exceptiones admittit,quæ incontinenti,& ipſo inſtanti probantur, vt patet ex his quæ dicemus infra in quæſt.6. aliter puto dicendum in hoc Regno: & propterea diſtinguendum, quod aut de ipſa exceptione reſtitutionis poteſt ſtatim,& in ipſo inſtanti conſtare: & procedit opin. dictorum Doct. quam etiam Grauin. hic p.5. declar.15.videtur ſequi allegando Canar.in tract.de exec. inſtrum. quæſt.21.Imol.conſ.37.& Barz. in tract.de inſtr. guarentig.p.3.q.21.aut non poteſt conſtare in promptu, quia requirit altiorem indaginem, & tunc ſecus. Nec obſtant,quæ Bal. & alij allegant:quoniam ſtante huiuſmodi Rit. diſpoſitione, ceſſant eorum deciſ. in hoc Regno, & hinc eſt,quod non audiuntur huiuſmodi exceptiones opponi aduerſus carcerationem,quia cum nulla adeò ſit clara,quæ non largam probationem requirat;nunquam ad-
54 mitteretur : quod nota. ¶† Quinto quæro quid ſi debitor in vltimo peremptorio termino citationis comparet,& dicit ſe non poſſe ſoluere pecuniam debitam, quia non habet,& propterea quod offert omnia eius bona mobilia forte,vel immobilia ipſi creditori,vt vendat : & ſibi ſatiſfaciat,nunquid per hoc euitat carcerem? Bar.in l 2.§.mutui datio.in fin.ff.ſi cert.pet. dicit, quod hoc caſu tenetur creditor etiam inuitus,dicta bona acceptare per authent. hoc niſi, C.de ſolut.& idem Socc.poſt Bart.in d.§. nu. 11. dicens ita feciſſe pluries in pract.ſeruari ad euitandum carcerem,tu autem breuiter tene contrarium, quia iuramentum,quod adeſt in iſtis inſtrumentis obligat præciſè ad obſeruantiam promiſſionis:& ſic ad ſolutionem pecuniæ,& interim ad manendum in carcere,cum ſe obligauerit realiter,& perſonaliter:& ſi non habet pecuniam, remanet ſibi beneficium ceſſionis,ita Abb.conſ.42. vol.2.

&

55 & Patiſ.in poſtill.ad Bart.in d.§.mutui,pro hoc facit,† quia licet in obligationib.facti ſuccedat obligatio ad intereſſe,l.ſtipulationes non diuiduntur,ff.de verb.tamen ſecus quando ad factum obligatus eſt aliquis cũ iuramento,quia præcisè tenetur,vt not.gloſ.in l.ſi pecuniam,in
56 princ.†verſ.neceſſe,ff.de condit.cauſa dat.quam ibi ſequitur Alex.num.26.& in l.ſi conuenerit, in princ. num. 11. ff.de iuriſd.omn.Iudic.Bald.in l.1.col.8.ver.modo quæro, C.de ſent.quę pro eo,quod inter Innoc.in cap. veniens, de iureiur. & alij quos idem Alex.citat.conſ.37.nu.25.& conſ.9 num 6.vol.2. per text.in c.fin.ne prælat.vic.ſuas, & Firm.in repert.in verſ.debitor ad factum.Item quia ad hoc vt locum habeat,d.auth.multa copulatiue concurrere debent,vt not.pulchrè Rom.cõſ.163.quæ omnia probationẽ ex parte debitoris requirunt,vt ipſe ſcribit,propter quod non eſſet conueniens ad ſolam ipſius debitoris aſſertionem,dicentis non poſſe ſoluere, velle carcerem
57 euitare.¶†Sexto ſatis neceſſario quæro in hoc Rit.quęnam ſunt illæ exceptiones,quæ in promptu opponi, & probari poſſunt ad impediendam inſtrumenti liquidationem,& ipſius debitoris carcerationem? Grauin.hic in 5. par.declarat.1.in fin.videtur ponere regulam generalem, quod nulla exceptio etiam in promptu probata, impedit carcerationem, idq; dicit probari ex hoc Rit.fortè in illis verbis,quæ dicunt,niſi in ipſo inſtanti doceant de ſatisfactione,quaſi velit dicere Rit. quod ſolum exceptio ſolutionis in promptu probata impedit carcerationem, & non aliæ. Ego autem(vt alias pluries ſupra dixi)indubitanter teneo quod omnes exceptiones, quæ in promptu probar. poſſunt,ſi opponuntur liquidationem,& debitoris carcerationem impediunt,tum quia Rit. noſter nullas reijcit exceptiones (vt patet ex eius litera) tum etiam, quia dato quod reijceret,vel differret,non extenderentur ad eas quæ in promptu probari poſſunt,vt dicit text. quẽ ad hoc ita punctualiter ſummat Bart. in l.ſi is à quo in princ.ff.vt in poſſeſs. leg.Roman.conſil.244. pro euidentia num.6.Dec.& Felyn.in c.ex parte,lo 2. fallen.7.15.& 19 de offic.deleg.& idem Dec. conſ.424. proponitur, & conſ.467. bene vol.3. & pro hac mea opin. faciunt quæ ſcribit Bald conſ.118.præmittendum vol.4. Alex.conſ.3. ſuper vol 4. Abb.conſ.37.circa vol.2.Fel.& Dec.in d.c.ex parte 13.Fallen.Canar.in tract. de execut. inſtrum.q.13. Barz.in tract.de inſtrum.guarentig.p.3.q.2. Tiraq. de retra t.conſanguin.§.1.gloſ.2.nu.12.vbi communi omniũ
58 conſenſu concluditur,† quod exceptio ſimulationis in promptu probata,impedit carcerationem,faciunt etiam quæ not.idem Barz. in d.tract. par.3.q.9.Dec.in d.cap.ex parte 19.Fallen.Cagn.in l.in teſtamentis num. 11.ff.de regul.iur. Tiraq.in prælleg.tract.§.1.gloſ.20.num.12. & Grãm.conſil.ciuil.66. col.2. vbi quod exceptio falſitatis in promptu oſtenſa,impedit carcerationem,item faciunt, quæ ſcribunt Alex.Iaſ.& Rip.in l.4.§.condemnatur,ff.de re iudic.Felyn.& Dec. in ſæpius allegato cap.ex parte 20. Fallen.Canar.in tract.prælleg.quæſt.19.& Barz.parte 3.
59 quæſt.19.& Gramm. conſil.ciuil 95.† vbi quod exceptio nullitatis ſi in promptu pateat impedit carcerationem, quæ omnia ſequitur idem Grauin.hic in 5.par.declar.19. 20.& 21.inquiens,quod dum Rit.noſter dicit, quod excipiens de falſitate,vel alio quocunq; defectu contra inſtrumentum,in vinculis debet audiri, intelligi debet, quando non in promptu pateret exceptio allegata,prout frequentius contingere videmus,quod tales exceptiones altiorẽ indaginem requirunt. Nec obſtat ponderatio ſupra facta quod Rit.noſter videatur ſolum exceptionem ſolutionis in promptu probatam admittere,ad impediendam carcerationem per illa verba dum dicit,niſi in prõptu doceant de ſatisfactione,quia illa exceptio facta per dictionem niſi de exceptione ſolutionis in promptu probata, porrigitur ad alias exceptiones,& caſus ſimiles,vt not. per gloſ.in l.1.C.de condit.indeb.Bald. per illum tex.in c.poſt tranſlationem,§.quamquam,de renunc.& Abb.in c. cùm dilecta,de confirmat.vtil.vel inutil. tum,quia in hoc Rit.nõ excipitur exceptio ſolutionis tantum, per dictionem taxatiuam,tum etiam,quia dato quod eſſet dictio taxatiua prout non eſt,adhuc porrigeretur ad ſimiles exceptiones quæ per alia iura ſunt comprehenſæ, & eſt diſpoſitum de eis quod in promptu probare admittantur,vt ſcribit not. Dec.in l 1.num.32.cum ſeq.ff.de reg.iur.ne alias ſequatur quod iura ſuper dictis exceptionibus diſponentia, corrigantur,quod dici non debet,vt not. per Bart. in l.3.§.cũ Titio,ff.de adimen.legat.in l.ob es,poſt gl.ibi C.de prædmin.& in l.ſerui nomine,ff.de viucap.cum ſimil. quæ ipſe
60 allegat.¶†Septimò quæro in hoc Rit.quonam modo poſſunt in promptu probari exceptiones oppoſitæ ad impediẽdam carcerationem? & hoc breuiter reſponderi poteſt,quod dicetur fieri probatio in promptu,ſi fiet per inſtrumentum publicum,item ſi per aliam ſcripturam authenticam,& inſuper ſi per teſtes, vt dicit ad literam Rit.
61 infra 174. & 175. vbi d.co latius. ¶† Octauo quæro,pone quod inſtrumentum liquidandum,iuxta formam præſentis Rit. eſt confectum extra Regnum,nunquid executioni mandabitur, vt hic dicitur? Breuiter, Doct. omnes concludunt, quod ſic; quia iſtud quod mandetur executioni abſque libello,& litis conteſtatione,reſpicit litis or-
62 dinationem,† & in reſpicientibus litis ordinationem attenditur locus iudicij per text.in l.3. in fin. ff.de teſtibus l.cum clericis iuncta gloſ. C.de Epiſc. & cler. l.1.C.de emancip.liber.& §.fin.inſtit.de ſatiſdat.ita dicit Bart.in l.cunctos populos,quæſt.1.num.14.& ibid. Iaſ.in 1. lect. nu.20 & in 2.lect.num.57. Bald.in l.1.q.4. C. ne fil. pro patre,& in c.fi.col.pen. de confeſs. Rom. conſil. 263. ad prædictorum,& Roder.Suar.in l.poſt rem,§.circa Iudicẽ
63 num. 24. ff.de re iud. † Sed magnum eſt dubium in hac quæſt.ſi debitor opponeret aliquam exceptionem contra inſtrumentũ,quæ non poſſet in promptu probari (vt hic dicitur) nunquid carcerandus erit, & in vinculis audiendus:an extra? & in hoc etiam breuiter reſoluendo; dico quod ſi Rit. iſte penitus tolleret omnes exceptiones aduerſus inſtrumẽtum, tunc cum factum ſit extra Regnum, vbi iſte Rit. non extat,& iſtud reſpiciat litis deciſionem: audiretur Rit. non obſtante, & ſeruaretur ius commune: quia in reſpicientibus litis deciſionem, attenditur locus celebrati contractus,vt dicit Bart.in d.l.cunctos populos, & alij Doct. quos proximè retuli,ſed quia non tollit penitus exceptiones,ſed differt tantum, volens quod in omnibus audiatur, verum eo exiſtente in vinculis,dicendum eſt,quòd licet confectum ſit extra Regnum inſtrumentũ, debitor aduerſus ipſum opponẽs, & in promptu nõ probans,carcerari debet,& poſtmodum audiri, quia iſtud q prius carceretur, & poſtmodum audiatur, vere dicitur reſpicere litis ordinationem vt patet ad ſenſum, & firmat Felyn. in cap. fin.nu.10. de conſtit. vbi in terminis proprijs loquens de ſtatuto volente,quod debitor ex inſtrumento capiatur: dicit quod tale ſtatutum dicitur reſpicere litis ordinationem, non deciſionem.
64 ¶†Nonò iuxta præfata quæro è conuerſo quid ſi inſtrumentum eſt factum intra Regnum nunquid exequutioni mandabitur extra Regnum,vbi nõ viget iſte Rit. nec ſtatutum ſibi ſimile? Bal. in l. vnica in final. ver. C.de confeſſ.l.1. quæſt.4.C.ne fil. pro patre, dicit quòd aut iſtud mandare exequutioni inſtrumentum eſt de iure communi,& tunc vbicunque factum fuerit,exequetur: aut eſt de iure ſtatutario,& tunc ſecus:ſed ſeruabitur ius loci vbi
65 eſt exequendum, † quia Iudex ſuam non alterius iuriſdictionem ſequi debet,l.miſſi opinatores,C.de exactio. tribut.lib 10.idem Bald.in d.l.cunctos populos,15.col.verſ. viſo de iure perſonæ,C.de ſumm.Trinit. Alex.in l.à Diuo Pio,§.ſententiam,col 6. verſ.2.limita,ff.de re iudic. & cõſil.37.viſo col.2.in fin.vol.2. Dec.conſil.97.in caſu propoſito 1.dubio,col.2.Hippol.ſingul.138 Iudex Cott.in memoria,in verſic.inſtrumentum factum,& Roder.Suar. in l.poſt rem §.circa Iudicem nu.22.ff.de re iudic. ſed quia, vt ſupra tenui in 1.quæſt. iſte Rit. eſt conformis iuri cõmuni,quo ad iſtud tantum, quod inſtrumenta confeſſionata

Digitized by Google

nam mandentur exequutioni: & quod ad aliud, videlicet quod opponens exceptionem, quæ in promptu non probatur: carceretur, & demum audiatur, eſt contra ius commune: dico, quod inſtrumentum factum in hoc Regno mandabitur exequutioni etiam extra Regnum, quia non requiritur libellus, nec litis conteſtatio: quia hoc eſt etiam de iure communi. Sed ſi opponeretur aliqua exceptio, quę non poſſit ſtatim probari, non eſſet debitor carcerandus, iuxta hunc Rit. qui extra Regnum nõ ſeruaretur: ſed audiretur, iuxta iuris communis diſpoſitionem, quod not.
66 quando eueniet in pract. ¶† Decimo quæro quid ſi debitor meus contra quem liquidaui inſtrumentum, iuxta formam præſentis Rit. habet aliqua nomina debitorum nunquid potero contra ea exequi virtute dicti inſtrumenti liquidati? Breuiter Doct. omnes in l. à Diuo Pio, §. ſic quoque per illum text. ff. de re iudic. concludunt, quòd ſic: ſi debere confiteantur, & idem Bald. & alij in l. etiam, C. de execut. rei iudic. ſi vero negent ſe debere, & rem ipſam ponant in dubio: ſecus erit, vt tex. d. §. ſic quoq; expreſſim
67 decidit. ¶† Fallit primo ſecundum Bald. in d. l. etiam, verſ. modo reſtat nu. 13. Alex. in d. §. ſic quoq; nu. 4. & Roder. Suar. in l. poſt rem q. 2. fol. 673. ff. de re iudic. quotieſcunq; illi debitores eſſent perpetuò obligati ad aliquam annuã penſionem: quoniam tunc etiam quod negent exequetur
68 contra eos. ¶† Fallit ſecundo vbicunq; negarent per euidentem calumniam, vt dicit Cyn. in l. ſecunda, C. quando fiſc. vel priua. Speul. in tit. de 1. decret. §. reſtat. verſ. ſic. quid
69 ergo Ang. Imol. & Alex. in d. §. ſic quoque. ¶† Fallit tertio, quando licet non appareat de euidenti calumnia, tamen creditor ſe offert incontinenti probaturum eorum malitiam, vt inquit Alex. in d. §. ſic quoq; nu. 3. verſ. item
70 addatis. ¶† Quarto fallit, quando contra tales debitores adeſſet inſtrumentum publicum guarentigiatum, vel confeſſionatum habens exequutionem paratam: quoniam tũc etiam ſi negent: exequetur contra eos, vt dicit Bald. in d. l. etiam num. 3. quod etiam ſequitur Alex. in prealleg. §. ſic quoq; vbi id ampliat etiam ſi conuincerentur per inſtrumentum non habens exequutionem paratam, per ea quæ not. idem Bald. in d. l. 2. C. quando fiſc. vbi Bald. dicit q́d quotieſcunq; contra negantem adducitur probatio probata non obſtante negatione, fit exequutio: ergo idem in hoc caſu, quia probatio, quę fit per inſtrumentum, dicitur probatio probata, ſed contra talem Alex. ampliat. obſtat fortiter, quod dicit Ang. in d. §. ſic quoq; quod ego creditor non poſſum plus iuris habere contra illos debitores, quam haberet meus debitor, qui eſt eorũ creditor, & ideò ſi non ſunt obligati eorum creditori per inſtrumentum habens exequutionem paratam: non eſt conueniens, quod ego poſſim exequi contra eos via exequutiua, quia non poſſet vti eorum creditor, & ſi diceres quod iſtud operabitur eorum negatio, quæ euidenter apparet malitioſè facta poſtquam adeſt inſtrumentum publicum: poteſt reſponderi, quòd iſta malitia non poteſt concedere ius exequutiuum, quod non habet inſtrumentum: ſed quia hoc caſu eſſemus in terminis ſecundæ limitationis ſecundum quam concluſum eſt poſſe exequi etiam data negatione, ſi euidenter apparet malitioſè opponi: dici poteſt ampliatio Alex. poſſe procedere quotieſcunque debitores negantes conuincuntur per inſtrumentum etiam non habens exequutionem paratam, forte quia non eſſet liquidum: dumtamen euidenter appareat malitioſè negare, alias ſecus eſſet per rationem Ang. & pulchrè firmat Roder. Suar.
71 in præalleg. loc. nu. 5. ¶† Vndecimo iuxta præced. quęſt. quæro pone quod debitores mei debitoris, contra quos exequi feci, fatentur ſe debere, tamen dicunt me non eſſe creditorem, vel eſſe ſolutum, aut aliud quid opponunt, nunquid admittentur? Breuiter hanc quæſt. ponit Bald. in l. etiam num. 12. verſ. quæro nunquid, C. de execut. rei
72 iudic.† & terminat, quòd ex eorum perſona pro eorum intereſſe poſſunt omnes exceptiones opponere argum. l. ſi cui, C. de non numer. pecun. l. ideq; §. generaliter, ff. mandat. & l. ſi fideiuſſ. §. quidam eodem tit. ratio eſt, quia iſti non ſunt propriè debitores mei, nec ad eos trahitur inſtrumentum: cum in eo non ſint nominati, vt in ſeq. Rit dicam in 4. limita. ſi tamen mihi ſoluunt, & nullam exceptionem opponunt: liberantur ab eorum creditore, l. ſi liber. & l. ſoluendo, ff. de negot. geſt. cum alijs quæ Bald.
73 ibid. allegat. ¶† Duodecimo quæro, pone quod citatus ſuper tenore inſtrumenti compareт in Magna Curia, vel Regia Audientia petendo ſe remitti ad eius Iudicem competentem, ac dicendo de incompetentia ipſius Iudicis citantis, nunquid in ea audiendus erit ſuperſeſſa liquidatione, & carceratione? Moderni Grauin. in hoc Rit. p. 5. declar.
74 23. dicunt quod ſic,† quia licet per ſtatutum remoueantur omnes exceptiones, non intelligitur remota exceptio iſta incompetentiæ iuriſdictionis, vt dicit gloſ. in clem. 1. de ſequeſtra. poſſeſſ. & fruct. Bald. in l. exceptionem, circa fin. C. de probat. & in l. ſi quis filios, §. quod ſi quid, ff. de iniuſt. teſtam. Dec. & Felyn. in cap. ex par. 18. fallent. de offic. deleg. & alij nonnulli quos ipſi allegant. Tu autem dicas aliter, nam aut iſta remiſſio petitur per ipſum citatũ, & non poteſt, quia in omnibus inſtrumentis adeſt renunciatio fori, & ideò ea non obſtante, procedetur ad liqui-
75 dationem, & in hoc nulla prorſus eſt difficultas,† quia in eorum præiudicium potuerunt renunciare, l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. aut per eius Baronem, & tunc de iure prætendi poſſet contrarium, quia vaſſallus in domini præiudicium non poteſt renunciare, vt not. per gl. in cap. Imperialem, §. præterea, in verſ. duos, de prohibit. alien. per Feder. Bart. in l. 1. §. & poſt operis in fin. ff. de nou. oper. nunc. Bald. in cap. vnic. de feud. Marchi. Afflict. in conſtit. Iuſtitiarij nomen 3. not. num. 30. & Mill. in pract. §. propoſitus num. 83. fol. 49. ſed de generali conſuetudine in hoc Regno ſeruatur contrarium, quia etiam ad Baronum petitionem nemo remittitur pro cauſa inſtrumenti pro quo habes Regiam Pragmat. vnicam in ti-
76 tul. de inſtrument. liquido non remittendo. ¶† Decimotertio quæro quid ſi debitor citatus comparet, & dicit ſe ſe filiumfamil. & ſine præſentia, ac expreſſo conſenſu ſui patris contraxiſſe, nunquid hoc allegato carcerabitur? Breuiter ſi per inſtrumentum publicum apparet, quod patrem habeat, non detinetur: tum quia, de iure communi inſtrumenta guarentigiata non habẽt exequutionem contra filioſfam. vt dicunt Bald. & Paul. de Caſtr. in l. fin. §. neceſſitate num. 8. C. de bon. quæ liber. Canar. in tract. execut. inſtrum. quæſt. 18. Barz. in tract. de inſtrum. guarentigia. parte 3. quæſt. 6. Dec. in cap. ea par. loc. 2. 27. fallent. de offic. deleg. & Moder. Grauin. in hoc Rit. par. 2. declarat. 17. num. 32. tum etiam quia in hoc Regno adeſt pragmat. in qua ſcripſi, quòd contractus omnes filiorumfam.
* ſine expreſſo conſenſu patris, non valeant, * vt in pragm. per excellentem de Senat. Conſul. Maced. Sed ſi non con-
77 ſtat de exceptione per inſtrumentum tunc,† quia allegãs patriam poteſtatem debet probare, vt dicit gloſ. in l. Titia in fi. ff. ſolut. matr. Corn. conſ. 208. nu. 6. vol. 4. & dixi latius in d. pragm. §. 12. vel emancip. nu. 5. in tali exceptione in vinculis debet audiri: & interim inſtrumentum liqui-
* dari, vt hic dicitur * licet autem non conſtet per inſtrumentum publicum quem eſſe filiumfam. ſi tamen conſtat per teſtes in promptu idem erit, vt carcerari non debeat, at quia creditor poſſet multa prætendere circa validitatẽ contractus facti per eum, qui ſe dicit filiumfamil. Iudex tempore vltimi peremptorij conſtito ſibi in promptu, q́d citatus ſit filiuſfam. decernet procedendum eſſe ad liquidationem, verum pro debito, & pęna ſuperſedendum in exequutione perſonali donec aliter fuerit de iuſtitia prouiſum ſuper prætenſa nullitate contractus vigore Regiæ Pragmaticæ, ſuper qua exceptione poſtea dabit terminum, & procedet in cauſa.
78 ¶† Decimoquarto quæro pone quod Titius habet inſtrumentum debiti liquidum contra Seium, & cum vterque eſſet in iudicio, Titius præſentat dictum inſtrumentum Iudici, dicens vigore ipſius Seium ſibi teneri in tanta ſumma, & cum ſit præſens petit ipſum interrogari ſuper

Digitized by Google

per tenore dicti inſtrumenti,iuxtà formam Ritus noſtri,
& demum carcerari, Seius vero præſens dicit quod cite-
tur per citationem quemadmodum dictat Rit. quoniam
ſuo tempore reſpondebit,nunquid poterit Iudex proce-
dere ad interrogationem,& inſtrumenti liquidationem
quemadmodum Ritus noſter diſponit? pro Seio facit,qđ
diximus ſupra in 3.not. & dicemus infra in Rit.ſeq.in 7.
limit. quod ad hoc vt inſtrumenta guarentigiata habeant
exequutionem paratam requiritur citatio debitoris,con-
trarium tamen verum eſt,& Iudex poterit ad interroga-
tionem procedere ſeruando formam noſtri Rit. quia ſe-
cundum magis veram, & communem opinionem citatio
non requiritur,vbi pars reperitur præſens in iudicio,vt
dicit Spec.de libell.concept.§. ſequitur verſ. item dicunt
quidam num.6. Io.Andr.in cap.fin.num.4. de elect. in 6.
Bald.in rubr. C.de in ius vocan.quæſt.2.num.2. in l.nam
ita Diuus nu. 4.ff.de adopt. & in authen. ſi omnes, nu.8.
& 9. C.ſi vt ſe ab hæred. abſtin. & plenius ſcribit Maria.
Soccin.in tract.citat.artic.5.quęſt.16.nu.21. & ideo Bal.
in d.auth.ſi omnes infert ad ſtatutum volens,quod Iudex
à die citationis vſque ad certum terminum debeat ſic fa-
cere,quod ſi non interuenit citatio, ſed præſentia partis
habet locum ſtatutum,quia idem operatur præſentia, qđ
citatio cum debita expectatione citati: quod proprie fa-
cit ad caſum noſtrum,cum iſte Ritus dicat,quod ſi debi-
tores citentur,vt perſonaliter compareant reſponſuri
ſuper tenoribus inſtrumentorum debent etiam compare-
re perſonaliter creditores,& ipſis partibus comparẽtibus
dat formam procedendi,quę forma abſque dubio ſeruari
poterit per Iudicem ſi vterque eſt præſens in iudicio abſ-
que alia citatione poſtquam pręſentia idem operatur,pro
quo etiam faciunt,quæ dixi ſupra in Rit. 120. limitat. 1.
Non obſtãt,quę ſupradicta ſunt in 3.not.& dicemus inf.
Rit.ſeq.in 7.limitat.quia procedunt quando debitor non
eſt in iudicio,licet ſit in ciuitate,vt citari debeat, vt etiam
Bald. dicit in d. auth. ſi omnes verſ. tu dices ibi iſte text.
intelligitur. Sed dicet quis, aduerte quia præſens in iudi-
cio qui non fuit citatus, poteſt petere terminum ad deli-
berandum, & exceptiones dilatorias proponendum, vt
dicit Specul. in locis allegatis, & Maria. Soccin. num.22.
& conſequenter iſte talis poterit ſic euitare interrogatio-
nem,ſiue liquidationem inſtrumenti tunc faciendam, ad
quod reſpondetur quod præfati Doctor. loquuntur in
cauſis ordinarijs in quibus pars conuenta poteſt dicere
omnia ea quæ poſſet ſi citatus fuiſſet, quia præſentia ſup-
plet ſolum citationẽm, non autem aufert alia legum au-
xilia,vt per Soccin.loc.præallegat.num.23. ver.quod ego
arbitror, nos vero loquimur in materia inſtrumentali, in
qua ſicuti citatus in vltimo peremptorio termino compa-
rens non poteſt allegare, niſi quæ ſibi per hunc Ritum
permittuntur,eodem modo non citatus,ſed præſens in
iudicio interrogatus ſuper tenore inſtrumẽti cogetur re-
ſpondere,& non admittetur ad allegandum,niſi quæ Rit.
79 noſter admittit. ¶†Decimoquinto quæro: Quid ſi cita-
tus ſuper tenore inſtrumenti cõparet dicendo inſtrumen-
tum eſſe verum, geſtum tamen fuiſſe inſimul cum patre,
dum eſſet in eius poteſtate,vt ex lectura inſtrumenti dici-
tur apparere,nunc vero reperiri ſui iuris, per emancipa-
tionem,vel mortem patris de qua in promptu docet,nul-
laq; bona paterna poſſidere,& propterea non deberet ad
liquidationem inſtrumenti procedi,neque ad eius carce-
rationem,ex quo iure per l.2.ff.quod cum eo,non tenetur
niſi inquantum facere poteſt,nunquid procedi poterit ad
liquidationem,& ea facta carcerabitur?Breuiter dicas qđ
non,quia fil.fam.ſui iuris effectus de contractib.geſtis in-
ſimul cũ patre tempore quo in eius poteſtate erãt,ſi bona
paterna non habet non tenetur niſi inquantũ facere po-
teſt, per d.l 2.vt etiã pulchrè ſcripſi in pragm. per excel-
lentẽ,§.vel fuerint emancipati,nu.64.de Senat.Conſ.Ma-
ced.Et ideò Iudex in vltimo peremptorio tẽpore liquida-
tionis faciendæ debet decernere qđ ſuperſedeatur in liqui
datione donec aliter fuerit prouiſum ſuper beneficio pe-
tito,vigore diſpoſitionis d. l.2. vel melius qđ procedatur
ad liquidationem,verum pro debito,& pęna ſuperſedea-
tur in executione perſonali donec aliter fuerit pronun-
ciatum ſuper dicto petito beneficio,& vbi in prõptu non
appareret de emancipatione, vel morte, Iudex procedet
ad liquidationem,& carcerationẽ.Prædicta tamen vera ſi
beneficio d. l.2. non fuerit in inſtrumento renunciatũ cũ
iuramento,vel in caſu renunciationis fuerit ſaltim abſo-
lutio à iuramento impetrata,vt dixi in d.pragm.nu.70.in
80 fine.¶†Decimoſexto quæro de vna quæſtione quæ de fa-
cili poterit ſæpius interuenire, Titius habens annuũ cen-
ſum ſuper bonis Seij cum pacto de retrouendendo,illum
vendidit Sempronio,pacto appoſito, quod in caſu nulli-
tatis,inualiditatis reſciſſionis,vel euictionis contractus li-
ceret ipſi Sempronio petere ab ipſo Titio pretium recep-
tum pro dicto annuo cenſu. Poſtmodum euenit quod Se-
ius vigore pacti de retrouendendo re emit à præfato Ti-
tio dictum annuum cenſum,qua re peruenta ad notitiam
dicti Sempronij,comparuit coram Iudice cum inſtrumẽ-
to venditionis dicti cenſus factæ per Titium,vna cum fi-
de retrouenditionis per eundem Titium factæ Seio,petẽs
expediri citationem ſuper tenore inſtrumenti contra Ti-
tium pro pretio per eum recepto, dicens factũ eſſe caſum
reſciſſionis,& euictionis contractus: poſtquam cenſus ſi-
bi venditus per retrouenditionem factam per ipſum Ti-
tium Seio erat reſolutus. Nunquid poterit dictus Titius
citari ſuper tenore inſtrumenti procedendo contra ipſum
exequutiuè via præſentis Ritus. Videtur dicendum quod
non,ex quo per venditionem cenſus factam per Titium
Sempronio dominium cenſus tranſiuit in ipſum Sempro-
nium adeo quod poſtmodum Titius non potuit illum re-
trouendere Seio,ex quo non erat ſuus,& culpa fuit ipſius
Seij retroemere à Titio tunc non domino, quæ culpa ſibi
tantum obeſſe debet, & non alteri, & ita cenſuit Magna
Curia Vicariæ cum caſus occurriſſet in cauſa Aureliæ Vi-
talianæ cum Marino maſtro Iudice,& magna Curia fun-
dauit ſe,quia habuit pro conſtanti,quod Sempronius cę-
perat iam exigere cenſum à Seio, adeo quod interuenit
vnum de requiſitis in l.3.C.de nouat. & Seius non rectè
fecit retroemere à Titio. De quo cum appellatum eſſet ad
Sacrum Conſilium 4. Nouẽbr.68.fuit decretum poſſe ex-
pediri citationem ſuper tenore inſtrumenti, & procedi
via Ritus,vt in bancha Io. Vincentij de Angelis actuarij,
& fundauit ſe S. C. quod non eſſet verum,quod Aurelia
cępiſſet exigere cenſum à debitore, adeò quod nihil poſ-
ſet imputari debitori quod rem emiſſet à D. Marino. Ego
vero teneo,quod ſiuè Sempronius cępit exigere cenſum à
Seio,ſiuè non, Titius citari poterit ſuper tenore inſtrumẽ-
ti, & contra eum exequutiuè procedi via Ritus, quia dũ
Titius allegat Seium fuiſſe in culpa retroemere ab ipſo al-
legat ſuam turpitudinem,contra l.alias, ff. de iureiurand.
immò detegit ſuam fraudem retrouendendo,quod non
eſt ſuum,& recipiendo de eo pretium: Et id quod dicitur
de dicto requiſito in d.l.3. procedit vbi non eſt facta de-
legatio, adeo quod remanent actiones penes primum
creditorem, at in caſu noſtro penes Titium primum cre-
ditorem facta per eum abſoluta venditione cenſus dicto
Sempronio nihil penitus remanet; intantum quod dato,
quod Sempronius non cępiſſet exigere, ipſe non poterat
in exactione amplius ſe intromittere, & conſequenter
nec in retrouenditione,& cum aliter fecerit retrouendẽ-
do, pretium quod eſt penes eum dicitur æs alienum com-
petens Sempronio qui nunc via Rit. vult agere. Salerni
die 29. Septemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CLXVII.

NOta, quod iſte Ritus hoc modo practica-
tur: videlicet,quod ſit interrogatio ſuper
tenore inſtrumenti, niſi fuerint tranſacti anni
viginti à die natiuitatis actionis contentæ in di-

cto

cto inſtrumento, quo caſu quando tranſacti ſunt, non fit interrogatio. Sed proceditur via ordinaria, vt de iure communi conceditur, iſta fuit determinatio facta die 5. menſis Auguſti quintędecimæ Indictionis: quam determinationem de mandato Curiæ reſpondit, & fecit Iudex Henricus Acconzaiocus pro parte totius Curiæ tunc ſedentis, & tunc erat aduocatus partis pręſentantis dictum Inſtrumentum Iudex Blaſius Latius. Item intelligitur iſte Ritus quando inſtrumentum eſt liquidum per ſe ſine alia probatione, vel petitione danda ad probandum liquiditatem ipſius inſtrumenti. Poteſt etiam fieri interrogatio quando eſſent plura inſtrumenta, quorum vnum eſſet liquidum per reſpectum ad aliud: vt ſi eſſet hæres qui de hæreditate apprehenſa ex teſtimonio in promptu, conſtaret per inſtrumentum debiti liquidum: quæ prædicta omnia fuerunt terminata per Curiam die prædicto.

SVMMARIVM.

1 *Elapſis 20. annis à die natiuitatis actionis in inſtrumento contentæ; via ordinaria, non iure municipali proceditur.*
2 *Clericus ritibus noſtris vti volens, eorum forma, ſuiſq; vinculis attentis, vti debet.*
3 *Mala fides nocet præſcriptioni.*
4 *Statutum cum præbeat inſtrumentis exequutionem intelligendum eſt de liquidis.*
5 *Inſtrumentum reſtitutionis dotis non liquidebitur niſi probato caſu reſtitutionis; nec inſtrumentum de promiſſa dote pro contrahendo matrimonio, niſi ſequuto matrimonio, nec inſtrumentum, quia deperditum; niſi per teſtes probetur.*
6 *Statutum inſtrumento exequutionem tribuens, contra principalem tantum, non contra tertium poſſeſſorem locum habet.*
7 *Obligatio perſonalis non ſequitur fundũ, nec etiã realis.*
8 *Inſtrumentum ante diem ſolutionis venientem, an exequatur ex iuſta cauſa?*
9 *Inſtrumentum non citato debitore, exequutionem paratam non habet.*
10 *A citatione incipere, quando ſit neceſſe.*
11 *In quibus locis à captura incipit executio.*
12 *Defenſio de iure naturali eſt; & ad certum tempus reſeruari poteſt.*
13 *Inſtrumentum clauſulam guarentigiæ, & exequutionem paratam habere quid ſit.*
14 *Inſtrumentum liquidum quando dicatur.*
15 *Inſtrumentum non liquidum per aliud inſtrumentum liquidatur. An alijs etiam modis liquidari poſſit: & quibus?*
16 *Exempla non reſtringunt regulam.*
17 *Inſtrumentum de proximo liquidandum reputatur liquidum.*
18 *Decreto interpoſito inſtrumentum fore liquidum, ſtatutum dictans inſtrumentum habere exequutionem: vires habere incipit.*
19 *In obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe.*
20 *Pratum venditum ad ius paſculandi; ſi renunciatio patientiæ in inſtrumento non appareat, an ſit liquidum.*
21 *De natura contractus venit euictio.*
22 *Inſtrumentum debiti de per ſe non liquidum, ſed relatione ad apocam teſtibus ſubſcriptum, an tanquam liquidum in Mag. accuſabitur.*
23 *Scriptura priuata tribus teſtibus ſubſcripta, publicum inſtrumentum dicitur.*
24 *Scriptura quandoq. inſtrumentum, quandoque documentum appellatur.*
25 *Dictio, quaſi improprietatem, ac ſimilitudinem denotat. Et aliquando veritatem infra num. ſeq.*
26 *Nullum ſimile eſt idem.*
27 *Inſtrumentum publicum, & apoca quæ dicantur inſpecto communi vſu loquendi.*
28 *Inſtrumentum ſi ſit in parte liquidum in parte non: num ipſius præſentatio impediatur?*
29 *Vtile per inutile non vitiatur. Et hæc regula in ſeparabilibus, non autem in inſeparabilibus locum habet.*
30 *Debitor creditori in alio loco quam creditoris domicilio, in inſtrumento debitum ſoluere promiſit: citatus ſuper tenore inſtrumenti non comparet: an condemnabitur: vel ſi comparens, inſtrumentum non liquidum ex præfata cauſa dicit; nunquid liquidabitur? & qualis erit forma actus publici, vide nu 31.*
32 *Inſtrumentum cenſuale confectum vltra an. 20. num paratam habebit exequutionem.*
33 *Citatio an interrumpat præſcriptionem, & num. 34.*
35 *Præſcriptioni an poſſit renuntiari.*
36 *Præſcriptioni an cum iuramento poſſit renunciari.*
37 *Verbum quandocunq; & verbum perpetuò, an impediat currere præſcriptionem ſtatutariam, vel legalē.*

Iſte Rit. venit ad limitandum Rit. præcedentem in quo poſita fuit obſeruantia, & pract. inſtrumentorum liquidandorũ in hoc Regno. Limita igitur primo d. Rit.
1 præcedentem non procedere (vt hic dicitur) † quotieſcunque a die natiuitatis actionis in inſtrumento contentæ ſunt elapſi viginti anni, quoniam tunc contra debitorem procedi debet via ordinaria: non autem via Rit. & ita ſeruatur in pract. & eſt conforme his, quæ ſcribit Bal. in proprijs terminis in l. planè, ff. quod falſ. tutor. auth. item legibus Hiſpanorum, l. 3. tit. de las præſcripciones, licet ibi de decennio tantum ordinetur: vt refert Roderic.
* Suar. in l. poſt rem limitat. 6. fol. 608. * Ratio iſtius Ritus eſſe poteſt, quia tempore iſtorum Rituum debitor ex cauſa inſtrumenti liquidati puniebatur pęna manus adeo qđ accuſationi criminali ſubditus erat, vt per Rit. infra 171. & 179. & accuſationes criminales regulariter 20. tantum annis viuunt, & non vltra per text. in l. quærela, C. de
2 falſ. ¶ † Amplia iſtam limitat. etiam ſi clericus eſſet creditor qui vellet elapſis 20. annis, procedere contra debitorem via dicti Rit. quoniam vti debet his Ritibus attenta eorum forma, & cum ſuis vinculis, vt diximus ſupra in Rit. præced. quæſt. 2. & firmat Iaſ. in proprijs terminis de ſtatuto volente quod ſi ſunt lapſi decem anni: inſtrumenta non mandentur exequutioni in l. de quibus de leg. col. 2. num. 12. verſ. ſed pulchrum dubium. Secũdo amplia etiam accedente mala fide debitoris nõn ſoluentis infra
3 ſpatium dictorum annorũ 20. † quia licet mala fides noceat præſcription. cap. ſi de præſcript. & c. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. tamen non nocet in caſu iſto quo ad perdendum beneficium exequutionis, conceſſum ab ipſo Rit. qđ per ipſum tolli potuit, vt in ſpecie pulcherrimè conſuluit
* Alex. conſ. 115. vol. 7. * & in proprijs terminis Balbus in tract. præſ. 2. p. 3. partis prin. q. 14. ver. 3. limit. n. 76. Scđo limita (vt Rit. inet dicit) non procedere qñ inſtrumentũ nõ eſt liquidũ de per ſe abſq; aliqua probatione, vel peti-
4 tione danda ad probandũ liquiditatē: ratio eſt. † quia ſtatutũ præbens executionē inſtrumentis intelligitur de liquidis, vt probat tex. not. in l. hoc, ff. de verb. oblig. quē ad hoc citat Bal. in l. cũ teſtam. in fi. C. de manu. teſt. Bar. in l. proinde, §. notãdũ, ff. ad l. Aquil. idē Bal. in l. ſiquidē, per illũ tex. C. de excep. & in l. ſi cauſam, ver pone. nu 9. C. de exeq. rei iudic. vbi allegat tex. in l. fi. C. de cõpenſat. Alex. conſ. 90. col. 3. vol. 3. conſ. 25. col. 3. vol. 2. Rom. conſ. 211.

Pauli

Digitized by Google

Paul.de Caſt.conſ.31.& 177.& Doct.vbiq;.Ex quo ſequitur ſm.Bald.in d.l.ſi cauſam,num.13.
5 † q ſi vigore inſtrumenti matrimonialis petitur reſtitutio dotis ſoluto matrimonio, tale inſtrumentum non poterit vigore iſtius Rit. liquidari, quia eget probatione qualiter factus eſt caſus reſtitutionis per mortem, & idē ſi petatur a viro dos ſibi promiſſa pro matrimonio contrahendo,quia egeret probatione,qualiter matrimoniū eſt contractū,vt probat tex. in l.tali.ff.de iur.dot.& firmat idē Bald.in l.ab executore, col.4.& 5.C.quorum appell.non recip.glo.quam ibi Alb. dicit ſing.in l item quia,ff.de pac.in l.2.§.creditum quam ibi ponder.Iaſ.ff.ſi cer.pet.& Rip.in l.in illa, nu.9.ff.de verb.oblig.Tertio limita non procedere vbicunq. ipſum inſtrumentum,quod pro debito confectū fuit(quia deperditū eſt) probaretur per teſtes, vt firmant in proprijs terminis Bar.& Bald.in l.1.§.& cū hæreditatis, in fin. de his quæ in teſt.delen.in l.idē,Bal. in l.fi. col.3. ver. ſed quis ſi ſcriptura, C.de fideicom.in l.1.in princ. C. vt in poſſeſs. leg.& in l.general.C.de ſacroſan.Eccl.Paul.de Caſt. in d. l.noſtram nu.5.ver.ex prædictis C.de teſt.& Roder.Suar. in d.l.poſt rem limit.3.ſed dicet aliquis contra iſtam limit. facit gloſ.in l.fi.in ver.depoſitionib.C.de edi.Diui Adria. toll.vbi qđ beneficiū illius l.datū hæred.oſtendendi teſtamentum non cancellatum,neq; abolitū, aut aliqua parte vitiatū, vt mittatur in poſſeſſionē hæreditatis, habet locū etiā in hærede inſtituto in teſtamento nuncupatiuo cuius nulla eſt ſcriptura confecta,ſed de quo conſtat per teſtes, eorū atteſtationibus,per Iudicē parte citata, & audita receptis,& poſtmodū in ſcriptis redactis,quā gl. ſequuntur ibi Bar.Bal.Salyc.& Alex.& idē Alex.conſ.93.col.fi.vol.6 Felyn.latè in c.ſicut,col.3.declar.1.de re iud. Hippo.ſing. 484.ſi vera loqui. & Tiraq. in tract. retract. conſanguin. §.2.gloſ.1.nu.14.ver.& huic ſententiæ cuius gloſ. authoritate Ang.ibid.inferens ad noſtrā quęſt.dicit idem etiam ſi per ſtatutū inſtrumenta publica habeant executionem paratā, quia creditor poterit per teſtes probare fuiſſe factū inſtrumentū,vel contractū, & talis probatio in ſcriptis ſolemniter redacta exequetur ſicut inſtrumentū. Item faciunt contra iſtā limit.quæ ſcribit Ang.in l.pen.C.dep. & Matheſ.ſing.5.not.q contractus,vbi quod id quod dicitur depoſitū habere executionem paratā,per tex. in d l. pen.vbi etiam Bar. intelligitur,ſi de eo apparet publicum inſtrumentū,vel publica ſcriptura atteſtatione teſtiū, qui per Iudicem fuerint recepti parte non citata, in caſib. tñ permiſſis:puta,ad futurā rei memoriā,vel citata,& demū tali ſcriptura publicata,iuxta l.publicat.C.de teſt.vt propriè not.Bar.in d.l.fi.nu.27.ver.procedo vlterius,C.de edic.Diu.Adr.tol. Reſponſio tñ ad prædicta, eſt clara ſm Roder.Suar.d.limi.3.n.4.q prædicta contraria procedūt vbicunq.nō ſolū per teſtes probabatur debitū,aut inſtrumentū;verū etiā ſuper talib.depoſitionib. teſtiū celebrata fuit ſcriptura,& demū Iudicis authoritate publicata,iuxta formā d.l.publicati,& not.ibid.per gl.& Paul.de Caſt. in princ.poſt Spec.in tit.de inſtr.editio.§.oſtenſo.nam,& ſic propriè loquitur Bar.in d.l.fi.vt proximè dixi,& tunc illa ſcriptura publica teſtiū depoſitionem exequetur ſicut inſtrumentum, Bart. verò,& ipſum ſequentes, loquuntur vbi ſolummodò probabatur per teſtes, & eo probato, quęrebatur ex. qui inſtrumentū deperditū,aut cancellatū. Aduerte tamē ne erres in hoc Regno,quia licet ſuper depoſitionibus teſtium fieret ſcriptura,& publicaretur:non propterea merebitur executionem vigore præced. Rit.ratio eſt,quia in d.Rit.in princ.apertè dicitur, quod in illis debitis locum habet, de quibus publica apparent inſtrumenta,quo caſu cum priuilegium exequutionis cenſeatur datum ipſi ſcripturæ inſtrumenti, dato quod per teſtes deponatur,& inde fiat ſcriptura,non erit ſatisfactum Ritui,vt Bald.in terminis dicit in dicta l.prima, in final. ver. ff.de his,quæ in teſtam.delen.tanto magis,quia vt ibi dixi in ſecundo not. multa debent concurrere in inſtrumento publico,ad hoc vt locum habeat ille Rit. Quarto limita contra tertium poſſeſſorem,aut alium in inſtrumento nō
6 nominatum, † quia ſtatutum tribuens exequutionem inſtrumento, locum habet contra ipſum principalem debitorem tantum,non autem contra tertium poſſeſſorem,vt inquit Baldus in l.1.in princip.2.col.C. commun. deleg. Imol.in l.fi.verſic.aduerte,ff.quibus appell. non licet Angel.in l.ſi vnus,§.ante omnia,ff.de pact.& in l.1.§.ſi heres vbi etiam Alex.ff.ad Trebel.& idem Alex.conſ.83.nu.11.
7 & conſil.84.num.8.vol.3. † & ratio eſt, quia obligatio perſonalis non ſequitur fundum,l.ea leg. C. de conditio. ob cauſ.l.vt pomum,ff.de ſeruit.l.venditor, in princip.ff. commun.præd.& l.4.§.opus,ff.de alien.Iudic.mutat.cau. fact. & non ſolum non habet locum contra tertium poſſeſſorem exequutio perſonalis per d.proximam rationem ſed nec etiam realis l.ſæpe,in fi.ff.de re iudic. l. 1. & 2. C. quibus res iudic. non nocet,& not.per Bart in l. repeti.l. creditores,num.23.verſic.hoc præmiſſo ibi ſi vero tale pactum,C.de pign.licet iſtud de reali fallat in caſibus quos ibid.Bar.ponit nu.25.latius Afflict.in conſtit. Regn. pacis cultum nu.23.cum ſeq.& Roder.Suar in d.l. poſt rem,limitat.1.nu.5.ff.de re iudic.fol.577. Quinto limita ad inſtantiam creditoris tantum,non autem tertij, etiam ſi illius interſit,vt dicit Bald.in l.ſi pro te, per illum text. C. de dot. promiſs. Alex.in l.1.§.ſi hæres,ff.ad Trebell.Aret. conſil.86.diligenter,col.fin.Dec.conſil.198.col. antepen. & conſil.410.col.3.& Iaſ.in l.iuris gentium, §. prætor
8 ait,ff.de pact. † Sexto limita die ſolutionis nondum veniente, l.1.C.de condit.ex leg.l.ſi mandauero,in princ.ff. mandat.l.eum qui calendis,ff.de verb.oblig.per quæ iura ita not.Ang.in d.l.1.& Alex.conſil.95.num.1.vol.1. & iſtud adeò verum eſt,quod etiam ſi à debitore non opponeretur:poſſet Iudex actorem ex officio repellere, per gl. in l.vbi pactum C.de tranſact. vt tenet pulchrè Bar. in l. lecta,col.4.ff.ſi certum peta.& in l.ita ſtipulatus,ff.de verbor.oblig.& Ang.in l.1.C.vt action.ab hæred.licet tamen non detur executio inſtrumento ante diem ſolutionis per præfata,tamen ex iuſta cauſa conceditur creditori perſequi pignor.& agere hypothecaria per l.quæſitum, iuncta gl.ff.de pignor.item capere debitorē fugitiuū,l.1.ad finē, vbi hoc not.Bart.Bal.Ang.& Alex.C. de conditione ex lege,item agere,vt ſibi idoneæ caueat,l.omnib.ff.de Iudic. l.ſi creditores,ff.de priuileg.credit.Bald.in l.3.in fi.C. cōmoda.cum ſimil.quæ ponit Roder.Suar. in d.l. poſt rem, limita.7.nu.2.& 3. ff.de re iudic.& Afflict.deciſ.279.nu.4. & quandoq. agere,vt condemnetur ad ſoluendum adueniente die,quando dies ſolutionis eſt ſtatutus per dilationem legalem, vt eſt in dote,l.vnica, §. exactio. C. de rei vxori.action.vt not. Afflict.in d.deciſ.in fin. & Rip. in l.
9 in illa,nu.10. ff de verb.oblig. † Septimo limita vbicunque debitoris citatio non interuenerit,tunc enim inſtrumentum eo non citato,non habet executionem paratam vt in proprijs terminis firmat Bal.in l.ab executore,col. verſ.ſed quid dices C.quorū app ll.non recip.ratio eſt ſe
10 cundū eū,† quia cum nulla ſentētia præceſſerit,nec aliter de cauſa cognitū fuerit:neceſſe eſt à citatione incipere,§. fin.inſtit.de pęna temer.litig.qđ etiā voluit Salyc. in d.l. ab executore,2.col.ver.circa iſtius partis expeditionē per eandē rationē,licet Bal.non alleget,& cōfirmatur ex noſtro præcedenti Rit.vbi de citatione debitoris fit mentio, & ita ſeruatur in pract.adeò qđ nullus Iudex ex ſola inſpectione inſtrum. facit illud exequi, niſi prius debitorem
11 citet:† Florētiæ tamē,vt dicit Ang.in l.ſi ſic,§.j.ff.de leg. 1.ſeruatur contrarium, & à captura incipitur nulla cita-
a tione præcedente, & ita etiam ſeruatur in Hiſpania, a vt dicit Roder.Suarez in d.l.poſt rem, 12. limitat. num.2.
12 † Et ſi dicatur, quod iſtud eſt tollere defenſionem, quæ cum ſit de iure naturæ tolli non poteſt, clement. paſtoralis,de re iudic. reſpondet Angel. ibid quod non tollitur defen-

ADDITIO.

a In Hiſpania adde,& in Regno Siciliæ, & Inſula Lipara, vt in præced. Rit. diximus. C. P.

Digitized by Google

defenſio,ſed variatur defendēdi modus,quia poſt exequu-
tionem auditur debitor in defenſionibus ſuis, quæ de iure
poſſunt ad certum tempus,& terminum reſeruari l.ſi.C.de
compenſa. l.ille à quo, §.ſi de teſtamento,ff.ad Trebell. &
l.2.C.de edict.diui Adrian.toll.& profectò niſi Rit.noſter
præcedens expreſſiſſet de citatione abſque ea inſtrumen-
13 tum exequeretur per prædicta, † & etiam, quia, vt dicit
Rom.in conſ.133.in præſuppoſito,nu.1. inſtrumentum ha-
bere clauſulam guarentigie,& paratam habere exequutio-
nē nihil aliud eſt, quam ipſius vigore cogere ſine ſtrepitu,
& figura iudicij,à captura perſonæ de facto incipiendo, vt
patet ex his,quæ nota. Bart. in l.ſi quis, C.depoſi. * Subli-
mita tamen hanc limita.ſecundum ea, quæ diximus in Rit.
14 præceden. q.14. ¶ † Quæro primo in hoc Rit. quando
inſtrumentum poterit dici liquidum, & ad hoc reſpondet
Rit.met in verſ.item intelligitur, dicens,quod erit liquidū
quotieſcunque nulla eget probatione extrinſecus facienda
ad eius liquiditatem,vt etiam diximus ſupra in 2.limit.ſub-
dit tamen Rit.in verſ. poteſt, quod quotieſcunque inſtru-
mentum de per ſe ſolum non eſſet liquidum, ſed iunctum
cum alio,ſic poteſt procedi ad eius liquidationem, & in-
terrogationem,quæ fit ſeruata forma præceden. Ritus, &
ponderanda ſunt verba Ritus,quia non dicit,quod hoc ca-
ſu inſtrumētum eſt liquidum,quia liquidum eſt, quod alio
extrinſeco non eget,(vt dictum eſt,)ſed ſolum dicit,ꝙ hoc
caſu procedi poteſt ad interrogationem, quaſi velit dicere
Ritus, ꝙ licet aliquando inſtrumentū verum non ſit liqui-
dum,tamen iūctum cum alio,poteſt liquidari, dicetur autē
tunc inſtrumentum liquidatum,nō autē liquidum,ꝙ nota.
15 ¶ † Secundo iuxta præfata quæro, poſtquam inſtrumentū
non liquidum liquidari poteſt per aliud inſtrumentum, &
ita ad interrogationem procedi, nunquid etiam alijs mo-
dis talis liquidatio fieri poterit? Ritus noſter non ponit,
niſi de liquidatione facienda per aliud inſtrumentum, Ri-
tus vero infra 181.qui incipit, item ſeruat ipſa curia,quod
ſi.& alius inf.286.incipit,item ſeruat ipſa curia,quod quā-
do, qui melius, & clarius loquitur, apertiſſime decidunt
poſſe etiam fieri per teſtes,& per quaſcunque alias proba-
tiones, & licet loquantur ſolum quoad probandum quem
eſſe hæredem, & non in alijs caſibus, tamen, vt ex eorum
text.liquet,gratia exempli,ponunt illum caſum tantum, vt
16 patet per illa verba, puta, quæ ſunt exemplificatiua, † &
exempla non reſtringunt regulam, §. hactenus inſtir. de
gradi.affinita.& l.damni.ff.de damn.infect.cum ſimilibus,
quæ Cauen. in d.Rit.286.late adducit,hanc opinio.tenens
Moder.vero Grauine.in Rit.præcedenti,par.4. declar.fin.
nu.78. his relatis, aliter tenent,diſtinguendo,quod aut in-
ſtrumentum non liquidum poteſt in promptu liquidari,&
tunc procedit d.opin.quod Ritus præcedens habet locum
etiam in inſtrumento nō liquido,quòd tamen ſtatim poteſt
liquidari, quomodocunq; liquidetur, quia inſtrumentum
17 † de proximo liquidandum,reputatur liquidum, vt dicit
Corn.conſ.223.2.vol.Alex.cōſ.101.ſupra vol.4.& Capyc.
deciſ.48.aut non poteſt in promptu liquidari, & tūc ſecus
tenet,quia poſtquam non eſt liquidum, licet liquidari poſ-
ſit,Ritus non habet locum,niſi in liquido, non autem in li-
quidando,quæ diſtin.ante ipſum,fuit Ioannis de Imol.quē
non allegat,in l.1.in fi.ff. de legat.2. ſed profectò talis di-
ſtinctio mihi non placet,tum quia Alex.in ead.l.1. nu.13.
ipſam optimis rationibus reprobat,cum etiam, quia velle,
quod Ritus præcedens non habeat locum in inſtrumento
illiquido, tamen liquidando, eſt contra diſpoſitionem di-
ctorum duorum Rituum, qui id decidunt expreſſe, (vt ſu-
pra dixi)item quia,poſita pro vera ſua opin.quòd Rit.præ-
cedens non procedit in inſtrumento liquidando,talis opin.
erit vera etiam ſi inſtrumentum eſſet de proximo liquidā-
dum,licet ipſi aliter dicant,quia, vt Capyc.met dicit in al-
leg. deciſ. id quod dicitur de inſtrumento de proximo li-
quidando,procedit quoad alios effectus,quam exequutio-
nis faciendæ vigore Rit.puta,quoad excluſionem compro-
miſſi virtute Regiæ pragm.vt ipſe ibidem exemplum po-
nit. Et ideo Cauen.opinio.ſequendo, iuris communis in-
ſpecta diſpoſitione, indubitanter teneo, quod inſtrumen-
tum per aliud inſtrumentum per teſtes, & alias quaſcun-
que probationes, quas tractant Felyn. & Dec. in rub. de
probatio.liquidari poteſt, vt etiam firmat Bal. in l. ſi cau-
ſam, nu.9.verſ.pone dicit ſtatutum,d.c.de exequ.rei iudic.
Ex his ſequitur, quòd ſiue inſtrumentum ſit illiquidum ra-
tione debiti, puta quia continet intereſſe, aut extimatio-
nem,ſiue ratione perſonæ, vt quando eſt hæres creditoris,
ſiue ratione contractus,puta,quia eſt conditionalis,aut vl-
tro, citroq; obligatorius, ſiue ratione ipſius inſtrumenti,
quòd ſe refert ad aliud, ſemper poterit præambula peti-
tione oblata,peti,quòd liquidetur,& productis producen-
dis,interponi decretum,illud inſtrumētum eſſe liquidum,
& poſſe procedi ad liquidationem ipſius iuxta formam
18 Ri. † quia,vt dicit Bal.in d.l.ſi cauſam,nu.11.in fi.interpo-
ſito decreto, quod inſtrumentum ſit liquidum, ſtatutum,
quod inſtrumentum habet exequutionem incipit vires ha-
bere,licet in pract.in hoc Regno iſtæ probationes illiqui-
ditatorum inſtrumentorum non ſeruentur, niſi quoad pro-
bandum aliquem eſſe hæredem, de quo dicti Rit.181. &
286.expreſſim loquuntur,& exemplificāt, aut quoad pro-
ducendum aliud inſtrumentum pro liquidatione alterius
inſtrumenti,prout Rit.noſter dicit. Ex qua pract.& obſer-
uantia datur nobis intelligi, quod vera eſt regula noſtri
Rit.quod illud inſtrumentum exequitur,quod per ſe eſt li-
quidum abſque aliqua probatione, præterquam, quando
per aliud inſtrumentum liquidaretur, aut quando eſſet
probandum quem eſſe hæredem creditoris, & ſic quod
dicti Rit. qui exemplificant ſolum in probando quem eſſe
hæredem,locum habeant ſolum in caſu exemplificato, &
ideo videmus, quod præambula de quibus dicti Ritus lo-
quuntur,non fiunt ad probandum, & liquidandum alias il-
liquiditates,quam ad probandum quem eſſe hæredem cre-
ditoris, quæ bene nota. Redeundo tamen ad quatuor illi-
quiditates, quas ſupra dixi,ſcias,quod de prima illiquidi-
tate loquitur Bart.in l.proinde in §.notādum,ff.ad l.Aquil.
& in l.1.verſ.quæro an in fideiuſſorem, nu.3. ff. iudic. ſol.
Roma.conſ.211.nu.5.Aret.conſ.32. nu.4. in fi.& Alex. in
d.l.1.nu.13.ff.de legat.2.in quibus locis prælleg. Doctor.
dicunt,quod quando inſtrumentum non eſt liquidum,quia
fuit promiſſum intereſſe,non poteſt peti ipſius exequutio,
niſi prius declaretur illud intereſſe incertum, & contētum
in inſtrumento,quæ declaratio fieri debet per probationes
ſummarias,non autem opus erit iudicis decretū,per quod
taxētur certa quantitas, vt dicit Alex. ibidem, motus per
tex. l.1.cum ibi not.per gl.& Doct. C.de ordin. cogn. vbi
quod iudex debet ſe ſummariè informare de incidenti, ad
finē vt poſſit determinare principale, non autem opus eſt,
ꝙ ſuper tali incidenti pronunciet, & ipſum ſequitur Rod.
Suarez in l.poſt rem,limit.4.nu.4.circa fin.ff.de re iud.cu-
ius contrarium voluit Bald.in d.l.ſi cauſam. Dicunt tamen
multi Doct. ꝙ Bar.ſibi contrarius in l.1.in fi.ff. de leg.2.&
in l.1.ff.de eden.tenuit cōtrariū & ꝙ inſtrumenti illiquidi,
quia contineat intereſſe incertū, poteſt peti exequutio, &
poſtmodum in iudicio exequutionis declarabitur quanti-
tas,& cum hac Bart. vltima opin. pertranſeunt communi-
ter ſcribentes,vt late ſcribit Apoſtill.ad Bart.in d.§.notan-
dum,ſed omiſſa concordia ſatis pulchra, quam tradit Ro-
ma.in dicto conſ.vbi primam opin. Bart.ſequitur,item alia
concordia,quam tradit Socin.conſ.89.vol.4. videtur dicē-
dum prout etiā Roder. Suarez dicit in prælleg. loc. nu.6.
ꝙ Bart.nullo modo ſibi contrarietur, ſed quod vtrobique
dicit idē,quia dū dicit in d.l.1.ff.de leg.2.ꝙ poteſt peti exe
quutio,& tūc in iudicio declarabitur quātitas,debet intel-
ligi eo modo,quo dixit in d.§.notandum, ſcilicet,ꝙ prius
declarabitur quantitas, & poſtmodum petitur exequutio,
& prout ipſemet Bart.ſe ipſum manifeſte declarat in d.l.1.
nu.13.ff.iudic.ſol.vbi dicit, ꝙ inſtrumentū illiquidum me-
retur exequutionem,declarata prius,& limitata quātitate,
& vere, iudicio meo,Bart.nō habuit diuerſam intentionē,
quod nō limitat tamen præfata Alex.in d.l.1. nu.13. verſ.
prædicta,vbicunque intereſſe incertum eſſet expreſſe pro-

O miſſum

Digitized by Google

miſſum in inſtrumento, ſecus ſi intellectualiter, vt quando
eſt promiſſum fabricare domum,& poſtmodum nō adim-
19 pletum, † quia in obligationibus facti,ſuccedit obligatio
ad intereſſe, l.ſi quis ab alio,ff.de re iud.& l.ſtipulationes
non diuiduntur, verſic.Celſus,ff.de verb. allegat pro hoc
Ant.de Butr.in cap.translato, de conſtit. & ipſum ſequitur
Roder.vbi ſupra num.9. De ſecunda illiquiditate loquitur
Rit.infra 181.item ſeruat ipſa Curia,& Rit.286. vbi latius
dicemus, & Aret.conſ.21.num.4.& d.conſ.32.num.2. De
tertia loquitur Bald.in l.cum teſtamentum, circa fin. C.de
teſta.manu.Socin.conſ.51.præſtantiſsime, & conſ.4.vol.1.
Aret.d.conſ.32.col.1.num.1.Alex.conſ.90.col.3.volum.3.
Corn.conſ.112.vol.1. Dec.conſ.46.col.3.in princ.& 107.
vol.1.& hoc procedit ſiue ſit conditio expreſſa,ſiue tacita,
vt dicũt Ang.Paul.de Caſt.& Alex.in l.item quia,in princ.
20 num.5.ff.de pact.† & ideo ſi fuerit venditum aliquod pra-
tum quoad ius paſculandi, & in inſtrumento nō appareret
renunciatio patientiæ,inſtrumentum nō eſt liquidum,quia
habet tacitam conditionem patientiæ præſtandæ,vt inquit
tex.not.in l.ex conducto.in princ.ff.loca.Item ſi inſtrumen-
tum eſſet de venditione alicuius fundi, & in eo eſſet pro-
miſſum pretium per emptorem, & euictio per vẽditorem,
non eſſet liquidum, quia ratione promiſſionis dicitur con-
tractus vltro,citroq; obligatorius,per l.Iulianus,§.offerri,
vbi Bart. ff.de actio. empt. & ibidem ſi non eſſet expreſſe
21 promiſſa euictio, † quia cum de natura contractus veniat
euictio, l.ex empto.in princ.ff.de actio. empt. ineſt tacita
conditio euictionis præſtandæ. De quarta illiquiditate lo-
quitur tex.cum his,quæ ibi not. ſcribentes in auth.ſi quis in
aliquo, C.de eden.

22 ¶ † Tertio ſatis neceſſario quæro,pone,quod inſtrumen-
tum debiti non eſt liquidum de per ſe, ſed per relationem
ad apocam teſtibus ſubſcriptam ſic, nunquid tale inſtru-
mentum tanquam liquidum poterit in Magna Curia iuxta
formam præceden. Rit. accuſari? prima facie videtur di-
23 cendum, quod ſic, † quia ſcriptura etiam priuata manu
confecta,ſi habet trium teſtium ſubſcriptionem,dicitur in-
ſtrumentum publicum, vt ſcribit Specul. in tit.de inſtrum.
editio.§.nunc dicendum,num.2.verſ.5.dicitur,allegat tex.
in c.2. de fide inſtrum. vbi appellat iſtas ſcripturas ſcripta
authentica in l.ſcripturas, C. qui potio. in pignor. habea.
ibi, quaſi publice conſcriptas, in auth. de fide inſtrum. §.ſi
quis igitur, verſic.ſed & ſi quis, cum quo concordat auth.
24 ſi quis vult, C.qui potio. in pigno. habea. † vbi iſtæ ſcri-
pturæ quandoque inſtrumentum,& quandoque documen-
tum appellantur, & tex.in c.placuit, lo ſecondo, verſic.is
autem, iuncta gloſ.in verſ.ſubſcript.16.quæſt.3. cum quo
concordat tex. in l. vt perfectius, C.de annal. exceptio.
Nec obſtat ſi diceretur, quod apocha improprie dicitur
inſtrumentum publicum: ponderando verba dictæ l.ſcri-
25 pturas,ibi,quaſi publice,† cum dictio quaſi,improprieta-
tem denotet,& ſimilitudinẽ,l.ad tempus,in fi.ff.de viucap.
l.ſi non quaſi hæres, ff.de acquir.hæred. l.poſtmodum, in
princ.ff.de iniuſt.teſtam. gloſ.in l.in perſonam,§.qui pecu-
niam,ff.de pactis, & in cap.parochianis,de decimis, Dyn.
conſ.41.num.4.& 5. & Ang.de Aret.in l.qui liberis, nu.6.
ff.de vulgar.Iaſ.in §.ſed iſte,num.26.& 68. inſtit.de actio.
& Felyn.in cap.gratum,num.12. de offic.deleg. cum ſimil.
quæ allegat Alberic. in ſuo diction. & Io.Bapt.Caſtellio.
26 poſt ipſum, † & nullum ſimile ſit idem, l.quod Neratius,
ff.depoſit. quoniam reſponderi poteſt, quod dictio quaſi,
etiam veritatem poteſt denotare,& proprietatem,vt patet
in Euangel.Ioan.ibi, quaſi vnigeniti a Patre,in l.mulier,§.
fin.ff.ad Trebell.l.1.ff.ad legem Iuliam, de vi public. & l.
nec is,§.1.ff. de acquir. hæred. & alijs quāpluribus locis,
quæ Alber. ibidem allegat, quod maxime dici poteſt in
terminis d.l.ſcripturas, vbi, quod ſi producitur apocha in
iudicio actionis perſonalis, obtinet ſuum robur quaſi pu-
blice confecta,& ſi in iud. realis ſimiliter, & præponitur
inſtrumento poſteriori ſi habet tres teſtes fidei dignos, in
tantum, quòd poſtquam in caſibus ibi expreſſis ita valet
ſicut inſtrumentum publicum,illa dictio quaſi,ibi denotat
veritatem,& non ſimilitudinem,bene tamen fateor, quod
27 in pract. non ſeruaretur, † quia inſpecto communi vſu
loquendi,ſecundum quem Rit.noſter loquitur,inſtrumen-
tum publicum appellamus illud, quod per manus publici
notarij eſt confectum, apochas vero appellamus priuatas
ſcripturas,vt omnibus clarum eſt,& patet ex Bald.in ſum-
28 mario d.l.ſcripturas,quod not. ¶ † Quarto quæro ſi in-
ſtrumentum in parte eſt liquidum,& in parte non,nunquid
impedietur ipſius præſentatio iuxta formam præcedent.
Rit. propter partem non liquidam? regula iuris ſe habet,
29 † quod vtile per inutile nō vitiatur,vt in reg.vtile,de reg.
iuris, in 6.l.1.§.penult. vbi Bart. & Doct. in 1.oppo.ff.de
verborum obligatio. l.hac conſultiſſima,§.ex imperfecto,
2.reſp. C.de teſta.l.fin. C.fami.herciſc.& in l.certi §.quo-
niam, in 3.not.ff.ſi certum pet. vbi Bald.ponit decem fal-
lentias: ſed quia dicta regula locum habet in ſeparabili-
bus,non autem in inſeparabilibus,vt dicit Bart.in l ſi ſpon-
ſus,§.generaliter,per illum tex.ff.de donat.inter virum,&
vxorem, Bart.in l.fin.num.3.in fi.ff.de iuriſdict.omn.iudic.
Cardin.in clem.1.§.eadem, de ſupplen.neglig.Prælat. &
in clem.1. de decimis. & Alex. in l.ſtipulatio hoc modo,
ff.de verbor. obligat. diſtinguendum videtur hoc pacto,
aut pars illiquida impedit ſolutionem, & ſic partem liqui-
dam,& tunc non poteſt præſentari,quia cum vna pars ten-
dat ad impedimentum alterius, videntur inſeparabilia,
& ſic vtile vitiatur per inutile,l.in hoc iudicio,ff.fam.herc.
quam Bart. allegat in d.l.fin. aut non impedit ſolutionem,
quia fortè dicit inſtrumentum, quod facta ſolutione, cre-
ditor teneatur facere hoc, vel illud: & tunc quia videntur
capita ſeparata,vtile non vitiatur per inutile, & poteſt in-
ſtrumentum præſentari, & accuſari. Verum ſi inſtrumen-
tum diceret, quod tempore ſolutionis teneatur creditor
facere aliquid,nō impeditur liquidatio inſtrumenti,& exe-
quutio, ſed dicitur quod exequatur, & fiat depoſitum, &
illud non liberetur, niſi adimpleta promiſſione per credi-
torem,& ita ſeruatur in practica. ¶ Vnum tamen aduer-
te in practica, quòd quotieſcunque inſtrumentum debiti
non eſt liquidum de per ſe, ſed liquidatur per aliud,quan-
do citatur debitor ſuper tenore ipſius, dici debet in cita-
tione, quod veniat reſponſurus ſuper tenore inſtrumenti
non liquidi,liquidati tamen per aliud inſtrumentum,ad fi-
nem vt citatus veniat inſtructus,& certus. Et adde,ꝙ tale
inſtrumentum,quod inducitur ad liquidãdum aliud, quod
eſt illiquidum, debet eſſe ſumptum in forma probante, &
ſi nō eſt ſumptum in forma probante, ſufficit quod ſit alia
ſcriptura publica,dummodo etiam de ea fiat mentio in ci-
30 tatione, vt dixi. ¶ † Quinto quæro,pone,quòd debitor
promiſit in inſtrumento ſoluere debitũ creditoris, & cita-
tus ſuper tenore inſtrumenti non cõparet,nunquid poterit
condemnari? vel comparet,& dicit inſtrumentũ non liqui-
dum ex cauſa præfata,nunquid poterit liquidari? Breuiter,
dicas,ꝙ nō,quia in tali caſu tenetur creditor probare qua-
liter die ſolutioni deſtinata fuit in illo loco paratus recipe-
re ſolutionem,vt dicit Bart.in l.item illa,nu.11.verſ.quæro
pone,ff.de conſtit.pecu. Alex.conſ.171.nu.4.vol.2.& Affl.
dec.316.vnde cũ ex parte creditoris ſit aliquid probandũ,
non poteſt inſtrumentũ dici liquidũ.& ex conſequẽti pro-
cedi nō poteſt.Et ideo cautela eſt ad hoc vt inſtrumentum
poſsit dici liquidum,ꝙ creditor proteſtetur per actũ publi-
cũ, qualiter illo die fuit in illo loco paratus recipere ſolu-
tionẽ,alias ſecus erit,vt dictũ eſt,quod adeo verũ eſt,ꝙ de-
bitor eo caſu etiã deponere in illo loco nō tenetur,vt latè
* firmat Alex.cõſ.92.n.10.cũ ſeq.vol.1.& ita ſeruatur.* For-
31 ma verò † actus publici erit,ꝙ creditor adeat officialẽ lo-
ci ſolutioni deſtinati,eiq; offerat petitionẽ, narrãdo talem
mediãte inſtr̃o ſibi debere ibi pro illa die ducatos tot, pro
quibus recipiendis acceſſit illuc, & quia ignorat ſi debitor
venit,rogat ipſã Curiã quatenus dignetur per eius nunciũ
per proclama perquiri facere per totã terrã ipſum debito-
rem contra,quem nō repertũ proteſtatur, quod per ipſum
non ſtetit recipere debitum ſtatuta die in loco deſtinato,&
facta dicta perquiſitione de ordine officialis more ſolito,
fieri

Digitized by Google

fieri faciat publicum inſtrumentum à notar. Curię, vel alio publ. not. tam de petitione prædicta, quam de perquiſitione, quod inſtrumentum poterit poſtmodum tempore vltimi peremptorij præſentare. Vel poterit creditor ante tempus ſolutionis conſtituere ſuum procuratorem aliquem ciuem loci ſolutioni deſtinati, qui in eo loco ſtatuta die exigat tale debitum, & demum faciat notificare dicto debitori mediãte prouiſione Curiæ, quatenus die deſtinata ſoluat tali eiuſdemmet loci, quod ſibi tenetur mediante inſtrumento, ex quo cum ad hoc conſtituit procuratorem, nam ſi nõ ſoluerit poterit creditor ad demonſtrandum, quod per eum nõ ſtetit ſtatuta die recipere debitũ, exhibere in Curia authenticam copiam procurationis factæ in perſonam talis, ac mandati facti debitori cum notificatione dictæ
32 procurationis, & talis copia ſufficiet ¶ † Sexto quæro a
a quid in inſtrumento cenſuali, quod ſupra annos 20. confectum fuit, nunquid paratã non habebit exequutionem iuxta formam Regię pragm. Alfonſus de cenſibus propter diſpoſitionem iſtius Rit. Petr. Foller. in ſua pract. cenſuali, quã nuper edidit in ver. tanquã res iudicatas, nu. 37. mouet iſtam quæſt. & dicit, ꝙ ſic, non obſtante Rit. noſtro cui ipſe reſpondet, ꝙ loquitur quando inſtrumentũ producitur per viam liquidationis, in tantum, ꝙ ſi debitor per inſtrumentũ cenſuale pro cenſibus decurſis citetur ſuper tenore inſtrumenti liquidandi iuxta formã præcedent. Rit. (ſicuti citari, & liquidari cõſueuiſſe pro tertijs, firmat Dom. Mari. Frez. de ſubfeud. lib. 2. limita. 12. ad conſt. diuæ memoriæ, nu. 37. in fi. fol. 113.) & ſi illud inſtrumentum excedit 20. annos, non poterit liquidari: ſi verò non producitur hoc modo, ſed citetur debitor ad dicendum cauſam quare non debet exequi contra eum vigore inſtrumenti cenſus, iuxta pract. quæ in iſtis cenſualibus ſeruatur, vt etiam ipſe dicit ibidẽ, nu. 60. verſ. hodie autem, tunc ſecus erit, & nihil obſtabit, ꝙ à die natiuitatis actionis ſint elapſi 20. anni, & ita ſeruatur quotidie, quod bene not. quia ipſe ibi non bene ſe declarat.
33 ¶ Septimo † quęro, pone, quòd debitor citatus ſuper tenore inſtrumenti comparet in vltimo peremptorio termino, & dicit non poſſe procedi ad interrogationem, ex quo elapſi ſunt 20. anni, computando à die natiuitatis actionis vſque in illum diem interrogationis, creditor verò replicat, quod computãdo vſque ad diem intimationis citationis non ſunt elapſi 20. anni, & quod propterea procedi debet: quid dicendum? pro parte creditoris videtur, quod per dictam citationem ſit interrupta præſcriptio, per l. ſicut, & l. cum notiſſimi, C. de præſcript. 30. vel 40. ann. pro parte verò debitoris videtur reſponderi poſſe, non eſſe interruptã, quia, vt dicit Bart. in l. naturaliter, nu. 31. ff. de vſucap. & in l. mariti, §. quinquennium, ff. de adult. præſcrip. 20. annorũ, quæ currit contra accuſationes criminales per l. querela, C. de falſ. interrumpitur per libelli oblationem, non per citationem: &, vt dicit idem Bar. in l. accuſaturus, ver. circa hunc, ff. de adul. & in auth. offeratur, C. de litis coteſt. differentia eſt an præſcriptio interrumpatur per oblationẽ libelli, per citationem, vel per litis conteſt. quia primo caſu attenditur libellus, ſecundo caſu citatio, tertio verò caſu litis conteſt. Mihi tamen videtur in hoc caſu interruptã eſſe præſcriptionem per citationem, & conſequenter procedi poſſe ad interrogationem: ratio eſt, quia quando agitur contra debitorem via Ritus, nõ datur libellus, ſed proceditur per viam citationis, vt in præceden. Rit. apparet, quæ citatio ſuſtinet locum libelli, vt practica nos docet. Non obſt. allegata in contrarium per doctr. Bar. in d. l. naturaliter, quoniam præſcriptionem interrumpi per ſolam libelli oblationem abſque citatione eſt contra pręſcribentem, interrumpi verò per citationem eſt in eius fauorem, vt patet ex dictis Bart. in d. § quinquennium, & d. l. naturaliter, & apertè colligitur ex d. l. ſicut, in illis verbis, ibi, nec ſufficiat, nam primo caſu oblato libello, dato quod non veniat in notitiam partis præſcribentis, eſt interrupta præſcriptio, ſecundo caſu non, quia opus eſt ipſam citari facere, intantum ꝙ ſi præſcriptio, quæ currit contra accuſationes criminales interrumpitur ſola oblatione libelli, quod eſt minus, multo fortius interrumpitur per citationẽ, quod eſt magis in fauorem præſcribentis, vt proximè dixi. Minimè etiam obſtat alia doctr. Bar. in d. l. accuſaturus, quia dato, quod ſit differẽtia, quod præſcriptio interrumpatur per oblationem libelli, vel per citationem, tamẽ, vt dixi interrumpi per oblationem libelli, potius quam per citationẽ, non reſpicit fauorem præſcribentis, ſed interrũpentis pręſcriptionem, qui poteſt ſuo fauori renunciare, & interrum-
34 pere per citationem, non per libellum. Ex quibus † ſequitur vna limitatio ad hunc Rit. vt nõ procedat ſi inf. 20. ann. citatus eſt debitor, & ſic interrupta pręſcriptio, dato quod tempore interrogationis eſſent completi 20. ann. Sublimita tamen d. limit. non procedere ſi citatio intimata eſſet circumducta, vel nulla, quia, vt dixi in Rit. 121. citatio circũducta nõ arctat citatum, nec interrumpit præſcriptionem. Sicuti nec etiam citatio nulla, vt dicit Bar. in l. accuſaturus, nu. 1. ff. de adult. & Sebaſt. Vant. in tract. nullit. tit. de nullit. ſent. ex defectu cit. nu. 24. niſi ad citationẽ nullam, vel circũductam fuerit comparitum, quoniam tunc citatio reconualeſceret, & præſcriptionem interrumperet, vt not. Alex. ad Bart. in d. l. accuſaturus, in ver. an citatio, ſuper litera H. & dixi latius in prag. 2. 10. not. de ord. iud. & ideo ille, qui cum citatione circũducta, vel nulla citatus eſt ſuper tenore inſtrumẽti, in quo lapſi ſunt anni 20. à die natiuitatis actionis ſit cautus, vt non compareat, quia licet reputetur contumax, poterit poſtea de nullitate dicere, vel mittat alium eius nomine, qui de nullitate citationis dicat, vel de lapſu 20. ann. quod poteſt facere, vt dixi in Ritu præced. 4. not. verſ. ſunt tamen, verſ. ſecũdus caſus, & verſ. ſeptimus caſus. Secundo limitatur iſte Rit. vt nõ procedat quotieſcunque per citatum non fuerit oppoſitũ, quod ſunt elapſi 20. anni, quia inter alias limit. quæ dantur ad d. l. querela, C. de falſ. ea eſt, vt non procedat, parte non opponente, ſecundũ Bar. in l. 1. §. accuſationem, nu. 3. ff. ad Turp. & l. abſentem, nu. 4. in fi. ff. de pœn. adeo quod ſi citatus faciat ſe reputari contumacem, vel compareat, & procedat ad interrogationem inſtrumenti, valet contumacia, vel inſtrumenti liquidatio,
35 non obſtante quod erant lapſi 20. anni. † Et ſi diceretur, quod præſcriptioni etiam inductæ fauore priuato principaliter, & ſecundario fauore publico odio negligentis renunciari non poteſt, ſecundum veriorem, & magis comm. opin. Bart. in l. nemo, ff. de leg. 1. quam ibid. ſequitur Alex. nu. 25. qui & alios allegat, & Iaſ. num. 83. in 1. lect. & in 2. lect. nu. 114. Felyn. in rubr. de præſcript. nu. 11. cum ſeq. & plenè Balb. in tract. præſcrip. 5. par. 5. par. princ. q. 6. nu. 83. cum ſeq. reſpondetur, quod multa poſſumus tacitè, ad quæ expreſſe nos obligare non valemus, vt dicit gl. in c. ſi diligenti, in verſ. manifeſte, extra de fo. comp. & in l. filiusfam. §. veterani, in verſ. prætermiſſum, ff. de procurat. quæ concluſio probatur manifeſte in d. §. veterani, in l. nonnunquã, ff. de condit. & demonſt. in l. actus, & l. expreſſa, ff. de reg. iur. & alijs quamplurimis ll. vt etiam per Cagnol. in dd. ll. Nec obſtat, quòd Socin. conſ. 86. nu. 16. vol. 1. & conſ. 266. nu. 11. vol. 2. dicat, quòd nec etiam tacite renunciari poteſt præ-

---

ADDITIO.

a Sexto quæro. Adde, quòd nos in hac quæſtione aliter diſtinguendum opinamur, videlicet, quod aut creditor vult liquidare pro cenſibus decurſis ab annis viginti retro, & nõ poteſt, aut pro decurſis ab annis viginti infra, & poteſt, licet ſint elapſi anni viginti à die confecti inſtrumenti: quoniam ſpatium viginti annorum fuit per hunc Ritum conſideratum, non quoad confectionem inſtrumenti, ſed quoad natiuitatem actionis: conſtat autem ex huiuſmodi inſtrumentis ſingulis annis naſci actiones maturatis cenſibus, ſeu tertijs, vt vulgò dicitur: & propterea inquit, Ritus à die natiuitatis actionis, non dixit à die confecti inſtrumenti, idq; procedere exiſtimamus etiam quoad exactionẽ ſortis principalis, ſi infra viginti annos nata fuit actio petendi etiam ſortem principalem, licet longe ante viginti annos inſtrumentum confectum fuerit, attentis verbis Ritus. C. P.

præſcriptioni, quoniam in eo non firmat pedes, ſed tranſitorie, & remiſſiue loquitur, nec aliqua lege id probat, & alleg. Bar. & alios in d. l. nemo, vbi de expreſſa renunciatione
36 omnes loquuntur, vt eſt videre. Tertio † limita Ritũ noſtrum non procedere vbicunque cum iuramento ſpecialiter renunciatum eſſet præſcriptioni iſtius Ritus in inſtrumento, puta dicendo, quod debitor poſſit conueniri ſecundum formam Ritus Magnæ Curiæ quandocunque etiam poſt lapſum 20. annor. non obſtante Rit. aliter diſponente, cui ex pacto cum iuramento renũciat. ita voluit not. Alex. in d. l. nemo. nu. 25. circa finem. Fely. in dicta rubr. de præſcriptio. 4. fall. nu. 15. & Balb. in d. tract. præſcript. 5. par. 5. par. prin. q. 6. nu. 39. verſ. 1. prædictã, & licet Iaſ. in d. l. nemo, nu. 83. in 1. lect. & nu. 115. in 2. lec. teneat, quod nec etiam cum iuramento præſcriptioni renunciari poſſit, motus ex conſ. Ang. 55. incip. Gulielmus, & conſ. Cuman. 91. incipien. viſa copia. in fi. attamen non recedas à d. limita. & ad conſ. Ange. reſponde, vt per Felyn. in d. 4. fall. quod locũ haberet, quando debitor ſimpliciter dixiſſet, quod conueniri poſſet quandocunque, & in fine inſtrumenti iuraſſet ſuper obſeruantia contractus, nam tunc quia illa promiſſio conueniendi quandocunque, habet tacitam conditionem ab iſto Ritu, dummodo non ſint lapſi 20. anni, ne inducatur renunciatio præſcriptionis, cui, vt ſup. dictum eſt, renũciari non poteſt, etiam iuramentum in contractu appoſitum recipiet illam tacitam conditionem iuxta diſpoſitionem l. fi. C. de non numer. pecu. quod in terminis d. l. limita. dici non poterit. ad conſ. Cuma. reſponde, quod ipſe fundat ſe in cap. ſi diligenti. extra de foro comp. vbi eſt caſus ſatis diſſimilis à noſtro, ibi enim fauore publico, & totius Eccleſiæ intuitu conceſſum eſt, vt clerici coram iudice laico conueniri non valeant, merito tali priuilegio per clericum etiam cum iuramento renunciari non poteſt, in caſu vero noſtro principaliter fauore priuato inducta eſt præſcriptio 20. annorum, & fauor publicus ſecundario conſideratur, quo caſu cũ iuramento renunciari poteſt, vt per Alex.
37 loco præalleg. per c. can. quæ allegat. Et ſi dicatur, † quod Bal. in l. quod ſi nolit, §. ſi quid ita, ff. de ædil. edict. in ſummario illius §. dicit, quod vbi in inſtrumento adeſt verbum quandocunque, vel verbum perpetuo, nũquam currit præſcriptio ſtatutaria, vel legalis, & per hoc infert ad inſtrumentũ, quod mereatur exequutionem non obſtante lapſu decennij ſi debitor in eo promiſit, quod poſſet quandocunque compelli, motus per illum tex. per quem, & per alias cauſas dicit ita fuiſſe determinatum, reſpondetur, quod ille tex. nõ facit ad propoſitum, vt ipſemet ibi dicit, & Ang. ibi, & Cepol. in 3. no. & melius Fel. in rubrica de preſcrip. 5. fall. nu. 15. vbi quamplures reſponſiones ponit ad d. §. & concluſio firmata in d. ſummario per Bald. procederet ſecundũ Cepol. in d. 3. not. in præſcriptione cui renunciari poſſet, vt eſt in caſu illius §. in præſcriptione, inducta in defectum prouiſionis hominis. & ad authoritatem Bal. reſpondetur, quod obſtãt, quæ ſuprà dicta ſunt, quod præſcriptioni renunciari non poteſt. aliæ cauſæ per quas Bal. dicit fuiſſe taliter determinatum, nõ ponuntur per eum, ideo de eis non eſt facienda vis, tanto magis, quia illa verba dicẽtia, quod poſſit debitor perpetuo, vel quandocunque cõueniri, poſſunt intelligi de cõuentione per viam ordinariæ cognitionis, cui per hunc Ritum non eſt præiudicatum, vt dixi in princ. ipſius, non autem de cõuentione via exequutiua, cui per ſtatutum eſſet præfixus tex. ſicuti per hunc Ritum diſponitur, & etiam ſtatutum à Bal. relatum.

RITVS CLXVIII.

ITem nota, quod aſſignans inſtrumentum in dicta Curia, & petens interrogationem fieri, obligat ſe, & bona ſua, non cõcordare, cum parte altera ſine licentia Curiæ, immo de proſequendo dictam cauſam extraordinariam ſuper tenore dicti inſtrumenti vſque ad finem, ad pœnam tarenorum ſex, pro qualibet vncia contenta in dicto inſtrumento, & non minus, tamen quando eſſet vna ſumma multum exceſſiua, puta duarum, vel trium milium vnciarum, tunc committitur arbitrio curiæ. Nota, quod ille Ritus iſto modo practicatur per ipſam curiam, videlicet licet inſtrumentum ſit liquidum, & omnia concurrant, quæ in eo continentur, tamen ſi ille, qui petit aduerſarium, ſuum interrogati ſit præuentus per citationem à dicto aduerſario ſuo, vt rumpat ei inſtrumentum illud ſuper quo petit interrogationem fieri, tunc non poteſt fieri interrogatio, niſi ſit finita dicta cauſa ruptionis dicti inſtrumenti, qua finita, videbitur ſi eſt locus interrogationi, vel non. Et fit interrogatio hoc modo, videlicet vnus Aduocatus fiſci legit in conſpectu Curiæ alta voce dictum inſtrumentum, quo lecto, audiuntur Aduocati fiſci ad fundandum intentionẽ curiæ, quod procedat interrogatio. Secundario audiuntur Aduocati eius, qui præſentauit inſtrumentum. Tertio, audiuntur Aduocati illius, contra quem petitur interrogatio fieri, quibus auditis, ſi procedit interrogatio, vnus ex iudicibus Curiæ facit iurare illum, contra quem eſt præſentatum inſtrumentum, ſi illud inſtrumentum habet pro vero, & ſiue dicat ſic, ſiue non, detinetur in carceribus, & deinde facit iurare facientem interrogari, ſi aliquid recepit de ſumma in inſtrumento contenta, & deinde datur vtrique parti terminus ad probandum (quo termino dato) proceditur in dicta cauſa hoc modo, videlicet, quia dato termino ad probandum, & elapſo, vel non elapſo, renunciato tamen ipſi termino (ſicut etiam fit in alijs cauſis) publicatio, & deinde alij actus, & cõcluſio fit, & datur ſententia ciuilis quoad ſortem, non autem ad pœnam pecuniariam, vel ciuilem. Ille autem, qui præſentat inſtrumentum, obligat ſe ad pœnam tarenorum ſex, pro qualibet vncia infra duos menſes proſequi (quod intelligitur proſequi cauſam ipſam per citationem, vel alios actus) & non paciſci cum parte aduerſa ſine licentia curiæ. Et tunc cauſa ipſa poteſt finiri quandocunque etiam poſt duos menſes, prout de iure eſt.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet citatus comparere tenetur, ſuaſque allegare exceptiones, & nunquid iuramentum excludat debitorem à beneficio præuentionis.*

2 *Creditor cui liquebat de præuentione, nunquid ad quam pœnam fuit debitor condemnatus, teneatur?*

3 *Victus victori ad expenſas in quas ex propria culpa, ac contumacia incurrit, non tenetur.*

4 *Aduocati fiſcales, ratione officij, à Principe approbati dicuntur.*

5 *Aduocatus fiſci abſentibus iudicibus, an ius dicere poſſit?*

6 *Pœnam in Regno nunquam exigitur, niſi concurrente intereſſe de ſtylo.*

7 *Cauſa exequutionis liquidati inſtrumenti, cauſa exequutionis inſtrumentalis, & inſtantia in ciuilibus quanto tempore durant.*

Nota

Digitized by Google

NOta primo ex hoc Rit.iuncto princ.cũ fine,ꝙ quan-
do creditor vult expedire citationem ſuper tenore
inſtrumenti contra ſuum debitorem,debet ipſum inſtrumẽ-
tum in curia aſſignare,& præſentare, item debet obligare
ſe, & bona ſua de non concordando cum parte abſque li-
centia curiæ,nec non de proſequẽdo ipſam cauſam inſtru-
menti vſque ad finem infra duos menſes, vt dicitur in fine
Rit.& hoc ſub pœna tarenorum ſex pro vncia,quãdo de-
biti quantitas non eſt magna, vel arbitrio Curiæ,quando
eſſet magna,ſed hæc omnia hodie non ſeruãtur,& citatio-
nes expediuntur tã ſuper tenore inſtrumenti præſentati ſi
illud pręſentatũ fuit,quã præſentandi,ratio eſt,quia in hoc
iſte Rit.corrigitur per aliũ infra 170.vbi dico in 4.no. im-
mo vidi multoties non fuiſſe præſentatũ,& in citatione di-
ctũ ſuper inſtrumento præſentato. Nouiter tamen,& poſt
hęc ſcripta, editę ſunt prag. per Illuſtriſſimum Ducem de
Alcala huius Regni Viceregẽ, inter quas * prag.9. quę in-
cipit inter principales, ſub titulo de off.magi.iuſt.ordinãs,
quòd citationes ſuper tenore inſtrumentorum de cętero
non poſſint expediri, niſi pręſentato prius inſtrumento, &
per iudicẽ viſo, ac poſtmodum penes actuarium relicto,
ſed adhuc male ſeruatur, & citationes etiã inſtrumẽto nõ
præſentato,expediuntur * aliquando in Tribunalibus extra
ciuitatem Neap. in Magna tamen Curia Vicariæ bene ſer-
uatur, & vbiq; ſeruari debet, ne citentur debitores nõ viſo
inſtrumento,& demũ procedi non poſſit ad liquidationem.
Creditores etiã ad præfata nullatenus ſe obligant,& hinc
eſt,ꝙ etiam citato debitore, ſe concordant, & non proſe-
quuntur, nec curiæ curant de eo. ¶ Secundo no.ibi, no.
ꝙ ille,quod Ri.ſupra 166.qui vult poſſe procedi ad inter-
rogationẽ inſtrumenti liquidi, non procedit quotieſcunq;
creditor fuiſſet per viam præuentionis citatus ad inſtan-
tiã debitoris ſuper cancellatione ipſius inſtrumẽti, quoniã
tunc non poſſet procedi ad interrogationem, niſi expedi-
ta cauſa præuentionis, & ita ſeruatur quotidie, & poteſt
poni inter alias limit.quas ſupra præcedenti Rit. poſui ad
d.Rit.166.Et pondera duo in hoc no. Primum,ꝙ Rit.non
dicit, ꝙ non poteſt procedi ad citandum debitorem, ſed
ꝙ non poteſt procedi ad interrogationem ipſius,vt dicam
infra in Rit.189.2.no. ex quo ſequitur, ꝙ licet creditor ſit
præuentus, poteſt tamen ſuum debitorẽ citare ſuper teno-
re inſtrumenti,verum allegata per ipſum præuentione,ſu-
perſedetur in liquidatione, & interrogatione, & ea finita
proceditur ad liquidationem. Secundum,ꝙ iſte Rit. dicit
non poſſe procedi ad interrogationẽ, ſcilicet, debitoris,ſi
habet inſtrumentũ pro vero iuxta formã d.Rit.166.ex quo
infertur,ꝙ licet debitor præuenerit ſuum creditorẽ ad cã-
cellandũ inſtrumentũ, tamen ſi creditor fecerit ipſum ci-
tare ſuper tenore inſtrumenti,tenetur cõparere, & in ipſa
curia eſſe ad allegandum ipſam præuentionẽ,quamuis cõ-
ſtito de ea non poſſit ad eius interrogationem procedi.Et
ex eo infertur ad aliud,ꝙ ſi non coparet,poteſt contumax
reputari condemnari & contra ipſum exequi, dato, ꝙ in
rei veritate præueniſſet creditorẽ,tũ quia Rit.nõ prohibet
procedi ad reputandũ,& condemnandũ contumacem, ſed
ſolũ ad procedendũ ad interrogationem,vt etiam expreſ-
ſe dicitur infra in Rit.189.item, quod quando contigerit,
1 † tum etiã,quia quilibet citatus tenetur cõparere, & ſuas
exceptiones allegare,vulga.l.ſi quis ex aliena, ff.de iud. ꝙ
amplio procedere etiam ſi in eodem tribunali fuiſſet facta
præuentio, quia adhuc iudici debet de ea liquere facta al-
legatione per citatũ, d.l.ſi quis. * ¶ Quæro primo quid ſi
præuentioni renunciatũ eſt cum iuramento per debitorem
nunquid non obſtante præuentione per eum allegata pro-
cedetur ad interrogationẽ inſtrumẽti? & caſu quo procedi
debeat ſtante renunciatione, nunquid idem erit dicendũ ſi
debitor à iuramẽto in dicta renunciatione interpoſitio ab-
ſolutionem impetrauerit? Quoad primũ facit dubiũ, quod
nõ,ex pluribus. Primo, quia debitor dum opponit præuen-
tionem,non aliud pręetendit,quã inſtrumenti cancellationẽ,
eo quia debitũ ſoluit,& creditor dũ vult ipſum à tali exce-
ptione repellere,quia ei renunciauit, videtur iterum velle
exigere illud idẽ,quod ſemel ſibi ſolutũ eſt,& conſequen-
ter verſari in dolo,& mala fide, ex quo bona fides nõ pati-
tur,vt bis idẽ exigatur,l.3.§.condemnatio.ver.inde quęri-
tur,ff.de tabu.exhibe.l.bona fides, ff.de reg.iur.& c.bona
fides,de reg.iu.in 6. accedente etiam, ꝙ ſolutione eius, ꝙ
dẽtur ſublata eſt omnis obligatio.inſti.quib.mo.tolli.obli-
ga.in princ.& ſi debitor propter renunciationẽ repellere-
tur,creditor exigendo iterũ,ꝙ ſibi iam ſolutum eſt,induce-
retur ad delinquẽdum,& peccandũ, quo caſu pactũ à iure
ciuili eſt improbatũ per l.conuenire,ff.de pact.dota.& etiã
cũ iuramento non obligaret, c.quanto extra de iureiur.&
per not.per gl.in c.1.per illũ tex.de nou.oper.nunc.vt ple-
nius dixi ſup.in Rit.166.q.2.& 3.Secundo,quia debitor eo
die quo ſe cõſtituit debitorẽ promittendo ſoluere,nullum
ius habebat ad præuentionẽ,& ſicuti priuatio pręſupponit
habitũ,l.decem,ff.de verb.oblig.& l.remittit,ff.de iureiur.
eodẽ modo renunciatio præuentionis præſupponit præuẽ-
tionem cõpetere cũ non cõpetat, & iuri de futuro renun-
ciari non poteſt,l.ſi ita ſcriptũ,§.ſub cõditione,ff.de legat.
2.l.qui poteſt,§.ꝙ quis,ff.de reg.iur. cũ alijs iuribus, quæ
gl.allegat in l.1.in ver.te filio,C.de pact.Contrariũ tamen
verũ eſt,quia iuri pro ſe introducto poteſt quis renũciare,
vulg.l.ſi quis in conſcribendo, C.de pact.cum ſimil. Non
obſtat primũ dubium, quia procederet, qñ debitor omni
tẽpore per renunciationẽ præuentionis excluſus eſſet à iu-
re opponẽdi debiti ſolutionẽ,ſed in caſu quæſt. noſtræ ex-
cluditur ſolũ propter renunciationẽ præuentionis, vt non
impediat interrogationẽ, inſtrumentique liquidationem,
cũ ea facta ſemper poterit iura ſua proponere,& allegare.
Non obſtat ſecundũ, quia limitatur procedere in ſimplici
renunciatione, quæ ſolo renunciantis conſenſu nititur,non
autẽ in renunciatione per pactũ,ꝙ duorũ conſenſu firmatũ
eſt,vt dicit gl.quã ibi cõmuniter ſcribentes ſequuntur in d.
l.1.C.de pact.& Cagnol.qui id pulchre poſt alios declarat
in d §.ꝙ quis, ſicuti ſumus in quæſt.noſtra. Item limitatur
procedere quãdo ſine inſtrumẽto ſimplex fieret renuncia-
tio,ſecus ſi cũ iuramento, vt in hac quæſt.agitur, ita Raph.
Cuma.in l.is,qui hæres,in prin.ff.de acqui. hær. Alex.in l.
ſed & ſi quis,§.quæſiui, nu.4. ff.ſi quis caut. & Iaſ.in d.l.1.
nu.15.C.de pact.Quoad ſecundũ dico,ꝙ ſi renũciatio præ-
uentionis facta per pactũ, non valeret,niſi quatenus iura-
mento firmaretur,propter abſolutionem à iuramento op-
poſita præuentione eſſet ſuperſedendũ in liquidatione in-
ſtrumenti,tanquã ceſſante cauſa impeditiua,l.adigere, §.
quauis ff.de iure patro. cũ alijs, quæ ponit Tiraq. in tract.
ceſſa.cauſ.in ver.legis cauſa,nu.25.ſed quia per ea,quę di-
ximus ſupra quando iuri de futuro renunciatur per pactũ,
valet renunciatio, cum nihil humanæ fidei tã congruũ ſit,
quã ea ſeruare,quæ placita ſunt,vt dicit tex.in l.1.in prin.
ff.de pact.talis abſolutio à iuramẽto operabitur,vt in agẽ-
do in cauſa præuentionis,non poſſit dici periurus,non au-
tẽ,vt tollatur renunciatio præuentionis per pactũ promiſ-
ſa,& ideo ſtãte firma ipſa renũciatione præuẽtionis, pro-
cedetur ad liquidationẽ inſtrumenti,nõ obſtãte abſolutio-
ne à iuramento præſtito ſuper renunciatione præuẽtionis,
quia liquidatione facta debitor in vinculis iuxta diſpoſi-
tionẽ Ritus 166.poterit allegare,& probare, quæ per viã
2 præuentionis intendebat. † Sed quæret aliquis, nunquid
hoc caſu creditor cui de præuentione liquebat, tenebitur
ad pœnã ad quã fuit debitor condẽnatus?& breuiter con-
cludendũ eſt,ꝙ non,quia,vt ſupra dictum eſt,per Ritus lo-
quentes de præuentione, non reperitur prohibitũ,procedi
ad citandũ debitorẽ pręuenientẽ,& ipſum reputandũ con-
tumacem,ſed ſolũ,quod non procedatur interim ad inter-
rogationẽ ipſius,& ideo non data prohibitione citationis,
iſta pœna in quã debitor propria culpa ob ſuã contuma-
ciam incurrit,ab ipſo creditore per eũ recuperari non po-
teſt,per ea,quæ no.Spec.in tit.de expenſ.§.nunc de expen-
ſis,ver.cæterum,Bar.in l.ſi pignore, ff.de pign.act. Alber.
quẽ ibi ſequuntur Deci.& Cagn. in l. quod quis ex culpa,
ff.de reg.iur.& Affl.deciſ.77.vbi, quod victus non tenetur
3 victori † ad expẽſas in quibus ex propria culpa ſiue contu-

Digitized by Google

macia incurrit per reg.d.l.quod quis, & cap. damnum de reg.iur.in 6.pro quo etiam facit text.in l. qui proprio, §. item,ff.de procur.& in l.ſi communis familia. ff. de noxa. vbi, quod procurator non recuperat à principali pœnam quã ex ſuo delicto paſſus eſt. Et ideo videmus in pract.ſeruari, quòd diſcuſſa cauſa præuẽtionis, viſo quòd malitioſe facta fuit, iudices, præſente creditore, & debitore iuxta formam Rit. 166. fieri faciunt liquidationem inſtrumenti, ſuper quo etiam poſt præuentionem, citatus fuerat debitor, & poſtea in vltima ſuperſeſſum, & ea facta, detinetur, immo cautela eſt, quod creditor præuentus citet debitorem ſuper tenore inſtrumenti, & accuſet primam contumaciã, quoniam in vltima ſuperſedetur propter præuentionẽ, & poſtmodũ vnico contextu diſcuſſa præuentione, ſi apparet ꝙ ius fouet in ea, procedit ad liquidationem contra debitorem præſentem, quia præſens eſſe debet tempore publicationis, vt dicitur in prag. malitijs litigantium, de piguen. modera. in fi. & ſi non reperitur præſens, curia ſedente, & vocatur, & condemnatur. ¶ Tertio no. ibi, & fit interrogatio, veram formã tenendam in liquidationibus, & interrogationibus inſtrumentorum. Hodie vero inſtrumentum curia ſedente, non legitur per aduocatum fiſci, ſed per vnũ ex actuarijs, maxime in Magna Curia Vicariæ, vbi aduocatus fiſci non accedit ad tribunal vbi curia regitur, quia ſedet in Rota cum iudicibus criminalibus pro cauſis expediendis, ſed ſolum in loco inferiori, ante tamen procuratores priuatos, adeſt procurator fiſcalis cum vna ſedia, & ille reſpondet cum opus fuerit: aduocati etiam creditoris, & debitoris nequaquam accedunt, nec accedere dignantur, vt alias dixi ſupra in Rit. 77. & Rit. 101. qui incipiun. in primis, & ideo eorum procuratores ibidem aſtantes, reſpondent pro eis: ratio eſt, tum multitudo cauſarum, pro quibus informandis coguntur aduocati tota die accedere ad domos Cõſiliariorum, & Præſidentium Regiæ Cameræ Summariæ, tum etiam, quia omnes illi procuratores, qui aſtant in curia, ſunt literati, & idonei, & nonnulli legũ profeſſores, & iſtis exceptis, ſeruatur Rit. & eius forma.

¶ Quarto no. ibi, aduocati fiſci, ꝙ tẽpore iſtius Rit. plures erãt aduocati fiſci, quamuis poſtea per diſpoſitionem Rit. ſecũdi (qui præſupponi debet poſt illũ) ordinetur, quod ſit vnus tantum, & ita ſeruatũ fuit vſque ad certa tempora, à quibus duo fuerunt conſtituti à paucis annis, vt latius dixi in d. Rit. 2. in 4. not. ¶ Quinto not. ex ordine iſtius Rit. quod aduocati fiſci cæteris priuatorum aduocatis, etiã an-
4 tiquioribus præferuntur, † quia à Principe ſunt approbati ratione officij, l. 2. & l. reſtituendæ, in fi. C. de aduoc. diuer. iudic. Et ex hoc Pet. Rebuff. in commen. conſt. Franc. tit. de
5 recuſationib. art. 7. glo. vn. nu. 9. vol. 1. dicit † inferri, & teneri poſſe, quod abſentibus iudicibus, aduocatus fiſci poteſt ius dicere, & cauſas expedire: comprobatur, quia cum officialis in capite non habeat ſuos iudices, quorũ conſilio procedere poſſit, & inter aduocatos, iſte præferatur, eius conſilio præcedere debet: licet poſtmodum dicat, quod de anno 1540. in Senatu Pariſienſi fuit determinatũ contrariũ, quia aduocatus fiſci ſatis impeditur circa cauſas fiſcales, arg. l. ſancimus, la 1. C. de aduoc diuer. iudic. Sed iſta ratio non obſtat, quia abſentibus iudicibus, qui cauſas expediũt, officium aduocati fiſci ſilet, & ideo ne aliquæ cauſæ diutius ventilentur, maxime carceratorum tam ciuilium, quam criminalium, contrarium teneo, intelligendo tamen quod aduocatus fiſci nõ procedat iure proprio, quia in ipſo nulla eſt fundata iuriſdictio, ſed vti conſultor, officialis qui ſtat in capite, ad quem ſpectat abſente ſuo iudice ordinario, ſibi conſultorem eligere. Et ideo in Regia Audientia Principatus Citra ſemper obſeruatum extitit, & (vt audio) etiam in alijs Regijs Audientijs obſeruatur, quod omnibus Auditoribus abſentibus aduocatus fiſci facit omnia pro Auditore, verum decreti non promulgantur, neque ſententiæ, nec aliæ prouiſiones expediuntur ſolum cum ſua manu, ſed etiam requiritur manus Præſidis, per id quo dixi, quia ipſe iuriſdictione caret, quod nota.

¶ Sexto not. ibi, vtrique parti terminus, cum verbis ſequentibus, quod carcerato debitore, contra quem eſt liquidatum inſtrumentum, ſuper exceptionibus per ipſum allegatis detur terminus, qui eſt communis cum creditore, & demum proceditur in cauſa ſicut in alijs, faciendo publicationem, concluſionem, & alios actus, ac interponendo ſententiam ciuilem quoad ſortem, ſupple, contentam in inſtrumento. Intellige tamen iſta quotieſcunque debitor nõ probauit exceptionem oppoſitam, adeo quod tractatur de ipſo condemnando ad debitum, aliàs ſi probaſſet taliter, quod veniret liberandus, facta publicatione, non expectata concluſione, alijs actibus, & ſententia excarcerandus eſſet, vt perpulchrè ſcribit Ioan. de Amic. conſil. 66. quem ſequitur Grau. in Ritu 164. qui ſecundum meam computationem eſt 166. par. 4. quæſt. 14. declar. 10. mouetur ipſe in dicto conſil. ex verbis, quæ ſunt in fine Rit. 166. vbi dicitur, quod de facto debitor liberatur, quæ verba de facto, neque concluſionem, neque ſententiam videntur requirere. Item quia iſtud ſapit æqualitatem, quia ſicut ad inſtantiam creditoris, non obſtante exceptione allegata, fuit de facto carceratus, eodem modo probata exceptione, debet etiam ipſe de facto liberari: comprobatur, quia nulli dubium eſt, quod ſi in promptu docuiſſet de exceptione allegata, non fuiſſet carceratus, vt d. Rit. met dicit, ergo multo minus debet detineri carceratus, conſtito de exceptione per probationes factas, & citato, & audito ipſo creditore, quia in probatione in promptu dici poteſt, quod ſi creditor audiretur aduerſus eam, forte demonſtraret contrarium, quod in probatione facta dato termino, conſtito de exceptione, dici non poteſt: quod not. in practica cum caſus eueniet.

¶ Septimo not. in fine Rit. ibi, non autem ad pœnam, quod licet debitor ſe obligauerit in inſtrumento pro obſeruantia promiſſorum ad aliquam pœnam forte dupli, vel aliam (vt fieri ſolet) nihilominus quando factis probationibus ſuper exceptione per eũ allegata, profertur ſententia condemnatoria debiti contra ipſum, non condemnatur ad pœnam in inſtrumento contentam: ratio iſtius
6 Rit. eſt, † quia in hoc Regno pœna nunquam exigitur, niſi quatenus concurrat cum intereſſe, & ita dicit eſſe de ſtylo in Sacro Conſilio Afflict. decil. 135. & Gram. decil. 58. negari tamen non poteſt quin iſtud ſit ex æquitate, dico infra Rit. 172. quia nedum noluit in tempore ſoluere, ſed etiam ſententiam expectare.

¶ Octauo not. circa finem, ibi, ille autem, quod ille, qui præſentat inſtrumentum, debet ſe obligare ad pœnam tarenorum ſex pro vncia, infra eos menſes proſequi cauſam, quod intelligetur facere citãdo debitorem, aut alios actus explicando, item non paciſci cum parte ſine licentia curiæ, & talis obligatio ſcribi debet à tergo ipſius inſtrumenti, vt dicit Rit. infra 180. Sed dicet aliquis, nonne videtur illud idem diſpoſitum in principio iſtius Rit. cui reſpondendo, dico, quod principium Rit. loquitur quando creditor accedit ad curiam pro expedienda citatione, & aſſignat inſtrumentum actuario, quo caſu illi obligationi de proſequendo cauſam, & non ſe concordando, videtur ſatisfactũ, ſi poſtea contra debitorem accuſat primam, & vltimam contumaciam, faciendo ipſum condemnari, aut liquidando inſtrumentum; finis verò præſentis Rit. in verbis prænarratis loquitur, quando creditor in vltimo peremptorio præſentat, id eſt liquidat inſtrumentum contra debitorem, qui aliquas exceptiones opponit, tunc enim, quia prima obligatio eſt finita, debet alia obligatione ſe obligare de proſequendo cauſam contra debitorem, qui aliquid prætendit infra duos menſes, & de non ſe concordando cum eo ſine licentia curiæ: ſed ſicuti hodie receſſit ab aula illa prima obligatio, vt dixi in princ. Rit. eodem modo & iſta ſecunda abijt in deſuetudinem, & creditor ad neutrum de præfatis ſe obligat, immo quotidie ſe concordant debitores ad eorum libitum abſque licentia curiæ.

7 ¶ † Nono not. in fin. ver. ibi, quandocunque etiã poſt duos menſes, quod cauſa executionis inſtrumenti liquidati durat vltra duos menſes (prout de iure eſt) de iure autem cauſa

Digitized by Google

cauſa exequutionis inſtrumentalis durat triennio, quia tanto tempore durant inſtantiæ in ciuilibus, & ita tenet Cyn. Bar.Bald.Alber.Ang.Salyc. & Alex.in l.properandum, in prin.& in §.& ſiquidem,C.de iud.Abb.in cap.pen.de iud. Alex. ſatis pulchrè conſ.50. vol.2. Paul.de Caſtr.in l.2.§. quod obſeruari, C.de iuram.calum.Spec.de libel.concep. §.nunc dicendum,melius,quàm alibi, apud Rom.cóſ.174. Affl.plene dec.246.Io.de Amic.cóſ.66.n.3.& 4. & Graui. in d.Rit.par.4. declar.19. Salerni, die 13. Octob.1559. Proſper Carauita.

RITVS CLXIX.

VBi autem citatus ſuper tenore inſtrumẽti venit ad ipſam Curiam in termino ſibi dato in prima citatione, vel infra triduum cum ſacco paratus, ideſt cum pecunia, vel eo, quod debetur, tunc non poteſt exigi pœna ad quam ſe obligauerat præſentans inſtrumentum, ſed denarij tunc ponuntur in manibus Aerarij, qui Aerarius ſubtiliter indagat,ſi facta fuerit aliqua concordia extra iudicium inter ipſas partes ſine volũtate dictæ Curiæ, ſi reperit forte factam aliquam concordiam extra iudicium inter partes ipſas ſine voluntate Curiæ, tunc de ipſa pecunia,quæ intrat in burſam actoris ſe obligantis,retinet pœnam,ad quam actor voluntariè ſe obligauerat,quando præſentauit dictum inſtrumentum, ſcilicet tarenorum ſex pro qualibet vncia,& ipſa pęna acquiritur ipſi Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Venire cum ſacco paratus,quomodo intelligendum.*
2 *Ad pœnam euitandam, an oblatio tantum abſque conſignatione,& depoſitione ſufficiat?*
3 *Oblatio ad morã probandam, congruo loco facienda eſt.*
4 *Pecunia an tantum apud Aerarium,verum et apud electum à iudice, vel alium deponi poſſit.*
5 *Iudex in eligendo depoſitario,nunquid & ſemetipſum eligere poſſit,ac debeat?*
6 *Debitor ſuper tenore inſtrumenti citatus ſi comparet, eoque præſente, contra ipſum fit liquidatio, quapropter carceraretur, eodem die facit pecuniam venire, offerens ſe illam ſoluere paratum, vel deponere, nunquid liquidationis pœnam euitabit?*
7 *Ex diuerſis non fit illatio.*
8 *Appellans a die lata ſententia, ad appellandum habet 10 dies,& ex cauſa biennium.*
9 *Inſtrumentum ſuper quo quis citatur, ſi non continet pecuniam,ſed vinũ,oleum, & ſimilibus, quæ ad curiam aſportari commode minime poterũt. Et quia ſuper eis etiã aliquid prætẽditur,nunquid verbis offerri poſſint, ſolui,vel deponi,& pœna euitari?*
10 *Immobilia exiſtentia indigẽt depoſitione,quia ex ſe exhibentur.*
11 *Verba ſtatuti, vel iudicis indefinite loquentis, ciuiliter ſunt intelligenda.*
12 *Debitor ſuper tenore inſtrumenti citatus, ſi per procuratorem, aut amicum mittit pecuniam debitam, vel extraneus pro eo comparet cum pecunia, num contra eum procedatur ad contumaciam,& pœnam?*
13 *Exceptiones quæ pro parte citati, vel citãdi admittũtur.*
14 *Obligatio tollitur non ſolũ ſolutione,ſed obſignatione, & depoſitione eius quod debetur. Et quando.*
15 *Factum quod non releuat,fieri non debet.*

NOt.1.ex hoc Rit.ibi, ad ipſam curiam,quod debitor, citatus ſuper tenore inſtrumenti, ſi habet intentionem ſoluendi, & liquidationem impediendi, debet pecuniam,vel id,quod debet,portare ad ipſam Curiã. Ex quo ſequitur, quod ſi eam deponeret penes aliquem magnum diuitem, vel campſorem, & præſentaret fidem, non eſſet huic Rit.ſatisfactum. Confirmatur,quia iſtud videtur potius deponere, quam ſoluere, cum tamen per depoſitum
* nó dicatur fieri ſolutio,* vt dicit Bar.in l.item. §.qui paratus nu.3. ver.non enim,ff.quibus modis pignus, vel hipot. ſolui.Item quia alioquin facilè aperiretur via debitoribus fraudandi curiam,cum facillimum ſit iſtas fides,& confeſſiones de recepto habere ad finẽ euitandi liquidationes inſtrumentorum,& poſtmodum ſe concordandi cum parte.
1 ¶ † Secundo not.ibi cum ſacco paratus, ideſt cum pecunia, quòd venire cum ſacco paratus intelligitur ille, qui portat pecuniam debitam, & ex iſta oppoſitione, quam Rit.facit, collige quod non ſufficit in curia offerre marſupium,ſeu ſaccũ ſigillatum,vel clauſum,ſed debet ipſa pecu
a nia offerri. & licet in contrarium videatur tex. in l. fin. a ff.de leg.& fideicomm. ibi, ſacculum cum pecunia ſignatũ ſignis obſignauit, & gloſ.in auth.vt exact. inſtan.dot. §.illud,in verſ.conteſtetur,vbi quod ſufficit pecuniam in ſacculo, vel in folle ligatam offerre, quam etiam videtur ſequi Bart.in l.acceptam,nu.7. C.de vſur.tamen intelligitur dummodo fuerit prius coram teſtibus,& notario numerata.& demum in ſacco recondita, vt dicit idem Bart.not.in l.cum ſeruus in fin. ff.de condit. & dem. Imo.in l.ſi mora, ff.ſolut.matr.Ang.in l.moræ,ff.de feud.& Alex.ad Bart.in proximè cit.loco, item collige, quod non ſufficit oblatio verbalis de debito, poſtquam ordinat pecuniam, vel id,
2 quod debetur afferri, † licet de iure quoad pœnam euitãdam,oblatio ſine conſignatione,& depoſitione ſufficiat,vt dicit Bar.in d.l.acceptam, in 2.rep.nu.11.verſ.quandoque quæritur nunquid,per tex.in l.Celſus,in fi.ff.de arb.l.ſi per te,C.de vſur.& quod not.in l qui ſine vſuris,ff.de neg.geſt. & idem Saly.in d.l.acceptam, nu.18. Collige tertio,quod licet oblatio ad purgandam moram, fieri debeat congruo loco d.l.acceptam,& vt dicit ibi Bar.in 2.repet.nu.12.debeat portari ad domũ creditoris pecunia, quando eſt eiuſdem fori cum debitori,l.item illa, vbi etiam gloſ. & idem Bart.not.ff.de cóſt.pecu.tamen per hunc Rit.purgatur mora,ſi portetur pecunia in curia. ¶ Tertio not.ibi,tunc non poteſt,quod licet creditor qũ expediuit citationẽ, ſe obligaſſet ad pęnã cauſam proſequi, tamẽ ſi poſtmodum non liquidat inſtrumentum,quia debitor comparuit cum debito,non tenetur ad pęnam.quia per ipſum non ſtetit,niſi repertum fuerit, quod ſe concordauerit cum parte, & inſimul colluſerint de comparendo cum pecunia ad euitandũ liquidationem, quoniam tunc de ipſa pecunia exigeretur pęna, & ipſi curię applicaretur. Contingebant antiquitus iſtæ colluſiones,quia poſtquam creditor expediuerat citationem, non poterat ſine licentia curiæ ſe concordare, vt in prin.præceden.Rit. diximus,ſed quia(vt etiam ibi dictũ fuit) creditores minime ſe obligant non concordare ſine licentia curiæ, non eſt opus facere colluſiones, quòd compareat cum ſacculo paratus,/quia eo ipſo, quod ſunt in cócordia, & creditor in vltimo peremptorio non comparet,

ADDITIO.

a In l.fin.&c. voluit allegare l.fi.ff.de lege commiſſor.ibi,& ſacculum cum pecunijs ſignatorum ſignis obſignaſſe. Et adde, quòd in iudicio ſola oblatio ſufficere videtur., ſecundum Bartol.in l.creditor,ff.de diſtract.pignor.per iura, de quibus ibi per eum. Et ſola oblatio etiam ſufficit, vbi debitum non eſt liquidum,vt per gloſ.in l.obſignatione,C. de ſolut.& in l.acceptam.C.de vſur.& per Bart.in d.l.creditor,vide Affl.dec.105. Boer.dec.124.& quæ nos ſcripſimus in noſtris allegationibus in materia ſocietatis, pro Caſtellanis,& de Barono contra Ioannem Monſonum de Panormio ſuper alumi ſodinis inſulæ Liparæ. C. P.

Digitized by Google

paret,non poteſt vlterius procedi, & ita ſeruatur.

3 ¶ † Quarto no.ibi,ſed denarij,quod debitore comparente in primo, vel vltimo peremptorio cũ ſacculo paratus, pecunia de ordine iudicis deponitur penes perceptorem, ſiue Aerarium curiæ. Hodie vero diſtinguendum eſt,quod aut debitor comparet cũ pecunia,dicens ſe debere,& velle ſoluere, & tunc non eſt opus deponere penes Ærarium (prout Rit.dicit)quia iſta depoſitio tunc fiebat ad indagandum,ſi concluſerat,& ſe concordauerat cum creditore, ꝙ hodie non ſeruatur,quia poteſt ſe concordare,vt dixi. Aut debitor comparens cum pecunia,dicit ſe non debere,quia alias ſoluit,vel aliud opponit, verum ad euitandam liquidationem offert pecuniam deponere,quam petit non liberari(vt quotidie euenit)& tunc non fit liquidatio, & pecunia deponitur penes perceptorem, vel Aerarium,& poſtmodum creditori liberatur cum cautione de reſtituẽdo in caſu ſuccumbentiæ. Aduerte tamen, ſecundum Grauine.in

4 Rit.166. 4.par. decl.8. † quod licet per hunc Rit. dicatur pecuniã debere deponi penes Aerariũ, tamẽ non propterea excludit quin ẽt deponi poſſit apud alium, quem iudex elegerit,per ea quę not.Alex.Socy.& Iaſ.in l.ſi fideiuſſor, la 2.§.fi.ff.qui ſatiſd.cog.Cur.in l.1.q.4.C.de ſequeſtr.prohib.Bal.in l.ſi reus paratus ante mediũ, ff.de proc. & ibi ẽt Paul.de Caſt.col.1.in fi.per illũ tex.quẽ dicit no.& lateꝗ Tiraq.in trac.retract.conuenti.§.4.gl.7.nu.11. vbi allegando gl.in l.Senatuſconſ.in ver.deponitur, ff.de off.præſi.cõcludunt depoſitum fieri debere penes iudicem, vel quem ipſe ſtatuit.Ego autẽ arbitror cõtrariũ,& quod iſte Rit.ideo de Aerario dixit,vt tolleret altercationes Doct.an penes iudicẽ,vel quem ipſe elegerit,vt dicebãt dicti Doct. aut penes quempiam idoneum mercatorem,vt dicebat Bar.& alij,in l.ſi ſoluturus, ff.de ſolut. vel an penes Aedem ſacram, aut quem iudex dixerit, vt dicit idem Bar.ſibi contrarius in l. acceptam,per illum tex. qui hoc dicit expreſſe, C.de vſu. quem ſequitur Tiraq.in d.tract.vbi late de hoc,dicens procedere in depoſito iudiciali, ſecus in extraiudiciali, quod fieri poteſt,vbi deponens eligeret. Extra tamen terminos iſtius Rit. bene fateor, quod depoſitũ iudiciale(quod dicitur eſſe,quando fit de aliquo,de quo eſt cõtrouerſia)ſi fieret alibi,quàm penes Aedem ſacram, vel illum quẽ iudex ordinauerit,nõ valeret, per d.l.acceptam,quæ in hoc eſſet ſeruanda,licet quoad id,quod dicitur de Aede ſacra,nõ vi-

5 deamus in vſu in hoc Regno. † Caueat tamen iudex in eligendo depoſitario,ne ſemetipſum eligat, quia licet id facere poſſit,vt dicit gl.in d.l.Senatuſconſul. quã Doct.omnes ibidem ſequuntur,& Bald.in ſua margarita, in ver.depoſitarius,verſ.3.per tex.quẽ dicit ſing.in l.litigatores, §. quid ergo,ff.de arbit. & c.expoſita, extra eo. tit. tamen ſemper honeſtius eſt,ne eam prouinciam aſſumat,ne quid ſuſpitionis protelandæ litis oriatur,vt interim ipſe vtatur, vt ſcri-

6 bit Tiraq.in d.tract.nu.11. ¶ † Quæro ſatis neceſſario in hoc Rit.de vna quæſt.pone,quod debitor citatus ſuper tenore inſtrumenti,comparet, & eo præſente, fit liquidatio contra ipſum,& propterea carceratur iuxta formam præceden. Rit.demum eodem die facit venire pecuniam offerens ſe paratũ illam ſoluere, aut deponere penes perceptorem prouentuum curiæ, nunquid pœnam liquidationis euitabit? iſta quæſtio contigit in facto in Regia Audiẽtia Principatus Citra non ſunt multi dies, & in ea per aduocatum debitoris fuit dictum, quod ſic,eo quia ſi non comparuiſſet,& propterea fuiſſet vti contumax condemnatus ad pœnam,nihilominus ſi poſtmodum eadem die vſque ad primum ſomnum veniſſet,euitaſſet pœnam condemnationis,vt pluries dixi ſupra in Rit.28.& Rit.93.in 3.no.& eſt etiam Rit.infra 206.itẽ ſeruat ipſa Curia, quod inferens propterea,quod ſi ſecus diceretur,melioris conditionis eſſet contumax,quam ille qui comparuit.Sed hoc non obſtante,dicebam, & ẽt nunc dico contrarium eſſe verius, quia poſtquam debitor comparuit,& facta eſt liquidatio,non remanet aliquid vlterius agendũ, & actus liquidationis eſt iam cõſumatus,& perfectus, propter quod fruſtra poſtmodum tractatur de faciendo id quod tempore liquidationis fieri debuit,& factum non fuit,tanto magis,quia nulli dubium, quòd ſi vere pecuniam habuiſſet,eam aſportaſſet tempore liquidationis,& ideo cum id non fecerit,ſuſpicione non carebit,quòd inter ipſum, & creditorem ſit colluſio, vt pœnã euitet,at quando debitor non comparet,& ideo vti contumax condẽnatur, remanet adhuc aliquid faciendum, quia poteſt adhuc cõparere ille hinc ad tres,quatuor, vel quin-

7 que horas, & vſque ad primum ſomnum, † propter quod ex diuerſis illatio fieri non debet, l.Papinianus exuli, ff.de min. Non obſtat argumẽtum præalleg.quia ſecundum iſtã concluſionem, contumax eſt melioris conditionis, qui poſtquam comparet eodem die, & vſque ad tempus ſibi conceſſum,non eſt verum,quod ſit contumax,nec vti contumax tractari debet, imo eſt ita obediens,ſicut ille, quia non refert quoad obedientiam, quod veniat per aliquas horas ante,vel poſt,dummodo in tempore veniat. Præterea iſte debitor qui tempore liquidationis comparuit, cum haberet tempus comparendi vſque ad primum ſomnũ ſibi ipſi terminum præcluſit, comparendo citius, propter

8 ꝙ ſibimet imputare debet,ſicut in ſimili videmus, † quod appellans habet decem dies ad appellandum a die latæ ſententiæ, aut hodie, C.de appell.capitulo cum dilecti in fin.de elect. c.ſignificauerunt, de teſti. & cap.quoad conſultatiouem,de re iud. & poſtmodum ad proſequendum appellationem habet annum,& ex cauſa biennium,auth.ei qui,C.de temp.appell. & clem.ſicut,de appell.in tantum, quod ſi vult poteſt habere annum, & decem dies,& nihilominus ſi ante lapſum decem dierum appellat ſecundo, tertio,aut vlteriore die,lata ſententia,annus incipit currere non lapſis decem diebus, ſed a die interpoſitæ appellationis d.clem.ſicut,& auth.ei qui,vbi no.Bar.vt dixi latius ſupra in Rit. 6. debitor vero qui non comparuit vſque ad primum ſomnũ,non habet quid ſibi imputare, quia nondum vſus eſt tempore ſibi conceſſo,nec etiam ſibi viam præcluſit propter quod inter eos magna eſt differentia, & ita decretum fuit referente Domino Cæſare de Luciano dictæ Audientiæ Auditore ꝙ nota, quia poterit pluries euenire.

9 ¶ † Secundo quæro,pone quòd inſtrumentum ſuper quo debitor citatur, non continet debitum pecuniæ, ſed olei, frumenti, vini, vel aliarum ſimil.rerum, & quæ aſportari ad curiam non commode poſſunt, & debitor habet intentionem debitum exoluendi,forte animo,quod detur creditori, vel quod non detur, quia aliquid prætendit,nunquid verbis offerendo ſe paratum exoluere, & penes quem curia ordinat deponere, pœnam euitabit? de iure communi

10 verbalis oblatio non admittitur, † niſi in rebus immobilibus,quæ cum ex ſe continuo ſe exhibeant,non indigent depoſitione,aut conſignatione, vt dicit gloſ.1.in l.acceptam, & ibi Bart.in 1. repet.nu.2. ver.venio ad quæſt. & gloſ.in auth.dos data,quam ibi ſequitur Bald.in ſummario,& Sal. in 1.not.C.de don.ante nup. & ideo cum iſtæ res quas dixi,& ſimiles ex ſe nõ ſe exhibeant, niſi conſignentur, oblatio verbalis non ſufficit, & quamuis Bart.in ead.l.acceptã. q.2. num.3. dicat in equo ſufficere verbalem oblationem, & tamen nõ eſt immobilis. Alex.poſt ipſum ibi in apoſtill. tenet contrarium,& in l.ſi mora,col.1. circa fin.poſt Ang. & Rom.ibi ff. ſol.matrim. Imol.conſ.75. & Abb. conſ.56. vol.1.Confirmatur,quia Rit.noſter vult, quod debitor veniat cum pecunia, vel eo quod debetur, in tantum quod quæſt.eſt de indubitabili(ſtante hoc Rit.)ſi oblatio tantum ſufficiat. Sed dicet quis,ergo ſecundum hoc portabitur in curia vinum,oleum,vel frumentum, quod quidem videtur ineptum: reſpondendo autem dico, quod non erit opus portare oleum,vinum,vel frumentum in curia,ſed ſufficiet quòd debitor comparendo,dicat vinum, vel frumentum eſt repoſitũ in tali loco,paratus ſum ſoluere,vel iſto,quod non conſignetur,quia alias ſolui,& tunc iudex dicit, quod accedat actuarius, quo accedente,& ita reperto,non fit liquidatio,& ſi domicilium creditoris,vbi debitum eſſet ſoluendum eſſet extra locum iudicij, puta quia fuiſſet citatus in Magna Curia,aut Regia Audientia, & domicilium eſſet in aliqua terra prouinciarum Regni,tũc ſufficeret præſentare

tare

Digitized by Google

tare fidem authenticam, qualiter vinum, vel frumentum
reperitur per ipſum repoſitum penes talem. Non obſtat
iſte Ritus, quia quoad ea, quæ commode ad curiam porta-
11 re non poſſunt, † verba ipſius ciuili modo debent in-
telligi per l. ſi cui, vbi not. Bart. ff. de ſeruit. ſicuti etiam
verba iudicis indefinite loquentis ciuiliter intelligi de-
bent, & ad iuris intellectum reduci, vt not. Bar. in l. 3. §. præ
tor ait, ff. de dam. infect. & latius Rom. conſ. 220. num. 4.
& ſic quod debeât portari eo modo quo commodius po-
teſt, cum tamen commodius portari non poſſint, quam ſu-
pra diximus, & ſatis dicitur debitor venire cum ſacco pa-
ratus, ſi modis præfatis comparet, vt clarum eſt, & quod
verba Rit. debeant intelligi, non vt portentur ad curiam,
ſed eo modo quo melius, & commodius poteſt ponderan-
da ſunt verba ſequen. quæ dicunt, quod denarij ponun-
tur in manibus Aerarij, & nihil tractant de alijs rebus,
quæ forte deberentur, ex quo præſupponitur, quod Ritus
habuit pro abſoluto, quod illæ res non portantur ad cu-
riam, & ideo non ordinat poni in poſſe Aerarij, niſi de-
narios, quod bene not. quia euenit quotidie.
12 ¶ † Tertio quæro quid ſi debitor citatus ſuper tenore in-
ſtruméti mittit per procuratoré, aut amicũ pecuniam con-
tentam in inſtrumentum, vel compareat extraneus pro eo
cum pecunia debita, ipſe autem debitor non venit, nun-
quid contra ipſum procedetur, tanquam contra contu-
macem, condemnando ad pœnam iuxta Rit. qui ſequitur
inf. 183. item quod vbi breuiter omiſſis ſuperfluis, quę poſ-
ſem hinc inde dicere, videtur diſtinguẽdum, quod aut por-
tauit pecunia per procuratorem, amicum, vel extraneum,
non tamen intentione ſoluendi, ſed deponendi, prætenden
do aliquas exceptiones contra creditorem, vel inſtrumen
tum, & tunc dico quod debitore non comparente, proce-
ditur ad contumaciam, & condemnationem cõtra ipſum,
non quia ſit prohibitũ portari pecuniam per alium (vt ſta-
tim dicam) ſed quia per Rit. 109. in cauſis inſtrumentorum
non admittitur procurator etiam ad media (vt ibi latius
13 diximus) & per alium Rit. infra 269. die 21. † prohibi-
tum eſt pro parte citati, vel citandi aliam exceptionem
admitti, quam infirmitatis, abſentiæ, captiuitatis, aut nul-
litatis, aut portatur animo ſoluendi, nullam exceptionem
in contrarium opponendo, & tunc teneo abſque dubio,
quod contra debitorem procedi non poteſt, poſtquam ſol-
14 uit, † qa ſolutione eius, quod debetur tollitur omnis obli-
gatio, debitorque liberatur, ſiue ſoluat ipſe, ſiue alius pro
eo, etiam ignorante, vt dicit tex. inſt. quib. mod. tolli. obli-
gat. in princ. quem gloſ. in hac quæſt. citat in l. obligatio-
ne in verſ. eo loco in fin. C. de ſolut. & non ſolum ſolutio,
verum etiam obſignatio, & depoſitio per alium facta con-
gruo loco, & tempore iuxta formam d. l. obſignatione, li-
berat debitorem, vt dicit text. ad literam, in l. qui decem,
§. cum mihi, verſ. hic quoque, ff. de ſolutio. & in l. cum, &
poſtliminij, C. de capti. videtur tenere gloſ. ibid. licet non
firmat vngulas, vt Cyn. poſt eam dicit, & expreſſe firmat
Bart. in d. l. qui decem, & in l. ſolutionem, num. 1. ff. eo. &
Salic. in l. acceptam, quæſt. final. C. de vſur. & in iſtis termi-
nis debet intelligi Cauenſ. in ſuo Rit. 170. qui ſecundum
meam computationem, eſt 173. dum in nu. 13. dicta iura
allegat, alias in hoc Regno ſtantibus dictis Ritibus non
bene diceret. Et ſi dicatur quod dicta iura procedunt ante-
quã debitor citetur, nõ autẽ poſtea, quoniã tunc debet ipſe
venire, reſpondetur, ꝙ iſtud eſt diuinare, & nimiũ dictas ll.
reſtringere, tãto magis, quia eius præſentia iſto caſu ad ni-
hilũ prodeſt, neque neceſſaria eſt, ſatiſq; iniquũ, & abſurdũ
eſſet, velle debitoré detinere, qué illico opus eſſet dimitte-
15 re, † cum in multis iuribus dicatur fieri non debere, quod
factum non releuat, * vt probat text. in cap. cum contin-
gat lo 3. & ibi gloſ. in verſ. nihilominus, de offic. deleg. in
cap. per tuas de ſimo. & l. ad probationem la 1. in fin. &
ibi gloſ. in verſ. non conuenit, C. de probatio. quod tene
menti, quia quotidianum. Quarto quæro cum iſte Ritus
nihil dicat de pœna ad quam debitor ſe obligauit in in-
ſtrumento, ſed ſolum de pœna creditoris, vt dixi in 3. not.
nũquid in terminis iſtius Rit. quando pecunia portatur ad
curiam euitetur pęna, in quam incidit debitor per lapſum
termini ſtatuti in inſtruméto ad ſoluendũ? iſta quæſt. deci-
ditur per alium Rit. infra 173. vbi dico latius, merito ibi vi
deas. Salerni, die 15. Octob. 1560. Proſper Carauita.

RITVS CLXX.

ITem nota, quod quando volens interrogationem fieri, ideſt actor habet inſtrumenmentum publicum, & liquidum, & dicit aduerſarium ſuum poſt confectionem dicti inſtrumenti, factum eſſe fugitiuum, & duo teſtes dicunt reum nihil poſſidere immobile in regno, licet non aſſignet bene cauſam ſcientiæ, tunc fit citatio contra ipſum debitorem iſto modo, ſuper tenore inſtrumenti, videlicet quod citet eũ, & in defectu fideiuſſoriæ cautionis de iuri ſtando eum capi faciat de perſona, quæ citatio vocatur vulgariter citatio ſuper tenore inſtrumenti de citando, & capiendo, & hoc quotidie ſeruat ipſa Curia, præſentato prius inſtrumento in dicta Curia in forma prædicta, & facta obligatione, vt ſupra dictum eſt, aliàs ſi non facit ipſum capi, curia incipit à citatione multoties etiam non præſentato inſtrumento in ipſa Curia, & ſufficit ſi inſtrumentum præſentatur poſtea veniente reo, vel dic, quod condemnatur ad tertiam partem bonorum eius mobilium, vbi etiam decernitur per ipſam Curiam actorem fore ponendum in poſſeſſionem pro menſura debiti declarati in ipſo inſtrumento, multoties etiam antequam fiat citatio pręſentatur ipſum inſtrumentum, & ſe obligat, vt ſupra dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Practica quomodo creditori conſulatur quando debitor eſt ſuſpectus fugitiuus.*
2 *Quod procedit etiam coram iudice incompetenti, duobus concurrentibus tamen.*
3 *Nec non in debito lite pendente. Et in debitore in diem, vel ſub conditione.*
4 *Debitor dato pignore, non iurabitur ſuſpectus fugitiuus, & in nu. 10.*
5 *Debitor, vt poſſit ſuſpectus fugitiuus haberi, ſuſpitio poſt contractum ſuperuenire debet.*
6 *Ignorantia in dubio præſumitur, niſi probetur ſcientia.*
7 *Scire, & ſcire debere ſunt paria.*
8 *Aduena, ſeu forenſis cum quo contractum fuit noua cauſa non ſuperueniente, ſuſpectus non iurabitur.*
9 *Suſpicio fugitiui debitoris per quot teſtes probari debet.*
10 *Suſpectus quis ratione modici debiti dici non poteſt.*
11 *Satiſdatio de iudicio ſiſti liberat debitorem à captura, & ibi quid hodie ſeruetur in practica.*
12 *Probationes facienda ſuper fuga ſuſpitione, an die feriato fieri etiam poſſint? & nu. ſeq.*
13 *Qui vult conſequens, concedit neceſſario ſuum antecedens.*
14 *Iudex capturam fugitiui debitoris abſque ſummaria cognitione, quando concedere poſſit?*
15 *Citatio debitoris nũ requiratur ſuper probatione facienda de ipſius ſuſpicione.*
16 *Debitor meus cum ſecum contraxi, dilapidare cœperat,*

Digitized by Google

non taliter, quod ſuſpitionis fuga timor eſſet, poſt contractum vero fortius dilapidat, nunquid eius ſuſpicionem probare potero, vt capiatur?

17 *Creditor non habens inſtrumentum de debito, ſed apocham, vel teſtes forte lite pendente, an ob fuga ſuſpicionem ortam poſt contractum, capturam petere poſſit?*

18 *Appellationi reductio aſſimilatur.*

19 *Creditor ſi non comparet, ſed generalis procurator, affinis, vel coniuncta perſona, probareque per teſtes velit talem debitorem effectum ſuſpectum fugitiuũ, ac expediri citationem, nunquid audiatur?*

20 *Debitoris intereſt pro creditore comparentem ſpeciale habere mandatum. Et quare.*

21 *Procurator ſine ſpeciali mandato, non admittitur ad ea per quæ dominus in pœnam incidiſſet.*

1 ISte Rit. ponit modum, & pract. ſeruandam, † quando creditor habet inſtrumentum contra debitorem ſuum, & vult contra ipſum procedere ad citandum, tamen quia factus eſt ſuſpectus de fuga, vult ſibi cõſulere, ſigna ipſum, quia notabilis eſt, & ſeruatur quotidie in pract. Similem, & huic noſtro Ritui conformem pract. ponit Ang. in l. ſi ab arbitrio, §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. Alex. poſt ipſum in apoſtil. ad Bart. in l. ſi is à quo. §. 1. ff. vt in poſſe. legat. Cott. in memora. in verſ. debito non poteſt, Lanfr. in repet. c. quoniam contra in ver. recuſationes, num. 13. verſ. & per hoc, & ibi pulchre apoſtil. Celſi. de probat. & plene Rod. Suarez in rep. legum Hiſpaniæ, l. 2. tit. de los emblazamientos,
2 nu. 32. & 33. fol. 807. † Amplia hũc Rit. & pract. procedere etiam coram iudice incompetenti, vt tradit Anch. conſ. 192. in auxilium, verſ. quoad primum, nu. 3. Rom. conſ. 242. nu. 2. & in l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de noui ope. nuncia. & licet Doct. conſ. 75. vol. 1. videatur aliter tenere, & magis late Aret. conſ. 95. vbi inquit conſilium Ancha. eſſe falſiſſimum, tamen prima opin. mihi magis placet, eamque
* late defendit Celſus ad Lanfr. in loc. præalleg. * Iaſ. in l. 2. nu. 17. verſ. quid tenendum, ff. de iuriſd. omn. iud. & Roderi. Suarez in d. l. 2. nu. 47. ver. ſed vnum, fol. 813. vbi poſt Alex. quem allegat in d. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. duobus concurrentibus dicit eam procedere. Primo, quando non faciliter poſſit haberi copia iudicis competentis. Secundo, quod poſtmodum tradatur iudici cõpetẽti per rationes de quibus per eum, & ſecundum iſtam opin. quam primã
3 dixi video ſeruari. † Secundo amplia etiam lite pendente ſuper debito, vt ſcribit Ange. in l. nemo verſ. item quæro quid, C. de exacto. tribut. lib. 10. Alexand. in conſ. 106. Magnifice prætor, vol. 3. & Iaſ. in d. l. ſi ab arbitrio, nu. 6. ver. quid. Tertio amplia etiam in debitore in diem, vel ſub conditione, vt tradit Iaſ. in d. l. ſi ab arbitrio, nu. 7. ver. item aduerte, per gl. in l. quæſitum, in ver. intereſt iuncto tex. ff. de pign. quam ſing. dicit poſt Bal. in l. 1. in fi. C. de cond. ex lege in l. ſi debitor, ff. de iud. & in l. 3. in fin. C. commoda. idem Afflict. deciſ. 108. in fin. Cœpoll. in l. debitor, nu. 2. ff. de verb. ſign. Roderi. Suarez in d. l. 2. nu. 25. ver. tertio, &
4 Benue. Strac. in tract. merca. tit. de decoct. nu. 25. † Limita hunc Rit. & pract. præalleg. non procedere vbicunque creditor accepiſſet pignus a debitore, eo quia præſumitur illud pignus idoneum, vt dicit glo. in l. 2. in ver. redigere, C. de pignor. per quam ita tradit Bal. in l. creditor, qui non idoneum, ff. ſi cert. pet. Iaſ. in §. ſupereſt, nu. 94. inſt. de acti. Andr. Barba. qui id valde exclamat in rubr. de pigno. & Roderi. Suarez in præalleg. l. 2. num. 29. ver. limita primo, fol. 807. niſi ſecundum Alex. in d. l. creditor appareret pignus non eſſe idoneum, quoniam tunc ratio Bal. ceſſaret, ꝙ not.
5 ¶ † Not. primò ex hoc Rit. ibi poſt confeſſionem, quod ad hoc, vt debitor poſſit capi, vt ſuſpectus, ſuſpicio debet poſt contractum ſuperuenire, idem Bart. in d. l. ſi is a quo. §. 1. per illum tex. & in l. fi. C. de ſponſ. cum concord. adductis per Cauen. hic, & Roder. Suarez in d. l. 2. nu. 32. Limita primo iſtud nota. non procedere quando ſuberat tempore cõtractus ipſa ſuſpicio, verũ creditor ignorabat,
6 vt dicit Alex. in l. 2. nu. 24. ff. ſol. matr. † Præſumetur tamẽ ignorantia in dubio, niſi debitor probet ſcientiam, vt Cauenſ. hic dicit firmaſſe Alex. ibid. idem Bald. in d. l. fin. per illum tex. C. de ſponſ. & Roderi. Suarez in præall. l. 2. nu. 41. fol. 811. Sed vtrumque dictum mihi non placet, quia qui cum alium contrahit, certus eſſe debet de conditione eius cum quo contrahit, per l. qui cum alio, ff. de reg. iur.
7 † immo, vt dicunt Dec. ibi, nu. 10. & Cagno. 22. ſcire, vel ſcire debere paria ſunt, nec obſtat authoritas Alex. in, d. l. 2. quia non firmat ſe in illa opin. vt atteſtatur Cauenſ. immo totum contrarium tenere videtur, dum allegat d. l. qui cũ alio, & reſpondet contrarijs, & idem in d. l. ſi ab arbitro. nu. 4. in fi. Placet tamen mihi, quod dicit Suar. in d. l. 2. nu. 38. vt dicamus, quod aut debitor erat talis, quod creditor ſcire debebat, puta, quia erat notorius ribaldus, & procedit ſecundum dictum, aut non, puta, quia erat mercator, qui reputabatur ab omnibus idoneus, & tunc ſecus, & allegat per hoc Ange. in l. ſi creditoris. ff. de priui. credi. & l. creditor, C. de pignor. actio. Secundo limita, quando contraxiſſet cũ aduena, quoniam licet ſciebat ipſum eſſe aduenam, & ex conſequenti receſſurum, tamen ignorabat an eſſet receſſurus antequam ſatisfaceret, propter quod ſcientia ſuſpicionis videtur ſuperueniſſe, vt dicit Bald. in rubr. C. de reuoca. his quæ in fraudem credi. nu. 4. verſ. ſed vlterius, & referendo, ſequitur Iaſ. in d. l. ſi ab arbitro, nu. 5. verſ. quarto limita, ſed adhuc contra iſtam limita. obſtat, quod ſupra dixi de l. qui cum alio. ff. de reg. iur. & ideo ſicut ſciebam ipſum receſſurum tanquam aduenam, eodem modo ſcire debebam an eſſet recurſus debito non ſoluto, informando me de eius conditione, qualitate, & perſona, qua propter cum nõ fecerim reputabor tanquam ſciens per d. l. & merito à petitione capturę repelli debebo, & pro hoc allego Bal. in l. hæres abſens, §. ſi quis tutelam, in fi. ff. de iud. quem ſequitur Roderi. Suarez in d. l. 2. nu. 36. ver. item optime,
8 fol. 809. † vbi quod aduenæ, a & forenſes cum quibus cõ-
a tractum eſt, noua cauſa non ſuperueniẽte, nõ poſſunt iurari ſuſpecti, quia vt dicit Bart. in d. l. hæres abſens, §. proinde, ſemper præſumuntur receſſuri. Tertio limita, quando dolo, & perſuaſione deceptiua fuiſſet inductus creditor ad contrahendum, vt dicit Paul. de Caſtr. in l. etiã, §. 1. & Alex. in d. l. 2. nu. 25. ff. ſolu. matri. idem Alex. conſ. 60. vol. 5. & in d. l. ſi ab arbitro. nu. 6. ver. limita etiam, & ibid. & Iaſ. nu. 5. ver. limita, Deci. conſ. 19. vol. 1. & Cagnol. in d. l. qui cũ alio. num. 16. Ratio iſtius limita. eſt quia eo caſu, quo per dolum fuit inductus creditor clare conſtat ignoraſſe per fraudem debitoris ſuam ſuſpicionem. Quarto limita in vxore, vt dicit Bart. in l. ſi conſtante, ff. ſol. matrim. Ang. in d. l. dictũ, §. de illo, ff. de dam. inf. Barb. in apoſt. ad Bal. in l. ſi pro ea in lit. B. C. mãd. & Anch. in c. propter ſterilitatem
9 loca. ¶ † Secundo no. ibi duo teſtes, quod ſuſpicio debitoris fugitiui debet probari per duos teſtes, idem expreſſe firmant Ang. Alex. & Cott. in loco præalleg. ad idem Bal. in l. creditor, la 2. ff. ſi cer. pet. & in l. apertiſſimi, in fi. C. de iud. vbi dicit, quod non ſufficeret probari per iuramentum creditoris, niſi etiam concurrant indicia inducentia ſuſpicio-

ADDITIO.

a Aduerte. Adde quod aduena eſt, quem Græci ἐπήλυδα appellant, vt inquit Iurecõſ. in l. pupillus, §. aduena, ff. de ver. ſignific. valetq. quantum nouam ſedem quærens, differtq; ab incola, quia hic ſedem fixit, domiciliumq; cõſtituit, aduena verò ſecus. Sunt etiam & conuenę, collectitij, ſcilicet habitatores, ſic dicti, quòd plures ex diuerſis regionibus in vnum locum conuenerint, vt declarat Alciat. in d. §. aduena. Quid autem intereſt inter peregrinum, & aduenam, vide omnino, quæ nos ſcripſimus in noſtris allegationibus contra Epiſcopos, teſtamenta facientes mortuis pro declaratione aut. Omnes peregrini, & aduenæ, C. commun. de ſucceſſion. ſumptæ ex conſtitut. Frider. Imp. ſub tit. de ſtatut. & conſuetud. contra liber. Eccleſ. §. omnes peregrini, & aduenæ. C. P.

Digitized by Google

cionem, puta, quod non poſſidet immobilia, quod compo-
ſuit ſarcinulas, vel quod factus eſt non ſoluendo ex aliqua
calamitate, vel alia cauſa, quod eſt bene notandum ſecun-
dum Ange. in d.l.ſi ab arbitro, & Doct. prędalleg. contra ali-
quos imperitos aſſeſſores, qui immediate oſtenſo inſtru-
mento debiti, & prę ſtito iuramento de ſuſpicione fugę, cō-
cedunt capturam. Aduerte tamen, quod poſtquam iſte Rit.
nihil dicit de iuramento præſtando, ſed ſolum de duobus
teſtibus, non requireretur, vt Doct. requirunt de iure com-
muni in loc. ſupra citatis, & ſi non eſſet præſtitum, nō poſ-
ſet tractari de nullitate capturæ conceſſæ, vt aliquando au
diui opponi. limita iſtud not. non procedere, quando debi-
10 tum eſſet modicum, † quia ratione modici debiti, quis nō
poteſt dici ſuſpectus, vt dicit Bald. in auth. ſed iam neceſſe,
C. de dona. ante nupt. Rom. conſ. 320. nu. 3. verſ. vltimo, &
Alex. in l. 2. nu. 24. ff. ſol. matr. in apoſtill. ad Bart. in l. ſi is à
quo. §. 1. ff. vt in poſſeſſ. lega. & in d.l. ſi ab arbitro. nu. 6. vbi
etiam Iaſ. nu. 5. ver. quarto limita, licet Rom. in l. fideiuſſor,
ff. qui ſatiſd. cogant. aliter dixerit, & male, vt dic t Alex. in
d.l. 2. Secundo limita, quando creditor pro debito habet
pignus, & ei inhæret, vt dicit Bal. in l. creditor, la 2. ff. ſi cer.
pet. Iaſ. in l. 1. in princ. col. pen. circa med. ff. ſi quis ius di-
centi non obtempe. & Cott. in memora. in verſ. creditor
11 inhærentis. ¶ † Tertio not. ibi & in defectu, quod ſatiſ-
datio de iudicio ſiſti liberat debitorem a captura, & idem
firmat in his terminis Anch. conſ. 85. nu. 2. & ſecundum for
mam iſtius Rit. citabitur, & capietur vnico contextu debi-
tor, verum præſtita ipſi nuncio cautione de iudicio ſiſti li-
beratur, & remanet citatus, & ita ſeruatur, quia in his caſi-
bus ita expediuntur citationes prout Rit. met dicit.

¶ Quarto not. ibi præſentatio prius, iunctis alijs verbis,
alias ſi non facit, quod quotieſcunque creditor vult cita-
tionem de citando, & capiendo contra debitorem, debet
prius præſentare inſtrumentum debiti, & ſe obligare, ſup-
ple de eo, quod dictum fuit ſupra in Rit. 168. in 2. not. ſed
quotieſcunque non vult ipſum capi facere, ſed tantum ci-
tari curia ipſa incipit à citatione, & multoties etiam non
præſentato inſtru. vt in d. Rit. dicebatur, qui in hoc per iſtū
corrigitur, quia ſufficit, quod præſentetur in vltimo perem
ptorio, & ita ſeruatur, vt ibid. dixi, vbi vide in princ. Rit.
aduerte tamen, quod dicta obligatio, de qua facit mentio-
nem iſte Rit. nec etiam ſeruatur, quando vult citationem
creditor de citando, & capiendo. ¶ Quinto not. ibi ter-
tiam partem, & ibi pro meſura debiti, quod tempore iſto-
rum Rit. ſeruabatur, quod in vltimo peremptorio quando
debitor citatus ſuper tenore inſtrumenti, nō comparebat,
& ideo fiebat contumax, dicebatur quod debitor fuit cō-
demnatus ad tertiam ſuorum mobilium, & quod creditor
ponatur in poſſeſſione bonorum pro meſura debiti etiam
dicit alius Rit. inf. 180. Hodie decernitur aliter, & dicitur,
quod fuit debitor reputatus contumax, & condemnatur
ad pęnam in citatione contentam, & quod exequatur con-
tra ipſum realiter, & perſonaliter ad electionem credito-
ris pro debito in ipſa citatione contento, vigore cuius in-
terloquutoriæ capitur debitor de perſona, tum quia fuit
ita interloquutum in vltimo peremptorio, tum etiam, quia
tanquam contumax capi poteſt de perſona, vt dictat Rit.
inf. 172. & ſi exequitur in bonis ſtatim expeditur manda-
tum ad releuandum, & proceditur ad venditionem, non
expectato tempore trium menſium, ſicut in exequutione
ex primo decreto dicitur in Regia prag. rela[illegible]one de or-
dine iudi. vbi dicam latius. ¶ Sexto not. in fin. ibi multo-
ties, quod multoties præſentatur inſtrumentum per credi-
torem in curia antequam expediatur citatio, in tantum,
quod iunctis his, quæ diximus in 4. no. quandoque fit vno
modo, & non præſentatur, & quandoque alio, & iſta eſt
veritas, & ita ſeruatur, quia in electione eſt creditoris.
* Hodie tamen propter nouam prag. quā in prin. Rit. 168.
allegaui aliter ſtatutum eſt, & inſtrumentum ante citatio-
nem præſentari debet, quod bene ſeruatur in Magna Cu-
ria, in alijs tribunalibus Regni ſimiliter, & aliquando nō,
vt in d. Rit. dixi. ¶ Quæro nunquid probationes facien-
dæ ſuper iſta ſuſpicione fugę etiam die feriato fieri pote-
runt? Bar. per gl. ibi in l. dies feſtos, in ver. fideiuſſionis, C.
de ferijs, dicit quod debitor fugitiuus ſi non cauet etiam
die feriato in honorem Dei, capi poteſt, & idem Anch. cōſ.
95. nu. 1. & conſ. 123. nu. 7. immo etiam ſi eſſet dies Natiui-
tatis Domini, aut Paſchæ, vt dicit Bal. in c. fin. col. fi. de fer.
Iaſ. in l. vinum col. 3. ff. ſi cer. pet. & Cott. in memor. prędall.
licet Fel. de hoc vltimo dubitet in c. fi. col. pen. de iud. ra-
tio eſt, quam Bart. in d.l. fi. & Anch. ponunt in d. conſ. 123.
quia ſi ipſe creditor poteſt authoritate propria hoc facere
per l. prætor, §. ſi debitorē, ff. quæ in fraud. cred. multo for-
tius & ipſe iudex, & ideo ſi ipſa captura ēt his diebus con-
cedi poteſt, & ad ipſam per hunc Rit. requiruntur proba-
tiones per duos teſtes, ſequitur neceſſatio, quod etiā ipſæ
13 probationes ipſo die feriato fieri poterūt, † quia qui vult
conſequens, concedit etiam ſuum neceſſarium antecedens,
l. illud, vbi etiam not. Bar. ff. de acqui. hære. l. 2. ff. de iuriſd.
omn. iud. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procur.
cum ſimi. quæ allegat Alex. conſ. 130. nu. 2. vol. 4. Et quod
poſſint fieri probationes, & proceſſus iſto caſu etiam die-
bus feriatis in honorem Dei, Bart. met expreſſe tenet in l.
2. ff. de fer. & late Iaſ. in l. 1. §. ſed excipiuntur, 5. not. nu. 9.
14 eo. tit. immo plus dicit Anc. in d. conſ. 123. num. 8. † quod
etiam abſq; ſummaria cognitione iudex poteſt concede-
re capturam debitoris fugitiui, quod tamen intelligendum
eſt, quando adeo imminet periculum, quod ſi fierent pro-
bationes, arriperet iam fugam, & ita proprie loquitur ipſo
dum æquiparat iudicem cum creditore, quia etiam hoc fa-
cere poteſt, cum clarum ſit, quod creditor non aliter po-
teſt capere, niſi adeo fugitiuum, quod ſi ad prætorem ire
vellet, debitorem amitteret, vt in d. §. ſi debitorem, alias ſi
ſecus intelligeretur dictum Anch. eſſet contra ea, quæ di-
15 ximus in 1. not. ¶ † Secundo, quæro nunquid debitori
citatio requiretur ſuper probatione facienda de ipſius ſu-
ſpicione? Breuiter, licet Rit. nihil dicat de hoc, dicas quod
non, ne inſtruatur ad fugam, licet ſaluum ſit poſtea debito-
ris ius impugnandi illas probationes per alias contrarias,
vt dicit Bal. in l. creditor, la 2. ff. ſi cert. pet. per ea quę not.
Innoc. in c. ſignificauit, extra de teſti. idem Anch. in conſ.
85. Bal. in l. conſentaneum, col. 5. ver. quæro vna cum. C.
quomodo, & quando iudex, Fely. in c. Rodulpus, col. pen.
3. fallen. de reſcri. Hipp. in l. de vnoquoque, nu. 42. 2. fallen.
ff. de re iud. Marant. in pract. par. 6. actu primo, limit. 7. nu.
14. in nouis, Lanfr. in c. quoniam contra, in ver. recuſatio-
nes, nu. 14. verſ. ſecundo, de probat. Cott. in memora. in
verſ. debitor non poteſt in fin. & in verſ. citatio partis, 4.
fallent. vbi ponendo plures caſus, in quibus partis citatio
nō eſt neceſſaria, ponit iſtum, quando recipiēdi ſunt teſtes
ad probandam ſuſpitionē fugæ, & Roderi. Suarez in ſæpius
alleg. l. 2. tit. de los emplazamiētos, n. 34. circa medium, &
ita practicatur quotidie, qua data petitione per credito-
res dicentes cauſas ſuſpitionum, iudex dicit, quod capiatur
informatio, & ſic examinantur teſtes ſuper contentis in ea.
16 ¶ † Tertio quæro quid ſi debitor meus tempore quo cū
eo contraxi, incęperat iam dilapidare, tamen non modo
tali, quod eſſet timor ſuſpitionis fugæ, nunc autem poſt cō-
tractum, incipit fortius dilapidare, nunquid potero eius
ſuſpitionem probare, vt capiatur, & iudicium aſſecuretur?
iſte Rit. facit, quod non, dum dicit quod ſuſpitio debitoris
debet poſt contractum ſuperuenire, quemadmodum eſt ēt
de iure ſecundum Bart. in l. ſi is à quo. §. 1. per illum tex. ff.
vt in poſſ. leg. in l. fi. C. de ſponſ. & in l. ſi creditor, ff. de pri-
uil. cred. Bal. vero in l. ſi pro ea, in princ. C. mand. quem
ſequitur Alex. ad Bart. in d.l. ſi is à quo, in terminis quæſt.
noſtræ determinat contrarium, quia ille dicitur dilapida-
re, vel diſſipare, qui taliter diſſipat, quod timeri poteſt, &
idem Roderi. Suarez in rep. legum Hiſpaniæ l. 2. tit. de los
emplazamientos, nu. 39. fol. 818. Non obſtant Rit. & alle-
gata in contrarium, quia dilapidatio propter quam timeri
debet de fuga dicitur orta poſt cōtractum, & non ante, vt
Bal. met ibid. reſpondet, & Roderi. in d. loco. Et ex hoc ſe-
quitur alia limitatio ad primum not. noſtri Rit. vt nō pro-
cedat,

Digitized by Google

cedat, quando cauſa ſuſpicionis, quæ erat tempore contractus, erat adeo modica, ꝙ nõ inferebat ſuſpitionẽ fugæ.

17 ¶ † Quarto quæro quod ſi creditor alicuius non habet inſtrumentũ de debito, ſed forte apocã, aut teſtes, vel habet, & ſuper eo lis pendet, nunquid poterit ob ſuſpitionem fugæ poſt contractum ortam, peti captura? iſte Rit. videtur ſentire, quod non, dum dicit de creditore habente inſtrumentum publicum, & liquidum, Anch. vero conſ. 85. nu. 4. in proprijs terminis firmat contrariũ per tex. not. in l. poſtquam circa princ. ver Imp. ff. vt leg. nom. caue. idem Ang. in l. ſi ab arbitro. §. ſi. ff. qui ſat. cog. & in l. nemo, C. de exacto. tribut. & Celſus ad Lanfr. in d. cap. quoniam contra, in ver. recuſationes, in lit. I. ver. quia forenſis: immo plus dicit Anch. ibi, quod etiam lite pendente ſuper reductione ad arbitrium boni viri, poteſt impetrari, & concedi captura ob ſuſpicionem fugæ, quamuis pendente reductione, nihil ſit innouandum, quemadmodũ nec appellatione pẽdente,

18 l. 1. ff. nihil noua. appell. penden. † cum appellationi reductio aſſimiletur, l. non diſtinguemus, §. cum quidam, ff. de arbit. Non obſtat iſte Rit. quia loquitur quando creditor intendebat citare debitorem ſuper tenore inſtrumenti, & procedere poſtmodũ ad liquidationem, verum propter ſuſpitionem fugæ volebat etiam, quod in citatione diceretur de capiẽdo, tunc enim propter citationem, creditor debet conſtare de debito per inſtrumentũ publicũ, & liquidum, ad hoc, vt poſſit poſtea procedi ad liquidationem, vt alias

19 dictum fuit ſupra in Rit. 167. ¶ † Quinto quæro, quid ſi creditor non comparet, ſed eius procurator generalis, vel alius tanquam affinis, & coniuncta perſona, quæ poteſt ſine mandato agere, l. ſed hæ, ff. de procu. l. exigendi, C. eod. vt late per Iaſ. in l. maritus, in princ. eo. tit. C. & talis comparens vult probare per teſtes debitorem talem eſſe effectum fugitiuum, & propterea expedire citationem de citando, & capiendo iuxta formam præſentis Rit. nũquid admitti debebit? Rom. in proprijs terminis quæſt. noſtræ conſ. 241. nu. 11. tenet, quod non, dicẽs ad illud requiri ſpeciale mandatũ per ea, quæ not. Bart. in l. filiusfam. nu. 11. verſ. quandoque, ff. de donat. Ego autem arbitror contrarium de iure verũ, poſtquam cõparet procurator, vel alia perſona, quæ ad agendũ admittitur abſque mandato. Cõfirmatur, quia authoritas quam habet creditor capiendi debitorẽ fugitiuum iux. l. ait prætor, §. ſi debitorem, ff. quæ in frau. credito. competit etiam procuratori ſuo, vt probat gloſ. in l. 1. in ver ab iis. C. vbi quis de curiali. Salic. ibid. & melius Ang. And. Barb. in c. cum non ab homine, col. 15. de de iud. & Roder. Suarez in rep. legum Hiſpaniæ, l. 2. tit. de los emplazamientos, nu. 24. fol. 305. Non obſtant, quę dicit Rom. in d. conſ. quoniam, in caſu quæſt. ſuæ erat ſtatutum puniens certa pœna creditorem impetrantem capturam

20 iniuſtã, quo caſu, vt dicit Bar. in d. l. filio fam. † intereſt debitoris, quod ille qui comparet pro creditore habeat ſpeciale mandatum, ne poſtea dicere poſſit non fuiſſe ſuam intentionem, vt pœnam euitet, per tex. not. in ſimil. in cap. procurator. de elect. in 6. item intereſt creditoris ne in pę-

21 nã incidat ex facto alterius, † immo procurator ſine ſpeciali mãdato non poteſt admitti ad faciendum ea, per quæ dominus poſſet incidere in pęnam, l. 1. §. ſi procurator, ff. ſi quis ius dicen. l. ſi procurator, ff. quod quiſque iur. & in l. ſi procurator, ff. de cond. indeb. ſed ſtatuto, de quo Rom. loquitur deficiente, nõ video quare procurator, vel alia perſona de præfatis non ſit admittenda, quod not. pro 4. ampliatione huius Rit. & adde alijs quas potui ſupra in prin. Eboli, die 15. Octob. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CLXXI.

Item nota, quod ille, qui carceratur vigore inſtrumenti, ſi non probat legitime infra terminum ſibi datum ad probandum, curia ipſa procedit etiam ad probationem, ſiue ad mutilationem manus, vt vidi ſeruari tempore Regis Ladiſlai, ſcilicet contra notorium Andream Burranam de Neapol. contra quem præſentauerat quoddam inſtrumentum Dominus Gualterius Galiota de Neapoli, verum non fuit facta executio dictæ mutilationis manus, quia habuit concordiã cum parte, licet in quadã obſeruãtia in hoc libro contenta, dicatur quod non proceditur ad mutilationẽ manus, niſi via ordinaria, & non via extraordinaria agatur, quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Pœna periurij per Regni conſt. eſt mutilatio manus, alia vero eſt de iure communi.*

2 *Pœna multitudinis manus pro periurio in pecuniariam hodie euaſit.*

Nota primo ex hoc Rit. quod debitor, qui habuit terminum ſuper exceptionibus per eum oppoſitis. aduerſus inſtrumẽtum contra ipſum liquidatum, & non probauit, condemnatur ad pęnam trũcationis manus, & tādiu detinetur carceratus donec creditori ſatisfacit, vt dicitur in alio Rit. infra 139. vbi ſimilis Rit. ratio iſtius pœnæ eſt, quia poſtquam habito termino, nihil probat, clare conſtat ipſum friuolę exceptiones oppoſuiſſe, & ex conſequenti ſcienter conueniſſe iuramento præſtito in inſtrumento de

1 ſoluendo, & in periurium incidiſſe, † cuius pęna eſt mutilationis manus per conſt. Reg. cum iuxta prouidum, verſ. aut per fraudem, & conſt. eos, qui ſcienter, cum quibus, vt dicit ibi gl. concordat l. de eo. & l. de his, de periurijs in Longobar. licet de iure communi aliter ſuper periurio prouiſum eſſet, vt plene colligi poteſt ex not. per Bald. Ang. & Salic. in l. 2. C. de reb. credit. Boer. deciſ. 303. Corn. conſ. 214. nu. 16. vol. 2. Rom. & Iaſ. in l. ſi duo. §. ſi. ff. de iur. iur. & pleniſſime ex Petr. Foller. in ſua pract. cenſua. quam nuper edidit (& poſt hæc ſcripta habui) in verſ. Nicolaus, nu. 83. cum ſequen. ¶ Secundo no. ibi licet limitationem ad dd. conſt. cum iuxta, & conſt. eos qui ſcienter, vt non procedãt quotieſcunque extraordinarie actum fuit ad periurium, ſed ſolũ quando via ordinaria, & de hac limita. fuit memor Affl. in conſt. Regn. ſtatuimus, vt magnæ. 17. no nu. 14. ſed per hunc Rit. ſublimitatur nõ procedere dictam limit. in periurio commiſſo in inſtrumento liquidato iuxta formã Rit. Magnæ Curiæ, quia licet cauſæ inſtrumẽtorũ ſint extraordinariæ, vt patet ex Rit. ſupra 109. & ſic extraordinarie agatur ad periuriũ (tamẽ vt vides) per hũc, & aliũ Ri. ſupra allegatum imponitur talis pęna, & vt dicitur in hoc Rit. ita

2 ſeruatũ fuit in quadã cauſa. † Hodie vero ex cõſuetudine generali omniũ curiarũ Regni huius, hæc pęna manus pro periurio in inſtrumẽto liquidato cõmiſſo non ſeruatur, ſed ſolũ certa pęna pecuniaria ad rationẽ vnius carleni pro ducatu debiti cõtẽti in inſtrumẽto, vt latius dixi ſupra in Rit. 133. vt firmat ẽt Affl. in d. cõſt. ſtatuimus, 17. no. & Pet. Foll. in loc. pręall. n. 89. immo plus dico circa iſtud, ꝙ ẽt ſi ageretur pro periurio via ordinaria, prout multoties agi video, & debitores citari reſpõſuros ſuper libello de periurio (vt dicam inf. in Rit. 182.) adhuc talis pęna manus nõ imponeretur, ſed forte alia arbitraria ex crimine ſtellionatus per l. fin. ff. de crimin. ſtellion. & ego in tot cauſis quas vidi ordinarie agi de periurio, nũquam audiui pęnã manus impoſitã, immo nec lites perueniſſe ad hũc terminũ ſententiandi, quia vt plurimũ fiunt ad terrendum debitores, itẽ quia facilis eſt defenſio ad excuſandum debitorem á pęna iſtius periurij extraiudicialis, ob multa, quæ probari poſſunt, vt not. Affl. in d. conſt. eos qui ſcienter, q. 8. nu. 16. quod no. Eboli die 16. Octob. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CLXXII.

Itẽ ꝙ ſi debitores citati ſup tenoribus inſtrumẽtorũ in dictis curijs, vel altera ipſarũ fuerint cõtumaces, & nõ cõparuerint ĩ termino ſtatuto ſtatim tãquã ſuſpecti poſsĩt capi de pſona.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Aduerbium ſtatim aliquid faciendum ſine temporis interuallo, ſignificat.*
2 *Aliquando cum temporis temperamento, pluresque ſignificationes habet.*
3 *Contumax de fuga ſuſpectus dici poteſt.*
4 *Exequutio perſonalis, vel realis contra debitorem ex cauſa inſtrumenti, vel alia nunquid per Nuncium die feriata, fieri poſſit?*
6 *Commiſſio Iudicis de citando diebus feriatis expediri poteſt, quia cauſa cognitionem non deſiderat.*

NOt. ex hoc Rit. quod debitor citatus ſuper tenore inſtrumenti, & factus contumax, quia non compa-
1 ruit, ſtatim capi poteſt de perſona tanquam ſuſpectus. † Sed dicet aliquis illud aduerbium, ſtatim denotat, quod fiat abſque temporis interuallo, l. ædiles, §. ſciendum, ff. de ædil. edic. & l. cum non ſolum §. fi. C. de bon. quæ liber. & propterea repugnat Rit. 204. vbi quod debitor condemnatus habet tempus ad comparendum vſque ad primum ſomnum illius diei, vt etiam latius diximus ſupra in Rit. 169. quæſt. 1. Reſponderi tamen poteſt dupliciter primo, quod licet illud ſtatim, regulariter habeat ſenſum ſupra-
2 dictum, † tamen vt patet latè ex Alberic. in ſuo dictionario, alias expoſitiones habet, & præſertim, quod quandoque intelligitur cum temporis temperamento, l. quod dicimus, ff. de ſolu. & l. damni infecti, §. ſabinus, ff. de damn.
2 infect. *a* & ſic quod ſtatim, hic intelligitur elapſo illo die, quo fuit factus contumax. Secundo, (& hoc mihi magis placet) quod in hoc Rit. intelligatur, & exponatur, ſtatim ideſt abſque probatione, quod ſit ſuſpectus de fuga, prout alias probatio requireretur, vt de perſona capi poſſit ſi contumax non eſſet, vt ſupradictum fuit in Rit. præ-
3 ceden. Ex qua ſolutione notabis duo † vnum quod contumax dicitur ſuſpectus de fuga, prout etiam Rit. met hoc dicit, aliud quod licet debitor regulariter capi non poſſit de perſona: niſi probetur ſuſpicio, vt in d. Rit. latè dictum fuit; illud tamen limitatur non procedere in debitore cōtumace, quod nota, quia eſt nouū præſertim ad hunc Rit.
4 ¶† Quæro in hoc Ritu. nunquid exequutio perſonalis, aut realis contra debitorem ex cauſa inſtrumenti, vel alia, fieri poterit per Nuncium etiã die feriata? Breuiter quando exequutio perſonalis eſſet fienda ob ſuſpitionem fugę, non eſt dubium, quod fieri poteſt, etiam ſi ſit feriata in honorem Dei, vt dixi ſupra in Rit. 170. quæſt. 1. ſed quando non propter ſuſpitionem fugæ, vel quando eſſet exequendum in bonis, tunc Doctor. communiter concludūt quod ſi eſſet dies feriata propter vtilitatem hominum, vt meſſis, vel vindemiæ, talis exequutio fieri poſſet, vt dicit Bald. in ſua marg. in ver. exequutio ſententiæ, ver. 2. Abb. & Doct. in l. fin. de Iud. & cap. fin. de fer. Rom. in l. 1. §. excipiuntur, ff. de fer. Alex. conſil. 130. nu. 2. vol. 4. Feder. de Sen. conſil. 139. Lanfranc. in cap. quoniam contra, in ver. citationes, in fin. nu. 29. de probat. & Roder. Suarez in l. poſt rem, ampliat. 4 fol. 567. ff. de re iudic. ſi vero eſſet feriata in honorem Dei, tunc ſecundum Bart. in ſummario d. l. fin. C. de fer. & Lanfranc. in loc. præalleg. ſecus eſſet, Io. And. verò in cap. conqueſtus, extra de fer. quem refert, & ſequitur Sebaſt. Vant. in tract. nulli. tit. de nulli. ex defectu citationis, num. 46. quod quicquid ſit de iure, de conſuetudine ſeruatur, quod ſi ipſa commiſſio facta fuit die non feriato, eius exequutio tolleratur die feriato, & idem dicit Caſſiod. deciſ. 5. de dolo, & contumac. vbi expreſsè loquitur de ferijs nedum ad vtilitatem hominum, verum etiam Paſcalium: dicens, quod quandocunq; tempora patiuntur: ſit exequutio, quia non ſit per Iudicem nec cauſæ cognitionē, & ita etiam ſeruatur quotidie in Regno, vbi perſonales, & reales exequutiones fiunt quolibet die feriato in honorem Dei, & quandoque ipſæ literæ de exequendo etiam in dictis diebus expediuntur. Aduerte tamen quia, & ſi dixerim, ita ſeruari de conſuetudine, attamen videtur poſſe de iure ſubſtineri, dicit enim Bart. in l. 1. §. nunciatio, verſic. quærit. Iac. nu. 30. ff. de
5 nou. oper. nun. † quod commiſſio Iudicis de citando, poteſt expediri diebus feriatis ad vtilitatem hominum, quia cauſæ cognitionem non deſiderat, per text. no. ad hoc in l. 2. §. dies, ff. quis ordo in bono. poſſeſ. ſerue. quæ ratio vendicat ſibi locum in expeditione literarum executorialium, quæ quotidie expediuntur virtute inſtrumenti, vel alia cauſa, ex quo poſtquam liquidatum fuit inſtrumentū die non feriato, nulla Iudicis cognitio poſtea requiritur ad literarum expeditionem, vt clarum eſt, item etiam vēdicat ſibi locum in exequutione facienda per nuncium in perſona, vel rebus debitoris, cum factum tantum nuncij, & nullam Iudicis cognitionem expoſtulet, vendicat etiam ſibi locum in alio, quod Caſſiod. in d. deciſ. ſeruari dicit, quod citationes affigendæ per edictum in locis publicis, etiam dictis diebus affigi poſſunt, quia nuncij operam tantum requirunt. Ex alio etiam dico ſubſtineri poſſe, quod ſupra dixi, quia iſtæ literæ commiſſionales, quas nuncij exequuntur realiter, & perſonaliter virtute inſtrumenti, aut obligationis, vel ex primo decreto, omnes loquuntur contra debitores contumaces, contra quos cum dicantur eſſe ſuſpecti de fuga, vt Rit. noſter dicit omni die exequi poſſe Doctores omnes concludunt: (vt ſuperius diximus:) & licet loquantur ſolum quo ad capturam perſonæ: tamen eadem eſt ratio quo ad bona, ne baratten tur, & occultentur. Fateor tamen, quod prima ratio generalior eſt, quia includit omnes literas exequutoriales, ſecunda vero non includit eas quæ expediuntur virtute ſententiæ, & multoties contra non contumaces. Eboli, die 28. Octob. 1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

2 De damn. infec. Adde meliorem text. in l. ratum, ff. de ſolution. ibi, ſed hoc οἱ πλέτει cum quodam ſpatio temporis accipi debet, ſicut in legato, cum de repellendo quæreretur, ſpatium quoddam temporis adſumitur nec minimum, nec maximum, & quod magis intellectu percipi, quam elocutione poſſit exprimi, ſuntque verba Iuliani Iuriſconſulti relata etiam per Vlpian. in l. quo enim §. Iulianus, ff. rem rat. haber. C. P.

RITVS CLXXIII.

ITem quòd ſi aliquis, vel ſi aliqua citatus, vel citata fuerit de mandato dictarum Curiarum, ſeù alterius earum ad reſpondendum ſuper tenore inſtrumenti alicuius debiti, in quo contineatur pęna pecuniaria, & iuramentum, ſi de periurio, vel pœna accuſetur, aut aliter quomodolibet conueniatur, citatus, vel citata compareat in Curia in peremptorio termino ſibi præfixo cum ſacculo paratus, ſeù parata ſatisfacere de debito creditori ad quod teneatur, etiam ſi lapſus fuerit terminus in quo ſoluere tenebatur huiuſmodi debitum in dictis Curiis, & qualibet ipſarum ex quadam æquitate nullatenus procedatur contra dictum debitorem, aut debitricem ſuper pœnis prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Mora an de iure purgari poſſit, cum aderit in contractu dies, iuramentum, & pœna?*
2 *Iuramentum, & pœna habent executionem paratam.*
3 *Per æquitatem, omnia quæ de mora purgatione dici poſſent, limitantur.*
4 *Purgationi moræ renunciari poteſt.*

P 4 Purga-

5 *Purgatio moræ in conditionibus, an locum habeat? & ibi habes quid hodie ſeruet Sacrum Conſilium in hoc.*
6 *Debitor ſuper tenore inſtrumenti citatus ſi comparens ſine pecunia, ſe non teneri ad ſoluendum dicit; quia imminet euictio in re ſibi vendita, in limine contractus, demonſtratque per authenticam fidem litem ſibi motam; quid iuris.*
7 *Fideiuſſor quo caſu non ſufficiat dari pro lite tunc mota, ſed dari debeat pro quacunq; in futurum mouenda.*
8 *Fideiuſſore dare quādo quis nō teneatur, vel ſic, & nu. x.*
9 *Fideiuſſor à iure, vel ſtatuto requiſitus dari debet etiam ab idoneo facultatibus.*
11 *Deciſiones Sacri Conſilij faciunt ius in Regno.*

ISte Rit. conformis eſt cum alio ſupra 269. vbi idem diſponitur, ſed quia ibi omiſſum fuerat tractare quid iuris eſſet de pœna contenta in inſtrumento ad quam debitor ſi non ſoluiſſet, ſe obligauerat, ac etiam de pœna periurij Rit. noſter in fin. verſ. decidit. Not. igitur in fin. Rit. ibi ex quadam æquitate, quod licet lapſus ſit terminus datus in inſtrumento ad ſoluendum, & etiam citatus debitor ſuper tenore inſtrumenti, nihilominus ſi cōparet in Curia cum ſacco paratus de æquitate pœnas euitat, & bene dicit de
1 æquitate, † quia de iure mora purgari nō poteſt, vbi adeſt dies iuramentum, & pęna per not. in l. traiectitiæ, §. de illo, ff. de actio. & oblig. & in l. ſi inſulam, vbi Bar. & cæteri Doct. ff. de verb. oblig. not. per Bal. in l. magnam, C. de cōtrah. & cōmit. ſtipul. in l. & ſi poſt tres, ff. ſi quis cautio. in l. 1. §. edi. ff de eden. & in l. ſi pacto quo pęnam nu. 6. C. de pact. Alex. conſ. 130. nu. 11. vol. 4. Imol. in d. l. ſi inſulam 5. not. nu. 3. vbi poſt Ang. in ſpecie loquitur de mora cōmiſſa in inſtrumēto guarentigiato, & Par. de reintegra. feud.
2 §. ſequitur amodo quotidiana quæſt. fol. 61. † ratio eſt sm̄ Parid. ibi quia iuramentum, & etiam pęna habent executionem paratā, vt not. per Iaſ. in l. 2. ff. de iureiur. in l. nulli, C. de Iud. & in l. fi. col. 4. C. de edic. Diu. Adr. toll. Hipp. ſing. 356. iuramentū, & Boer. deciſ. 295. vol. 2. licet sm̄ Bal. in l. cum allegas, nu. 12. verſ. 6. oppono, C. de vſur. quē ſequitur Alex. d. conſ. & ſimpliciter refert Paul. de Caſt. in d. l. & ſi poſt tres præfata procedant in contractibus ſtricti iuris non autem in contractibus bonæ fidei, & ſecundū Imo. in d. l. ſi inſulam, nu. 23. verſ. item poſſet dici, procedant in vtriſq; contractibus. Fundatus eſt iſte Rit. ſecūdū Paridem in d. §. ſequitur nu. 28. (vbi de eo fuit memor) ſuper æquitate canon. in c. apud miſericordem, vbi gl. 32.
3 q. 1. † per quam æquitatem limitantur omnia præalleg. & ſimil. quæ dicuntur de purgatione moræ, vt etiā dicit Bal. in l. qui crimen, C. qui accuſar. non poſſunt, & Lanfran. in c. qm̄ contra. in ver. teſtiū depoſitiones, nu. 136. verſ. not.
4 tū vnū. † Limita primo hunc Rit. non procedere quotieſcunq; in inſtrumento purgationi moræ eſſet renunciatū, cum renunciari poſſit, vt dicit Bald. in l. ſancimus, per illum text. num. 4. C. de fideiuſſor. Bald. & Salycet. in d. l. magnam Parid. in d. §. ſequitur num. 32. & Petr. Foller. qui hunc etiam Ritum citat in apoſtill. ad Marant. in pract.
5 parte 6. membro 9. num. 38. † Secundo limita non procedere in conditionibus: quia in his purgatio moræ locum non habet, vt dicit Bald. in l. ſi ſuper poſſeſſione, in fine verſ. C. de tranſact. per l. Thais, §. intra ff. de fideicom. libert. & Parid. in d. §. ſequitur nu. 35. exemplum ſecundum eundem Parid. ibi eſt: quandò aliquis promittit ſoluere affictum in tribus tertijs: videlicet, Paſchate, Auguſto, & Ianuario cum conditione, quod ſi in prima tertia non ſoluerit; poſſit peti totum debitum; & pro hoc vltra præfata allegat, quæ not. Bald. in d. l. cum allegas, num. 12. verſic. deinde quæro, & in cap. 1. num. 5. ver. ex hoc infero, qualiter dominus proprio. feud. priu. vbi ferè in terminis determinat Bald. totum debitum peti poſſe abſque purgatione moræ, & licèt Pet. Foller. in loco præallegat. dicat alias ſe contrarium reſpondiſſe: & quod nōnulli Doct. Neapol. magni practici, ita etiam conſuluerūt, & quod non obſtante dicto pacto, eſſet locus purgationi moræ, niſi eſſet renunciatum, nullam de Bald. & Parid. in loc. præalleg. faciendo mentionem: attamen ego indubitanter teneo contrarium, & quod ſi vidiſſet Paridem, & Bald. forte aliter dixiſſet, & fateor quod pluries ita vidi practicari, ac totum debitum peti, quod nota. cum caſus eueniet. Nec obſtat diſpoſitio iſtius Ritu. volentis admitti purgationem moræ de æquitate: quoniam vt Parid. ibidem dicit Ritus noſter loquitur quo ad euitandam pœnam conuentionalem forte dupli in inſtrumento appoſitam: & pęnam periurij, & non alias, vt ad literam dicit ſubiungens Parid. quod ita pluries in conſil. fuit iu-
* dicatum. * Hæc licet de iure vera eſſent, & etiam de conſuetudine, attento tempore Parid. Hodie tamen Sacrum Conſilium aliter ſeruat, & niſi renunciatum ſit purgationi morę purgatio ſemper admittitur, vt ſcribit Dominus Frez. in l. de ſubfeud. lib. 2. de differentijs feud. quatern. num. 24. fol. 241.
6 ¶ † Quæro de vna quæſt. quæ bis hoc anno euenit in Regia Audientia Principatus citra, debitor citatus ſuper tenore inſtrumenti comparet ſine pecunia in ſacculo (vt hic dicitur) verum dicit ſe non teneri ad ſoluendum, eo quia ſuper re ſibi vendita imminet euictio in limine contractus: demonſtrando per fidem authenticam litem motam, quid fiet? text. in l. ſi poſt perfectam, C. de euict. facit pro eo, dicens quod non tenetur ſoluere, & ideo hoc caſu in liquidatione ſuperſedebitur, vt firmat in proprijs terminis Angel. conſil. 121. Nicolaus, & Grauin. in Ritu 164. qui ſecundum meam computationem 166. parte 6. declarat. 26. verum, quia text. præalleg. dicit, quod ſi per venditorem daretur fideiuſſor de reſtituendo in caſu euictionis; emptor teneretur ſoluere, & idem Bart. in l. 1. §. ſtipulatio duplex, ff. de prætor. ſtipul. & Aret. pulchrè in §. penult. inſtit. de ſuſpect. tutor. cautela eſt: quod creditor ſtatim cum effectu præſtet fideiuſſorem de generali euictione, vt Aret. ibidem dicit: qua præſtita, debitore non habēte tunc pecuniam procedetur ad liquidationem, quia ſatisfactum eſt ſibi de fideiuſſione prout ita exequutum fuit in dictis cauſis; ex quo ſtatim fuit præſtita fideiuſſio, diſcant ergo debitores hoc caſu portare pecuniam ad maiorem cautelam, quoniam ſi eis præſtatur fideiuſſio, poterunt euitare liquidationem alias ſecus, vt dictum
* eſt. * Ideo † autem dixi de fideiuſſore de generali euictio-
7 ne: quia non ſufficeret dari fideiuſſorem ſolum pro lite tunc mota, ſed dari debet pro quacumque lite in futurum mouenda, vt dicit Bartol. & ibi communiter ſcribentes in l. poſt perfectam, C. de euiction. & firmat Aret. in d. §. penult. Anton. Burgos, in cap. ſi venditori, vltimo not. num. 16. verſic. quid autem, lo. 2. extra de emptione, & vendit. Gratus conſil. 135. num. 18. vol. 2. poſt Bart. & Paul. de Caſt. in l. 1. §. ſtipulatio, ff. de prætor. ſtipulat. & Gramm. conſil. ciuili 106. in cauſa Armellinæ num. 3. poſt Alex. in conſil. 65. vol. 5. Et hoc etiam ſi lis mota eſſet per tranſactione ſopita, vt ſcribit Grammat. in d. conſ. in final. verb. moueuir per l. fin. & ibi dicta per Alber. ff. de
8 reſcind. vendit. Prædicta † quæ dixi de fideiuſſore dando per creditorem de generali euictione, quando imminet euictio, limita ſecundum aliquos, vbicuuque creditor eſſet euidenter idoneus facultatibus, quia tunc onus dandi fideiuſſorem à iure, vel ſtatuto requiſitum propter euidentes facultates ſibi remittitur, vt plenè ſcribit Iaſon in l. 1. num. 18. qui ſatiſd. cogan. motus per doctrin. Bar. in l. priuatæ, C. de murile. & l. quicunque la 2. C. de fund. patri. lib. 11. item per l. 1. §. ſi magiſtratus, ff. de magiſtrat. conuen. & l. conuen. & l. legitimos, in princip. ff. de legib. tutor. idem voluit Paul. de Caſt. in l. diuortio, §. interdum nu. 4. ff. ſolut. matrim. per text. cum gl. in l. de creationibus verſ ſufficientem, C. de Epiſc. Aud. & per Doctor. Bartol. in d. l. quicunque idem Roman. conſil. 67. num. 4. verſ. tertio, motus per d. l. de creationibus, & dicta l. quicunque Alexand. conſil. 37. num. 15. vol. 2. motus per prædicta, & Hippol. in rubr. de fideiuſſ. num. 180. motus per text. cum

9 gloſ.

Digitized by Google

9 gloſ.in l.1.ff.de ripa munien. Sed iſtam † limitat. ego non ſequor,quia contrariam opinionem vti veriorem teneo, quod imò fideiuſſor à iure, vel ſtatuto requiſitus dari deberet etiam ab idoneo facultatibus quam opin. tenuit Alexand.in d.§.interdum num.11.verſic. vltimo, & in d.l.1. num.12.ff.qui ſatiſd.cogant. & addentes ad d.conſil.Alexand.in ver.idoneus per multa quæ Alexand. allegat in dd.locis,& Iaſ.in d.l.1.dum ponit rationes pro iſta opin. Non obſtant allegata in contrarium pro alia opin. videlicet text.in d.l.quicunque, in d.l.legitimos, & in l.1.ff.de Ripa munie.quoniam vnica reſponſione tollentur, videlicet,quod text.præfati vltra procedunt expreſsè dicendo in illis caſibus quod idoneus facultatibus non teneatur ſatiſdare,& ita reſpondet Alex.in d.§.interdum,verſic.vltimo,ibi. nec obſtat, adeò quod ſecundum Alex. in d. l. 1. num. 12. ff. qui ſatiſd.cogan. fideiuſſio in illis caſibus in caſu inopiæ tantùm eſt requiſita, non autem indiſtinctè. Non obſtat text. d.l. de creationibus quoniam ſecundum Alex.in d.l.1.num.12. loquitur in caſu ſpeciali, videlicet in curatore furioſi,vt dicit gloſ.inſtit.de ſatiſd.tutor.in princ.in verſic.idonei, & poſſet etiam reſponderi, prout reſponſum fuit alijs præfatis iuribus,quod etiam ille tex. procedit vltra.Minimè etiam obſtat d.l.ſecunda,§. ſi Magiſtratus,quoniam ille text. non dicit quod tutor excuſetur à fideiuſſione ſi eſt idoneus facultatibus, ſed quod excuſatur Magiſtratus, qui ſi fideiuſſionem non recepit à tutore ſi is idoneus ſit tempore quo conueniendus eſt. Immò

10 † plus dico,quod dato & non conceſſo, quod prima opinio eſſet verior, adhuc fideiuſſio præſtari deberet per creditorem (licet diuitem) quando euictio imminet,quia fideiuſſio in tali caſu eſt requiſita per iſta verba,in l.penul. ff.de pericul.& commo. rei vend. videlicet ante pretium ſolutum, dominij quæſtione mota, pretium ſoluere emptor non cogitur, niſi fideiuſſores idonei à venditore eius euictionis offerantur,& vt alias in ſimil.quæſt.ſcripſi in Rit.189.q.2.vbicunque fideiuſſio eſt requiſita cum illa dictione,niſi & poſt ponitur dictioni negatiuè,prout in caſu noſtro per dicta verba fideiuſſio dicitur requiſita pro forma,& niſi præſtetur actus manet in ſuſpenſo,quia non dicitur nata actio obligatio ad pretium conſequendum, vt in d.Ritu.plenius dixi. Secundo limita vbicunque debitor cui lis mota fuit ſuper re vendi[illegible]laudaſſet in ſuum authorem ipſum creditorem vti vend[illegible]orem, & per eundem creditorem fuiſſet ſuſceptum iudicium,& ab eo ſimiliter laudatus ſuus author qui eſſet notoriè diues in bonis ſtabilibus, & ſimiliter iudicium ſuſcepiſſet, eo enim caſu ille author laudatus per creditorem cum ſit diues facultatibus habebitur vti fideiuſſor,& ad aliam fideiuſſionē non tenebitur,vt ſcribit Afflict.deciſ.171. dicens ita fuiſſe deciſum in Magna Curia Vicariæ & Sacro Conſilio,ſed profectò ego valdè dubito de iſta limit. in puncto iuris,quia cum fideiuſſio in caſu imminentis euictionis ſit requiſita pro forma,vt proximè dixi debet ſpecificè adimpleri,& non per æquipollens,vt not. Bald. & Angel.in l.1.& ibidem Alex. num.8.ver. ex prædictis,ff.de liber. & poſthu. Bald. in cap. 1. num.2. verſ. ſed nunquid de milite vaſſal. qui contum. eſt, & in authen. qui ſemel num.13. C.quomodo,& quando Iudex pulchrè Soccin. conſ.24. nu.21. vol.1. plenè, & pulcherrimè Felyn. in cap.cum dilecta,

11 num. 1.verſic. amplio vndecimo,de reſcript. & quia † deciſiones Sacri Cōſilij faciunt ius in Regno, vt inquit Afflict.deciſ.169.in fin.propter authoritatem Sacri Conſilij non audeo contradicere prædictæ limitat. ſed tranſeo cum ea. Tertio limita vbicunque appareret litem motam eſſe calumnioſam, ſiue affectatam,aut fraudulentam, per ea,quæ dicunt Bartol. & Paul. de Caſtr. in l. §. ſtipulatio,ff.de prætor. ſtipular. idem Bart. in d.l. ſi poſt perfectam,C.de euiction. Alexand, d. conſil.65. vol.5. Soccin. conſil.208. num.5. verſic. ſecunda defenſio. volum.2. & Gramm. d.conſil. ciuili 106. Salerni die 29. Octob.1559. Proſper Carauita.

RITVS CLXXIV.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd ſi aliquis, vel aliqua interrogatus,vel interrogata per ipſam curiam ſuper tenore alicuius inſtrumenti depoſiti, commodati, vel alterius debiti, ſiuè confiteatur inſtrumentum ipſum eſſe verum aſſerens ſe ſatisfeciſſe, ſiuè neget inſtrumentum eſſe verum; ſtatim detinetur, & competens terminus datur ad probandum defenſiones ſuas, niſi in promptu doceat per publicum inſtrumentum quietationis, vel per aliam ſcripturam authenticam: quo caſu non detinetur.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per publicum inſtrumentum, aut authenticam ſcripturam, in promptu probatio dicitur.*

2 *Probatio per inſtrumentum, realis probatio dicitur pluribuſque modis etiam.*

3 *Scriptura authentica, quæ dicatur. Et quot modis.*

ISte Rit. venit ad ſupplendum Rit. 166. vbi dictum fuerat quod debitor in promptu dicens ſatisfeciſſe, non carceratur,cum ibi dictum non fuerat per Rit.quando dicetur demonſtratum de ſolutione in promptu, vt ibi tetigi in 6. quæſt.

1 ¶ † Nota. igitur ex hoc Rit. ibi in promptu, quod probatio,quæ fit per inſtrumentum publicum,vel aliam ſcripturam authenticam: dicitur eſſe probatio in promptu, idem Baldus in l.2.C.de edic. Diui Adriani tollen. dicens quod qui habet inſtrumentum in manibus, illudque oſtendit ſine alia dilatione dicitur incontinenti probare, ſequitur Dec. conſil. 424. proponitur col.2. & ſecundum Soccin.conſil.59.in cauſa.col.2.verſ. primum clarè vol.3.

2 † probatio per inſtrumentum dicitur realis probatio, & ſecundum Bald.in l.quoties,in fin.C.de Iudic.in l.2.col.j. verſic.ſed iuxta hoc quæro,C.quando fiſc. vel priu. dicitur probatio probata, & vt dicit Bart. in l.1. in princip. verſic.venio ad quæſt.ff.de nou. oper. nunciat. Bald. in l.intereſt.C.de ſolution. & Hippol.in l.ſi quis, num.162. ff.de quæſtion. dicitur probatio certa:quandoque appellatur probatio euidens cap. cum dilecti. ibi ex tenore inſtrumenti euidēter appareat,vbi etiam not.Abb. in 1. not. de donat. quandoque euidentiſſima,cap. licet cauſam,ibi ex priuilegijs euidentiſſime colligatur, de probatio. aliquando manifeſta probatio dicitur ſecundum gloſ.in l.fi. in verſ. manifeſtum,C.de rebus credit. Paul.de Caſtr.cōſil.157.volum.2.& Alexand. conſil.37.viſo col.4.in fi.verſic.attento volum.2.& aliquando manifeſtiſſima,vt dicit Aret.in l.ſi duo. col.2. verſic. primum etiam,ff.de acquir. hæred.& eſt bonus text. quem non allegat in l. ſi pluribus, ibi ex ſcriptura manifeſtiſſimus eſſet, ff. delegat. 1. quandoque appellatur liquida, vt dicit Alex. conſil.137. volum.6.alibi appellatur potens,vt dicit Abb.in cap cauſa olim per illum text.vlt.nota.de cenſib.ſecundum Bald. in l.generali.colum.2.vltim.not C. de Sacroſanct. Eccleſ. Angel.49. de dictis poſt medium,& Dec. conſil.423.negari col.2.verſic.quibus tamen dicitur indubitata probatio. adeò quod ſecundum eundem Bald.conſil.233. ſi per inſtrumenta.circa princip. volum. 1. dicitur habere vim diffinitionis,& vbi extat inſtrumentum,non videtur dubitandum,ſicut nec de caſu legis ſecundum eundem Bald. conſil.215. proponitur, quod inueſtituræ,col.2.vol.2. & finaliter,vt dicit idem Bald.conſil 249. ſuper libris in fine vol.1. & Tiraq. in tract.retract. conſanguin. §.2. gloſ.1. num.22. vſque ad fin. de inſtrumento dici poteſt, quod alibi dicitur noli me tangere.

¶Quæro quid ſi ſcriptura authentica producta per debitorem non cantat de ſatisfactione, ſed forte de prorogatione ſibi data ad ſoluendum? Rit. noſter videtur ſolum loqui de ſatisfactione: tu autem dicas, quod poſtquam ex his, quæ ſupra concluſimus in Rit. 166. quæſt. 6. quælibet exceptio in promptu opponi poteſt aduerſus inſtrumentum, iſte Rit. nihil obſtat, quia non venit ad determinandum: ſi exceptio ſolutionis tantum poteſt opponi, ſed quando dicatur exceptio ſolutionis in promptu probari; & ideò ſicut per inſtrumentum, vel aliam ſcripturam exceptio ſolutionis probata dicitur in promptu verificata: &c. impedit carcerationem, eodem modo, & dicta exceptio prorogationis termini, & quælibet alia.

3 ¶†Secundo quæro, quæ eſt illa ſcriptura quæ authentica dici poteſt? Breuiter omnis ſcriptura facta manu publici Notarij dicitur authentica, cap. 2. vbi etiam not. Innoc. in princ. & Imol. num. 3. verſic. tu potes. extra de fide inſtrum. & idem Hoſtienſ. in ſumma eiuſdem tit. verſ. quibus num. 2. Secundo dicitur authentica ſcriptura illa, quæ fit per quoſcunq; authoritate Iudicis, vt ſunt acta iudiciorum, vt ſcribit Innoc. in cap. 1. in princ. de fide inſtrum. Tertio illa quæ habet ſigillum authenticum, puta, alicuius Epiſcopi, capituli, vel domini ſecularis, d. cap. 2. iuncta gloſ. in ver. ſigillum. Quarto illa quæ manu priuata ſcripta eſt cum ſubſcriptione trium teſtium, vt dicit Innoc. in d. cap. 2. in princ. Imol. ibid. Hoſtienſ. loc. præalleg. per l. ſcripturas, C. qui potio. in pigno. hab. & Abb. in d. cap. 1. & quamuis Innoc. ſibi contrarius in d. cap. 1. num. 2. in fin. aliter tenere videatur, tamen tex. d. cap. 2. hoc expreſsè dicit, vt videri poteſt, & Imol. ibi dicit. Salerni, die 29. Octob. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CLXXV.

ITem in caſu pręmiſſo ſi interrogatus per ipſam Curiam ſuper tenore inſtrumenti alicuius aduerſarij, doceat in promptu per publicum inſtrumentum quietationis, vel aliam ſcripturam authenticam: vel per teſtes ſe ſatisfeciſſe ſuo aduerſario de debito in ipſo inſtrumento contento, non detinetur, ſed detinetur ſuus aduerſarius prædictus tanquam calumniator, & periurus.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de inſtrumentis ad teſtes valet.*
2 *Inſtrumenta, & teſtes pares vires obtinent.*
Appellatione inſtrumentorum veniunt teſtes, ibidem numero ſequenti.
3 *Communis vſus loquendi in ſtatutis attenditur.*
4 *Calumniator quando ſimilitudine ſupplitij puniendus.*
5 *Calumnia in ciuilibus qualiter puniatur.*

SVpplet iſte Rit. præcedentem Rit. vt probatio in
promptu ad euitandum liquidationem, & carcerem,
dicatur etiam fieri per teſtes: nam, vt dicunt gloſ. & Doct.
in l. 1. C. de vſur. gloſ. in cap. Abbate, §. fin. in ver. cenſere-
tur, de re iudic. in 6. & Iaſ. conſil. 137. viſo, & accuratè
1 colum. 1. volum. 4. † de inſtrumentis ad teſtes valet argu-
mentum, immò vt patet ex l. in exercendis, C. de fide in-
2 ſtrum. & c. cum Ioannes, eod. tit. extra † teſtes, & inſtru-
menta pares vires obtinent: immò inſtrumentorum ap-
pellatione teſtes veniunt, l. 1. ff. de fide inſtrum. c. peruenit
lo 1. de teſti. cogen. Spec. in tit. de dilat. §. fin. verſ. itē not.
qđ cū datur, & Bar. & Alc. in l. notionē, §. inſtrumentorū,
ff. de verb. ſignif. & pro facit gl. not. in l. fin. in verſ. depo-
ſitionib. C. de edic. Diui Adr. toll. quā ibi Bar. Bal. Salyc. &
oēs cōiter ſequuntur, vbi qđ beneficium illius legis quod
datur hæredi oſtendenti teſtamentū non cancellatū, neq.
abolitū, &c. vt mittatur in poſſeſſionē hæreditatis, locum
habet etiā in hærede inſtituto ex teſtamento nuncupati-
uo cuius nulla apparet ſcriptura; ſed tm̄ depoſitio teſtium
à Iudice receptorū, & in ſcriptis redactorū. Sed dicet ali-
quis quid ergo opus fuit facere hunc Rit. & de teſtib. ex-
primere? cui breuiter reſpondendo, dico id factū ad tollē-
dam omnem dubitationem, quia & ſi præfata omnia vera
3 ſint de iure † tamen attento cōi vſu loquendi, qui in ſtatu-
tis attendi debet, l. librorū, §. quod tamen Caſſius, ff. de leg.
3. l. Labeo, vbi not. per Bar. ff. de ſuppell. lega. & Bar. in l. 1.
in princ. ff. de ſuis, & legi. hæred. & nedū in ſtatutis verum
etiā in diuina ſcriptura, in priuilegijs, reſcriptis, contra-
ctibus, vltimis voluntatibus, in omni conſtitutione, & in
quacunq. materia, vt latè pulchrèq. ſcribit Tiraq. de re-
tract. conſanguin. §. 2. gl. 1. nu. 5. cū ſeq. teſtes non veniunt
appellatione inſtrumentorū; & è conuerſo, vt dicit Bar. &
Alc. in d. §. inſtrumentorū, Aret. conſ. 51. ſi detur, poſt me-
diū, Imol. Felin. & Dec. in rubr. de fide inſtrum. & Tiraq. in
loc. præalleg. nu. 15. & ſupra allegat. non procedunt verè,
& propriè, ſed interpretatiuè, vt dicit gl. in d. §. inſtrumē-
torū, Spec. de inſtr. editio. §. inſtrumētū in fi. & Io. Andr.
ad ipſum in litera a, Lanfranc. plenè in reper. c. qm̄ cōtra.
in ver. inſtrumentorū productiones in prin. nu. 3. de pro-
bat. Alber. in d. l. in exercendis, Raph. Cuman. conſil. 97.
ſtante dicto ſtatuto, col. 3. verſ. item licet Afflict. in conſtit.
Regn. iuris peritorum, col. 5. verſ. quærit hic Andr. & Ti-
raq. in d. gloſ. 1. num. 12. ¶Nota in fin. Rit. ibi tanquā ca-
lumniator, & periurus, quod quotieſcunq. debitor cita-
tus ſuper tenore inſtrumenti, in promptu docet de ſatiſ-
factione: non carceratur ipſe, ſed ſuus aduerſarius, tanquā
calumniator; quia fecit ſe creditorem cum verè non eſſet,
item tanquam periurus, quia quando recipitur præſenta-
tio inſtrumenti: datur ſibi iuramentum pro quanta ſum-
ma illud liquidat, iuxta formam Rit. 168. verſic. & dein-
de facit iurare, & reperto poſtea quod debitum fuerat ſo-
lutum, remanet periurus in eo, quod iurauit. Sed dicet
aliquis poſtquam tanquam calumniator, & periurus deti-
netur creditor in caſu præmiſſo; qua pœna punietur? &
&c. breuiter reſpondendo dico, quod inſpecto ſtricto iu-
re Rituum, puniri debet pœna manus, qua punitus eſſet
4 debitor niſi probaſſet, per Rit. 171. vbi diximus † quia
calumniator ſemper punitur ſimilitudine ſupplicij, ſi cri-
men quod intentabat: erat ordinarium, & pœna ipſius
certa, l. fin. vbi gloſ. in verſic. ſimilitudo, C. de accuſat. &
habetur in conſtit. Regn. pœnam calumniæ, vbi Afflict.
not. num. 8. in 4. nota. & idem Afflict. in conſtit. pecu-
niam num. 8. 9. & ſi erat extraordinarium, & pœna in-
certa: pœna quam veriſimiliter Iudex eſſet impoſiturus,
vt dicit gloſ. in d. l. fin. & gloſ. quam ibi ſequitur Bart. in
fin. in l. athletas, §. calumniator, in ver. ex vtraque circa
fin. ff. de his, qui not. infam. item quia pœna periurij, eſt
etiam pœna manus per conſtitut. Regn. eos qui ſcienter
vt latius diximus in dicto Ritu 171. ſed quia vt ibi etiam
dictum fuit, in 2. nota. pœna manus contra debitorem
pro inſtrumento liquidato non eſt in vſu, ſed ſolum cer-
5 ta pœna pecuniaria: † ſequitur, quod tanquam calum-
niator punietur ad illam pœnam tantum, nec non ad
expenſas litis. & alia diſpendia prout punitur calumnia
in ciuilibus, l. non ignorat. vbi etiam Bald. & Salycet. C.
de fruct. & liti. expenſ. & pro periurio ad arbitrium
Iudicis, quia pœna manus pro periurio ſecundum
terminos d. conſtitut. locum habet cum ordinariè actum
fuit, vt in dicto Ritu. diximus, non autem cum extra-
ordinariè tractatur prout eſſet in hoc caſu, licet etiam
ſi ordinariè ageretur, adhuc talis pœna locum non
haberet ex communi obſeruantia, prout in d. Rit. di-
ctum fuit. Salerni, die 30. Octobris 1559. Proſper
Carauita.

Digitized by Google

RITVS CLXXVI.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd quamuis ſecundũ practicam, imò per capitulum quoniam contra extra de probat. penes acta debent remanere originalia documenta, tamen ipſa Curia facta collatione, reſtituit partibus.

SVMMARIVM.

1 *Originalia inſtrumenta præſentata, an & quo caſu reſtituantur producenti, vel remaneant in actis Notarij.*

1 NOt. ex hoc Rit. quod † licet originalia documenta; ſeù inſtrumenta debeant de iure remanere penes acta, tamen in hoc Regno, ex obſeruãtia, & præſenti Rit. Magnæ Curiæ facta collatione, reſtituũur partibus, quod quidem bene ſeruatur in pract. in omni Curia, quia pars non cogitur de iure originalia dimittere, vt dicit Specul. de inſtrum. ædict. §. videndum, poſt princip. ſed vt dicit Abb. in cap. contingit. in 1. not. per illum text. de fide inſtrum. ſatis eſt originale præſente parte producere, & copiam in actis relinquere, vel ſi ſit pars abſens, dictum inſtrumentum ſibi intimare, & poſtmodum copiam ipſius dimittere, vt ſeruatur in pract. & dixi ſupra in Rit. 96. Intellige tamen hunc Rit. & præfata: quando pars producens proteſtatur, quod ipſum inſtrumentũ præſentat ſaluo iure relaxandi copiam, & recuperandi originale, (vt in d. Rit. diximus, & quotidie ſeruamus) aliàs ſi abſq; dicta proteſtatione eſſet præſentatum, curia non teneretur reſtituere, nec reſtitueret, quia eſſet effectum de actis, & acta debent in Curia remanere, cap. quoniam contra. extra de probat. Salerni, die 30. Octobris. 1559.]
Proſper Carauita.

RITVS CLXXVII.

ITem quod quæcunque citationes in proceſſibus factis, nunquam ponuntur in proceſſibus ſed in faſcio citationum, & hæc duo ſemper fuerunt, & ad pręſens ſeruantur per dictam Curiam.

TEmpore iſtorum Rit. omnes citationes, etiam quæ proceſſus reſpiciebant: conſeruabantur ſimul in vno faſciculo, & ideò vt iſte Rit. dicit, non ponebantur in proceſſibus, ſed illud hodie non ſeruatur, quia citationes proceſſus, & cauſas reſpicientes cum ipſis proceſſibus cõſeruantur, & ligantur: citationes verò ſuper tenoribus inſtrumentorum conſeruantur ſimul in vno faſciculo, & quo ad eas, ſeruatur præſens Rit. ¶ In tex. ibi, & hæc duo, adde quod in Ritibus antiquis iſte Rit. eſt coniunctus cũ præced. & ideò dicit, & hæc duo ſemper fuerunt, &c. vt intelligatur de eo, quod dictum eſt in Rit. præced. & quod dicitur in iſto.

RITVS CLXXVIII.

ITem ſeruat ipſa curia, quod ſi debitor alicuius venit, & ipſe creditor ſit defunctus, & habeatur de debito ipſo publicum inſtrumentum, & præſentetur in Curia ad petitionem filij, & hæredis dicti creditoris defuncti, dictus debitor viuens interrogatur ſuper tenore inſtrumenti, ſi conſtat eum eſſe hæredem, ſecus autem ſi debitor ipſe ſit mortuus, creditor autem viuat, nam hæredem debitoris ipſius quomodolibet interrogare non poteſt ſuper tenore inſtrumenti, cum præſumatur iuſtam ignorantiæ cauſam habere.

SVMMARIVM.

1 *Citatus debitor, ſi veniat defunctusq; ſit creditor, an interrogatio ad hæredis inſtantiam procedat, dum conſtet eum hæredem, compareatque liquidationis tempore.*
2 *Hæres debitoris, & creditoris ad paria non iudicantur.*
3 *Hæres habet iuſtam ignorantiæ cauſam.*
4 *Inſtrumentum habens exequutionem paratam, non ſolum contra debitorem, ſed hæredes etiam exequitur.*
5 *Hæredis perſona cum defuncto eadem cenſetur.*
6 *Hæres hæredis creditoris an liquidare, & comparere contra debitorem poſſit?*
7 *Hæres hæredis teſtatoris eſt hæres.*
8 *Creditor nomen ſui debitoris Titio in ſuo teſtamento legauit, legatarius, oſtenſo prius delegato, an tale inſtrumentum contra debitorem liquidabit?*
9 *Ille cui vtilis competit actio, exequutionem petere poteſt, & in num. 11.*
10 *Hæredis appellatio ad legatarios etiam trahitur.*
11 *Legatarium hæredem eſſe defunctumq; repreſentare, improprijſſime dicitur.*

QVoniam in Rit. 166. dictum fuerat creditores tempore liquidationis faciendæ de inſtrumento, debere
1 perſonaliter cõparere, vt ibi latius diximus in 5. not. † erat dubiũ, q.d ſi creditor eſſet mortuus, & ideo iſte Rit. ad decidendũ illud dicit, ꝙ iſto caſu ſi debitor venit, licet creditor ſit defunctus, procedit interrogatio ad inſtantiam hęredis creditoris, ſi conſtat ipſum eſſe hæredem, ſupple & ſi cõpareat ipſe hęres tẽpore liquidationis, & interrogationis, & ita ſeruatur in pract. idq; ante hunc Rit. voluerunt Paul. de Caſt. & Alex. in l. poſtulante col. 4. ff. ad Trebell. poſt Io. And. ad Spec. de ceſſio. actio. Bal. in l. vni. §. videamus, in fi. C. de rei vxo. actio. & in l. 1. per illũ tex. C. quor. leg. & Roder. Suar. in l. poſt rem, amplia. 1. nu. 10. ff. de re iud. Quo tñ modo debeat apparere illũ eſſe hæredẽ: vide
2 infra in Rit. 181. vbi ponitur pract. ¶ † Not. ibi, ſecus autẽ, ꝙ hæres debitoris, & hæres creditoris non iudicantur ad paria: quia licet ad inſtantiam hæredis creditoris poſſit citari ſuper tenore inſtrumenti, & procedat liquidatio, & interrogatio (vt proximè dictum fuit) tamen hæres debitoris non poteſt citari pro inſtrumento, nec cõtra ipſum procedit liquidatio, & interrogatio: & ita ſeruatur, vt etiã ſcribit Maran. in pract. par. 6. actu 8. limit. 4. num. 24. in
3 nouis, vbi hunc Rit. allegat, † ratio eſt (vt dicit Rit.) quia hæres habet iuſtã cauſam ignorantiæ, & ideò cogi nõ poteſt, ꝙ compareat reſponſurus ſuper tenore inſtrumenti, quod præſumitur ignorare, nec etiã interrogari poteſt ſi illud habet pro vero iuxta formam traditã per Rit. 166. cũ ab ipſo non fuerit ſtipulatum, & confectũ, ſed iſta ratio non placet Moder. Grauin. in Rit. 164. p. 1. declar. 3. quia hac ratione attenta, hęres creditoris nõ debet poſſe liquidare cum etiam ipſe teneatur iurare, ſi aliquid recepit de ſumma contenta in inſtrumento, vt dicit Rit. 168. & ignorantiæ cauſam prætendere poſſit, niſi defendendo rationẽ Rit. dicamus, ꝙ iſta ignorantia quę præſumitur in hærede debitoris, non præſumitur in hærede creditoris, qui tanquã actor pręſumitur certus ſuorũ iurium, & iſta eſt veritas, poteſt tamen vltra præfatam rationem, aſſignari alia ratio, quam Grauin. ibidem dicunt, quia per Rit. 166. tempore liquidationis, requiritur reſponſio facienda per principales debitores, & propterea contra hæredes liquidari non poteſt, at ex parte creditoris non requiritur reſponſio principalis creditoris, ſed ſolum dicitur de creditore, vt patet ex d. Rit. 168. & merito etiam eius hæres admittitur, qui creditor eſt de iure vero com-
4 muni contrarium diſponitur: † & inſtrumentum habens exequutionem paratam exequitur, nedum contra debitorem, ſed etiam contra hæredes, vt dicunt Bartol.

Digitized by Google

Ang.& Pau.de Caſt.in d.l. poſtulante, in princ.per illum tex.Bal.in l.per diuerſas,C.mand.Ang.in l.creditores,C. de pign.Imol.in l.1.col.pen.in fi.ff.de his, quæ in teſtam. delen.& Alex.conſ. 18. attentis narratis, col.fin. verſ.per hoc etiam,vol.7.& eſt pulcher tex.in l.ex contractu, ff.de re iud.quem citat ad hoc Rod.Suarez in d.l.poſt rem,am-
5 plia.1.col.4. fol.553. ratio eſt, † quia perſona hæredis dicitur eadem cum defuncto,vt dicit tex.in auth. de iur.iuran.à morien.præſti.Bar.in l.2.§.1.col.2.ff.de prætor. ſtipula.& vt dicit Bal.in l.1. C.quorum lega.Soc.conſ.141. col.1.in fi.vol.2. Dec.conſ.262.col.2.verſ. 6. & Iaſ.conſ. 217.per tot.vol.2. nominato Titio in inſtrumento, videtur etiam nominatus hæres,propter quod non poteſt allegari illa exceptio,tu non es nominatus in inſtrumento, attenta maximè hodierna prac. notariorum, qui ſemper in ſtipulationibus ponunt expreſsè ipſos hæredes, vt etiã dicit Pau.de Caſt.in d.l.poſtulante, in prin. addunt tamẽ præfati DD.dummodo priuſquam exequatur contra hæredem,præcedat prius citatio, & diſcutiatur an ſit hæres, vt dicit Bald.in d.l.per diuerſas.q.10.Innoc. quem ibi ſequitur Fel.in c.quia,5.col.pen.de iudi. Pau. & Alex.in d. l.poſtulante, Ang.in d.l.creditores, col.5.in l.ratione, ff. de ſer.in l.4.§.ſi ex conuentione,ff.de re iud.& in l.ex cõtractu,ff.eod.tit.Aret.conſ.21.ſi diligenter, col.pen.circa med.& conſ.32.diligenter conſideratis, in 1. dubio. Alex. conſ.188.viſo proceſſu,col.1.in fi.vol.2.Cott.in memora. in verſ.hæres grauatus, circa fin. & Rod.Suarez in loco præalleg.num.2.col.5.

6 ¶ † Quæro in hoc Rit. loquente de hærede creditoris, quid in hærede hæredis creditoris? Cott.in memora.prę-alleg.circa fin.verſ.quid autem,dicit idem,quod in primo
a hærede, a & idẽ Cauenſ.infr.in Rit.286.circa fin. nu.13.
7 † quia hæres hæredis teſtatoris eſt hæres,l.fi.C.de hæred. inſt.& l.hęredis appellatio,cum ſimil. quæ glo.ibid.alleg. ff.de verb.ſign.declarat Bal.in l.qui liberis, §. hæc verba. ff.de vulg.& pup.& conſuluit latè Anch.conſ.130.pro & contra,idq; vere & propriè procedit, vt dicit Bal.in d.l. fi.q.21.nu.41.Calder.qui ipſum allegat conſ.14.tit.de loc. Iaſ.in l.ſi quis filium,§.fi.ff.de acq.hęred. & Alcia. in d.l. hæredis appellatio, circa prin.

8 ¶ † Secundo quæro ſatis neceſſario in hoc Rit.pone, quod creditor in ſuo teſtamẽto legauit nomen debitoris Titio, nunquid Titius legatarius poterit contra debitorẽ inſtrumentum ipſum liquidare, oſtenſo prius de legato per petitionem præambulam? Rod. Suarez in l.poſt rem, amplia.1.nu.12.ff.de re iud.in proprijs terminis quæſt.noſtræ decidit,quod ſic,per doctr. Bal.in l.ex legato,in final. verb.C.de lega. itẽ per tex.in d.l.ex legato, vbi dicit text. ꝙ legato nomine debitoris,licet legatario non competat actio directa, non mandatis ſibi actionibus ab hærede, tñ
9 competit vtilis, † & ille cui competit vtilis actio, poteſt petere exequutionẽ.l.4.§.1.& 2.ff.de re iud. l.nam & poſtea,§.iuſiurandũ,ff.de iur.iuran. & not.Bart.in l.1.col.4.
10 ff.de act.& oblig.confirmatur, † quia hæredis appellatio etiam ad legatarios trahitur,l.in conuentionibus, ff.de verb.ſign.& l.hæredis appellatione,vbi Alcia. nota.ff.eo. tit.& Roman.in l.in tempus, ff.de vſucapio.Cott.vero in memora.in verſ.hæres grauatus,in fin.ver.in ſpecie tenet
11 contrarium, † quia ꝙ legatarius ſit hęres,& reprę ſentet perſonam defuncti, eſt improprijſſime, d.l. in tempus,§. 1.ibi,quodammodo quaſi hęres, per quem tex. ita firmat Bal.in l.ſi abducta,ver.ſecundo quæritur, nu.5.C.de fur. & iſtam opin. ego ſequor, & video in pract.ſeruari. Non obſtat, quod ſupra dicebatur, ꝙ cum legatarius habeat vtilem actionem, poteſt petere exequutionẽ,quia in iſta materia nõ aliud attenditur, niſi ſi iſte,qui vult liquidare, ſit hęres,vt hic patet,& infr.in Rit.181.& 286.vnde cum verè,& propriè non ſit hæres, ceſſat diſpoſitio iſtius Rit. aliàs tali ratione attenta,multi eſſent,qui poſſent inſtrumentum liquidare,& tamen non liquidant, prout in ceſſionario dicemus latè infra in Ritu 286. Salerni, die 31. Octob.1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a In primo hęrede. Adde, ꝙ contra hanc opinionem videntur dicta per Alex.conſ.37.num.5.1.vol. nobis tamen magis placet hæc opinio, declarando tamen, quod adſit vtriuſque hæredis præambulum. C. P.

RITVS CLXXIX.

Item ſeruat ipſa Curia,ꝙ ſi aliquis,vel aliqua, interrogatus per ipſam Curiam ſuper tenore alicuius inſtrumenti, fuerit incarceratus, & infra terminum ad probandum ſibi datum, non probauerit defenſiones,facta concluſione, Curia ipſa procedit contra eum ad ſententiam mutilationis manus, & tamdiu tenet ipſum captiuum, donec contentabit aduerſarium ſuum, qui fecit eum carcerari.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ceſſionis bonorum in Regno an ſublatum eſſe videatur per Ritum noſtrum 179.*
2 *Carceratio impeditur per ceſſionem.*
3 *Ritus noſter interpretationem à iure communi recipere debet.*
4 *Renunciatio ceſſionis bonorum facta,an & quando valeat?*
5 *Neceſſitas,& inopia excuſant à periurio.*
6 *Neceſſitas regulis iuris non ſubiacet, immo illicitum facit.*
7 *Debitor ſi carceratur vigore liquidationis aliàs factæ, & dicit ſoluiſſe,& hoc ex præſumptione, quia aliàs fuerat de hoc carceratus, nunquid probata tali carceratione,ſit liberandus? Debitor fuit carceratus, ergo ſoluit,non ſequitur, ibid.*
8 *Exactum non dicitur,quod adhuc debetur.*
9 *Alleganti incumbit onus probandi.*

De hoc Rit.dixi ſup.in Rit.171. & vt ibi dixi in 2.no. ex conſuetudine generali iſte Ritus non ſeruatur quoad id,quod dicit de mutilatione manus, quoad aliud bene ſeruatur,quia debitor non liberatur,donec credito-
1 ri non ſatisfecit de debito vſq; ad vnum obolum. † Et ex hoc Rit.infertur, quòd cum vltra carcerationem debitoris proceſſerit vltra,dicendo,quod non liberetur debitor, donec non ſoluerit, videtur ſublatum in Regno benefi-
2 cium ceſſionis bonorum a per ea,quæ not.Soc.Ang.Pau. & Aret.in l.ſi alia,§.eleganter, ff.ſol.matrim.vbi per hoc fundamentum ita firmat idem Abb. conſ.42.vol.2.Corn. conſ.212.vol.2.& Vinc.Maxil.in conſuet. Bari. de ceſſio.
2 bonor.in prin.nu.25. † Sed vt dicunt Modern. Grauine. in

ADDITIO.

a Ceſſionis bonorum. Ad materiam ceſſionis bonorum,vide Franciſ. Hercul.in trac.de ceſſione bonorum,& adde,ꝙ ei,qui ceſſit bonis, non debet adimi,quod miſericordiæ cauſa ipſi relictum fuit, vt puta menſtruum, vel annum alimentorum cauſa, cùm non ſit fraudandus alimentis quotidianis,l.qui bona, ff.de ceſſio.bonor.Qualiter fieri debeat ſuper lapide, vide prag. priſcarũ legũ,&c. quòd non admittatur ceſſio pro debitis contractis infra annum,vide pragm.Magnifici Regente, & Giudici, &c. Vide omnino multa,quæ diximus infra ad Rit. 287. in fi. quæ huc transferri poſſunt.Et quòd,qui ceſſerunt bonis, portare debeant in birretis velum viridis coloris, vt dignoſcantur,vide pragm.editam per Ducem Oſſuni, l'occaſioni,che ſuccedono,&c. C. P.

Digitized by Google

in Rit. 164. par.5.declarat. 19. per ceſſionem impeditur
carceratio, ita namq; firmat Bald.in l.1.C. qui bon.cede.
poſſ.Alex.conſ.62.nu.2.vol.2.Canar.de exequu.inſtrum.
q.28.Barz.de inſtr.guaren.2.par.16. quęſt. & Dec. in c.ex
3 parte,lo 2.13. fallen.de off. deleg. † Nec obſtat, quòd iſte
Rit.procedat vltra, dicendo, ꝙ non liberetur, niſi ſoluat,
quia debet recipere interpretationem à iure communi, l.
fi.§.in computatione, C.de iure delib. & ſic intelligi, niſi
ceſſerit bonis,prout de iure communi poteſt, vt Bald.in-
4 quit d.l.1.† Et iſtud amplio procedere, etiam ſi ceſſioni
fuiſſet in inſtrumento renunciatum cum iuramento,quia
talis renunciatio non valet, vt dicunt Bar.& Imol.in d.§.
eleganter, Cyn.& Salyc.in d.l.1.Imol.in c.lator,de pign.
Soc.in reg.279 pactum,& Ant.de Butr.in c. cum contin-
gat, ſi tamen inopia ipſius debitoris notoria ſit, ſecundũ
Ant.& Imol.in d.c.cum contingat,Feder.de Sen.cõſ.60.
Alex in d.§.eleganter,& Maxill. in loco præalleg. nu.19.
5 † nec hoc caſu obeſſet iuramentum, quia neceſſitas, *a* &
a inopia excuſaret à periurio, cap.querelam, & cap.breui,
de iureiur.vt dicunt Domini de Rot. de ceſſio. bonor.de-
ciſ.566.in antiquis,& in vltimis deciſ.deciſ.27.de iureiur.
6 † cum neceſſitas non ſubiaceat regulis iuris,cap.2.circa
fin.de obſer.ieiun.& l.illicitas, §.veritas,ff.de offi. præſid.
& illicitum faciat licitum, vt per Iaſ. in l.1. ff. de offic.
cius. Felyn. in cap. cum acceſſiſſent, de iureiurand. & la-
tius Maxill. vbi ſupra num. 21. & ita ſeruatur quotidie
in pract.

7 ¶ † Quæro, pone, quod debitor vigore liquidationis
alio tempore factæ carceretur, qui debitor replicat ſe ſol-
uiſſe,& quod ita præſumi debet, cum aliàs ſteterit carce-
ratus, ex quo per hunc Ritum liberari non poterat, niſi
ſolueret;numquid probata aliàs carceratione,liberabitur?
ille Rit.facit pro eo, ſed quia nõ ſequitur, fuit carceratus,
ergo creditor exigit,vt dicit Bald. conſ. 229. primum du-
8 bium,nu.4.vol.1.† & quia non dicitur exactum,ꝙ adhuc
debetur, l.hi, §.ſi rem, ff.de leg.3.debitor probauit ſolu-
9 tionem, † cum allegant incumbat onus, l.actor, cum ſi-
milibus,C.de probat.maximè quia alio modo potuit de-
bitor ipſe liberari, puta, per prorogationem temporis ad
ſoluendum,quod nota, quia vidi pluries euenire. Salerni,
die 31.Octob.1559. Proſper Carauita.

A D D I T I O.

a Neceſſitas. Adde ꝙ alibi appellatur neceſſitas Iurgiorum magiſtra,l.omnes,§. fin.C.de epiſc. & cler. Nam (vt dicitur) Neceſſitas omnia experiri cogit, cumque primas ſpes fortuna deſtituit, futura præſentibus eſſe potiora ſuadet,& ad facinus pleroſque impellit. Vnde illud Ciceronis,Quo non adigit miſeros mortales,verè duriſſimum telum neceſſitas? Non tamen inficiabimur, quin paupertati quandoque faueatur, l.1.ff.de colleg.illic. l.cum hi,§. ſi in annos,ff.de tranſac.§.licet, inſtit. ex quib. cauſ.man. &c.vbi inquit gloſ. quòd paupertas prodeſt, diſtinguen. vt ibi per Ang.qui poſt Cyn. in l. ſi quis ad declinandam, §.fi.C.de epiſc.& cler.inquit,à tali prodeſſe paupertatis, liberet nos Dominus, & vide hunc Commentator.infra ad Ritum 233.ex num.4. C. P.

R I T V S CLXXX.

ITem ſeruat dicta Curia, quod poſtquam ille qui fecit citare aliquem ſuper tenore inſtrumenti,& fecit condemnari eum, quia non comparuit, (& forte fuit ipſe accuſatus, aliàs accuſator miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, & tranſierunt duo menſes à die factæ obligationis) tunc adhuc ipſo reo condemnato,ſcilicet,ad tertiam partem bonorum mobilium, ſtatim poſt lapſum dictorum duorum menſium reddit inſtru-
a mentum *a* ipſi actori, quod in dicta Curia aſſignauit, & fecerat obligationem, quæ obligatio ſcribitur ſupradicto inſtrumento a tergo, cuius obligationis tenor ſtatim ponetur,quo inſtrumẽto reddito, non exigitur obligatio ab illo, qui obligauit ſe, licet ſe concordet extra iudicium ſine licentia Curiæ: tenor obligationis, quæ fit in ipſa Curia, per eum, qui aſſignat inſtrumentũ ipſum, (qui actus aſſignationis eſt primus in dicto extraordinario proceſſu, & citatio eſt ſecundus) talis eſt, videlicet, à tergo hoc modo,inſtrumentum pro,&c.

A D D I T I O.

a Inſtrumentum. Quando reſtitui debet præſentanti, vide Guid.Pap.q.471. C. P.

S V M M A R I V M.

1 *Executio inſtrumenti qualiter olim concedebatur contra debitorem contumacem.*

2 *Creditor quo caſu poſſit ſe concordare cum debitore ſine licentia Curiæ,abſque metu pœnæ.*

1 NOt.primo † ex hoc Rit.ibi ex primo decreto, quòd antiquitus contra debitorem citatum,ſuper tenore inſtrumenti, & contumacem,procedebatur ponendo creditorem iu poſſeſſionem ſuorum bonorum, ex primo decreto,iuxta diſpoſitionem iuris communis, in l.fi.iuncta gl.C.vbi in rem actio.auth.ei qui iurat, iuncta glo.C. de bonor.author.iudic.poſſidet cum ſimilibus, & idem dicitur ſupra in Rit.170. ſed, vt ibi dixi in 5.not.hodie aliter ſeruatur, & facta exequutione cum literis exequutorialibus, proceditur ad mandatum ad reluendum, & demum expectatis terminis debitis, & factis ſubhaſtationibus ad venditionem,non aliter expectato termino triũ menſium, vt requiritur, quando exequutio fit ex primo decreto,vt dictat Regia pragm.relatione,de ordine iudic. vbi dixi latius,& d.pract.ponẽdi in poſſeſſionem ex primo decreto, ſeruatur ſolum contra contumaces citatos ſuper citatione, cum clauſula iuſtitiæ, non autem ſuper tenore inſtrumenti liquidi, quod benè nota.

2 ¶ Secundo † nota.ibi, ſtatim poſt lapſum, ꝙ poſt lapſũ duorum menſium à die obligationis,qua ſe obligauit creditor proſequi cauſam,& non ſe concordare ſine licentia Curiæ,iuxta formam Rit.168. vbi dixi in 8. not.Curia reddit inſtrumentum, quod præſentatum fuit ipſi creditori,vt etiam dictat alius Rit infra 185.relicta tamen copia penes ipſam Curiam, vt dixi ſupra in Rit.96. in 2.limita.& ita ſeruatur vbique,quo inſtrumento reddito,poteſt creditor ſe concordare cum debitore ſine licentia Curiæ, abſque metu pœnæ obligationis (vt hic dicitur) & ratio eſt, quia illa obligatio erat tantum pro duobus menſibus, infra quos ſufficiebat expedire citationem, vel aliquem alium actum facere,vt in d.Rit.168.dictum fuit, elapſis illis duobus menſibus, obligatio,quæ ſcribebatur à tergo inſtrumenti,erat finita,& propterea poterat ſe concordare ſine licentia, & inſtrumentum vbi erat ſcripta obligatio reſtitui creditori, licet non ante lapſum ipſorum duorum menſium. Sed cum hodie ceſſet dicta obligatio, vt in dicto Ritu dixi latius,teneri poteſt,quòd etiam infra duos menſes inſtrumentum reddi poteſt creditori.

¶ Tertio not. ibi,tenor obligationis, quæ fit, quòd hic ponebatur forma, qua creditores debebant ſe obligare, licet poſtmodum in his Ritibus non ſit extenſa. Credo procedit,quia tempore vltimæ compilationis noſtrorum Rituum,receſſerat ab aula talis obligatio,& fuiſſet potius

super-

ſuperfluum, quàm neceſſarium. Salerni, die 1. Nouemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CLXXXI.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod ſi fit præſentatio inſtrumenti debiti in ipſa Curia, quod non eſt liquidum; puta, quia dico hæredem Titij, cui feciſti inſtrumentum tale, &c. licet non conſtet per publicum inſtrumentum, quomodo ſum hæres: tamen poſſum dare petitionem, & probare per quaſcunque probationes me eſſe hęredem, & interpoſito decreto, ꝙ ſum hæres, procedat interrogatio. Aliqui tamen dicunt contrarium, dicentes, quòd debeo probare in promptu per publicum inſtrumentum, me eſſe hæredē, prout in quadam alia obſeruantia, &c. quarum quandoque fuit obſeruata vna, quandoque alia.

SVMMARIVM.

1 *Practica ad probandum quem eſſe hæredem.*
2 *Forma petitionis Curiæ offerendæ, antequam hæres ad citandum debitorem ſuper tenore inſtrumenti procedat.*
3 *Forma decreti declarãtis quem eſſe hæredem talis, &c.*
4 *Præambulum ad probandum quem eſſe hæredem, quando, & quibus competat.*
5 *In præambula probatione per hæredem facienda, nunquid aduerſæ partis citatio ſit neceſſaria?*

QVoniam in Rit. 178. dictum fuerat hæredem creditoris poſſe inſtrumentum contra debitorem accuſare, & liquidare: ſi tamen conſtaret ipſum eſſe hæredē,
1 † Rit. noſter ponit pract. tenendam per hæredem ad probandum ſe eſſe hæredem, & eandem etiam ponit alius Ritus infra 286. & adde, quòd iſta pręambula probatio, quę requiritur per hunc Rit. etiam de iure communi requirebatur, vt dicit Bal. in l. per diuerſas, q. 10. C. manda. & Angel. in l. creditores, col. fin. C. de pigno. poſt Innoc. in cap. quia 5. de iudi. Alex. conſ. 115. nu. 10. vol. 7. & Rode. Suar. in l. poſt rem, amplia. 6. nu. 11. fol. 558. ff. de re iudic. ratio eſt, quam ponit Alex. in d. conſ. quia ſine tali probatione, inſtrumentum non eſſet liquidum quoad perſonam dicẽtis ſe eſſe hæredem creditoris, & propterea exequutionẽ non mereretur.

Not. igitur primo ex hoc Rit. quod hæres antequam procedat ad citandum debitorem ſuper tenore inſtru-
2 menti, debet offerre petitionem in Curia. † Forma autẽ petitionis eſt iſta. In Curia Magnifici Domini Gubernatoris Eboli comparet Petrus Antonius filius, & hæres quondam Sempronij, & dicit, qualiter anno proxime elapſo, dictus Sempronius (cui ipſe ſucceſſit) deceſſit relictis nonnullis nominibus debitorum in eius hæreditate, & quia ipſe eſt filius, & hæres, ipſamq; hæreditatem adiuit, vt patet ex teſtibus, quos offert in promptu examinare: & propterea intendit eoſdem debitores conuenire, & citari facere ſuper tenore inſtrumenti, iuxta formam Rit. per viam præambuli, ac omni alio meliori modo, &c. Petit per veſtram Curiam, conſtito de præfatis, interponi decretum, quòd poſſit, & valeat tanquam hæres conuenire debitores, eoſdemque citare ſuper tenore inſtrumenti, ac contra eos liquidare, & accuſare; iuxta formam Ritus. Et oblata dicta petitione, ſi conſtat per particulam inſtrumenti, qualiter apprehendit ipſam hæreditatem, vt dicit Rit. 167. circa fin. ſtatim interponitur decretum, vt iſte Rit. dicit, ſin autem examinentur teſtes ſummariè, qui deponent ipſum eſſe hæredē, & eis examinatis, interponitur
3 dictum decretum, † cuius forma erit. Curia viſa informatione ſummariè data ad inſtantiam talis hæredis, prouidet, quòd dictus talis tanquam hæres talis, poſſit, & valeat omnes debitores in hæreditate remanſos conuenire, & citare, ac contra eos liquidare inſtrumenta, iuxta formam Rit. Magnæ Curiæ, quo decreto interpoſito, expeditur citatio, & in eadem fit mentio de præambulo facto,
4 & ita ſeruatur. † Aduerte tamen, quod pręambulum, de quo loquitur iſte Rit. & alij, non ſolet fieri, quando hæres venit ab inteſtato, niſi ad inſtantiam filiorum, vel aliorum, qui ſunt ex linea deſcendenti propter Rit. 178. qui de filio, & hęrede loquitur, ad inſtantiam vero eorum, qui ſunt ex linea tranſuerſali nequaquam, eo quia cum multi eſſe poſſint eiuſdem lineæ in eodem gradu, vel maiori, eſſet ſatis difficile probare ſe eſſe proximiorem defuncto, & ꝙ ille non habebat alium proximiorem, & propter difficultatem probationis, nemo ſe ponit in hoc. Bene tamen verum eſt, ꝙ ad inſtantiam fratris ſolet fieri, & ita pluries factum audiui à Domino Cęſare Luciano, cum ipſe eſſet Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ. Quando autem hæres, qui vult liquidare venit ex teſtamento, tunc quilibet admittitur ad faciendum præambulum, & probandũ ſe hæredem, quod not. in pract.

¶ Secundo no. ibi, per quaſcunque probationes, quòd licet in Rit. 167. dictum fuerit, ꝙ hęres debet de hęreditate apprehenſa approbare per inſtrumentum in promptu, tamen iſte Ritus talem probationem ampliando, dicit, quòd iſtud per quaſcunque probationes probari poteſt, dicens, quod quandoque ſeruatur vna obſeruantia, quandoq; alia, & iſta eſt veritas, & etiam hodie ſeruatur.
5 ¶ † Quæro in hoc Rit. nunquid in iſta pręambula probatione, quæ fit per hæredem, neceſſaria erit partis aduerſæ citatio? Afflict. in conſtit Regn. eos, qui ſcientes, quæſt. 4. num. 7. dicit quòd non, licet nihil alleget, & idem firmat Marant. in pract. par. 6. actu 1. & limit. 3. verſ. & per hoc, num. 9. allegat Bald. in l. ea quæ, verſ. vlt. not. nu. 11. C. quomodo & quando iudex, & in l. ſed ſi hoc, & ibidem Alexand. ff. de in ius voc. vbi expreſſim firmant citationem partis non requiri, vbicunque cauſæ cognitio requiritur præambula, antequam pars citetur, & in d. l. ea quæ Bal. ponit nonnulla exempla, & præſertim de venia, quæ cum cauſę cognitione datur liberis ad in ius vocandum parentes. Item poteſt dari aliud exemplum de Monacho, qui ſine licentia Abbatis non admittitur ad accuſandum, cap. ex parte, de accuſatio. & tamen vt Innocen. ibidem dicit, quia talis licentia cauſæ cognitionem requirit, in tali ſummária cognitione citatio partis non requiritur, Cauenſ. vero licet hic videatur idem tenere, tamen infra in Ritu 286. tenet contrarium per ea, quæ not. Bald. in l. per diuerſas, quæſt. 10. C. mand. & in l. 2. num. 12. C. de exequutio. rei iudica. vbi Bald. expreſsè firmat partis citationem neceſſariam vbicunque fit liquidatio, ſed prima opinio verior eſt in puncto iuris per præfata, & ſeruatur in pract. in hoc Regno in omnibus tribunalibus, vt etiam firmat Grammat. deciſ. 58. num. 12. Non obſtat doctrinę Bal. per Cauenſ. adductę, qm̃ vt Marant. reſpondet in loc. pręalleg. procedunt quotieſcunq; liquidatio eſſet facienda poſtquam pars eſt citata in cauſa principali, non autem in ea, quæ neceſſariè fit antequã citari poſſit, vel ſecundum Grauine. in Rit. 164. par. 4. declara. fin. in fin. loquuntur quotieſcunque liquidatio fit ad finem exequendi ipſum inſtrumentum, puta, capiendi debitorem abſque citatione, vigore ſtatuti. (Ita enim propriè Bald. loquitur in d. l. per diuerſas) quo caſu antequã debitor capiatur in tali liquidatione audiri debet, ſecus autem quando fit ad finem cognoſcendi, an talis ſit admittendus ad agendum, & citandum ipſum debitorem, vt in caſu noſtro, & in caſu Innocen. in d. cap. ex parte, quoniam tunc ipſius debitoris citatio non eſt neceſſaria, & ratio iſtius rationis eſt, quam ſupra diximus, quia iſta cauſę cognitio ad hunc finem requiritur, vt debitor citari poſſit, vnde cum citationem debeat præcedere, ipſius

citatio

Digitized by Google

citatio nullo modo eſt neceſſaria, & ita iungendo vtranque rationē, remanet clara reſponſio ad doctr. Bal. in dd. locis. Salerni, die 1. Nouemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CLXXXII.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd ſi multoties aliquis citari faciat Titium, quem Titium dicit in citatioue ſe velle de periurio accuſare, quia conſtitutus idem Titius in teſtimonio publico coram iudice, notario, & teſtibus, &c. promiſit, &c. iurauit, &c. deinde Titio venienti, aſſignatur inſtrumentum contra eum, cum obligatione, & non proceditur ordinariè, ſed ſuper tenore inſtrumenti, & hoc approbatum eſt per dictam Curiam, & approbatur, &c.

SVMMARIVM.

1 *Lex, vel ſtatutum per non vſum non tollitur.*
2 *In actione criminali de periurio, an cum ſpeciali mandato procurator tam ex parte actoris, quam rei, admittatur.*
3 *In criminalibus, in quibus vltra relegationem imponenda veniret pœna, non admittitur procurator.*
4 *Limita in clerico agente citra pœnam ſanguinis, & muliere honeſta perſona.*
5 *Procurator ſine ſpeciali mandato, nec coniuncta perſona etiam, non admittuntur.*
6 *Et in quo caſu ſine mandato admittitur.*
7 *Hæres creditoris, an de periurio accuſare poſſit?*
8 *Vt de periurio agi poſſit, iuramētum de facie ad faciem, præſtandum requiritur.*
9 *Cauſa iuramenti criminalis eſt, in eaque procurator non interuenire poteſt.*
10 *Stipulatus eſt aliquis procuratorio nomine, & promiſſio non adimpleta per debitorem, nunquid principalis, ac procurator de periurio accuſabunt?*
11 *Reconuentio num in actione de periurio locum habeat?*
12 *Reconuentio in criminalibus locum habet. Fallit in multis caſibus, ibidem.*

NOt. ex hoc Rit. quod ſi debitor citetur ſuper libello de periurio, contra ipſum præſentando, quamuis non fuerit citatus, quod veniat reſponſurus ſuper tenore inſtrumenti liquidandi, iuxta formam Rit. ſi cōparet, poteſt creditor præſtare inſtrumentum debiti, petendo eundem interrogari iuxta formam Rit. 166. & 168. & demum liquidare pro debito, & ſic in ipſius creditoris electione eſt, procedere ordinariè ſuper libello de periurio, vel extraordinariè ſuper liquidatione inſtrumenti, quod nota, quando caſus occurrit, licet ego nō viderim hucuſq; practicari, quod contra citatos de periurio, & comparētes, fuerit poſtmodum proceſſum ad interrogationem, & liquidationem inſtrumenti, (vtcunque ſit) Ritus iſte hoc
1 dicit, & ſi occurreret, ſeruandus eſſet, † quia per non vſū, non tollitur lex, vel ſtatutum, ſed per contrarium vſum, vt dicit gloſ. in §. quibus, & §. pen. Inſtit. in procem. gloſ. & Doct. in l. de quibus, ff. de legi. Bar. in §. & antea, in procem. ff. Alex. conſ. 136. nu. 19. vol. 2. & Ioan. de Amic. conſ. 1. verſ. poſſet tamen, nu. 43. verùm ſi non comparet, & propterea eſt condemnatus, & factus contumax, poteſt vſque ad mediam noctem venire corā officiali, aut actuario, dummodo prima Curia compareat perſonaliter, & infra tres dies caueat, alias remaneret condemnatus, vt dicit Rit. 204. & ſi præſtita ſatiſdatione, actor vellet procedere, reus ipſe requirendus eſſet.
2 ¶ † Quæro primo in hoc Rit. nunquid in actione criminali de periurio tam ex parte actoris, quàm rei admittetur procurator cum ſpeciali mandato? Breuiter, cū cauſa ſit criminalis, & pœna periurij perſonalis, per conſtit. Regn. eos qui ſcienter, vt latius diximus ſupra in Rit. 171. dicendum eſt, quod non, per l. pen. §. ad crimen, iuncta
3 ibi gl. in verſ. iudicij. ff. de publ. iud. † vbi quod procurator non admittitur in criminalibus, in quibus pœna ſupra relegationem venit imponenda, vt etiam not. Bart. in l. ſeruum quoque, §. publicè, in prin. & ibi cæteri ſcribentes, ff. de procura. Ang. in l. Pomponius, ff. de procur. & Affl. in conſt. q. 9. nu. 13. in fi. vbi in ſpecie de procuratore cum ſpeciali mandato in hoc iudicio per actorem loquitur.
4 † Limita iſtam concluſionem non procedere, quando talis accuſatio fieret per clericum citra pœnam ſanguinis, quoniam tunc cum agatur non criminaliter ad pœnam manus, ſed pecuniariter, procurator poteſt interuenire, vt dicit gl. in c. veniens, de accuſa. & Affl. in d. conſt. eos, qui, verſ. ſed iuxta hoc, nu. 4. Secundo limita, quādo actor, vel reus eſſet mulier honeſta, in hoc nihil allego, quia eſt obſeruantia Magnæ Curiæ, quæ ita ſeruat indiſtinctè,
5 † dum tamen procurator habeat ſpeciale mandatum, vt dixi, aliàs non admitteretur, nec etiam cōiuncta perſona, vt dicit glo. in l. exigendi, in verſ. non cogitur, C. de procur. Iſern. & Affl. poſt eum in conſt. Regn. generalia iura, verſ. an autem coniuncta, nu. 9. per tex. in l. non ſolum, §. fin. verſ. ſed non facile, ff. de procur. & firmat Alex. in d. l.
6 exigendi, in 3. not. nu. 6. in 3. fall. † niſi illa coniuncta perſona, pro qua ageretur, aut quæ defenderetur, eſſet homo prodigus, aut furioſus, per tex. (qui alibi non reperitur, ſecundum Alex.) in l. patri, in fin. princ. ff. de mino. quod etiam ſequitur Rom. in ſing. 127. & illam, & Socin. in l. 3. nu. 7. verſ. aduerte etiam, ff. ſol. matr. Aduerte tamen, quod licet in actione de periurio non interueniat procurator, tamen Magna Curia obſeruat, quod dato libello, & lite conteſtata, liberat citatum de periurio, ſub cautione de ſtando iuri, quoties fuerit requiſitus, quod quidem poteſt eſſe, quia, vt dixi ſupra in Rit. 171. in 2. not. ex conſuetudine generali pœna manus, pro periurio commiſſo extra iudicium, ob non ſolutionem factam, vt promiſſum fuit per inſtrumentum, abijt in deſuetudinem.
7 ¶ † Secundo quæro, an hæres creditoris poterit de periurio accuſare, Iſer. & Affl. poſt eum in d. conſt. eos qui ſcienter, q. 4. num. 6. tenent, quod non, quia ſibi non fuit præſtitum iuramentum, licet crimine ſtellionatus poſſit agere, vt ibid. dicit in fin. nu. 7. Capyc. vero deciſ. 75. dicit, quod aut loqueris de periurio commiſſo quoad ipſum hæredem, non ſoluendo poſt mortem defuncti, aut de commiſſo ipſi defuncto; primo caſu, ſi creditor ſtipulatus fuit pro ſe, & hæredibus, nulli dubium, quod poteſt accuſare de periurio, propter illam clauſulā inſtrumenti, quia pro ſe, & hæredibus ſtipulatus fuit, dicens, ita fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio. Secundo caſu, dicit fuiſſe opiniones diuerſas in Conſilio, & quod tandem fuit deciſum hæredem non poſſe agere de periurio defuncto cōmiſſo,
8 † quia verè ſibi de facie ad faciem non fuit præſtitum iuramentum, vt requiritur ſecundum Affl. deciſ. 64. Tu autē ſcias, quod Magna Curia antiquitus certo tempore practicauit admittere accuſantem de periurio, etiam ſi ſibi non fuiſſet præſtitum iuramentum de facie ad faciem, in quam opin. Capyc. in d. deciſ. inclinauit vna cum quatuor alijs Conſiliarijs, licet contrarium fuiſſet deciſum, & ex hoc ſequebatur, quod ſi citatus de periurio non comparebat, ſed alius pro eo petendo in vltimo peremptorio exhiberi inſtrumentum, quia ab eo apparebat iuramentū non fuiſſe præſtitum de facie ad faciem, Magna Curia nō faciebat exhiberi inſtrumentum, ſed procedebat ad condemnandum, & reputandum contumacem. Hodie vero ſeruat aliter, & indiſtinctè, vbi non eſt præſtitum actori iuramentum de facie ad faciem, non admittit ad accuſandum de periurio, ſed ſolum crimine ſtellionatus, quia, vt dicit glo. in auth. ſceni. in verſ. Deo, vbicunque pœna de periurio locum non habet, quia deficit titulus periurij, habet

Digitized by Google

habet ſaltim locum pœna illius criminis, vt colligitur ex
l.ſi iuncta glo.ff.eo.tit.cuius pœna extraordinaria eſt, vt
dicit tex.in l.pen.§.pœna,eo.tit.licet Affl.in d.conſt. nu.
7.in fi.ſolum pro periurio ipſi heredi commiſſo admitte-
bat heredem ad accuſationem criminis ſtellionatus,& de
periurio defuncto commiſſo nihil dicebat, ex qua pract.
inferri poteſt, quod quemadmodum pro citato ſuper te-
nore inſtrumenti, quilibet poteſt opponere in vltimo
peremptorio,quod inſtrumentum non fuit ſtipulatum de
facie ad faciẽ, vt diximus ſupra in Rit.166.in 5. caſu, eo-
dem modo,& pro citato de periurio, adeo quòd ſi viſo
inſtrumẽto,ita appareat,non debeat procedi ad condem-
nationẽ, & ſi dicatur,quod obſtat Rit.infra 269. per quẽ
in cauſis criminalibus nulla exceptio admittitur, niſi ex-
preſsè in ipſo Rit.reſpondetur, quod hoc Rit.attẽto, etiã
in citato ſuper tenore inſtrumenti non eſſet aliquis ad-
9 mittendus ad iſtam exceptionem, † cum etiam cauſa in-
ſtrumenti ſit criminalis,& in ea non poteſt interuenire
procurator,vt firmat Affl.deciſ. 64. cum tamen videamus
contrarium ſeruari,vt in d.Rit. 166. diximus, verum pro
citato ad recipiendum copiam libelli ſuper crimine ſtel-
lionatus,ceſſat talis exceptio omni modo, & Magna Cu-
ria non facit exhiberi inſtrumentum, niſi tempore libelli
offerendi,& litis conteſtandæ, & ſi citatus non venit, re-
putatur contumax, niſi opponantur exceptiones,quę ad-
mittuntur in quibuſcunque cauſis criminalibus, vt ab-
ſentiæ, infirmitatis, carceris, aut nullitatis, de quibus
in d.Rit. 269.
10 ¶ † Tertio quæro, pone, quòd ſtipulatus eſt aliquis
procuratorio nomine,& pro parte Titij,& demum non
fuit obſeruata promiſſio per debitorem, nunquid tam
procurator, quam etiam Titius dominus poterunt accu-
ſare de periurio? Breuiter quoad procuratorem, dicas,
quòd non poteſt ipſe proprio nomine accuſare, quia fuit
ſibi promiſſum, vt procuratori, nec etiam procuratorio
nomine ſui domini, quia in tali iudicio non poteſt fieri
accuſatio per procuratorem, vt ſupra diximus in 1.q.niſi
in caſu impedimẽti principalis, & tunc requireretur ſpe-
ciale mandatum,vt dicit Ang.in l. Pomponius, ff.de pro-
cur.& Affl.in d.conſt.q 9.in fi.num.13.quoad dominum,
de iure dici poteſt,ꝙ ſic,vt Affl. concludit in loco præal-
leg.quia pro eo iuratum fuit,& modo ſibi periuratur,*put
ſupra in 2.q.dicebamus in hęre. Sed attenta obſeruantia
Magnæ Curię, quę non admittit ad accuſandum de per-
iurio,vbi non eſt iuratum de facie ad faciem; vt ſupra di-
ctum fuit,dicendum eſt, quod non poteſt de periurio ac-
cuſare,ſed tantum crimine ſtellionatus.
11 ¶ † Quarto quæro; an in actione de periurio habeat
locum reconuentio?& in hoc breuiter concludẽdo, dico,
12 ꝙ de iure communi non eſt dubium, ꝙ ſic, † quia recon-
uentio etiam in criminalibus locum habet, ſicut in ciuili-
bus,vt firmat glo.& Doct.in auth.& conſequenter, C.de
ſenten.probatur in l.1.& l.neganda, C. qui accuſ.non
poſſ.& latè proſequitur Abb.in c.1.col.9.de mutu. peti-
tio. licet fallat in multis caſibus, quos ponit Marant. in
pract.par.4.diſt.6.nu.56.verſ.iſtam concluſionem, in no-
uis,ſed quia per Rit. infra 497. accuſator pendente ſua
accuſatione, pro quouis crimine accuſari non poteſt, di-
cendum eſt reconuentioni locum non eſſe,niſi ex eodem-
met inſtrumento procederet reconuentio,vt dicit Gram-
mat. deciſ. 53. in fin.ver. vbi ponit exemplum. Et quia in
actione criminis ſtellionatus proceditur ad inſtar actio-
nis de periurio, quod dictum eſt in reconuentione accu-
ſationis de periurio, intelligas procedere etiam in accu-
ſatione, ex crimine ſtellionatus, quod nota, quia Ma-
gna Curia ita obſeruat. Salerni, die 3. Nouemb. 1559.
Proſper Carauita.

RITVS CLXXXIII.

ITem, quòd vbi aliquod inſtrumentum præ-
ſentetur publicum in dicta Curia per aliquẽ
creditorem contra aliquem debitorem, ſeu eius
fideiuſſorem, quod primo peremptorio dictus
creditor debet accuſare contumaciam, in vlti-
mo peremptorio; debet inſtare, vt interrogetur
debitor,& fideiuſſores ſuper tenore dicti inſtru-
menti,vel in eius contumacia ipſos debet con-
demnare, niſi iuſta cauſa interuenerit, & non
poteſt creditor prorogare dicto ſuo debitori, ſeu
dictis eius fideiuſſoribus terminum ad condem-
nari faciendum eos, nec aliquod pactum poteſt
dictus creditor facere dicto ſuo debitori, ſeu di-
ctis eius fideiuſſoribus, tam ſuper prorogatione
dicti vltimi peremptorij, quàm ſuper reſtitutio-
ne dictæ pecuniæ, ſeu partis ipſius, aut aliter
quoquo modo,&c.

SVMMARIVM.

1 *Citatus cum in carcere, vel infirmus, aut abſens fuerit,
ab alio excuſandus erit.*
2 *Creditor citato debitore ſuper tenore inſtrumenti, proro-
gationem aliquam vltimi peremptorij facere non po-
teſt,& ratio quare.*

NOt.ex hoc Rit.quòd prima contumacia contra citatum ſuper tenore inſtrumenti debet accuſari in primo peremptorio; erit autem primum peremptorium vltima dies termini dati in citatione,vt dicitur ſupra in Rit.123.& infra 223.Secunda vero contumacia in vltimo peremptorio, erit autem vltimum peremptorium prima Curia,quæ regitur elapſo triduo poſt primam contumaciam,vt in Rit.94 latius diximus, & ſi voluerit creditor accuſare vltimam contumaciam, poteſt accuſata prima ſuo tempore ſuperſedere,dummodo infra menſem ipſam accuſet,ſi citatus eſt in Ciuitate Neap.vel infra duos,ſi eſt extra Ciuitatem,vt ſentit Rit.infra 126.& dixi in d.prag. relatione,in 3.& 4.not.quod not.quia eſt in viridi obſeruantia, in aliquibus tamen Curijs ſeruatur, quòd ſi vltima contumacia non fuit accuſata ſuo tempore tridui, nõ poteſt accuſari infra menſem,niſi requiratur debitor,& ita obſeruatur in Terra Eboli.

¶ Secundo not.ibi,niſi iuſta cauſa, quod citatus ſuper
tenorẽ inſtrumenti non comparens, non condemnatur.
Si iuſta cauſa non cõparendi interuenit,erunt autẽ cauſæ
iuſtæ illæ,quas diximus ſupra in Rit.166.4.not.in 1.caſu.
Intellige tamen hunc Rit.ſi talis iuſta cauſa fuit allegata,
1 alias procederetur ad contumaciam, † quia citatus etiam
ſi ſit in carcere,vel infirmus,debet ab alio accuſari, & eo-
dem modo ſi ſit abſens. c.querelam,iuncta glo.in verſ.in-
firmi. & his,quæ ibi not.Innoc.in gloſ.ſua,in ver. procu-
ratorem,extra de procur.not.per Bar. in l.is qui reus, ff.
de publi.iud.Bald.in ſua marg.in verſ.citatio.verſ.2.& eſt
tex.not.in l.2.ff.de diuer.& temp. præſcrip. vt dixi latius
in prag.relatione.8.no.de ordin.iudic.& ita ſeruatur.
2 ¶ Tertio no.ibi,& non poteſt, † quòd creditor non
poteſt citato debitori ſuper tenore inſtrumenti facere
aliquam prorogationem vltimi peremptorij, nec etiã ad
ſoluendum debitum,vel partem ipſius; ratio eſt,quia iſto
tempore prohibitum erat creditori ſe concordare ſine li-
centia Curiæ,quia obligabat ſe non concordare ſine li-
cẽtia,vt patet in Rit.168.ſed quia,vt ibi diximus in prin.
in 8. not. tales obligationes non fiunt hodie, creditores
faciunt,vt volunt,ſuperſedent in accuſatione vltimi per-
emptorij,quamdiu eis placet, & quandoq; in totum de-
ſiſtunt,vt omnibus eſt notum. Salerni, die 3. Nouemb.
1559. Proſper Carauita.

Digitized by Google

RITVS CLXXXIV.

ITem, quòd facta condemnatione per dictam Curiam, ad petitionem dicti creditoris, contra dictum debitorem, ſeu eius fideiuſſores, præfatus creditor ſaltem ſemel in ſeptimana debeat inſtare in dicta Curia, vt dictus debitor, ſeu eius fideiuſſores capiantur, & contra eos procedatur ad interrogationem ſuper tenore dicti inſtrumenti, & non poteſt ſe dictus creditor modo aliquo concordare cum dicto debitore, ſeu eius fideiuſſoribus, vt ſupra.

TRia dicit iſte Rit. Primum, quòd creditor poſtquam fecit condemnare debitorem non comparentem tenetur ſemel in hebdomada inſtare, quod capiatur. Secundum, quod poſtquam eſt captus, procedatur ad interrogationem, & liquidationem inſtrumenti, quod propter eius non comparitionem liquidari non potuit. Tertium, quòd non poteſt ſe concordare ſine licentia Curiæ. Circa primum non inſiſto, quia receſſit ab aula iſta inſtantia, quæ requiritur ſemel in hebdomada, & creditor inſtat, quando vult, quòd capiatur debitor; alias non cogitur. Circa ſecũdũ ſimiliter dico, ꝙ abijt in deſuetudinem, & capto debitore, ſemel facto contumace, ad citationem ſuper tenore inſtrumenti, non tractatur amplius de interrogatione, & liquidatione inſtrumenti, ſed detinetur in carceribus, donec ſoluat, æquè ac ſi liquidatum fuiſſet inſtrumentum, & ita ſeruatur. Circa tertium dico, quòd ſicut poteſt ſe concordare ſine licentia, antequam faciat debitorem condemnare, (vt in præcedenti Ritu diximus) eodem modo, & poſt condemnationem, immo multo magis, quia facta condemnatione, quæſita eſt pœna Curiæ propter contumaciam, & per concordiam, nullum fit Curiæ præiudicium; ſicut antequam fiat condemnatio. Et circa iſtud, locum habet titul. ff. quod quiſque iur. vt ſicut Curia ſe concordat pro pœna, antequam creditori ſatisfiat de debito, eodem modo & creditor ſine licentia Curiæ, & antequam ſibi ſoluatur pęna, quamuis arg. rubr. pœn. fiſca. credito. præfer. lib. 10. dici poſſit, quod Curia male faciat, concordando ſe antequã creditori ſit ſatisfactum, cum ipſius pœnæ emolumentum ex facto creditoris percipiatur. Salerni, die 4. Nouembr. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CLXXXV.

ITem, quòd facta condemnatione prædicta ad petitionem dicti creditoris contra dictum debitorem, ſeu eius fideiuſſores, non debeat fieri reſtitutio inſtrumenti dicto creditori infra menſes duos à die præſentationis ipſius in antea numerandos, ſed lapſis dictis duobus menſibus, fiat reſtitutio dicti inſtrumenti creditori præfato.

Seruatur iſte Rit. & dixi de eo ſupra in Rit. 180. in 2. not. vide quæ ibi ſcripſi.

RITVS CLXXXVI.

ITem, quòd vbi facta eſt præſentatio alicuius inſtrumenti liquidi contra aliquem debitorem, ſeu eius fideiuſſores, & eadem die ſit facta
a præuentio *a* in dicta Curia, ante, vel poſt, quòd per dictam præuentionem, ſeu citationem præuentionis ipſius, factam eodem die, cum præſentatione dicti inſtrumenti, interrogatio ſuper tenore dicti inſtrumenti non impediatur: immo poteſt fieri dicta interrogatio dicti inſtrumenti, dicta præuentione facta eodem die, non obſtante in aliquo, non habito reſpectu de horis diei, in quo fuerit facta præuentio ante præſentationem inſtrumenti prædicti, vel poſt.

ADDITIO.

a Præuentio. Adde, quoad præuentionem aduerſus obligationem ſtipulatam apud acta Curiæ, quòd, vbi ceſſit, & venit dies ſolutionis non poſſunt expediri prouiſiones, quòd præſtita cautione de ſoluendo debitum, & pœnam, ſuperſedetur in accuſando per pragmat. Comitis Mirandæ, editam anno 1587. Audiuimus, &c. capite primo. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ſuper tenore inſtrumenti citatus fuit, creditorque eadem die ſuper præuẽtione, in vltimo peremptorio, nunquid ſuper liquidatione procedetur, præuentione non obſtante, an etiam ſuper præuentione, in liquidatione ſuperſedendo?*
2 *Præſentationem, & liquidationem inſtrumẽti, idem appellamus.*
3 *Inſpicere debemus, quæ frequentius contingunt.*
4 *Si apparet de prioritate præuentionis per horas: nunquid adhuc præuentio non operabitur, tanquam facta eodem die.*
5 *Horarum conſideratio in multis prodeſt.*
6 *Ritus noſter 186. factus fuit ad tollendas calumnias circa probationem prioritatis horarum, quæ reprobantur.*

SVpra in Ritu 168. in 2. nota. dictum fuit, quod præuentio facta per debitorem creditori, facit ſuperſedere in liquidatione, ſeu interrogatione inſtrumenti; verum quia dubitari fortè poterat, an iſtud procederet, etiã ſi fieret præuentio eadem die, ante, vel poſt præſentationem inſtrumenti, Rit. noſter ad tollendam huiuſmodi dubitationem, dicit, quòd quotieſcunque reperitur facta præuentio eadem die, qua ſit præſentatio inſtrumenti nõ impeditur interrogatio, nulla habita conſideratione de horis diei ante, vel poſt, in tantum, quod d. Ritus volens præuentionem impedire interrogationem, limitatur non procedere, quando eadem die eſſet facta præuentio, qua præſentatio inſtrumenti, pro quo habes etiam deciſio. Affl. 387. vbi præſens Rit. allegatur, & ponitur ratio, ſuper qua potuit eſſe fundatus.

1 ¶ † Quæro ſatis neceſſario in hoc Rit. quid ſi eadem die, qua debitor fuit citatus ſuper tenore inſtrumenti, creditor citatur ſuper præuentione, numquid in vltimo peremptorio procedetur ſuper liquidatione, non obſtante præuentione, an ſuper præuentione, ſuperſedendo liquidationem? Ex Rit. noſtro videtur inferri quòd debeat procedi ſuper præuentione, eo quia dicitur in eo, quòd tunc præuentio non impedit interrogationem, cum reperitur facta eadem die, qua ſit præſentatio inſtrumenti,
2 † vnde cum præſentationem, & liquidationem communiter pro eodem appellemus, & nihil dicatur, quando fiat eadem die cum citatione, ſatis eſt, quod fiat præuẽtio alia die ante liquidationem, ſeu præſentationem inſtrumenti, non habita conſideratione, quod fiat eadem die, vel poſt citationem ſuper tenore inſtrumenti. Confirmatur, quia vt dixi in Rit. 168. in 2. nota. præuentio non fit ad impediendam citationem inſtrumenti, ſed interrogationem, & liquidationem ipſius, vt etiam hic patet, & infra Rit. 189.

Digitized by Google

189. immo ne verbum quidem habemus in his Ritibus
de citatione ſuper inſtrumento, & ideo ſat is eſt, quòd
præuentio præueniat liquidationem, licet non præuene-
rit citationem. Item confirmatur ex alio, quia ſi dicere-
tur, quòd prçuentio debet nedum præuenire per vnum
diem ante liquidationem; verum etiam & citationem, ſe-
queretur, quod præuentiones (vt plurimum) de vento
ſeruirent, quia creditor citatus ſuper prætentione poſ-
ſet eadem die citari facere debitorem ſuper tenore inſtru-
menti, & ſic ipſum excluderet per hunc Ritum. Quid di-
cendum? Afflict. in d. deciſ. verſ. & ideo, num. 3. videtur
ſentire contrarium, dum dicit, quòd præſumitur prius
cœpta cauſa ſuper exequutione, ſi non apparet an præ-
ceſſit citatio ſuper obligatione, vel præuentione, & ſi di-
catur quomodo Afflict. loquitur de citatione, cum obli-
gationes penes acta exequantur ſine petitione, libello, &
& citatione, vt ſupra dictum fuit in Rit. 128. Reſponde-
tur, quòd fortè illa obligatio erat antiqua ſupra decem
annos, quo caſu, (vt in dicto Rit. diximus) neceſſaria eſt
partis citatio ad dicendum cauſam quare non debet exe-
qui, & ita intelligi debet illa deciſio, alias Afflict. non
poſſet bene loqui, & iſta opinio communiter tenetur in
pract. adeo, quòd ad hoc, vt præuentio impediat liquida-
tionem, fieri debet ante citationem inſtrumenti. Non ob-
ſtat ponderatio facta ad hunc Ritum loquentem de præ-
ſentatione, quam (vt ſupra dixi) communiter appellamus
liquidationem, ſed de præſentatione inſtrumenti, quam
creditor tenebatur facere antiquitus, antequam expediret
citationem, vt dixi ſupra in Rit. 168. in princ. adeo, quòd
ſecundum iſtum intellectum, præuentio fieri debebat ne-
dum ante citationem, ſed etiam antequam expediretur,
cum expediri non poterat, niſi præſentato prius inſtru-
mento. Et quod de iſta præſentatione loquantur bene
ponderandus eſt Ritus noſter, dum dicit, quòd facta prę-
ſentatione inſtrumenti, non impeditur interrogatio per
præuentionem. Nam ſi de præſentatione, ideſt liquidatio-
ne loqueretur, non poſſet tractari de impediẽda interro-
gatione, ex quo interrogatio fit inſimul cũ liquidatione,
immo ante liquidationem, licet eodem contextu (vt om-
nes ſciunt) & ſi facta eſt liquidatio, eſt etiam facta inter-
rogatio. & iſte eſt verus intellectus iſtius Rit. ſed quia
fieri præſentationes inſtrumentorum, antequam expedia-
tur citatio, non ſeruatur * (quod an ſit verum hodie, vide,
quæ dixi in Rit. 168. in princip. & Rit. 170. in 5. nota.)
nec etiam creditor ſe obligat de proſequendo, (vt fiebat
antiquitus) vt ibi dixi, adeo quod poſt expeditionem ci-
tationis multoties deſiſtit, & ſe concordat, communis
pract. adinuenit, quod ſicut antiquitus præuentio debe-
bat fieri ante præſentationem inſtrumenti, hodie fiat ante
citationem, non obſtat aliud, quod dicebatur, quod præ-
uentiones de vento ſeruirent, quia euitare tale abſurdum,
eſt in poteſtate debitoris, ex quo ſi veram cauſam habet
præueniendi, poteſt creditorem præuenire, antequam ve-
niat tempus ſoluendi, & ſic à creditore citari non pote-
rit, & ſic diceretur, quod multoties cauſa præueniendi po
3 terit euenire poſt elapſum terminum ſoluendi, † dico,
quod inſpicere debemus, quę frequentius contingunt, l.
nã ad ea, ff. de legi. nec debet reputari abſurdum, quod de-
bitores nõ nimis facilè poſſunt peruenire ad iſtas præuẽ-
tiones, cum (vt plurimum) fiant malitioſè ad dilatandũ
ſolutionem, & impediendam liquidationem inſtrumenti,
vt patet ex Regia prag. malitijs hominum, de præuen. mo-
dera. Amplia præfatam concluſionem procedere, etiam ſi
citatio ſuper præuentione eſſet expedita à Magna Curia,
vel aliqua Regia Audientia, & citatio ſuper tenore inſtru
menti eadem die facta, eſſet expedita à iudice loci, vbi de-
git debitor, tali enim caſu adhuc ꝓcederetur ſuper liqui-
datione per hunc Rit. generaliter loquentem, quod quan-
do eadem die ſi vtrunque, nõ impeditur interrogatio. Itẽ
per ea, quæ dixi ſupra in Rit. 168. in 6. no. vbi latius dixi,
quod per citationem prçuentionis impeditur ſolum li-
quidatio, non autem poteſtas citandi, quia non reperitur
4 ſcriptum, quod not. ¶ † Quæro iuxta præfata, quid ſi ap-
paret de prioritate prçuentionis per horas, nũquid adhuc
prçuentio non operetur tanquam facta eodem die? Mo-
der. Grauin. in Rit. 164. par. 4. declarat. 19. nu. 121. diſpu-
tant hanc quæſtio. & tandem concludunt impedirt liqui-
5 dationem, † tum quia horarum conſideratio in multis
prodeſt, vt patet ex glo. in l. ſi ex pluribus, §. fin. ff. de ſo-
lutio. in c. duobus, in verſ. ſi non apparet, de reſcrip. in 6.
cum ſimil. quæ ponit Afflict. in d. deciſ. 387. num. 6. Socin.
in l. qui duos, col. 2. ff. de rebus dubijs, Alex. Soc. & Rip. in
l. 1. ff. ſol. matrim. Deci. & Cagnol. in l. in ambiguis, ff. de
6 regu. iur. tum etiam, † quia ſecundum eum, iſte Rit. factus
fuit ad tollendas ſubtilitates, & calumnias, quas debitor
potuiſſet prætendere circa probationem prioritatis ho-
rarum, prout per conſtit. Regn. ſpeciale, vbi Afflict. notat.
in 6. & 7. nota. iſtæ ſubtilitates horarum reprobantur, &
ideo ſi ex actis conſtaret de prioritate horarum, non poſ-
ſet dici debitorem velle calumnioſè petere terminum ad
probandum prioritatem, & ita ipſi reſident. Ego autem
dico, quod circa iſtam quæſtionem non poſſet haberi cla-
rior deciſio, quam habemus in hoc Ritu, dicente aperriſſi-
mè, quod non habeatur reſpectus horarum diei ante, vel
poſt præſentationem, & ideo indubitanter teneo, quòd
quotieſcunque vna die fieret præuentio, & citatio inſtru-
menti, etiam ſi per horas ante fuiſſet citatus creditor ſu-
per prçuentione, non impeditur liquidatio. Non ob-
ſtat, quod horarum conſideratio ad multa prodeſt: quo-
niam de iure communi procedit, non autem in materia
quæſtionis noſtræ, in qua habemus hunc Ritum aliter
volentem, & etiam d. conſtitut. quæ ſimiliter momenta
temporum non vult eſſe in conſideratione, quod bene
nota, quia ita ſeruatur. Salerni, die 8. Nouembr. 1559.
Proſper Carauita.

RITVS CLXXXVII.

ITem quæcunq; inſtrumenta, quæ præſentantur in dicta Curia, recipiantur per dictam Curiam, ſuper illis, quæ continent quantitatem vnius vncię incluſiuè, & vltra vnciam vnam, fiat interloquutoria, ſecundum Ritum Curiæ, ſuper alijs autem, quæ continent quantitatem infra, interrogetur conuentus per Curiam, & ſi confitetur, mandetur ſibi ad certam pœnam, quòd ſoluat infra certos dies, ſecundum qualitatem perſonarum, & quantitatem debiti, & hoc quando eſt poſſidens, & non ſuſpectus de fuga, aliàs vel caueat de ſoluendo, vel detineatur in defectu fideiuſſionis, ſi autem citatus aliquid allegaret contra inſtrumentum, vel quod ſoluerit, vel aliã iuſtam cauſam, Curia ipſa committit vni, qui examinet teſtes ſuper ſolutione, & alijs dicendis per eum, vt ſupra dictum eſt in cauſis modicis committendis.

SVMMARIVM.

1 *Ius inſtrumenti liquidandi non diminuitur per partis eius receptionem.*
2 *Iudex poteſt debitorem vocare, ipſumque interrogare an debitum ſoluerit; ſi inſtrumentum eſt infra vnciam, & in num. 4.*
3 *Præceptum, quod debitori confeſſo fit, quot dies dare debeat; & vbi fieri poſſit, & quando oretenus, vel in ſcriptis.*
4 *Nemo ad ſatiſdandum eſt compellendus pendente dilatione, cauſa de nouo non exiſtente.*

5 *Debi-*

5 *Debitor num appellare poſſit à præcepto ſibi tanquam confeſſo facto, ac dicere de ſua confeſſionis errore coram iudice ad quem, & appellatione pendente, non moleſtari?*
6 *A ſententijs à duobus vncijs infra non appellatur cauſa executionis retardandæ.*
7 *Si debitor cui fit præceptum, ſit filiuſfam. an tale præceptum ſine patris conſenſu factum, valeat?*
8 *Cui non licet quod minus, minime licebit quod maius.*
9 *Minor qui in iudicio eſſe non poteſt, confitendo obligatur.*

Iſte Ritus ponit aliam limita. ad Rit. 166. vltra alias per me poſitas in Rit. 167.

¶ Nota igitur ex hoc Rit. quod tunc demum inſtrumentum habet exequutionem paratam iuxta formam d. Ritus 166. cum continet quantitatem vltra vnciam. Limita illud not. quotieſcunque quantitas infra vnciam eſſet ex reſiduo maioris quantitatis, ratio eſt, quia tunc licet debitum ſit infra vnciam, tamen quantitas contenta in inſtrumento eſt ſupra vnciam, & Rit. non aliud requirit, quam quod inſtrumentum contineat maiorem quantitatem.
1 † Item quia ipſum ius, quod habet creditor liquidandi inſtrumentum pro debito, non diminuitur per receptionem partis debiti, immo integrum manet donec ſibi ſoluatur, argum. l. fin. ibi, ſed manere ius integrum, C. de fideiuſſo. tanto magis, quia iſte Rit. non decidit hoc quod diminuatur ius liquidandi, ſed tantum, quod inſtrumentum ipſum contineat tanquam quantitatem, quæ vncias excedat, vel includat, quòd nota, quia ſeruatur.

¶ Secundo not. ibi ſuper alijs, iuncto verbo illo inter-
2 rogatur, † quod quotieſcunque inſtrumentum continet ſummam infra vnciam poteſt iudex ſummariè vocare debitorem, & ipſum interrogare, ſi dictum debitum ſoluit, quod not. contra multos proteruos debitores, qui oretenus vocati per iudicem ſuper debito infra vnciam, & interrogati ſuper eo nolunt reſpondere, ſed dicunt, vocet me creditor in ſcriptis, quoniam tunc reſpondebo. Salerni cum eſſem iudex, multoties mihi contigit, ſed nunquam dedi locum iſtis calumnijs, quia iudex poteſt hoc facere oretenus, per hunc Rit. & firmant Iſer. & Affl. in conſt. Regiæ Maieſtatis, num. 10. in multis tamen partibus adſunt ſtatuta terrarum, ſeu priuilegia, quod à tribus, vel duobus ducatis ſupra non poſſit tractari ſine ſcriptis.
3 ¶ † Tertio not. ibi, & ſic confitetur, quod debitori confeſſo debitum ſit præceptum de ſoluendo infra tot dies arbitrio iudicis, inſpecta qualitate, & quantitate debiti, & quamuis ſecundum generalem conſuetudinem, non ſoleant excedere decem dies, vt dicit gloſ. in l. ſi debitori, in verſ. indultum, vbi eſt tex. conſimilis, ff. de iudic. idem glo. in auth. de exhibend. reis, §. ſuſcepto in verſ. lite, Paul. de Caſtr. in d. l. ſi debitori, nu. 15. in fin. ver. tamen, vt iſte Rit. dicit, inſpecta qualitate perſonarum, & quãtitatis, ſtatuatur terminus, & etiam maior dierum decem, ſecũdum Albericum in d. l. ſi debitori, & Afflict. in d. conſtitut. Regiæ Maieſtatis, num. 10. Amplia iſtud not. procedere etiam Curia non ſedente, ſed in camera iudicis, & etiam die feriata, vt dicit Affl. in d. conſtitut. num. 10. in fin. intellige tamen hunc Ritum quando oretenus per iudicem fuit interrogatus debitor ad inſtantiam actoris petentis iuſtitiam ſimpliciter ortenus, & prout dixi in præceden. not. alias ſi in ſcriptis per petitionem actum fuiſſet, & debitor reſpondendo fuiſſet confeſſus, non eſſet faciendum præceptum, ſed ſententia diffinitiua condemnatoria, vt dicit gloſ. in cap. dudum, lo 2. in verſiculo reſponſionem, de electio. Paul. de Caſtr. in ead. l. ſi debitori num. 6. Afflict. poſt Iſern. in prealleg. conſtitut. niſi quando confeſſus eſſet, & in reſponſione dixiſſet non animo conteſtandi litem, vt Paul. de Caſt. ibidem dicit.

¶ Quarto not. ibi, & hoc quando, quod contra debitorem confeſſum, ſufficit præceptum ſibi factum de ſoluendo infra certum terminum, vt ſupra dictum eſt, quando poſſidet immobilia, vel non eſt ſuſpectus, in tantum, quod durante termino, non poteſt detineri, ſed ſi ſuſpicio fugæ ſuperueniſſet poſt debitum, iuxta tradita ſupra Rit. 170. 1. not. teneretur cauere de ſoluendo in tempore, & in defectum cautionis detineretur. At de iure communi in dicta l. ſi debitori, eo ipſo, quod erat confeſſus debitor, & ſibi fiebat præceptum de ſoluendo, tenebatur cauere de ſoluendo infra terminum etiam non exiſtente cauſa ſuſpicio-
4 nis fugæ, vt Paul. de Caſtr. ibi dicit num. 10. † * & Afflict.
* ipſum ſequens in dicta conſtitut. Reg. Maieſtatis, num. 13. quia & ſi pendente dilatione, nemo poſſit compelli ad ſatiſdandum, non exiſtente cauſa de nouo. l. omnibus, ff. de iud. cum alijs per me traditis in d. Rit. 170. tamen illud procedit pendente dilatione conuentionali, non autem legali data à iudice præter voluntatem creditoris, vt latius ipſe dicit.

¶ Quinto not. ibi ſi autem citatus, quod licet iudex poſſit in debito infra vnciam, oretenus procedere, vt ſupra diximus in 2. nota. tamen poteſt etiam procedere in ſcriptis, citando debitorem, quo caſu ſi ille comparet, & nõ confitetur, ſed aliqua allegat, auditur ſuper oppoſitis, & examinantur teſtes, ſubaudi dato termino, & quia eſt cauſa infra vnciam, committitur, vt alias ſuper cauſis modicis committendis dictum fuit ſupra in Rit. 16. in 2. not.
5 ¶ † Quæro an debitor à tali præcepto ſibi facto tanquam confeſſo poterit appellare, & dicere de errore ſuæ confeſſionis coram iudice ad quem, ita quod appellatione pendente, non poſſit moleſtari iuxta titu. ff. nihil noua. appella. penden. dicas, quod non, quia in caſu præſent. Rit. eſſet confeſſus, & conuictus per inſtrumentum, vt dicit Paul. de Caſtro in dicta lege ſi debitori, num. 4. argumento legis ſecundæ, C. quorum appella. non recipi. alias ſi eſſet confeſſum tantum, à tali præcepto poſſet appellare, ſicut à diffinitiua ſententia, & errorem ſuum corrigere, ſecundum Paul. de Caſtr. ibidem per l. credi-
* tor, §. iuſſus, iuncta gloſ. ff. de appella. * Hoc tamen de iure communi, de iure vero Regni etiam, quod ſolum eſſet confeſſus, non poſſet à tali præcepto appellare per Ritum 256. vbi dixi, verſ. ex his ſequitur, & iſtud tanto
6 magis in hoc Regno procedit, † quia à ſententia à duabus vncijs infra non appellatur ad effectum exequutionis retardandæ, vt dicitur infra in Rit. 257.
7 ¶ † Secundo quæro quid ſi debitor cui factum eſt præceptum, eſt filiuſfamil. an valeat præceptum ſine conſenſu patris, gloſ. in l. fin. §. neceſſitate, C. de bon. quæ liber. dicit, quod ſic, ſi factum fuit vbi libellus, & litis conteſta. non interuenit. Specul. in tit. de actore, §. 1. num. 36. verſ. ſed nun-
8 quid tenetur, dicit, quod non, † quia ſi non poteſt litem conteſtari, quod eſt minus, multo minus poterit recipere præceptum, quod eſt maius, Bart. vero in dicto §. neceſſitate, num. 7. verſiculo quæro quid ſi præceptum, quem ibi Paul. de Caſtr. num. 8. ſequitur, dicit, quod aut agitur ratione confeſſionis factæ coram iudice ſine conſen-
9 ſu patris, & poteſt conueniri, † quia etiam minor, qui non poteſt eſſe in iudicio obligatus confitendo, l. certum, §. minorem, ff. de confeſ. licet poſſit reſtitui, & etiam contrahendo, quoad ſui præiudicium, l. fin. §. 1. ff. de verb. obli. & l. tam ex contractibus, ff. de iud. cum talis confeſſio magis accedat contractui, quam iudicio, aut agitur ex illo præcepto facto, & tunc, quia eſt actus iudicialis, non poteſt, quia non valuit ſine conſenſu patris, d. §. neceſſitate, licet diſtingui debeat circa, quæ bona emanauit, vt ſi circa caſtrenſia; vel quaſi valeat, ſi circa alia in quibus patri vſuſfructus quæri poteſt nõ valeat, vt late ipſe ſcripſit ibidem nu. 2. vſque ad finem. Salerni, die 9. Nouemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CLXXXVIII.

Item ſeruatur in dicta Curia, quod inſtrumentis confectis extra Regnum non creditur, niſi per modum, qui ſequitur infraſcriptum,

Digitized by Google

quia aut ſunt inſtrumenta Apoſtolica, vel alia non Regia, nec Reginalia facta in Regno, & non adhibetur fides, ſi ſunt facta extra Regnum dicta inſtrumenta Apoſtolica, vel alia, tamen ſi habetur aliqua ſummaria informatio extraiudicialis, quod notarius, qui publicauit, eſt vt notarius publicus, & locus vbi fuit confectum eſt notus, vt Florentiæ, ſtatur ſibi, ſi vero non eſt locus notus, puta vltra montes, vel eſt locus, qui raro nominatur, & non habetur fides, quod ſit publicus notarius, non ſtatur, ſufficit enim, quod habeatur ſummaria fides, quod ſit publicus notarius extraiudicialiter, vt credatur dicto inſtrumento Apoſtolico, vel non Apoſtolico confecto, & publicato extra regnum.

S V M M A R I V M.

1 *Practica quomodo credatur inſtrumentis extra regnum confectis.*
2 *Inſtrumento publicam formam habenti, ſtandum eſt, & num. ſeq.*
3 *Pro tabellione præſumendum eſt, quod vera ſcripſerit.*
4 *Iuri ſuo quis renunciare poteſt.*
5 *Producenti inſtrumentum extra regnum confectum, credendum quando ſit.*
6 *Mortuis maior fides, quam viuis adhibetur.*
7 *Inſtrumentum quando dicatur antiquum.*
8 *Inſtrumento extra Regnum confecto, abſque probatione, quare non credatur.*
9 *Notariatus officium à quibus conferatur. Facta non præſumuntur, ibid.*
10 *Teſtes examinandi pro ſummaria informatione de notariatu capienda, qualiter deponent. Et quæ alia notariatum probent, ibidem.*
11 *Producens inſtrumentum ſi literas teſtimoniales etiam produxit, illum qui inſtrumentum ſcripſit publicum eſſet notarium, pars aduerſa aicat tale inſtrumentum non eſſe illius manu ſcriptum, an ſufficient dicta literæ, an etiam de eius manu erit probandum.*

ISte Rit. eſt in viridi obſeruantia, & not. ex eo, quod
inſtrumentis confectis extra Regnum, ſiue Apoſtolicis,
ſiue alijs non Regijs, nec Reginalibus factis in Regno, nõ
creditur, niſi habita aliqua ſummaria informatione etiam
extraiudiciali, qualiter ille, qui ſcripſit inſtrumentum eſt
1 publicus notarius. † Sufficient tamen pro ſummaria in-
formatione literæ teſtimoniales ciuitatis, vel officialis illius
ſigillatæ authentico ſigillo, & ita ſeruatur in practica quo-
tidie in omnibus curijs Regni, vt etiam dicit Afflict. in
conſtitut. Regn. inſtrumentorum robur, quæſt. 9. num. 10. in
fin. Sed dicet aliquis, iſte Rit. parum neceſſarius fuit, quia
etiam de iure communi prouiſum erat, quòd inſtrumenta
de longinquis partibus non probarent, niſi producens ha-
buiſſet literas teſtimoniales, publico ſigillo ſigillatas, qua-
liter ille qui ſcripſit ea, eſt publicus notarius legalis, & fi-
delis, vt dicunt Bald. & Salyc. in lege comparationes illæ,
num. 14. verſ. Cynus format, & iſte num. 17. verſ. iuxta vti-
lem, C. de fide inſtrum. Corn. conſil. 143. videtur volum. 3.
Lanfranc. in cap. quoniam contra in verſ. inſtrumentorum
productiones, col. 2. de proba. Angel. in authent. de tabel-
lion. verſ. & ſis cautus, & Dec. in cap. 1. num. 52. de fide
inſtrum. tu autem reſpondeas, quod dicta per Doct. præ-
alleg. loquuntur quando negabatur per illum contra
quem inſtrumentum producebatur, ipſum eſſe publicum
notarium, qui ſcripſit inſtrumentum, ſed quando illud nõ
2 negabatur, † ſtandum erit inſtrumento habenti publicam
formam, vt dicit Azon. in ſumma in authent. de inſtrume.
caut. §. ſi vero moriatur, circa medium, verſ. ſed quid ſi
proferatur, Cyn. qui ipſum allegat in d. l. comparationes,
num. 11. verſ. ſexto iuxta, & Ioan. And. ad Specul. de in-
ſtrum. edi. §. reſtat, num. 24. in fin. ſuper ver. illud autem in
fina. ver. ibi, ſcire debes per tex. in l. 2. C. quemadmo. teſta.
aperia. l. cum precibus, C. de probat. §. item verborum, ibi
omnimodo eſſe credendas, & §. ſi ſcriptum, inſtitu. de inut.
3 ſtipu. † & quia pro tabellione præſumitur, quod vera
ſcripſerit, cap. ad audientiam, de præſcr. maxime in inſtru-
mento continente ſignum tabellionis, & ſubſcriptionem,
vt in authent. de inſtrum. caute. & fide, §. ſed & ſi inſtru-
menta, immo Azor. volebat quod etiam ſi negaretur ſtan-
dum eſſet inſtrumento per præfata, Rit. vero noſter, vt ali-
quid operetur, & iure communi addat. iux. l. ſi quando, ff.
de leg. primo, indiſtincte procedit, quod eo ipſo, quod
producuntur inſtrumenta extra Regnum confecta, non
creditur eis ſine probatione præfata. Bene tamen fateor,
quod ſi pars aduerſa fateretur, & ea approbaret, ſecus eſ-
4 ſet, † quia huic Ritui eius fauorem reſpicienti, poſſet re-
nunciari, l. ſi quis in conſcribendo, cum ſim. C. de pact.
5 † Limita primo, hunc Ritum non procedere quotieſcun-
que producens inſtrumentum confectum extra Regnum,
eſſet perſona fide digna, & tantæ fidei, & authoritatis no-
tæ, quod ei credere non eſſet reprehenſibile, vt dicit Sa-
lyc. in d. l. comparationes, num. 17. verſ. ideo argum. l. 1. in
fin. ff. de off. præfect. prætor. l. ſi vero, §. qui pro rei quali-
tate, ff. qui ſatiſd. cogan. & l. ob carmen, in fin. ff. de teſt. al-
legat Salyc. Specul. idem tenentem in tit. de inſtru. edi. §.
reſtat nu. 6. ver. ego vero. Sed ſi bene legitur Specul. in ſua
diſtin. quam facit circa hoc, non firmat iſtud ita generali-
ter, vt refert Salycet. ſed ſolum quando pars contra quam
producitur inſtrumentum, eſt abſens, aut præſens, & non
negat inſtrumentum eſſe publicum, alias ſi negaret, non
ſtaretur inſtrumento ſine probatione, propter quod ta-
lem limita. intellige prout loquitur Specul. ab ipſo relatus.
Secundo limita, ſecundum Bald. in authen. quas actiones,
num. 11. verſ. ego dico in fin. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l.
comparationes, num. 14. verſ. ſed iſta cautela, quem ſe-
quitur ibid. Salyc. num. 18. verſ. vnum non omitto in inſtru
6 mentis multum antiquis, † tum quia mortuis maior fides
adhibetur, quam viuis, cum illi ſint incorruptibiles, pro
quo l. cenſus, ff. de probat. l. iubemus, §. ſed ne aliqua, C. de
teſta. & l. geſta, C. de re iudic. tum etiam, quia ex antiqui-
tate oritur præſumptio, quòd notarius fuerit notatus, vt
not. Innoc. in cap. veniens. de verb. ſignif. verum iſto caſu,
Ant. de Butr. in cap. 1. de fide inſtr. quem refert, & ſequitur
Barba. ad Bal. & Salyc. in d. l. comparationes, requirit pro-
bationem per famam, quod ille qui ſcripſit inſtrumẽtum,
ſit notarius, & vt dixit Salyce. ibid. forte in hoc caſu, &
præcedenti poſſet producens deferri iuramentum negan-
ti, quod iuret negata eſſe vera, vel referat producenti, iux-
ta ea, quæ dicuntur in l. manifeſtæ turpitudinis, ff. de iu-
7 reiura. † Quando autem dicetur inſtrumentum antiquum
vide Innoc. in c. veniens, extra de verbor. ſignif. Bald. in l.
non ignorat, C. qui accuſ. non poſſ. Paul. de Caſt. in l. pro-
prietatis, C. de probat. Roman. in l. 3. §. idem Labeo. ff. de
aqua plu. arcen. & in l. cum ſuper, C. de rei vendic. & late
Aym. in ſuo pulcherrimo tract. antiq. temp. Tertio limita
ſecundum Spec. in tit. de inſtru. editio. §. reſtat, nu. 24. niſi
ſit notorium, illum qui ſcripſit inſtrumentum, eſſe publicũ
notarium, & idem Bal. conſ. 229. primum dubium, verſ. 5.
vol. 1. allegat pro hoc not. in l. 1. C. qui & aduer. quos. & l.
Barbarius, ff. de offic. prætor.
8 ¶ † Quæro primo, quæ eſt ratio, quod inſtrumento
confecto extra Regnum non creditur abſque probatione,
quod ſcribens ſit notarius, Specul. in tit. de inſtrum. editio.
§. reſtat. num. 24. verſ. & ſcias, & num. 39. verſ. illud, dicit
rationem eſſe, quia officium notariatus non datur a natura,
cum nemo naſcatur notarius, ſed confertur, non ab om-
9 nibus, † ſed à paucis, puta, a Papa, Imperatore, & Re-
ge, vel ab eo cui ipſi conceſſerunt, & ideo cum ſit fa-
cti,

a cti,& facta nõ præſumtur,l.in bello, §.factæ,a ff.de capt. & poſtli.reuer. onus probandi incumbit producenti, leg. actor. C.de probatio.& leg.quæcunque, cum ſimi. §.1.ff. de publicia.

10 ¶ † Secundo quæro quomodo deponent teſtes,qui examinabuntur in informatione ſummaria capienda de notariatu? Specul.in prealleg.§.reſtat,num.39.verſ.debet ergo,& Bal.in cap.1.num.2. verſ. idem ait, quod ſufficit de fide inſtrumen. dicunt, quod ſufficit, quod teſtes dicant qualiter publica fama,& communis opin.eſt,illum qui tale inſtrumentum ſcripſit eſſe publicum notarium, publice conficere inſtrumenta, & quod inſtrumenta ab eo confecta pro publicis habentur in illa ciuitate, pro hoc d. l. 1. C.qui, & aduerſus quos, & d.l.Barbarius, & tertia quæſt. 7.§.tria,cum ſimi. Et adde ſecundum eoſdem ibid.quod ſi oſtenderentur tot inſtruméta ex quibus euidenter appareret illum notariatus officium exercere,ſufficeret,quia oritur præſumptio notariatus, & ſuæ poſſeſſionis,vt dixi ſupra in ſecunda limita.Item ſi oſtenderetur copia matriculæ,vbi notarii deſcribuntur,ſufficeret, ſecundum Angel.in conſ.160. Bart.in l.petitione, per illum tex. C. de aduoca. diuer. iudic.& in l.matriculam, C. de agen.in reb.lib.12. Bal.in l.2.col.2.C.de ſenten.Sal.& Rom.in l. ſcientiarios, C.de teſta. & Dec.in c.1. ver.an autem,num.50.de fid.inſtrum.quia cum Rit.noſter non requirat, niſi informationem ſummariam,quocunque modo ſufficienti ſe informabit iudex, habetur effectus.

11 ¶ † Tertio quæro, pone quod producens inſtrumétum, * præſentat etiam literas teſtimoniales qualiter ille, qui ſcripſit inſtrumentum eſt publicus notarius, iuxta ea quæ diximus ſupra in princ.pars aduerſa dicit, quod licet talis notarius ſit publicus notarius, tamen inſtrumentum productum non eſt eius manu ſcriptum, nunquid dictæ literæ ſufficient,an adhuc probandum erit de manu ipſius? Salic. in d.l.comparationes,num.17. verſ.ideo vt pleniorem,videtur tenere, quod literæ ſolum probant tabellionatum, non autem manum illius,qui dicitur ſcripſiſſe,tu autem dicas, quod tota vis conſiſtit in literis, nam ſi literæ dicunt hoc tantum, qualiter notarius talis, eſt publicus notarius, publice conficit inſtrumenta, & eis adhibetur ab omnibus indubitata fides, & pars negaret eſſe manum illius, literæ non ſufficerent,vt dicit Saly.qui ita debet intelligi,& Lanfranc. in d.cap. quoniam contra in verſ. inſtrumentorum productiones,num.13.verſ.attende,ſi vero literæ dicerent qualiter notarius talis, qui tale inſtrumentum ſcripſit inter tales, eſt publicus notarius,tunc bene ſufficerent, vt Salyc.met dicit, & ideo ſecundum eum, aduertendum eſt ad iſtas literas,ne poſtmodum negetur manus.Et hinc credo ortum,quod iſtæ literæ(vt plurimum fiunt in calce, vel in dorſo ipſius inſtrumenti extra Regnum confecti, & in eis dicitur qualiter ſupradictus notarius eſt publicus notarius,vt ſic tollatur occaſio dicendi non eſſe eiuſdẽ notarij manu conſcriptum.Sed dicet aliquis,ſi literæ dicunt iuxta quæſt.propoſitam, hoc eſt qualiter ille,qui ſcripſit inſtrumentum, eſt publicus notarius, nonne videntur fidem facere de vtroque,ſcilicet de notariatu,& quod ipſe ſcripſit inſtrumentum, ergo quid opus eſt in præpoſita quæſt. dubitare? dico, quod illa verba qualiter ille qui ſcripſit, &c. ſunt accipienda pro nomine proprio notarij, & ſic quod literæ dicebant qualiter Notarius Ioannes Malateſta Ebolitanus eſt publicus notarius,& in iſtis terminis debet intelligi quæſt.propoſita,alias ſi diceret qualiter notarius Ioannis talis de tali loco,qui ſcripſit inſtrumentum eſt publicus notarius, non eſſet dubitandum, quia etiam de eius manu fidem facerent. Salerni,die 10.Nouemb.1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a §.factæ. Adde quòd iſte §.non probat hoc,quod facta non præſumuntur, vt paſſim allegari ſolet, & male, ſed ſolum probat, quòd facta infecta eſſe non poſſunt, primum verò probatur in l.in finalibus,ff.finium regundor. C. P.

RITVS CLXXXIX.

a ITem quod quando *a* contingerit fieri præuentionem per debitorem alicuius contra aliquem creditorem, quod reſtituatur inſtrumentum debiti, quod eſt penes eum pro rupto, & caſſo,& faceret mentionem in citatione præuentionis,quod eſt eidem creditori ſatisfactum, per ipſas Curias, ſeu alteram ipſarum debeat dari breuis terminus, ſecundum diſtantiam locorum, ad probandum de ipſa ſatisfactione, & ſi actor probauerit pecuniam fore ſolutum eidem creditori per debitorem, ſeu alium eius nomine, aut per alias legitimas probationes, quod fuerit ſatisfactum dicto creditori, per ipſas Curias, ſeu alteram ipſarum condemnetur creditor ad dandum, & reſtituendum dictum inſtrumentum,pro rupto, & caſſo ipſi debitori, interim vero donec cauſa præuentionis pendet, non procedatur ad interrogationem inſtrumentorum contra debitorem ipſum, iuxta Ritum per nos ſuperius expreſſum, & ipſo facto puniatur creditor eo caſu pro qualibet vncia debita ad tarenos auri ſex dictæ Curiæ applicandos, pro medietate fiſco, & reliqua medietate parti, & vide alium Ritum in antiquis de præuentione.

ADDITIO.

a Item quòd quando. Vide prag.malitijs litigantium,& ibi Cauenſem,& vide Affl.deciſ.137.294. & 387. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio in materia iuriſdictionis,qualiter fiat.*
2 *Libellus vim citationis regulariter non habet.*
3 *Aliud eſt velle aliquid in genere, aliud petere in ſpecie.*
4 *Cautum eſt debitorem volentem creditorem præuenire, ad præſtandum fideiuſſionem de ſoluendo debitum, ac etiã in caſu ſuccumbentia, ad vncias decem teneri, qui præuentionem ſine ſatiſdatione intentauit. Quæritur num eius omiſſione ſit nulla præuentio. Et ea non obſtante, ad inſtrumenti liquidationem ſit procedendũ?*
5 *Statutum requirens in aliquo actu fideiuſſionem, intelligendum eſt,ſi petita fuerit.*
6 *Fideiuſſionis petitio etiam tacita,& ſubintellecta ſufficit.*
7 *Statuto aliquid pro forma requirenti, an renunciari poſſit?*
8 *Dictio,niſi, conditionem actus ſuſpenſi num importet?*
9 *Conditione non adimpleta, non oritur actio, nec obligatio.*

ISte Rit.ponit pract.& formam tenendam, tam per debitorem, qui facit præuentionem aduerſus inſtrumentum, quam per iudicem coram quo fit præuentio, & ideo ſigna ipſum.

1 ¶ † Not.igitur primo ibi, mẽtionem in citatione, quod præuẽtio in materia iſtius Rit.dicitur fieri per citationem, & in materia iuris præuentio poteſt fieri nedum per citationem, l.ſi quis poſtea, ff.de iud.& l.incola.la 2. iuncta gloſ.ff.ad munic. verum etiam per libellum, litis conteſtationem, & quandoque per ſententiam, vt not. per Bart. & poſt eum Alex.in l.ſi pluribus,ff.de leg.1.Et adde quod in tantum iſta præuentio, de qua loquitur, debet fieri per citationem, quod ſi debitor præſentaret petitionem continentem, quod creditor ſibi condemnetur ad caſſandum

Digitized by Google

inſtrumentum ex tali cauſa, & poſtmodum ſuper tali petitione non faceret eundem citare, non diceretur facta præ-
2 uentio, † cum quia libellus regulariter non habet vim citationis, l.libertus, la 2. ff. de in ius voc. tum etiam, quia per illam petitionem non poſſet dici præueniſſe creditorē, ſed velle præuenire, l.amplius, ff. rem rat. habe. not. Paul. de Caſtr. in l.ſi quis maior. 2. not. C. de tranſact. Alex. conſ. 34. nu. 3. vol. 1. vbi quod impetrans reſcriptum contra tranſactionem iuratam, non dicitur contrauenire, ſi poſtea non fuit eo vſus faciendo aduerſarium citare, & ideo ſi creditor poſt oblatam dictam petitionem, alia die faceret debitorem citare ſuper tenore inſtrumenti, procederetur ad liquidationem non obſtāte dicta petitione prius oblata, & creditori non intimata. Et not. bene hunc Rit. dicentem in dd. verbis, faceret mentionem, quod citatio debet continere petitionem debitoris petentis ſibi caſſari inſtrumētum ex tali cauſa, & iſtud adeo verū eſt, quod etiam ſi citatus fuerit creditor ad recipiendum libellum ſuper præuentione, non induceretur præuentio, ſecundū Cauen. hic,
3 quia citatio eſſet generalis, † & aliud eſt velle petere in genere, aliud in ſpecie, vt dicunt Paul. de Caſtr. & Alex. in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis cautio. & Affl. deciſ. 294. quæ bene no. quia ſeruatur in pract.

¶ Secundo no. ibi non procedatur ad interrogationem, quod præuentio facta per debitorem impedit interrogationem, ſeu liquidationem inſtrumenti, & cum de citatione nihil dicat, ſequitur abſque dubio, quod ea non impeditur, vt dixi latius in Rit. 162. 2. not. & hoc eſt veritas, & ita practicatur, licet Graui. in Rit. 164. par. 4. declara. 19. in prin. videatur certo modo aliter ſentire.

¶ Tertio not. in fin. Rit. quod probata per debitorem ſua præuentione vltra condemnationem, quia condemnatur creditor ad ſibi caſſandum inſtrumentum, idem creditor ponitur pena tarenorum ſex pro vncia debiti, quæ pœna pro medietate applicatur curiæ, & pro alia parti, ſed non video hanc pœnam practicari, ſed ſolum in expenſis condemnari.

¶ Quæro an contumax in vna cauſa ciuili, vel criminali poſſit hāc præuentionis petitionem præſentare? iſta quæſt. dependet ab illa an præueniens eſt actor, vel reus, de qua dicam in proxime ſeq. Rit. ideo vide quæ dico ibi in 3. not.

4 ¶ † Secundo quæro, ecce quod per Regiam pragm. malitijs hominum, de praue. modera. ſtatutum eſt, quod debitor, qui creditorem voluerit præuenire, teneatur præſtare fideiuſſionem de ſoluendo debitum, & vncias decem in caſu ſuccumbentiæ, & debitor qui præuentionem in iudicio intentauit, eandem nō præſtitit, nunquid ob eius omiſſione, præuentio ipſa nulla erit, ita quod ea non obſtante, procedi poſſit ad liquidationem inſtrumenti, Cauenſ. in d.
5 prag. dicit quod non, per regulam illam vulga. † quod ſtatutum requirens fideiuſſionem in aliquo actu intelligitur ſi fuerit à parte petita, vt no. Paul. de Caſtr. & Iaſ. in l. vniuerſa, C. de prec. Imper. offerend. Bald. conſ. 361. 1. vol. & 309. decretum. vol. 5. Cuma. conſ. 182. impetratum in fin. Ana. conſ. 82. Alex. conſ. 37. viſo. vol. 2 & cōſ. 96. viſis, vol. 4. & Fely. in c. fin autem, col. 4. de reſcrip. cum ſimil. quæ ponit Hipp. in repe. rubr. de fideiuſſ. q. 18. nu. 145. cum ſimil. Graui. vero in Rit. 164. par. 4. declarat. 19. nu. 113. diſtinguit, quod aut nihil in ea re pro fideiuſſione non præſtita oppoſitum fuit, & præuentio valet, aut fuit oppoſitum præuentionem non ſubſiſtere, admittique non debere, & tunc ſecus, etiam ſi non fuerit expreſſim facta
6 mentio defectus fideiuſſionis, † quia fideiuſſionis petitio etiam tacita, & ſubintellecta ſufficit, ſecundum Alex. conſ. 205. viſis, vol. 2. & Auguſt. Bero. q. 79. ſi perfecte inſpiciatur. Ego vero horum omnium contrarium ſentio, quia fideiuſſio in hac præuentionis materia per pragm. requiſi-
7 ta videtur, † pro forma inquirenti reuunciari non poteſt, vt ſcribit Bal. in l. 1. C. qui admitt. Barba. in c. ſuper literis, nu. 169. de reſcript. & dixi latius in prag. per excellentem, §. 10. niſi in præſentia, nu. 13. de Senatuſconſ. Maced. quod autem ſit inducta pro forma, ponderāda ſunt verba prag. dicentis, ſtatuimus vt nullus præueniendo, creditorem ſuū conuenire poſſit coram quocunque iudice, niſi prius præ-
8 ſtita fideiuſſione &c. † dictio enim niſi, importat conditionē actus ſuſpēſiuā, vt late ponit Bar. & omnes in l. 1. col.
9 4. verſ. tertio quæro, ff. de cōd. & demō. † adeo ꝙ cōditione nō adimpleta, nō ſit nata actio, nec obligatio, ſm eos, l. cedere diem, ff. de verb. obl. & ſi ponitur orationi negatiuæ, prout in caſu d. pragm. dicitur actum requirere pro forma, vt dicit Ioan. Andr. ad Spec. de tute. §. fin. in addo. magna Bal. in auth. matri, & auiæ, col. 1. C. quando mulii. tute. offi. fungi poteſt, Aret. in 1. col. 5. verſ. ſecundo poteſt, ff. de teſt. Caſſad. in conſue. Burg. tit. deſdroi7, §. 7. nu. 3. & 4. & Gratus, qui ſpecialiter loquitur in materia præſtationis fideiuſſorum, conſ. 158. num. 6. cum ſeq. vol. 1. Et vltra quod iſta opi. de iure eſt verior per præfata in pract. ita ſeruatur, adeo quod nemo eſt qui præuenit, qui fideiuſſionem prius non præſtet, ſaltim ad euitandum iſtas diſputationes, immo annis ab hinc 12. cum eſſem Neapo. in ſtudio, & caſus contingeret in facto proprio, conſului excellentem Dominum Thomam Salernitanum, nunc Regiæ Cameræ Summariæ digniſſimum Præſidentem, qui dixit mihi, quòd d. pragm. ſemper fuit ita ſeruata, eo quia requirit fideiuſſionem pro forma, & idem dixerunt mihi allij, quā plurimi famoſi Doct. Amplia iſtam concluſionem procedere etiam ſi debitor præueniens eſſet manifeſte idoneus, & ſoluendo, quia ſtatuto requirenti fideiuſſionem, per hoc non dicitur ſatisfactum, ſecundum Grauine. in loc. præalleg. num. 119. vt firmat Alex. in l. 1. num. 12. ff. qui ſatiſd. cog. per tex. in l. 1. in princ. ff. vt lega. nom. caue. l. minor. §. fin. cum ll. ſeq. ff. de procurat. & licet Paul. de Caſt. in l. diuortio, §. interdum, ff. ſol. matrim. & Iaſ. in d. l. 1. nū. 16. & 17. cum ſeq. aliter voluerit, tamen vt pulchre, & not. inquit Rip. in l. ſi quis ab alio. num. 5. ff. de re iud. quotieſcunque ſtatutum requirit fideiuſſionem ad euitandum dolum, vel fraudem (vt eſt proprie d. pragm. quæ, vt malitijs præuenientium obuiet, fideiuſſionem requirit (procedit prima opinio, & ita procedat. leg. 1. vt leg. nom. & tex. d. §. fin. cum ll. ſeq. vbi vero requiritur res ſalua ſit, tunc procedit ſecunda opin. quia ceſſat cauſa ſuſpicionis, & ita procedant tex. in l. 1. §. ſi magiſtratus, in l. quicunque, C. de fund. patrimo. lib. 11. & l. legitimus, ff. de leg. tuto. qui pro ea opi. faciunt. Salerni, die 12. Nouemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXC.

IN primis, quod vbi aliquis habet aliquod inſtrumentum publicum contra aliquem mutui depoſiti, ſeu cuiuslibet alterius contractus, ita quod inſtrumentum illud ſit liquidum ex omni parte, & debitor, ſeu fideiuſſores eius
a velint præuenire a illum creditorem, quōd ſibi ſatisfecerint, ſeu aliter quouis modo velint dicere contra dictum inſtrumentum, item quod ad ſatisfactionē dicti debiti debitor, ſeu fideiuſſores eius non teneantur dicto ſuo creditori, quòd præuentio ipſa non poteſt fieri, niſi in dicta Curia, & ſi fiat in alijs Curijs, nullius ſit roboris, vel momēti, niſi creditor ſit clericus, quo caſu præuentio ipſa fieri poſſit in Curia Eccleſiaſtica, immo ſi inſtrumentum præſentatur in dicta Curia poſt præuentionem factam in alijs Curijs procedat interrogatio ſuper tenore dicti inſtrumenti, præuentione ipſa facta in alijs curijs non obſtante.

ADDITIO.

a Præuenire. vide, quod diximus ſupra ad Rit. 186. C.P.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Præuentiones in Regno Franciæ fieri non poſſunt, niſi coram regio officiali, cum ratione. Et limita prout in num. 3.*
2 *Præuentiones quibus in negocijs fieri poſſint?*
3 *Præueniens actor, præuentus reus dicitur.*
4 *Actor forum rei ſequi debet.*
5 *Intentans remedium l. diffamari, C. de ingen. coram iudice aduerſarij intentare debet.*
6 *Deciſio Affl. facit ius in Regno.*
7 *Præuenienti creditorem, denegatur audientia.*
8 *Contumax non niſi vt reus neceſſarius audiendus.*
9 *Excommunicatus, & contumax æquiparantur.*

HVcuſque per quamplures Ritus tractatum fuit de materia præuentionis, verum quia nondum de iudice coram quo præuentio eſſet facienda dictum erat, Rit. noſter ad decidendam iſtam quæſtionem factus fuit.

¶ Nota igitur ex hoc Rit. quod præuentiones non poſſunt fieri in alio tribunali, quam in Magna Curia, & caſu quo alibi fieret, non valeret, & procedi poteſt ad interrogationem, & liquidationem inſtrumenti, præuentione ipſa non
1 obſtante. † Et in Regno Franciæ non niſi coram officiali regio fieri poſſunt, vt pulchre ponit Gulielmus Bened. in c. Raynutius in ver. ſic, & vxorem nomine Adelaſiam, dec. 2. nu. 126. de teſta. ratio eſt ſecundum eum, quia poſtquam tractatur de viribus, & cancellatione inſtrumenti confecti à notario, præſertim Regio, non conuenit, quod alius officialis cognoſcat quam Regius. Limitat ſe ipſum iſte Rit. niſi creditor præueniendus eſſet clericus, quoniam tunc coram iudice Eccleſiaſtico fieri poſſet. Sed primum hodie non ſeruatur de generali conſuetudine omnium curiarum Regni, & præuẽtiones fiunt in omni curia, credo quod iſta pract. & obſeruantia ortum habuit à Regia pragm. malitijs hominum, ibi coram quocunque iudice, de præuen. modera. De ſecundo dicam infra in 3. not.

2 ¶ Secundo not. ibi ſeu aliter quouis modo, quod præuentionis, quæ aduerſus inſtrumenta quotidie fiant non ſolum de ſatisfactione fieri poſſunt, verum etiam & pro quacunque alia cauſa, quam debitor prætendit aduerſus inſtrumentum, vt illud debeat ſibi caſſari, & cancellari, pro quo Affict. deciſ. 387. vbi præuentionem etiam ſuper nullitate inſtrumenti admittit, Cauenſ. in d. pragm. & Grauin. in Rit. 164. par. 4. declar. 19. num. 116. & ita ſeruatur.

¶ Tertio not. ibi in curia eccleſiaſtica, quod quando creditor præueniendus eſt clericus, tunc præuentio coram iudice eccleſiaſtico fieri poteſt. An in Regno Franciæ ſecundum Gugliel. Bened. in d. c. Raynutius, loc. proxime citat. ſeruatur contrarium, & etiam contra clericos coram iudice ſeculari fieri debent. Ratio iſtius Rit. eſt, quia ille, qui præuenit, dicitur prouocare creditorẽ in iudicium, petẽdo
3 eundẽ cogi ad caſſandum inſtrumentum, † & ex cõſequenti dicitur actor, & præuentus, qui vocatur ad cauſam dicitur reus, cap. forus, §. accuſator, & §. reus, de verb. ſigni. &
4 pulchre Rom. conſ. 217. res iſta, † & actor de iure, forum rei ſequi debet, l. 2. C. de iuriſd. omn. iudic. cap. cum ſit generale, & c. ſi clericus de for. competen. & pro hoc faciunt quæ ſcribit Bart. in l. libertus, la 2. in 1. repet. ver. quæro pone, quod libertus, ff. de in ius voc. Ant. de But. in c. intelleximus, de iud. Paul. de Caſtr. & Alex. in d. l. libertus, Affli.
5 deciſ. 168. & Dec. conſ. 487. nu. 10. & 686. † vbi quod intẽtans remedium l. diffamari, C. de ingen. debet illud intẽtare coram iudice aduerſarij eo, quia reputatur actor, cum alium ad iudicium prouocet. Ratio vero obſeruantiæ Regni Franciæ eſt, quia licet loco actoris reputetur iſte, qui prouocat ad iudicem, tamen, quia non venit voluntarie, ſed neceſſitatus, ne in futurũ inquietetur, attendi debet potius cauſa naturalis, quæ ipſum mouet, & eſt, vt ſe defendat, quam accidentalis, quæ eſt quod ipſe prouocat, & ex conſequenti, cauſa tractari debet coram illo iudice, coram quo præueniens, vel intentans remedium l. diffamari, fuiſſet cõuentus, vt dicit Guglielm. in loc. præalleg. late Alex. conſ. 103. vol. 5. Abb. & Fely. in c. ſi quis contra clericum. 1. not. de for. compet. Anton. de Butr. in c. cum inter, de exceptio. Fely. in cap. ea quæ, col. 1. de re iud. & latius Cagnol. in d. l. diffamari, verſ. his ſic diſcuſſis, num. 9. vbi hanc
6 ſecundam opin. dicit communem, † ſed poſtquam in Regno habemus non ſolum d. deciſ. Afflict. quæ facit ius in Regno, verum etiam & hunc Rit. approbante illam primam opi. quod prouocans ex cauſa non voluntaria, dici-
7 tur actor, ſtandum eſt primæ opin. † Et ex his ſequitur, quod ſi præueniens ſuum creditorem, ſit contumax, & per creditorem opponatur, quod nõ debet audiri, quia ſibi denegatur audientia, l. ſed & ſi per prætorem, §. ait prætor, in fin. vbi gloſ. ff. ex quibus cauſ. maio. vt latius dico infra in Rit. 220. non poteſt, nec debet in ipſa præuentione procedi, quia cum dicatur venire vt actor, iura ipſum repellunt. Immo plus dico, quod etiãm præſuppoſita pro vera opin. ſupra allegata Alexa. & ſequa. quod non dicatur vere actor, cum veniat neceſſitatus, & ſuus finis ſit ſe defen-
8 dere, † tamen quia contumax non auditur, niſi quando venit, vt reus neceſſarius, vt dicũt Pau. & Alex. in d. l. libertus, & Cagn. in d. l. vnic. nu. 9. in fin. loquentes in excom-
9 municato, † cui contumax æquiparatur, ſecundum Bald. in l. 1. nu. 12. verſ. ſi autem, C. de hæred. inſti. & Affl. in cõſt. grandis, 7. not. nu. 12. & iſte qui præueniet, non venit præciſè, vt reus neceſſarius, audiri non debet, quemadmodum nec excommunicatus auditur in intentando remedium d. l. diffamari, vt dicunt Bart. Paul. & Alex. in præall. l. libertus, Ant. de Butr. Abb. Imol. Fely. & Dec. in c. cũ inter ext. de except. Dec. in c. intelleximus, verſ. quid autem, nu. 24. de iud. & Cagn. in alle. l. diffamari, quæſt. 4. nu. 13. Salerni, die 14. Nouemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXCI.

1 QVod nullus admittatur ad accuſandum tanquam vnus de populo, niſi ſuam, ſuorumque iniuriam proſequatur.

ADDITIO.

1 Quòd nullus. Adde quod limitatur iſte Rit. in crimine læſæ maieſtatis, in quo etiam famoſi admittuntur, & milites, & ſerui contra dominos, & liberti contra patronos, l. famoſi, ff. ad leg. Iul. maieſt. & mulieres, l. in quæſtionibus ff. cod. Item in crimine falſæ monetæ, l. pen. C. de falſa mon. per quam etiam præmium denunciatori datur, pro quo vide omnino, quæ nos ſcripſimus in allegationibus noſtris in cauſa D. Gaſparis de Toraldo pro Proſpero Coſenza. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio, vel denunciatio de iure communi in publicis iudicijs omnibus permittebatur.*
2 *Suorum appellatione, qui veniant. Ex quibus excipiũtur pupilli, & furioſi ibidem.*
3 *Commater, an ad querelandum occiſores compatris ſui, ſit admittenda?*
4 *Filio ſpirituali, ſicut & adoptiuo à compatre alimenta debentur.*
5 *Vxor pro morte, vel iniuria mariti illata an ad accuſandum permittitur.*
6 *Maritus appellatione ſuorum nunquid contineatur?*
7 *Commiſſo delicto, in quo procedi ex officio non poteſt, accuſat aliquis de eo, dicens iniuriam ſuam, vel ſuorum proſequi, quia coniunctus illius in quem erat commiſſum, num ſibi credatur, an probauit ſe talem, vt procedi poſſit? declara tamen, & intellige vt ibi late.*
8 *Mulier ad accuſandam de iniuria illata alicui de ſuis,*

quoniam modo, vel regula admittatur, & ibi ſucceſſiue habet practicam, quæ in hoc ſeruatur.

9 *Si offenſus, qui eſt pater, vel tutor eius (qui poſſunt) iniuriam remiſerit, mater num accuſare poterit?*

10 *Principalis remittendo, an alij admittantur?*

11 *Principalis renunciando, non poteſt hoc facere niſi in ſui præiudicium.*

12 *Habens remiſſionem à principali, compoſitus, & abſolutus, nunquid ad aliorum inſtantiam moleſtabitur, remiſſiue.*

13 *Committitur delictum propter quod ex officio procedi non poteſt, propter delinquentis pecuniam, offenſus, nec alij ſuo nomine accuſare audent, nunquid ad hoc ſunt cogendi?*

14 *Mala exempla euitare iudex conabitur.*

15 *Plures quādo in accuſando concurrunt, quis præferēdus.*

16 *Aliquis cum vniuerſitate vſuram commiſit, ſyndicus non querelat, & ſic ex officio curia procedere nequit, an quilibet de vniuerſitate ad querelam admittatur?*

17 *Iniuria contra diuinam religionem, vel patriam commiſſa propria appellanda eſt.*

18 *Patriæ defenſio cuilibet permittitur.*

19 *Homines non ſibi tantum, ſed patriæ naſcuntur.*

20 *Pater in ius à filio ſine venia, non vocatur, nec patria.*

21 *Filius pro patria tuenda, patrem occidere poteſt, & è contra.*

ISte Rit. duplicatur quaſi per eadem verba infra in Rit. ſeq. & in Rit. 195.

¶ Not. igitur ex eis, quod hodie nemo admittitur ad accuſandum, vel denunciandum de aliquo crimine tanquā
1 vnus de populo. † De iure vero communi accuſatio, vel denunciatio omnibus erat permiſſa in publicis iudicijs, l. quamuis, la 2. C. de adult. quia publica iudicia quaſi populica dicuntur, vt habetur inſtit. de publ. iudi. in princ. per gloſ. & Bart. in rubr. ff. eo. certæ tamen perſonæ excipiebātur à Iuriſconſ. in l. qui accuſare, cum duabus ſeq. ff. de accuſa. quibus accuſatio, vel denunciatio tanquam vnis de populo prohibebatur, vt ibi verum permittebatur quando ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequi voluiſſent, l. 2. tamen, ff. de accuſat. in tantum, quod tit. de popula. actio. in Regno noſtro per hos Rit. eſt correctus, quod not.

¶ Secundo not. ibi niſi, quòd omnes illi, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequuntur, admittuntur in hoc Regno ad accuſandum, vel denunciandum. Limita tamen nō procedere vbicunque denunciatio, vel accuſatio fieret pro iniuria verbali, quoniam tunc non admitteretur ob hoc ſolum quòd ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequeretur, niſi etiam libello daret, vt dictat alius Ritus infra
2 311. vbi dico in 5. not. † Dicuntur autem ſuorum appellationem venire omnes illi, qui per l. 4. ff. de teſtib. inuiti teſtimonium dicere non coguntur, vt dicit gloſ. in l. ſi fœmina. C. ad Turpil. tex. ad literam, in l. 2. in princ. ff. de accuſa. Bal. in l. 1. num. 32. in fin. C. qui accuſa. non poſſ. Salyc. vero in d. l. ſi fœmina, poſt Guido. de Suza. dicit quod latius dici poſſunt ſui omnes illi quibus ſine mandato experiri poſſumus, de quibus in l. ſed hæ, cum ſequ. ff. de procura. & idem Innoc. in cap. nulli de reſcript. vbi addit, omnes illos pro quibus hi qui ſunt de tertio ordine non poſtulantium, poſſunt poſtulare, quos omnes enumerat tex. in l. 1. in fin. ff. de poſtul. Excipiuntur tamen ſecundum Io. Andr. in c. de cœtero de teſt. & in additio. Spec. de accuſat. §. 3. in princ. & Salyc. in loc. præalleg. pupilli, & furioſi per rationem, quam Saly. ibidem allegat. Item & ſpurij, vt dicit Alex. conſ. 60. num. 12. vol. 2. idem vero Bald. ſibi contrarius in l. petitionem, C. de aduoc. diuer. iud. dicit, quod veniunt omnes coniuncti, qui ſunt vſque ad quartum gradum, Abb. in d. cap. de cœtero enumerat eos, cuius opin. dicit communem Felyn. in cap. dilectus, colum. fin. de accuſa. & cap. cum oporteat. col. 2. de accuſa. idem Abb. dicit ſpectandam conſuetudinem patriæ. Marang[illegible] in pract. par. 6. in verſ. inquiſitio num. 62. verſ. ſed [illegible] addit, relatis ſupraſcriptus opin. dicit, quod veniunt omnes coniuncti vſque ad ſextum gradū, per tex. in l. lex Cornelia in prin. ff. de iniur. vbi enumerantur ſobrini, qui dicuntur eſſe in ſexto gradu. vt dixi tex. in §. ſexto gradu inſtit. de grad. & eius opin. videtur mihi verior per d. l. lex Cornelia, quod not. quia Doct. valde variauerunt, vt patet ex prædictis, & ex not. per Gugliel. Benedic. in cap. Raynutius. in ver. mortuo itaque teſtatore, 2. 3. & 4. col. de teſt. & Caſſad. in conſue. Burgun. tit. des ſucceſſiones rubr. 7. §. 3. in gloſ. aſes vrais heretiers, num. 3. cum ſeq.

3 ¶ † Quæro primo an commater admittatur ad querelandum occiſores ſui compatris? de iure communi mulieres non admittebantur ad accuſandum, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequebātur, d. l. 2. ff. de accu. & l. fœmina, C. ad Turpill. prout in Regno per hunc Ritum ſtatutum eſt in omnibus volentibus accuſare, & nihilominus in terminis iuris communis Bald. concludit, quod ſic, in l. 1. num. 36. verſ. ſed an commater, C. de his qui accuſa. non poſſ. mouetur ipſe, quia affinitas ſpiritualis, quæ cauſatur ex compaternitate, eſt maior carnali, ſecundum gloſ. 1. ante fin. in c. qui dormierit, 27. q. 2. & eſt tex. in c. ita diligere, 30. q. 3. idem poſt Bald. firmat Alex. conſ. 34. num. 8. vol. 3. Iaſ. in l. apertiſſimi nu. 14. verſ. ſexta cauſa, C. de iudic. Cott. in memora. in verſ. commater, & Boer. deciſ. 233. num. 3. & 4. & idem concludunt Cott. & Boer. in filio otio per ea quæ not. Bal. in auth. niſi rogati, col. fin. verſ. ſed tunc ego, C. ad
4 trebell. † vbi quod alimenta debentur in ſubſidium filio ſpirituali, ſicut adoptiuo, in tantum quod ſtante hoc Rit. commater admittitur ad accuſandum de morte compatris, vel filiolitij, & econuerſo, poſtquam de iure communi præallegati Doct. admittunt commatrem.

5 ¶ † Secundo quæro quid in vxore pro iniuria facta vi-
a ro, a vel de morte ſibi illata? Bald. in præalleg. l. 1. nu. 35. verſ. ſuper tertio, C. de his, qui accuſ. non poſſ. dicit, quod ſic, quia eſt pars corporis viri, cap. admonere 33. q. 2. ſed quia iſta ratio Bald. non eſt ſufficiens, cum debeat in iure probari, quod veniat appellatione ſuorum, Bar. in l. 2. nu. 2. verſ. quæro vtrum, ff. de accuſatio. & Salyc. qui tam de iniuria publica, quam de more loquitur in d. l. ſi fœmina,
6 ſi mando, † quod ſic, dicunt, quod ex leg. 4. ff. de teſti. probatur maritum venire appellatione ſuorum, nam cum ibi dicatur, quod inuita non cogitur ferre teſtimonium contra ſocerum, ſequitur multo magis, quod nec etiam contra maritum, & ex conſequenti, quod continetur appellatione ſuorum per ea, quæ ſupra diximus in 2. not. eandem concluſionem firmant Ioann. Fab. Bald. Alberic. & Angel. in leg. de crimine, C. qui accuſa. non poſſ. Alber. in leg. 2. ff. de accuſa. Oldr. & Alber. in lege ſororem, C. de his quibus, vt indign. gloſ. vero in conſtitut. Regn. ſummo periculo, in verſ. mater, quam ibi ſequuntur Iſern. & Afflict. num. 10. q. vlt. & Boer. d. deciſ. 233. & ſi eādem concluſionem teneant, tamen videntur dicere, quod hoc poſſit facere ſuo nomine, proſequendo ſuam iniuriam, quia comitem amiſit, per l. item apud Labeonem, §. ſi quis virgines verſ. tenetur, ff. de iniur. non autem proſequendo ſuorum iniuriam, quia maritus non continetur appellatione ſuorum, vt gloſ. d. conſtitut. expreſſim dicit. Ego autem vtranque opin. teneo primam, quia per d. l. 4. probatur, quod veniat appellatione ſuorum, & ſecundam per dictum §. ſi quis virgines, & ita teneas.

7 ¶ † Ter-

ADDITIO.

a Viro. Quòd pro iniuria facta viro vxor non agat, eſt tex. in l. quod ſi viro ff. de iniur. quia defendi vxores (inquit tex.) à viris, non viros ab vxoribus æquum eſt. Pro iniuria verò facta vxori, competit actio ipſi vxori, viro, & patri, neque vnius actio per aliam conſumitur, vt in §. fin. legis præcedentis. C. P.

Digitized by Google

7 ¶ † Tertio quæro, pone quod eſt cōmiſſum aliquod deli-
ctum in quo ex officio procedi nō poteſt, aliquis de eo ac-
cuſat, dicens, ſe proſequi ſuam, vel ſuorum iniuriam tanquā
frater, pater, vel mater illius in quem eſt commiſſum, nun-
quid de hoc ſibi fides adhibetur, vt procedi poſſit, an pro-
bare debebit ſe eſſe talem, tex. in l. non ignorat. C. de his
qui accu. non poſſ. in proprijs terminis dicit, ꝙ non aliter
admitti debet, quam ſi prius probet ſe talem, & idē Bal. in
l. vxor. ver. ſed pone, nu. 2. C. de his qui accuſ. non poſſ. niſi
ſecundum gl. ibi, eſſet in quaſi poſſeſſione fraternitatis, aut
paternitatis, quoniam tunc in principio cauſę iſtud ſuffice-
ret, & in proceſſu teneretur poſtea plenius probare, vt di-
cit Luc. de Pen. in l. 2. col. 5. circa fin. ver. quid etiā ſi quis,
C. de delato. & gl. in conſt. ſummo periculo in verſ. mater.
prædicta tamen intellige ſi fuerit oppoſitū, alias parte non
opponente admitteretur agens nomine ſuo tanquā mater,
pater, aut frater, vt dicit Bald. in d. l. nō ignorat. 1. no. nu. 2.
& Iſer. in cōſt. Reg. exceptione filiationis, in ver. exceptio-
nem, in fi. ibi ſi igitur, & ibid. Affl. nu. 2. ver. quid autē. Item
intellige in terminis iuris cōmunis, in Regno vero noſtro
per d. conſtit. eſt correcta diſpoſitio d. l. nō ignorat, vt ex-
preſſe dicit Affl. in loco præalleg. adeo quod, ſecūdū eum,
vbicunque agēti nomine ſuo opponitur exceptio negatiua
qualitatis ipſius agētis proceditur in cauſa ad vlteriora, &
exceptio reſeruatur ad merita cauſę. Ideo dixi quando op-
ponitur agenti nomine ſuo, quia ſi opponeretur agenti no-
mine alieno, puta vt tutor, curator, prælatus, vel ſimilis, ſe-
cus eſſet ex quo in eis nō habet locū d. conſt. ſecundū Iſer.
ibi in d. verbo exceptionem ibi ſecus ſi ageret, & Affl. ibid.
nu. 3. verſ. ſed quæro, ſed ſecundū iuris diſpoſitionē proce-
8 dendum eſſet, vt latius per eund. Affl. ibi. ¶ † Quarto
quæro quonam modo, vel regula mulieres admitti debent
ad accuſandū de iniuria alicui de ſuis illlata? Bal. in l. ſena-
tus per illū tex. C. de his qui accuſ. non poſſ. in Rub. eiuſd.
tit. nu. 4. & verſ. quidam, tradit iſtam regulā, quòd cū mu-
lier non admittatur niſi iure ſpeciali, hoc eſt quādo ſuā, vel
ſuorū iniuriam proſequitur l. hi tamen, ff. de accuſ. maſculi
vero iure cōmuni, quo eis conceditur poteſtas accuſandi,
etiā ſi ſuam, vel ſuorū iniuriam nō proſequuntur ad hoc ne
delicta remaneāt impunita, vt ſupra dictū fuit in prin. iſtius
Rit. mulier nūquā admitti debet, niſi prius exploratū ſit, an
velint accuſare illi qui admittūtur de iure cōmuni, vel ſint
in mora, adeo quo ſecundū eū quandiu adſunt maſculi, qui
poſſint accuſare, ipſa nō admittitur, ꝙ etiā ſequitur Salyc.
ibid. & ampliat nedū ſi eſſet in pari gradu cū maſculis, per
l. 3. ff. de libera. cauſa. & per alias multas rationes, verū etiā
ſi eſſet in priori gradu, quia & ſi cū muliere concurreret
prioritas gradus, tamen cū maſculis concurrit dignitas ſe-
xus, & ex cōſequenti diſcretionis exceſſus, qui maxime at-
tendi debet in his quæ ſpectant ad virile officium, & idem
poſt Salyc. firmat Ang. in tract. malefi. in verſ. & ad quere-
lā, nu. 16. verſ. & licet, ſed iſta doctr. in hoc Regno reddi-
tur dubia ex quo per hunc Rit. maſculi, & fœminæ eiuſdē
ſunt conditionis, quia neuter eorum admittitur, niſi ſuā, vel
ſuorū iniuriā proſequantur, & ſic ceſſat fundamētum Bal.
quod debent prius explorari illi, qui de iure cōmuni ad-
mittuntur, & ideo ego teneo, quòd mulieres (præſertim in
hoc Regno) admitti debent ad querelādū omni tēpore, &
caſu, quo ſuam, vel ſuorum iniuriā proſequuntur, etiā ſtan-
tibus maſculis, & eis non exploratis, nec in mora exiſtēti-
bus prout communiter abſque difficultate aliqua in omni-
bus tribunalibus videmus admitti, & ſi dicatur dato, quod
ceſſet fundamentū Bald. quomodo reſpondetur ad l. ſena-
tus, per quā etiā ipſe mouetur, dico quod verus intellectus
illius l. eſt ille, quem Bald. met in principio l. ponit, ꝙ ideo
ibi mulier non ſtatim fuit admiſſa ad accuſandū, quia falſi-
tas erat cōmiſſa in cauſa filiorū, qui erant viui, & ideo in-
fertur ex ea, ꝙ quando eſt viuus ille in quē delictū eſt cō-
miſſum, mulier, quæ ſuorū iniuriā poteſt, & vult proſequi,
non aliter debet admitti, quā ipſo principali offenſo nolēte
accuſare, vel ſi ipſe ſit pupillus, quando eius tutor nō vult,
vel eſt in mora. * Scias tamen, quia in practica circa iſtas
querelas mulierū ſeruatur, quod in contradictorio iudicio
eorū querelæ tunc admittuntur cum querelant in caſibus
expreſſim à iure ſtatutis, quos habes in tex. & gl. l. 2. ff. de
accuſ. item cum ſuam, ſuorumque iniuriam proſequuntur,
vt in l. 3. §. ſed & ſi mulier, ff. de liber. hom. exhib. l. de cri-
mine, C. qui accuſ. non poſſ. & lege ſi fœmina, C. ad Tur-
pillia. Verum quando ſuam, ſuorumque iniuriam proſe-
quuntur non aliter admittuntur quaſi necem alicuius con-
ſanguinei proſequantur iuxta d. l. 2. vel iniuriam conſan-
guinei mortui illatam tempore quo erat in humanis, non
autem ſi viuentis iniuriam vindicent, quamuis ipſe offen-
ſus declaret nolle querelare, vel ſit in mora querelandi, &
ita in facti contingentia in pluribus cauſis declarauit Sa-
crum Conſilium, & ſeruamus quotidie in hac Regia Au-
dientia. Et ſi dices, quod huic practicæ contradicit textus
d. l. 3. §. ſed & ſi mulier, vbi ſuam, ſuorumque iniuriā pro-
ſequendo agit mulier illo interdicto viuente iam ſuo con-
ſanguineo, reſpondetur quod ibi eſt caſus ſpecialis in quo
ille conſanguineus non poterat ipſe querelare ex quo de-
tinebatur ab alio occultus, merito mulier admittitur ad
proponendum illud edictum de ſuo conſanguineo exhi-
bendo, vel dicas, quod cum mulier non admittatur, niſi in
certis expreſſis caſibus, d. l. 2. & lege de crimine, ideo ibi
admittitur, quia eſt vnus de certis caſibus à iure expreſſis.
Ideo autem dixi in contradictorio iudicio, quia inquiſito
non reluctante in hoc Regno omnes querelæ mulierū ſuā
ſuorumq; iniuriā proſequendo recipiuntur abſq; difficul-
tate, vt ſupra dixi, & nedum mulierum, ſed vniuſcuiuſque
querulantis etiam ſi querela porrigatur ab eo, qui ius que-
rulandi non haberet, quia hoc dat iudicibus materiā capiē-
di informationes ſuper delictis, vt præclare inquit Excel-
lens Dominus Clarus lib. 5. ſentent. recept. §. fin. q. 14. verſ.
ſcias tamen, & ſi inquiſitus reluctet, ꝙ ſua intereſt talem
querulantem non admitti, forte, quia ea excluſa ſuper illo
delicto non poteſt procedi ex officio, vel quia velit ſe cō-
ponere cum curia, cum id nō poſſit ſine remiſſione partis,
vt in Rit. 172. vel quia ipſe querulatus eſt in alio iudicio,
quā ſui domicilij prætextu, ꝙ querulās ſit vidua, & habeat
priuilegiū eligendi forū per l. vni. C. quando Imper. peten-
do, propterea debere remitti ad ſuum iudicē his, & alijs ſi-
milibus caſibus declaratur per Curiā tali mulieri ius que-
rulandi non cōpetere, vt ſic inquiſitus ceſſante querela, va-
leat ius ſuū obtinere in caſibus prædictis, vel alijs, qui ſibi
competere poſſent. ¶ Quinto quæro iuxta prædicta, po-
ne, ꝙ offenſus, aut eius pater remittit, vel tutor, quorū po-
teſtas quoad hoc æquiparatur, vt dicit Saly. in l. vxor, nu. 4.
C. de his, qui accu. non poſſ. nunquid mater poterit accuſa-
re Affl. in conſt. Regn. ſummo periculo, 9. no. nu. 7. dicit, ꝙ
ſic, quia ſuā iniuriā proſequitur, & allegat Saly. in d. l. vxor.
vbi nu. 7. verſ. quæro an. poſt gl. ibi dicit, ꝙ prioribus negli-
gentibus admittuntur ſequentes, ꝙ quidē procedit nedum
in matre, ſed in alio quocunque, qui ſentit ſe iniuriatū tan-
quā cōſanguineū, cū eadem ratio ſit, quod ſuam proſequa-
tur iniuriam, & pro hoc bonus tex. in l. ſepulchri, la 2. ff. de
ſepul. viola. & Saly. in l. accuſationē, col. 3. ver. ex his igi-
tur, ibi vel die ſecundo, C. de his, qui accuſ. non poſſ. & ſi
dicatur, ꝙ d. l. ſepulchri, & Saly. non loquuntur quando is
ad quem principaliter vindicta ſpectat remittit, ſed negli-
git, reſponderi poteſt, ꝙ etiā quando remittit, negligit, &
10 propterea idē videtur dicendum. † Et ꝙ quando remittit
principalis, alij poſtmodum admitti poſſint, probat tex. iū-
cta gl. in ver. volet. in l. 3. ff. de ſepul. viola. & in l. ſi maritus,
la 2. §. ſi negauerint iuncta gl. in ver. non audiendū. in 1. ſol.
11 ff. de adult. † Ratio eſt, quia remmittendo principalis non
poteſt remittere, niſi in ſui præiudiciū, vt probat tex. in l.
qui cætu. §. fi. ff. ad l. Iul. de vi publ. vbi bona gl. allegat tex.
in l. ſi vnus, §. pacta, quę turpē, verſ. & in ſumma, ff. de pact.
& potuit etiā allegare alium tex. in l. iuriſgentium, §. ſi pa-
ciſcar. eo. tit. & c. ſi is qui, cū ſimi. iuncta gl. 23. q. 4. non etiā
aliorum, qui ex eius iniuria ſentiunt ſe iniuriatos, vt probat
tex. in l. 1. in fi. ff. de iniu. vbi etiā not. per Ang. & Bar. in l.
ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus in fi. ff. de verb. oblig. in l. lex

Cor-

Digitized by Google

Cornelia,ff.de iniur.& in l.cũ ſcimus,C.de agric.& cenſi. lib.11.Soc.conſ.228.col.3.verſ.præterea inimicitiæ,vol.2. cũ alijs,quæ adducit Maran.in pract.par.6.in verſ.inquiſitio,nu.58.verſ.ex prædictis, ſtante maximè in hoc Regno præſenti Rit.per quem (vt etiã Maran.ibidẽ dicit)quilibet admittitur ad accuſandum, dummodo ſuã,vel ſuorum iniuriam proſequatur,& idem in proprijs terminis per prædicta firmat Bart.in l.tranſigere,in 1.repet.nu.8.& ibi etiã Bal.col.pen.circa fin.C.de trãſact.quos etiã refert Maran.
12 in loco proxime cit. † pro quo etiã vide, quæ dico inf.in Rit.272.r.not.verſ.intellige tamen.An autem ſi habita remiſſione principalis offenſus,vel eius ad quẽ principaliter ſpectat vindicta, fuerit quis cõpoſitus,cõdemnatus, aut abſolutus poſſit poſtmodum ad inſtantiam aliorũ iterum mo-
13 leſtari,vide infra in Rit.272.q.4. ¶ † Sexto quæro, pone, quod commiſſum eſt aliquod maleficium in quo ex officio procedi non poteſt,& propter potentiam offendentis, offenſus,vel alij pro eo nõ audent accuſare, nunquid ad hoc cogi poterunt? tex.in l.vni.C.vt nemo inui.facit,quod not. Spec.vero in tit.de accuſ.nu.9. verſ. quid ſi nullus contrariũ tenet,dicens,ꝙ bene faciet iudex ſi partem cogat ad accuſandũ, * idem etiam tenet Auguſt.& Hier. Chucalon.ad Ang.de malefi.in verſ.& ad querelã, nu.57.in verſ. quæro alicui,tum primo,ne delicta remaneant impunita,contra l. ita vulneratus,ff.ad l.Aquil.& allegat pro hoc facere l.3.ff. de off.præſid.& c.vt famæ,de ſent. excom. tum etiã ſecun-
14 do quia ſi alias fieret res ipſa ſatis mali exempli † diceretur, & vt mala exempla euitentur, iudex ſummopere conari debet,l.obſeruandũ, cum concord. ibi traditis per gl. ff.de iud.quod not.quia poteſt quotidie in facto cõtingere.
15 ¶ † Septimo quæro, pone ꝙ plures cõcurrunt in accuſando, quis præfertur? tex.in l.3.§.ſi tamen, ff. de liber.hom. exhi.& in l.ſi plures,ff.de accuſ.dicunt, ꝙ iudex hoc arbitrabitur cauſa cognita, extimatis perſonis, vel dignitate, ætate,vel moribus, vel ex eo,quod intereſt,aut alia quæ-
16 uis iuſta cauſa. ¶ † Octauo quæro de vna quæſt. de qua proximis diebus fui interrogatus, quidã commiſit vſuram cũ vniuerſitate,ſyndicus ipſius nõ querelat, propter quod ex officio curia procedere non poteſt, vt dicã latius infra in Rit.237.nũquid quilibet priuatus, qui ſit de ipſa vniuerſitate admittetur ad accuſandum? Breuiter, teneo quod ſic, non tanquã vnus de populo,quia eſſet contra hũc Ritum, ſed tanquã proſequens ſuam propriam vſuram,quia vt dicit Ang.in § fi.in auth.quomodo oporte.epiſco.quẽ ſequitur Marant.in pract.par.6.in verſ.inquiſitio, nu.63. in ver.
17 adde tamen, † iniuria facta cõtra diuinã religionem,vel cõtra patriam poteſt appellari propria iniuria,& idẽ Bart.
18 in l.1.§.fin.ff.de iuſt.& iur. † vbi dicit, ꝙ defenſio patriæ cuilibet eſt permiſſa tanquã ad ſe pertinens,& in hoc caſu patet ad ſenſum,quia vſura,quæ fit cum vniuerſitate, lædit quẽlibet priuatum ipſius, qui poſtmodum in collectis, & alijs oneribus,multo magis grauatur. Pro hoc facit text.in l.1.§.& generaliter ex quibus,ff.de ventr. in poſſe. mitte.
19 † vbi,quod homines nõ tantũ patribus,verum etiã & patriæ naſcuntur, & Cic.in ver.5. qui dicit, Suſceperas enim liberos non ſolũ tibi,ſed etiã patriæ,qui non modo tibi voluptati,ſed etiã aliquãdo reipublicæ vſui eſſe poſſent.& in libro de off. cũ inquit, non ſolũ nobis nati ſumus,ſed ortus noſtri partem parentes,partem patria, & partẽ amici vendicant. & alibi in eodẽ libro,vnicuique noſtrum chari ſunt parentes,chari liberi, & familiares, ſed omniũ hominum charitates vna patria cõplexa eſt.vt etiam referendo, ſcribit Maria.Socin.conſ.35.circa verſ.præterea chariſſimum, vol.1.Iaſ.& ibi Apoſtill.in litera D.in §.pœnales,num.69. * inſt.de act.Firmia.in ſuo repert.in ver.patria,* & Maran.in pract.par.3.num.43. facit quod dicit Ang.in l.generaliter,
20 ff.de in ius voc.& Iaſ.in loco prealleg. † vbi, ſicut pater ſine venia in ius vocari non poteſt à filio,per l.4.§.præter, & l.parentes, ff.de in ius voc. & per d.§.pœnales, eodem
2 modo nec patria,a quæ loco parentis habetur,d.§.& generaliter,cum ſupra allegatis: item facit quod dicit Specul.in tit.de feud.§.2.verſ.26. Alexan.& Doct.in l.minime, ff.de relig.& ſumpt.fun. & Firmia.loc.præalleg. in verſ.patriæ
21 tuendæ cauſa, † vbi, quod filius pro patria tuenda,poteſt patrem ſuum occidere, & econuerſo pater filium, per d.l. minime,quod not.quia facile poterit quotidie vſu venire, & vnuſquiſque diceret contrarium. Salerni, die 18.Nouembris. 1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

2 Patria. Adde,quòd patria,& parentes à pari procedere videntur,iuxta illud Iuriſconſ.vt parentibus,& patriæ parcamus,l.veluti,ff.de iuſt.& iure. Nam & patria,communis omnium noſtrum parens à Cicerone appellatur in lib. de Oratore. Idemq; ad Atticũ, Patria,inquit,antiquiſſima,& ſanctiſſima parens.& in lib.de finib. Decet, inquit,chariorem eſſe patriam nobis,quam noſmetipſos. vt non mirum ſi & lib.1. officiorum, patriam parentibus prætuliſſe videtur, ibi, Sed ſi contentio quædam,& comparatio fiat,quibus plurimum tribuendum ſit officij, principes ſint patria, & parentes, quorum beneficijs maxime obligati ſumus. Siquidem ordo denominationis deſignat ordinẽ dilectionis,& charitatis, vt per Angel.& Imol.in l.qui ſoluendo, per illum tex.ff.de hæred.inſtit. C. P.

RITVS CXCII.

Item,quod nullus laicus admittatur tanquam vnus de populo ad accuſandum de aliquo crimine, vel denunciandum, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur.

¶ Duplicatur iſte Ritus in præceden.Rit.& in alio infra 195. ideo ad eius materiam vide dicta in proxime præcedenti Rit.

RITVS CXCIII.

Item,ſi quis,vel ſi qua accuſauerit, vel denunciauerit aliquem in dictis curijs,ſeu altera ipſarum de aliquo crimine durante ipſa cauſa dictę accuſationis, vel denunciationis perſona prædicta accuſans,vel denũcians, ſiue etiam pater, mater,filij,fratres,ſorores,nepotes,& neptes carnales ipſius accuſatoris, vel denunciatoris accuſari, vel denunciari non poſſint in dictis curijs per dictam perſonam primo accuſatam, vel denunciatam,niſi eadem die denunciauerit, vel accuſauerit eoſdem,& niſi ex nouo delicto.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus ſi de maiori crimine accuſatorem reaccuſabat,de iure cõmuni, ſuperſedebatur in prima, & precedebatur in ſecunda accuſatione. Contrarium verò eſt de iure Regni.ibid cum limit.*
2 *Ceſſante ratione legis, ceſſat ipſius diſpoſitio.*
3 *Reaccuſatio eodem die facta, quare permittitur.*
4 *Conſideratio horarum ad multa prodeſt.*
5 *Nouum delictum quando,& quod dicatur, vt reaccuſatio locum habeat.*
6 *Accuſatus criminaliter, an accuſatorem ciuiliter reconuenire poſſit?*
7 *Reaccuſatio nunquid locum habeat contra nepotes accuſatoris,ad inſtantiam accuſati, vel nepotum.*

Circa materiam de qua loquitur iſte Ritus,habes aliũ Rit.infra 197.c.Regn.quod incip.iniunxi,in fine,& Regiam prag.quæ incipit,legiſlatoris eſt propriũ,in tit.de accuſ.quam Gram.deciſ.53.allegat pro capi. & Marant.in pract. par.4. diſt.6. nu.64. in nouis allegat.pro Rit.de qua etiam Cauen. hic mentionem facit, vt autem tibi liqueat quo pacto proceſſerit conſtitutio Regni loquens de hac mate-

materia poſt ius commune,& poſt conſtit.c.Regn. Rit. &
1 prag. † ſcire debes, qualiter de iure communi ſi accuſatus
reaccuſabat ſuum accuſatorē de maiori crimine, ſuperſe-
debatur in prima accuſatione,& procedebatur ſuper ſecū-
da,vt dicit tex.in l.1.C.qui accuſ.non poſſ. ſi verò de pari,
vel minori delicto,aut ſuam,vel ſuorū iniuriam proſeque-
batur,& poterat reaccuſare,aut non proſequebatur ſuam,
vel ſuorum iniuriam,& tunc non poterat,l.neganda,C.eo.
tit.qui accuſ.non poſſ. quamuis in eo Doct. maximas inter
ſe facerent diſtinctiones,& altercationes,vt patet ex Bart.
in l.is,qui reus, 6.oppo.ff.de publ.iudic. & in l.2.§.1.ff.de
adult. Pet.de Bellapert.in ſuis qq.quæſt.144. Salyc.in d.l.
neganda, & Aret.in tract.malefic.in verſ.& ad querelam,
q.63.quero an accuſatus.verum quia conſt.Reg.ſi ciuiliter
agens,euidētem accuſantis malitiam,& fruſtrationem ma-
nifeſtam reputauit illius,qui de maiori crimine non prius
quam eſſet accuſatus accuſauit, corrigendo d.l.1.voluit,ꝙ
ſuper vtraque accuſatione procederetur, ſed quia rema-
nebat adhuc diſpoſitio d.l.negāda,& in eius terminis ſimi-
liter dici poterat reaccuſantem potius ex calumnia moue-
ri, quam iuſtitiæ concupiſcentia, ſuperuenit præalleg.cap.
Reg. iniunxit, & corrigendo diſpoſitionem d.l.neganda,
ordinauit,quod ille,qui primum Curiam adiuit pro aliqua
accuſatione, non poſſet ea pendente in aliqua Curia reac-
cuſari, vel denūciari de aliquo crimine,in quo non poſſet
procurator interuenire,dum tamen offerat ſeparatum iuri
ſtare coram quocunque iudice,finita prima accuſatione:&
ſuper hoc caueat, & quia (hominum excreſcente malitia)
repertum fuit, ꝙ qui non poterat reaccuſare ſuum accuſa-
torem,obſtante dicto capitulo,accuſabat eius patrem,ma-
trem,filios,fratres,ſorores,nepotes,& neptes,vt ſic quouis
modo poſſet,de accuſante vlciſceretur,Ritus noſter huiuſ-
modi fraudibus,& malitijs occurrendo ordinat, ꝙ quem-
admodum cōtra accuſantem erat prohibita accuſati accu-
ſatio,eodem modo, & contra perſonas ſupra enumeratas,
præterquam ſi eadem die, & ex nouo delicto hoc faceret:
& poſt hunc Rit.factus fuit alius Rit.inf.197.qui idem or-
dinat,quod cap.pręalleg.niſi quod de fideiuſſione preſtan-
da per primo accuſantem de ſtando iuri coram quocunque
iudice competēte.At quia lege condita,excogitatur fraus,
& qui nō poterat per ſe reaccuſare,& de accuſante vlciſci,
procurabat id fieri per eius vxorem, liberos, parentes,aut
fratres vtrinque coniunctos,& inſimul habitātes,omnium
nouiſſima d.Regia prag. etiam deſuper prouidendo,ordi-
nauit vt quod accuſato eſſet prohibitum,etiam perſonis ſu
pradictis interdiceretur,confirmando illud,quod Rit.no-
ſter dixerat de nouo delicto, & declarando,quod tunc di-
ceretur prius adita Curia per aliquem, quotieſcunque per
citationem citatus eſſet penes acta Curiæ inſtituta. Am-
plia hunc Ritum, & dictas diſpoſitiones procedere etiā ſi
ſuper ſecundā querela vellet curia procedere ad inſtantiā
fiſci: tum quia ſi ſecus diceretur, facile fieret fraus dictis
iuribus, & ritibus, quia ſemper fiſcus diceret, proceditur
ex officio,& ad mei inſtantiā: tum etiā quia d.prag.prohi-
bet euocari in iudiciū primum accuſatorem per quamuis
viam,vt dicit Gram.d.deciſ.53.in fi.fuiſſe decitum. Credo
tamen ꝙ quādo in rei veritate fiſcus procederet ſuper ali-
quo delicto in perſonā accuſati commiſſo,ex officio mero
ipſius Curiæ, & non ratione querelæ expoſitæ, tunc ſecus
eſſet:tum quia in fiſco non præſumitur fieri animo calum-
niandi,& diuertendi accuſantem à prima querela,tum etiā
quia Rit.noſter,& omnes præallegatæ diſpoſitiones recu-
ſationes,& denunciationes prohibent, nō inquiſitiones ex
officio,& illa verba per quāuis viam,intelligi debēt ad in-
ſtantiā accuſantis,vel denunciantis, & ita intelligas d.dec.
Gramm. ¶ Not.primo ex hoc Rit.quod accuſatus poteſt
ſuum accuſatorem reaccuſare eadem die, & ex nouo deli-
cto,iſtudq; intelligit Maran.in loc.præalleg.nu.63.coniun-
ctiue, & aliter dicit non procedere reaccuſationem: ego
autē dico, quod in hoc Rit.continentur duo caſus, primus
eſt,quando reaccuſatio fieret eadē die:ſecundus eſt,quādo
ex nouo delicto, & quod in hoc Rit.ponantur duæ limita-
tiones,& non vna, vt ipſe ſcribit. Probatur primo,ponde-
rando verba iſtius Rit.qui dicit,niſi eadē die, & niſi ex no-
uo delicto,cum ſi voluiſſet vnum caſum tantū comprehen-
dere, non ita dixiſſet, ſed niſi eadem die ex nouo delicto
reaccuſaret.Secundo,quia quando ſit reaccuſatio ex nouo
delicto,ſiue fiat eadem die,ſiue poſtea,ceſſant penitus om-
nes fraudes,& præſumptæ malitiæ in perſonam reaccuſan
tis,& propterea etiam ꝙ iſte Rit.hoc non diceret,reaccu-
2 ſatio fieri poſſet, † quia ceſſante ratione legis,ceſſat etiam
ipſius diſpoſitio, c.cum ceſſante, in princ.de appell.c.cum
infirmitas,de pœniten.& remiſs.l.adigere,§.quamuis,ff.de
iurepat.& l.in omni,vbi Bart.ff.de adoptio.cum ſimil.quæ
citat Tiraquel.in tract.ceſſa.cauſa,par.1.num.11.cum ſeq.
Tertio probatur apertiſsime per d.prag.quæ ex nouo de-
licto reaccuſari permittit, & non dicit eadem,vel alia die:
& miror,quod ad eam Marant.non aduertit. Quarto,quia
nulla profecto bona ratione diuerſitatis moueri poſſet iſte
Rit.diſponendo, quod ſi nouum delictum accuſaretur,ea-
dem die procederet reaccuſatio,ſi alia die non, cum ratio
præſumptæ malitiæ in nouo delicto, ita ceſſet, reaccuſan-
do alia die,ſicut eadem,& ita teneas indubitanter,quia d.
prag.ita decidit. Vltra tamen præfatas duas limitationes,
adde tertiam, in qua Rit.& diſpoſitiones præallegatas lo-
cum non habent, quando vtraque accuſatio ex eodem
fonte,& vnico met facto procederet, vt dicit Bart.in l.is,
qui reus,nu.2.verſ.quæro quod,ff.de publ.iud.& Gramm.
deciſ.53.vbi vterque ponit exemplum. Quarto limita non
procedere quotieſcunque reaccuſatio fieret pro crimine
in quo poteſt interuenire procurator,vt colligitur à cōtra-
rio ſenſu d.Rit.197.& cap.iniunxit & dicam ſtatim in 3.q.
Quinto limita, quando fieret pro crimine, in quo non in-
teruenit procurator, verum fieret reaccuſatio ciuiliter, vt
dicit Maran.latius in d.pract.num.68.verſ.quartum mem-
brum,dum tamen,ſecundum eum,ille iudex ſit alias com-
petens primi accuſantis per rationem quam allegat.Sexto
limita,quando reaccuſatio fieret pro crimine blaſphemię,
vt dicit Petr. Foller. ad Marant. ibidem, per ea quæ not.
Bart.in l.Lucius, in fin.ff.ad Turpillian.ſed ſi Bart.ibi lega-
tur, nullum verbum de blaſphemia,ideo teneo cōtrarium,
quia d.prag. prohibet generaliter pro alio crimine priua-
to,vel publico quantumcunque maiori reaccuſari, vel de-
nunciari: & profecto nulli dubium eſſe debet, quod qui
tandiu crimen blaſphemiæ denunciare reticuit, & hodie
denunciat, ex alio non mouetur, quam à vera nequitia,&
manifeſta calumnia, quod à d.conſtit.ſi viriliter, & prag.
expreſsè prohibetur.
3 ¶ † Iuxta præfata quæro primo,qua ratione potuit mo-
ueri Rit. quod ſi eadem die fieret reaccuſatio,permittere-
tur. Breuiter,credo,quod non alia, niſi quia quando vtra-
que accuſatio fit eadem die,nō ita facilè apparet quis pri-
mo Curiam adiuit,& ex conſequenti cum eadem die repe-
riatur vtraque accuſatio facta, ſuper vtraque procedi de-
bet,ex quo ſequitur, quod quādoque apparet ex actis met
de prioritate,& poſterioritate, vt puta, ſi in libro querela-
rum prius reperiretur ſcripta vna,& poſtmodum alia,ſecus
4 eſſet,† quia horarum conſideratio ad multa prodeſt, præ-
terquam quando aliter reperitur in ſpecie prouiſum,vt di-
xi ſupra in Rit.186.in fine.
5 ¶ † *Secundo* quæro, quando poterit dici nouum deli-
ctum,ad hoc vt procedat reaccuſatio? Maran.in pract.loc.
præalleg.num.63.dicit, Quando tu accuſas me de delicto
commiſſo heri,iſtud dicitur nouum,& allegat ita tenere
Bart.in l.is,qui reus,num.2.verſ.quæro quid ſi primus,ibi,
communiter ſeruatur,ff.de publ.iud. intantum quod ſecun
dum ipſum nouum delictum intelligitur illud quod de re-
centi factum fuit,etiam ante primam accuſationem:ſed de
hoc dicto ſatis miror,primo quia Bar.in d.l.nō dicit,quod
tunc dicatur nouum delictum,ſed quod tunc dicuntur cri-
mina ſeparata,& non connexa.Secundo,quia iſtud eſt con-
tra prag.ſupra pluries allegatam, quæ ad literam declarat
nouum delictum in hac materia dici, quod poſt motam
primam accuſationem, vel denunciationem in perſonam
accu-

Digitized by Google

accuſati, vel denunciati commiſſum eſt, & ideo in hoc Rit. nouum delictum teneas illud, quod modo præfato per d. pragmat. declaratur.

6 ¶ † Tertio quæro, quid ſi accuſatus criminaliter, reconuenit ciuiliter ſuũ accuſatorem, nunquid hoc facere poteſt? Marant. in d. pract. par. 4. diſt. 6. nu. 76. verſ. ſecũdum membrum, dicit, quod non, tum per tex. l. fin. C. de ord. iud. tum etiam per diſpoſitionem d. prag. quæ prohibet per quamuis viam accuſatorem in iudicio euocari: tu autem teneto contrarium. Primo per Rit. infra 197. & per d. c. Regn. iniunxit vbi reaccuſatio prohibetur in crimine in quo non poteſt interuenire procurator, ergo pro crimine vbi interuenire poteſt, locum habet reconuentio, & ſi pro crimine, multo magis pro cauſa ciuili. Secundo, per d. prag. ibi ciuiles, ac etiam emanantes, &c. vbi hoc expreſſe videtur eſſe permiſſum nõ obſtan. l. fin. præalleg. quia per conſt. Regni ſi ciuiliter agens, eſt correcta, vt gl. & Iſer. ibi dicunt. Non etiam obſtant verba d. prag. dicentia per quamuis viam, quia intelliguntur quod pro crimine publico, vel priuato, vt ſupra dixerat, non poſſit accuſator per quamuis viam in iudicium euocari, non autem trahi debent ad alias cauſas, quam in text. ibi expreſſas. Et tandem non obſtat, quod accuſans non elegit ſibi illum iudicem ſponte, ſed ex neceſſitate propter iniuriam ſibi factam, propter quod non eſſet conueniens ibi reconueniri, iuxta ea quæ not. Bar. in auth. & conſequenter, col. 3. C. de ſent. & Abb. in c. 1. col. 12. in fi. extra de mut. petit. quoniam quod dixi de reconuentione, intelligo dum tamen ille iudex ſit alias cõpetens illius, qui primo accuſauit criminaliter, & nunc reconuenitur ciuiliter, aliàs ſecus eſſet, & reconuentio prohibita eſſet, non ideo quia accuſator primo Curiã adiuit, vt videbatur velle Marant. ſed quia coram iudice incompetenti conuenitur, quod etiam Marant. ſentire videtur in loco præalleg.

¶ Quarto quæro, nunquid reaccuſatio hodie licita erit contra nepotes primi accuſatoris, ad inſtantiam ipſius accuſati, vel ſuorum nepotum? videtur prima facie dicendum quod ſic, eo quia quod dixerat iſte Rit. de nepotibus per d. pragm. fuit omiſſum, & ita audiui aliquos tenere. Sed contrarium eſt verius, quia Rit. noſter ideo expreſſit nepotes, & neptes, quia prohibuit reaccuſari filios, quorum appellatione non veniunt nepotes regulariter, §. fin. inſt. qui teſta. tuto. dar. poſſ. l. quid ſi nepotes, ff. de teſt. tute. & l. ſed & milites, in fi. princ. cum ſi. ff. de excuſ. tut. quod latius proſequere cum Alciat. in l. liberorum appellatione, de verb. ſign. dicta vero prag. liberos reaccuſari prohibuit per accuſatum etiam ad inſtantiam liberorum ipſius accuſati, quorum appellatione cum veniant nepotes, & pronepotes, & cæteri, vt patet in dd. iuribus, & latius in d. l. liberorum, vbi plene Alciat. non fuit neceſſarium exprimere nepotes, & neptes, & ita teneas. Salerni, die 20. Nouembris. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXCIIII.

ITem quod nullus clericus in ipſis Curijs, & qualibet ipſarum admittatur ad accuſandum aliquem de aliquo crimine, etiam ſi citra pœnam ſanguinis accuſauerit, niſi ſuam, ſuorumque iniuriam proſequatur: verũtamen admittatur ad denunciandum cum obligatione pœnali facta per laicum pro parte ipſius clerici.

SVMMARIVM.

1 *Antiquitus qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequebatur, ad talionis pœnam ſe ſubſcribebat.*

2 *Obligatio ad certam pœnam, iniuriam proſequentibus derogata eſt, ſucceſſitq; in eius locum cautio de expenſis in caſu ſuccumbentiæ.*

3 *Data cautione de expenſis per accuſatorem in caſu ſuccumbentiæ, in principali cauſa non, ſed in ipſius deſertione ſuccumbit, an fideiuſſor teneatur?*

SVperioribus Rit. 191. & 192. prohibitũ fuit laicis accuſare, vel denunciare pro crimine in quo ſuam, vel ſuorum iniuriam non proſequerentur, vt ibi latius diximus, verum, quia loquendo tantũ de laicis, dubitari poterat, quod non procederent in clericis, Rit. noſter hanc dubitationem tollendo, quod dixerat de laicis, prohibet etiã in clericis, quod not. ¶ Not. ibi verumtamen, quod licet clerici admittantur ad accuſandũ, vel denunciandum quando ſuam, vel ſuorũ iniuriam proſequuntur, tamen illud intelligitur dũmodo laicus ſe obliget pro ipſo clerico ad certam pœnam, caſu quo clericus non probaret, vel concordaret ſine licentia curiæ, vt dicit alius Rit. infra 200. qui concordat cum iſto. Ex quo ſequitur quid etiam qui ſuã, vel ſuorũ iniuriã proſequitur, debet ad dictã pœnã ſe obligare, † quẽadmodum antiquitus ſe inſcribebat ad pœnã talionis etiam ille, qui ſuam, vel ſuorum iniuriã proſequebatur, vt dicit tex. in terminis in l. ſi crimen, C. qui accuſ. nõ poſſ. & Luc. de Pen. in l. 2. col. 3. verſ. ſed quæro, C. in quib. cau. colon. capi. cenſi. lib. 11. licet Luc. ibid. diſputando iſtam queſt. a d. l. deciſam, illũ tex. non alleget, ſed c. tuæ. extra de proc. & mirandum eſt profecto, quod gl. in auth. quom. oport. Epiſ. in §. licentiam. ſuper ver. vniuerſis. aliter firmare videatur, niſi eam ſaluando, dixeris, quod eius intentio ibi fuerit in illo caſu ſpeciali ratione religionis conſeruandæ, illud affirmare, & nõ

2 aliter, ne cõtra tex. loqui videretur. † Hodie iſta obligatio ad certam pœnam non eſt in vſu, nedũ in clericis accuſantibus, ſed nec etiam in laicis, vt dicã latius infra Rit. 199. & Rit. 200. vbi te remitto, ſed ſolũ datur cautio de expẽſis in caſu ſuccũbentiæ, parte petente iuxta iuris cõmunis diſpoſitionẽ in auth. generaliter, C. de Epiſ. & cler. in aut. de litigio. §. ad excludendas, vt not. etiã Maran. in pract. par. 6.

3 membro 8. nu. 16. in nouis. ¶ † Iuxta præfata, pone quod fuit data per accuſatorẽ cautio de expẽſis in caſu ſuccumbentiæ, & demũ non ſuccubuit ſuper cauſa principali, ſed ſuper deſertione ipſius, nunquid teneatur fideiuſſor? Bald. quem etiã refert Maran. vbi ſupra nu. 17. conſ. 106. proponitur vol. 2. ſatis pulchre, & nota. dicit, quod nõ, quia debet intelligi de ſuccumbentia in cauſa principali. Salerni, die 21. Nouemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXCV.

ITem, quod nullus laicus admittatur per ipſam Curiam, tanquam vnus de populo ad accuſandum de aliquo crimine, niſi ſuam ſuorumque iniuriam proſequatur.

Dixi de hoc Rit. ſupra in Rit. 191. cum quo, & cum ſeq. 192. duplicatur ad literam.

RITVS CXCVI.

ITem, quod nullus admittatur per ipſam Curiam ad accuſãdum aliquem de vſuraria prauitate, vel ad denunciandum, niſi cum obligatione pœnali, & aduocatus, & procurator dictæ Curiæ procedunt contra dictũ denunciatum ad priuationem bonorum omnium, ita quod eius obligatio fiat in bona forma iudicis officio reſeruata.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus quis, & qualiter admittatur in crimine vſurarum.*

2 *Accuſare an, & quomodo quis poſſit vſurarium manifeſtum.*

3 *Crimina in iudicium quot modis deducantur.*

4 *Accuſans in crimine vſurarum qualiter ſe debeat obligare ad pœnam.*

5 *Vſurariorum pœna qualis ſit.*

Not. 1.

Digitized by Google

1 NOt. 1. † ex hoc Rit. ꝑ licet in crimine vſurarum per conſt. Regn. vſurariorum, quilibet admittebatur ad accuſandũ, vel denunciandũ, tamen hodie per hunc Rit. talis facultas eſt coarctata, vt tunc demum admittatur, cum ſe obligat ad certam pœnã, & ſuã iniuriã proſequitur, vel ſuorũ iuxta diſpoſitionẽ Rit. 191. 192. & 195. verũ iſte Rit. corrigitur per aliũ infra 237. dũ ibi ordinatur neminẽ admitti ad denunciandũ in hoc crimine, ſed ſolũ ad accuſandum, & agendum via ordinaria. Adeo, quòd hodie per illũ Rit. 237. non aliter in crimine vſurarum procedi poteſt, quã ſi accuſator exiſtat, vt dicunt Pari. in tract. ſynd. in verſ. inquiſitio circa finem verſ. & hodie, Affl. in d. conſt. nu. 36. & Marant. in pract. par. 6. in verſ. inquiſitio, verſ. venio nũ. 126. in nouis. ſubdentes præfati Doct. ibidẽ, ꝑ per eũd. Rit. d. conſt. corrigitur, & verũ eſt, quia ſtante eius diſpoſitione, nedum nemo admittitur ad denũciandũ, ſed nec etiã Curia procedit, niſi vbi extat ordinaria accuſatio, ſed vt dixi per hũc Rit. coarctatur tantũ d. conſt. & nõ corrigitur, quia nullum verbũ hic de facultate procedendi ex officio; bene tamen fateor, ꝑ d. conſt. in quantũ faciebat illud crimen publicũ, ita quod quilibet de populo poſſet accuſare, eſt correcta per alios Rit. prælleg. volẽtes neminẽ admitti ad accuſandum pro aliquo crimine, niſi ſuam, vel ſuorũ iniuriã proſequatur, & quoad poteſtatem procedẽdi in eo ex officio vltra d. Rit. 237. eſt etiã correcta per c. Regn. vt delata, per quod inquiſitio permittitur ſolũ vbi venit imponenda pena mortis naturalis, ciuilis, vel abſciſſionis mẽbri, vt ibi.
2 Limita † hũc Ritum non procedere in vſurarijs manifeſtis, quoniam, vt expreſſe dicit Regia prag. vſurarũ voraginẽ, in tit. de vſur. c. Reg. & Rit. Magnæ Curiæ, tales vſurarios nõ comprehendit, vt etiam dixi ſupra in Rit. 20. Sed dicet aliquis, poſtquã verba dictæ prag. quæ facit mentionem de Rit. Magnæ Curiæ, intelligis, & refers ad hunc Rit. ergo ſequitur, quod d. Rit. 191. cũ ſimi. remanet firmus etiã in vſurario manifeſto, & ſic tunc demum admittitur quis ad accuſandum vſurariũ manifeſtum ſine dicta obligatione, cum ſuam, vel ſuorũ iniuriam proſequitur? quidam ad euitandum iſtud, dicebant, ꝑ verba d. prag. dum faciunt mentionem de Ritu Magnæ Curiæ, debent intelligi de d. Rit. 191. & nõ de iſto, vt ſit ſenſus, quod vſurarius manifeſtus poteſt à quocunque accuſari, etiã ſi ſuam iniuriam non proſequatur, nec obligatio ad pœnam requiritur, quia vſu non ſeruatur. Sed iſtud dictum non eſt verum, quia d. prag. referri debet ad Rit. in quo fit mẽtio de vſurarijs, prout eſt Rit. noſter, & non ad dictum Rit. 101. in quo nullum verbũ de eis, & quoad illationẽ præfatam, quæ propterea inferebatur, dico, ꝑ vſurarius manifeſtus à quocunque, etiam nõ proſequente ſuã iniuriam poteſt accuſari, vel denunciari, non obſtante d. Rit. 191. quia præalleg. prag. ordinat, quod in vſurarijs manifeſtis ſeruetur conſt. Regn. vſurariorum, quæ expreſſe permittit in crimine vſuræ accuſari, vel denunciari, etiam ab ijs, qui eorum damnum, vel iniuriam non proſequuntur, quæ not. pro intellectu d. prag.

3 ¶ Secundo † not. ibi, accuſandum, vel denunciandum, duos modos deducendi crimina in iudicio, vnum ordinarium, quod eſt per accuſationem, alium extraordinarium, per denunciationem. Tertius modus eſt per exceptionem, & quartus per inquiſitionem, vt ponit pulchrè tex. cum gl. in verſ. tribus, in cap. ſuper his, de accuſ. & Iodocus in ſua
4 pract. crim. c. 4. Tertio † not. ibi, cum obligatione pœnali, ꝑ denuncians, vel accuſans in crimine vſurarum, debet ſe obligare ad pœnã: ſed quid debet cõtinere talis obligatio, & quomodo ſeruetur dicam inf. in Rit. 199. vide ibi plenè.
5 Quarto † not. ibi, ad priuationẽ omnium bonorum, ꝑ pena vſurariorum eſt publicatio bonorum, vt plene habetur in conſtit. Reg. vſurariorum, & dixi ſupra in Rit. 21. vbi latius vide. Die 21. Nouemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CXCVII.

ITem ſeruat ipſa curia, ꝑ accuſator, qui prius curiam adiuerit, non poſſit ipſa accuſatione pendẽte, in aliqua curia de aliquo crimine, in quo non poteſt interuenire procurator, accuſari, vel denunciari, dũ tamen ſit paratus in dicta curia reſpõdere pro denũciationibus, vel accuſationibus quibuſcũque (accuſatione durante) & nihilominus fideiuſſoria cautione cauere, quod (accuſatione finita) reſpondeat accuſationibus, vel denũciationibus coram quocunque iudice competenti.

¶ Plene dixi de hoc Rit. ſupra in Ritu 193. & ideo de eius materia vide ibi dicta, ne idem repetam.

RITVS CXCVIII.

ITem ſeruat ipſa curia, ꝑ vbicunque in termino, qui dicitur peremptorius, ad dictã curiam veniendum, vſque per totum diem talem, menſis talis, huius anni, talis indict. ſicut fit in principali termino, qui datur ad probãdum, in tota cauſa, & in termino repulſæ, & in termino cuiuslibet publicationis cauſæ, tam primæ, quã publicationis repulſæ, quam publicationis reſponſionis, quam termini ſuper aliqua petitione beneficij, &c. quæ quidem verba, ſcilicet peremptorius ad dictã curiam veniendum, & cum ponuntur vbi datur aliquis terminus ad aliquid faciendum, tunc accuſatus criminaliter ſi illo die vltimo termini non cõpareat, & accuſator compareat, vel coadiutor, ſeu aduocatus fiſci, ſi eſt ex officio accuſatus, contra dictum accuſatum, vel inquiſitum contumacia accuſatur, & ſequenti die ad petitionem dicti accuſatoris, vel aduocati fiſci, poteſt idem accuſatus, vel inquiſitus condemnari ad pœnam fideiuſsionis, & banniri, & fideiuſſor condemnatur ad pœnam fideiuſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Dilationes expectatoriæ ad veniendum, vim peremptorij regulariter non habent.*

2 *Dilationes ad probandum datæ, peremptoriæ intelliguntur etſi non ſit dictum.*

3 *Accuſator comparere in termino, ſicut accuſatus tenetur, contumaciamque accuſare.*

ISte Ritus eſt aliquantulũ intricatus, in effectu tamen dicit hoc, quod ſi citatus ad veniendũ, & ſe præſentãdum ad Curiã infra terminum (qui perẽptorius dicitur) puta, vſque, & per totum talẽ diem (prout fit in alijs terminis hic enumeratis) non cõparet vltima die termini, ſed cõparet accuſator, vel procurator fiſcalis, ſi ex officio proceditur, accuſatur cõtumacia, & ſequenti die tali citatus ad prædictorum inſtantiam poteſt condemnari ad pœnam fideiuſſionis, & banniri, & fideiuſſor ad pœnam fideiuſſionis.

¶ Not. 1. in princ. Rit. ibi qui peremptorius dicitur, & ibi quæ quidem verba, quòd quando datur dilatio, ſiue terminus ad veniendum ad curiam, vel aliquid faciendum debet ipſe terminus dici peremptorius, hoc eſt in ipſo termino debet poni verbum peremptoriè. Quoad primum, circa terminum, qui datur ad veniendum, concordat cũ his. quæ not. per Bart. in l. ſi finita. §. Iulianus, nu. 9. verſ. ſed in dilationibus, ff. de dam. infect. in l. fin. num. 12. ff. de ſer. & in l.
1 ceſſante, nu. 6. C. quom. & quando iudex, † vbi dicit, quòd dilationes expectatoriæ ad veniendũ, regulariter non habẽt vim peremptorij, niſi dicatur illud verbum perẽptoriè, vel æquipollens. Quoad ſecundũ cũ datur terminus, ad aliquid faciendũ, puta ad probandum in cauſa principali, vel
2 repulſa, contrariatur not. per Bart. in loc. præalleg. † vbi dicit,

dicit,quod dilationes,quæ dantur ad probandũ,omnes intelligũtur peremptoriæ etiam ſi dictũ non fuerit.Idẽ Spec. in tit.de dila.§.1.nu.3.ver.& not.& §.videndum,nu.3.ver. quidam.Ang.in d.l.fin.& Affl.in conſt.Regn.ſi quẽ noſtrorum,7.not.nu.12.In pract.ſeruatur primum,& in omnibus dilationibus expectatorijs comuniter,& indiſtincte apponitur peremptoriũ , & ideo videmus,quòd cũ aliquis citatur ad ſe præſentãdũ in curia pro tali fideiuſſione præſtita, vel tali cauſa,aut ad ſoluendũ,vel aliud faciendũ,& ſi ſenſerit ſe grauatum infra talem terminũ compareat , ſemper in citatione ipſa dicitur peremptoriè. Secundũ vero de dilationibus probatorijs non ſeruatur , & nullibi reperies,ꝙ actuarius dicat illud verbum peremptoriè in terminis, qui dantur in cauſis ad probãdũ,& ideo bene dicit Bar.in d.§. Iulianus,quod non oportet quod actuarius hoc dicat,cum intelligatur .

3 ¶ † Secundo not.ibi,& accuſator compareat,ꝙ accuſator tenetur ſicut accuſatus,comparere in termino,& cõtumaciam accuſare,alias actore non cõparente,reo non imputatur,l.2.in fi.ff.ſi quis in ius vocat non ier.l.arbiter Calendis,ff.de arbitr.l.properandũ,§.& ſiquidẽ,C.de iud.& not. per Bart.in d.§.Iulianus,nu.10.intellige niſi etiã ad fiſci inſtantiã procedatur , quoniam tunc licet actor non compareat,reo non cõparente,procurator fiſcalis accuſat contumaciam,& fit condemnatio,vt Rit. noſter etiã ſentit,& ita ſeruatur,adeo ꝙ fere omnes citationes criminales, aut dicunt ad inſtantiã procuratoris fiſcalis,vel coadiutoris talis curiæ tantũ,aut ſi adeſt etiã pars querelans,dicitur,& talis partis querelantis, quod not. An autẽ teneatur etiã accuſator licentiã,à iudice petere?vide,quæ dicã infr.in Rit.218.

¶ Tertio no.in fi.Rit.ibi,& ſequenti die, ꝙ accuſata contumacia vltima die termini dati ſequẽti die poteſt citatus, & fideiuſſor condemnari ad pœnã fideiuſſionis.Idem dicitur ſupra in Rit.94.ſed vt ibi dixi, hodie aliter ſeruatur,& accuſata prima cõtumacia, expectatur triduum,& demum ſequenti die fit condemnatio,quibus adde Affl.in conſt.accuſatorum,nu.6.verſ.quid autem,vbi dicit , ꝙ ex generali conſuetudine,de æquitate expectatur triduum , & ita practicatur . Salerni,die 23.Nouẽb.1559.Proſper Carauita .

R I T V S   C X C I X.

ITem ſeruat ipſa Curia non recipere denũciationem aliquam , niſi denuncians ſe obliget ad certam pœnam de probando ipſam denunciationem , & non concordari cum denunciato ſine licentia curię,deinde curia procedit ad dationem capitulorum.

S V M M A R I V M.

1 *Denunciator, ſicut accuſator tenetur inſiſtere .*

2 *Denuncians in iudicio crimina, ad certam pœnam ſe obligabit . Et talis obligatio vtrum in locum talionis , vel inſcriptionis ſucceſſerit ?*

3 *Maleficia, contra iuris diſpoſitionem, impunita eſſe non debent .*

4 *Conſuetudo quando excuſat .*

5 *Denunciante aliquo , non voluntariè , ſed coactè vigore ſui officij , nunquid ad certam pœnam obligatio ſit neceſſaria ?*

6 *Differentia inter accuſatorem , & denunciatorem , remiſſiuè .*

QVoniam ſuperiore Rit.194.dictũ fuerat,quod accuſatio,vel denunciatio clerici non reciperetur, abſque obligatione ad certam pœnã , & in accuſatione,vel denunciatione facienda per laicos , nihil dictum fuerat de tali obligatione,niſi in vno caſu tantũ,quãdo accuſaretur crimen vſurarũ,vt patet ex Rit.ſupra 169.Ritus noſter plenius hoc diſponendo,ordinat, quòd nulla denũciatio recipiatur abſque obligatione ad certam pęnam de probando denunciationem,& non ſe concordando ſine li-

1 centia curiæ,† & ratio eſt, quia denũciator ſicut accuſator tenetur inſiſtere,l.res quæ,§.fin.ff. de iur.fiſ. & licet Iodocus in pract.de denũciationibus c.6. nu.10. aliter dicat intelligi debet de denunciante vigore officij, non autem voluntariè,vt infra dicam.

2 ¶ † Not.1.ex hoc Rit. ꝙ denũciantes crimina in iudicio, debent ſe obligare ſub certa pœna,puta, pecuniaria arbitrio Curiæ,vt dicit Affl.in conſt.præſenti lege ſancimus, in princ.quæ obligatio erit de probando crimen denunciatũ, & non ſe concordãdo ſine licentia , & in hoc cõcordat cũ alio Rit.ſupra 47.vbi tetigi in 2.no. & cũ conſt.Reg.pęnã calumniæ,vbi Affl.in 2.not.allegat hunc Rit.verũ illa conſtit.generalius loquitur,tã de denũciantibus, quàm de accuſantibus.iſta obligatio ad certã pœnã,vt Affl.dicit in d. conſt.3.not. ſucceſſit in locũ inſcriptionis ad pœnã talionis,quæ antiquitus de iure cõmuni ſeruabatur , vt patet ex l.fi.C de accuſ.c.ſuper his,de accuſ.& c.tuę.de procur.ego vero dico, ꝙ ſucceſſit in locum ipſius pœnæ talionis.ratio eſt,quia ante hunc Rit.& conſt.inſcriptio ipſa ad dictã pęnã talionis de generali conſuetudine ſublata erat , vt dicit gl.in l.2. in ver. periculi. ibi nos dicimus , C. de fid. inſtr. Spec.in tit.de accuſ.§.viſo.verſ.item, quòd non recte.Bar. in l.ſi cui in princ. & in l.libellorum , ff.de accuſ. Salyc.in auth.ſed nouo iure,C.de adult.Ang.in l.qui crimen,C.qui accuſ.nõ poſ.Arct.in tract.maleſi. in verſ.ad querelã Titij. nu.5.Gand.in tit.qualiter fiat accuſ.nu.6.verſ.hodie vero, Affl.in d.cõſt.& Iodocus in ſua pract.crimin.c.5.nu.5.quia ſi talis inſcriptio eſſet in vſu,pauci homines inuenirentur, qui ſe vellent ad talẽ pœnã obligare,vt dicit Spec.in tit.de accuſ.§.viſo,in fi.Fel.in d.c.ſuper his,col.3.de accuſ. Gandi.& Iodocus in loc.prænalleg.& Affl. in d.conſt. præſenti lege , in princ.ratio eſt , quia poſſet reus abſolui , vel quia maleficiũ non eſſet plene probatum,vel propter imperitiã

3 iudicantis,aut aduocati,& ſic timore inſcriptionis † multa maleficia remanerent impunita,contra diſpoſitionem l.ita vulneratus,cum ſimi.ff.ad l.Aquil.verũ licet ipſa inſcriptio eſſet ſublata,pœna talionis adhuc erat in vſu reo abſoluto, vt dicit gl.in d.l.2.C.de fid. inſtr. Albe. in d.l.fin. C.de accuſ.& Affl.in præalleg.conſt.& ideo ad eã tollendã,adinuenta fuit obligatio ad pœnã certam arbitrio curiæ ; ſaluando tamen id,quod Affl.dixit,poteſt dici, ꝙ iſta obligatio ſucceſſit in locũ inſcriptionis, non ꝙ per iſtam obligationem ſit ſublata inſcriptio,quæ antea erat ſublata,& nõ erat in vſu , ſed ꝙ ſicut antiquitus accuſantes ſe ſubſcribebant in libello ad pœnã talionis, ita hodie ſe ſubſcribebãt ad certã aliam pœnam, & hoc voluit ipſe dicere . Sed illa ratio,quæ fecit ab vſu recedere inſcriptionem,eadem etiã fecit ceſſare obligationem,de qua in hoc Rit.& de cõſt.fit mentio , & ideo in hoc Regno etiã talis obligatio receſſit ab aula,vt libentius maleficia accuſentur,vel denunciẽtur, & ita ſeruatur , & etiã tempore Affl. ſeruabatur, vt patet ex his,quæ ſcribit in conſt.Reg.peſſimam in 2.not.vbi allegando hunc Rit.inuehit cõtra iudices,qui accuſantes, & denunciantes admittunt abſq; dicta obligatione,dicens, ꝙ abſoluto reo , ipſi iudices teneri deberent in ſyndicatu ad pœnam ad quã accuſantes obligare non fecerunt, & quod procuratores fiſcales,qui ab eis talẽ pœnam non peterent,

4 poſſent de negligentia redargui,† quia conſuetudo contra d.conſt.pœnam calumniæ non excuſat, per tex.in §.fin.in prooem.conſt.Regni, ſed quicquid dicat, ſeruatur vt dixi. Bene tamen verum eſt,quod parte accuſata petẽte,præſtatur cautio ab accuſante de expenſis in caſu ſuccumbentiæ, vt etiã dixi ſupra in Rit.194.nu.11. & ita quotidie practicatur,& ſi pars non inſtat,non cogitur ad eam, quod nota.

5 ¶ † Quæro,pone ꝙ denunciatio fieret per aliquẽ,qui non volũtariè denũciat,ſed coacte vigore ſui officij, prout antiquitus fiebat,quãdo certi officiales deputabãtur, l.ea quidẽ,cũ gl.C.de accuſ. & hodie in aliquibus curijs ſeruatur, ꝙ iurati,aut alij earũ ſeruiẽtes hoc faciũt,nũquid talis obligatio neceſſaria erit?Breuiter dicas,ꝙ non,quia nec ẽt requirebatur in eis inſcriptio ad pœnã talionis de iure cõi ,

Digitized by Google

vt dicit Cępol.conſi.crimin. 17.nu. 8. & ſi dicatur, quod illud ideo erat, quia de iure communi inſcriptio non requirebatur in denunciante: ſed ſolum in accuſante, vt
6 probat text. in cap. ſuper his, de accuſa. † per quod conſtituebatur differentia inter accuſatorem, & denunciatorem, vt dicit Bald.in l.edita.C.de eden. Salyc. in d.l. ea quidem, q.8.num.17.C.de accuſ.& Iodoc. in pract. de denuncia.c.6.nu.9.& cum hodie per hunc Rit.accuſator, & denunciator iudicentur ad paria, ceſſat fundamentum iuris communis: reſpondetur, quod iſte Rit.qui etiam à denunciatore requirit obligationem ad certam pęnā, debet intelligi de eo denunciatore, qui voluntariè denunciat, adeo quod ſuper ipſa denunciatione habeat procedi, non autem de eo, qui coactè, quia tunc non proceditur ſuper illa denunciatione, ſed per eam proceditur ad inquiſitionem, vt not. Salyc. in d.l. ea quidem quæſt. 23.num.26.& quod de tali denunciante debeat intelligi, patet, quia debet ſe obligare de probando, quod quidem niſi competit denunciantibus vigore officij, & licet Ritus dicat, quod nulla denunciatio, &c. tamen debet intelligi nulla, de his, quę voluntariè fiunt, vt ſuper eis procedatur. Sed iſta quæſt. in hoc Regno ſtante obſeruantia, de qua ſupra dixi, non eſt neceſſaria. Die 25.Nouembris 1559. Proſper Carauita.

RITVS CC.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod quando aliquis clericus denunciat aliquem, debet dare aliquos fideiuſſores, qui ſe obligent, in caſu quo ipſe clericus abſque licentia Curiæ, ſe concordaret cum parte, vel non probaret dictam denunciationem, ideſt pœnæ, ad quam tenetur clericus, qui non probat, vel concordat ſe cum parte ſine licentia Curiæ memoratæ, nec obligat ſe clericus, quia non poteſt coram iudice ſeculari; ſed alij pro eo obligantur, non in modum fideiuſſorum; ſed obligant ſe voluntariè prædictis: aliquando eſt miſerabilis perſona, vel eccleſiaſtica, & recipitur denunciatio ſine aliqua obligatione.

SVMMARIVM.

1 *Actor in principio litis de expenſis, in caſu ſuccumbētiæ cauere tenetur.*

2 *Clerici in foro ſecularis iudicis ad pœnam nullo modo ſe ſubmittere poſſunt.*

3 *Practica quomodo fideiubens pro clerico formaliter ſe obligare debet, cum ratione.*

4 *Fideiuſſores accedere non poſſunt, vbi ſaltim nulla eſt obligatio.*

5 *Filiusfamilias ciuiliter, & naturaliter obligatur, habet tamen exceptionem.*

ISte Ritus tractat de fideiuſſore, quem clericus denuncians debet præſtare, vt ſe obliget ad certam pœnam, caſu quo ipſe clericus non probaret, vel ſine licentia Curiæ concordaret. Sed quia hoc idem diſponitur in Ritu 194. vbi etiam dixi, pauca erunt in hoc Ritu dicenda. Id tantum repeto, quod etiam ibi dixi, quod iſta obligatio ad certam pœnam non eſt in vſu, ſed ſolum parte inquiſita petente, clericus præſtat fideiuſſionem de expenſis in caſu
1 ſuccumbentiæ, prout de iure † quilibet actor in principio litis præſtare tenetur, per auth. generaliter, C.de epiſc.& cler. vt in d.Rit. etiam dixi.

2 ¶ † Not.ibi, quia non poteſt, ꝙ clerici non poſſunt ſe obligare ad pęnam corā iudice ſeculari, quia cum is in eos nullam habeat iuriſdictionem, eius iudicio, & foro nullo modo poſſunt ſe ſubmittere etiam voluntariè, & cum iuramento, c.ſi diligenti, de for.compet. nec tacitè, nec expreſsè, vt Glo.ibi dicit in ver.manifeſtè, in fi.& ſi ſecus fieret factum non valeret, nec teneret, c.at ſi clerici, cum cōcord.ibi traditis per glo.de iudi.

3 ¶ † Secundo not.ibi, nō in modum fideiuſſorum, quòd quando in iudicio ſeculari aliquis vult fideiubere pro clerico, non debet ſcribi in modum fideiuſſoris, quaſi dicat, non debet ſcribi, quod talis clericus ſe obligauit ad eandem pœnam, & ad maiorem ſecuritatem poſuit talem fideiuſſorem, prout communiter ſcribitur, quando capiuntur fideiuſſores. Sed debet ſcribi in modum voluntariæ obligationis, ſcribendo hoc modo, quod conſtitutus penes acta Curiæ talis laicus, ſe obligauit ſoluere talem pœnam, caſu quo talis clericus ſuam accuſationem non probauerit, aut ſe concordauerit, vel quia hodie tales obligationes non fiunt, qualiter ſe obligauit ſoluere expenſas in caſu ſuccumbentiæ ipſius clerici, pro quibus obſeruandis obligat ſe ipſum, & eius bona omnia, quæ bene not.cum fueris iudex, & habebis actuarium imperitum. Ratio quare non debet ſcribi in modum fideiuſſorum eſt, quia obligatio eorum accederet obligationi illius clerici, quæ cum coram laico non valeat, vt dixi in 1.notab.nullam obligationem parit, iure canoni.reſiſtente in dictis cap.& ex conſequenti, neque ciuilem, neque naturalem, l.iubemus, & authen. hoc ius porrectum, C.de ſacroſan.eccleſ. l.quemadmodum, C.de agric.& cenſit.l.b. 11.nor.per Bario.in l.cum lex, colum.3. verſ. ſed iuxta præfata, ff.de fideiuſſ.& Grat.conſi.15.nu.30.& 31.vol.1.
4 & ideo nec etiam ipſi fideiuſſores tenerentur, † tum quia non poſſunt accedere, vbi ſaltim naturalis obligatio non adeſt, l.fideiuſſor obligari, §.fideiuſſor, ff.de fideiuſſo. tum etiam, quia cum principalis cauſa non conſiſtit, nec ea, quæ ſequuntur locum habent, l.cum principalis, ff.de reg. iur.& in potioribus terminis probatur in l. ſed ſi, §. non ſolum, ff.ad Maced. vbi fideiuſſori in contractu filijfamil. ſubuenitur ex illo edicto, quia ſi ipſe teneretur, haberet
5 recurſum ad filiumfam. † & nihilominus filiusfam. ciuiliter, & naturaliter obligatur de iure communi, licet exceptionem habeat, l.cum ibi not. in verſ. petitio, ff.ad Maced. vt dixi aliàs in pragm. filiorumfam. incip. per excellētem, §.17.& acta non teneantur, num.35. cum ſeq. in tit.de Senatuſconſul. Macedon.

¶ Tertiò nota.in fin.Rit.ibi, aliquando, quod perſonæ miſerabiles, & eccleſiaſticæ accuſantes, vel denunciantes ſint, recipiuntur ſine obligat. ad pœnam ſi non probauerint, quod not.inter alia priuilegia, quæ iſtis perſonis conceduntur, de quibus late dixi ſupra in Ritu 19 ſed dicet aliquis, ergo clericus non eſt perſona eccleſiaſtica: poſtquam in eodem Ritu dictum fuit ſupra, quod clericus non admittitur, niſi cum obligatione facienda per fideiuſſores eius nomine, tu autem reſpondendo dicas, quod iſte Ritus antiquitus erat idem cum præcedenti, quo ſic ſtante, quia poſita fuerat regula, quod nulla denunciatio admitteretur ſine obligatione prædicta, & quòd quando denuncians eſſet clericus, alij fideiuberent pro eo, ad pręſens in ſing. ipſius ponit limita. dicens, quod aliquando remittitur talis obligatio perſonæ miſerabilis, & eccleſiaſticæ, non quod velit dicere, quod clericus non ſit perſona eccleſiaſtica, ſed quod aliquando dicta obligatio ſibi, vt perſonæ miſerabili remittitur, & iſtud aliquando, hodie eſt ſemper, vt dixi ſupra in principio Rit. non ſunt hic alia. Eboli, die 25. Nouembris 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCI.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod quando venit aliquis, qui ſit filiusfamilias, & vult denunciare aliquem, non recipit denunciationem, niſi cum obligatione, vt ſupra, cui obligationi pater conſentiat, vel niſi conſtet Curiæ, quod habeat de bonis alijs, de quibus poſſit ſolui dicta pœna,

Digitized by Google

vt puta bona caſtrenſia, in actu armorum, quæſi-
ta, vel quaſi caſtrenſia, vt id, quod lucratur aduo-
a catus, & procurator *a* filiusfamilias ex indu-
ſtria, cui ſimiliter obligationi non aſſentiet pa-
ter. Et niſi ſit aliquis, qui ſe ſpontè obliget, non
per modum fideiuſſoris, ſed principaliter de
ſoluenda dicta pœna, in caſu quo non probaue-
rit, vel concordauerit ſe ſine licentia Curiæ cum
denunciato.

A D D I T I O.

a Aduocatus, & Procurator. Adde, ꝙ ex hoc Rit. apertiſ-
ſimè probatur, quod id, quod acquirit procurator in iu-
dicio, dicitur peculium quaſi caſtrenſe. Itaque conſuluit
Alex. conſ. 2. 6. vol. vide tamen omnino Bar. in l. fin. C. de
ſilentiar. Bal. in l. forum, C. de aduoc. diuer. iud. eundem in
§. ſi C. de inoff. teſt. & in l. cum oportet, nu. 16. C. de bon.
quę libe. de notario verò, ꝙ ſimiliter dicatur habere quaſi
caſtrenſe peculium, vide Speculator. tit. de actore nu. 23.
vbi & de aduocatis, & alijs. C. P.

S V M M A R I V M.

1 *Filiusfamilias in bonis caſtrenſibus patris vice fun-
gitur.*
2 *Filiusfamil. de bonis caſtrenſibus, & quaſi, ſine patris
conſenſu diſponere poteſt.*
3 *Caſtrenſe peculium, quod dicatur, quod vel quaſi ca-
ſtrenſe.*
4 *Aduocati antiquitus ſtipendia à publico percipiebant,
erantque matriculati.*
5 *Filiusfamilias ſi in iudicio pro criminali cauſa erit ac-
cuſans, vel accuſatus, num patris conſenſus requi-
ratur?*
6 *Pater in bonis filij, in quibus ei vſusfructus non acquiri-
tur, non erit legitimus adminiſtrator.*
7 *In minore, tutoris, vel curatoris authoritas eſt neceſ-
ſaria.*

ISte Ritus ſecundum communem literam, quæ in om-
nibus Ritibus habetur, eſt valde intricatus, nam pri-
mo dicit, quòd filiusfamilias denuncians non admittitur,
niſi ſe obliget ad pœnam, de qua ſupra in Ritu 199. di-
ctum fuit; dummodo tali obligationi aſſentiat pater, de-
mum dicendo, vel niſi, videtur velle ponere alium caſum,
in quo admittitur denunciatio filijfamilias ſine illa obli-
gatione, quia alias illud aduerbium vel, non bene ſtaret,
& tamen poſtmodum dicit, cui ſimiliter obligationi aſſen
tiat pater, ſentiēdo propterea, quod etiam quando habet
caſtrenſia, vel quaſi, debet ſe obligare, & cum conſenſu
patris. Ex quo ſequitur, quod illa conſideratio de bonis
caſtrenſibus, vel quaſi parum ſeruit, poſtquam etiam tunc
debet ſe obligare cum conſenſu patris, & ideo ego indu-
bitanter puto, quòd litera ſit deprauata in duobus locis.
Primo, quod illud vel, ſit ſuperfluum. Secundo, quod vbi
dicitur, cui ſimiliter obligationi aſſentiat pater, deficiat
vna negatiua, & quod velit dicere, non aſſentiat, & ita
intelligendo, Rit. erit planus, & abſque difficultate.

¶ Not. igitur primo ex hoc Ritu, ſecundum literam
per me poſitam, quòd filiusfamilias denuncians non ad-
mittitur ſine dicta obligatione ad certam pœnam, ita
quod ipſi obligationi conſentiat pater, ratio quare con-
ſenſus patris in obligatione requiritur, eſt, quia cum ſit
filiusfamilias, & quicquid acquirat, ſit patris, talis obliga-
tio ſine eius conſenſu, parum ſeruiret, quia non extarent
bona; ex quibus pœna exigi poſſet. Limita, vt Rit. dicit,
& etiam Afflict. qui ipſum allegat in conſtit. præſenti, l.
ſancimus, in prin. quando haberet caſtrenſia, vel quaſi,
1 quoniam tunc cum ceſſet ratio prædicta, † & in talibus
bonis vice patrisfam. fungitur, l. 2. ff. ad Maced. ſufficeret
ſola eius obligatio ſine cōſenſu patris, & iſta eſt vera mēs
Rit. abſq; aliquo dubio. Ex quo ſequitur non eſſe verum,
quod Cauent. in hoc Ritu ſentit, quòd conſenſus patris
requiritur, quotieſcunque filiusfamil. accuſat, vel denun-
ciat in iudicio, & quòd iſte Ritus in hoc ſedauit alterca-
tiones, quæ erant inter Docto. ſuper tali dubio, vt patet
ex Ange. in l. inter liberos, ff. de adult. & melius per Aret.
in tract. malefic. in verſic. & ad querelam Titij, quæſt. 81.
verſ. quæro quando filiusfam. nam conſenſus patris, de
quo in Rit. fit mentio, non requiritur quoad accuſatio-
nem, vel denunciationem, ſed quoad obligationem fa-
ciendam ad certam pœnam, per rationem, quam ſupra
dixi, & quod hoc ſit verum, patet, quia quando habet ca-
ſtrenſia, vel quaſi, ſufficit eius obligatio ſine conſenſu,
2 † cum pro dictis bonis poſſit diſponere ſine eo, vt dicit
Barto. l. fin. §. neceſſitate, num. 12. C. de bon. quæ lib. &
ibidem Bald. Salic. & communiter Docto. & Imol. in l.
ille à quo, §. filius, cum ſequen. ff. ad Trebellia. licet glo. d.
§. neceſſitate, aliter dixerit, & male, ſecundum Bart. &
communem opinionem, pro qua allegat Bart. tex. in ter-
minis in cap. fin. de iud. item patet ex alio, quia vt ſtatim
dicit Rit. talis obligatio cum conſenſu patris non requi-
ritur, quando alius ſe obligat pro eo, adeo quòd manife-
ſte videtur patris conſenſum requiri ratione obligationis
pœnæ, non autem accuſationis.

¶ Secundo no. in fi. Rit. ibi, & niſi ſit aliquis, alium ca-
ſum, in quo filiusfam. denunciando admittitur ſine obli-
gatione præfata, facienda cum conſenſu patris, & is eſt,
quando alius pro eo promittit certam pęnam, caſu quo
filiusfam. non probauerit, vel ſe concordauerit ſine con-
ſenſu, dummodo talis obligatio illius tertij non capiatur
in modum fideiuſſorum, ſed ſpontaneæ obligationis, vt
dixi tibi in præced. Rit. in 2. not. vbi poſui formam, ſed
licet præfata vera ſint, inſpecta diſpoſitione Rit. in pract.
filiusfam. admittitur ſine obligatione, ſed ſolum præſtat
cautionem de expen. in caſu ſuccumbentiæ parte petēte,
vt in clerico dixi in Rit. præced. in princ.

3 ¶ Tertio not. vt puta, quòd caſtrenſe peculium dicitur,
quod filiusfam. in caſtris acquirit, ad idem l. caſtrenſe pe-
culium, & l. ſi forte, ff. de caſtren. pecu. quaſi caſtrenſe, ꝙ
aduocatus, vel procurator ex ſua induſtria, vt etiam dicit
tex. in l. fori tui, C. de aduoc. diuerſo. iudic. & l. cum an-
tiquis, ver. de alijs, C. de inoff. teſtam. licet de procuratore
nihil dicatur in dd. iuribus. Item adde illud, quòd clerici
ex quacunq; cauſa acquirūt, l. ſacroſanctæ, & auth. presby
teros, C. de epiſc. & cler. vt alias dixi in pragm. filiorum-
fam. incip. per excellentem, §. 9. a filijsfam. nu. 25. & §. 11.
de expreſſo conſenſu, nu. 48. de Senatuſconſ. Macedon. &
etiam ſecundum Specul. in tit. de actore, nu. 23. ver. item
cum agit, quod acquirit filius ex medicina, notaria, doctri
na, vel aſſeſſoria, vt de hoc vltimo eſt tex. in l. velut, C. de
aſſeſſo. aduerte tamen, quia ſecundum Spec. in d. loc. tunc
acquiſita per aduocatum, per Iureconſul. aſſeſſorem, me-
dicum, præceptorem, vel notarium dicuntur eſſe quaſi ca
4 ſtrenſe peculium, † quotieſcunq; de publico talia ſtipen-
dia conſequuntur, prout erat antiquitus, quādo aduocati
erant matriculati, ſed gl. in d. l. fori, & Io. And. ad Specu.
ibid. in litera N, tenet contrarium per tex. d. l. velut, vbi
aſſeſſor ex induſtria acquirit, & dicitur habere quaſi ca-
ſtrenſe peculium, & tamen non à publico conſequitur, itē
quia iſta ſalaria, quæ hodie habent, ſupradicti ſuccedunt
in locum publici ſalarij, quod antiquitus merebantur à
publico, & hanc opinio. firmat iſte Rit. dum loquitur de
aduocato, & procuratore, nec dici poteſt debere intelligi
de his, qui habent ſalarium à publico, tum quia eſſet re-
ſtringere hunc Rit. & verè diuinare, tum etiam, quia tem
pore iſtorum Rituum, Aduocati, & procuratores non ha-
bebant ſalaria à publico (prout nec etiam hodie habent)
vt colligi poteſt ex Rit. 99. vbi dicimus.
5 ¶ † Quæro primo iuxta hunc Rit. & ea, quæ ſupra dixi
in 1.

in 1.not.nunquid hodie cõſenſus patris requiratur,quando filiusfam.eſt in iudicio pro cauſa criminali accuſando, vel accuſatus? in quo breuiter pertranſeundo, poſtquam Rit.noſter non decidit hoc,vt ſupra dixi, dico diſtinguendum eſſe,ꝙ aut accuſat, vel conuenitur pro crimine publico,aut pro priuato,primo caſu licet glo.in l.fi.§.neceſſitate dixerit requiri,communis opin. Doct. eſt,ꝙ non requiritur,vt patet ex Bart.ibi,nu.12.Paul.de Caſt.& Sal. & Ioan. Fab. Bart. in l.fin.§.1. ff.de verb. & in l. poſt legatum,§.filius,ff.de his quib.vt indig. poſt Specul. in tit. de actore,§.1.nu.28.ver. ſed nunquid,Aret.in d.tract.maleſic.quæſt.præall.Gandi.in tit.de filiofam. & vtrum poſſit accuſare in princ.& in tit.de aliquibus qq. varijs,verſ. ſed pone,nu.13.Hieron.Cuca.poſt Aret.in d.loco, vbi dicit ita eſſe communem,& in iudicando ab ea non eſſe recedendum,licet Ang.in l.inter liberos,ff.de adult.& Gandi.in d.titu.de filiofam.dixerint tutius eſſe requiri patris conſenſum,& idem etiam firmat Aufre. ad deciſ. Tholoſ.
6 175.ratio iſtius communis opinio eſt, † quia vbi patri nõ quæritur vſusfructus,vt in caſibus not. per gl. & Doct.in auth.excipitur,C.de bon.quæ lib.pater non eſt legitimus adminiſtrator, & ideo eius conſenſus non requiritur,d.l. fi.§.1.ſed quia in criminibus publicis ad publicam agitur vindictam,nec aliquid ad patrem ſpectare poteſt: merito eius conſenſus non eſt neceſſarius, vt Bar.dicit in d.§.1. Anch.conſ.72.in prin.Aret.Gand.& Aufre. in loco præ-
7 alleg. † Hoc tamen verum, quando eſſet maior, verum ſi eſſet minor,tunc tutoris,aut curatoris authoritas eſſet neceſſaria, per tex.in l.clarum, C.de author. præſt. vt dicit Bar.in d.l fi.§.1.& Aufre.ad d.deciſ.Secundo caſu, Odofre.in d.§.neceſſitate,voluit,ꝙ ſic,per illum tex.& idem Gand.in loc.proxime citato,hoc tamen procedere,ſi eſſet maior,ſecus ſi eſſet minor, quoniam tunc vltra cõſenſum patris,requireretur authoritas curatoris, vt pulchrè aſſignando rationem diuerſitatis, ſcribit Gandi. vbi ſupra poſt Specul.loc.prælleg.nu.27.verſ.conſilium,Io.Andr. verò in addit.Specul.d.verſ.ſed nunquid, nu.28.in litera L,poſt Guid.de Suza.quem allegat,vt etiam refert Augu. de Arim.in loc.prælleg. tenuit etiam in priuatis delictis non requiri conſenſum patris,ſi filius accuſaret, vel conueniretur, ego vero vtranque opinionem concordando, arbitror dici poſſe,quòd aut in crimine priuato agitur ad rei perſequutionem, vt in furto ad reſtitutionem rei ablatæ,& in actione iniuriarum pro extimatione iniuriæ,& tunc cum ex hoc poſſet aliquid quæri patri ratione vſusfructus, procedit opin. Odof.Gandi. & ſeq.quam tamen limita ſecundum Io.And.ad Specul.d. verſ. ſed nunquid, num.28.in litera R, quando filiusfam. conueniretur criminaliter ex officio,non per accuſationem, quoniam tũc patris authoritas non requireretur, ſed tutoris, aut curatoris,ſi eſſet minor per præfata,aut nõ agitur ad hoc, ſed ad vindictam publicam,vt faciat punire, vel vt ipſe puniatur,(vt iura volunt) & tunc procedat opin. Guid. & Io.And.& hanc diſtinct.& concordiam videntur ſentire (licet non clare) Ang.inſt.de act.§.pœnales,nu.14. ver.in eadem gl.ibi,non habent,inſt.de actio. & Aufre. ad d.deciſ. Tholoſ.vbi ponunt regulam, quod in criminalibus nõ requiritur,quòd pater conſentiat filio agenti, vel conuento,ſi agitur ad publicam vindictam, ſecus ſi pro re fami-
* liari. * Excellens tamen Dominus Clarus lib.5.ſenten.recep.§.fi.q.14.verſ.ſed quid in filiofam. relatis his, quæ in hoc Rit. per me ſcripta ſunt,dicit,quòd ipſe nunquam vidit in pract.dubitari in cauſis criminalibus, an filiusfamil.ſiue agendo, ſiue defendendo poſſet ſtare in iudicio ſine conſenſu patris,ſed ſemper vidiſſe procedi, ſiue ageretur de crimine publico, ſiue de crimine priuato. Ego quoq; poſſum atteſtari nunquã vidiſſe dubitatum & oppoſitum,& quando opponeretur,ſeruanda eſſe arbitror, quæ ſupra dixi,quia quæ de iuris cenſura ſcripta ſunt,nũquam per non vſum tolluntur, ſed per contrarium vſum in contradictorio iudicio,vt dixi ſupra in Rit.18.nu.1.

¶ Secundo iuxta præfata quæro, pone,quod filiusfam. accuſat in crimine priuato ad perſequutionem rei familiaris, propter quod iuxta proximè dicta, eget conſenſu patris, pater ſuus eſt de longinqua terra:quid fiet? Gandinus in tit. de filiofamil. & vtrum poſſit accuſare, num. 34.mouet hanc quæſtionem,& dicit,quod hoc ſibi opponi non poteſt illo caſu, quia reputatur eius pater abſens, quo caſu ſine eius conſenſu agere poteſt,l.ſi longius,ff.de iud.& l.fin.ff.de procur. Salerni, die 27. Nouemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCII.

ITem,quod ſi partes voluerint,ſeu procuratores,in earum cauſa ciuili,& criminali ad vlteriora procedere, & fuerint forſitan in concordia,debeant petere à Curia licentiam deſiſtendi, ſoluto iure Curiæ conſueto, iuxta antiquam obſeruantiam dictæ Curiæ, & ſi non petierint, teneantur ad pœnam tarenorum decem. Item nota,quod die vltimo termini,qui datur ad probãdum in cauſa criminali, debeo ego accuſator, & etiam accuſatus in dicta Curia comparere perſonaliter, vbi vero non compareo ipſo die, facit accuſatus ſcribi facere comparitionem ſuam, & deinde in antea facere me citari ad procedẽdum in cauſa ad illum actum,vel actus,quem, vel quos vult facere: vbi vero ipſe accuſatus non comparet, ipſo die accuſabo contumaciam contra eum, & die ſequenti faciam eum condemnari ad pœnam fideiuſſionis,& banniri. Sed quid ſi partes in iudicio deſiſtunt, tunc, aut ante litem conteſtatam,& ſoluit actor tarenos tres, poſt litem conteſtatam duodecim, & hoc cum licentia Curiæ ſolet fieri,& omnia ſeruantur, quandocunq; tamen contingat in prædictis caſibus me accuſatorem,vel actorem eſſe in iudicio, & etiam conuentum, mandabitur mihi, quod dem libellum, vbi non velim deſiſtere,ſed velim agere, vel accuſare. Item not. quod die vltimo termini, qui datur ad probãdũ in cauſa criminali, debeo ego accuſator,& etiam accuſatus in dicta Curia comparere perſonaliter, vbi vero non compareo ipſo die,facit accuſatus ſcribi comparitionem ſuã, & deinde in antea facit me citari ad procedendũ in cauſa ad illum actum, quem, vel quos vult facere, vbi vero ipſe accuſatus non comparet ipſo die,accuſabo contumaciam contra eum, & ſequenti die faciam eum condemnari ad pœnam fideiuſſionis,& banniri,item eodem ſero, ſeu die faciam condemnari fideiuſſores ſuos, ſimul cum eo ad pœnam fideiuſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Licentia cum parte concordandi à iudice, vel à Principe petebatur antiquitus.*
2 *Pœna Turpilliani, quæ erat de iure antiquo, & quando permittebatur.*
3 *Contumacia in criminalibus eſt maior rei, quam actoris, cum ratione.*
4 *Accuſatores in criminalibus fauorabiliores ſunt, vt maleſici terreantur.*

Digitized by Google

5 *Citatus non comparens in termino ad conſtituendum procuratorem, & fideiuſſorem de expenſis præſtandum, vlterius non audietur. Et practica, quæ hodie ſuper hoc ſeruatur, ibidem.*

6 *Accuſator hodie non accuſatorium libellum porrigit, ſed querelam exponit. Et de querela ſolemnitatibus, remiſſiuè.*

7 *Offenſus cum dicit ſe agere velle, nunquid ad inquiſiti inſtantiam præceptum fieri poſſit, quod infra terminum agat, alias non audietur.*

NOt. primo ex hoc Rit. quod litigantes, ſeu eorum procuratores, tam in cauſa ciuili, quàm criminali, qui volunt ab ipſis litibus deſiſtere, debent ab ipſa Curia licentiam petere, ſoluto iure debito ipſi Curiæ, quod vt infra dicit in Rit. ſequen. in criminali cauſa, erit tarenorũ ſex, ante litem conteſtatam, & tarenorum duodecim poſt, & in ciuili tarenorum trium, ante conteſtationem litis, & poſt conteſtationem, tarenorum ſex. Iſte Rit. quoad cauſas ciuiles corrigit conſtit. Regni ſpontè volentibus, per quam ante litem conteſtatam, licitum erat deſiſtere gratis, vel aliquo recepto, & poſt litem conteſtatam, ſi gratis deſiſtebat, erat licitum, ſecundum Afflict. ibid. in 4. not. ſi aliquo recepto, nequaquam, niſi habita licentia, & ſoluto iure Curiæ, vt conſt. ipſa dicit. Et quoad cauſas criminales corrigit conſtit. Reg. priuſquam, & c. Regn. ad audientiam noſtram querela plurium, vbi licitum erat deſiſtere ſine licentia, priuſquam citatæ partes comparuiſſent, in caſibus tamen, in quibus accuſatio, vel denunciatio tãgebat accuſantem tantum, non autem intereſſe Curiæ principaliter, vel acceſſoriè, concordat tamen in eo, quod de licentia petenda dicit, cum tex. l. 1. §. abolitio, ff. ad Turpil. & l. 2. C. de abolitio. & cum conſt. Regn. accuſationẽ, in
1 fi. † Sed per d. l. 2. talis licentia ab ipſo iudice cõpetente, non à Principe erat petenda, per d. vero conſtit. vbi etiã Affl. hoc tãgit nu. 15. nõ ab alio quàm à Principe peti poterat, & per hunc Rit. ab ipſa Curia licentia eſt petenda, adeo quod adhæret potius iuri communi, quàm d. conſtit. licet dici poſſet, quod dum dicit licentiam petendam eſſe à Curia, intelligatur ab ipſo Rege, iuxta dictam conſt. ſed eſſet falſum, quia ſi voluiſſet peti à Rege, dixiſſet: item quia nunquam in his Ritib. reperies nominatam perſonã Regis ſub hoc verbo Curia, ſed ſemper tale verbũ de ipſa Magna Curia intellectum, intelligiq; debere, ſed vtcunq; ſit, illud ab aula pènitus receſſit, & in ciuilibus, & criminalibus deſiſtunt partes ſine licentia, ac ſolutione dictorũ iurium, & ita ſeruatur in omnibus Curijs.

2 ¶ † Secundo not. ibi, & ſi non petierint, quod deſiſtentes à litibus ſine licentia, tenentur ad pœnam tarenorum decem, de iure communi puniebantur pœna Turpilliani, quæ erat quinq; librarum auri, l. 3. in fin. ff. de præua. quãdo expreſsè deſiſtebant; & quando tacitè non comparendo intra terminum, pœna extraordinaria, l. qui crimen, C. qui accuſa. non poſſ. niſi terminus præſentibus fuiſſet datus, quoniam tunc pęna Turpilliani, l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſſ. vt latius ponit Bart. in l. 1. §. ſi quis autem, ff. ad Turpill. & in d. l. 3. & Aret. in tract. malefic. in verſic. & ad querelam Titij, quæſtio. 66. verſic. quæro accuſator, iſtudque habebat locum tam ante litem conteſtatã, quàm poſt, vt dicunt Cyn. Bald. & Salycet. in l. 1. C. ad Turpillian. niſi quando fiebat ante litem conteſtatam, non eſſet reus citatus, nec data fideiuſſio de proſequendo, vt latè ponit Bart. in l. quæſitum, ff. ad Turpillian. & Aret. in loco præallega. de iure vero conſtitu. Regn. accuſatorum, pœna accuſatoris deſiſtentis ante litem conteſtatam, erat ſexta pars mobilium, corrigendo pœnam Turpilliani, vt ibi Iſern. & Afflict. num. 4. dicunt, & poſt litem conteſtatam, per aliam conſtit. ſequen. quæ incipit accuſatorem, erat tertia pars mobilium, & inter alios caſus, in quibus per capitula Regni permittitur compoſitio, eſt iſte, quod poſſit componi ſuper pœna ſtatuta contra deſiſtentes ſine licentia tam ante litem conteſtatam, quam poſt, vt patet per literam arbitrariam, in cap Regni exercere volentes. Et ſicut vides, dictæ conſtit. imponentes illas pœnas deſiſtẽtibus ab accuſationibus, ſunt correctæ per hũc Rit. qui ſolum pœnam decem tarenorum imponit, vt etiam ſcribit Marãt. qui hunc Rit. allegat in pract. par. 6. in verſ. inquiſitio, verſ. quid autem, nu. 80. in nouis, & valde miror, quod Afflic. ibi de hoc Rit. nullam mentionem facit. Sed etiam iſta pœna Rit. ex cõſuetudine generali eſt correcta, poſtquam, vt ſupra dixi, litigantes deſiſtunt, quotidie ſine licentia, & metu pœnæ.

¶ Tertio no. ibi, item not. ꝙ dato termino in cauſa criminali, vltima die tenentur actor, & reus ſe pręſentare, & ſcribi facere comparitionem, quod ſi actor nõ comparet, ſed ſolum reus, ſcribi faciat ſimiliter ſuam comparitionẽ, & poſtmodum ſi vult procedere ad actum publicationis, vel alios debet citari facere ipſum actorem, ſi vero comparet ſolus actor, & non reus, tunc actor illa vltima die accuſabit ei contumaciam, & ſequenti die faciet ipſum condemnare ad pœnam fideiuſſionis, ſupple pręſtitæ de iudicio ſiſti vſque ad finem cauſæ, iuxta formam l. properandum, §. ſin autem reus, C. de iudic. auth. offeratur, C. de lit. conteſta. §. ſed hodie, inſtit. de ſatiſda. not. per Bart. & Doct. in l. ſciendum, in princip. ff. qui ſatiſda. cogan. & Marant. in practica par. 6. membr. 8. in princip. vbi quod in ciuili, & criminali cauſa hęc fideiuſſio pręſtatur, vt etiã
3 patet ex Rit. infra 211. † ex quo ſequitur, quod in criminalibus contumacia rei eſt maior, quam actoris, vt etiam reperies in conſtitu. Regn. accuſatorum, vbi Afflict. tangit, num. 1. & ponit rationem. Ratio autem, quæ aſſignari poteſt ad hunc Ritum, eſt, quia actor non præſtat illam fideiuſſionem de iudicio ſiſti, & ideo non poteſt ad aliquid condemnari, ſed citari debet, cum proceditur ad vlteriora. Item quia, vt dicit Roffre. Beneue. in ſuis libell. de iure cano. ſub rubr. qualiter ſecundum conſtit. Regn.
4 in accuſa. procedatur, quem Afflict. vbi ſupra refert, † accuſatores in criminalibus ſunt fauorabiliores, vt malefici
a terreantur. a Illud quod in hoc Rit. dicitur in practica non ſeruatur, quia inquiſiti pro cauſis criminalibus, fere omnes defendunt ſe in carceribus, & ſi eſſet caſus in quo poſſet fideiuſſoribus committi, iuxta formam cõſt. Regn. humanitate, & ea, quæ late dixi ſupra in Rit 41. in 2. not. & Curia vult procedere in cauſa, non pręſtantur fideiuſſores de iudicio ſiſti in forma, ita quod poſſit recedere, vt dixi in d. Rit. 41. ſed tantum fideiuſſores de tenendo palatium, vel ciuitatẽ loco carceris, vel de pręſentando tẽpore publicationis cauſæ, abſq; aliqua requiſitione, quæ fideiuſſio non committitur, niſi eo non inuẽto in palatio, vel ciuitate, aut ſe non præſentante tẽpore publicationis, adeo quod non cogitur in fi. termini, vt hic dicitur ſcribi facere ſuam comparitionẽ, ſi vero Curia non vult procedere in cauſa, quia non habet indicia ſufficientia, tũc pręſtantur fideiuſſores de iudicio ſiſti, & ſe præſẽtando quoties fuerit requiſitus, & niſi requiratur, fideiuſſio non cõmittitur. Item, quod dictum fuit, ꝙ accuſator in fin. termini debet ſe præſentare, & etiam ad inſtantiam rei, citari ad omnes actus faciendos, aliter ſeruatur, & accuſator nõ tenetur in fin. termini ſe præſẽtare: ratio eſt, quia iſta pręſentatio ideo requirebatur, quũ accuſator ſe inſcribebat ad pœnam talionis, vt dixi ſupra in Rit. 199. & in proprijs terminis ſcribit Ludou. Gome. in c. 1. num. 44. de iud. in 6.

& ideo

A D D I T I O.

a Terreantur. Iuxta illud Ciceronis oratio. pro Sex. Roſc. Amerino, ibi, facilè oẽs pati oportere, immo vtilius eſſe accuſatores quãplurimos eſſe in Ciuitate, vt metu contineatur audacia, ꝙ innocens, ſi accuſatus ſit abſolui poteſt, nocens, niſi accuſetur, condemnari non poteſt, quod tñ minimè in hoc Regno, atq; in hac ciuitate hodie optandum eſt, ob copiam falſorum teſtium, vt nos diximus in tract. de arbitr. Magnæ Cur. Vicar. c. 3. nu. 21. C. P.

Digitized by Google

& ideo cum hodie talis pœna non ſic in vſu, non immerito accuſatoris pręſentia non requiritur, bene tamen verum eſt, quod ſi habitat in loco iudicij, & fecit partem in iudicio, exponendo querelam, & præſtando cautionem de expenſis in caſu ſuccumbentiæ, iuxta diſpoſitionem auth. generaliter, C. de epiſc. & cler. debet intimari in omnibus actis faciendis, ſi vero nõ habitat ibi, ſed eſt aduena, & fecit ſimiliter partem in iudicio, relinquendo procuratorem, vel deſtinando domum vbi poſſit intimari: ſimiliter debet citari in omnibus actis, ſi vero hæc non fecit, ſed ſolum querelã expoſuit, & abijt, ſi eſſet de partibus multũ longinquis, non citatur aliter, quia debuit procuratorem deſtinare, ne inquiſitus fatigetur ad intimari faciẽdum in omni actu, ſed ſi non eſſet nimis procul, ſeruatur in pract. quòd ad inſtantiam rei fit vna citatio, per quam ſibi mandatur, quod ſi intendit facere partem in iudicio, infra certum terminum cõpareat ad implendum adimplenda, alias
5 eo elapſo, non audiatur, † & ſi non cõparet ad conſtituendum procuratorem, & præſtandum cautionem de expenſis, in vltimo peremptorio prouidetur, quod vlterius non audiatur, iuxta tex. in l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſſ. & in l. ab accuſatione, §. deſtitiſſe, ff. ad Turpill. not. per glo. pen. in l. fin. & poſt eam Salyc. C. ad Turpill. & Affl. in conſtit. accuſatorem, 3. not. nu. 7. & ratio eſt, vt expreſſius dicitur in d. §. deſtitiſſe, & not. per Afflict. in tit. de pace iuramen. firman. §. iniuria, nu. 124. verſ. item cenſetur, quia non comparendo videtur renunciare acccuſationi. * Item eſt alia ratio, ſecundum eundem Afflict. in conſtit. inquiſitiones generales, 4. not. vt ſit litium finis, vt dicit l. fin. ff. pro ſuo, ſed quia iſta prouiſio, quod vlterius non audiatur, eſt valde præiudicialis, multoties fit alia citatio (quæ magis in pract. verſatur) per quam citatur accuſator ad omnes, & ſingulos actus gradatim, & ſucceſſiuè faciendos vſque ad ſententiæ interpoſitionem incluſiuè, vt docet Bart. in conſtit. ad reprimendum, in verſic. per edictum, num. 13. Innocen. in cap. conſuluit, in gloſ. in verſ. quæ incip. not. ſufficere, extra de offic. deleg. Barto. Bald. & Angel. in l. qui ante calendas, ff. de verborum oblig. & Domini de Rota deciſ. 14. alias 345. vt latè dixi in pragmat. quilibet ageret, quæſt. 5. de ord. iud. poſt Marant. in pract. par. 6. & ſi non comparet in vltimo peremptorio, accuſatur vltima contumacia, & Curia ſedente, vocatur alta voce, & per iudicem in calce ipſius citationis fit interloquutoria, quod procedatur in cauſa in eius contumacia, & non citatur amplius, quæ bene nota. quia quotidie verſantur in Curijs.

6 ¶ † Quarto not. ibi, quandocũq; tamen contingat, quod accuſatori præſenti, & agere volenti mandatur, quod det libellum accuſatorium, iuxta terminos l. libellorum, ff. de accuſ. Hodie ex conſuetudine generali libelli accuſatorij non porrigitur, ſed ſatis eſt, quod exponatur querela, quæ ſcribitur in libro querelarum deputato in omnibus Curijs, vt etiam dicit Gandin. in tit. qualiter fiat accuſ. nu. 6. licet ſecundum eum, illa querela debeat continere ſolemnitates, quæ requirebantur in libellis per d. l. libellorum, & ideo volens accuſare non poteſt cogi ad porrigendum libellum, ſed ſolum ad exponendum querelam, & alia, quæ proximè dicta ſunt.

7 ¶ † Quæro iuxta præfata, pone, quod offenſus non dicit, quod vult agere, ſed tacet, nunquid ad inſtantiam inquiſiti poterit eidem mandari, quod ſi intendit facere partem in iudicio, compareat infra certum terminum ad exponendum querelam, & ad implendũ adimplenda, quę ſupra diximus alias eo elapſo, amplius non audietur, & ſi non comparet, prouideri in contumaciam, quod non audiatur? Breuiter dicas, quod non, per tex. in l. vnic. C. vt nemo inuit. iuncta ibi glo. in verſ. item ille, & l. fin. C. de vſur. pupill. niſi præcedat diffamatio facta per iſtum offenſum, quia licet taceat in accuſando, & querelando: tamen ratione diffamationis, poteſt ſibi præfigi talis terminus, & eo non veniente, decerni, quod alias non audiatur, iuxta tex. l. diffamari, C. de ingẽ. & manu. vt dicit Bal. in l. ſi ea, verſ. not. quod vbi, num. 9. C. de his qui accuſ. non poſſ. pulchre conſuluit Rom. conſ. 53. Cagnol. in d. l. diffamari, num. 14. verſ. quarta difficultas, * & Angel. de malefi. in ver. & ad querelam, num. 58. verſ. quæro an iudex, dicens hoc verum, dũmodo præcedat bina monitio, & licet ſupra dixerim ſolere fieri tale præceptum, quod infra certum terminum quis compareat: tamen vt ibi dixi, procedit in eo, qui ſemel accuſauit, non autem in non querelante, qui accuſare cogi non poteſt, vt gloſſ. & Doct. præalleg. pulchrè dicunt, quod not. & vide quæ dico infra in Rit. 272. q. 3. num. 20. Aduerte, quia in hoc Ritu ſunt duo, verſic. incip. item not. in quibus idem diſponitur per eademmet verba. Salerni, die 29. Nouemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCIII.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod ſi accuſator vult deſiſtere ante litis conteſtationem, ſoluit tarenos ſex, poſt litis conteſtationem, ſed in ciuilibus ante litis conteſtationem tarenos tres, poſt litem conteſtatam tarenos ſex. In denunciatore non, vide cap. ad audientiam, ſed Curia Vicariæ non ſeruat ipſum, & ſi denunciator deſiſtit, procedit ad dationem capitulorum, & ſi probatur delictum, proceditur ad condemnationes, ſed exigitur obligatio, quia obligat ſe de non concordando ſe cum parte ſine licentia Curiæ, & de probando, interim tamen Curia admittit partem denunciatam ad compoſitionem, vbi denunciator ſit in concordia cum eo, quod ſcilicet, habere concordiam cum eo non poteſt, ſine licentia Curiæ, quæ Curia conſentit ſemper; verum non componit, niſi in caſibus comprehenſis in conſtitutionibus Regni, & ideo in caſibus in quibus non poteſt componi, Curia procedit ad interiora, & expedit proceſſum, iuſtitia mediante.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatore deſiſtente, Curia loco partis ex officio cum procuratore fiſcali procedit.*

2 *Denuncians ſine Curiæ licentia deſiſtens, qua pœna puniatur.*

3 *Denunciante deſiſtente, an & in quibus caſibus denunciatum ad compoſitionem admittat.*

ISte Ritus in ſui princ. ponit illud, quod Curia exigebat antiquitus à deſiſtentibus cum eius licentia, ſed quia de hoc dixi ſupra in Rit. præced. in prin. ibi vide.

¶ Not. ibi, in denunciatore, quod denunciator deſiſtendo à denunciatione, non ſoluit præfata iura ipſi Curiæ, ſed ſolum accuſator. De hoc etiam dixi ſupra in d. Rit. 1. not. in fi. & vt ibi dixi, nec denunciator, nec accuſator deſiſtendo, ſoluunt aliquod ius ipſi Curiæ.

¶ Secundo not. ibi, vide ca. quod de materia deſiſtentiæ extat in hoc Regno, cap. Regni, quod incipit ad audientiã noſtram querela plurium, de quo etiam dixi in præcedẽ. Rit. 1. not. ſed vt hic dicitur, & ibi dixi, Magna Curia Vicariæ non ſeruat ipſum, & verè dictum cap. non ſeruatur in pract. vt etiam dicit Marant. in pract. par. 6. in verſ. inquiſitio, verſic. extat, num. 82. in nouis, immo per d. Rit & iſtum corrigetur.

¶ Tertio not. ibi, & ſi denunciator deſiſtit, procedit, quòd quotieſcunque denuncians deſiſtit, & non proſequitur ſuam denunciationem; Curia procedit ex officio ad

dationem capitulorum, & ſi probatur delictum ad con-
demnationem, & cum hoc Rit. concordat cap. Regni ad
1 conſultationem, † vbi quòd accuſatore deſiſtente, Curia
procedit ex officio cum procuratore fiſcali loco partis.
Intellige tamen iſtud iu caſibus, in quibus poſſet ex offi-
cio procedi, vt dicit Par. in tract. ſynd. in verſ. accuſatio,
col. 1. verſ. quod eſt verum, Abb. in c. 1. col. fin. de colluſio.
de reg. & Io. Ant. de Nig. in d. c. ad conſultationem, num.
20. verſ. illud autem.
2 ¶ † Hoc tamen caſu, quo denuncians deſiſtit ſine licen-
tia, tenetur ad pœnam obligationis, qua ſe obligauit de
non concordando ſine licentia, & de probando crimen
denunciatum, vt ſupra diximus in Rit. 199. ſed vt ibi di-
ctum fuit, talis obligatio ab aula receſſit.
3 ¶ † Quarto not. ibi, interim tamen, quod denuncian-
te deſiſtènte, Curia admittit denunciatum ad compoſitio-
nem; ſupple, vbi crimen non eſt probatum, propter con-
cordiam, quam habuit denuncians cum eo, idem ſupple
in caſibus, in quibus poteſt fieri compoſitio, aliàs pro-
ceditur ad vlteriora, expediendo proceſſum, iuſtitia me-
diante, vt dicitur in fin. Rit. Et quod illud debeat intelli-
gi vbi crimen non eſt probatum, patet ex proximè dictis,
vbi dictum fuit, ꝙ ſi delictum probatum fuerit, procedi-
tur ad condemnationem, & ſi dicatur contra de Rit. infra
276. vbi compoſitio prohibetur fieri crimine non proba-
to. Reſpondetur dupliciter. Primo, quòd ille corrigit iſtũ
in hoc, ſecundo, quod iſte, dum dicit de compoſitione, de-
bet intelligi de tranſactione, quæ per illum Ritum non
dicitur eſſe prohibita, vt ibi dicam latius.
¶ Quinto not. ibi, quod ſcilicet, quod denuncians, qui
vult deſiſtere, & concordare cum parte, licet nihil ſoluat
Curiæ, vt ſupra diximus in 1. not. tamen debet petere
licentiam ab ipſa Curia, quæ ſemper conſentit, quia ſi nõ
peteret, poſſet conueniri ad pœnam obligationis, vt di-
ctum fuit in 3. not. in fin. ſed nec etiam illud in pract. ſer-
uatur. Salerni, die 29. Nouemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCIIII.

ITem, quod plerunque contingit, quod aliqui
banniti legitimè per dictam Curiam, ſeu al-
teram ipſarum, & condemnati ciuiliter, die quo
banna ipſa, & condemnationes edita ſunt, de
ſero compareant in Curia, vt eſt diutius in dictis
Curijs obſeruatum, dictam eorum contumaciam
purgaturi, nec amplius in Curia comparere cu-
rant in cauſis ipſis proceſſuri, ſed recedunt pro
eorum libito voluntatis, cauſis ipſis indiſcuſſis;
& minime terminatis, prædicti tales poſtquam
de ſero comparuerint coram Regente, & Magi-
ſtro actorum, iuxta antiquam formam, & Curia-
rum ipſarum obſeruantiam, & contumaciam
prædictam eorum purgauerint, ſequenti die te-
neantur, & debeant, quando Curia ipſa regitur,
perſonaliter comparere, proceſſuri in cauſis ip-
ſis, (prout iuſtitia ſuadebit,) & nihilominus in
omnem euentum cauere debeant de ſtando iuri,
ſiquidem ſi criminalis fuerit cauſa, infra tres dies
poſt diem dicti banni immediatè ſequentes, ſi
vero cauſa fuerit ciuilis; inſtare debeat, quòd
procedatur, aut à Curia ipſa licẽtietur, alioquin
dicta eorum contumacia, & bannitio, ſeu con-
demnatio duret, & procedatur contra eos in
cauſis ipſis, ac ſi contumaces fuerint, prout de
iure videbitur conuenire.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus comparens ne audiatur, ne remaneat contu-
max, quid ſeruare debeat.*
2 *Condemnatus pro cauſa ciuili comparens, quid facerè
debeat ne remaneat contumax.*

ISte Rit. cum alio Rit. 206. & 215. in quibus idem diſpo
nitur, ponit pract. ſeruandam, quando banniti, ſupple
criminaliter, & condemnati ſcilicet ciuiliter, non compa-
rẽt Curia ſedẽte, & quia talis pract. in viridi eſt obſeruan
tia vbique, vt dixi tibi latius ſupra in Rit. 93. 3. not. ſigna
ipſum, quia euenit quotidie.
1 ¶ † Not. primo ibi, & nihilominus, ꝙ bannito pro cau
ſa criminali non ſufficit comparuiſſe coram Regente, vel
iudice, aut actorum Magiſtro, eadem die qua fuit factus
contumax, & poſtmodum prima Curia ſequenti, (vt Rit.
dicit) niſi etiã infra tres dies immediatè ſequẽtes cautio-
nem de ſtãdo iuri præſtiterit, ꝙ ſi ſecus fecerit, & cautio-
ne non præſtita receſſerit, remanet contumax, & banni-
tus, & tanquam contra contumacem proceditur in cauſa,
intellige hunc Rit. in illis cauſis criminalibus, in quibus
poteſt quis fideiuſſoribus committi, & relaxari, de quibus
in conſt. Regn. humanitate, & per me ſupra in Rit. 41. in
2. not. quia in illis bene ſeruatur, vt dixi tibi in citato de
periurio ſupra Rit. 182. in prin. alias intelligere ipſum in
omnibus cauſis criminalibus, eſſet abſurdum, cum in alijs
rei comparentes carcerentur, & ibidẽ defendantur, vt di-
xi ſupra in Rit. 202. 3. not. & adde, ꝙ pręſtita cautione de
ſtando iuri (vt in hoc Rit. dicitur) quando *in cauſa* eſt
procedendum, ſemper ipſe reus debet requiri, & intima-
ri, vt etiam in d. Rit. 182. dictum fuit, quod not.
2 ¶ † Secundo not. ibi, ſi vero cauſa fuerit ciuilis, quòd
condemnato pro cauſa ciuili, non ſufficit eadem die com-
parere coram Regente, & poſtmodum prima Curia ſe-
quenti, niſi etiam inſteterit, quod procederetur in cauſa,
vel licentiam obtinuerit ab ipſa Curia, aliàs ſi ſecus fece-
rit, remanebit condemnatus, & tanquam contra contu-
macẽ procedetur. Et not. differentiam, quia bannitus pro
cauſa criminali præſtat fideiuſſionem, condemnatus pro
ciuili non præſtat, ſed debet inſtare, vel recedere cũ licen-
tia, & licet iſte Rit. clarè non exprimat, ꝙ condemnatus
ciuiliter non præſtat fideiuſſionem, tamen in d. Rit. 215.
hoc expreſſum dicitur. Iſtud non ſeruatur hodie, & ſi cõ-
tumax pro cauſa ciuili comparet per ſe, vel per procura-
torem, eadem die vſq; ad primum ſomnum, præſentãdo
actuario Curiæ ſuam petitionem comparitionis euitat
contumaciam, & non tenetur ſequenti die, Curia ſedẽte,
comparere, & inſtare, quòd procedatur in cauſa, vel licen
tietur, & ſi actor poſtmodum vult procedere in cauſa
tenetur ipſum in omnibus intimare, vel ſuum procurato
rem. Eſt tamen verum, ꝙ in cauſis pręſentationum inſtru-
mentorum ſeruatur, quod hic dicitur, vt dixi tibi in Ritu
166. 4. not. & ratio eſt, (vt ibi dixi) quia in his cauſis re-
quiritur perſona debitoris, qui non poteſt per procura-
torem comparere, l. fi. C. de procura. illa pract. comparen-
di poſtmodum Curia ſequenti, non eſt neceſſaria, & ideo
ſatis eſt ad euitandã contumaciam, quòd reperiatur præ-
ſentata petitio pro illa die, qua fuit condemnatus, debet
tamen actuarius in calce citationis, vbi fuit reputatus cõ-
tumax, annotare qualiter comparuit de ſero, & ita ſerua-
tur. Bene tamẽ fateor, quòd ad euitandum fraudes Magi-
ſtrorum actorum, ſeruari deberet iſte Rit. quod ſi citatus
pro cauſa ciuili, comparet per ſe, vel per procuratorem
de ſero recta Curia teneatur ſequenti Curia ipſe, vel pro-
curator comparere, & aliud etiam, quod hic dicitur, quod
citatus non poſſit recedere ſine licentia, eſſet etiam neceſ-
ſarium, quia multi fraudulenter comparent, & non relin-
quunt procuratorem, vt actorem vexent ſumptibus ad
intimari faciendum vſque ad eorum domos. Salerni, die
30. Nouemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCV.

ITem, ſi aliquis bannitus, vel bannita fuerit pro quocunque delicto, tam via ordinaria, quam ex officio per aliquem officialem Regni huius, banniri poteſt per dictam Curiam Vicariæ pro eodem crimine, etiam ad petitionem, ſeu denunciationem illius, ad cuius petitionem, ſeu denunciationem bannitus extitit per officialem prædictum.

SVMMARIVM.

1 *Contumax pro vno delicto in aliquo Tribunali ad inſtãtiam eiuſdem accuſatoris, in alio contumax reputabitur, & ratio quare.*

2 *Et quid ſi citatus coram ſecundo iudice citante, comparens litis pendentiam coram primo allegat. Nunquid de ea fide facta, ſuperſederi debeat, cum limitat.*

3 *Litis pendentia nunquid obſtabit ad inſtantiam Baronis ſecundo loco citati coram ſecundo iudice?*

4 *Contumax purgat contumaciam, comparenſque coram ſecundo iudice, petit remiſſionem ſui ad Baronis officialem, nunquid audiendus?*

5 *Contumax contumacia, iuriſdictionem prorogare non videtur.*

6 *Renunciatio vaſſalli ſibi praiudicat, non ſuo Baroni tacitè, nec expreſſè.*

7 *Qui coram ſecundo iudice, ſoluendo pœnam, purgauit contumaciam, an & aliam contumaciam coram ſuo iudice, vbi contumax eſt, purgabit.*

8 *Facta ſolutione principalis pœna delicti coram vno iudice, non tenetur coram alio.*

9 *Contumax abſens, quando de iure communi, vel municipali condemnari poſſit?*

10 *Contumax condemnatus in duobus locis de eodem maleficio, an ad vtranque ſolutionem cogi poſſit?*

11 *Contumax coram vno iudice, ſi citetur ab alio, non poteſt coram ſecundo allegare litis pendentiam coram primo.*

12 *Bannitus, vel excommunicatus à diuerſis iudicibus, ſiue pro eodem facto, ſiue pro diuerſis eget pluribus rebannimentis, & abſolutionibus.*

13 *Vindicta non poteſt pluries ſumi pro eodem maleficio, & ibi plura de hoc.*

14 *Iudex competens ad defectum arctandi citatum comparere, quis dicatur.*

15 *Contumax in duobus Tribunalibus, durat per annum in contumacia; quapropter bona eius Curia, quæ ipſum contumacem reputauit, publicanda ſunt, quis iudex in eorum publicatione potior erit?*

16 *Præuentio in materia iuriſdictionis, per citationem inducitur.*

17 *Differentia inter publicationem bonorum, ex delicto, & ratione contumaciæ per lapſum anni, remiſſiuè.*

1 NOt. ex hoc Rit. † quod contumax in vno Tribunali pro vno delicto, poteſt pro eodem ad inſtantiam eiuſdem accuſatoris, in alio Tribunali reputari contumax, & banniri, & idem firmat Bal. in l. 1. nu. 5. C. vbi de crim. agi opor. Ratio iſtius Rit. eſt ſecundum eundem Bald. in l. Senatus, circa fi. C. qui accuſ. non poſſ. quia ex quo neutri obtemperat, ab vtroque puniri poteſt, & poni in banno, argum. l. ſi quis Titio, §. fin. & l. cum quidam ita fideicommiſſum, ff. de leg. quod bene not. quia in viridi eſt obſeruantia.

2 ¶ † Quæro primo, quid ſi coram ſecundo iudice citatus, comparet, & allegat litis pendentiam coram primo, nunquid facta fide de ea, ſuperſederi debet, Bart. pulchrè in l. ſepulchri, nu. 2. ver. circa primũ, ff. de ſepulchr. violat. dicit ꝙ non, quia alias ſequeretur, qđ eſſet in ipſius citati poteſtate eludere pœnã, cũ corã primo nõ compareat, & coram ſecundo impediat propter pendentiam, idem Bar. in l. quamuis, ff. de dam. infe. in l. vbi cęptũ, ff. de iud. Alex. conſ. 11. col. 2. in 5. dub. vol. 1. & conſ. 23. vol. 3. Abb. in c. ex tenore, in fi. de reſcrip. Fely. in c. qualiter, col. 1. de iudi. & in c. cum ſit generale, in ver. quarta declaratio, col. 5. de for. compet. Bal. in d. l. Senatores, in fi. Iacobi. in l. ſi quis poſtea, num. 3. verſ. ſexto fallit, ff. de iudi. Hippo. ſing. 239. Pet. de Rauen. in compen. iur. can. de reſcrip. col. 3. fo. 313. & plenè Niconi. in repet. c. quoniam contra, num. 16. de probat. Limita tamen iſtud, niſi coram primo iudice purgaſſet contumaciam ſolutis expenſis, & præſtita cautione de ſtando iuri, iuxta l. ſancimus, C. de iudic. & in l. ſi poſt tres, ff. ſi quis cautio. vel eſſet paratus nunc purgare, & cautionem præſtare de ſtando iuri coram primo, vt dicit Bar. in l. quamuis, q. 4. nu. 8. ff. de dam. infec. teneat contrarium de directo, tamen, vt dicunt Pau. de Caſtr. in l. hoc amplius, §. Celſus, nu. 8. & Alex. ibid. nu. 8. verſ. puto poſſe concludi, poſt Ang. quem allegant, ff. de dam. infec. verior eſt prima opin. quam Ang. ibi fortiter defendit.

3 ¶ † Secundo, iuxta præfata quæro, nunquid ad inſtantiam Baronis dicti citati debeat coram ſecundo iudice obſtare litis pendentia, poſtquam ad inſtantiam ipſius citati diximus non obſtare? Breuiter, aut citatus comparet, aut non: primo caſu, nulli dubium, quòd debeat obſtare, quia cum Barones habeãt in eorum vaſſallos iuriſdictionem ordinariam, ſi ad primum iudicem non remitteretur cauſa, proceſſus primi iudicis impediretur per ſecundum, ex quo non poſſet contra delinquentem, quem ſecundus penes ſe retinet, procedere, vt dicit Bart. in d. l. ſepulchri, verſ. ſecundo, nu. 3. & ita ſeruatur quotidie, immo etiam remittitur, dato quòd non præueniſſet iudex Baronis, & hoc ratione priuilegiorum, quæ tribuunt Baronibus iuriſdictionem priuatiuam cum cęteris officialibus.
4 † Secũdo caſu, licet Barones Regni huius habeant in priuilegijs, quòd eorum vaſſalli non poſſint ab alio quocunque officiali citari, trahi, & euocari, quod aliter citati non teneantur cõparere, & caſu quo fuerint effecti contumaces, contumacia ſit nulla, nihilominus de tali clauſula, nunquam fuerunt, neq; ſunt in poſſeſſione; & ideo priuilegijs omiſſis, ſeruatur id, quod iuris eſt, & ex conſequenti, quod allegata litis pendentia, & præuentio, non obſtant ſecundo iudici, per rationem, quam tradit Barto. in d. l. ſepulchri, verſ. ſecundo eſt videndum, nu. 3. in fi. quia proceſſus primi iudicis per ſecundum non impeditur, ex quo liberè poteſt procedere, licet neuter poſſit delictum punire, cum delinquentem non habeant, & iſtud ſimiliter ita quotidie practicatur, adeo quod inquiſito non comparente perſonaliter coram ſecundo iudice, etiam ad inſtantiam Baronis, non remittitur, nec de remiſſione tractatur; & quia antiquitas in Regia Audientia Principatus citra, ob imperitiam quorundam Auditorum, ſeruatum fuit remittere Baronibus petentibus vaſſallos citatos, & non comparentes. Dominus Io. Nicolaus Carauita frater meus in dicta Audientia fiſci patronus, inter alias inſtructiones per eũ expeditas pro bona adminiſtratione ipſius Regiæ Audiẽtiæ, obtinuit vnam tenoris ſequẽtis, videlicet. Item, quòd Gubernator, nec Auditores debeant, nec poſſint remittere aliquos inquiſitos, ſeu contumaces, nec tractare de eorum remiſſione, niſi comparentibus perſonaliter principalibus inquiſitis, vel contumacibus, & purgata eorum contumacia, tractatur de remiſſione ipſorum (prout iuris
* eſt) * quam inſtructionem inuenies hodie inſertam inter Regias pragm. huius Regni, pragm. 6. incip. pro bona, § item quod gubernator, tit. de offi. iuſtit.

Tertio quæro in terminis noſtri Rit. pone, quod poſt contumaciam purgatam coram ſecundo iudice, comparet coram

Digitized by Google

coram eo, & petit ſe remitti ad officialem ſui Baronis: nũquid in eo audiri debet? Breuiter, licet Bart. in l. ſi pupillus §. defendere ff. de priuil. credit. dubitauerit, de hoc tamen Angel. in l. qui, ff. eod. tit. tenuit quod non & hoc in pęnã ſuæ contumaciæ per gl. in l. ſi finita, §. idem videamus, ff. de damn. infec. & text. quem dicit alibi neſcire in leg. de die, §. planè, ff. qui ſatiſd. cog. Idem Imol. in d. §. videamus Alex. in l. ex quacunque nu. 12. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. Afflict. decis. 133. vbi dicit fuiſſe deciſum, & in conſtit. pœnam nouem vnciarum quæſt. 6. nu. 9. non equidem illa ratione (quam ab aliquibus audiui) quia videtur in Iudi-
5 cem conſenſiſſe: quoniam ea falſa eſt: † ex quo contumax nunquam videtur per contumaciam iuriſdictionem prorogare, l. ſi qui ex conſenſu, in ver. adfuiſſe, iunctis his, quę Bald. ibi not. C. de Epiſc. Aud. Innoc. in cap. innotuit, de eo qui fur. or. ſuſc. Bald. in l. geſta C. de re iud. & Alexan. in d. l. ex quacunque, num. 12. in princip. ſed alia quidem, & meliori ratione, quia cum ſecundus Iudex mero iure ſit Iudex competens, licet citatus habeat exceptionem declinatoriam vigore priuilegij ſui Baronis, vel regiæ prag. 2. incip. quærela, tit. vbi de delicto quis conue. debe. prohibentis quem extrahi à ſuo domicilio, ex eo quia in cauſa procedit: & ſibi talis exceptio non opponitur, videtur eſſe præcluſa via amplius petendi remiſſionem, vt dicit Alex. in loco proximè citat. quia videtur tali exceptioni, & priuilegio tacitè renunciaſſe, vt Afflict. dicit apertius in dicta
6 deciſ. † Sed quia talis tacita renunciatio ſibi tantum potuit præiudicare, & non ſuo Baroni, cui nec etiã expreſſa præiudicaret abſque eius conſenſu, vt not. per Bart. in l. j. §. & poſt operis, in fin. ff. de nou. oper. nuncia. & Bal. in cap. Imperialem, §. præterea, qui eſt fin. num. 19. de prohib. feud. aliena. per Feder. inſtante Barone, vel ſuo officiali, cauſa eſſet omninò remittenda, purgata prius contumacia facta coram ſecundo Iudice, iuxta formam inſtructionis Regij Collateralis Conſilij de qua ſupra dixi, & ita quotidie ſeruatur in pract. niſi aliud legitimum impedimentum obſtaret, vt quia delictum commiſſum eſſet de caſibus exceptuatis in priuilegio ipſius Baronis, quæ bene nota.

7 ¶ † Quarto iuxta præfata quæro pone quod quis coram ſecundo Iudice, purgauit contumaciam, ſoluẽdo pęnam, nunquid poſtmodum debebit aliam contumaciam ſoluere coram ſuo Iudice: vbi etiam eſt contumax? Marant. in pract. parte 6. in verſic. inquiſit. limita. 10. nu. 98. in nouis tangit iſtam quæſt. & dicit quod ſic: quia cum ſint duę contumaciæ ex quo duos Iudices contempſit, quælibet contumacia punitur pęna tertiæ partis ſuorum mobiliũ per conſtit. Regn. grandis vtilitas, & conſtit. pœnam nouem vnciarum: & ſolutio, vel purgatio facta de vna, non poteſt in alia præiudicare, & pro hac opin. allegat Bart. in terminis ſecundum eum in d. l. ſepulchri, in fine, vbi dicit, quod ſi quis in duobus locis fuit condemnatus tanquam contumax: de eodem maleficio poteſt cogi vtramque condemnationem ſoluere, & quamuis Bald. teneat contrarium, in l. ſi pluribus, circa fin. ff. de leg. 1. dicit ipſe, quod opin. Bartol. ſibi videtur verior, & quod id qđ
8 dicit Bald. procedit † quando eſt facta ſolutio pœnæ principalis ipſius delicti coram vno Iudice, quo caſu ipſe bene dicit, quod non tenetur coram alio, vt etiam ipſemet Bal. firmat in l. 1. quæſt. 3. num. 6. C. vbi de crimin. agi oport. per l. licet §. fi. verſic. fin. ff. nau. caupon. ſtabul. Ego dico, quod Marant. bene dicit per rationem quam ſupra dixi, & ita quotidie ſeruatur in pract. ſed Bart. quem ipſe allegat in d. l. ſepulchri non loquitur in terminis iſtius quæſt. de ſolutione facienda pœnæ contumaciæ, ſed de ſolutione condemnationis factæ de maleficio ex quo in præcedent.
9 quæſt. ipſemet Bart. dixerat, † quod abſens contumax in aliquibus delictis condemnari poteſt de iure communi p l. abſentem. ff. de pęn. & de iure municipali in multis delictis in aliquibus locis, in quibus abſens habetur pro cõfeſſo, prout in hoc Regno per conſtit. pœnam eorum, &
10 in illis terminis dicit † quod ſi fuit condemnatus in duobus locis tanquam contumax de eodem maleficio, poteſt cogi vtramque condemnationem ſoluere, & in eiſdem terminis contra Bart. loquitur Bald. in locis præalleg. & verè dictum Bald. eſt verius, quia de eodem maleficio pluries vindicta ſumi non debet l. Senatus ff. de accuſat. cum ſimil. vt latè ponit idem Marant. ibid. 2. declarat. nu. 92.
* & 94.* Ratio, quæ me mouet, quod contumax in duabus Curijs tenetur vtriuſque contumaciæ pœnam ſoluere eſt multiplex: prima, quia contumax dicitur Iudicem contemnere, vt in conſtitut. Regn. grandis in princ pro quo contemptu eàdem conſtitut. impoſuit pęnam tertiæ partis mobilium, & niſi Curia, vbi quis reperitur contumax, dictam pęnam exigeret, impunis penitus pertranſiret contemptus quod eſſe non debet, vulg. l. ita vulnera-
11 tus, ver. quod ſi quis, ff. ad l. Aquil. Secunda † quia nos videmus, quod contumax coram vno Iudice, ſi citetur ab alio, non poteſt coram ſecundo allegare litis pendentiã coram primo, vt dixi ſupra hoc eodem Rit. in princip. quæſt. 1. tum per rationem ibi poſitam, tum etiam quia culpa, & delictum nemini debet tribuere immunitatem l. ſi ab hoſtibus ff. ſolut. matrim. & l. relegatorum, §. final. ff. de interdict. & releg. ergo ſicuti ex prima contumacia non reportat commodum ad impediendam ſecundam contumaciam contrahendam, eodem modo nec debet reportare ad impediendam ſolutionem pęnæ contumaciæ iam contractæ. Tertia ratio eſt, quia ſi ſecus diceretur, vtique in poteſtate inquiſiti poſitum eſſet mercaturam de eius contumacijs facere, & coram illo Iudice contumacię pęnam purgare à quo maiorem inueniret æquitatem, & gratiam, ſicq; iuris prouiſio in odium delinquentis inuenta, vt poſſit quis fieri cõtumax coram pluribus, iuxta Bart. doctrinam, in d. l. ſepulchri, redundaret in eius fauorem quod eſſe non debet, c. inter corporalia, §. ſed neq; ver. nec quod, & ibi etiam gloſ. de translat. Bald. & Ang. in l. hæreditas ad Statium, per illum tex. ff. de hæred. inſtit. & not. per Iaſon in l. intra dies num. 3. ff. de re iudicata.
12 Quarta † quia bannitus, vel excommunicatus à diuerſis Iudicibus, ſiuè pro eodem facto, ſiuè pro diuerſis, eget pluribus rebannimentis, & abſolutionibus, vt pulchre nota. Io. de Anan. in cap. ita quorundam, in fin. extra de Iudæ. Imol. in cap. ex parte, num. 6. verſic. ex prædictis, de offic. Iud. ordina. & Archid. in cap. Engeltrudam, 3. q. 4. nec rebannimentum, vel abſolutio vnius tollet bannum, aut excommunicationem alterius, quia ſecundum Archid. ibid. par in parem non habet dominium, cap. inferior. 21. diſt. & clem. innotuit, de electio. Quinta, & vltima ratio eſt, quia cum reperiatur prouiſum, quod poteſt quis effici cõtumax in diuerſis Curijs, vt ſupradictum eſt, non inuenio poſtmodum legem, Doctorem, vel aliquem dicentem, quod ex dictis duabus contumacijs, vnius tantum pœna mulctetur, ergo nihil obſtabit quin quilibet Index ſuę contumaciæ pœnam exigat, iuxta formam d. conſtit. grã-
13 dis. Et † ſi dicatur quod pro eodem maleficio pluries vindicta ſumi non debet, d. l. Senatus, reſponſio eſt in promptu quod iſtæ pœnæ contumaciæ non ſunt pro eodem facto principali, ſed pro diuerſis contemptibus. Item ſi dicatur quod pœna contumaciæ debetur ſolum coram Iudice domicilij non autem coram alijs prætextu regiæ pragmat. querula expoſitione, ſub tit. vbi de delicto quis conuen. debeat, ac etiam priuilegiorum conceſſorum Baronibus, & vniuerſitatibus demanialibus, quod earum homines à quocunque officiali citati non teneantur comparere, & caſu quo facti fuerint contumaces contumacia ſit nulla. Reſpondetur dupliciter, primo quod licet per d. pragm. & alleg. priuilegia non teneantur citati comparere ad cauſam tractandam, tamen tenentur comparere ad forum declinandum, vt dico latius in Rit. 230. adeo quod intentio Regis eſt, vt non cogantur comparere, vt foro conſentiant cauſamq; defendant non autem tollere diſpoſitionem l. ſi quis ex aliena. ff. de Iud. ponderando etiam pro hoc verba d. pragm. volentis cauſam remitti ad Iudicem ordinarium, cum profectò talis remiſſio fieri

ri

Digitized by Google

ri non poſſit, niſi citatus cōparendo illam petat d.l.ſi quis
ex aliena. Secundo quod per conſtit. Regn. priuilegia
quibuſdam locis, ſunt ſublata ſimilia priuilegia illo tempo
re conceſſa tanquam incentiua ad maleficia committenda
vt litera ibi dicit, & ſicuti priuilegijs tunc conceſſis dero-
gatum fuit per d.conſtit. eodem modo dictæ pragm. &c.
priuilegijs conceſſis, poſtea derogatum eſt per contrariam
conſuetudinem, & obſeruantiam, vt dixi ſupra in 2.quæſt.
cuius contrariæ obſeruantiæ credendum eſt eandem fuiſ-
ſe rationem, quæ fuit d.conſtit. Et nedum derogatum eſt
per contrariam obſeruantiam, verum etiam per contrariā
ordinationem expeditam à Regia Curia, vt inquiſiti, aut
contumaces non poſſint remitti, niſi perſonaliter compa-
reant, & contumaciam purgent, quam ordinationem ſu-
pra quæſt.2. retuli formaliter, & habes eam incorporatā
in Regijs pragmat. in pragm pro bona adminiſtratione
§.item quod Gubernator, nec Auditores, ſub tit. de offic.
Iuſtitiar. Adeo quod non obſtāte d.pragm. querula, ac di-
ctis priuilegijs, firmum remanet quod d.conſtit. priuilegia
diſponit, vt omni omninò diſcretione ſubmota quicun-
que, & vndecunque fuerit à Iudice competenti citatus ſi
contumax eſt in ciuilibus, aut criminalibus cauſis, pœnis
14 ſubiaceat conſtit. in Regn. introductis. Et ſi quis † repli-
cauerit notanda eſſe verba, dictæ conſtitut. loquentis de
citato à competenti Iudice, vt intelligatur ſolum Iudex
domicilij, non autem magna Curia, aut Iuſtitiarij prouin-
ciarum. Reſpondetur, quod etiam Magna Curia, & Iuſti-
tiarij prouinciarum ſunt Iudices competentes habentq;
ordinariam iuriſdictionē, illa quidem in toto Regno. Iſti
vero in prouincijs, vt dico latius, vt in d.Rit.230. & patet
de Iuſtitiarijs in conſtit. Iuſtitiarij nomen, licet dicta iu-
riſdictio ſit declinabilis poſtmodum virtute dictæ pragm.
querula, & priuilegiorum Baronum, aut vniuerſitatum,
præterquam in multis caſibus per me poſitis, in dicto Ri-
15 tu 230. ¶ † Quinto iuxta hunc Rit. quæro, pone quod
contumax coram duobus tribunalibus, vt hic dicitur, du-
rat in contumacia per annum, propter quod bona, quæ
tempore ſuæ contumaciæ fuerunt annotata, iuxta diſpo-
ſitionem leg. primæ in fin. & leg. fin. ff de requir. reis, &
leg. primæ, C. eod. tit. veniunt ipſi Curiæ, quæ contumacē
reputauit, publicanda iuxta formam leg. 1.4. & 5. ff. de
requir. reis, & conſtit. Regn. grandis vtilitas, quis Iudex
in eorum publicatione erit potior? Bald. in leg. ſi plurib.
verſic. & ex prædictis ff. de leg. 1. dicit quod vbi in diuer-
ſis locis proceditur pro eodem delicto, bona pertinent ad
illum qui præuenit per inchoationem proceſſus, & cita-
16 tionem, † quia præuentio per citationem inducitur in
17 materia iuriſdictionis, l. ſi quis poſtea, ff. de Iud. † Ego autē
dico quod differentia eſt inter publicationem bonorum,
quæ fit ex delicto, & eam quæ fit ratione contumaciæ per
lapſum anni à die annotationis bonorum, prout de hac
differentia ponit gloſ. d. conſtit. grandis vtilitas, in verſ.
habeat liberos, & ſentit Afflict. in conſtit. Regn. patareno-
rum, 4. not. num. 25. cum ſeq. vbi ponendo multos caſus,
in quibus bona publicantur, illum caſum publicationis
ponit, vt diuerſum ab alijs, in quibus fit ex delictis, & ideo
videtur dicendum in quæſt. propoſita, quòd ille Iudex
erit potior: cui prius curret annus à die annotationis fa-
ctæ bonorum ipſius contumacis, poſtquam lapſus anni,
& annotatio hanc publicationem operantur, vt patet
in dd. iuribus, & d.conſtit. grandis, & quod doctrin. Bal.
vendicat ſibi locum in publicatione facienda propter de-
lictum, prout verè ipſe loquitur: credo tamen quod quā-
do in eodem tempore anni, concurrerent dictum Bald.
poſſet procedere quod bene notabis. Salerni die 2. De-
cemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCVI.

ITem ſeruat ipſa Curia quod ſi aliquis banni-
tus ad tertiam, vel ad ſextam partem bono-
rum condemnatur, poteſt comparere illo ſero,
quo condemnatur vel bannitur, vſque ad pri-
mum ſomnum, ſcilicet coram Regente, vel alio
Officiali, vel Magiſtro Actorum, vel altero eo-
rum, & Curia ſcribit comparitionem eius, &
dicit quod talis comparuit dicto die banni, vel
condemnationis, adhuc ipſa pro tribunali Cu-
ria ſedente: & licet in rei veritate, quando cō-
paruit idem bannitus, vel condemnatus, Cu-
ria non ſedebat, poſito quod compareat eadē
die, vſque ad primum ſomnum, non remanet
tunc bannitus, vel condemnatus, & idem in
alijs decretis, puta in decreto quod imponi-
tur contra teſtem non comparentem, citatum
ad pœnam quatuor vnciarum (vt fit per ipſam
Curiam) vt compareat perhibiturus teſtimo-
nium veritatis, quia in eadem citatione à ter-
go ſcribitur decretum, & vocatus non compa-
rens, condemnatur ad quatuor vncias, accuſa-
ta contumacia per aduocatum fiſci, vel per a-
lium, ad cuius petitionem fuerunt citati, ſi non
proceditur ex officio: ſed alio modo ciuiliter,
vel criminaliter contumaci prima accuſatur
per partem, quæ fecit citare, ſed ſecunda ac-
cuſatur per ipſam partem, & Aduocatum fi-
ſci, quia in ſecunda contumacia fit condemna-
tio, vbi eſt commodum Curiæ: & idem ſerua-
tur in omnibus condemnationibus fideiuſſorū
(qui eodem modo condemnantur per decretū,
quod ſcribitur à tergo) ſi compareant eodem
die, vſq; ad dictam horam cum principali quē
præſentant: alias ſecus, quia remanent condem-
nati, extenderentur in aliam, & ita magis extē-
ſe, puta, ſi expediret aliter in dicta citatione
requiſitionis eorum condemnatur poſtea, tamē
ſi expediret, quod fieret teſtimoniale, vel alio
modo, & idem in omnibus condemnationibus
interloquutorijs, & quocunque decreto, vel in-
terloquutoria: ſi quis tamen bannitus ſit, & cō-
pareat, debeat dare fideiuſſores de ſtando iuri
infra tres dies, alias remanet bannitus, ſunt au-
tem prædicta vera, ſi prædicti dicto ſero (vt di-
ctum eſt) compareant perſonaliter, ſiuè ſint ci-
uiliter, ſiuè criminaliter condemnati, vel ban-
niti, & non per procuratorem, etiam ſi procu-
rator veniat Curia ſedente pro tribunali, ſi ta-
men ſcriptus eſt ille actus videlicet, lata eſt di-
cta interloquutoria, quia procurator pro tali
comparere illo ſero non poteſt, ſecundum anti-
quam obſeruantiam dictæ Curiæ, de ciuiliter
condemnato vide in Ritibus dictæ Curiæ præ-
dictis vltimum Ritum, & quia plerumque.

SVMMARIVM.

1 *Contumax in criminali cauſa, pœna tertiæ, ac ſextæ partis mobilium punitur.*

2 *Comparitiones coram quibus fieri debeant.*

3 *Teſtis citatus ad deponendum non comparens qua pœna puniatur.*

4 Com-

4 *Comparere quando quis poſſit; vel non poſſit per procuratorem, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

5 *Petitio abſentiæ carcerationis, vel infirmitatis in criminalibus admittitur ſi præſentetur Curia adhuc ſedete*

DIxi de hoc Ritu ſupra in Ritu 93. 3. not. & ſupra Ritu 204. vbi idem diſponitur: ideò vide in dictis locis, & in alio Ritu infra 306.

1 ¶Not. primo ibi ad tertiam, & ſextam, † quod contumax in cauſa criminali punitur pęna tertiæ, ac ſextæ partis bonorum mobilium; pęna tertiæ partis imponitur reo contumaci per conſtit. Regni pęnam nouem vnciarum, & ea etiam hodie eſt in obſeruantia: pęna ſextæ partis imponitur actori non comparenti in vltimo peremptorio ad accuſandum contumaciam, contra reum citatum, vt patet in conſtit. Regn. accuſatorum, & infra in Ritu 218. ſed in curijs talis pœna receſſit ab aula.* Secundo

2 nota. † ibi coram Regente: quod comparitiones de ſero poſſunt fieri coram Regente, vel alio Officiali, vel coram Actuario per hunc Ritum, ſed quia Actuarij in hoc plurimum fraudis poterant committere, correctum eſt nouiter per pragm. 13. de offic. magiſtr. iuſtit. per quam ſolum coram Regente, vel aliquo ex Iudicibus iſtæ comparitiones permittuntur, immò in §. item in eadem pragmat. ſolum de Iudicibus fit mentio, & iſtud plurimum ſeruatur in Magna Curia, vt coram Iudicibus compareat, non coram Regente, & in Audientijs Regijs coram Auditoribus, non coram Iuſtitiarijs.

¶Tertio not. ibi, & idem in alijs, iunctis alijs verbis. Ibi, & idem in omnibus condemnationibus fideiuſſorũ, & ibi, & idem in omnibus condemnationibus interlocutorijs, quod pract. illa, quæ ſeruatur, quòd citati poſſunt comparere vſque ad primum ſomnum coram Regente, vel actuario, dummodò alia Curia compareant: ſeruatur in omnibus citationibus, & interlocutorijs, quæ Curia ſedente fiunt in contumaciam alicuius, & ita practicatur.

3 ¶Quartò † not. ibi condemnatur ad quatuor vncias qđ teſtis citatus ad pœnam comminatam in citatione, facta tamen prius accuſatione primæ contumaciæ pro parte fiſci ſi ex officio procedatur, vel per partem, ſi ad quærelã agitur, & etiam accuſatione vltima per partem, & fiſcum inſimul, ſed iſta condemnatio pœnæ hodie non ſeruatur, quia quando teſtis nõ veniet in vltimo peremptorio Curia ſedente, dicitur in calce citationis, cum appoſitione decreti, quod captis pignoribus compellatur, & virtute dicti decreti compulſiui fiunt literæ exequutoriales etiã pro mulcta cõtenta in citatione, & earum vigore fit executio ſolum, vt teſtis cogatur venire ad deponendum, ſed non venditur pro pœna: immò eo examinato, reſtituitur verum ſi duraret in contumacia non veniendi, non obſtãte exequutione, procederetur ad venditionem exequutionis pro pœna, ratione ſpreti mandati, & tunc talis pœna applicaretur fiſco. Item aliud de accuſatione vltimę cõtumaciæ facienda per partem inſimul cum fiſco, non ſeruatur, ſed ſemper ſiue ex officio, ſiue ad quærelam procedatur ſolum ad fiſci inſtantiam, tam prima, quàm vltima contumacia accuſatur; quæ bene nota.

4 ¶Quinto † not. ibi, & non per procuratorem, quòd licet in ciuilibus poſſit quis per procuratorem comparere, l fin. C. de procur. & in criminalibus etiam ad allegandũ abſentiam, infirmitatem, vel carcerationem, vt dicũ Rit. infra 266. 267. & 269. tamen poſtquam Curia ſedente, effectus eſt contumax, & ſcripta eſt illa interloquutoria, in qua dicitur vocato dicto tali, quia nemo comparuit, fuit factus contumax, & condemnatus ad pęnam in mãdato contentam, tenetur ipſe perſonaliter comparere, ſi vult eodem ſero vſque ad primum ſomnum comparere, & contumaciam euitare, alias per procuratorem comparendo, non ſufficeret ad purgandam contumaciam, vt etiam dicit alius Rit. infra 268. ſi tamen poſt dictam interloquutoriam, eſt ſcriptum illud quod poſt decreta ſcribi ſolet; videlicet lectum latum dictum decretum die tali

5 Curia ſedente, † ſed illud in ciuilibus non ſeruatur, quia vt dixi latius ſupra in Rit. 204. 2. not. procurator admittitur omni tempore ad comparendũ, d. l. fi. & eius perſona non eſt neceſſaria, & inſuper in interloquutorijs quæ curia ſedente, interponuntur in contumacia, non ſcribitur illud lectum latum, quod ſupra dixi, nec etiam Iudex in eis ponit manum, & ita practicatur. In criminalibus minimè ſeruatur, quia admittitur petitio abſentiæ, carcerationis, vel infirmitatis, etiam quod ſit factus contumax, & condemnatus, dummodò adhuc curia ſedente præſentetur, vt etiam pulchrè ſcribit Petr. Rebuff. in tract. de contumacia, & defectu art. 5. gl. 1 nu. 2. cum ſeq. & in tract. de expen. & intereſſe, art. 5. gl vnic. n. 58. verſ. limita per tex. no. in l. pen. ff. de in integ. reſtit. ſecus ſi poſt rectam Curiã in tantum quod diſpoſitio iſtius Rit. obſeruatur poſt rectam curiam non autem ea ſedente, ratio eſt: vt credo iſtius obſeruantiæ; quia in Magna Curia, & Regia Audientia quando curia ſedente, fiunt contumaces, illa interlocutoria codemnationis non ſcribitur tunc, ſed poſtmodum leuata Curia, & vt proximè dixi: illud lectum latum, de quo hic dicitur; nunquam ſcribitur, nec obſeruatur propter quod non ſumus in terminis iſtius Rit. loquentis, qđ interloquutoria, & lectum latum eſt ſcriptum. In fine, Rit. ibi de ciuiliter condemnato adde quod dum allegat Rit. Magnæ Curiæ intelligit de dicto Rit. 204. qui incipit item quod plerumque. Salerni, die 2. Decembris 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCVII.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod ſi in vna citatione ſunt multi (quotquot ſunt citati,) & pars actrix, vel accuſatrix fecit vnum condemnari tantum, vel banniri, & condemnari ſemel, (vt fit contra contumaces) non poteſt demum alios condemnare, ſeù condemnari facere, vel banniri alijs diebus ſine noua citatione, & proceſſu, & ſimiliter ſi vnus eorum citatorum venerit tanquam obediens, & die quo venit fecit ſcribere comparitionem ſuam, & ſequenti iuridica fecit condemnare actorem in tribus tarenis, vel accuſatorem in ſex, & licentiatus receſſit (vt fit ſemper) omnes alij citati in ipſa citatione, ſunt licentiati, & non poſſunt banniri, neque condemnari ſine noua citatione.

SVMMARIVM.

1 *Actor, vel fiſcus vltimam contumaciam quando, & quouſque ſuperſedere poſſunt.*

2 *Diuiſio iudicij quando inducatur, cum limitat.*

3 *Pœna actoris in vltimo peremptorio non comparentis, ad accuſandum reo contumaciam in ciuilibus.*

4 *Vno ex citatis comparente, etiam actor comparet, & contra non comparentes vult contumaciam accuſare, & contra præſentem procedere, nunquid poſſit?*

5 *Abſentia contumacium non operatur impedimentum.*

6 *Aduocato abſente, litiganti dilatio danda eſt.*

7 *Abſens præſentibus non præſtabit impedimentum regulariter, cum exceptione.*

NOta primo ex hoc Rit. quod quotieſcunque in vna citatione continentur plures citati, qui non comparent; actor, ſupple, ſi eſt cauſa ciuilis, vel accuſator, ſi cauſa eſt criminalis, in vltimo peremptorio non poteſt vnum, vel duos condemnari facere vna die, & alios, alia die, vigore eiuſdem citationis, ſed ſi contra aliquos tantũ proceſſit ad actum contumaciæ, omiſſis alijs, opus eſt iterum eoſdem quos omiſit per nouam citationem, & proceſſum citare facere. Illud tamen quod dicitur, ſine nouo proceſſu,

proceſſu,

proceſſu,poſſet in ciuili b. procedere, ut in criminalibus cũ eodem proceſſu, cum quo fuit citatus primo,poteſt citari nunc,licet in criminaliter citatis,quod hic dicitur raro contingit,quia contra eos fiſco inſtante,proceditur ad vltimam contumaciam,& ad primam,vt dixi in Ritu. præced. in tertio notab. & ideò quamuis pars vellet contra aliquos procedere ad contumaciam, & contra aliquos ſuperſedere,fiſco inſtante proceditur æqualiter contra omnes:Bene tamen verum eſt,quod ſi fiſcus vellet ſuperſedere contra aliquos, non poſſet, poſtea condemnari facere vigore eiuſdem citationis, ſed noua citatione opus eſſet,
1 ſicut in parte diximus, per hunc Rit.† Sed dicet aliquis non ne actor, aut fiſcus poteſt vltimam contumaciam ſuperſedere vſque ad menſem,ſi citatus eſt infra ciuitatem, & vſq; ad duos,ſi eſt extra ciuitatem,vt patet ex Rit.216. & dicit Afflict. in conſtit. accuſatorum, 4.not. & in conſtitut. edictorum,quæſtion.8.num.27.in fin. ergo quæ eſt ratio, quòd ſi contra quoſdam proceditur ad actum contumaciæ,contra alios non poteſt alijs diebus procedi ſine noua citatione?dici poteſt,quod ex quo aliqui tantum, tanquam contumaces fuerunt condemnati,& omiſſi alij, qui in eadem citatione erant, videtur inducta diuiſio iu-
2 dicij † quod prius ſimul intentatum fuerat vnica citatione argum. l.ſi creditores, C. de pact. & ideò non poteſt amplius pars, aut fiſcus vigore eiuſdem citationis cui renunciatum videtur ex præſumpta diuiſione contra alios procedere, ſed quicquid dicat iſte Ritus in criminalibus non ſeruatur,immò video quotidie fieri contrarium : & fiſco hoc volente,aliquos vocari,& aliquos ſuperſederi,& poſtmodum cum eadem citatione condemnari infra mẽſem antequam citatio circunducatur,& in ciuilibus ſimiliter fieri video,non tamen habui hucuſq; in facto, quod fuiſſet a parte oppoſitum allegando hunc Ritum. Limita hunc Rit. non procedere quotieſcunq; vltimum peremptorium non curreret ęqualiter contra omnes,puta,quia non eodem die citati fuerunt : quoniam tunc ceſſat ratio præallegata,& ita ſeruatur. Secundo limita,quando vnica citatio fieret contra plures pro diuerſis debitis, & cauſis, vt quotidie ſeruatur in citationibus ciuilibus, ratio eſt, quia tunc quot ſunt perſonæ tot cenſentur citationes, & in arbitrio actoris eſt contra vnum vna die procedere,& contra alium, & ita ſeruatur. ¶†Secundo not. ibi, & ſimiliter,quod ſi ex pluribus citatis pro eadem cauſa, vnus tantum comparet in vltimo peremptorio, qui quoniam non comparet actor,incuſat ei contumaciam, faciẽdo ipſum ſequenti die condemnare, & ſeipſum à Iudice licentiare iuxtà pract. quàm infra latius ponam in Rit.218.nõ poteſt actor poſtmodum venire, & incuſare contumaciã contra non comparentes,etiam quod ſit infra menſem, vel duos iuxta ea quæ dixi in præced. nota.& ratio eſt,vt Rit. noſter dicit,quia vno licentiato, alij etiam ſunt licentiati,ratio autem rationis eſt,quia cum iſta licentia ex vna,& eadem cauſa potuiſſet omnibus competere,videlicet ratione contumaciæ actoris non venientis obtenta ab vno dicitur etiam obtineri ab alijs,per tex.in l.1.& 2.C.ſi vnus ex plur. appell. Item poteſt aſſignari alia ratio, quia tunc per illã condemnationẽ in eius contumacia factam, citatio eſt circonducta,vt dicã infra in Rit.218 quod nota quia poterit quotidie euenire in ciuilibus tantũ,non autẽ in criminalibus, in quibus cũ fiſco inſtante, procedatur ad contumacias,vt ſupra dixi,non poteſt dici quod cõtra fiſcum accuſetur contumacia, cum ſemper fiſcus adſit.
3 ¶Tertio not. ibi in tribus tarenis, † quod pęna actoris non comparentis in vltimo peremptorio ad accuſandum contumaciam reo,in ciuilibus eſt trium tarenorum, & in criminalibus ſex. Sed per Rit. ſupra 206.vbi dixi in 1.notab.& alium Rit.infra 218.qui corrigit iſtum,in ciuilibus, & criminalib.ſtatuitur pęna ſextæ partis mobilium cõtra actorem,non comparentem, de quo vide, quæ ibi dicam.
4 ¶†Quæro iuxta pręfata,pone quod vno ex citatis cõparente,cõparet etiã actor,qui contra non cõparentes vult accuſare contumaciã,& contra præſentẽ procedere,nunquid poſſit, Bart. in l.de vno quoq; ff. de re iud.determinat qđ ſic,per tex.in terminis in l.non idcirco ff.de iudic. & l.vnica,C.de conſort.eiuſdẽ litis.Idem Bar.& Paul.de Caſt.in d.l.non idcirco.Ang.in tract.malef. in verſ. dictũ Sempronium nu.9.verſ.& vt videtis,& plene Fely.qui multa concord.allegat in c.cũ inter nu.10. verſ. fallit quarto
5 de ſent.& re iudic.ratio eſt,† quia abſentia contumacium non operatur impedimentũ reſpectu præſentiũ, pro quo facit qđ not.Bar.in auth.ſed cũ teſtator circa fin. verſ.ſed quæro ecce,C.ad l. Falc. vbi qđ inuentariũ confectũ aliquibus non vocatis,& aliquibus præſentibus,licet contra abſentes non citatos ſit nullũ:tamen contra præſentes eſt validũ,quia ratione eorũ potuit procedi ad confectionem (non obſtante abſentia aliorũ)licet non ratione ipſorum abſentiũ.Itẽ facit quod ſcribunt Ang. & Paul. de Caſt. in
6 d.l.non idcircò † vbi quod licet aduocato abſente ſit danda dilatio litiganti,vel ad ipſum expectandũ,vel ad alium de nouo quærendũ,l.ab hoſtibus,§.ſed quòd ſimpliciter, & l.ait prætor,§.fin.ff.ex quibus cauſ.maior, & c.1. vbi pulchra gl.in verſ.aduocatus,extra vt lit non conteſt. tamen illud non procedit, vbi litigans haberet alios aduocatos eiuſdẽ cauſæ conſortes,& collegas per d.rationem,
7 quia † abſens non debet impedimentũ pręſtare præſentibus,niſi iſte abſens eſſet ille qui magis de cauſa eſſet informatus,quoniam tunc præſentes non eſſent ſufficientes ad cauſam defendendam,vt Paul.de Caſt.dicit in d.l.non idcircò.Salerni, die 3. Decemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCVIII.

ITem ſeruat ipſa Curia,quod primo die iuridico quo Curia regitur,poſt quaſcunq; ferias, ſcilicet meſſium,vel vindemiarum, vel Natalis, vel Reſurrectionis, vel carniſpriuij nullus condemnatur,neq; bannitur, in caſu quo factis omnibus actis,potuiſſet illo die condemnari,vel banniri,& hoc fit de æquitate,potius quam de iure.

SVMMARIVM.

1 *Aequitas rigori quando præferenda.*
2 *Aequitas ſcripta, & non ſcripta.*

ISte Rit.in viridi eſt obſeruantia in hoc Regno in omnibus Curijs, & Ideò dicimus communiter, quod prima Curia,quæ regitur poſt aliquas ferias,regitur pro forma,quia ipſa ſedente,nemo reputatur contumax, nec aliquis actus eo die fit in alterius contumaciam.Immò ea ſedente, pro forma interponitur decretum quod ab inde in antea procedatur in omnibus cauſis ciuilibus,& criminalibus in terminis in quibus reperiuntur,& quod carcerati habilitati virtute generalis decreti, propter ferias, quia partes non concordauerunt, redire habeant ad carceres iuxta formam fideiuſſionum per eos præſtitarum, & ita ſeruatur.

¶Not. ibi de æquitate, quod pract. in hoc Rit. contenta,eſt potius de æquitate,quam de iure † ex quo ſequitur,
1 quod æquitas præfertur rigori iuris, ad idem text. in l.2. §.item Varus. verſ.quanquam,ff. de aqua pluu. arcend. l.ſi tibi,ff.ſi certum petat.l.placuit,C.de Iud.& l.cum res, C.ſi alien.res pign.dat.ſit:ſed dicet aliquis iſte Rit. non dicit, quod æquitas præferatur, ſed quod Magna Curia ſeruat iſtud de æquitate:nec aliter dicit, quod ſi ſecus fieret,contumacia primo die poſt ferias accuſata, & vocata ſit nulla, & propterea dici poſſet,quod licet Magna Curia ſeruet iſtud de æquitate, tamen ſi aliquando hoc noluerint facere, contumacia erit valida, & æquitas non præferretur rigori immò rigor æquitati, reſponderi ta-
2 men poteſt, quod iſta obiectio procederet † quando iſta pract. & æquitas non eſſet ſcripta per hunc Rit. quoniam

niam tunc rigor præfertetur æquitati, vt dicit Bald. in d. l. placuit in fin. & ibid. doctrina Bart. in l. nam natura, ff. de condit. indeb. & Specul. in titul. de locat. §. 6. verſic. 96. ſed poſtquam eſt ſcripta in hoc Rit. bene poteſt dici, & inferri, quod æquitas præfertur rigori per dicta iura, vt dicunt etiam Doct. in dictis locis, & propterea ſi aliter fieret, quam hic dicitur contumacia eſſet nulla. Scias tamen ad hunc Rit. quod omnes feriæ in eo nominatæ ſeruantur in Regno, exceptis ferijs vindemiarum, quas non vbique habemus; & feriæ meſſium in hoc Regno incipiũt à 15. Iulij, & durant vſque ad octauum Septemb. quæ tamen ſolum ſeruantur in tribunalibus Ciuitatis Neap. * non autem extra per Regnum. * Et in cauſis ciuilibus non in criminalibus, vt etiam de conſuetudine de hac atteſtatur, Bart. in l. cuſtodias, circa fin. ff. de publ. Iudic. Salerni die 3. Decemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCIX.

ITem ſeruat ipſa Curia in ſero regi hora veſperorum, non de mane, nec poteſt aliquis condemnari, neque banniri, niſi primo vocetur alta voce per tubitam Curiæ, vel alium loco eius in eiuſdem defectum.

DE hoc Rit. & eius materia dixi plenè ſupra in Rit. 38. immo cum illo Rit. expediui etiam iſtum, vt dico ibi in fin. merito ad ibi dicta me remitto, vnum tantum hic dico, quod circa horam regendi Curiam, & vocandi contumaces diuerſimodè ſeruatur, & alibi fit de ſero, & alibi de mane. In Magna Curia fit ſemper de ſero, vt hic dicitur. Salerni die 4. Decembris 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCX.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod nunquam aliquis licentiatur à dicta Curia, niſi primo faciat condemnari aduerſarium ſuum ad pœnã in ob ſeruantia, quæ ſequitur ſtabilitam.

QVoniam ſupra in Ritu. 207. dictum fuit, quod ſi citatus comparet in vltimo peremptorio, & actor non, poteſt ipſe reus accuſare contumaciam actori, & facere ſe licentiari à Iudice, & ipſum actorem ad decretam pœnam ibi dictam condemnari. Ritus noſter ordinat, quod nunquam aliquis licentietur, niſi primo faciat ſuum aduerſarium condemnari ad pœnam contentam in obſeruantia, quæ ſequitur, ſupple in Rit. 218. ſed iſtud aliter ſeruatur in pract. ſecundum quam eſt in arbitrio citati accuſare contumaciam actoris, & ipſum condemnari facere elapſo triduo, vt in d. Rit. 218. dicitur, & ideo ſi non vult, ſatis eſt, ſi reus ipſe compareat, ac ſcribi faciat ſuam comparitionem pro eo die, & demum Curia pro tribunali * ſedente * etiam quod non ſit lapſum triduum vocari faciat actorem quo non comparente non dicitur quod fuit reputatus contumax, & condemnatus ad pœnam, vt in caſu præcedenti, ſed ſolum quod fuit reus licentiatus, & notatur in dicta comparitione. Bene tamen verum eſt, quod quando reus accuſat contumaciam actori, & demum alia Curia actor vocatur, & condemnatur iuxta pract. d. Ritu. 218. in illo actu, & interloquutoria dicitur etiam quod ipſe reus fuit licentiatus, & ita ſeruatur. Et circa pœnam ad quam actor condemnatur, hoc caſu vide, quæ dico in dicto Ritu. 218. Salerni die 3 Decembris 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXI.

ITem nota, quod ſi aliquis vadat ad Curiam, & dicat velle dare fideiuſſores de iudicio ſiſti pro aliquo bannito, & ſoluere ius banni, ſcilicet tarenos 16. & eos fideiuſſores det, & ſoluat prædictum ius, tunc ille extrahitur à banno, qui fideiuſſores non debent eſſe de reficiendis expenſis aduerſario, niſi de iudicio ſiſti tantummodo, & tunc datur illi litera extractionis à banno, & idem in ciuilibus, quia ſi condemnatur ciuiliter aliquis, & det fideiuſſores de iudicio ſiſti, & de reficiendis expenſis aduerſario, tunc ipſi danti ipſos fideiuſſores fit litera, quod ille cuius nuncium ſe aſſerebat reponebatur in poſſeſſione rerum, in quarum aduerſarius fuit poſitus ex primo decreto, vigore dictæ condemnationis ad tertiam partem bonorum mobilium, non tamen in actis, nec in dictis literis fit mentio de dicto iure, vel nuncio. Sed dicitur quomodo tales fideiuſſores voluntariè ſe obligauerunt in dicta Curia pro tali qui in fine interloq.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus fideiuſſores dare, cum effectu eos præſtare debet.*

2 *Contumaciam purgare volens, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, ad quid teneatur.*

3 *Qui ſtatim non refectis expenſis, non eſt audiendus.*

SVpra in Rit. 135. dictum fuit, qualiter licet pœna contumaciæ tàm ciuilis, quàm criminalis ſit tertiæ partis bonorum mobilium, nihilominus ſi aliquis contumax ſponte comparet coram aliquo officiali, vel commiſſario ſuper exactionibus contumaciarum, præſtando cautionem de ſtando iuri pro illa cauſa, extrahitur a banno, ſeù contumacia, & ſoluit ſolum tarenos ſexdecim pro iure ipſius banni, remiſſa ſibi pœna tertiæ partis mobilium, vt ibi dixi, & dicitur in Ritu. 214. in fin. ſed quia dubitari forte potuiſſet ſi hoc idem concedendum eſſet dato quod non ipſe contumax perſonaliter compareat, ſed alius pro eo, dando dictam cautionem, & ſoluendo dictum ius banni. Rit. noſter ordinat quod etiam iſto caſu, quo contumax mittit alium pro ſe, extrahatur à banno, & detur ſibi litera extractionis, in qua dicatur (ſi contumacia erat ciuilis, & exequutum fuerat ex primo decreto) quod ex quo cautum eſt de iudicio ſiſti, & refectæ ſunt expenſæ tali, qui fuerat factus contumax, reſtituantur bona, in quæ talis eius creditor fuerat immiſſus ex primo decreto. Iſte Rit. ſeruatur ſolum in hoc, quia ferè omnes contumaces mittunt alios ad purgandum eorum contumaciam, & faciendum ſe caſſari à contumacia, licet ſemper in criminalibus dicatur, quod contumacia remaneat firma, quo ad iudicium cauſæ principalis, quo ad ius banni, hic taxatum, nequaquam, ſed vt in dicto Ritu. 155. diximus ſoluitur, pro pœna plus, & minus (prout cum Iudice fieri poterit) & ſemper habetur reſpectus ad valorem tertiæ partis mobilium. Nec etiam quo ad fideiuſſionem de iudicio ſiſti in criminalibus, licet in ciuilibus ſic, & ideo videmus quotidie, quod contumaciæ purgantur, & talis fideiuſſio non præſtatur, ratio eſt vt credo, quia talis purgatio contumaciæ non operatur niſi redemptionem tertiæ partis bonorum mobilium; pro qua non poteſt vlterius

rius moleſtari,& quoad ipſum factũ principale,nihil prodeſt,quia adhuc tanquã contumax capitur, & carceratur, quod fieri non poſſet ſi præſtatio dictæ fideiuſſionis eſſet in vſu,vide tamen Anch.conſ.272.plene, & ſubtiliter , vbi tenet , quod in purgatione contumaciæ poteſt iudex non admittere procuratorem,ſed dicere,quod veniat principalis , ſed illud eſt per rationem ſtatuti per eum allegati , ne ſequatur abſurdum , quod ipſe dicit . In Regno , (vt dixi) practicatur vbique contrarium,& nedum procurator , ſed quilibet purgat contumaciam pro alio .

1 ¶ † Not.primo ibi,dicat velle dare , iuncto verſ. ibi, & eos fideiuſſores det,quod fideiuſſores dare obligatus , debet cũ effectu ipſos præſtare,non autem ſufficit dicere velle dare,ad idem tex.in l.ſeruus ſi hæredi,in fi. ff.de ſtatu libe.& l.qui decem,§.idem reſponſum , ff.de ſolut. per quæ iura ita firmat etiam Bar.in l.pretor,§.ſi quis paratus,ff.de noui oper.nunciatio.& Alex. conſ.21.nu.7. vol.1.

2 ¶ † Secundo not.ex hoc Ritu , quod ille qui vult purgare contumaciam tam in ciuilibus , quam in criminalibus , tenetur ſoluere pœnam ipſi curiæ , dare cautionem de iudicio ſiſti , & etiam in ciuilibus reficere expenſas , & hæc omnia ponit Spec.de ſatiſda.§.1. in fi. Affl. in conſtit. ſiue ſcali. 3.& 5.nota. & in conſt. contumacem nu.9. circa finẽ. Aduerte tamen,quia iſte Rit.videtur dicere,quod circa expenſas reficiendas,danda eſt fideiuſſio,adeo quod videtur innuere quod non ſunt reficiendæ in promptu,antequã recuperet bona exequuta ex primo decreto,ſed Doct.præ alleg. ponunt iſta ſeparatim,videlicet præſtare cautionem de iudicio ſiſti,& reficere expenſas,& idem clare patet ex
3 regia † prag.relatione de ord.iudic.& in pract. ita ſeruatur,& niſi ſtatim reficiat expenſas,non auditur,l.ſancimus, C.de iudicijs,& in conſt.Regn.clementiæ,circa fin. & Affl. ibi 9.nota. nu.27. quoad cautionem de iudicio ſiſti in criminalibus aliter ſeruatur,vt ſupra dixi . Salerni, die 3.Decembris 1559. Proſper Carauita .

RITVS CCXII.

ITem nota , quod nullus bannitus poteſt capi ante lapſum duorum menſium , à die banni , niſi veniat in conſpectu Curiæ,quod nota .

SVMMARIVM.

1 *Bannitus habet menſes duos à die banni ad comparendum, innocentiamque ſuam demonſtrandum .*
2 *Contumax fictus,& verus quis.*
3 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda.*

NOta ex hoc Ritu , quòd nullus bannitus poteſt capi de perſona ante lapſum duorum menſium à die ipſius banni,& in hoc concordat cũ conſt.Regn. clementiæ , prout eam ibi intelligunt Iſer.col.2. verſ. & ſic poſtea , & Affl.2.not.verſ.ſed quid ſi perſonaliter.nu.3.vbi in nu.4.al-
1 leg.hunc Rit. † Ratio iſtius Ritus eſt,quia per illã conſtit. bannitus à die banni habet duos menſes ad comparendũ , & demonſtrãdum ſuam innocentiam, præſtita cautione de ſtando iuri,vt Affl.ibi.dicit nu.3.verſ.ſed quando,& Capyc. deciſ.154.nu.3.vbi etiam de hoc Rit.mentionem facit. Sed iſte Rit. corrigitur per Rit. infra 229. vbi de vno tantum menſe diſponitur . Limita primo,vt iſte met Rit.dicit , niſi veniat in conſpectu ipſius curiæ, credo forte ratione contemptus . Secundo limita, niſi de delicto conſtaret,& eſſemus in caſu in quo etiam ſi à princ.comparuiſſet, non eſſet fideiuſſoribus liberandus,ſed in carcere audiendus,vt ſatis no.dicit Iſer.in d. conſtit. circa princ. & Affl. poſt eum d. verſ.ſed quando .

¶ Secundo nota ibi, nullus bannitus, quod iſte Rit.pro-
2 cedit tã in bannito qui fuit intimatus domi, † & ſic in ficto contumace,quã in vero,qui fuit de perſona citatus,licet de eo dubitauerit Iſer.in præalleg.conſtit. circa fin. verſ. alij æquius.& Affl.poſt eum,nu.3.verſ.ſed quid ſi , & quamuis
3 ibid.firmauerint illã conſt. generaliter loquentem,† generaliter debere intelligi,tamen credo,quod iſte Rit. ad maiorem declarationem voluit apponere illud verbum nullus,ſed iſte Rit.nec etiam d.Rit.220. quoad iſtud de captura poſt menſem ſeruatur in pract.& ideo etiam die ſequẽti contumaces, & banniti quotidie capiuntur vigore ipſius cõtumaciæ,bene tamen fateor, quod iudices habito reſpectu ad qualitatem cauſæ,& quantitatem iudiciorum,ipſum poſtmodum detinent , aut liberant ſub fideiuſſoribus purgata contumacia , & ita ſeruatur. Salerni , die 3. Decembris.1559. Proſper Carauita .

RITVS CCXIII.

ITem nota,quod nullus bannitus componitur de mora carceris,niſi ſit captus in banno.

¶ Dixi de hoc Rit.ſupra in Rit.136. ibi me remitto , illud ſolum hic repeto , quod iſtæ compoſitiones pro mora carceris,penitus ab aula receſſerunt . Proſper Carauita .

RITVS CCXIIII.

ITem , quod ſi bannitus veniat ad curiam cum denarijs in manu,de iure banni , & prædictis fideiuſſoribus,ſoluit ius banni , & præſtat fideiuſſores,non capitur,& extrahitur à banno, & non componitur de tempore,& idem ſi veniet cũ iure nuncius eius paratus cum dictis fideiuſſoribus,& cum dicta pecunia banni , quia tunc extrahitur à banno,& non componitur de tempore,& in prędictis duobus caſibus,quando aliquis eſt ciuiliter condemnatus,& idem bannitus,vel eorum inter nuncij , non coguntur componere de tertiarijs, ad quas fuerint condemnati.

¶ Materiam iſtius Ritus late poſui ſupra in Rit.135. & 211.igitur ne repetam illud,idem ibi videas .

RITVS CCXV.

ITem,quod illi,qui ſunt banniti , debeant præſtare infra tres dies fideiuſſores , ſi comparent eodem die,quo fuerunt banniti,quæritur quid in ciuiliter condẽnatis,an debeant præſtare? Immo eo ipſo, quod comparent , etiã vſque ad primum ſomnũ,& faciunt ſcribi comparitionem, cõdemnatio illa ad tertiã,vel ſextam , eſt retractata abſque alia retractatione, ſed ſolum , quod ſcribitur eodem die ibidem, dictus condẽnatus comparuit in dicta Curia,& debet cõparere dicto eodem die perſonaliter,& non per procuratorem,ad hoc vt dicta condemnatio retractata intelligatur, & idẽ in bannito , vt ſi eodem die comparet vſque ad primum ſomnum, intelligitur eſſe retractatum bannum,& tertiaria,quod nota .

De hoc Rit.plene dixi ſupra in Rit.204.& 206. 4.nota vide ibi .

RITVS CCXVI.

ITem quod de quolibet bannito extrahentes à banno, ſeu de pluribus, qui extraxerunt ſe à bannis ſuis vicibus, ſimul, vel ſeparatim fiant , & fieri debeant vnum , vel plura publica inſtrumenta debitis ſolemnitatibus roboranda,in quo, ſeu quibus contineatur litera commiſſionum di-

Digitized by Google

ctorum commiſſariorum, de recipiendis fideiuſſoribus a dictis bannitis, cum diſtinctione nominum bannitorum, & diuulgatione bannitorum eorundem, ac annotationibus reliquorum bonorum omnium mobilium, & ſtabilium bannitorũ præfatorum contentorum in eiſdem literis exequutionum, aſſumendaq; infra terminum, in dictis literis denotatum, dictis ſolemnitatibus munienda, mittant vnà cum pecunia dictorum bannitorum, & tertiarum ad Curiam ſupradictam.

Iſte Ritus tractat de his, quæ ſpectant ad officium commiſſariorum, qui quotidie deputantur contra contumaces ciuiles, & criminales: ſed quia de hoc plenè dixi ſupra in Rit. 132. & hodie in præfatis aliter ſeruatur, vt ibid. latè poſui, vide ibi dicta per me. Proſper Carauita.

RITVS CCXVII.

ITem, quod poſt receptionem dictarum fideiuſsionum commiſſarius ipſe mandet ex Reginali, dictæque curiæ parte dictis principalibus bannitis (ſi præſentes fuerint) ſeu eorum fideiuſſoribus ſupradictis in illorum abſentia, ad pœnam fideiuſsionum præfatarum quatenus fuerint banniti, ſiquidem ipſi fuerint ex officio dictæ curiæ banniti, quod dictos bannitos principales infra terminum per dictum commiſſarium eiſdem bannitis, ſeu eorum fideiuſſoribus præfigendum, pro cauſis præmiſſis ſiſtant in iudicio dictæ curię, & ſe præſentent.

Iſte Ritus eandem materiam tractat quam præcedens, circa incumbentia officio commiſſariorum: ſed quia de vtroque dixi ſupra in Ritu 132. ibi te remitto. Proſper Carauita.

RITVS CCXVIII.

ITem ſeruat ipſa curia ab eo tempore, cuius cõtrarium memoria hominum non exiſtit, hanc practicam in iſtis caſibus, ſi facio aliquem citari ciuiliter, vel criminaliter, vt die, puta ſexta Martij, compareat in dicta curia, & dicto die ſexto non compareo, ſed comparet citatus ipſe ciuiliter, vel criminaliter, & accuſat eodem die contumaciam contra me, deinde elapſo triduo, condemnabor ad ſui petitionem ad ſextam partem bonorum meorum mobilium, ſcilicet, quando citatus fuit aliquis extra locum, & partem eius, vbi curia regitur, ſi ipſe citatus venit cum literis reſponſalibus citantis, quia citatio debet ſemper vtrique parti conſimilis aſſignari, vbi verò non comparet citatus ipſe die ſexto prædicto, accuſatur contra eum contumacia dicto die, & elapſo triduo, condemnatur ciuiliter citatus ad tertiam partem bonorum mobilium, & criminaliter citatus ad tertiam partem bonorum mobilium, & etiam bannitur. Et nota, quòd in caſibus prædictis, vbi ego accuſator, vel actor condemnabor ad ſextam partem mobilium, condemnor etiam tũc ad ſui petitionem, ad expenſas taxandas per curiam, vbi vero ego in præmiſſis terminis comparui dicto die ſexto, & accuſaui contumaciam contra eum, quem ciuiliter feci citari, & ipſe ciuiliter comparuit infra triduum, vel quandocunque durãte citatione, ſcribatur comparitio ſua, quomodo eſt paratus procedere in dicta cauſa ad vlteriora, quatenus de iure fuerit, non tamen aliquã contumaciam accuſat contra me, & ſequenti die, & quandocunque durante citatione licentiabitur, & ego condemnor ad tarenos tres tantummodo, & non ad expenſas, licentiabitur autem tunc, quando condemnabor, & talis condemnatio ſcribitur in actis. Sed non legitur, & idem in proximo caſu ſeruabitur in criminali, excepto, quia condemnabor ad tarenos ſex tantummodo, & non ad expenſas etiam (vt dictum eſt) non ſic in caſu præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Citatus ciuiliter, vel criminaliter ad comparendum infra certos dies, comparens in vltima die termini, & non actor, accuſabit in forma actori contumaciam.*

2 *Pœna ſexta partis mobilium, quando, & vbi ſtatuta.*

3 *Citatio vtrique parti ſemper conſimilis aſſignatur.*

4 *Citatio per cedula affixionem, quando fit in domus limine.*

5 *Actor comparens tempore prima, & vltima contumaciæ, inſtat procedendum in cauſa ad vlteriora. Hoc ſufficiet ne, an contumaciam etiam accuſabit?*

MEnti tenendus eſt iſte Rit. quia ponit pract. ſeruandam in iudicio, quando reus comparet in termino, & actor non.

1 ¶ † Not. igitur primo, ex hoc Rit. quod ſi citatus ciuiliter, aut criminaliter ad comparẽdum infra certos dies, vltima die termini comparet, & actor non veniet, poteſt citatus ipſe eadem vltima die accuſare primam contumaciã actori, quemadmodum illam et die fuiſſ. ſibi accuſata per actorem, ſi ipſe citatus non veniſſet, & accuſata dicta contumacia, elapſo triduo, prima curia ſequenti accuſabit vltimam, faciendo actorem curia ſedente vocari, & cõdemnari ad ſextam partem bonorum mobilium, & ad expenſas, vt Rit. met dicit, Iſer. in conſt. Reg. ſponte volentibus, circa fi. in verſ. ſed quid ſi actor, & Affl. ibid. poſt eum, nu. 6. & tex. optimus in c. actor. de do. & contum. in 6. Et vltra præfata, vt dicunt Iſer. & Affl. ibid. citatio circunducitur per l. & poſt edictum ff. de iud. & actor vlterius non admittitur, niſi refectis expẽſis. Immo per d. c. actor teneretur cauere de comparendo poſtmodũ in termino citationis, licet hoc in Regno non ſeruetur, vt Affl. dicit in conſtit. Reg. accuſatorum, nu. 2. in fi. de hac practica accuſandi contumaciam actori per reum, dixi etiam tibi ſupra in Ritu 166. 5. nota. Et aduerte, quòd ante hunc Rit. nulla pœna erat ſtatuta

2 actori non cõparenti in ciuilibus, † quia pœna ſextę partis mobilium ſtatuta per conſt. accuſatorum, erat ordinata cõtra actorem non comparentem in criminalibus, vt dicunt Iſer. & Affl. in d. l. conſt. ſponte volentibus, ſed per Rit. 207. in fi. in ciuilibus fuit introducta pœna trium tarenorum, & in criminalibus ſex, & per iſtum (qui circa pœnã corrigit illum) pœna dictæ ſextæ partis mobilium ſtatuitur in ciuilibus, & criminalibus (vt vides) quod nota, quia talis cõtumacia actoris poteſt poni in libro contumaciarũ ciuilium, vel criminalium, & demum tractare prout tractantur contumacię reorum in ciuilibus, & criminalibus, & dixi ſupra in Rit. 132. & 133. & licet in practica non videamus ſeruari, illud ideo eſt, quia communiter accidentibus (cum reorum ſit fugere) raro euenit, quod citatus ſit ita diligens, & ſollicitus, quod ipſe accuſet contumaciam actori, & ſi aliquando euenit, communiter eligitur alia via procedendi contra

Digitized by Google

contra actorem non comparentem, quam poſui ſupra in Ritu 210. adeo quod non eſt opus ponere in libro contumaciam actoris, quia non reputatur contumax, vt ibi dixi, & hæc eſt veritas.

¶ Secundo no. ibi, ſcilicet quando citatus, ꝙ illa pract. ponendi in citatione tot dies ad comparendũ, obſeruatur, quando citatus, eſt extra locũ iudicij, & tunc attenta loci diſtantia, vbi citandus degit terminus apponi debet, quaſi velit dicere iſte Rit. ꝙ quando citandus eſt in loco iudicij, tunc nõ ponuntur tot dies, & ita verum eſt, & practicatur, quũ tũc in citatione dicitur, ꝙ prima die poſt citationis intimationẽ compareat, vt etiã ponit Maran. in pract. par. 6. in verſ. citatio, nu. 67. in nouis.

¶ Tertio not. ibi, ſi ipſe citatus, ꝙ ad hoc vt citatus veniens in termino poſſit accuſare cõtumaciam actori iuxta pract. ſupra poſitam, debet venire cũ literis reſponſalibus citantis, hoc eſt, cũ ipſa citatione, in qua ſit etiã reſponſale, ideſt relatio nuncij, qui ei intimauit, ratio autẽ quare cũ ipſis literis reſpõſalibus debet venire citatus, eſt, vt Rit. dicit,
3 † quia citatio ſemper aſſignatur cõſimilis vtrique parti, & ꝙ citatio aſſignetur citato, patet ex conſt. Reg. edictorũ, &
4 cõſt. citationis literæ, in princ. † vbi §. ſi vero dicitur, ꝙ ſi domus citati abſentis nõ aperiatur, citatio ſibi relinquitur affixa in limine domus. Intellige tñ iſtud, de literis reſponſalibus, ideſt de earũ copia, nam ea ſemper datur, & dari debet citato, vt hic dicitur, & in d. conſt. Aduerte tñ, quod dato, quod citatus non veniat cũ copia citationis, (vt dictũ eſt) nihilominus ſufficit, ꝙ in eius defectũ, veniat cũ aliqua petitione, in qua dicat ſe fuiſſe citatum ad inſtantiã talis, vt etiã dixi latius ſupra in Rit. 166. 5. not. & ſi facta perquiſitione actorũ, nõ reperitur ipſa citatio actoris, adeo, ꝙ certũ eſt ipſum primã cõtumaciã non accuſaſſe, tũc reus accuſat cõtumaciã ſibi iuxta pract. ſupra poſitã, & ita ſeruatur.

¶ Quarto no. ibi, vbi vero ego, ꝙ quotieſcunque actor, & reus cõparent vltima die termini aſſignati in citatione quo tẽpore ſolet accuſari prima cõtumacia, vt dixi ſupra in princ. verũ tẽpore vltimi peremptorij, (ꝙ erit elapſo triduo, vel quandocunque durante citatione, infra menſem, ſi citatus eſt intra ciuitatem, vel duo mẽſes, ſi eſt extra, vt dixi ſupra Rit. 207.) nõ cõparet amplius actor, ſed ſolũ reus, tunc nullã accuſat contumaciã actori, ſed ſolum offerat ſe paratum procedere in cauſa quatenus iuris fuerit, ſcribitur ſua comparitio, & actor condemnatur ad tarenos tres in ciuilibus, & in criminalibus ad tarenos ſex, & non ad expenſas, & facta tali condemnatione, ipſe reus licentiatur iuxta diſpoſitionem alterius Ritus ſupra 210. Ex quo nota, ꝙ quando actor nõ venit in tempore primæ contumaciæ, tunc accuſatur ſibi contumacia, & punitur vno modo, quem poſui in princ. Rit. ſed quando non venit tempore vltimæ contumaciæ, quia iam paruit primæ, tunc non ſibi accuſatur contumacia, verum punitur alio modo, quem proxime dixi, quæ bene nota pro intelligentia præſentis Rit. valde intricati. Sed dicet aliquis, contra hoc eſt Ritus infra 226. vbi expreſſe dicitur hoc caſu accuſandam eſſe contumaciam actori per eum, reſponderi tamen poteſt, quod reus in hoc Rit. venit ad accuſandum contumaciam actori elapſo triduo, durante tamen tempore citationis infra quod poterat actor comparere ibi elapſo triduo, poſt tempus citationis.

5 ¶ † Quæro iuxta præfata, pone quod actor tam tempore primæ, quam vltimæ contumaciæ comparet, & inſtat in cauſa procedi ad vlteriora, nunquid hoc ſibi ſufficiet, an vero vltra comparitionem, debet etiam contumaciam incuſare, Affl. in conſt. edictorum, q. 8. nu. 27. mouet hanc quæſt. & dicit, quod licet Iſer. aliter dixerit, actor tenetur contumaciam accuſare per tex. in l. properandum, §. & ſi quidem ibi, abſentiam incuſante, C. de iud. dicens, quod ita ſemper vidit obſeruari, quod quidem veriſſimum eſt, & hodie ita ſeruatur, & practicatur, voluit etiam Bar. in l. ſi finita, §. Iulianus, nu. 10. ver. procedo vlterius, & nu. 11. verſ. ſed quid, ff. de dam. infe. & ſatis pulchre & not. Anch. qui hoc late diſputat conſ. 97. & Alex. poſt Bar. in rub. ff. de in ius voca. in litera A, & idẽ Alex. in d. §. & ſiquidem, nu. 4. & adde quod de iure non ſolum tenetur actor contumaciam accuſare, (vt proxime dictum eſt) verum etiam accuſata contumacia, non poteſt illicentiatus recedere, vt dicit Bart. poſt gl. in d. §. Iulianus, & idem Bar. in l. ſi quis, C. de decur. lib. 10. & in l. conſentaneum, nu. 18. verſ. quæro tertio circa fi. C. quomodo, & quando iudex, Alex. in d. §. & ſiquidem, Abb. Are. & Fely. in c. 1. ibi, illicentiatus receſſit de iud. licet in Regno iſtud non ſeruetur in prag. Salerni, die 4. Decemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXIX.

ITem, quòd tam in ciuilibus quam in criminalibus cauſis, quæ in curijs ipſis tractantur, ſi terminus datus ad probandum partibus, incidat in diem feriatam, ſequenti die non feriata, parte non comparente in curia, contumacia accuſatur.

SVMMARIVM.

1 *Dilationum materia eſt amputanda.*
2 *Iudex æquitate motus, poteſt gratiam facere.*
3 *Termino ad probandum elapſo, ex litigantibus nemo examinat.*

NOt. ex hoc Rit. quod ſi vltima dies termini dati ad probandum in cauſa incidit in diem feriatum, poteſt pars die ſequenti comparere, & probare, alias ea non comparente, illomet die ſibi accuſatur contumacia. Iſte Rit. de directo diſponit contra id, quod firmat Spec. in tit. de dilatio. §. 1. nu. 4. ver. ſed pone iudex, & Bal. qui ipſum refert, & ſequitur in pract. tit. de citat. q. 9. ver. ſecus autẽ, vbi faciendo differentiam inter terminum datum ad comparẽdum in citationibus, & terminum datum ad probandum, dicunt quod primo caſu ſi vltima dies termini incidit in feriata, admittitur ad comparendum in ſequenti, vt late tradidi ſupra in Rit. 69. ſecundo vero caſu, decidunt
1 contrarium, † quia dilationum materia eſt amputanda, l. 2. in princ. C. de temp. app. & dixi late in d. Rit. item quia alios dies habuit infra quos potuit probare, propter quod non debuit ſe arctare ad vltimum diem feriatum. l. 2. §. ſi tamen ff. ſi quis cautio. limitant tamen iſtud niſi terminus ad probandum, datus eſſet hoc modo per iudicem, videlicet die Mercurij, & die Iouis probat tibi incumbentia,
2 † item limitat Bal. ibi nu. 4. niſi iudex æquitate motus, admittat partem die ſequenti, quia poteſt ei de hoc gratiam facere, arg. l. 1. C. quomodo, & quando iudex, & c. conſuluit, de off. deleg. dum tamen ex actis appareat, quod iuſſu iudicis die ſequenti fuit admiſſus, quid dicendum? quicquid iſte Rit. dicat in pract. non ſeruatur in terminis datis ad probandum, ſed ſolum in terminis citationum prout dice-
3 bant Spec. & Bal. in dd. locis, † & ideo lapſo termino dato ad probandum, nemo ex litigantibus examinat die ſequenti prætextu feriæ præcedentis, niſi iudex hoc ſibi concedat (vt Bal. dicit) per modum ſecundæ dilationis, quę in multis partibus Reg de ſtylo conceditur, vt ſupra dixi in Rit. 69. q. 1. Salerni die 4. Decemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXX.

ITem ſi aliquis, vel aliqua bannitus, vel bãnita fuerit per dictas Curias, ſeu alteram ipſarum, & ſubſequẽter in banno ipſo perdurans, citatus, vel citata fuerit de mandato dictæ curiæ, in aliqua cauſa ciuili non admittatur ad comparẽdum per procuratorem in Curia ipſa, niſi contumaciam ſuam primo purgauerit, & ſi contumaciam non purgauerit infra ſpatium vnius menſis computandi a die banni emiſſi, capi poſſit de perſona.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus pro vna cauſa, pro alia ad comparendum per procuratorem non admittitur.*

2 *Contumaci audientia denegatur.*

3 *Quæ requirantur vt quis bannitus dicatur.*

4 *Bannitus extra ciuitatis protectionem eſſe dicitur, ſeparatuſque à beneficijs alijs ciuibus competentibus.*

5 *Bannitus etiam ad defendendum non admittitur, excommunicatus tamen ſic, cum quatuor ampliat & limit.*

6 *Nemo pro bannito loquatur, vel compareat.*

7 *Contumax de perſona capi quando poſſit non purgata contumacia.*

8 *Quid locum habet tam in ciuili, quam criminali cauſa.*

9 *Allegans, ſecundum allegata intelligi debet.*

10 *Iudex aliquem pro debito capere, & carcerare non poteſt, niſi prius condemnetur.*

11 *Bannitus citatus in aliqua Curia ad rem aliquam tradendam, poteritne comparere per procuratorem, excipiendo de pretio non ſoluto.*

12 *Defenſio eſt de iure naturali.*

13 *Statutum defenſionem tollens, nullius eſt momenti.*

14 *Naturalia à ciuili iure non tolluntur.*

15 *Aliud eſt defenſionem perimere, aliud verò defenſionem diſtinguere.*

16 *Ceſſionario banniti nunquid banni exceptio obſtabit, in perſonam cedentis?*

17 *Bannum an in feudalibus etiam bannitum afficiat?*

18 *Affecta pſona eius quoq; priuilegia affecta eſſe dicũtur.*

19 *Bannitus infamia facti infamis dicitur: & a dignitate repellitur.*

20 *Officiali ex delicto bannito eius iuriſdictio ſuſpenditur.*

21 *Practica de ſequeſtranda per Curiam iuriſdictione Baronis, pro capitali delicto contumacis.*

22 *Contumacia in criminalibus qualiter purgabitur vt bãnum non obſtet bannito pro alia cauſa agere, vel defendere volentis.*

1 NOt. ex hoc Rit. † quòd bannitus pro vna cauſa, ſi citetur pro alia, etiã ciuili, non admittitur ad comparẽdum per procuratorem. Ratio iſtius Rit. eſt vt dicit Pet. Foll. in pract. crim. in verſ. banniantur, nu. 55. verſ. itẽ con-
2 tumax, † quia contumaci audientia denegatur, l. ſed ſi per procuratorem, §. ait prætor, iuncta gl. in verſ. decreto, ff. ex quib. cau. maior. & gl. in l. contumacia in verſ. litis damno. ff. de re iud. ſed iſta ratio mihi non ſatisfacit, quia ſi eã attendimus, bannitus tunc ſolũ nõ eſſet admittendus per procuratorẽ, cum in iudicio compareret, vt actor, non autem ſi vt reus ad ſe defendendũ, eo quia regula d. l. ſed & ſi per prætorẽ, non habet locũ in contumace, qui per ſe, vel procuratorẽ venit ad iudicium, vt reus, c. intelleximus, de iud. & c. cum inter de except. & tamen vt hic vides bannitus citatus pro alia cauſa, & ſic cõparens vt reus, ad ſe defendendum, non admittitur per procuratorẽ, & ſi dicatur, ꝙ iſtam rationẽ ponit etiam Bal. in d. l. ſed & ſi per prętorem dicens, poſt Bart. quod in illo text. fundantur ſtatuta, quæ volunt, ꝙ bannito non reddatur ius, reſpondetur ꝙ Bal. & Bart. bene dicunt in ſtatuto ſimpliciter dicente, quod bãnito non reddatur ius, vel quod bannitus non audiatur, quoniam tale ſtatutum intelligitur, quando bannitus ageret, nõ autẽ quando ſe defenderet, vt Bal. met dicit, & ratio talis ſtatuti eſſet fundata ſuper illa, quia contumaci denegatur audientia. Sed in terminis iſtius Rit. qui denegat defenſionẽ bannito, illa ratio, quia contumaci audientia denegatur, non poteſt adaptari per rationẽ, quam proxime dixi, item quia ſequeretur, quod èo ipſo, quod quis eſſet contumax in cauſa criminali, quod eſſet admittendus ad comparendũ per procuratorẽ in alia cauſa, quod eſſet falſum, quia iſte
3 Rit. non repellit cõtumacẽ, ſed bannitũ. † Et ad hoc, vt quis dicatur bannitus, multa requiruntur, quæ ponũtur in conſt. grandis, & ibi per Affl. in princ. nu. 8. & 9. adeo quod ſi ea non concurrant bannũ non tenet, vt expreſſim Affl. dicit in
4 d. 9. no. & ideo ego dico, quod ratio iſtius Rit. eſt, † quia bannitus dicitur eſſe extra protectionem ciuitatis, vt dicit Cyn. in l. 1. C. de natur. libe. & Bal. in c. 1. in princ. col. 6. de pace tene. & vt dicit idẽ Bal. in l. 1. C. de hęred. inſtituen. & Affl. in conſt. grandis vtilitas 7. nota nu. 12. ad ſimilitudinẽ excommunicati, qui reijcitur à foro eccleſiaſtico, bannitus eſt ſeparatus à beneficijs competentibus ſpecialibus perſonis, vt patet ex c. 1. in prin. verſ. ſed Obertus. hic finitur lex, licet magis afficiat bannũ in curia ſeculari, quam excom-
5 municatio in foro eccleſiaſtico, † quia (vt hic patet) etiam ad ſe defendendum non admittitur, & tamen excommunicatus ſic, vt patet in d. c. intelleximus, & c. cum inter. Amplia hunc Rit. procedere, etiã ſi per partem non fuerit oppoſitum, quia iudex poteſt bannitum, & excommunicatum repellere etiã alio non opponente, vt dicit Iac. de Are. in l. vni. C. vt quæ deſunt aduoc. & Bal. in d. c. 1. nu. 3. hic finitur lex, pro quo tex. in terminis, in c. exceptionẽ, extra de exceptio. licet aliter dixerit Pet. Folle. in loco præalleg. nu. 60. verſ. & ad hoc, poſt Ang. in l. venditioni, in princ. C. de vſuca. & Hip. in rub. de fideiuſſ. nu. 149. poteſt tñ vtraque opinio procedere, ſecundũ Salyc. in l. ſicimus, nu. 2. in fi. C. de iudic. prima, vt poſſit iudex id facere, etiam ſi non petatur: ſecunda, vt non teneatur facere, niſi opponatur: quod nota. Secundo amplia procedere etiam inter diuerſas perſonas, tum propter generalitatem iſtius Rit. qui loquitur, quod bannitus per Magnã Curiam, citatus pro cauſa ciuili, non admittitur ad comparendum per procuratorem, & nihil dicit ſi citatio pro cauſa ciuili fuit expedita ad inſtantiam illius, qui fecit ipſum bannire, vel alterius: cum etiam quia militat eadem ratio, vt cum ſit bannitus, &
6 extra protectionem communis, † nemo pro ea loquatur, neque compareat, vt dicit Affl. in d. conſt. 7. not. nu. 12. in fi. & in hoc etiam differt iſte Ritus à regula d. l. ſed & ſi per prætorem, quia, vt ibi dicit Bologn. in apoſtill. d. l. locum habet inter eaſdem perſonas, non inter diuerſas, & iudice hoc decernente, vt etiam dicit Iaſ. in l. 2. §. fin. num. 21. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Tertio amplia procedere etiam ſi bannum eſſet factum in vno tribunali, & modo pro cauſa ciuili citaretur in alio, dummodo vtrũque tribunal à Rege dependeat, prout ſunt omnes officiales huiuſ Regni, & ita proprie firmat Affl. in conſt. humanitate, 12. not. verſic. ſed iuxta, nu. 17. & referendo, ſequitur Pet. Foller. in d. verſ. banniantur, num. 53. verſ. ſed iſtud, licet ipſi loquantur ad alium finem. Limita primo, non procedere noſtrum Rit. in materia l. qui accuſare, C. de eden. cum ſim. quia licet bannito ſit ſublata defenſio etiam pro alijs cauſis, tamen actore non probante in cauſa, quam cum eo habebat, abſolui debet, vt pulchrè ſcribit Cœpoll. caute. 255. ſimilem cautelam, & Cott. in memora. in verſ. actore non probante. Secundo limita, vt dicit Pet. Foller. in loco pręalleg. nu. 57. verſ. & poteſt, in cauſa cœpta ante bannimẽtum, quoniam in ea poteſt per procuratorem comparere, ſecundũ Bart. & Angel. in rub. C. de delat. lib. 10 & Bart. in l. Vranius, in princ. col. fin. verſ. deinde quærit Dyn. ff. de fideiuſſ. tu autẽ aduerte, quia dubito de tali limita. ex quo Nell. in tract. banni. 1. par. 2. temp. q. 59. nu. 150. cum ſeq. faciendo longã diſtinctionem ſuper iſta quæſt. dicit (vt etiam poſtmodum Pet. Foll. met refert) ꝙ quando ſtatutũ dicit, quod bannitus non audiatur, vel quod non fiat ei ius, tunc quandocunque intendat comparere, & audiri, ſiue cauſa fuerit cępta ante, ſiue poſt, debet ei audientia denegari, & ius non reddi; ex quo tũc cum comparet, adeſt qualitas impeditiua, l. & ſeruorum, §. 1. ff. de ſtat. hom. & l. quoties, §. pen. ff. quod iuſſu. ſed quia Rit. noſter dicit, quod bannitus non admittatur ad comparendum per procuratorem, niſi primo contumaciam purgauerit, ſequitur abſque dubio, quod in quacũque cauſa vult comparere, non debet admitti, quia in hoc parui refert, quod cauſa fuerit cœpta ante, ſi quando vult comparere, eſt bannitus, & ita teneas, & pone iſtud pro quarta ampliatione ad hunc Rit.

¶Se-

Digitized by Google

7 ¶ Secundò not. ex hoc Rit. in fi. † quod contumax contumacia nō purgata, capi poteſt de perſona elapſo menſe à die contractæ cōtumaciæ. Idem Affl. in conſt. Reg. grandis, 7. not. nu. 12. in fi. in conſt. clemētię, nu. 3. in fin. ver. & ſcias, & in conſt. pœnā nouem vnciarū, q. 3. nu. 6. in fi. in quibus locis hunc Rit. ſemper allegat, ſeruatur quoad capturam, ſed non quoad tempus hic ſtatutum, vt ſupra in Rit. 212. nā contumaces abſque aliqua difficultate capiuntur, & carcerantur quotidie infra menſem, immo, vt ibi dixi, etiam ſequenti die poſt contumaciā, & quod contumax capi poſſit de perſona, & carcerari vide etiam Milis in pract. in verſ. Andreas, nu. 2. & 3. fol. 52. in parte vol. & vide Bar. in l. fin.
8 nu. 2. ff. ad legem Iul. pecu. † Amplia hunc Rit. procedere nedum in contumace pro cauſa criminali, vt loqui videtur, verum etiam in ciuili, vt dicit tex. in auth. de exhib. reis, §. ſi ver ò ſemel, verſ. ſi verò etiam, Rom. conſ. 224. nu. 3. Bart. per illum tex. in l. conſentaneum, nu. 13. verſ. iſtud videtur, C. quomodo, & quando iudex. Abb. in c. fin. §. in alijs, vt lit. non conteſt. Afflict. in conſt. Reg. contumacem, 1. not. & in conſt. Reg. ſi quis poſt litem, per illum tex. 8. not. num. 15. vbi quòd etiā tanto tempore debet ſtare in carcere, quanto durauerit inſtantia cœpti iudicij, & idē Maran. in pract. par. 6. in verſ. contumacia, nu. 18. verſ. ſexta pœna, ſed iſta ampliat. in practica non ſeruatur in Regno ad inſtantiam partium, ſed ſolum ad inſtantiam Curiæ pro pœna contumaciæ. Nec obſtat tex. d. §. ſi vero, & l. conſentaneum, quia, vt dicit Bart. in d. l. fin. ff. ad l. Iul. pecu. ideo ibi pro debito priuato capi quis poteſt de perſona, quia fuerat ſemel in iudicio, & cum iuramēto promiſerat ſiſtere, vnde cum poſtea non ſteterit, tanquam periurus capitur, vt propriè, & ad literam dicit tex. d. §. ſi vero, tex. in d. conſt. ſi quis poſt litem, loquitur in eo, qui citatus perſonaliter dixit nolle venire, Abb. Affl. & Maran. in dd. loc. loquuntur ſecundum
9 terminos dictorum iurium: † quia cum eadem allegent, dictum eorum ita debet intelligi iuxta doctr. Bart. in l. nō ſolum, ff. de liber. lega. alias abſurdum quippe, & à legibus abſonum eſſet intelligere, quod citatus pro debito ciuili,
10 propter illam cōtumaciā capi poſſet, & carcerari, † nam, vt Bart. dicit in præalleg. l. fin. iudex non poteſt aliquē pro debito capere, & carcerare, niſi prius condemnetur: licet poſſit, ſecundum eum, capi facere contumacem, ſolum vt veniat in iudicio, non vt in carcerem ponat: ſicque etiam allegata ſupra procedere poſſent: tanto magis, quia in hoc Regno, quando aliquis eſt cōtumax in cauſa ciuili, prodita ſunt remedia legitima citra omnem contumacis carcerationem, vt patet ex Regia prag. relatione, de ordin iud. vbi quod aut datur terminus in cauſa in contumaciā abſentis, aut actor mittitur in poſſeſſionem ex primo decreto, & ita ſeruatur, quod not. Et ex iſto not. collige vnam pœnā, qua contumax ob ſuam contumaciā punitur. Alias vero pœnas contumacis vide per Marant. in pract. loc. præalleg. vbi late ponit, & enumerat alias viginti tres, & Petr. Foller. in d. verſ. banniatur, nu. 43. cum ſeq.
11 ¶ † Quæro in hoc Rit. vna cū Pet. Foll. in d. pract. nu. 59. verſ. poteſt, pone quod bannitus citatur in Magna Curia, vel in alio tribunali ad tradendum aliquam rem, nunquid poterit per procuratorem comparere, & exceptionē pretij non ſoluti opponere? Breuiter, ipſe dicit, quòd ſic, per doctr. Salyc. & Bal. in l. fin. ille nu. 4. & iſte nu. 3. C. de peric. & commo. rei vend. vbi in ſpecie Salyc. dicit, quod ſtāte ſtatuto, quod bannitus non audiatur, poterit bannitus de pretio non ſoluto excipere; tu autem dicas contrarium in terminis noſtri Rit. qui in ſpecie loquitur de bannito citato pro cauſa ciuili, quòd non admittatur ad comparendum per procuratorem. Nec obſtat doctr. Salyc. & Bal. quia ipſi loquuntur in termiminis ſtatuti, quod ſimpliciter diſponit quod bannitus non audiatur, & vt ſupra dixi in 1. nota. intelligitur quando comparet agendo, non autem quando ſe defendēdo, nos vero in terminis præſentis Rit. qui expreſſius prohibet bannito defenſionē, vt etiā ſupra dixi in 1. nota. ꝙ nota, quia poterit quotidie euenire. Et ſi dicatur quo-
a modo per hūc Ritum tolli poſſunt defenſiones bannitis, a
12 † cū defenſio ſit de iure naturali, l. vt vim, ff. de iuſt. & iur.
13 adeo ꝙ, vt ibi dicit Bal. col. 1. † ſtatutū per quod ipſa de-
14 fenſio tollitur, dicitur eſſe nullius momēti, † qa ea quę de iure naturali ſunt inducta, per ius ciuile tolli non poſſunt, clemen. paſtoralis de re iudic. & §. fin. inſt. de iur. nat. & late Affl. in prælud. conſt. Regn. q. 12. nu. 18. reſpondetur, ꝙ ſupradicta limitantur nō procedere quotieſcūque ſtatutū ex cauſa tolleret defenſionē, vt dicit Alex. conſ. 105. nu. 8. vol. 5. allegat pro hoc l. ſi ſeruus, C. de his, qui ad eccleſ. cōfugi. & l. 1. & 2. C. quādo lice. ſine iud. ſe vind. & ipſemet Bal. in d. l. vt vim, quē Alex. ſequitur in d. conſil. limitat dicta ibi per eū non procedere, quando ſtatutū ratione contumaciæ, tolleret defenſionē. Item reſponderi poteſt, quod iſte Rit. non tollit penitus defenſionē, ſed in odiū bannitorū quouſque perdurauerint in contumacia nō purgādo, ſed in eadē perſiſtendo, ſeipſos excludunt l. veteres in fi. ff. de itine. actuque priua. & facit l. non enim, ff. ex quibus cauſ.
15 maio. † aliud enim eſt defenſionem perimere, & penitus tollere, ꝙ fieri nō poteſt per dd. iura, & aliud eſt defenſionē diſtinguere certo modo, vt Alex. dicit in d. conſ. nu 9.
16 ¶ † Secundo quæro quid in ceſſionario banniti, nunquid etiā ipſi agenti, vel ſe defendēti obſtabit exceptio banni in perſonā eius, qui ſibi ceſſit? Doct. in hoc varij varia dixere, vt patet ex Spec. de ceſſio. act. §. 1. verſ. illud etiā quæritur, Bald. in l. apud Celſum. §. ſi cum legitima. ff. de dolo excep. Bal. in l. ſi cū dotē, § ſi patre. ff. ſol. matr. in l. 3. §. ſi filius, ff. ꝙ quiſque iur. & in l. per diuerſas C. mand. ſed quia Nell. in tract. banni. par. 2. 2. tēp. q. 7. viſo quod, nu. 187. omnium diſtinct. reaſſumit, & late hanc quęſt. tractat, ibi te remitto.
17 ¶ † Tertio quæro, nūquid bannū afficiat bannitū etiā pro feudalibus? Breuiter dicas, ꝙ ſic, & de hoc habes tex. cū gl. in c. 1. hic finitur lex, & ſequitur ibidē Bal. nu. 14. ver. & no-
18 ta. vtrum, † dicens ꝙ affecta perſona, ſunt etiā affecta eius priuilegia, vt patet ex illo cap. quos prohibet vaſſallis auxiliū, & ſeruitiū pręſtare ſuis dominis bannitis, & ratio eſt, quā ibi gl. ponit, & ſequitur Bal. nu. 8. quia interim donec dominus eſt bannitus, feudū dicitur ſuſpendi, licet penes ſe retineat directū dominiū, & vt ſcribit idē Iſer. in c. 1. col. 1. de milit. vaſſal. qui cōtu. eſt perdit poſſeſſionē ipſius feudi, & ſi infra annum non comparet, perdit proprietatem, vt etiam not. in d. cap. 1. & latius tradit Excellens D. Marinus Frezz. de ſubfeud. lib. 2. 29. authorit. num. 11. ratio autem
19 prædictæ rationis eſt, † quia bannitus dicitur infamis infamia facti, vt dicit Iſer. & poſt eum Affl. in conſt. grandis, quæſt. 2. num. 23. per tex. in l. fin. C. de requir. reis, & infamis infamia facti repellitur à dignitate, l. nulla, C. ex quibus cau. infa. irrog. & l. 2. C. de digni. lib. 12. hoc tamen donec ipſa infamia durat, vt dicunt Iſer. & Affl. in conſt. Reg.
20 clementiæ, q. 5. & 16. nu. 16. & 17. † vbi in official. bannito ex delicto, cōcludunt eius iuriſdictionem ſuſpendi, vt banno durante non poſſit eam exercere, vt etiam tradit Capy.
21 deciſ. 31. † ex cuius Iſern. doctrina in d. conſt. clementiæ, cępit pract. in hoc Regno, vt inquit D. Marinus in loco pręalleg. quod vbi feudatarius, vel Baro eſt contumax pro delicto

ADDITIO.

a Defenſiones bannitis. Adde quòd adeò defenſiones ſunt de iure naturali, quod nec vetare quemquam reus poteſt quin ipſum in cauſa capitali defendat, & poſt condēnationem prouocet, & appellet, humanitatis ratione ſuggerente omnē prouocantē audiri debere, & ſi ipſe acquieſcat ſententiæ, nihil quærendo, num neceſſarius ſit, qui prouocat, vel nū eius interſit? ob cognationem quandam inter nos à natura conſtitutam. l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. adeo quod & ſi reſiſtat qui condemnatus eſt, nec velit admitti appellationem, perire feſtinans, differendum ſupplicium erit, l. nō tantum. ff. de appell. Et vide omnino, quæ nos latiſſimè diximus in tract. ad arbitr. Magn. Cur. Vic. c. 3. ex nu. 37. vbi demonſtrauimus etiā eſſe de iure diuino, fuiſſeque à ſummo Deo datas Adæ, & Euæ, & vide quæ diximus ſupra ad Ritum 18. C. P.

S 3

licto capitali fit ſequeſtrũ iuriſdictionis, & Curia interim detinet,& iuriſdictioné exercet,donec tædio affectus comparuerit,& contumaciam purgauerit: licet infra annum fructus non ſequeſtrentur, ſed percipiantur nomine Baronis, per deputatum ab eo,vel procuratorem ipſius, vt latius per eum.

21 ¶ † Tertio quæro,quonam modo dicetur purgata contumacia in criminalibus, ad hoc vt bannito non obſtet bannum, ſi velit agere,vel ſe defendere in alia cauſa? quidam Doct. qui parum ad leges aduertit, dicebat, quòd ſi ſoluit pœnam Curiæ pro contumacia, hoc ſufficiet, quia cõmuniter tunc dicitur purgata cõtumacia,cum pœnã Curię eſt ſoluta: tu autem dicas, quod dicetur purgata contumacia tunc cum vltra ſolutionem pœnæ,comparuit corã illo tribunali,quod eum banniuit,& iuri ſtetit, vel ſaltim cauit de ſtando iuri, debet etiam cauere de ſtando iuri qui cõtumaciam vult purgare, & expenſas reficere, vt dixi ſupra Rit. 211.in 2.nota.& Cauenſ.hic ponit etiã,& hæc eſt veritas. Salerni die 4.Decemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXXI.

ITem ſi datus terminus incidit in diem feriatam contumacia partis non comparentis accuſatur præcedenti,& ſequenti die.

DVplicatur iſte Rit.ſupra in Rit.80.& infra Rit. ſeq. & Rit.224.& 226.in fine, ſed quia de hoc dixi in d. Rit.80. ibi te remitto.

¶ Quæro in hoc Rit.quonam modo eſt,quod hic dicitur, quòd contumacia accuſatur præcedenti, & ſequenti die? Breuiter, iſte Rit. in his verbis fecit me diutius inſudare,

1 tandem dicas ſic, a quando citatio dicit, quòd talis compareat hinc ad decem dies,tunc ſi decima dies eſt feriata, die ſequenti debet comparere: alias ſibi accuſatur contumacia,vt hic,& in dd.Rit.dicitur, quando vero dicit,quòd compareat hinc,& vſque ad decem dies,tunc quia iſte terminus appellatur terminus ad quem, ſi decima dies eſt feriata,debet comparere die præcedenti,quę eſt nona,alias tunc ſibi accuſatur contumacia,vt etiam latè dixi in d.Rit. 80.& ponit Marant. in pract. par.6. in verb.citatio.venio ad quintum dubium,nu.120.vbi in nu.123.de his Rit.mentioné facit. Salerni,die 4.Decẽb.1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Dicas ſic.Adde,quod forte melius erit dicere,quod hæc verba, præcedenti, & ſequenti die intelligi debeant computari hoc modo,videlicet quod accuſetur ſequenti die facta mentione de die præcedenti, ob feſtum, iuxta formam Ritus 80. & 224. C. P.

RITVS CCXXII.

ITem, quòd cauſæ tam in ciuilibus, quam in criminalibus,quæ in ipſa Curia tractantur, ſi terminus datus partibus incidit in diem feriatã, ſequenti die non feriato partis non comparentis in dicta curia contumacia accuſatur.

Iſte Rit.eſt idem cum præceden.dic vt ibi dixi.

RITVS CCXXIII.

ITem ſeruat ipſa Curia,ꝙ contumacia, ſcilicet prima accuſatur proximo die, quo ipſi teſtes debuerunt comparere, deinde expectatur triduo ſemper, ſed fideiuſſores ipſi non expectantur triduo, ſed ſi iſti ſero debuerunt comparere, ego accuſabo hodie contumaciam contra eos, & cras condemnabuntur ad pœnam fideiuſſores, & hoc modo fit omnis condemnatio, & de iure eodem inſtanti acta poſt conteſtatam litem,præterquam in teſtibus.

DE hoc Rit.dixi ſupra in Rit.94.vbi etiam poſui qualiter practicetur. ¶ Nota iſta verba,proximo die,& intellige, ꝙ ipſomet die quo teſtes debuerunt comparere, vt patet ex d.Rit.94.& 97. & ſic proximũ diem comparitiones appellat ipſummet diem vltimum termini, quo die tenentur citati comparere,alias accuſatur prima contumacia (vt in d.Rit. dixi) quid autem velint dicere verba fina. iſtius Rit. ibi, poſt litem conteſtatam, & ibi, præterquam in teſtibus,vide in d.Rit.94.quia diutius inſudaui in eis antequam d.Rit. vidiſſem. Proſper Carauita.

RITVS CCXXIIII.

ITem nota,ꝙ vbicunque cõtumacia debet vno die accuſari,ſi illo die ſunt aliquæ feriæ,intellige de ſequenti die iuridico immediatè ſequenti, & ſi plures dies eſſent feriati,etiã intellige de primo ſequenti,& fit mentio quomodo tali die non fuit accuſata contumacia propter feſtum tale, quo die dicta curia recta nõ fuit,& ſi fuerint plura feſta, fit mentio in ipſo actu de omnibus feſtis, puta feſtum Sancti Ioannis, & Sancti Petri.

¶ Iſte Rit.in viridi eſt obſeruãtia,vt dixi ſupra in Rit.80. & de eius materia vide quæ ibi poſui, & Marant.in pract. par.6.in ver.citatio,verſ.eſt etiam ſciendum,nu.68. in nouis,vbi hunc Rit.allegat. Proſper Carauita.

RITVS CCXXV.

ITem nota,ꝙ tales primæ cõtumaciæ accuſantur die quo non regitur Curia,dummodo non ſit dies feriata,ſed dies talis,quo potuiſſet regi curia,ſi voluiſſet regi,ſed dubitatio eſt in curia,ecce ego debui hodie accuſare primã contumaciã contra Titium,quod hodierno die nõ fuerunt feriæ, ſed fuit dies iuridicus, nõ tamen fuit recta curia, ego nõ accuſaui contumaciã dicto die hodierno, ſed cras volo accuſare,quãdo curia regitur,quęro an admittat,vel ſpirat citatio, quia quamuis quãdo non tenetur curia, non poſſit accuſari contumacia,tamen de cõſuetudine Regni eſt,ꝙ accuſatur,& notarius actorũ ſcribit pręſentationem,& accuſationẽ contumaciæ, dummodo ſit dies quo potuiſſet regi ipſa curia, ſi voluiſſet, quia forte fuit impedita ex alijs ſolutio, debet accuſari prima cõtumacia die termini,qui non eſt feriatus,licet curia non regatur,alias ſpirat citatio,& debet talis cõtumacia accuſari hora,qua ſolet regi curia.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia prima poteſt accuſari etiam quod curia non regatur,quod tamen intellige, vt ibi.*

2 *Contumacia prima coram quo,& qua hora poſſit,& debeat accuſari.*

1 NOta ex hoc Rit. ꝙ † prima contumacia poteſt accuſari etiã quod curia nõ regatur,dummodo ſi voluiſſet,regi potuiſſet,aliàs citatio ſpirat,& non poteſt accuſari die ſequenti,vt hic dicitur,& inf.in Rit.227.idẽ no.Maran. in pract.par.6.in ver.citatio. ver.eſt etiã ſciendum, nu.68. in nouis,vbi hunc Rit.allegat. Et adde, quod eſt in viridi obſeruantia in omnibus Curijs: licet de iure ſecus ſit, vt Rit. dicit, quia quando Curia non regitur, contumacia de iure accuſari non poteſt.

¶ Se-

Digitized by Google

2 ¶ Secundo † no. ibi, & notarius, quod prima contumacia poteſt accuſari coram notario ſolum, debet tamen accuſari hora, qua Curia regi ſolet, licet non regatur: primũ obſeruatur, & nedum notarius actorum ſcribit prima contumaciam, ſed ẽt eius ſcribæ. Secundam vero minime, quia omni hora diei accuſatur cõtumaciȩ, vt omnibus eſt notũ. Salerni, die 4. Decemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXXVI.

ITem nota, quod ſi feci te citare ciuiliter, vel criminaliter, & accuſaui contra te contumaciam, & elapſo triduo, poſt vltimum tempus, puta vno menſe, vel duobus, quia nec feceram te adhuc condemnari, vel banniri, quia poſſum ſtare certo tempore, prout continetur in quadam alia obſeruantia, tu comparens in Curia, & facis me vocari, & accuſas contumaciam contra me die prima ſequenti potes licẽtiari, & ego cõdemnor, quod no. ſi accuſatio cõtumaciæ cadit in diem feriatam, accuſatur ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Practica accuſandi contumaciam à reo actori.*

2 *Actor quantum tempus habeat accuſandi vltimam contumaciam.*

1 ISte † Rit. ponit pract. accuſandi cõtumaciã à reo actori, qui comparuit tempore primæ contumaciæ, verum non comparet tempore vltimæ, & dicit quod quandocunque comparet reus elapſo triduo poſt menſem, ſi ipſe eſt de ciuitate, vel poſt duos ſi eſt extra ciuitatem, vt dixi etiã ſupra Rit. 207. in 1. not. accuſat contumaciam ipſi actori, & die ſequenti facit eum condemnare, & ipſe licentiatur, vt etiam dixi ſupra Rit. 218. in 4. not. vbi poſui ad quid cõdemnabitur actor iſto caſu. Ad vnum tamen aduerte, vt etiam ibi dixi, quia in terminis illius Rit. ponitur quando actore non comparente ad accuſandum vltimam contumaciam, comparet reus elapſo triduo, durante tamen tempore citationis, huic vero quando triduum erat elapſum poſt tempus citationis, adeo quod caſus eſt diuerſus.

2 ¶ Secundo † not. ibi vno menſe, vel duobus iunctis alijs verbis ibi, quia poſſum ſtare, quod actor habet tempus accuſandi vltimam contumaciam vnius menſis, vel duorum, vt ſupra dixi, & ita ſeruatur. In fin. Rit. ibi ſi accuſatio contumaciæ, vide quæ dixi ſupra in Rit. 80. 221. 222. & 224. vbi idem diſponitur. Salerni, die 4. Decemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXXVII.

ITem nota, qdod in omni caſu de mundo vbi expedit, quod accuſetur prima contumacia ſemper ipſa prima contumacia poteſt accuſari, etiam ſi Curia non regatur, dummodo non ſit dies feriatus, ſed talis, quod illo die regi potuiſſet, ſi Curia voluiſſet. Et ita ſeruatur.

Iſte Rit. duplicatur cum alio ſupra 225. vt etiam ibi dixi, & ideo ad ibi dicta me remitto.

RIT S CCXXVIII.

ITem quod nullus priuilegiatus trahat alium priuilegiatum ad Curiam ipſam, niſi ſit curialis, ſed cum priuilegiatus trahit non priuilegiatum ad Curiam ipſam, priuilegiatus iurat, quod perhorreſcit exceptio curiali, qui non iurat, & priuilegiatus trahit ad Curiam ipſam in iure ceſſo, ex cauſa tamen neceſſaria, non lucratiua, excepto curiali, qui ad Curiam ipſam de iure ceſſo non trahit, ſed nullus priuilegiatus trahit, ex pœna ſibi ceſſa conuentionali, ſiue legali.

SVMMARIVM.

1 *Actor forum rei ſequi debet, cum limitat.*

2 *Priuilegio fori, ſuoque priuilegio quilibet renunciare poteſt, præter clericum.*

3 *Priuilegiatus contra priuilegiatum fori electionem non habet.*

4 *Priuilegiatus contra non priuilegiatum in electione fori, quando perhorreſcentiam aduerſarij iurare debet.*

5 *Iuramentum perhorreſcentiæ eſt ius nouum in Regno.*

6 *Bona fides in dubio præſumitur ſemper.*

7 *Pia cauſa multa habet priuilegia.*

8 *Dictio nullus, eſt ſignum vniuerſale.*

9 *Exceptiones legitimæ admittuntur, non obſtante ſtatuto, quod nulla exceptio admittatur.*

10 *Ceſſio vera, & non ſimulata conſtare dicitur.*

11 *Ceſſionem ſimulatam non eſſe, ex quibus conſtare poſſit.*

12 *Ceſſio ſimulata quibus conſtabit, & ſeq.*

13 *Fraus, & dolus non præſumendus.*

14 *Cedens ſi eſt priuilegiatus, ceſſionarius non, nunquid cedentis priuilegio ceſſionario vti poterit circa fori electionem?*

15 *Succedens in alterius loco, eius iure vti debet.*

16 *Priuilegia perſonalia cum perſonis extinguuntur.*

17 *Varians eligere dicitur.*

18 *Curiales an perhorreſcentiam iurare teneantur?*

19 *Procurator generalis an poſſit comparere pro perſonis priuilegiatis ad eligendum, & vetitandum forum.*

20 *Procurator ſpecialis conſtitutus à perſona priuilegiata ad eligendum forum an poſſit iurare de perhorreſcentia.*

21 *Mandatum ſpeciale ad iurandum quo caſu requiratur.*

22 *Fraus an præſumatur, enumerantur caſus trigintaquatuor.*

NOt. primo ex hoc Rit. quod nullus priuilegiatus (ſupple circa fori electionem) poteſt vti tali priuilegio contra alium priuilegiatum, niſi ſit curialis, & idẽ habes infra in Rit. 231. licet iſte Rit. ſit magis generalis, quia ille loquitur ſolum, quãdo pupillus contra pupillum, vel vidua contra viduam, iſte vero, quod nullus priuilegiatus contra priuilegiatum. Ratio iſtius Rit. eſt, quam etiam ſentit d. Rit. 232. quia iſto caſu reus conuentus vltra priuilegium, quod habet electionis fori, quemadmodũ & actor habet etiam aliud, quod ſibi tantum eſt conceſſum de iure
1 communi, † quod actor ſequatur forum rei, l. fin. C. vbi in rem actio. & capit. cum ſit generale, de foro comp. cum ſimilibus, propter quod trahi non poteſt reus in Magna Curia, cum debeat vocari in foro ſuo. Intellige tamen iſtud procedere quotieſcunque fuerit per reum conuentum oppoſitum, & allegatum, & hoc tum per verba d. Rit. ibi velit declinare, & ibi, renuncient ius commune, vt ibi latius
2 dicam, † tum etiam, quia priuilegio fori per d. l. conceſſo, quilibet poteſt renunciare, l. ſi quis in conſcribendo, C. de de pac. niſi ſit clericus, c. ſi diligenti de foro comp. Et ex hoc Rit. generaliter dicente, quod nullus priuilegiatus trahat alium priuilegiatũ, ſequitur clara, & indubitata deciſio, quòd ſiue actor ſit priuilegiatus maiori priuilegio,
3 quam reus, ſiue non, † nunquam priuilegiatus eligit forum contra alium priuilegiatum, prot etiam voluit Affl. in cõſt. Reg. ſtatuimus, vt magnȩ q. 2. n. 14. poſt Bar. de Cap. quem allegat, licet Doc. in auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccl. Iſern. in d. cõſt. ſtatuimus, Alb. in l. ſi. ff. ex quib. cau. ma. & Luc.

Digitized by Google

Luc.de Pen.in l.2.in fi.C.de ſilentia.lib.12. aliter dixerint
faciendo diuerſas diſtinctiones. Miror tamen quod Afflic,
de hoc Rit.nullum fecit fundamentum in d.conſt.
4 ¶ † Secundo no.ibi.ſed dum priuilegiatus trahit, quod
priuilegiatus, qui vult forum eligere, vigore ſui priuile-
gij, contra alium non priuilegiatum, debet iurare, quod
perhorreſcit potẽtiam ſui aduerſarij in alio foro, excepto
curiali, qui non iurat, & in hoc concordat iſte Rit.cum d.
conſt.ſtatuimus,§.& de quęſtionibus, vbi conceſſo priuile-
gio electionis curialibus, nulla facta mentione iuramenti
præfati, poſtea loquitur de perſonis miſerabilibus, & ordi-
nat, tunc demum poſſe eligere, cũ iurant de perhorreſcen-
5 tia. † Illud iuramẽtũ perhorreſcentię eſt nouum ius in hoc
Regno tantũ, per illam cõſt.& hunc Rit. quia de iure cõ-
muni in l.1.C.quando Imp.inter pupill. & vid.non requi-
ritur, vt etiam Affl.tangit in d.conſt.ſtatuimus, in 8.not.
¶ Teſtio no.ibi, & priuilegiatus trahit, quod priuilegia-
tus, qui velit eligere forum conueniendo ſuum aduerſariũ
pro aliquo debito ſibi per alium ceſſo, tunc demum poteſt
vti electione fori, cum illa ceſſio eſt facta ex cauſa neceſ-
ſaria, non lucratiua, & cum ipſe eſt priuilegiatus alio pri-
uilegio, quam curialis, & ad idem habes alium Ritum
infra 290. item quod nullus admittatur. Limita iſtum
Rit.non procedere in perſonis miſerabilibus, quibus per
diſpoſitionem d.Rit. à conſtitut.ſtatuimus generaliter eſt
conceſſum priuilegium electionis fori, nulla facta diſtin-
ctione ſi ceſſio eſt ex cauſa lucratiua, vel oneroſa, vt fir-
mat Iſern.in d.conſt. verſ.item quid ſi vtatur, & Affl.poſt
6 eum, q.6.num.18.ſi tamen ceſſio fieret bona fide, † quæ in
dubio præſumitur arg.l.fi. C.de euictio.alias ſecus, ſecun-
dum eos, vt etiam refert, & ſequitur Io.de Amic. conſ.24.
nu.13. Non obſtat diſpoſitio illorum Rit.quoniam, vt dicit
Affl.ibid.non intelliguntur loqui in iſtis perſonis, ea quidẽ
ratione, quia cum eis ceditur ex cauſa lucratiua, videtur
7 fuiſſe donatum ad piam cauſam, † quæ in iure multa alia
habet priuilegia, vt late ponit Rom in auth.ſimiliter col.4.
C.ad l.Falcid. item alia ratione, quia cũ præſumatur dona-
tio, licet non ſit ad piam cauſam, ſuccedit aliud, quod le-
ges, & Rit.prædicti loquentes de iure ceſſo, non vendicãt
ſibi locum in ceſſione ob meram liberalitatem, & dona-
tionem, vt patet expreſſim in l.per diuerſas, §.ſi autem, C.
manda.& his, quæ not.Io.de Amic.d.conſ.num.25.verſ.&
conſidera. Et ſi dicatur quo pacto reſpondetur d. Rit.290.
qui generaliter dicit, nullus admittatur ex iure ceſſo, &
propterea per illam dictionem nullus, videtur vniuerſali-
ter omnibus negare, reſpondetur (licet Affl.nihil de hoc
8 dicat) † quod dictio nullus, ſit ſignum vniuerſale negati-
uũ, l.hæc oratio. vbi not.etiam Alb. ff.ſi libert.ingen.tamen
vt dicit Alb.in ſuo Diction. in verſ.nulla exceptio. non
ſemper negat vniuerſaliter, vt patet ex dicta l.hæc oratio.
iuncta gl.in verſ.nullum, & ex tex.not.in l. ſi mihi Meuia,
§.fi.ff.de leg.3. vbi eſt caſus fortior, quia dicebatur nullus
9 omnino, & pro hoc facit, † quia ſtante ſtatuto, quod nulla
exceptio admittatur, exceptiones, quę ſunt legitimę adhuc
ſtatuto non obſtante, admittuntur, vt dicit Albe.in d.Di-
ction.& in l.non tantum, §.quod ſi pro emptore, iuncta gl.
ff.de petit.hæredit.per illum tex. & per c.ex parte lo 2.cũ
ibi no.de off.deleg. & c. ſi quis arbitretur, 22. q.2. & per
eũdem Albe.in l.ſi quãdo, C.de inoffic.teſt.& ideo ab iſto
ſigno vniuerſali nullus admittatur, excluditur caſus, quo
veniens ex iure ceſſo, obtinuit ceſſionem, tamen per dona
tionem, & liberalitatem per d.l.diuerſas, & ita teneas. Ad-
uerte tamen ſing.quod licet in hoc Regno extet diſpoſitio
iſtius Rit.& alterius præalleg.290.tamen in pract.nõ ſunt
in obſeruãtia, vt etiam dicit Io.de Amic.d.conſ.nu.7.verſ.
non obſtat, & ideo in Magna Curia præſertim, & in alijs ẽt
curijs agentes ex iure ceſſo, etiam ex cauſa lucratiua, ad-
mittuntur, & ſi ſunt priuilegiati vtuntur eorum priuilegio
electionis fori, ſicut ſi venirent ex cauſa neceſſaria, dum-
modo abſit fraus, adeo quod concluſio ſupra firmata per
Iſern.& Affl.in perſonis miſerabilibus, in omnibus ſibi lo-
cum vendicat, & ratio eſt, quia ceſſante diſpoſitione iſtorũ
10 Rit.diſpoſitio iuris communis locum habet, † quod aut
ceſſio eſt vera, & non ſimulata, idque cõſtat, & valet, l.per
diuerſas iuncta gloſ.in verſ.ceſſiones, & in ver. quam alijs
cauſis, C.mandat.niſi fieret potentiori l.2.C.ne lice.potẽt.
vel niſi fieret cauſa auaræ venalitatis, c.2.extra de alie.iud.
11 muta.cau.fact. † dicitur autem conſtare non eſſe ſimula-
tam, ſecundum Specul.de ceſſio.actio. nu.6. verſ.verum ſi
acto.cum ſeq.quotieſcunque actio magnæ ſummæ ceditur
pro parua, item ſi fieret ex cau.donationis, tertio, ſi cohæ-
res cedit cohæredi, vel hæres legatario, cui res, vel actio
eſt legata, quarto cum cedit creditori pro debito, quod ſibi
debet etiam ſi cederet maiorem quantitatem, vt patet de
his omnibus ad literam, in d.l.per diuerſas, quinto cũ eius
iuramento affirmat non eſſe ſimulatam, vt dicit Guid.Pap.
deciſ.273. & gl.no.in l.ſi cui, §.ijſdem, in verſ.doceat, ff.de
accuſ. Aut ceſſio non eſt vera, ſed ſimulata, & cõſtat, & tũc
non valet, l.fi.§.ſi quis autem, & §.ſed & ſi quis donationẽ,
12 C.mãd. † Dicitur autem ceſſio ſimulata illa in qua agitur
in rei veritate, quod lucrum ſit cedentis, licet aliud appa-
reat, vt not.per gloſ.in d.l.per diuerſas, in verſ.quam alijs,
* in princ. * & per Dominos de Rota dec.1.alias 177.nu.2.
verſic. quæro de alien. iud. mut. cauſ.fa.in nouis, fol. 26.
Aut eſt dubium, & tunc licet aliqui aliter voluerint, Spec.
ipſe ibid.nu.7.verſ.ſi vero dubitatur poſt Odofre. conclu-
13 dit non præſumi ſimulationem, † quia fraus, & dolus non
præſumitur, l.quoties, §.qui dolo, ff.de prob.& no.per glo.
in c.ſedes, in verſ.dolus, in princ.de reſcrip.excepit tamen
tres caſus, quas ipſe enumerat, & colligit ex tex.d.l.fi.quar
tus caſus eſſe poteſt, ſecundum eund.nu.10.ver.item etiam,
quando ceſsionarius eſt homo litigioſus, & ſolitus talibus
implicari, textus quotieſcunque nulla alia ratio aſsignari
poteſt, quare ceſsio facta fuit, niſi vt reus vexaretur.
¶ Quarto not.in fin.Rit.ibi ſed nullus, quod priuilegia-
ti non poſſunt vti priuilegio electionis fori ex iure ceſſo
quando id quod eis ceſſum eſt, debetur ex pœna conuen-
tionali, vel legali, quod nota.
¶ Quarro primo nunquid ex alijs modis vltra prædictos
conſtare poteſt, ceſsionem non eſſe ſimulatam? Spec.in d.
tit.de ceſsio.actio.nu.10.dicit quòd ſic, ſi enim pauper, qui
non habet vnde cauſam proſequatur cedit alteri, ex ne-
ceſsitate potius, quam ficte præſumitur ceſsio facta argu.
pro hoc, l.alienationes, ff.fa.erciſ.& l.ob ęs.C.de præd.mi-
no.item ſi ille qui cedit alij, habet ire, aut alia facere pro-
pter quæ litis proſequutioni vacare non poteſt, arg.l.1.ff.
de off.eius. Item quando actio cedenti eſſet inutilis, quia
forte debitor eſt potens, ex quo non poteſt iuſtitiam con-
ſequi, vel quia debitor eſt Hiſpanus, & ipſe actor Neapoli-
tanus, propter quod alteri Hiſpano ceſsit, vt etiam voluit
Paul.de Caſtr.in d.l.per diuerſas, nu.4. verſ.& in effectu.
Item quando eſſet homo qui lites adeo execratur, quod
potius vult parte debiti carere, quam litibus ſe implicare,
arg.l.item ſi reus, §.2.ff.de alien.iudic.mut.cau.fact. Item ſi
debitum eſſet multis diſputationibus ſubiectum, vel debi-
tor adeo cauilloſus, quòd etiam ſi eſſet liquidũ, vix ab eo
ipſo extorquere potuiſſet, arg.l.ſi.C.de proc. Item quando
fuerint perſonæ coniunctæ, vt dicunt Cyn.& Bal.in d.l.per
diuerſas, q.19. Cyn in l.qui impẽdia. C.de proc. Ioan.And.
ad Specul.de ceſsio.actio.nu.10. ver.ſed nnnquid in lit.B.
Ioann.de Amic. conſ.præall. num.8. verſ. & tanto magis,
& late Tiraq. de retract. in præfatio. num.53. & 54. licet
Specul.in d.verſ.ſed nunquid, aliter voluerit, & Guid.Pap.
deciſ.273. qui in hoc nihil allegat, niſi quod Curia par-
lamenti hoc non permittit.
14 Secundo quæro, pone quod cedens eſt priuilegiatus, ceſ-
ſionarius vero non, nunquid poterit ceſsionarius priuile-
gio cedentis vti circa fori electionem? Io.Andr.in Spec.tit.
præalleg.nu.13.verſ.ex præmiſ. in addit. incip. ſed quæro,
15 dicit, † ꝙ licet, qui in alterius loco ſuccedit, eius iure vti
debeat c.is qui, de reg.iur.in 6.cum ſimil.tamen illud locũ
16 non habet in priuilegijs perſonalibus, quæ perſonam ſe-
quuntur, & cum ea diſtinguuntur, c.priuilegium, eo.tit.de
eo.tit.de reg.iur.in 6.& ideo reſidet, qood hoc caſu cum
pri-

Digitized by Google

priuilegium electionis fori detur perſonæ, non actioni, ceſſionario non competit, not. per Paul. de Caſtr. in l. ſi poſt diuortium, ff. ſol. matr. Alex ad Bart. ibi in apoſtill. incip. conuenti, & firmat Rom. conſ. 135. vbi quod ceſſionarius vtitur priuilegio ſuo, non cedentis.

¶ Tertio quæro, tu ſcias, quod illæ perſonæ, quæ poſſunt
17 eligere forum ex priuilegio, poſſunt etiam variare, † quia qui variat eligere dicitur, l. cum qui certarũ, §. 1. ff. de ver. obl. & not. per Affl. in conſt. ſtatuimus, vt magnæ. 6. no. q.
18 13. nu. 25. † nunquid ẽt cũ variant, teneãtur iurare de perhorreſcentia, ſicut in hoc Rit. & cõſt. diſponitur? Breuiter, poſtquam variare forum, dicitur eligere, & iuramentum in electione præſtandũ eſt, nulli dubium, quod ẽt in variatione requiritur, & ita vidi pluries determinatum, & in practi. ſeruatur. Intellige tñ præfata quando variatio fieret a Curia domicilij ad Curiam Regiam, non autẽ ecõuerſo, ratio eſt, quia primo caſu tractatur de præiudicando officiali domicilij, qui eſt cõpetens de iure cõmuni, ſecundo vero caſus ſecus, & ideo tunc ſtrictius procedi debet, vt tunc demum variando eligant, cũ iurant perhorreſcere, & ꝙ hoc ita debeat intelligi, pondero primo tex. l. 1. C. quando imp. vbi mẽtio perhorreſcẽtię nõ fit, quãdo declinabatur Curia Regis, ſed Curia prouinciæ, ſm̃ Rit. iſtum, & d. cõſt. ſtatuimus, vbi fit mentio iſtius iuramenti de electione fori, quæ fit trahẽdo in Magnã Curiam, & ſic qñ tractatur de præiudicando officiali, qui aliàs eſt competens de iure communi, cogitabis tamen, quia eſt nouum, vt credo.

19 ¶ Quarto quæro, † cum per hunc Rit. & conſt. ſtatuimus, vt magnæ viduę aliæ, quę perſonæ miſerabiles habeãt priuilegium eligendi forum, nunquid pro earum parte poterit proc. generalis comparere, & eligere, aut variare forum? Breuiter dicas, quod non, quia iſta fori electio iure ſpeciali petitur, ideo mandatum ſpeciale requiritur, ſicut in reſtitutione dicũt Iſer. in cõſt. ſi quis in poſterũ, in princ. per l. illud, §. ſi talis, ff. de mino. verum tamen eſt, quod ſi eſſet talis proc. generalis cũ libera bene poſſet hoc facere, quia talis proc. poteſt omnia, quæ exigunt ſpeciale mandatum, vt no. Bar. in l. procurator, cui libera, ff de proc. & latius Affl. in d. conſt. ſi quis in poſterum, num. 39. in fi. Et dicitur cum libera, ſecundum Bar. in præalleg. loc. & Afflic. quotieſcunque dictum eſt in mandato, quod poſſit omnia facere, quæ poſſet alia propria perſona conſtituentis.

20 Quinto † iuxta prædicta quæro, pone quòd vidua, vel alia perſona habens priuilegium eligendi forum a d. cõſt. conſtituit ſpecialem proc. ad comparendum in tali Curia ad eligendum vel variandum forum eius nomine, nulla facta mentione, quòd poſſit etiam iurare de perhorreſcẽtia, nunquid poterit in electione fori quam faciet, iurare perhorreſcentiam? Videtur dici poſſe, quod non, quia tale iuramentum nõ poteſt præſtari per proc. niſi habeat ſpeciale mãdatum ad iurandum, vt dicit Gem. in c. vt circa, §. ſuper huiuſmodi nu. 3. & 4. ibid. Io. And. nu. 15. in fi. de elect. in 6. & referẽdo ſequitur Caſſ. dec. 1. ſub tit. de iureiur. Contrariũ tamen credo verius, primo, quia cõſtituto proc. ad eligendum, aut variandum forum, videtur conceſſum omne illud ſine quo variatio, aut electio fieri non poſſet, l. 2. cum ſimil. ff. de iuriſd. omn. iud. immo cũ electio nõ aliter detur conſtituenti, niſi iuret perhorreſcentiam, per d. conſt. procurator ad eligẽdum tacite ineſt, & ad iurandum, & ideo nõ eſt curandũ ſi non fuit expreſſum arg. l. 3. in fi. C. de fideicom. l. 4. ff. de leg. 1. & l. conditiones, quæ extrinſecus, ff. de cond. & dem. immo pro expreſſo habetur vulgat. l. cũ quid, ff. ſi cer. pet. Secundo quia non eſt dicendum, quòd quis videatur ſentire id, quod impugnet actũ ſuũ, arg. l. 4. ff. de teſt. milita, & ſic, quòd fecerit procuratorem ad eligẽdũ, & nõ ſenſerit ẽt quod iuret, immo illa verba de eligẽdo intelligi debent mediante iuramento perhorreſcentiæ, quia verba aptari debent ad caſum, qui poteſt intelligi ex ipſis verbis, l. Gallus, in prin. ff. de lib. & poſthu. & no. per gl. in d. cõſt. ſi quis in poſterũ, in verſ. inuocatione, in tantũ quòd ex dictis rationibus talis procurator in ſpecie ad eligẽdũ, vel variandũ forum habetur, ac ſi ſpecialiter conſti-
21 tutus eſſet ad iurãdũ de perhorreſcentia. Tertio † probatur, quia præfati Doct. videlicet Gem. Io. Andr. & Caſſ. in præall. locis dicunt, quòd tunc requiritur mandatũ ſpeciale ad iurandum, vbi à iure requiritur præſtari propriũ iuramentũ, ſecus ſi de iuramento tantũ fit mentio, quoniã tunc poteſt per aliũ præſtari per cle. 1. de iureiur. & ita teneas ſine dubio, nec obſtat motiuũ ſupra in contrariũ allegatũ, quia reſponſio patet ex proximo tertio fundamento. Et ſi dicatur, quod in d. conſt. ſtatuimus, vbi fit mentio de iuramento perhorreſcentiæ, non requiritur iuramentum ſimpliciter, ſed dicitur de corporali iuramento, & propterea videatur non poſſe per alium præſtari ſicuti præſtari non poteſt, vbi à iure requiritur, quod præſtetur propria ipſius iurantis manu, vel propria perſona, vt dicũt Arch. Io. And. & Caſſ. in dd. locis, vt ſic exponatur corporale iuramentũ, ideſt per propriũ corpus, ſiue propriam perſonam reſpondeatur, quod iuramentum duplici modo præſtari poteſt, vno ſiquidem verbis, & alio tactis ſcripturis, vt probat tex. taliter intellectus per Bar. ibi in l. ſi alterius, C. ſi minor ſe maior dixe. & gl. 1. in §. ſed neque, in auth. de mand. princ. & vbi requiritur tactis ſcripturis, debet præſtari ſuper ſancta Dei Euangelia, ſecundum Inn. in cap. & ſi Chriſtus, de iureiur. nec ſufficeret ipſorũ præſentia, niſi ẽt eſſet tactus, ſecundum gloſ. & ibi Card. in clem. 1. §. porro, de hæret. quamuis de conſuetudine ſufficiat tangere quamlibet ſcripturam, ſm̃ eandẽ gl. d. §. porro, in fi. Bal. in c. 1. §. itẽ ſacramẽta nu. 4. ver. quæritur vtrũ, de pace iura. firma. & Affl. in conſtit. puritatem, tertio not. niſi expreſſe diceretur, quod iuramentum præſtetur tactis Euangelijs, ſecundum gl. d. §. porro, in fin. ver. quia ergo ſit diuerſimode iuramentum pręſtari poteſt, dicta conſt. ſtatuimus requirendo iuramentum in perhorreſcentia, ne de iuramento verbali fuiſſet intellecta, addidit corporale, ideſt tactis ſcripturis, nec habuit intentionem intelligendi, ideſt per proprium corpus, vel propriam manum, & quod illud corporale ita intelligatur, & exponatur probat tex. in d. §. porro. Et ideo Rot. in Curia Romana, vt dicit Caſſad. d. deciſ. admittit procuratorem ad iurandũ de perhorreſcentia cum mandato in quo ſolum detur poteſtas iurandi in animam conſtituẽtis, quodlibet licitum, vel honeſtum iuramentum, & tanto magis ſi diceretur, & neceſſarium, cum iuramentum perhorreſcentiæ ſit licitum, & honeſtum, & per d. conſtitut. neceſſarium, item tanto magis admitteretur talis procurator ſi data ſibi eſſet poteſtas iurandi de calumnia, & quodlibet aliud licitum, vel honeſtum, & neceſſarium iuramentum, quia cum ſit expreſſum de iuramento calumniæ, quod requirit ſpeciale mãdatũ, c. ſi. de iur. cal. & no. per gl. in c. qui ad agẽdũ, de proc. in 6. clauſula ſequẽs intelligeretur ẽt de ſim. vt in c. ſedes, de reſcrip. & d. c. qui ad agẽdũ, cũ ibi not.

22 Sexto † quæro ſupra in tertio not. dictum fuit fraudem in dubio non præſumi, nunquid id ſemper verum erit, dicas, quòd illud dictum procedit regulariter; fallit tamen in multis caſibus, de quibus in d. not. poſuimus quinque. Sextus caſus in quo fraus præſumitur eſt in venditione, vbi adeſt pactum de retrouendendo cum modicitate pretij, vt probat tex. in c. ad noſtram extra de empt. & vend. quamuis ſecundum aliam opin. requiratur etiam, quod emptor ſit ſolitus fęnerari, de cuius opinionis veritate, vide plene Cagn. in l. 2. q. 6. nu. 50. cum ſeq. C. de pract. inter empt. & vend. Septimus eſt, quãdo debitor alienat eo tempore, quo ſcit ſe habere creditores, & eius facultates nõ ſufficere, vt probat tex. vbi ẽt not. Bar. in l. ſi quis cum haberet, ff. quæ in fraud. credit. Octauo in donatione omniũ bonorum, per l. omnes, §. Lucius, vbi not. per Bart. nu. 2. ff. quæ in fraud. credito. & Bal. in l. eam quam nu. 40. verſ. ſed ſubiungitur, in fin. C. de fideicomm. & idem ſi fuerit de maiori parte, vt no. per Bal. in l. ſi vnquam, in 1. lect. nu. 2. verſ. quid ſi. C. de reuocan. donat. poſt Bart. in l. nomen, §. 1. in fin. ff. de leg. tertio. Nonus in ſolutione facta per debitorem creditori ant. tempus, d. §. Lucius, verſ. ſi vir, & l. ait prætor, §. ſi cum in diem eod. tit. Decimus in eo qui emit a debitore in fraudem alienante non obſtante, quod fuerit ſibi denun-

cia-

Digitized by Google

ciatum à creditorib. ne emeret, d.l. ait prætor, §. ſi quis particeps. Vndecimus in alienatione omnium bonorum, d.§. Lucius, vbi no. per Bar. nu. 3. & per gl. in l. qui teſtamẽtum, in verſ. modum, ff. de probat. & ibi per Bar. nu. 3. verſ. vlt. & per eundem Bart. in d.l. nomen, §. 1. in fi. vbi id dicit procedere, ſiue fuerint vendita omnia bona ſub illo nomine collectiuo omnia, ſiue particularis talis, & talis res, vt etiã dicit in d.l. qui teſtamentum, in fin. verbis. Duodecimus, vbicunque dominus diminuit peculium ſerui, vel filij habentis creditores, vel patitur ipſum ſeruum, aut filium transferri peculium in alium, l. ſumma cum ratione, & ibi Bar. ff. de pec. Decimus tertius, vbicunque quis intricat ſuũ patrimonium, d.l. ſumma, vbi per Bart. & not. per Ang. in l. fin. ff. de ſtipul. ſeruo. Decimus quartus in alienatione facta rerum magis pretioſarum, retentis inutilioribus, & vilioribus, vt inquit Ang. in l. 2. C. de repudian. hære. & in l. fin. ff. de ſtipul. ſeruorũ, & Ale. ad Bar. in d.l. ſumma cum ratione, in lit. G. Decimus quintus caſus eſt in alienatione, vel donatione facta bonorum ante delictũ, dummodo cõcurrat aliqua ex ſex præſumptionibus poſitis per Bar. in l. poſt contractũ, nu. 2. ff. de donat. de quibus etiam per Ang. in d.l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in frau. cred. Decimus ſextus vbicunque in teſtamento legatur alicui aliqua quantitas vti ſibi debita, de qua quantitate alias non fuiſſet capax, nam debito non probato, præſumitur quod in fraudem fuerit dictum ſibi deberi, caſus eſt in l. qui teſtamentum, ff. de prob. & nota. per Ang. in d.§. Lucius. Decimus ſeptimus quoties fit alienatio, aut quiuis alius contractus clandeſtine, l. 2. & 3. C. de reſcind. vendit. & per Ang. in d.§. Lucius, & in l. 2. ver. 4. C. de repu. hære. Decimus octauus, vbi fit aliqua alienatio, & alienans adhuc poſſidet, l. ſicut, §. ſuperuacuum, ff. quibus mod. pig. vel hipo. ſolui. & ibi not. etiam per Bar. & per Ang. ibid. §. Lucius, & Specul. in tit. de donat. nu. 7. verſ. ego dico, vbi nedum in alienatione, ſed etiam in donatione loquitur, quæ fraudis præſumptio qualiter elidatur, vide per Cœpoll. in tract. de ſimula. cõtra nu. 76. in 24. præſumptione. Decimus nonus, quando filius abſtinet ſe ab hæreditate paterna, & poſtmodum per interpoſitam perſonam emit aliqua ex dictis bonis à creditoribus anterioribus, l. ſi is, qui bonis, ff. de acquir. hęred. l. pupillus, §. item ipſe, & ibi Bar. ff. de auth. tutor. & nota per Ang. in d.l. 2. C. de repud. hæred. vbi dicit idem eſſe, licet non emit per interpoſitam perſonam, ſi emit clandeſtine, pro quo tex. in l. non exiſtimo, ff. de adminiſt. tut. & Bart. in l. Barbatius, in 2. repet. in prin. ver. ſecunda ſolutio, ff. de off. præt. vel ſi emit incontinenti poſt abſtenſionem, vel ſi emit omnia bona, aut ſi emit meliora, vel latius per eum. Vigeſimus, vbicunque interuenit celeritas actuum, vt not. per Bal. in d.l. eam quam, nu. 40. in fi. de fideicom. per tex. in l. ſi venteri in fin. vbi etiam gloſ. in verſ. benigne, ff. de priuileg. cred. Vigeſimus primus caſus eſt, vbicunque contractum eſt matrimonium inter tutorem, ſiue eius filium, & eam quæ fuit ſua pupilla, dũmodo probetur damnum, l. ſi tutor. cum his quæ ibi not. Bal. nu. 11. ver. quæro, C. de interd. mat. inter pup. & tut. Vigeſimus ſecundus caſus eſt, vbi interueniunt nimię cautelæ, vt not. Bal. in l. teſtamentũ. 3. not. verſ. quandoque. C. de teſta. ordinan. & Corn. in cõſ. 23. incip. viſa, per totũ vol. 3. vbi de pactis inſolitis loquitur conſ. 303. incip. videtur in lit. M. eo. vol. & conſ. 217. incip. qui laicus in lit. I. eo. vol. Vigeſimus tertius eſt in creditore ſolito fœnerari, vt dicit Bal. in l. cum allegas, nu. 15. ver. quæro quomodo, C. de vſurp. Vigeſimus quartus eſt, vbicũque fit aliud, quod de ſui natura eſt nociuũ, c. ſicut, & ibi Zab. de præſumptio. Vigeſimus quintus, quando in aliquo actu probatur aliquæ præordinationes, quia ex præordinatis nedum præſumitur, verum etiã probatur fraus, ſecũdũ Bal. in l. 2. C. ad Senatuſc. Velle. Vigeſimus ſextus eſt, vbi in aliquo contractu apparet de lęſione minoris, vt not. per gloſ. in l. fin in verſ. commentitias, C. ſi aduerſ. vendit. Vigeſimus ſeptimus eſt, quãdo filius baſtardus emit ab eo, cui pater ſuus vendidit, vt dicit Bar. in l. ſi is qui, nu. 4. ver. tertio quæro, ff. de vulg. & pupill. ſubſti. & nedum quando emit, ſed quomodocunque reperiatur poſſidere de bonis paternis præſumitur fraus, vt per eund. Bart. in d.l. qui teſtamẽtũ, nu. 2. in fi. ff. de prob. & in cõſ. 194. incip. Cecchus, n. 2. ver. ſuper ſecũdo, vol. 1. Vigeſimus octauus eſt quotieſcunq; Seius accipit mutuo cẽtũ a Titio, & promittit reſtituere, cui Titius declarabit, ſi poſtmodum Titius declarat filiũ Seij, vt dicit Bal. in l. iubemus, §. 1. n. 5. ver. 2. quæſt. C. ad Treb. & per eandem rationẽ Bal. idẽ erit ſi Titius declaraſſet filiũ ſuũ. Vigeſimus nonus eſt in repudiante hæreditatem, & poſtmodum eam ab inteſtato poſſidente, vt not. Bar. in l. 1. in prin. ver. quæro hic, nu. 2. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſt. per tex. in l. quia ait. in princ. verſ. ego puto, & §. non ſimpliciter, eo. tit. Trigeſimus caſus eſt in vaſſallo infeudãte feudũ, cũ ipſe eſſet caſte natus, ideſt tã frigidus, vt generare nõ poſſet, nã pręſumitur id factũ eſſe in fraudẽ agnatorum, vel Dñi, vt inquit gl. in c. 1. §. ſed et. in ver. in fraudẽ, p quos fiat inueſt. & per Aluar. n. 7. ver. quæro cũ gloſ. Trigeſimus primus in vaſſallo infeudãte in ętate tã ſenili, ꝙ generare nõ poſſet. vt per gl. & Aluaro. in d.§. ſed et. Trigeſimus ſecũdus eſt, in alienatione facta viliori pretio, l. per diuerſas, iuncta gl. in ver. vẽditionis, C. mand. & c. 1. §. donare, qual. olim feu. alie. po. not. per Bar. in l. pupillus, §. itẽ ipſe nu. 4. ver. 1. caſu, ff. de aut. tut. & per Bal. in l. ſi vnquam, n. 2. ver. quod ſi, in 1. elect. C. de reu. don. Trigeſimus tertius, vbicũque extat ſtatutũ, quod ceſſio actionũ non poſſit fieri in nobilẽ, ſi fuerit facta forẽſi, qui cedat nobili, vt dicit Bar. in l. ſi quis, C. de hæret. idẽ quando nobilis fuiſſet factus procurator ad exigẽdũ cũ pacto, quod non teneatur reddere rationem, vt dicũt Bal. Ang & Alex. in l. iuriſgẽtiũ, §. prętor ait, ff. de pact. Trigeſimus quartus eſt in ceſſione facta clerico laico, cõtra laicũ, vt dicũt DD. de Rot. dec. 1. alias 177. nu. 2. ver. itẽ præſumitur, de alie. iud. mũt. cau. *fol. 26. in nouis*, quod dicit procedere Spec. in d. tit. de ceſſio. actio. ver. 4. n. 8. ſi clericus trahit laicũ corã iudice nõ ſuo, & per eãdẽ rationẽ idẽ eſſet, vbi ceſſio fieret alicui viduæ, vel alteri habenti ius eligendi forum, per l. vnic. C. quando Imp. ſi poſtmodum dictæ perſonæ habentes ius eligendi forum traherẽt debitorem extra ſuum iudicem. puta coram iuſtitiario Prouincię, vel Magna Curia, ſed in hoc Regno ceſſat iſta præſumptio fraudis quia clericus non habet ius eligẽdi forũ, niſi pro bonis Eccleſiæ, vt inf. in Rit. ſeq. viduæ, & alij priuilegiati circa ius eligendi forum, ẽt ex iure ceſſo poſſunt trahere eorum debitores in Magna Curia, dummodo ceſſio ſit ex cauſa neceſſaria, vt in hoc Rit. ſpecialiter diſponitur. Item pręſumitur fraus in 26. præſumptionibus, quas ponit Cępol. in d. tract. de ſimula. contract. & in alijs multis caſibus, quos ſtudioſus lector facile poterit per ſe inuenire. Salerni, die 5. Decemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXXIX.

ITem ſi clerici de rebus eccleſiaſticis cum iuramento dixerunt, quod perhorreſcunt, trahũt ad Magnã Curiã (nõ autẽ de reb⁹ eorũ) priuilegio clericorũ. Itẽ, qui sũt in M. C. ad gagia ipſius trahunt ad ipsã Curiã priuilegio curialiũ.

SVMMARIVM.

1 *Clerici electionem fori contra eorum debitores quando habeant. Et pro quibus rebus.*

2 *Clerici in Francia, & Aretio eorum debitores pro quacunque cauſa coram eccleſiaſtico iudice trahunt.*

3 *Clerici priuilegiũ immunitatis collectarũ habet, cũ rõne.*

4 *Impoſitio collectarum non imponit onus reale, ſed perſonale pro rebus.*

5 *Re peruẽta ad perſonã immune, ceſſat collectarũ exactio.*

6 *Priuilegium eligendi forum Magna Curia, quibus olim, & nunc concedatur.*

ISte Rit. in viridi eſt obſeruantia, & no. ipſum, in eo, ꝙ di
1 cit, † quod clerici tũc demũ habent electionẽ fori iu
dicis ſecularis cõtra eorum debitorem, cum debitũ eſt pro reb.

reb. Eccleſiaſticis,non aũt pro rebus proprijs, & cũ iurant perhorreſcere potẽtiam aduerſarij,prout ſupra in alijs dictũ fuit,idem firmat Iſer.in cõſt.ſtatuimus, vt magnæ ver. itẽ clericus,& poſt eũ Affl.ibi d.7.not.q.4.nu.16.& in cõſt. iuſt.cultoris 5.not.nu.5.vbi aliquibus cõtrarijs reſpondet, licet de hoc Rit.nullã penitus faciat mẽtionẽ. Ratio iſtius Rit.eſt ſm eos,quia priuilegiũ iſtud nõ datur perſonę ipſorũ clericorũ,ſed Eccleſiæ, & ideo cum eccleſiã egreditur, clericus nõ competit,& allegant l.1.ff.de cõſt.princ.& c. priuilegiũ,de reg.iu.in 6.& faciũt quæ dixi in præced.Rit.
2 q.2. † In Francia vero, & Aretio, clerici pro quacunque cauſa poſſunt trahere eorũ debitorẽ coram iudice Eccleſiaſtico,vt dicit Spec.in tit.de ceſsio.act.in prin.ver.4.præ ſumitur,n.8.& in tit.de comp.iud.aditio.in princ. Aduerte tñ,quod licet clerici pro rebus eorũ nõ habeãt priuilegiũ
3 fori, † tamen habent priuilegium immunitatis collectarũ, vt dicit gl.fin.in c.fi.de vit. & honeſt.cle.& ibi cõmuniter Doc.Iſer. & Affl.in loc.præalle.Cyn.& Bal.in l.placet,C. de ſacroſanct. eccl.& pulchre Sylua. qui pro hoc omnino videri debet in conſ.32.& hoc tam pro patrimonialibus rebus, quàm ẽt emptis per eos,vt dicit Spec.in tit.de cler. cõiug.col.2.& 3.verſ.ad huius autẽ.Bar.conſ.180.ſi aliqua poſſeſſ. Luc.de Penn.in l.obſiſtere, C.de anno.trib. lib.10. Io.Ant.de Nig.in cle.1.de vit.& honeſt.cler.nu.104.& late Silua.in d.conſ.qnamuis in Regno habeam̃s c. item ſtatuimus,quod clerici,qui clericaliter,quod ſolũ in patrimonialibus loquitur. Sed Nicol.de Neap.ibi, idẽ tenet de iure in bonis emptis.Ratio autem,quare priuilegiũ immunitatis collectarũ, cõpetat clericis pro rebus, ea eſt, ſm Arch. in c.1.de immu. eccl.in 6. Nicol.in d.c.Reg.Imol.in d.c.fi. nu.15.verſ.tertia,& vltima, & ibi cõmuniter Doc. Iſer.& Affl.in dd.locis,quia collectæ non ſunt perpetuæ, nec certæ,cũ ſm veritatẽ imminentium negotiorum varientur, &
4 ideo earũ impoſitio † nõ dicitur imponere onus reale, ſed perſonale pro rebus,l.reſcripto.§.fi.ff.de mune.& honori.
5 † & ideo re ipſa peruẽta ad perſonam clericorum,qui ſunt immunis, arg.c.1.de iur.pat.in 6.coll ctarũ exactio ceſſat.

¶ Secũdo no.ibi,itẽ quòd omnes illi, qui ſunt in Magna Curia ſub eius gagijs, priuilegio cuiuſlibet, poſſunt eorũ aduerſarios trahere ad ipsã Curiã, & in hoc augetur diſpoſi-
6 tio conſtit.Reg.ſtatuimus, vt Magnæ, † quia per eam hoc priuilegium eligendi forum Magnæ Curiæ, ſolum curialibus Domini Regis, qui immediate ei aſsiſtunt conceſſum eſt,vt patet in ea, & ibidem not.Affl.6.not.num.6.& per hũc Rit.conceditur ẽt illis, qui non aſsiſtunt in Curia Domini Regis immediate, ſed in ipſa Magna Curia ſub eius gagijs,vt etiam habes inf.in Rit.233.vbi vide, quæ dicam, 1.not. Salerni, die 5.Decemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXX.

a Item *a* quòd ſi qua mulier vidua, ſeu pupillus,citatus de mandato dictæ Curiæ,pro aliquo criminali, voluerit declinare forum ipſius Curiæ ad aliũ iudicẽ competẽtẽ,cõparere debet pſonaliter in dicta Curia Vicarię allegatura,vel allegaturus in eadem Curia,quicquid ſibi de iure competit ſuper declinatione fori prædicti.

ADDITIO.

a Item quod ſi qua mulier hoc eſſe ẽt ex diſpoſitione iuris cõmunis,vt in l.ex quacunq; ff. ſi quis in ius voc. nõ ier.& dic hoc pcedere ẽt ꝙ citẽtur vidua, vt vidua,& pupillus, quia quãuis poſsint ex priuilegio declinare forũ,tñ poſsũt per iudicẽ citãtẽ cognoſci ſi nolint vti priuilegio,ſecus verò ſi citaretur clericus,vt clericus, qui nec & volẽs poteſt à iudice ſeculari cognoſci, c.ſi diligẽti ext. de foro comp. & vide hoc in d.l.ex quacunq;.Ad quod facit etiam tex.in l.fi.ff.de iuriſd.om.iudic.quia extra territorium iuſdicenti, impune non paretur, vbi clarum eſt, iudicem non habere iuriſdictionem,vt ibi per Alex.nu.9.& 10. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Reatus omnem excludit honorem.*
2 *Beneficium in integrum reſtitutionis in delictorum executione non conceditur.*
3 *Citati habentes priuilegium iudicis citãtis fori ũ declinandi,tenẽtur tamẽ cõparere,eiuſque priuilegiũ allegare.*
4 *Citatus a Regia Audientia,quem notorie conſtat eſſe ſub Baronis dominio, nunquid comparere teneatur, ac priuilegium eius allegare?*
5 *Caſus exceptuati qui, & quod ſit, de quibus non poſſunt Barones cognoſcere.*
6 *Citat° vt cõparere teneatur,dẽt ĩ citatione caſus exprimi.*
7 *Magna Curia, & Regia Audientia in toto regno, ordinariam habent iuriſdictionem.*
8 *Notorium licet releuet ab onere probandi,non tamen releuat ab onere proponendi.*
9 *Receſſus à iure communi eſt regulariter prohibitus.*

QVoniam per diſpoſitionem l.1. C.quando Imper. & cõſt.Regn.ſtatuimus vt Magnæ, conceſſum erat viduis,& pupillis priuilegium eligendi ſibi forum, dubitari
1 facile poterat,nũ iſtud priuilegiũ in delictis locũ vendica-
2 ret,obſtante in arg. † regula, quæ habet,ꝙ reatus *a* omnẽ hono-

ADDITIO.

a Reatus. Adde quod nõ ſtatim,quòd quis accuſatur,reus exiſtimandus eſt, ſed cum conuincitur crimino ſus, ne ſubiecta innocentia feriatur l.fin. C.de accuſat. Cum crimina non in occaſione, ſed in veritate habenda ſint, l.famoſi, ff.ad l.Iul.maieſt. Quod enim dicitur,reatũ omnem honorem excludere, l.1.C.vbi Senator.vel Clariſ. l.raptores,C.de Epiſc.& cler.intelligi debet de his, qui cõiuncti, & in crimine deprehenſi ſunt,vt vtrobique dicitur. Idque patet, quoniã qui in reatu decedit integri iuris præterquã in crimine læſæ maieſtatis,l.fi.ff.ad leg.Iul.maieſt.imo defuncto eo,qui reus fuit criminis,& pęna extincta eſt, l.defuncto,ff.de publ.iud.quamuis is qui reus factus eſt,purgare ſe debeat,nec ante poteſt accuſare, quam fuerit excuſatus, l.is qui reus ff.eod.de publ.iudic. nec nouos honores appetere debet, antequam purget innocentiam ſuam, l.1. C. de reis poſtula. Præterea quod dicitur reatum, hoc eſt criminationem, omnem honorem excludere, intelligendo de criminibus,quæ infamiam infligunt, cum infamem non ex omni crimine ſententia faciat, l.infamem, ff. de publ. iudi. animaduertendum eſt, quod ſi temporaria pœna ſit tempus pœnæ non egreditur,veluti, ſi cui in quinquennium aduocationibus interdictum ſit, nam poſt quinquennium pro omnibus poſtulare non prohibetur, & de exilio reuerſus poſtulare poteſt,nec adhibetur diſtinctio,quo crimine ſilentium, vel exilium ſit irrogatum, ne ſcilicet pęna tempore determinata contra ſententiæ fidem vlterius porrigatur,l.Imperator Titius,ff.de poſtulan.Nec indulgentia infamiam abſtergit, quia indulgentia quos liberat, notat l. indulgentia, C. de gener.abol. ſicut qui paciſcitur crimen confiteri intelligitur,l.quoniam,ff.de his qui notan.infam. niſi ſpecialiter ita reſtitutio fiat,l.1.C.de ſent.paſſ.& reſti. Adde etiam tãtam eſſe vim reatus, quod quamuis vbi quis fuit alicuius criminis reus poſtulatus, & poſtea abſolutus honorificentior exiſtimari deberet velut aurum igne probatur:vnde gloriebatur Cato,ſe quater,& quadragies cauſam dixiſſe, nec quenquam ſæpius poſtulatum, & ſemper abſolutũ,tamẽ in crimine hęreſis,vbi de eo quis ſemel fuit inquiſitus,licet abſolutus,nõ tamen poteſt ad ſummi Pontificatus apicem admitti, vt in electione Summi Pontificis obſeruatum fuiſſe videmus, vt Summus Pontifex ẽt ſuſpitione tanti criminis vacare dicatur. Adde etiam poſtquam in reatus nomen incidimus,quod reatus quęque ſtatũ reorum ſignificat in locis putridis, &c. vt nos alibi declarauimus.Sicque accipitur in l.ſi diuino tẽpore,ff.de pœn.vt per Budeum in adnotat.ad d.l.ſi diutino tempore. C. P.

Digitized by Google

honorem excludit, l. 1. C. vbi Senat. vel Clariſs. l. raptores, C. de Epiſ. & cleric. & l. quoties, C. de dignita. lib. 12. ac
2 etiam alia, quæ habet, † quod beneficium reſtitutionis in integrum in exequutione delictorum non conceditur, l. auxilium, ff. de mino. & ideo ad huiuſmodi dubitationem forte tollendum Rit. noſter dicit, quod etiam cum pro delictis dictæ perſonæ conueniuntur gaudent priuilegio electionis fori, idem etiam voluit Iſer. in d. conſt. ver. item ſi pupillus, & Afflict. poſt num. 7. not. quæſt. 5. num. 17. licet hunc Rit. non allegent.

3 ¶ No. ex hoc Rit. † quod citati licet habeant priuilegiũ declinandi forum iudicis citantis, tenentur comparere, & eius priuilegium allegare, & in hoc concordat cũ l. ſi quis ex aliena, ff. de iud. c. ſi duobus, & c. cum parati de appell. gloſ. not. in c. ſi Epiſcopus, circa fi. 3. q. 2. Et not. quia Rit. vult, quod cõpareant perſonaliter citati ad petendam declinatoriam fori, vt etiam dicit alius Ritus loquens in clericis inf. 235. vbi dixi in 1. not. ad denotandum tibi, ꝙ in Regno exceptio iſta declinatoria fori non admittitur per aliam perſonam, vt ẽt dixi in Rit. 105. q. 2. & latius in Rit. 269. Ratio iſtius Rit. & d. l. eſt ſecũdum glo. & communiter Doct. ibi, quia licet citatus poſſit per aliquam exceptionem declinare forum, tamen quia iudici citanti hoc nõ apparet, in dubio tenentur comparere, & priuilegiũ allegare, & licet Affl. in d. conſt. ſtatuimus, 7. not. q. 6. nu. 18. dicat quod nõ obſtante noſtro Rit. ſufficit, ꝙ vidua, vel pupillus per procuratorem allegat declinatoriam fori, ſatis miror de tali dicto, cum expreſſe loquatur contra hunc Rit. & alium inf. 269. ſuo tempore fortè ſeruabatur, vt ipſe dicit, hodie ſeruatur, vt dixi, & ſecundum hunc Rit.

4 ¶ † Quæro in hoc Rit. de vna quęſt. quę quotidie verſatur in tribunalibus. Magna Curia, vel Regia Audiẽtia alicuius Prouinciæ citat aliquem de aliqua ciuitate, quam conſtat notoriè eſſe ſub dominio ſui Baronis, nunquid ille talis citatus teneatur adhuc comparere, & eius priuilegium allegare? Barones omnes eorumque officiales dicũt, quòd nõ, quia cum notorium ſit homines illius ciuitatis eſſe ſuos vaſſallos ipſeque habere in eos ordinariam iuriſdictionẽ, certum eſt, citatum non eſſe de iuriſdictione citantis, eoq; caſu comparere non tenetur, vt dicit gloſ. & Bart. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & in clemen. paſtoralis in ver. Piſana, de re iud. plene Imo. in l. quidam ff. de re iud. Fely. in c. cum ordinem, col. 5. circa fin. de reſcrip. & Dec. poſt eum ibidem in gl. fin. Et ſi diceretur contra eos, quod licet notorie conſtet citatum eſſe vaſſallum Baronis, tamen ad-
5 huc eſt dubium an veniat ſibi remittendus vel ne, † cum Barones omnes multos caſus habeant in priuilegijs exceptos, de quibus cognoſcere non poſſunt, vt crimen hęreſis, læſæ maieſtatis, falſæ monetæ, & aſſaſſinij, damna clandeſtina, delicta commiſſa extra territorium, cauſæ pupillorum, & viduarum, & alij nonnulli, & propterea citatio aliqua ex prædictis cauſis iuſtificari poſſit, & cum in citatione cauſa non appareat, teneatur comparere, reſpondetur ſm̃ Innoc. in c. præterea, in fin. ver. de dilatio. Bart. in d. l. 2. nu. 1. in fin. Fely. in c. 1. ampliat. 5. n. 7. de re iud. & Matthe. ſing. 19. not. quòd ſẽtẽtia in fin. quòd cum regulariter iuriſdictio ad aliquem non ſpectat, ſed ſolum in certis caſi-
6 bus, † ad hoc vt citatus teneatur comparere, debet in citatione exprimi caſus ſuper quo poſſit ipſe cognoſcere, alias ſi non exprimatur, licet citatio ex aliquo caſu permiſſo iuſtificari poſſit ex actis, citatus comparere non tenetur, quia citatio eſt nulla, pro quo facit quod ſcribit Roman. conſ. 283. num. 14. vbi quod licet aliquando licitum ſit recedere à iure communi ex cauſa, tamen non ſufficit, quod illa cauſa adſit, niſi exprimatur, faciunt quæ dicit Angel. in l. vtique in fin. ff. de rei vend. vbi quod iudex proferens ſententiam contra intentionem actoris, vel rei fundatam, tenetur cauſam inferre, aliàs ſententia eſt iniuſta, & faciunt etiam alia quamplura, quæ ad hoc ponit Felyn. in cap. ſicut, verſ. 11. caſus, num. 17. de re iudicat. & latiſſime Gabriel. Saray. poſt Mattheſil. d. ſing. Tu autem indubitan-
7 ter tene contrarium, ea quidem ratione, † quia Magna Curia habet ordinariam iuriſdictionem in toto Regno, vt patet ex Ritu 49 vbi dixi, & per Afflict. in conſtitut. ſtatuimus, vt magnæ, 8. not. quæſt. 3. num. 29. & Regiæ Audientiæ Prouinciales in ipſis Prouincijs, l. 4. l. de omnibus, & l. ſeq. ff. de offic. præſidis. Barones vero (licet etiam ipſi habeant ordinariam iuriſdictionem in eorum terris) fundantur in iure ſpeciali, idest in eorum priuilegio, quo ſtante nulli dubium eſſe debet, quòd cum ab iſtis tribunalibus citatur aliquis, tenetur comparere, & priuilegium ſui Baronis allegare, d. l. ſi quis ex aliena. Non obſtat quod dicitur per Barones de notorietate ſuorum priuilegiorum, quia & ſi priuilegia ſint notoria, attamen ob multos caſus, quos ipſi cognoſcere non poſſunt, ſemper dubiũ eſt, an ſubſit locus remiſſioni, vel non, & in eo dubio vendi-
* cat ſibi locum diſpoſitio d. l. ſi quis ex aliena.* Item reſponderi poteſt, quod notorium licet releuet ab onere probandi, non releuet ab onere proponendi, vt dicit gloſ. in clementina appellanti, in verſ. alias, de appellat. Imol. in cap. cum ſuper num. 22. verſ. & not. de off. delegat. & Alex. in l. 2. num. 14. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. item, & tertio quod locum habet quando notorie conſtat funditus non habere iuriſdictionem contra citatos, ſecus quando non funditus incompetens, ſed ope exceptionis, vt ſatis not. tradit Imo. in d. c. cum ſuper, num. 20. ver. ter. ita concluſio, & num. 22. ver. tamen contra hanc poſt Inn. & Ant. ibi, & idẽ Alex. in d. l. 2 nu. 13. & 14. Nec obſtat illud, quod ex mente Inn. & aliorum contra iſtud dictum fuit, quòd in hoc caſu debeat exprimi cauſa in citatione, alias ſecus, quoniam illud procedit in eo iudice qui regulariter non habet iuriſdictionem, niſi in certis caſibus, & tunc verum eſt, quod niſi citans, cauſam exprimat, citatus comparere non tenetur, quia facit actum notorie ſibi non competentem. Ita etiam procedit dictum Roma. loquentis de eo, qui facit actum, per quem recedit a iure commu-
8 ni, † quia receſſus a iure communi regulariter eſt prohibitus, vt dicit Ioan. de Monteſerra. in rubrica de reſcript. in ſexto. Sylua Nupt. lib. 6. num. 25. & conſ. 12. inter conſ. Brun. num. 18 & Tiraquel. in tract. ceſſ. cauſ. par. 1. in verſ. neceſſitatis, nu. 182. dictum Mattheſil in ſuo ſing. ſimiliter procedit, & loquitur in iudice proferente ſententiam expreſſam contra regulam iuris communis, & finaliter omnia allegata per Fely. in d. l. locis procedunt in eo, qui facit actum contra quem regulæ iuris communis ſunt in cõtrarium, quo caſu non eſt dubium, quod faciens talem actum, debet exprimere cauſam propter quam illum facit, quia regulæ iuris ſunt contrarium, nos vero loquimur in caſu, in quo iudex citans ordinariam habet iuriſdictionem in omnibus cauſis, & perſonis, propter quod neceſſe non habet exprimere caſum ſuæ iuriſdictionis permiſſum, quod bene nota, licet hodie in Regno nullam habeat difficultatem, quia tribunalia præfata à tempore immemorabili ſemper ita ſeruaurunt, & ſeruant ad præſens, adeo quod quando etiam de iure, Baronum opinio ſuſtineri poſſet, ex dicta generali, & præſcripta conſuetudine, ius non fouerent, nec in hoc aliquid Regiæ Curiæ imputari debet, ſed ipſiſmet Baronibus, qui nullam, aut modicam iuſtitiam in eorum terris miniſtrando, vaſſallis eorum proprijs recurrendi ad Curias Regias occaſionem dederunt. Salerni, die 5. Decembris 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXXXI.

ITem ſi pupillus, vel vidua trahit in ipſa curia ciuiliter, vel criminaliter alium pupillum, vel uiduam, & pupillus, uel uidua conuentus, uel conuenta uelit declinare forum, renunciet ius commune, & actor ſequatur forum rei.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus non in foro domicilij, volens conſentire, num beneficio pro ſe introducto renunciare poſſit?*

2 *Per*

Digitized by Google

2 Per vaſſalli conſenſum, & expreſſam renunciationem Baroni præiudicare non poteſt.

3 Perſona in fori electione priuilegiata, contenta à Magna Curia conſentit ibidem: an poſt litem conteſtatam poſſit pœnitere.

4 Priuilegio miſerabilibus perſonis conceſſo, renunciari minimè poteſt. Cum ratione.

5 Iuramentum contra bonos mores non obligat.

6 Perſonæ priuilegiatæ circa electionem fori poſſunt etiam poſt concluſum in cauſa variare ab eo cui conſenſerunt, fallit vt ibi num.7.

ISte Rit.dicit idē quod alius Rit. ſupra 228. & ideò vide quæ ibi dixi. Not. tamen ex hoc Rit. quod quando pupillus, vel vidua conuenitur in Magna Curia ab alio pupillo, vel vidua, & conuentus vult declinare forum: debet renunciare, ideſt allegare ius commune, ſupple in l.finali. C.vbi in rem actio. & actor ſequetur forum rei. Ex quo ſequitur, quod niſi ipſe conuentus velit declinare forum allegando ius commune, cauſa ipſa non remittitur, ſed in ipſa Magna Curia tractatur, vt etiam in d.Ritu.dixi, & ratio eſt; non quia actor habet priuilegium eligendi forū tanquam pupillus, aut vidua, cum ſtante quod reus conuentus, eſt etiam pupillus, aut vidua, ſibi non competit, ſed quia in hoc caſu vterq; tractatur æquè ac ſi neuter eſ-
1 ſet priuilegiatus, & ex conſequenti † ſi conuentus in alio foro, quam domicilij, vult ibi conſentire, & fori declinatoriam non petere, bene poteſt hoc facere, & beneficio pro ſe introducto renunciare, vulg.l.ſi quis in conſcribendo, C.de pact. verum tamen eſt quod ſi Baro conuētus, pro eius intereſſe ſubintrat, petendo remiſſionem cauſæ, non eſſet in Magna Curia tractanda, ſed ad ipſam remittenda,
2 quia † per conſenſum vaſſalli, nec etiam per expreſſam renunciationem poteſt ſibi Baroni præiudicari, vt dicit Bart. in l.1.§.& poſt operis in fine, ff. de no. oper.nunciatione, & dixi latius ſupra in Rit. 204 quæſt.2. quod not. quia poteſt quotidie euenire.

3 ¶ † Quæro in hoc Rit. pone quod aliqua ex iſtis perſonis habentibus priuilegium electionis fori, conuenitur in Magna Curia, vel aliqua ex Regijs Audientijs, & conuenta ibidem conſentit, demum poſt litem conteſtatam vult forum eligere, & petit ſe remitti: num poterit? Afflict.in Conſtit.Regn.ſtatuimus, vt Magnæ, 7.not.q.6.nu.12.mouet hanc q & decidit quòd non, niſi per errorē, nu.6. ver. vltimo limita.ff. de iuriſd.omn.Iud. ſed ego miror valde,
4 quod Afflict.illud dixerit, † quia priuilegio conceſſo viduis, pupillis, & alijs perſonis miſerabilibus renunciari non poteſt, vt dicunt gloſ. & Bal in l.vni.C.quando Imper. Felyn.in c.ſi diligenti in verſ.tertium corollarium, nu.16.de for compet. Barb.conſ.64.ſcribitur col.3.vol.4. & Petr.Rebuff in cōme.conſtit.Franc.tract.de ſent. prouiſio.artic.3 gloſ.fin.Ratio eſt ſecundum eoſdem, quia tale priuilegium eſt conceſſum miſerationis intuitu, & ſi renunciari poſſet: miſericordia tolleretur, quod eſſet cōtra bonos mores, etiā ſcribit Alex.conſ.122 viſo num.14 & conſ.126.viſo in fin. vol.4. Ex quo aliud ſequitur, quod etiam ſi cum iuramento fuiſſet promiſſum non variare ab
5 illo foro, † non obſtante cap.quamuis de pact.in 6. tale iuramentum tanquam contra bonos mores nō obligaret cap.non eſt obligatorium, de reg.iur.in 6. vbi gloſ. in ſpe-
* cie per illud c.limitat. d.c. quamuis. * Contrarium tenet Cagnol.in proœm.ff.§.illud vero num.289. mouetur ipſe authoritate Rom.in conſ.269.I ſ.in l.qui Romæ, in prin. nu.5.ff.de verbo, & tex. in l.iuriſgentium, §. vt puta, ff. de pact.& l.de die, cum ſeq.ff.de pact. dot.& Rom. in d.cōſ. mouetur author. Cyn. in l. vni. C. quando Imper. inter pup.& vid.& Bald.in l.1. ff. ſi quis in ius voc.non ier.ſed non recedendo ab opin. prædicta poteſt reſponderi allegatis in contrarium, nam Cyn.allegatus per Roman.in d. conſil. non loquitur de renunciatione priuilegij, ſed de conceſſione facienda per Principem, vt non præiudicet pupillis, niſi ſpecialis fiat mentio, Bald. in d.l.1. minimè etiam loquitur de renunciatione priuilegij miſerationis cauſa inducti, ſed de conceſſo ratione exuberantis fauoris, cum differentia ſit inter vnum, & aliud vt Rom. dicit in d.conſ.Iaſ. in d.l.qui Romæ, qui loquitur quod poteſt renunciari priuilegio inducto miſerationis gratia ad reſtituendam dotem infra annum, pro quo etiam Rom. alleg.d.§.vt puta, & l. de die, cum ſeq. locum habet in materia dotis in qua ob eius fauorem ſpecialiter reperitur prouiſum per d.l.1.de die, cum ſeq.vt poſſit dicto priuilegio renunciari, & paciſci eius reſtitutio citeriori tempore
6 non longiori. Et ideo † in quæſt. præfata dicas, quod etiā poſt litem conteſtatam, & poſt concluſum in cauſa, tales perſonæ poſſunt eligere ſibi forum, & variare ab eo cui conſenſerant, etiam ſi iuraſſent, vt dixi, & firmat Sylua Nupt. lib.6. num.38. vbi dicit vidiſſe, quod poſt cauſam apunctuatam vidua petit ſe remitti, & remiſſa fuit doctr. Alex.præalleg. per Afflict.poſſet procedere in alijs perſonis, quam in iſtis, & verè Alex.ibi non loquitur de viduis, & pupillis, ſicut loquutus fuit Afflict. quod not. Limi-
7 ta † tamen præfata, niſi cum ipſa perſona priuilegiata eſſet admixta alia non priuilegiata, quoniam tunc ratione connexitatis cauſæ, coram primo Iudice deberet determinari, vt dicit not. Aret. conſil.83. quia multa colum.4. num.7. vel vltimo dicebam, licet Sylu. Nupt.loc.prænallegat.dicat, quod ſibi videtur durum. Et ex prædictis collige, quod clauſula illa quam ponunt actuarij in querelis viduarum dicendo quod cum iuramento promiſerunt nō variare ad nihil prodeſt, quod nota. Salerni die quinta Decembris 1559.Proſper Carauita.

RITVS CCXXXII.

1

2 ITem quod *a* omnes curiales dictæ curiæ ſiuè ſint ad gagia ipſius curiæ, ſiuè non, omnes qui dictam curiam ſequuntur: vt aduocati, procuratores, & alij ſcriptores curialium priuilegio permittente, in ciuilibus, & in criminalibus cauſis, trahunt eorum aduerſarios in dictam curiam: ſed ipſi in alijs curijs non trahuntur ad inſtantiam aduerſariorum ſuorum, vel ipſorum.

ADDITIO.

2 Item quod. Adde quod aduerſus diſpoſitionem huius Ritus anno 1505. fuit ſupplicatum Sereniſſimo Regi Catholico per fideliſſimam Ciuitatem Neapolim, fuitque reſponſum, quod habita informatione prouidebitur, vt in cap. dicti Regis in volum capitulorum Ciuit. Neapol. num.54. fol. 61. Deinde in alia ſuppoſitione anno 1507. fuit prouiſum, quod officiales actu ſeruientes, non trahantur extra tribunalia in quibus ſeruiunt, ita tamen qđ nec ipſi poſſint trahere alios à ſuis Iudicibus, vt in alijs capitulis eiuſdem Regis num.11.fol.84. C. P.

SVMMARIVM.

1 Curiales qui dicantur de iure communi: largè, & ſtrictè.

2 Communis vſus loquendi eſt attendendus.

3 Curiales audientiarum prouincialium nunquid eligendi forum habebunt priuilegium?

4 Duo ſpecialia ſimul non concurrunt.

5 Curia Regiarum Audientiarum, Principis curia dicitur

6 Curiales Regiarum Audientiarum habent priuilegium electionis fori, aſſiſtentes tantum in eis. Secus extra contrahentes, vel delinquentes, ibid. & num.8.

T *Armo-*

Digitized by Google

7 *Armorum portatio Regis familiaribus conceſſa, vbi locum habeat.*

SVpra in Ritu. 292. in fine, augendo diſpoſitionem conſtitutio. Regn. ſtatuimus, vt Magnæ, dictum fuit, qualiter priuilegium electionis fori conceſſum Curialibus Domini Regis competit etiam illis qui aſſiſtunt in Magna Curia Vicariæ ſub eius gagijs, nuper augendo diſpoſitionem d. Ritu. dicitur in hoc Ritu. quod omnes Curiales Magnæ Curiæ, ſiue ſint ad gagia ipſius, ſiue non: omnes qui ipſam Curiam ſequuntur, vt Aduocati, Procuratores, & alij ſcriptores, habent dictum priuilegium: vt ipſi trahant alios in Magna Curia, & ipſi non trahantur
1 ab alijs in alijs Curijs. † Nota. igitur ex hoc Rit. quod Curiales dicuntur Aduocati, procuratores, & ſcriptores ipſius Curię, vt ſunt Actuarij, & eorum ſubactari, ſeu ſcribæ. Quo ad aduocatos, & procuratores priuatorum videtur iſte Ritu. nimis durus, eo quia de iure communi, Curiales appellantur illi, qui Curiæ aliquo modo ſunt obligati, vt dicit gloſ. in cap. 1. § 1. diſtinct. Luc. de Pen.
* in l. curiales, la prima, C. de decurion. lib. 10. * Alb. in rubr. C. ſi quis decuriali, vel coarctali, vbi late exemplificat, & Afflict. in d. Conſtitutio. 6. nota. num. 7. & licet gloſ. in d. cap. 1. exemplificet in aduocatis tamen videtur intelligenda de illis Aduocatis, qui à Curia ſunt ſtipendiati, & ſeruire tenentur, prout erant antiquitus tales aduocati ſtipendiati, vt dixi ſupra in Ritu. 99. Et hodie ſunt aduocati, & procuratores fiſcales, & pauperum non autem de illis aduocatis, & procuratoribus, qui non ſunt obligati ſeruire, ſed quatenus eis placet aſſiſtunt. Quo vero ad actuarios, & ſcriptores cum ipſi ſint obligati ſeruire Curiæ, ad libitum voluntatis recedere non poſſint, dici poteſt, quod nedum fit per hunc Ritum. Sed etiam de iure per gloſ. in dicto cap. primo, dici tamen poteſt pro defenſione iſtius Rit. qui Curiales appellat aduocatos, & procuratores, quod licet curiales ſtrictè capti dicantur illi tantum qui curiæ aliquo modo ſunt obligati,
2 tamen magis largè, † & inſpecto communi vſu loquendi ad quem iſte Ritu. reſpexit, & qui de iure attendi debet, vt dicit Bart. in l. talis ſcriptura, num. 2. ff. de leg. 1. per l. librorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de leg. 2 & l Labeo, ff. de ſuppellect. leg. etiam aduocati, & procuratores appellantur Curiales, ſed primum tenetur, vt etiam dicam in fine Ritus.

3 ¶† Quæro neceſſario in hoc Ritu. quid in Curialibus Regiarum Audientiarum, quæ ſunt in prouincijs, nunquid etiam ipſi earumque aduocati, & procuratores actuarij, & ſcriptores habebunt priuilegium eligendi forum ipſarum Audientiarum. Breuiter videtur dicendum quod non, quia iſti Ritus concedunt hoc priuilegium Curialibus Magnæ Curiæ, & vt trahant in ipſa Magna Curia, vnde ſi modo etiam ad iſtos extenderetur, ſequeretur, quod gauderent priuilegio electionis fori ſicuti Curiales Magnę Curiæ, & quod tali priuilegio vte-
4 rentur in alio tribunali, quam in Magna Curia, † & ſic concurrerent duo ſpecialia in eis, quod eſſe non debet, l. 1. C. de dot. promiſs. tanto magis quia de Audientijs Regijs nullum verbum in his Ritibus credo tamen contrariũ eſſe verius, per Rit. ſeq. qui nõ loquitur, vt iſte in Curialibus Magnæ Curię, ſed de Curialibus Regijs, & Regnalibus, ac alijs Regalibus Curialibus, cum nulli dubium eſſe poſſit, quod Curiales Audientiarum Regiarum, di-
5 cuntur Regales Curiales, † quia & Curia ipſarum dicitur Curia Principis, ſicut Magna Curia, vt dicit Afflict. in cõſtit. Iuſtitiarij nomen. 19. not. verſic. 5. quæro, numero 24. & dixi ſupra in ritu. 54. Non obſtat quod dicebatur, qđ in iſtis concurrent duo ſpecialia, quia poſtquã priuilegiũ electionis fori conceditur omnibus Regalibus Curialibus ceſſat primum ſpeciale, & ſi dicatur ego fateor, quod etiã iſti ſunt Curiales Regales tamen quando ex eorum priuilegio volunt eligere, debent trahere in Magna Curia, non autem in Audientijs ipſis: quia Ritu. omnes loquuntur, quòd trahant ad Magnam Curiam. Reſponderi poteſt, quod Regiæ Audientię Prouinciarum vſu ſibi quęſiuerint cognitionem illarum cauſarum, quæ ad Magnam Curiam ſpectant ex priuilegio, vt in dicto Ritu. 54. dixi poſt Afflict. in dicta conſtitutione Iuſtitiarij, nam per Conſtitutionem Regn. ſtatuimus, viduæ, pupilli, & miſerabiles perſonæ quando volebant eligere forum; debebant Magnam Curiam eligere, & nihilominus Audientiæ Regiæ etiam de earum cauſis cognouerunt, & cognoſcunt, & de hoc poſtmodum factum fuit cap. Regn. incip. quia nulla, immo illo tempore concurrebant duo ſpecialia in hoc, vnum quod perſonæ miſerabiles eligebant Audientias, cum conſtitutionem Regni ſtatuimus, vt Magnæ, de Magna Curia loqueretur, alterum, quod Audientiæ cognoſcebant de cauſis ciuilibus talium perſonarum, cum in alijs perſonis cognoſcere non poſſent per dictam Conſtitutionem Regn. Iuſtitiarij nomen, & eo non obſtante, (vt dictum eſt) Curiæ Audientiarum eligebantur, & ſemper electæ fuerunt, & ideò cum hodie in ciuilibus, & criminalibus eandem habeant iuriſdictionem, quam Magna Curia, & in omnibus præeminentijs ſpecialiter Magnæ Curiæ conceſſis, cum eas omnes vſu ſibi quæſiuerint, vt in dicto Ritu dixi, & omnibus eſt manifeſtum, nullatenus eſt dubitandum, quod earum Curiales poſſunt ipſas eligere, & ſuos aduerſarios ibidem trahere ciuiliter, & criminaliter, ipſi vero ab alijs alibi quam in Audientijs trahi non debent, vt hic dicitur, & ita his diebus per Regiam Audientiam Principatus citra, & Baſilicatæ in cauſa Notarij Vincentij de Durante de terra Sancti Seuerini, actoris, & conuenientis ſuum debitorem, & actuarij ipſius Regiæ Audientiæ, (referente Domino Cæſare de Luciano Auditore) decretum fuit,
6 pendet tamen appellatio in Magna Curia. † Prędicta tamen vera ſunt, donec Curiales ipſi penes ipſas Audientias aſſiſtunt, & non aliter, vt dicit Iſernia, & poſt eum Afflict. in dicta conſtitutione ſtatuimus, 6. notab. in fine num. 8. argumento text. in l. fin. C. de re militari. & l. generaliter, C. de Epiſcop. & cleric. & ideo ſi in eorum patria contraherent, vel delinquerent, tali priuilegio non gauderent, l. finali in fine, C. de priuileg. ſchol. lib. 12. etiam ſi cum licentia ad eorum domos acceſſiſſent ſecundum Iſern. in d. conſtitutio. & per hoc facit cap. Regn.
7 vt inter ſubiectos, † vbi quod armorum portatio familiaribus, & domeſticis Regis permiſſa, in eorum patria prohibetur, & in eundo tamen, & redeundo ad eorum domos gaudent priuilegio, vt dicit Iſern. ſi cum licentia vadunt, argumento leg. primæ, C. de re militari, & l. qui mittuntur, & l. ſi cui. §. primo, ff. ex quibus cauſis maior. Aduerte tamen, quia etiam in Magna Curia Ritu. non ſeruatur in aduocatis, & procuratoribus priuatorum; quia quo ad eos receſſit ab aula, niſi eſſent Neapolitani, ſiuè habitantes qui vigore priuilegij eiſdem conceſſi, vt
* patet ex Ritu. infra 301. trahunt, & non trahuntur. *
8 Aduerte tamen, † quod & ſi Curiales Regiarum Audientiarum ſupra dixerim ius eligendi forum habere, attamen in practica à petentibus non obtineretur; quia Magna Curia in ſuos tantum Curiales per antiquam obſeruantiam hos Ritus interpretata eſt, in vno tamen caſu indubitate teneo procedere, quod ſupra dixi in fauorem Curialium, cum lis quæ ageretur per prædictos Curiales eſſet pro ſeruitijs per eos prædictis in cauſis in eodem tribunali Regiæ Audientiæ agitatis, vel alia ſimili cauſa dependentiam habente ab eodem tribunali, quia Iudex alias incompetens, ratione dependentiæ efficitur competens, vt ſcribit not. Soccin. conſil. 244. numer. 4. volum. 2. & plenè Boſſ. de foro competenti, num. 117. verſic. Adde ad prædictam materiam quod bonus tamen Iudex arbitrabitur hanc dependentiam, ne ſub tali prętextu auocentur cauſę, quę non competunt. Salerni die quinta Decembris 1559. Proſper Carauita.

RITVS

Digitized by Google

RITVS CCXXXIII.

ITem clericus, pupillus, vidua, clericorum, vel permittente, ac curiales Regij, & Reginales, ac alij Regales Curiales Regalium, & Curialium priuilegio permittente, in ipſa Curia ciuiliter, vel criminaliter aduerſarios ſuos trahunt.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium electionis fori quibus competat, & quod non Iudea, & Hæretica lata dicit in principio huius commentis.*
2 *Priuilegio l.v. C. quando Imperat. inter pupil. & vid. Eccleſia gaudere quando, & in quibus caſibus valeat.*
3 *Eccleſia pupilli æquiparantur. Et vniuerſitates.*
4 *Nulla miſerabilior perſona quam pauperis.*
5 *Miſerabiles perſonæ priuilegio fori gaudere volentes, tales ſe eſſe probare tenentur.*
6 *Qui ſint, & quot numerandi inter miſerabiles perſonas remiſſiuè.*
7 *Eligens ex priuilegio forum, competentem Iudicem etiam eligere debet.*
8 *Priuilegiatis, quibus permittitur fori electio, an eius variatio permittatur?*
9 *Qui poteſt eligere; poteſt & variare. Et varians eligere dicitur ibidem.*
10 *Electio, ac variatio niſi ſemel tantum permittitur.*
11 *Vidua in Magna Curia, & coram Iudice loci querelam expoſuit, in ſecunda ſcriptum non reperitur illam expoſuiſſe, variando à prima. Nec adeſt perhorreſcentia iuramentum, qui eorum Iudex erit.*
12 *Vidua Magna Curia forum eligendo, querelam contra aliquem exponit, remittit poſtea, demum moritur, vel ducit virum. Num ad Baronis, vel alterius partis inſtantiam debeat cauſa talis ad proprios domicilij Officiales remitti, & vide infra poſt num. 18.*
13 *Vbi perſonæ conditio facit locum beneficio, ea ceſſante beneficium etiam ceſſat.*
14 *Accuſatore ab accuſatione deſiſtente, Curia ipſa ex officio ad vlteriora procedere poteſt.*
15 *Ceſſante cauſa, ceſſat, & ius quaſitum. Ceſſatq; effectus de futuro ſucceſſiuus, ibid.*
16 *Competentia tractum ſucceſſiuum quando, & quomodo habeat.*
17 *Cauſa per perſonam de exceptione declinatoria inquiſitam, amplius non tractabitur.*
18 *Pronunciatio à qua non eſt appellatum firmat iuriſdictionem Iudicis ordinarij etiam contra non ſubditos.*
19 *Vidua an competat querela, & fori electio pro inſultu facto contra aliquem in domo in qua ipſa habitabat.*

ISte Rit. reperit illud idem quod ſupradictum fuit in Rit. 228. 229. 230. & ſequentibus, & ideo vide quæ in dd. Rit. diximus, vnum tantum videtur iſte Rit. plus dicere quam præfati, quia in eis de Curialib. Regijs, & Magnæ Curiæ ſolum dictum erat, in iſto verò latius diſponitur de Curialibus Regijs, & Reginalibus, ac de alijs Regalibus Curialibus, vt in præced. Rit. dixi ponendo effectum qui exinde ſequitur, & quotidie habetur in Curijs. * Limita tamen hunc Ritum, ac l. vnica C. quando Imper. inter vid. & pupil. & conſtit. Regn. ſtatuimus vt Magnæ, non procedere quotieſcunq; perſonæ hic, & ibi enumeratæ eſſent Iudeę, vt dicunt Iſern. in conſtit. ſi quis in poſterum, ſuper verbo Iudæis, pro quo etiam vide quę dixi in Rit. 19. in prima limit. a Et licet Afflict. in ead. cōſtit. 16. not. nu. 47. miretur de hoc dicto Iſernia, eo quia ipſe Iſernia mouetur per text. in auth. de priuil. dot. hæret. non præſta. qui tex. loquitur de hæret. non de Iudæis, non eſt recedendum à d. limitat. & opin. Iſern. nec obſtat quod ille tit. in authent. de priuil. dot. loquatur de hæreticis quoniam reſpondetur dupliciter, primo quod nigrum illius tit. narrando, quę ſint hęreticæ, dicit hæreticas quę diuerſarum ſunt hæreſum, item omnes quę non ſunt mēbrum ſanctæ Dei Catholicę, & Apoſtolicę Eccleſię, prout propriæ ſunt Iudeæ, & quod per illa verba includantur Iudęi, legatur idem Afflict. ſui immemor in conſtit. lege præſenti, 3. not. nu. 5. in fin. vbi dicit quod Aduocatus à Curia ſtatutus pro viduis non debet aduocare pro vidua Iudæa: quia non eſt membrum Sanctę Dei Catholicæ Eccleſię, & alleg. d. titul. in authent. de priuileg. dot. adeo q̄d ipſemet illum titul. intelligit etiam in Iudęis. Secundo reſpondetur quod licet ille titul. loquatur in hæreticis extēditur etiam ad Iudæas, quia ſunt ſpecies hæreticorū, vt dicit Azor. in ſumma, C. de Iudæ. in princ. Et quod hoc ſit verum legatur idem Azor. C. de hęret. nu. 10. qui ponit omnia quibus priuantur hæretici, & dicunt inter alia priuari priuilegio dotium, per auth. item priuilegium, C. de hæret. & poſtmodum idem Azor. in tit. de Iudæ. nu. 11. in fi. ver. dicit quòd Iudæi priuantur omnibus quibus priuati ſunt hæretici remittendo ſe ad dicta per ipſum, C. de hæret. adeo quod clarè tenet illum tit. in auth. de priuil. dot. etiam in Iudæis locum habere, quæ not. pro intellectu d. tit.

1 † Quæro primo in hoc Rit. nunquid vltra perſonas in hoc, & præced. Rit. enumeratas, reperiantur aliæ quibus competat priuilegium electionis fori? Breuiter dicas quod ſic, & ideò potes præfatis addere eccleſiam, vt dicit Iſern. quem ſequitur Affl. in conſtitut. ſtatuimus 7. not. num. 11. dicentes ita ſemper fuiſſe ſeruatum, & poſtmodum determinatum per cap. Reg. quia nulla, & Capic. deciſ. 160. idq. etiam probari poteſt per Ritum, ſupra 229. & poſt prædicta firmat etiam Didac. Couar. in lib. pract. quæſt. cap. 7. verſ. habent præterea, vbi dicit in illo Regno Caſtellæ ex diutino vſu ita fuiſſe receptum, & obtentum. Et non ab re Iſern. Afflict. & Couar. fundantur in vſu, & pract. quia ſi in Regno non extaret d. cap. nec Rit. præallegatus, iure cautum non reperitur,

2 † quòd Eccleſiæ gaudeant priuilegio l. vni. C. qn̄ Imp. inter vid. & pupil. niſi qn̄ eiſdē fuiſſet cōmiſſa aliqua violentia, rapina, vel fraus; vt dicit Io. Andr. in cap. cum ſit generale, de foro compet. Imo. in c. ſi clericus de for. cōpet. Alex. cōſ. 103. in fi. vol. 5. Afflict. deciſ. 257. in princ. & Couar. in loc. prçalleg. Ratio autem quare iudicantium vſu tributum fuerit etiam Eccleſijs hoc priuilegium pupillorum, & viduarum ea eſt, quam Didac. ibid. ponit. in verſic. habuit

3 † quia etiam ipſe pupillis æquiparantur, cum earum res ſub aliorum Regimine maneant, ſicut res pupillorum ſub adminiſtratione tutorum, & pro hoc tex. in c. 1. c. auditis, de in integ. reſtit. minor. & Bar. in l. pupillorū, in princ. ff. de reb. eorum, quā rationem Affl. etiam ſentire videtur deciſ. 390. num. 3. Adde etiam vniuerſitatem, tum quia ſub ſe includit viduas, pupillos, aliaſq. perſonas miſerabiles, propter quod eadē ratio cenſetur eſſe, quæ eſt in vnoquoq. eorum, tum etiā, per tex. not. in l. rempublicam, C. de iur. reipublic. lib. 11. iuncta gl. vbi vniuerſitates pupillis ęquiparantur, & ſicut ratione æquiparationis ſuprapoſitæ inter Eccleſiā, & pupillos, diximus fuiſſe hoc priuilegiū conceſſum etiam Eccleſijs, eodē modo in vniuerſitatibus dici debet, & nō ſūt multi dies, quod litigāte in Regia Audientia Principatus citra, & Baſilicatæ, vniuerſitate Cāpaniæ, fuit petita remiſſio ad Baronem, & referente D. Cæſare de Luciano Auditore ipſius Audientiæ decretum fuit cauſam remanendam, quod tamen poſtmodum per Magnam Curiam Vicariæ confirmatum fuit. Item adde pauperes, b vt pulchre

ADDITIONES.

a Limitationes. Adde, quæ diximus remiſſiuè circa Iudæos ad dictum Ritum 19. C. P.

b Pauperes quo ad paupertatem, & quo ad pauperes, vide quæ diximus ſupra, ad Ritum 179. C. P.

Digitized by Google

chrè ſcribit Didac. Couar. in loco prælleg. quæſt.6. verſ.
ſecundus, probatur ſecundum eum ex tex. d. l. vnic. & ra-
tione text. in cap. ſignificantibus, de offic. deleg. vbi mi-
4 ſerabilibus perſonis hoc priuilegiũ eſt conceſſum, † quaſi
nulla miſerabilior quàm pauperis, & pro hoc pſal. 9. tibi
derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor, Pſalm. 10.
Oculi eius ad pauperem reſpiciunt, & Pſalm. 40. Beatus
vir qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, & in hoc
debent ſummopere animaduertere officiales proni ad re-
mittendum cauſas Baronibus, quia cum coram eis pauper
à diuite opprimatur, ouem lupo remittunt. Aduerte ta-
men, quia, & ſi dixerim pauperibus conceſſum hoc priui-
legium, intelligi debet dummodo eligẽs forum, vt pauper,
doceat ſe talem, vt Didac. ibidem dicit, & nedum hoc in
paupere requiritur, ſed in omnibus perſonis eligentibus
5 forum, † adeò quod viduæ, & pupilli, tenentur ſe tales eſ-
ſe probare, alias ſuccumberent in electione, per text. in l.
non ignorat. C. de his qui accuſ. non poſſ. vt etiam dixi
* ſupra in Rit. 191. quæſt. 3.* Et ſi dicatur quod Afflict. de-
ciſ. 297. ex doctrin. Bart. in l. ſecunda, in 1. lect. num. 9. &
in 2. lect. num 7. ff ſi quis in ius vocat. non ier. dicit, quod
licet negetur qualitas quæ fundat iuriſdictionem ſufficit,
quod illa qualitas fuerit narrata in libello, nec cogitur a-
lias pars eam probare, ſed datur terminus in cauſa princi-
pali, cum clauſula, quod ſi facta publicatione non conſta-
bit de illa qualitate cauſa remittetur, & ſi conſtabit pro-
cedetur ad vlteriora, ſecundum quam deciſio. dicit con-
currere magis communem Tiraq. de retract. conſanguin.
in gloſ. in verſic. Iudicem §. octauo, num. 17. & 20. Re-
ſpondetur quod non video ſeruari ſecundum pract. dictã
deciſionem. Sed quando quis tanquam pupillus, vel vidua
aut vt pſona miſerabilis in cauſa ciuili, vel criminali vult
trahere ſuum aduerſarium extra Curiam ſui domicilij, &
petitur remiſſio ad domicilium prætextu quod actor non
ſit pupillus, vel vidua neque miſerabilis, datur breuis ter-
minus trium, vel quatuor dierum ad probandum incum-
bentia circa remiſſionem petitam, & ſummariè cognoſci-
tur de exceptione allegata, & ea cognita, mediante decre-
to prouidetur cauſam remanendam, vel remittẽdam, quę
practica mihi magis placet, & ſecundum eam fuit in opi-
nione Alexand in dicta l. ſecunda, & in conſ. 1. col. 1. & 3.
vol. 5. & Felin. in cap. ſi clericus laicum, col. 2. verſ. limita
ſecundo de foro compet. inquiens communem eſſe opi-
nionem. Prædicta tamen intellige, vbi per partem nega-
retur eſſe pupillum, aut viduam, alias nemine negante,
etiam non probata dicta qualitate, procederetur in cauſa,
per ea, quæ dixi ſupra in d. Rit. 19 q. 3. & ad fundandam
iuriſdictionem ſufficeret, quod in libello, vel querela nar-
raretur quem eſſe pupillum, viduam, aut perſonam miſe-
rabilem, iuxta dictam doctr. Bart. in d. l. ſecunda, & de-
ciſio. Cappell. Tholoſ. 210. poſt Cyn. in l. præſcriptione,
C. ſi contra ius, vel vtil. public. vltimo adde generaliter
omnes perſonas miſerabiles, vt patet ex rubric. & textu
d. l. 1. C. quando imperat d. cap. ſignificantibus, & conſti-
6 tutionibus ſtatuimus, vt magnæ. † Si quis tamen ſcire ve-
lit, qui ſint illi, qui inter perſonas miſerabiles connume-
rantur. Videat latè Rebuff. in commentar. Conſtitutio.
Regn. Franciæ, in tractat. de ſentent. prouiſio. artic. 3.
gloſa final. in princip. vbi quindecim perſonas enumerat
ſed verè Bartol. in dicta l. vnica, in hoc tradidit meliorem
doctrinam quod in arbitrio iudicantis relinquatur, quia
multæ ſunt perſonæ quas Rebuff. inter miſerabiles po-
ſuit, quibus hoc priuilegium electionis fori non tribuere-
7 tur, & ſi alias alio reſpectu eſſent miſerabiles. † Et ad-
uerte in iſta materia, vt ſemper intelligas, quod perſonę
quæ poſſunt forum eligere ex priuilegio, eligant Iudi-
cem qui alias ſit competens aduerſarij: alias ſi eſſet in-
competens, non procederet, vt dicit Iſern. in dicta con-
8. ſtitution. ſtatuimus, vt magnæ, & Afflict. poſt eum 7.
notab. num. 13. verſic. quid enim, & in eodem notab.
quæſtione 10. num. 22. & deciſion. 257. vbi latius de hoc,
& Sylua. Nuptial. lib. 6. numer. 44.

8 ¶ † Secundo quæro in materia electionis fori conceſ-
ſæ viduis, & alijs miſerabilibus perſonis, per l. vnicam,
C. quando Imperator. & per conſtitution. ſtatuimus,
vt magnæ, nunquid ſicut eis eſt permiſſa electio fori,
ſit etiam permiſſa variatio? Afflict. in conſtitutionum
9 Regn. ſtatuimus 7. notab. quæſt. 13. dicit, quod ſic † quia
qui poteſt eligere poteſt etiam variare, l. eum qui certa-
rum, ff. de verbo obligatio. item quia ille qui variat, elige-
re dicitur. Et iſtud intellige etiam poſt litem conteſta-
tam, immo etiam poſt cauſam concluſam, vt dixi ſupra
in Ritu. 231. licet Afflict. in eadem conſtitution. aliter
dixerit, & non bene, vt ibi dixi latius. Aduerte ta-
men diligenter circa iſtam materiam variationis, quia
quod de variatione dictum fuit, intelligi debet quan-
do variatio fieret à Curia ſui domicilij ad Curiam Re-
giam, alias ſi aliquem conueniſſent in Tribunali Regio,
puta Magna Curia, aut Regia Audientia, & ibi con-
ſenſiſſent, & demum vellent variare, & cauſam trahe-
re ad Curiam domicilij, non poſſent: quia cum varia-
tio permittatur eo, quia conceſſa eſt election. dictæ leg.
eum qui. poſtquam ſemel elegerunt, trahendo eorum
aduerſarium coram Iudice per eas electo: vſæ ſunt ea-
rum priuilegio electionis, & ideò non poteſt amplius
cadere variatio, ſicque videtur firmaſſe Iſernia in authen.
habita. in ver. litem in fine ſui libri feudo, & Bartol. in
10 d. authent. num. 7. vbi reprehendendo gloſ. dicit † quòd
non, niſi ſemel permittitur electio, & pari ratione va-
riatio ſecundum Bald. ibidem, verſic. tertio, dubitatur
numero 35. in fin. ver. & Tiraquell. in leg. Boue. §. hoc
ſermone, in principio num. 24. cum ſequent. ff. de verbo-
rum ſignificat. in tantum, quod tunc ſolum poterunt illæ
perſonæ variare, cum nondum elegerunt aliquam Cu-
riam vigore ſui priuilegij, & in veritate iuris ita intelli-
go iſtam materiam. Bene tamen verum eſt, quod in
pract. non ſeruatur, & variatio etiam bis, & ter concedi-
tur tàm à Curia domicilij, quàm a Magna Curia, & Re-
gia Audientia, & vidi ego viduas elegiſſe Regiam Au-
dientiam, & poſtmodum variaſſe ad Curiam Baronis,
& à Curia Baronis variaſſe iterum ad Regiam Audientiã,
& fuiſſe admiſſas, ſed crede mihi non omnes aduerterunt,
nec bene intelligunt hunc paſſum variationis.

11 ¶ † Tertio quæro de vna quæſt. de qua in facto conſul-
tus fui, quædam vidua quærelauit in M. C. & coram Iudi-
ce loci, non reperitur ſcriptum in ſecunda quærela, quod
illam exponit variando à prima: ſed ſolum duæ ſimplices
querelæ, & nec in prima, nec in ſecunda adeſt iuramẽtum
perhorreſcentiæ, vt requiritur per conſtit. ſtatuimus, vt
magnæ. & diximus ſupra Rit. 228. quis eorum Iudicũ cau-
ſam retinebit? Breuiter ergo dico prout etiam tunc dixi,
quod Iudex cauſæ erit ille, qui eſt competens de iure
communi, non obſtante alia querela facta coram alio
Iudice, ratio eſt, quia ille qui eſt competens de iure
communi, non eget iuramento perhorreſcentiæ; ſed
ſufficit ei expoſitio querelæ, alius verò qui non eſt com-
petens de iure communi, ſed ſolum ex priuilegio quæ-
rulantis, tanquam viduæ, per dict. conſtitut. ſtatuimus,
iuramento perhorreſcentiæ eget, alias eius Curia eli-
gi non poteſt, vt in d. Rit. dixi. Limita tamen iſtud, ni-
ſi vidua ipſa proſequendo cauſam, ſuam quærelam
corrigeret iurando perhorreſcentiam, & variando:
quoniam tunc is eſſet Iudex, coram quo ipſa vidua
hoc ageret.

12 ¶ † Quarto quæro de vna notab. & practicabili quæ-
ſtione, pone quòd vidua eligendo forum Magnæ Curiæ,
exponit quærelam contra aliquem, demum ipſa vi-
dua remittit; moritur vel ducit virum: numquid ad
inſtantiam Baronis, vel alterius partis, cauſa ipſa
ad proprios officiales domicilij debeat remitti? vide-
tur primo quòd non, eo quia expoſita quærela per vi-
duam, Magna Curia effecta eſt Iudex competens, &
in

Digitized by Google

in cauſa eſt ſibi ius quæſitum: propter quod licet ceſſet
perſona viduæ: ius quæſitum non tollitur, l.fin.ff. de
pact. l.ſi poſt mortem, §.1.delegat.1. & l.ſi poſt mortem,
ff.de bon.poſſeſſ.contra tabul.& cap.ab eod. de elect.in
ſexto, cum ſimil. quæ pro hoc allegat Tiraq. in tract. ceſ-
ſāt. cauſa limitat.11. Secundo, quia per expoſitionem
querelæ viduæ, effectus electionis fori, qui eſt facere
Iudicem competentem: eſt iam in eſſe productus, &
conſumatus, quo caſu ceſſante cauſa electionis fori, non
ceſſat effectus in eſſe productus, ſeu conſumatus, l.fin.in
princip.ff. vnde liber.l.inter ſtipulantem, §.ſacram ibi, nec
reuocentur, ff.de verborum obligation.& l.patre furioſo,
ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur. Cyn.& Bald. in l.gene-
raliter ille, colum.ſecunda, verſic. in contrarium, & ille
colum.3. verſic. item exemplum, C.de Epiſc.& cler.Bart.
in l.ſecunda, §. final. in fin. ff.de donat. & Bald. in l. vbi
colum. penult. verſic. formatur alia quæſt. C.de iur. dot.
cum infinitis ſimil. quæ in idem adducit Tiraq. in l. ſi vn-
quam, in verſic. ſuſceperit liberos, num. 165. verſic. & ne
poſt tot tantaſque, & in d.tractat. ceſſante cauſa limi-
ta.12. Contrarium ego puto verius primo, per text. in l.
in omnibus cauſis id obſeruatur, ff.de regul.iur. vbi ad li-
13 teram Iureconſ. ait † quod vbi perſonæ conditio locum
facit beneficio, ibi ceſſante ea, ceſſat etiam beneficium,
& pro hoc aliud quod dicitur, quod priuilegij cauſa
ceſſante, ceſſat priuilegium, l.Athletæ, §.1.ibi quo ad in
præſidatu ſunt, l.geometræ: ibi, donec curam gerunt, &
idem Vlpianus, ff.de excuſat. tuto.l.Titia Seio, §. vſuras,
vbi gloſ.& Bald. ff.delegat.ſecundo, & l.filius à patre, §.1.
ibi, cum militare deſijt, vbi etiam Imol. Alex. Aret. & Iaſ.
ff.de liber.& poſthum. cum infinitis, quæ ponit Tiraq. in
14 dicto tractat.in verſic.priuilegij cauſa num.203.† Secun-
do, quia accuſatore deſiſtente ab accuſatione, poteſt Cu-
ria ipſa ex officio in cauſa ad vlteriora procedere, l.penul.
in princip.ff. de pub.Iud.l.ſecunda, vbi not. per Bald. C.
de abolitio.cap.primo, & ſecundo, extra de col.detegen.
cap. Regni ad conſultationem, & l.monente, C.de delato.
lib.10.vbi Io.de Plat.num.2. ampliat iſtud procedere,
ſiuè deſiſtat voluntariè ſiuè neceſſario, vt quia moria-
tur, vel abſens ſit: & nihilominus limitatur, non proce-
dere in eo delicto in quo alias abſque quærela ex officio
procedi non poſſet, vt dicit Abb. in d.cap.1.col.fi.Parid.
in tract. ſynd.in verſic.accuſatio. colum.1. verſ. quod eſt
verum, & Ioan. Ant.de Nigr. in d.c. ad conſultationem,
num.20.& cap.pridem, num.10. ergo eodem modo deſi-
ſtente vidua per remiſſionem, vel ea mortua, aut nupta,
nō debet ipſa Magna Curia cauſam retinere: ſed remittere
quia aliàs non eſſet competens Iudex in perſona viduæ.
Non obſtat primum, quod in contrarium allegabatur de
iure quæſito, quia illud procedit, & verum eſt, quando
ius eſſet quæſitum de iure communi: ſecus ſi de iure ſpe-
ciali, prout eſt iſtud quod quæritur ex priuilegio conceſ-
15 ſo viduis tantum, & perſonis miſerabilibus † quoniam
tunc ceſſante cauſa ceſſat etiam ius quæſitum, vt ſatis pul-
chrè, & nota.voluit Bald.in l.ſi pro ead.quæſt.8.nu.10.C.
mand. Philip.Franc.in c.cum ceſſante, col.1.verſ. ſecunda
concluſio limitatur, extra de appell. & Tiraq.in præalleg.
tract.ceſſan.cauſa.limita.11.num.3. Non obſtat ſecundum,
quoniam ad id reſponderi poteſt eodem modo, quo ad
primum reſponſum fuit: item quia illud intelligitur quo
ad effectum pro tempore præterito, non autem pro tem-
pore futuro, quoniam tunc ille effectus de futuro ſucceſ-
ſiuus tollitur, vt dicit Bald.in cap.quemadmodum, nu.4.
de iure iurand.idem Tiraq. in d.tract. limita.12. num.24.
& limit.23.n.8.per tex.in l.tutelas, ff.de c.dimin.& inſtit.
eod.§.ſed & capitis, & §.ſeq.vbi ꝙ tutela legitima quæ iā
delata erat agnato tollitur quo ad tēpus futurū, ſi agnatio
ipſa ceſſat per capitis diminutionē, & ideo in propoſito,
licet non tollatur effectus electionis quo ad competentiā
Iudicis circa acta retrofacta, quia illa bene valent, tamen
cum effectus electionis ſit competentia iuriſdictionis, quę
competentia habet tractum ſucceſſiuum quoad Baronē,
16 donec cauſa durat, † & quo ad partem aduerſam vſq; ad
litis conteſtationē, l.fi.C.de except. quo ad cōpetentiā de
futuro, & circa acta poſtmodū facienda, ceſſante perſona
viduæ, bene ceſſat effectus electionis, vt ſic nō ſit amplius
Iudex cōpetens M.C.ſed cauſa ſpectet ad Baronē petentē
remiſſionē. Limitarē tamen prædicta, quoad partem, non
procedere quotieſcunq. in cauſa principali eſſet lis con-
teſtata; & poſtmodū vidua remitteret querelā: ratio eſt,
17 quia † cū non poſſit vlterius tractari per ipſam inquiſitā
de exceptione declinatoria per tex.d.l. fi. & quia videtur
Iudicem approbaſſe, vt dicitur in l. ſed & ſi ſuſceperit in
princ.ff.de iud.per Anch. conſ.16. Rom.conſ.169. Card.
conſil.5.& pract. Pap.in forma libell.declin.iuriſdict.in
princ.nu.1.cōpetentia ipſa iuriſdictionis eſt perpetuata,
& non habet amplius tractū ſucceſſiuū quo ad ipſam, &
ideò tunc vt dicit Tiraq.d.limit.23. nu.3. quamuis ceſſet
cauſa non ceſſat effectus conſumatus, qui non habet tra-
ctum ſucceſſiuū. Itē limitarem quo ad Baronē, & etiam
quo ad partē, quotieſcunq. remiſſio viduæ fieret poſtquā
per Iudicē fuiſſet interlocutū, quòd cauſa remaneat, illudq.
decretū feciſſet tranſitū in rē iudic.per eandē rationē quā
* proximè dixi * & per doctrin.Innoc.in c.præterea, nu.2.
verſ.ſed ſi poſtquā in fin.de dilat. quam refert, & ſequitur
Alex.in l.2.num.15.ver. tamen illud fallit, ff. ſi quis in ius
18 voc.non ſer.& Anch.conſ.192.nu.4.ver.confirmat, † vbi
quod pronunciatio à qua non eſt appellatū, firmat iuriſ-
dictionē Iudicis ordinarij etiā contra non ſubditos, quæ
bene no.quia ſunt quotidiana, (& vt credo) nondum per
* aliquē tract. * Scias tamen quod & ſi in puncto iuris ve-
ra ſint, quæ ſupra dixi quod vidua remittente querelam,
vel mortua, aut ad ſecunda vota trāſeunte poteſt peti re-
miſſio cauſæ ab illo Tribunali in quo per viam electionis
fori querelam expoſuerat, eo quod ceſſare dicatur perſo-
na, quæ erat cauſa priuilegij, attamen in pract. non ſerua-
tur, & prædictis non obſtantibus decernitur cauſa rema-
nenda, quæ quidem pract. in caſu quo vidua mortua eſt,
vel ad ſecunda vota tranſiuit, ea ratione defendi poteſt,
quia credendū eſt cū eadem voluntate mortuā eſſe, vel ad
ſecunda vota tranſiuiſſe poſtquā de alia voluntate nō ap-
paret, & de iure voluntatis mutatio non præſumitur, vt
probat tex. cū gl.in c.maiores, §.dormientes, in ver. per-
durare de baptiſ. & multis probat Dec.conſ.19. nu.6. ſed
qn̄ remittit, petiturq. remiſſio cauſæ ad Curiā domicilij,
non video qua ratione d.pract.fundari poſſit cōtra d.meā
19 opin. Quinto † quæro Titius habēs inimicitiā cū Seio vo-
lens illum offendere, aſſociatus cū alijs armatis acceſſit ad
eius domū, & per vim eius ianuā aperuit, Seius hoc præ-
ſentiens ſupra tectū ſe recepit, vel alio modo offenſam eua
ſit, in illa domo habitabat quædā ſoror Seij vidua, vel pu-
pilla, quæ tn̄ in domo nullā portionē habebat, vel erāt in
ea filiæ eiuſdē Seij virgines, nunquid illa vidua, vel iſtæ vir-
gines poterunt querulare Titiū pro tali inſultu facto, vbi
ipſæ habitabant, & ipſum trahere in Curiā quā voluerint
per viā electionis fori ex priuilegio l.vnicę, C. qn̄ Imper.
& Rit.noſtri? prima facie quilibet abſq.difficultate diceret
ꝙ ſic ꝑ duos tex.expreſſos (qui videntur in indiuiduo lo-
qui) in l.lex.Cornel.in princ.ver.domum, ff.de iniur.& §.
ſed & lex Cornel.ver.domū, inſtit.eo.vbi ad literā dicitur
poſſe quem agere ſi domus ſua vi introita eſſe dicatur, &
domus ſua dicetur ſiuè ſit propria, ſiuè conducta, ſiuè gra
tis habitet, ſiuè hoſpitio receptus ſit: ſed doctrina Bart.in
l.& habet, §.hoſpites, ff.de præca.facit dubium in contra-
rium, dicit enim ipſe quod ſorores quæ iure familiaritatis
habitant cum fratribus, vel vxores cum maritis non dicū-
tur detinere domum, ſed ipſe detineri quod etiam eadem
ratione procedit in filiabus, quæ detinentur à patribus,
non autem ipſe domum detinent, ſi ergo præfatæ perſo-
næ cum detineantur, non detinent domum, pro vio-
lentia facta in domo querelabit Seius, & non ipſæ, quid
dicendum? mihi videtur præfatis perſonis nullum ius
querulandi competere aduerſus Titium, non propter
doctrina Bart.quia intelligendus eſt in ſuo caſu loqui, vt

T 3 ſtatim

Digitized by Google

ſtatim dicam,ſed per rationem, quia Titius habuit animũ
offendendi,& iniuriandi Seium, & licet in domo Seij tũc
temporis habitaſſent aliæ perſonæ, quæ ſe iniuriatas te-
nent ob illum violentum ingreſſum in domo factum, per
dd. §§. talis iniuria non fuit principaliter in ipſas, ſed in
conſequentiam,ex quo erant in domo,quo caſu dicit tex.
not.in l.eum qui nocentem,§.ſi iniuria,ver.at cum,& ibi
Bar ff.de iniur.quod vbi iniurians habuit animum offen-
dendi,& iniuriandi aliquem,licet ex tali iniuria in conſe-
quentiam offendatur alius,contra quem non habuit ani-
mum,iniuriatus in conſequentiam non poterit agere ex
quo cum eo non fuit animus,ex quo ſequitur,ꝙ ſi Titius
intraſſet violenter domum Seij cauſa offendendi eius ſo-
rorem viduam,ſeu pupillam,aut filias virgines, licet non
offendiſſet, poſſent dictæ perſonæ pro illo violento in-
troitu querulare per diſpoſitionem dd. §§. quia eorum
domus vi introita eſt,& eo caſu non obſtaret doctr. Bart.
in d.§.hoſpites,quia debet intelligi quoad materiam, de
qua loquitur, vt ſi quis vellet agere interdicto de preca-
rio pro reſtitutione domus,quam precario conceſſit,non
poſſet illo interdicto conuenire hoſpites alios, nec eos,
qui gratis domum habitant,quia illi non dicuntur preca-
rio tenere domum, ſed detineri, & verum eſt, quod no-
ta,quia facilè eueniet. Salerni, die 7. Decembris 1559.
Proſper Carauita.

RITVS CCXXXIV.

ITem vbi pupillus,vel pupilla citatus de man
dato dictæ Curiæ ex officio,ſiue contractu pa
terno,vel materno, hoc expreſſo in citatione ip-
ſa, non auditur volens declinare forum ipſius
Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi conuento pro contractu defuncti, nõ licebit pro-
prium priuilegium allegare.*

2 *Vidua, & pupillus ſunt priuilegiati de iure communi.
Cum ampliat.*

3 *Statutum in vno de æquiparatis, in alio ſtatutum eſſe
cenſetur.*

4 *In iure municipali ſtrictè procedendum, vt quantomi-
nus lædatur ius commune.*

5 *Clericus hæres laici conuentus,forum declinare poteſt de
iure communi.*

6 *Inſtantia cœpta cum defuncto,num contra hæredem ip-
ſo iure tranſeat, ita quòd lata contra defunctum ſen-
tentia,contra hæredem exequi poſſit.*

NOt.ex hoc Rit. ꝙ licet pupillus habeat electionem
fori,vt ſupra in præced. Rit.dictum fuit,nihilomi-
nus quotieſcunque conuenitur, vt hæres patris, priuile-
gium fori ſibi non competit,ſed debet iuri ſtare,vbi defun
1 ctus ſtetiſſet.De iure verò communi eſt ſecus, † quia licet
hæres conuentus pro contractu defuncti non poſſit pro-
prium priuilegium allegare,l.hæres abſens,in princ. ff.de
iud. tamen vt ibi dicit Bar. poſt glo. non procedit in pri-
uilegio inſerto in corpore iuris, quia illud non dicitur
propriũ ipſius hæredis,& ponit exemplũ in clerico,qui,ſi
vt hæres cõueniatur,poteſt declinare forum,idem Pau.de
2 Caſt.ibid. † ponẽs exemplũ in vidua, & pupillo,qui cum
ſint priuilegiati de iure communi, poſſunt forum decli-
nare vbicunque vti hæredes alterius conueniuntur, &
ſecundum iuris communis diſpoſitionem, aliàs fuit deter
minatum in Magna Curia, in cauſa viduæ conuentæ ex
contractu defuncti,vt dicit Bartholom.de Cap.in conſtit.
ſtatuimus. vt Magnæ,ſed tunc non erat conditus iſte Rit.
hodie cum habeamus ipſum, ius commune non ſeruatur
in hoc. Amplia hunc Ritum loquentem in pupillo,proce-
dere etiam in vidua,& qualibet perſona miſerabili, &
3 priuilegiata in electione fori, † quia ſtatutum in vno de
æquiparatis cenſetur etiam ſtatutum in alio, l. ſi quis ſer-
uo,C.de fur.l.quid verò,iuncta gl.ff.de legi.c quamquam
c.quamuis,& c.quam ſit,de elect.c.qui contra certam, de
elect.in 6.& Rom.conſ.221.nu.3.& ita aliàs in Magna
Curia non ſunt multi dies, obtinuit Dom. Auguſt. Ca-
rauita frater meus in cauſa cuiuſdam viduæ ibidem con-
uentæ tanquam hæredis, & petentis remiſſionem ad ſuũ
forum. Secundo amplia procedere, ſiue lis fuerit cępta
cum defuncto,cur pupillus ſucceſſit,ſiue non, quia etiam
de iure communi, quando lis erat cępta cum defuncto,
& ea transferebatur in hæredem, non poterat per eum
declinari forus vigore priuilegij ipſius clauſi in corpore
iuris,etiam ſi talis hæres fuiſſet clericus,vt dicit Imo.in l.
cum hominem,ff.de fideiuſſ.Pau.de Caſt. in d.l. hæres ab-
ſens,in prin.nu 4 & in l.ſi conſtante,§.fin.vbi etiam Ro-
ma.& Alex.ff.ſol.matrim.Iaſ.in auth.quas actiones,num.
39.C.de ſacroſan.eccleſ.& Did.Couar.in lib.pract.quęſt.
c.8. verſ. hinc ergo. Intellige tamen Rit.noſtrum proce-
dere(vt loquitur)in pupillo,non autem in clerico, aliave
perſona eccleſiaſtica, quæ vti hæres alterius conuenitur
4 de nouo lite nondum cępta cum defuncto: † nam cum
iſte Rit.veniat directo contrarius commune, debet in
eo ſtrictè procedi,vt quãto minus poſſit corrigat, vt pro-
bat tex.in l.ſerui veſtri,C.de noxa.not. per gloſ. in c.cum
dilectus,de conſue.& late per Cępol.in conſ.fin. nu.10.
5 † & ideo cum de iure cõi clericus vti hæres laici de no-
uo conuentus poſſit declinare forum, & cauſam ad ſuum
iudicem trahere,vt dicebat Bar.in d.l.hæres abſens, &
ibi Cyn.Albe.& Fulg.Bald.in l.2.C. vt in poſſe. lega. Iaſ.
in d.auth.quas actiones,nu.39.Did.Couar. latius in loco
* præalleg.nu.4.verſ.tertia concluſio, * & plene etiam Ca-
gnol.in repet.l.2.q.92.num.249.C.de pact.inter empt.&
vend.idemque etiam erat in quolibet laico hærede, vt
ſupra dictum fuit.Ritus noſter, qui ius commune corri-
git in pupillo,non debet ampliari in clerico, de quo non
loquitur, vt ſic in parte tantum corrigat ius commune
quoad hæredes laicos,vt ſunt pupilli,& viduæ, non autẽ
quoad eccleſiaſticos.

¶ Quæro quid voluit dicere iſte Rit.in prin.ibi ex offi-
cio.Breuiter, ego credo,quod ſenſus eius ſit dicere, quòd
ſiue pupillus hæres citetur ex contractu defuncti, ſiue ex
quaſi contractu,ratione alicuius officij per eum geſti, ex
quo oritur obligatio,puta,ſi exercuiſſet tutelam, vel cu-
ram alterius, aut argentariam, aliudve officium, vel ne-
gotia geſſiſſet,vt dicit tex.in d.l.hæres abſens,in princ. ff.
de iudi.ſemper conuenitur in eo foro,in quo defunctus ſi
viuus eſſet,conueniretur,cogitabis tamen, quia ſatis me
fecit iſtud verbum cogitare, & credo, quod iſte eſt verus
ſenſus.

6 ¶ † Quæro iuxta proximè dicta, nunquid inſtantia cę-
pta cum defuncto,quam diximus ſupra, tranſire in hære-
dem,tranſeat ipſo iure, adeo quòd ſententia lata contra
defunctum poſſet exequi contra hæredem? Dic breuiter
quòd non,per tex.not.in l.Paulus,la ſeconda, ff. quę ſen-
ten.ſine appell.reſcinda.& l.in ſumma,§.fin.ff.de re iudi.
vt dicunt ibi Pau.de Caſt.& Alex.neceſſe eſt ad hoc, vt
inſtantia transferatur in eum,quod citetur per tex. in l.
edictum,ff.de iud. & l.oratione, ff.de fer. & tunc intelli-
getur inſtantia tranſlata, & ex eiſdem actis,& inſtantia
iudicari poterit contra ipſum,per l.fin.ff.ad exhi.l.Lucius
§.rogatus,cum his,quæ ibi not.Bart. ff. ad Trebell. Bald.
in l.ſi eos, C.de fideiuſſ. Angel. & Imol.in l.pœnales, in
princ.ff.ad leg.Falcid.& ideo ſeruatur in pract.in Magna
Curia Vicariæ,& in omnibus alijs Curijs, quòd mortuo
reo lite pendente, actor facit citare filios, vel alios, qui
prætenduntur hæredes,quod compareant ad declarandũ
ſi ſunt filij,& hæredes talis,& ex quota parte,& ad vi-
dendum tranſlationem iudicij in ipſos faciendam,
qua citatione facta, iudex poſtmodum interponit decre-
tum,

Digitized by Google

tum, ꝙ iudicium in ipſos transferatur, & cum ipſis ad vlteriora procedit vſque ad ſententiam incluſiuè, nec in aliquo amplius nominatur defunctus, & idem etiam ſeruatur ad inſtantiam rei, mortuo actore lite pendente. Salerni, die 10. Decembris 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXXXV.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod nullus clericus poteſt comparere, niſi perſonaliter, cum documentis clericatus, alias non auditur in declinando forum Curiæ ipſius, & ipſo veniente, datur terminus ad probandum de clericatu, oblata per eum quadam petitione declinatoria fori, & raro quaſi dictus proceſſus finitur, vnde eo ipſo, quòd datur terminus, intelligitur eſſe remiſſus, multoties etiam finitur proceſſus, & interponitur decretum eum eſſe clericum, & remittitur ſine ſeruientibus, & ſi eſſet ſuſpectus, & de graui re, cum ſeruientibus, & ſub fida cuſtodia ad Archiepiſcopum, & ſi Archiepiſcopus vult petere copiam inuentorum contra eum, Curia mittit ſibi, & hæc ſeruantur per ipſam Curiam, quamuis iura canonica hic prędictis videantur aliquatenus refragari.

SVMMARIVM.

1 *Clericus à iudice ſeculari citatus vt clericus, comparere non tenetur. Secus ſi vt laicus. Et ratio quare, ibid.*
2 *Practica qualiter citatio contra clericum, vel monachũ à iudice ſeculari facienda ſit.*
3 *Teſtis depoſitio integra ſcribenda, etiam contra fiſcum.*
4 *Clericatus cognitio ad quem iudicem ſpectat.*
5 *Practica duplex arbitraria in probatione clericatus.*
6 *Probatio clericatus coram ſeculari iudice, ad quid ſit.*
7 *Remiſſio clerici a ſeculari iudice ad eccleſiaſticum, quando liberè, & quando ſub fida cuſtodia ſit facienda.*
8 *Fida cuſtodia quomodo in practica ſit interpretanda.*
9 *Remiſſione clerici cũ ignominia facta, tenetur lege Iul. de vi, iudex.*
10 *Abſolutio, nec condemnatio in clericos à ſeculari iudice non cadit.*
11 *Iudex ſecularis clericum cum actorum copia contra ipſum ad ſuum iudicem remittere debet.*
12 *Actis factis in ſeculari foro ſtandum non eſt in eccleſiaſtico iudice contra clericum.*
13 *Expenſa in remiſſione clerici à iudice laico, à quo facienda.*
14 *Alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet.*
15 *Expenſæ pro mittendo ad examinandum principalem ab eo fieri debent.*
16 *Confeſſioni de crimine coram laico iudice facta, an per eccleſiaſticum ſtandum ſit?*
17 *Confeſſio extraiudicialis in ciuilibus, & criminalibus nihil operatur, quid autem in tortura.*
18 *Appellatione clericorum qui veniant.*
19 *Caſus in quibus in iure ſecularis iudex contra clericos procedere poteſt, remiſſiue.*
20 *Clericatus quomodo probetur.*
21 *Clericus dato ſibi termino ad probandum de clericatu, quid habeat probare.*

NOt. ex hoc Rit. quod nullus clericus citatus (ſupple pro cauſa criminali) poteſt petere ſe remitti, niſi ipſe perſonaliter compareat cum Bullis clericatus, quod no-
1 ta, quia eſt in viridi obſeruantia. † Intellige tamen iſtud ſano modo, & quotieſcunque citatus prætendebat ſe clericum, cum tamen fuiſſet citatus tanquam laicus, non autem quando fuiſſet citatus vt clericus, quoniam tunc citatio eſſet nulla, & citatus non teneretur comparere, vt dicit Bart. in l. 3. ff. de iud. & dixi latius ſupra in Ritu 230. Ratio iſtius Ritus eſt, quia cum iudici citanti non appareat citatum eſſe clericum, ratione dubij tenetur comparere, & ſuum priuilegium allegare, l. ſi quis ex aliena, ff. de
2 iud. † Et hinc eſt, quod hodie iudices in citationibus, quãdo citant clericum, vel monachum, ponũt ſolum nomen, & cognomen citati, nec dicunt, citetur Donnus talis, vel Frater talis, ſed vt dicit Bart. in d. l. 3. ſi hoc ipſum apparet in proceſſu iudices malè facerent, quod not. quia multoties ita fit, & non bene, niſi iudex eſſet certus, vel dubius, quod clericatus citato non prodeſſet, quoniam tunc non crederem male factum, ſeruant tamen actuarij in capiendo informationes, quod licet inquiſitus nominetur per teſtes Donnus, vel Frater, illud omittunt, vt nec etiam ex
3 proceſſu appareat; ſed hoc etiam eſt male factum, † quia teſtis depoſitio integra ſcribi debet etiam in his, quæ ſunt
* contra fiſcũ, vt dictat Regia prag. incip. item quia, * quæ eſt prágm. 6 ſub tit. de actuarijs.

¶ Secundo nota. ibi, & ipſo veniente, datur terminus,
4 † quod licet de iure can. clericatus cognitio ſpectet ad iudicem Eccleſiaſticum, & non ad ſecularem, vt dicit tex. in c. ſi iudex laicus, de ſent. excommu. in 6. vbi glo. & communiter Doct. Ant. de Butr. in c. ex parte, tertio, in fin. extra de priuil. Bald. in l. ſi qua per calumniam, verſ. ſed pone, quod iſte, C. de epiſc. & cler. & Cępol. conſ. 11. verſ. de prima q. nu. 2. tamen in hoc Regno per hunc Rit. allegato clericatu, datur terminus ad probandum clericatum, &
5 eo dato, † ſeruantur duæ pract. ad iudicis arbitrium; vna eſt, quod receptis probationibus, non finietur proceſſus, faciendo publicationem, concluſionem, & alios actus, ac decretum, quod remittatur, ſed omnibus omiſſis conſtito de clericatu, remittitur ipſo facto, & conſignatur ſuo iudici ſine decreto; & hoc eſt, quod Rit. dicit, quod eo ipſo, quod datur terminus, intelligitur remiſſus, quia fit adeo breuiter, & ſummariè, quod datio termini cum remiſſione fit quaſi eodem inſtanti. Et hæc pract. minus quã
6 alia refragatur iuri cano. † quia vt dicunt Bald. & Cępol. in loc. pręalleg. coram iudice ſeculari, poteſt produci probatio clericatus, ad eius inſtructionem, & informationem tantum, non autem vt vere, & plenè de eo cognoſcatur, quamuis per illam dationem termini præiudicatur adhuc iuri can. quia vbi datur terminus, videtur recipi probatio plena, vt clarum eſt. Alia pract. quæ ſeruatur, eſt finire proceſſum cognitionis clericatus, & interponere decretũ remiſſionis ad ſuum iudicem, quæ pract. quia vt dixit, & Ritus met dicit iuri canon. refragatur de directo in d. cap. ſi iudex laicus, non ita ſępius ſeruatur, ſicut prima, maximè in Magna Curia Vicariæ, & Regia Audientia Principatus citra, vbi dato termino ſuper probatione clericatus, & facta publicatione ipſius, abſque alijs actis iudiciarijs, vt plurimum, ſine decreto remittitur, & conſignatur ſuo iudici, vel legitimæ perſonæ ad hunc actum receptionis carcerati; verum tamen eſt, quòd propter multas difficultates, quas in iſtis remiſſionibus faciunt aduocati fiſcales, talis prouiſio conſignationis nimium differtur, & ego ſcio clericos detentos in Magna Curia, inſtetiſſe ſuper remiſſione per annum, & ſex menſes, & poſtmodum fuiſſe remiſſos. Malitia clericorum eget profecto hodierna pract. quia ſub clypeo clericatus, nec ſeculari, nec Eccleſiaſtico iudici ſubſunt, debet tamen in hoc abeſſe omnis cauillatio, & calumnia, alias aduocati fiſci non bene facerent, & tenerentur Deo, & mundo. Et ex prædictis ſequitur, quod poſtquam ſuper probatione clericatus datur termiuus, & quandoque interponitur decretum per iudicem ſecularem in tali probatione citatio partis eſt neceſſaria per vulg. tex. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. & licet

Bald.

Bald. & Cepoll. in dd.locis aliter firmauerint, argum.l.ſi
quis infi.itus, ff.depoſi.& Hippol.in d.l.de vnoquoque,
nu.107.eorum dictum procedit in terminis iuris commu
nis,ſecundum quod iudex laicus non poterat recipere
probationem,ſed ſolum quandam iuriſdictionem, vt dixi
ſupra,non autem in terminis noſtri Rit. & ideo ſeruatur
in pract.quod ſemper data petitione remiſſionis per cleri-
cum, dicitur in ea, quod intimetur parti, ſi adeſt,& fiſco,
qui ſemper eſt loco ipſius,licet Cauenſ.hic num.3. in ter-
minis noſtri Rit.aliter dixerit,& male.
7 ¶ † Tertio not.ibi,ſine ſeruientibus, quòd quando cle-
ricus remittitur per iudicem ſecularem ad Eccleſiaſticum,
debet ipſum remittere ſine ſeruientibus,niſi eſſet inquiſi-
tus de graui delicto, vel eſſet de fuga ſuſpectus, quoniam
tunc cum ſeruientibus, & fida cuſtodia remitteretur, ad
quod adde Bald.& Saly.in l.eos,§ ſuper his, C.de appell.
8 vbi idem dicunt. † Et quod hic dicitur de fida cuſtodia
vltra ſeruientes potes intelligere etiam cum catena in ma
nibus,vel collo,vt dicit Ang.in auth de defenſo.ciuita.in
fi.Par.in tract.ſyndica.in verſ.remiſſio, & Boer.deciſ.303.
circa fin.dummodo abſque aliqua ignominia mittatur, vt
dicit Bar.in l.lege Iulia, ff.ad l.Iul.de vi publi.Bar.&Boer.
9 in loco præalleg. † alias ſi cum ignominia mitteretur,iu-
dex teneretur lege Iulia de vi,vt ipſi dicũt poſt Bar.in d.l.
Eſſet autem mittere cum ignominia, quotieſcunque ac-
cederent cum mitra,vel cum tubis ſonantibus,idem ſi cũ
catena in collo,vbi caſus hoc non requireret, quoniam
tunc potius ob ignominiam diceretur fieri, quam ad cu-
ſtodiam,vt ipſi dicunt,& dum ſubdit Par. ꝙ quidam Re-
gens Magnæ Curiæ fuit priuatus officio pro eo,quia cum
catena in collo remiſit quendam clericum ad ſuum Epi-
ſcopum,debet intelligi,vt dixi,quia forte ille Regens non
fecit cauſa cuſtodiæ,ſed ignominiæ, alias de iure priuari
non potuiſſet, quæ bene nota,quia ſeruantur in pract. &
quotidie eueniunt;vidi tamen vt plurimum ſeruari,quan
do delictum nõ eſt multum atrox, & iudex Eccleſiaſticus
non eſt in foro iudicis remittentis, quòd iudex Eccleſia-
ſticus capit fideiuſſores idoneos,qui promittunt,quod ta
lis clericus ſe præſentabit coram eo, & demum conſtituit
aliquem procuratorem ad recipiendum carceratum, &
iudex ſecularis conſignat ipſum illi procuratori dimiſſa
procuratione penes acta,& multoties vidi remitti cum
ſeruientibus Curiæ ſecularis, & in ſumma ſecundum fa-
cti,& perſonæ qualitatem hoc expeditur, nec poteſt dari
certa regula. Intellige tamen quæ diximus de remiſſione
clericorum facienda per iudices ſeculares, quotieſcunque
per informationem apparet de delicto, pro quo inquirũ-
tur,aliàs ſi conſtaret iniuſtè detineri,nunquam iudici Ec-
cleſiaſtico eſſent remittendi, ſed per eundem iudicem ſe-
cularem relaxandi,ne ſi remitterentur ſine cauſa, à ſuo
Epiſcopo vexentur,vt dicit Guliel Bened.in c.Raynutius
in ver.& vxorem nomine Adelaſiam deciſ.2.n. 147. verſ.
* & præmiſſa, de teſtam. * & latè Ægid. Boſius in tit.de
10 for.compet.nu.50.verſ.ſed ſuccedit, † & bene dixi rela-
xandos eſſe,quia nec abſolutio.nec condemnatio cadit in
a ipſos coram ſeculari, a vt dicit Bald.in auth. clericus,col.
fi.C.de epiſc.& cler.Quæ no.etiam pro vaſſallis Baronũ,
qui ſemper (pace bonorum dixerim) iniuſtè vexantur,vt
non remittantur, ſi per proceſſum non apparent delin-
quentes.
11 ¶ Quarto no.ibi,& ſi idem Archiepiſcopus, † ꝙ iudex
laicus remittens clericum ad ſuum iudicem, debet ipſum
remittere cum copia actorum,quæ habet contra ipſum,ſi
iudex ipſe eam petat,idem Bald.& Salyc.in d.l.eos. §.ſu-
12 per his, dicentes, † quod licet actis factis coram iudice
laico,non ſit ſtandum contra clericum in for. Eccleſia. vt
patet ex cap.ar ſi clerici,vbi communiter ſcribentes, &
Fely.ver.verum Eccleſiaſticus,nu.4.de iud.no.per Bar.&
Alb.& in l.diuus, ff.de cuſt.reo.Bar.in l.magiſtratibus, ff.
de iuriſd.omn.iud.& Boer.deciſ.90.nu. 1. vbi dat fallen-
tiam,nihilominus proſunt quoad aliqualem informatio-
nem ipſius iudicis eccleſiaſtici.

13 ¶ † Quæro in hoc Rit.iuxta præfata,quis faciet expen-
ſas circa acta,quæ fiunt in remiſſione corã iudice laico,ac
etiam pro ſeruientibus,qui habent ducere clericum, &
pro copia proceſſus tranſmittendi ad ipſum iudicem ec-
cleſiaſticum? Super iſta quæſt.reperio tres opin. Prima
fuit Io.Fab.in l.vnic.C.de offi.proconſ.& lega.vbi arg.il-
lius l.dicit,quod iudex remittens debet ſuis expenſis re-
mittere,ſed ille tex.nihil dicit de hoc, nec etiam ipſe ni-
mis firmat ſe in hoc dicto, quia ſine dubio nullam habet
rationem.Secunda opinio fuit Bal.in c.1.§.ſi iudex,nu.1.
de pac.ten.quam ſequitur Affl.in conſt. Regn.capitaneo-
rum,4.not.nu.6 in fi.vbi quod ſi ad inſtantiam accuſato-
ris fit remiſſio,ipſe accuſator faciet expenſas remiſſionis,
per l.fi.C.de eroga.milita.anno.lib.12. l. quoniam, C.de
teſt.& c.mulieres,de iudic.in 6.ſi vero non ad inſtantiam
accuſatoris,ſed iudicis ipſius inquiſiti, & tunc iudex ſol-
uet eas,arg.l.mulier in opus ſalarium, ff.de capt.& poſtli.
reuer.Tertia opin.eſt Boer.in d.deciſ. 303. num. 12. verſ.
quid dicendum,vbi tenet,ꝙ ipſe clericus inquiſitus debet
facere expenſas,& ſi non eſt ſoluendo, ſoluet actor, qui
inſtat,& in eius defectum iudex eccleſiaſticus, & vltimo
iudex capiens,mouetur ipſe per tex.in l.lex Cornelia,§.ſi
quis librum,ibi pręmium conſtituitur, ff.de iniur. iunctis
no.per Ang.& Alex.ad Bar.ibi.& eundem Bar.in l.lege
Cornelia. in fin.princ. ff.ad Syl. vbi quod informationes,
& alia ſuffragia iuſtitiæ expenſis carcerati fieri debent, ſi
culpabilis eſt,& ſoluendo,ſin autem expenſis accuſatoris,
vel inſtigantis, & vltimo ipſius Curiæ, quod etiam firma-
uit idem Boer.in conſuet.Bituri.de iuriſd.omn. iud. §.29.
& pro hac opin.facit, quia carceratus appellans, & petẽs
ſe mitti ad iudicem, ad quem debet expenſis ipſius carce-
rati tranſmitti, & ſi non eſt ſoluendo, expenſis iudicis à
quo,vt dicit Bal.in l.generaliter,§.his de præſentibus,nu.
4.C.de reb.cred.Io.Fab.in l.minime, C.de appell. & Au-
fre.ad deciſ.Tholoſ.100.& illam opin.puto veriorem,per
tex.d.§.ſi quis librum, itẽ quia culpa ipſius carcerati de-
linquentis non debet ſuo ſuperiori obeſſe circa petitionẽ
14 remiſſionis ipſius, † quia alteri per alterum non debet
iniqua conditio inferri,l.non debet alteri, cum concord.
traditis ibi.per gl. ff de reg.iur. & ideo expenſæ faciendæ
ſuper ipſa remiſſione culpa ſua, quia deliquit damno ip-
15 ſius delinquentis cedere debent,† ſicut dicitur de expen-
ſis,quæ fiunt pro mittendo ad examinãdum principalem
abſentem,ꝙ debent fieri ab ipſo abſente, quia abſentia
ſua eſt cauſa expenſarum,vt dicit Anch. in c. ſtatutum, §.
inſuper,de reſcr.Alb & Ang.in l.actor, ff.de procu. Salic.
in d.§.his de præſentibus,nu.10.ver.ego puto, Alb. &
Dec.in l.quod quis ex ſua culpa, ff.de reg.iur. & Affl. dec.
177.Et ex hoc ſequitur,quod Barones, qui tenent aduo-
catos penes Regias Audientias pro defendendis vaſſallis,
qui per eam citantur,& carcerantur,& ad hoc,vt ipſos ad
eorum officiales remitti faciant, dum ſalarium annuatim
ipſis Aduocatis conſtitutum ſolui faciant ab vniuerſali-
bus ipſis ſubiectis,& in prouincijs exiſtentibus,non malè
faciunt,& ſi dicatur, quod Barones tenendo Aduocatos
pro remiſſionibus vaſſallorum,defendunt eorum iuriſdi-
ctionem,& priuilegia, & ideo ſuis expenſis debent ipſis
ſalarium ſoluere, ex prædictis reſponſio eſt in promptu,
quod ſi vaſſalli ipſi non delinquerent,eorum priuilegia
in hoc defenſione non egerent,& ideo cum eorum culpa
id totum fiat,ſibi ipſis imputent,cogitabis tamen.
16 ¶ † Secundo quæro ſupra in 4.not.dictum fuit, quod
actis factis coram iudice laico contra clericum non eſt
ſtandum per iudicem eccleſiaſticum,quid dicendum de
con-

ADDITIO.

a Coram ſeculari. Limita niſi clericus eſſet inquiſitus de
aſſaſſinio per c.pro humani, quod eſt c.1. de homic.in 6.
Poſſuntq; per iudicem ſecularem capi aſſaſſini, etiam in
locis religioſis ex diſpoſitione Papæ Sixti V. quæ fuit po-
ſtea per ſequentem Pontificem moderata. C.P.

Digitized by Google

confeſſione facta de crimine coram ſeculari, Aret. in c. at ſi clerici, de iud. Card. Zabar. in c. per inquiſitionem, de elect. dicunt, quod licet tanquam confeſſio iudicialis non valeat: tamen tanquam extraiudicialis valebit, & faciet
17 indiciũ ad torturã, † quia q̃uis confeſſiones extraiudiciales regulariter in ciuilibus, & criminalibus nihil operentur, ſecundum glo. in c. de hoc, de ſimo. & cap. ſi cautio, de fid. inſtr. & Bar. in l. admonendi, vbi etiam Bald. ff. de iur. iuran. tamen fallit quoad indicium torturæ, per tex. cum glo. in l. capite quinto, ff. de adult. & gl. in l. ictus fuſtium, ff. de his, qui no. infa. Bal. in l. 1. col. 5. C. de confeſſ. Rom. conſ. 8. & conſ. 451. Fely. plenè in d. c. at ſi clerici, num. 6. verſ. tu facias, & Boer. pleniſſimè deciſ. 90. num. 4. ver. 3. Bald. vero in c. cum ſuper, de confeſſ. & Ant. de Butr. in c. dilecti, col. 1. de arbit. & c. fin. col. 6. de confeſſ. tenent, q͏̃d nec etiam quoad torturam faciet indicium, & idem Angel. in l. 1. col. fi. C. de confeſſ. & in l. 1. ff. eo. dicens ſpeciale eſſe in clerico, quia in laico confitente coram iudice, nõ competente, ſecus eſt, & indicium facit, vt etiam prædicta referendo, firmat Affl. in conſt. ſi damna, q. 4. num. 32. dummodo ſecundum eum, clericus reuocet poſtea coram ſuo iudice per doctr. Bal. in l. fi. nu. 69. C. de confeſſ. & iſta opin. eſt verior de iure, vt dicit Boer. in d. deciſ. nu. 3. ſed de conſuetudine ſeruatur prima, ſecundum Aufr. in repe. clem. 1. in 3. reg. verſ. confeſſio vero clerici, de offic. ord. eamque ſeruari dicit in illa Curia Franciæ.

18 ¶ † Tertio quæro, quinam veniunt appellatione clericorum? tex. in auth. presbyteros, C. de epiſc. & cler. dicit venire presbyteros, diaconos, ſubdiaconos, cantores, & lectores, tex. vero in c. cleros, 21. diſt. latius reſpondet in hoc, dicens, quod clerici generaliter nuncupantur omnes, qui in Eccleſia deſeruiunt, quorum gradus, & nomina sũt Oſtiarius, Pſalmiſta, Lector, Exorciſta, Acolytus, Subdiaconus, Presbyter, & Epiſcopus, & dicti ſunt clerici, vt dicit tex. d. c. & glo. in d. auth. clericos, græce, latinè, ſors, vel hæreditas, quia de ſorte domini ſunt, vel quia domini partem habent.

19 ¶ † Quarto quæro in hoc Rit. nunquid aliqui caſus reperiuntur in iure, in quibus iudex ſecularis poteſt contra clericos procedere, & cognoſcere? Cæſar Pirrinus in hoc Rit. inter commentaria Cauenſ. dicit quod ſic, & in criminalibus enumerat vigintiunum, & in ciuilibus trigintaduos, verum quia nihil allegat in his, quæ dicit, vide Guliel. Bened. in repet. cap. Raynutius, in ver. & vxorem nomine Adelaſiam, deciſ. 2. ver. ex quibus, nu. 117. vſq; ad nu. 172. de teſtam. Caſſan. in conſuet. Burgund. tit. des iuſtices, rub. 1. §. 5. ver. prima regula, num. 47. Stepha. Aufre. in tract. de poteſt. ſeculari ſuper eccle. & Marat. in pract. par. 4. diſt. 11. nu 2. verſ. 16. & num. 59. verſ. ſucceſſiuè in nouis, vbi caſus omnes enumeratos per Cæſarem Pirrinum, & lõge plures, cum eorum authoritatibus textuum, & Doctor. reperies. Aduerte tamen, quia multi caſus ſunt inter eos, qui etſi in Regno Franciæ ſeruentur ex antiquiſſima conſuetudine (vt ipſimet dicunt) in hoc Regno non ſunt in obſeruantia, ſtante maxime conuentione inita inter Sanctam Romanam Eccleſiam, & Regem huius Regni, vt clerici ad ſecularia iudicia non trahantur, niſi pro bonis feudalibus, vt patet per cap. Regn. item ſtatuimus, quod clerici ad ſecularia. *

20 ¶ † Quinto quæro, quid ſi clericus detentus coram iudice laico pro aliquo delicto, & petens remiſſionem ad ſuum iudicem, non demonſtrat Bullas ſui clericatus, vt iſte Rit. dicit, ſed ſolum Bullas alicuius ſui beneficij, in quibus nominatur clericus, nunquid per tales Bullas dicetur probatus clericus, Ioan. Andr. in c. non licet, de reg. iur. in 6 mouet hanc quæſt. dicens fuiſſe diſputatam pro, & contra per Guliel. de Pet. latè, vt latè per eundem Io. Andr. referentem omnia eius argumenta, & licet d. Guliel. indiſtinctè fuerit in opin. quòd tales bullæ beneficiales ſufficiant, à Ioan. And. relatas: attamen ipſe facit tres caſus; primus eſt, quando talis clericus per prius habebatur pro laico; ſecundus, quando communiter habebatur pro clerico; tertius, quando fuit captus in habitu clericali, & non habebatur pro laico: primo caſu ipſe tenet contra opin. Guliel. & quod tales bullæ beneficiales non ſufficiant, ſed quod teneatur fidem facere de ſuo clericatu, propter præſumptionem contra ipſum inſurgentem ex præcedenti delatione habitus, per cap. ſi iudex, in fin. de ſenten. excommu. in 6. & quia tales bullæ beneficiales potuiſſent ſurreptitiè impetrari, eo non exiſtente clerico, vt probat tex. in c. ex literis, de tranſ. ſecundo vero, & tertio caſu tenet cum Guliel. per d. c. ſi iud. dicens, quod ſi in talibus caſibus eſſet facienda remiſſio ad iudicem Eccleſiaſticum abſque bullis beneficialibus, per d. c. ſi iud. multo magis exiſtentibus ipſis bullis. Ego vero valde dubito de iſta doctr. & Io. Andr. in hoc Regno in dd. duobus vltimis caſibus per Rit. 65. dicentem, quod clericatus debet demonſtrari cum habitu, & tonſura, quæ demonſtratio licet ibi non dicatur fieri, debet vt Rit. iſte expreſſim dicit per bullas ipſius clericatus, & hoc dico, etiam ſi vltra bullas beneficiales concurrerent ſimul, quod per prius ſe geſſiſſet vt clericus, & fuiſſet captus in habitu, & pro tali fuiſſet communiter extimatus: ratio eſt, quia iſta geſtio, & communis extimatio non poteſt eſſe ex alio, niſi quia fuit viſus in habitu, & tonſura, & tamen d. Rit. 65. vult, quod demonſtretur clericatus cum habitu, & tonſura, & ſic vltra habitum, & tonſuram debet demonſtrari clericatus per bullas, vt etiam iſte Rit. diſponit, & concordat cũ cap. legum, 2. q. 1. & licet in d. c. ſi iud. caueatur in dd. caſibus abſque iſtis bullis beneficialibus debere fieri remiſſionem ad iudicem Eccleſiaſticum, dico, quòd iſte Rit. in ſpecie dicit, quãuis iura Cano. his peccatis videantur aliquatenus refragari, & conſiderandum etiam eſt, quod per d. c. ſi iud. dicitur, quod nedum in dd. caſibus remiſſio fieri debet ad iudicem Eccleſiaſticum, verum etiam ſi ſit fama publica aliquem eſſe clericum, iſta fama probata ſufficiet, vt talis cognoſcatur ab Eccleſiaſtico iudice, & tamen vt omnes practici bene ſciunt, ridiculum putaretur in Tribunalibus Regni huius velle obtinere remiſſionem alicuius tãquam clerici ad iudicem Eccleſiaſticum abſque bullis clericatus, ex ſola probatione famæ publicæ, quod ſit clericus, aut quod fuerit ita communiter reputatus, vel captus in habitu, vt d. c. diſponit, in tantum, quòd Rit. iſte introducẽs, quod clericatus probetur per bullas, & quòd alias non audiatur in declinando forum, videtur ipſe derogare d. c. per quod diſpoſitum erat aliter, & ſi diceres quomodo poteſt Rit. derogare d. c. reſpondeat tibi, qui fecit hũc Rit. ſatis eſt, quod in Regno ſeruatur Rit. iſte in omnibus, ita vt loquitur, & diſponit.

21 ¶ † Sexto quæro, Rit. iſte dicit, quòd veniente, & comparẽte clerico cum bullis, datur terminus ad probandum de clericatu, quidnam erit probandum pro parte ipſius clerici infra dictum terminum, tex. hic non exprimit, ideo dic, quod probabitur qualiter inceſſit in habitu, & tonſura, vt dicit Rit. 65. item probabitur, quod ſeruiuit in diuinis, iuxta tex. in c. pen. extra de vit. & honeſt. cler. ac Regiam pragm huius Regn. incip. quemadmodum canonicis, ſub tit. de cler. ſubdiacon. ſalua. & etiam iuxta nouam diſpoſitionem Sacri Concilij Trident. 23. ſeſſ. c. 6. incip. Nullus prima tonſura, alias ſi talia non probentur fori Eccleſiaſtici priuilegio non gaudebit, ſed per iudicem laicum cognoſcetur, hoc tamen inſpecta diſpoſitione præfati Concilij Tridentini, quæ nouiter ita diſponit, quia ante dictam diſpoſitionem iſta ſola non ſufficerent ad declarandum, vt cognoſcatur quoad iudicẽ laicum, ſed nõnulla alia concurrere deberent, quæ latius ponit Capyc. deciſ. 161. Et profecto dictum Concilium Tridentinum (vt omnia) ita etiam hoc ſanctiſſimè diſpoſuit, quia licentia illorum clericorum primæ tonſuræ adeo inualuerat, quod in Regijs Tribunalibus non niſi criminales cauſæ clericorum tractabantur, ergo multa requirebantur ad perdendum fori priuilegium, vt in d. deciſ. opus erat ipſos remittere ad iudices Eccleſiaſticos, qui vti vxores vt plurimum liberabant, & abſoluebant, ſicque audacia delin-

quendi

quendi in dies magis creſcebat, vt iam creuerat. Hodie vigore dicti ſanctiſſimi Concilij, cum clerici petunt ſe remitti, conſtito, quod dicta requiſita a Sacro Concilio non ſeruarunt, vel non probato ab eis, quod ſeruauerunt, declaratur, quod cauſæ eorum remaneant in Regijs Tribunalibus, & tractantur vt laici. Hoc tamen intellige in clericis primæ tonſuræ, ſeu primorum ordinum non habentium beneficia, vt dictum Concilium Tridentinum expreſsè dicit; in clericis vero habentibus beneficia, vel ſacros Ordines, ſeruantur diſpoſita alias à iure canon. vt latè in deciſ. 161. Salerni, die 5. Decembr. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXXXVI.

ITem, quod in quibuſcunque cauſis ciuilibus, vel criminalibus ordinarijs, vel extraordinarijs motis, & mouendis in dicta Curia ante litem côteſtatam, vel poſt, exceptio excommunicationis proponenda per partem altrinſecus, vel contra teſtes in cauſis ipſis productos, & etiam producendos, non admittatur per Curiam, niſi proponens excommunicationem ipſam in promptu, & in ipſo inſtanti legitimè doceat dictæ Curiæ de excommunicatione prædicta per legitima documenta.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excommunicationis coram ſeculari iudice opponi tantum, non probari poteſt.*
2 *Præiudicialia in Regno ſunt ſublata.*
3 *Excommunicatio maior, quæ ſit, & contra incorrigibiles pro quo imponatur crimine.*
4 *Excommunicatio minor quæ ſit, eiuſque effectus.*
5 *Excommunicatio à Deo illata, ita impropriè appellatur, eiuſque effectus.*
6 *Exceptio excommunicationis in quacunque parte iudicij apponi poteſt.*
7 *Exceptio excommunicationis anomala dicitur.*
8 *Omittens excommunicationis exceptionem ſcienter, tenetur in expenſis. Redditurque propterea proceſſus nullus, ibidem.*
9 *Excommunicatio partem ab agendo, & conueniendo expellit. & nu. 11.*
10 *Teſteſque à deponendo.*
11 *Excommunicatus contra excommunicatum, de excommunicatione non excipit.*
12 *Excommunicatus à patrocinando repellitur. Et quamplures pœna ipſius, ibid. vſque ad nu. 29.*
25 *Cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus.*
26 *Abſolutio poſt mortem, quando, & quomodo fieri poſſit.*
29 *Aliquis intendit examinare pro ſe aliquot teſtes, pars aduerſa non recipi tanquam excommunicatos inſtat, offerens excommunicationem incontinenti probare. Nunquid interim admittendi?*
30 *Exceptio excommunicationis in Regno non admittitur contra teſtes.*
31 *Appellatione legitimorum documentorum, quid veniat.*
32 *Teſtes legitimi dicuntur omni exceptione maiores.*

1 NOt. ex hoc Rit. † quòd exceptio excommunicationis quandocunque in quacunque cauſa oppoſita, non admittitur, niſi opponens in promptu, ipſoque inſtanti, de excommunicatione doceat per legitima documenta. At ex diſpoſitione iuris communis, vt dicit Bald. in l. quoties, in fin. C. de iudicio coram iudice ſeculari poterat ſolum opponi iſta exceptio, non autem probari etiam per inſtrumenta. Et ex hoc Rit. corrigitur in hoc Regno, cap. 1. de exceptio. in 6. & capitu. Regn. pro bono ſtatu, per quæ ad probandam exceptionem excommunicationis terminus à iudice dari debebat, vt etiam ſcribit Marant. in pract. parte 6. membro 1. nu. 5. in nouis, vbi hunc Rit. allegat. Ratio illius Ritus eſt, quia hominum excreſcente malitia multoties exceptio excõmunicationis opponebatur ad differendum lites, & negotia, & ſi dicatur iſta ratio eſt falſa, quia in hoc Regno exceptio excommu-
2 nicationis non facit ſuperſedere in cauſa principali, † quia præiudicialia ſunt ſublata in hoc Regno, vt patet ex conſtit. Regn. ſi ciuiliter agens, vbi gloſſ. in verſ. præiudicialibus, & Afflict. in 6. nota. num. 6. expreſſim loquuntur de exceptione iſta, quod non faciat in cauſa ſuperſedere, dico, quod licet effectualiter iſta exceptio oppoſita, cauſam non impediat, tamen animi opponentium eam, vt plurimum, ſunt ad dilatandum, & ideo iſte Rit. occurrendo iſtis malitijs, & etiam diſpendijs, quibus poſſet altera pars prægrauari, ſi facile probatio excommunicationis admitteretur, voluit, quod eam opponens, in promptu doceat per legitima documenta. Limita primo Rit. noſtrum procedere in excommunicato excommunicatione maiori, non autem minori, vt proprie loquitur tex. d. c. 1.
3 † Ratio eſt, quia excommunicatus maior, quæ etiam anathema appellatur, & non niſi pro mortali crimine debet imponi contra incorrigibiles, vt dicit tex. in cap. nemo epiſcoporum, 11. quæſt. 3. illa eſt, quæ à perceptione Sacramentorum, ſuffragia Eccleſiæ, ac cœtu fidelium ſeparat, vt inquit Diuus Thom. in 4. diſtin. 18. Abb. in rubr. de ſenten. excommun. & Sylueſt. in ſumma, in ver. excommunicatio, lo primo, in princip. & num. 11. verſic. quibus
4 vero cauſis. † Excommunicatio vero minor, quæ eſt, num. excommunicatis participare, vt dicit tex. iuncta gloſſ. in cap. cum excommunicatio, 11. quæſt. 3 non ſeparat à cœtu fidelium, nec ſpiritualium bonorum participatione, aut Sacramentorum collatione, licet conferens peccet, ſed ſolum à participatione paſſiua Sacramentorum, & eorum, quæ ſunt via ad ſacramenta percipienda, vt dicit Syluest. ibidem num. 3. per tex. elegantem in cap. ſi celebrat de cleric. excommun. Et multo minus poteſt intelli-
5 gi iſte Rit. de alia excommunicatione, † quæ à Deo infertur pro quolibet peccato mortali, vt patet ex capitulo audi. 11. quæſt. 3. quia impropriè excommunicatio appellatur, vt dicit plenè Didac. Couarr. in cap. alma mater, in princip. num. 5. verſic. & alia, de ſenten. excommu. in 6. & licet grauiſſimè lædat animam, quia ſegregat Chriſtianum ab interiori illa communione, quæ à charitate conſtat, & quia omnes fideles in Chriſto coniunguntur, & vnum corpus efficimur, tamen non ſeparat ab his, à quibus aliæ excommunicationes ſeparant, vt patet in locis præallegat. Secundo limita procedere quotieſcunque exceptio excommunicationis opponit in vim dilatoriæ, ſecus ſi in vim exceptionis peremptoriæ, vt quia dicatur talis electio, ſententia, vel contractus non valer, quia factus de excommunicato, vel ab excommunicato, quoniã tunc cum ſi exceptio ipſa non probaretur perimeret ius opponentium, dilatio eſſet danda ad probandum, vt dicit gloſſ. quam ibi communiter Scribentes ſequuntur in d. c. 1. in verſ. opponit, de exceptio. in 6. glo. in clemen. 1. de excep. in verſ. dilatoriæ, & Speculat. in tit. de dilatio. in princip. num. 12. ver. ſecus autem, vbi excommunicatio, & in titu. de excep. §. nunc videndum, num. 11. verſ. quandoque tamen.

4 ¶ † Secundo not. ibi, ante litem conteſtatam, quod exceptio excommunicationis poteſt opponi tam ante litem conteſtatam, quàm poſt, & ſic in quacunque parte iudicij, & poſt lapſum terminum ſtatutum ad proferendas exce-

ptiones

ptiones dilatorias,vt dicit rex. in clemen.1.de exceptio. quia etiam poſt ſententiam opponi poteſt, vt dicitur in cap.1.de exceptio.in 6.per Specular. in titu. de exceptio. num.16.verſic.ſed nunquid. Ratio eſt, quam ponit text. in cap.exceptione,extra de except. & Specul.in d. verſic. ſed nunquid,ne quis cogatur cum excommunicato litigando participare,& periculum animæ incurrere, quia etiam ipſe eſſet excommunicatus, d.cap. cum excommu-
7 nicato,11.quæſt.3.† Et ex hoc ſequitur, quod cum in omni parte iudicij poſſit opponi iſta exceptio, dicitur anomala,vt dicit Speculat.in d.titul.de exceptio in prin. num.7.verſ.anomalæ,& §.nunc videndum, num.8.verſ. porro,& Marant.in pragm.loc. præallega. Amplia hunc Ritum procedere etiam ſi ſcienter fuerit omiſſa iſta exceptio infra terminum,vt dicit tex.in d. c. exceptionem,
8 extra de exceptio. † & licet per illud cap. eam omittens ſcienter teneretur in expenſis,eo quia proceſſus redderetur nullus per ipſam exceptionem,vt ibi gloſſ.not.in ver. condemnandus, tamen hodie ſecundum eam, non fiet condemnatio expenſarum, quia acta facta retro, non ſunt nulla, per tex.d.cap.1.de exception. in 6. vbi etiam gloſſ.not.in ver.duraturis, & latius gloſſ.cap. 1. de exceptio.in 6.

¶ Tertio no.ibi, per partem altrinſecus, vel contra teſtes, quod exceptio excommunicationis poteſt opponi contra partem,& contra teſtes, contra partem oppon-
9 tur excommunicatio ad hoc,† vt ipſam repellat ab agendo, & reconueniendo, vt dicit tex. in capitulo decernimus,de ſenten.excommunic.in 6. & cap.cum inter,de exceptio.extra.plenè Spec.de actore,in prin.nu. 13. verſ. item quod eſt excommunicatus,& Nepos à Monte Albano in tract.excep.de except.contra actorem,in prin.quod ampliatur procedere,etiam ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequi vellet excommunicatus, vt dicit Feder. de Sen. conſ.116.Io.Andr.in Addit. Specul. loco proxime citato, * in litera L. * & latè Petr.à Plaz.in epito.delict. lib.1.cap. 44 num.10.cum ſequen.vbi idem tenet, intelligit tamen de excommunicato excommunicatione maiori, vt ſupra
10 diximus in prima limita.† Contra teſtes opponitur, vt repellantur à deponendo,vt dicit text.in d. cap. decernimus,in cap.veniens, lo ſecundo, in fin.extra de teſtibus, cap.conſpiratores, 3.quæſtio.4. & Speculat.in titu.de teſte,num.31.verſ.item quòd eſt excommunicatus, quòd ampliatur procedere ſecundum eundem Specula. ibidem num.32.verſic.ſed nunquid, etiam ſi vellent deponere
11 contra alium excommunicatum, † quia excommunicatus non poteſt contra excommunicatum de excommunicatione excipere, vt ipſe dicit per tex.l.apud,§.Marcellus ff.de exceptio. & c. dilecti, & c.a nobis, extra eod.tit. de exceptio. intelligo tamen ſemper præfata omnia (vt ſupra dixi) in excommunicatione maiori, quia minor excommunicatio non poſſet facere tales effectus, vt not. gloſſ. d. cap.decernimus,in verſ.& teſtificando,& Specu. in præalleg. tit.de actore, num.13. in fin. ver. quid de minori.per tex. d.cap. ſi celebrat, vbi etiam gloſſ.in verſ. iuriſdictionis, de cler.excommunic.

¶ Quarto not.ex hoc Rit.duas pœnas,quibus excommunicatus afficitur,nam repellitur ab agendo, item à te-
12 ſtificando. Tertia pœna eſt, † quia repellitur à patrotinando,vt dicitur in d.c. decernimus,de ſenten. excommun. in 6. cum ſimilibus traditis ibi per gloſſ. Quarta pœna eſt (quam ſupra diximus) ſeparatio à perceptione Sacramentorum, ſuffragijs Eccleſiæ, ac cętu fidelium. Quinta eſt,quia non poteſt cum alijs intereſſe diuinis,vel cum eis in Eccleſia orare ſine peccato mortali. Immo nec etiam ſtare extra Eccleſiam, prope eam, adeo quod audiat diuina,cap.quod in te,de pœniten.& remiſſ. Qualiter tamen poſſit dicere horas,ad quas tenetur, ſi eſſet clericus,vide Syluest.in ſumma,in verſic.hora, verſic.ter-
13 tio quæritur,num.4. † Sexta eſt excluſio à Regno cœlorum,ſi tamen excommunicatio iuſta fuit,cap.quiſque,24. quæſtio. 1. idem etiam ſi non iuſta, ſi fuerit contempta, 11. quæſt. 3. cap. nemo,ratio eſt, quia mortaliter pecca-
14 tur,vt Doctores dicunt. † Septima eſt,quia efficitur irregularis,ſi in aliquo ordine exiſtens, ingerit ſe diuinis, vt dicunt Hoſtien.Ioan.Andr.& Abb.in cap.2. de cleric.excommunicat.intelligendo tamen vt per Syluestr. in ſumma in verſic.irregularitas, num. 15. verſic. decimotertio
15 quæritur. † Octaua eſt, quia non poteſt ſuſcipi ad aliquam Religionem, niſi prius abſoluatur, vt dicit Abb.& ibi communiter Doctores in cap. cum illorum, per illum tex.de ſenten.excommunica. & latius Syluest.in ſumma, in ver.abſolutio, lo quinto, num.7. verſicu. nouum eſt.
16 † Nona pœna eſt,quia non poteſt eligere, nec eligi,cap. conſtitutis, de appellatio.& ſi ſecus fieret, electio ipſo iure eſſet nulla,cap.cum dilectus, de conſuet. & 9. quæſt.1. cap.nos,iuncta gloſſ ibi,ſiue fiat de dignitate Eccleſiaſtica,ſiue laica, vt dicit Syluest. in ſumma, in ver. excommunicatio, lo tertio,verſic. octauo, adeo quòd ſecundum eum, nec in Regem, nec Imperatorem quis eligi poteſt,
17 cap.cum per venerabilem, de electio. † Decima pœna eſt,quia Eccleſiaſticum beneficium conferre non poteſt, cap.tanta, de exceſſ. prælator. nec etiam aliud acquirere, cap.poſtulaſti,de cleric. excommun. & cap.cum bonæ,de
18 æta.& qualit. † Vndecima pęna eſt, quia eſt ſuſpenſus ab omni officio,& beneficio, propter quod ligare, & abſol-
19 uere non pôt,c.audiuimus,24.q.1.Duodecima eſt,† quia ſibi eſt interdictus omnis actus legitimus, adeo quòd iudicare,nullatenus poteſt, & ſi iudicet (licet ſimul cum alijs iudicibus) ſententia ipſa annullatur, ſi tamen excommunicatio ipſo publica erat, cap. ad probandum, de ſen-
20 tent.& re iudic. † Decimatertia eſt, quia non poteſt procurator inſtitui, cap. poſt ceſſionem, de probation. nec etiam procuratorem conſtituere, & ſecus factum, non tenet,cap. fin.de procurator.niſi tanquam reus vellet hoc
21 facere,cap.intelleximus,vbi gloſſ. extra de iudic. † Decimaquarta eſt, quia obligati ſibi ad iuramentum fidelitatis,ad fidelitatem non tenentur, cap.nos ſanctorum, &
22 cap.ſequen. 15.quæſt.6. † An tamen obligatus cum iuramento ad ſoluendum in certo termino, teneatur tunc ſoluere excommunicato, gloſſ. in d. cap. nos, dicit quod ſic, & latius Syluest.in ſumma, in ver.excommunicatio, lo quinto,num.21.verſic.duodecimum eſt. Decimaquin-
23 ta eſt, † quia literæ per ipſum à Papa impetratæ ſuper alio articulo,quam excommunicationis, vel appellationis, non valent,cap.ipſo iure, de reſcript.in ſexto. Deci-
24 maſexta pœna eſt,† quia efficitur infamis,6.quæſt.1.cap. infamis, ſi tamen excommunicatio ipſa notoria eſt, ſecundum Bald.in cap.cum dilectus,de conſuetu. Decima-
25 ſeptima eſt, † quia mortuus non poteſt in Eccleſia, aut loco ſacro tumulari, quia cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus,cap.ſacris,de ſepult.
26 † Decimaoctaua eſt, quia pro eo mortuo non poteſt oblatio ſuſcipi, nec publica oratio fieri, niſi in eo ſigna contritionis ante mortem apparuerint, quoniam tunc abſoluetur poſt mortem, & fieri poterunt omnia præfata,24.quæſtio.2.cap. ſane, qualiter tamen abſoluetur ſic mortuus, vide Syluest.in ſumma, in verſic.abſolutio,lo
27 tertio,num.15.verſic.vndecimum. † Decimanona pœna excommunicati eſt, quia eius cadauer non facit locum religioſum,ſicut cadauer hominis fidelis non excommunicati, vt dicit Syluest. in loc. proxime citat. & in ver. excommunicatio,lo tertio,num.1.in fin.verſic. vigeſimo-
28 primo, vbi latè de iſtis, & alijs pœnis. † Vigeſima pœna eſt,quia ſi vltra annum in excommunicatione perdurauerit,punitur pœna cap.Regn. ſi quis in excommunicatione,vt etiam ſcribit Afflict. in conſtitu.Regn. pœnam eorum.primo nota. num.2. ſi tamen talis excommunicatus fuerit per Prælatum excommunicantem denunciatus Curiæ ſeculari,vt dicit Luc.de Pen.in d. cap.ſi quis, per aliud cap. Regn. quod incipit, item ſtatuimus, quòd ſi contingat: * vide tamen Petr.Rebuff. in concord. tit.de excommun.non vitan. vol.2. vbi ſexaginta duas pœnas excommunicationis ponit.

¶ Quarto

Digitized by Google

29 ¶ † Quæro primo in hoc Rit. pone, quod aliquis vult examinare pro ſe aliquos teſtes, alia pars inſtat ipſos non recipi, quia ſunt excommunicati, qui teſtificari non poſſunt, vt ſupra diximus in 3. not. & offert incontinẽti probare de excommunicatione, nunquid interim admittentur? Speculat. in tit. de teſte, §. 1. num. 41. verſic. quid ergo ſi præmiſſa, arguit pro & contra: tandem dicit, quod aut mora ipſos recipiendi eſt periculum allatura, quia teſtes ſunt infirmi, vel abfuturi, & tunc eorum depoſitio recipi debet, & demum quæri de excommunicatione, arg. cap. quoniam frequenter, in princ. vt lite non conteſt. & l. 1. § fin. & l. fin. ff. de fer. & l. cum hæreditas, ff. ad Trebel. aut non eſt periculum allatura, & tunc ſecus, quia cum ſtatim conſtare poſſit nõ eſſe admittendos, ſuperfluo admitterentur, quod fieri non debet, §. ſane, extra in proœ. Tu autem dicas, quod iſta diſtinctio de iure cõmuni poſſet procedere, quia per ipſius diſpoſitionem probatio excommunicationis non requirebatur in promptu, & in ipſo inſtanti, vt patet ex cap. 1. de excep. in 6. & licet eſſet oblatum velle incontinenti probare illud incontinenti, non intelligit Spec. ſine dilatione, quia ſi ita intelligeret, quæſtio ipſa ſuperflua eſſet, poſtquam ſtatim poſſet de excommunicatione conſtare, in Regno noſtro per hunc Rit. ſecus eſt, quia cũ exceptio excommunicationis cõtra teſtes, non aliter admittatur, quam ſi in promptu, & ipſo inſtanti appareat per legitima documenta, verbum interim non poteſt in hoc cadere, quia aut cõſtat de ea ſtatim, & non ſolum ſuperſedetur, ſed nec etiam recipiantur, aut non conſtat modo quo hic dicitur, & tunc ſine ſcrupulo

* recipiuntur, quod nota. * Verum tamen eſt, quod in hoc

30 Regno † non video practicari hanc exceptionem excommunicationis ad repellendum teſtes, ſed omnes indiſtinctè recipi, & poſtmodum in termino dato ad repulſam, ipſos repulſari tanquam excommunicatos, vel habentes alios defectus, credo, quod procedat ratione iſtius Rit. diſponentis exceptionem excommunicationis tũc demum militare cum ipſo inſtanti legitimè appareat de ipſa excommunicatione per legitima documenta.

31 ¶ † Secundo quæro quidnam veniet appellatione legitimorum documentorum? Breuiter, gloſſ. d. cap. 1. de exceptio. in 6. in verſ. documentis, dicit venire inſtrumenta, vel teſtes, & idem Alber. in ſuo dictionario, in verſic.

32 documenta. Dicitur tamen legitimè † quotieſcunque teſtes erunt legitimi, ideo omni exceptione maiores, vt dicit gloſ. in cap. at ſi clerici, in verſic. legitima, extra de iudic. & quotieſcunque inſtrumenta ipſa erunt publica, ſiue authentica, vt latè ſcribit Specula. in tit. de inſtrum. editio. §. nunc dicendum, in princip. & Lanfran. in repet. cap. quoniam contra, in verſicu. inſtrumentorum productiones, num. 8. verſic. ſecundo eſt videndum, in tantum quod exceptio excommunicationis, tunc demum admittitur, cum per teſtes legitimos omni exceptione maiores, vel inſtrumenta publica apparebit, dummodo id fiat in promptu, ipſoque inſtanti, quòd nota pro declaratione verborum iſtius Ritus. Salerni, die 9. Decembris. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXXXVII.

ITem, quod nullus admittatur ad denunciandum aliquem de vſuraria prauitate, ſed admittatur ad accuſandum, agendo via ordinaria, & tunc aduocatus, & procurator fiſci dictarum cauſarum procedant ordinariè contra dictum accuſandum ad priuationem bonorum ſuorum omnium.

¶ Dixi de hoc Ritu ſupra in Rit. 196. videas.

RITVS CCXXXVIII.

ITem, quod poſt terminum datum ad probandum, non recipiantur aliquæ ſcripturæ, verum vbi pars producere vellet, Curia accipiat ipſas, & non ponantur in proceſſu, ſed teneat eas Magiſter actorum, & ſcribatur in eis præſentatę poſt terminum, ſcilicet die tali, &c. poſt terminum, &c. iudices deinde videant eas ad eorum declarationem, & recipiant dicto modo, etiam poſt concluſum.

SVMMARIVM.

1 *Caſus duo in quibus iura producuntur etiam poſt terminum, & concluſum in cauſa. Et ad quem effectum.*

2 *Concluſio cauſæ non nocet, dummodo facti veritas habeatur.*

3 *Concluſio fit poſt ſcripturarum præſentationem, pars petit terminum ad eas comprobandum, quia illæ impugnantur, nunquid dandus ſit?*

4 *Appellatione ſcripturarum, veniunt ſcripturæ publicæ, & priuatæ.*

NOt. ex hoc Rit. quod elapſo termino ſtatuto per iudicem ad probandũ in cauſa, ſcripturæ præſentatæ per aliquam partium non recipiuntur in proceſſu, ſed tenentur extra ipſum ad informationem, & inſtructionem ipſius iudicis, & hoc ſiue producantur ante concluſionẽ, ſiue poſtea, & idem diſponitur infra in Rit. 240. adeo qđ per diſpoſitionem iſtorum Rit. qui concordant etiam cũ conſtit. Regn. lite. inſtrumenta, & ſcripturæ in termino probatorio præſentari debent. Limita tamen iſtud non procedere in duobus caſibus, quos ponit ſequens Ritus.

1 † Primus eſt, quando eſſent ſcripturæ nouiter repertæ poſt terminum, quoniam tunc vſque ad concluſionem in cauſa præſentari, & produci poſſunt iuxta iuris diſpoſitionẽ in c. cum dilectus, de fid. inſtr. Secundus eſt, quando producens eas eſſet aliqua perſona priuilegiata a iure, vt viduæ, pupilli, & aliæ perſonæ miſerabiles, per l. 1. C. quando Impera. inter vid. & pupill. quod etiam cauetur per d. conſt. Regn. lite. ſed iſte Rit. correctus eſt per Regiã prag. 11. incip. curſu dilationum, §. quibus, de ord. iud. vbi patet expreſſe, ſcripturarum productiones, & earum impugnationes fieri poſſe etiam poſt lapſum terminum infra quatuor dies a die publicationis. Adeo quod per illam prag. inſtrumenta, & ſcripturæ vſq; ad concluſionem in cauſa præſentari poſſunt in proceſſu, quia vt ibi dicitur, concluſio intelligitur facta elapſis illis quatuor diebus, & ante illam prag. vt dicunt Iſer & Affl. in conſtit. Regn. lite. 13. not. nu. 13. verſ. tertia dubitatio, diſpoſitio iſtius Rit. non ſeruabatur, ſed ius commune, in d. c. cum dilectus, de fide inſtrum. in tantum, quod vſq; ad concluſionem in cauſa, abſq; dubio inſtrumenta, & ſcripturæ produci poterant in proceſſu, & ita etiam ſeruatur hodie ex communi obſeruantia in omnibus Curijs Regni, non obſtante d. conſtit. & diſpoſitione iſtorum Rit. vt dicit etiam Marant. in pract. par. 6. actu 8. nu. 47. verſ. venio ad ſecundum, eund. Marant. ibid nu. 49. ꝙ licet vſq; ad cõcluſionem ſcripturæ præſentari poſſint, & non vltra, per d. prag. & per cõmunem obſeruantiam, tamen ſi præſententur, ſeruatur quod hic dicitur, & extra proceſſum recipiũtur, nõ in vim probationis, ſed ad inſtructionẽ iudicis tñ, & multoties recipiũtur etiã in proceſſu, cũ clauſula, quod de eis habeatur ea ratio, quę de iure habẽda erit, vt Cauẽſ. dicit in Rit. ſeq. & iſtud video ſæpius practicari, quã quod recipiãtur extra proceſſum, & adhuc talis clauſula parum ſeruit, quia

in om-

Digitized by Google

in omnibus Curijs Regijs habetur ratio omnium ſcripturarum præſentatarum, etiam poſt concluſionem, & recipiuntur vſque ad ſententiam, vt omnibus clarum eſt. Ratio illius obſeruãtiæ eſt, quia cauſæ omnes in hoc Regno ſunt ſummariæ, & in eis proceditur ſola facti veritate inſpecta, per cap.Regn.deteſtantes, quod habes infra Rit.228.
2 & per Regiam prag.diſpendia litium,de ord.iudic.† quo caſu concluſio cauſæ non nocet, dummodo facti veritas habeatur,& ſcripturæ omnes admittuntur,vt firmat Rom. in l.admonendi,ff.de iureiur. & in conſil.176.num.12.circa fin. & Domini de Rot.deciſ.2.alias 165. alijs tribus, de reſtit.in integ. & licet Felyn.in d.cap.cum dilectus,nu.19. limit.7.aliter teneat,dicens,iſtud eſſe verum ſolum in cauſis ſummarijs beneficialibus, non autem in profanis, per aliam deciſ.Rot.alias 30. fuit dubitatum, de ſequeſtr.poſſ. tamen in Regno, vt dixi, ſeruatur prima opin. Rom. & Dominorum de Rot. qui etiam in profanis expreſsè loquuntur.

3 ¶ † Quæro in hoc Ritu, pone, quòd concluſio fiat poſt præſentationem ſcripturarum, verum quia illæ ſcripturæ nunc impugnantur, pars ipſa petit terminum ad eas comprobandum, nunquid dari debet? Abb.in cap.quoniam contra, col.9.in gloſ.in verſic.productiones,de probatio. dicit,quòd ſic, non obſtante concluſione, quia per dationẽ termini, vel admiſsionem articulorum, videtur tacitè renocata, vt dicit Bellamera deciſ.55.& 57. quod poteſt facere iudex, cum ſit interloquutoria, cap.cum ceſſante, de appellat.& l.quod iuſſit,ff.de re iudic. & ita firmat expreſſe Affl.deciſ.115. dicens ita fuiſſe deciſum in Conſil. dummodo ſcripturæ comprobandæ ſint publicæ, vel priuatæ, quæ de ſe fidem faciunt, alias ſi eſſent priuatæ, quæ de ſe fidem non facerent,ſecus eſſet:& licet ibi dicat,quòd quoad priuatas Sacrum Conſilium ſeruauit ſibi meliorem deliberationem, tamen in alia deciſ.272.hoc expreſsè determinat.Et quod diximus de termino dando poſt concluſionem ad probationem ſcripturarum præſentatarum ante, amplia procedere etiam in ſcripturis præſentatis poſt concluſionem,quando concluſio facta fuit cum reſeruatione præſentandi ſcripturas, vt dicit Affli. in deciſ.272. ſemper intelligendo in ſcripturis publicis,& etiam priuatis modo quo dixi, vt ipſemet dicit, quia reſeruatio facta præſentationis ſcripturarum, intelligitur de publicis, & priuatis,quæ fidem faciunt,non de priuatis, quæ de ſe non probãt,vt dicit Abb.in rub.extra de fide inſtr.& ita debet intelligi, quod dicit gloſ.in c.1.in verſ.in ſcriptis, extra de appell. Inn.in c.1.de ſent.excomm.in 6.& Bal.in l.1.C.de
4 iuram.calum.† vbi quod ſcripturarũ appellatione veniunt publicæ,& priuatæ. Dicit tamen idem Affl.in c.1.in princ. verſ.ſed quæro de quadam quæſtione, nu.111.ſi de inueſt. inter dom.& vaſſal.lis oria.quòd etiam quando eſſent ſcripturæ ſine teſtibus, quæ de ſe fidem non facerent, Sacrum Conſilium conſueuit admittere earum productionem, & dare breuem terminum ad eas comprobandum, non tamẽ reſciſſa concluſione, ſed quod ponantur extra proceſſum pro veritate inquirenda, & habeatur ea ratio de eis, quæ iure habenda erit,quod nota. Salerni, die 10.Decembris. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXXXIX.

ITem quod in quacunque cauſa ciuili, quæ in dictis Curijs,& altera ipſarum agitatur,actor, & reus præſentare debeant inſtrumẽta, & cautelas alias,ſi quas producere habent, ad probãdum intentionem eorum infra terminum eis ſtatutum ad probandum in cauſa ipſa,ita quidem quod terminus detur ad producendum omnia iura ſua,& non aliter,niſi eſſent inſtrumenta,& cautelæ nouiter repertæ,quæ ſecundum iuris diſpoſitionem produci poſſunt, etiam vſque ad concluſionem, & niſi eſſent perſonæ priuilegiatæ in iure.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura vſque ad cauſæ concluſionem indiſtincte præſentari poſſunt, non vltra.*
2 *Facta concluſione liquere de cauſa dicitur.*
3 *Concluſio in cauſa eoſdem effectus,quos ſententia producit, cum ampliat. & limitat.*
4 *Concluſio in cauſa multipliciter.*
5 *Iuramentum ſuppletorium poſt concluſionem deferri poteſt.*
6 *Pars interrogari poteſt poſt concluſionem, ex officio.*
7 *Aſpectus loci omnem ſuperat probationem.*

NOta ex hoc Ritu, quòd diſpoſitio iuris communis in c. cum dilectus, de fide inſtr. volentis inſtrumenta, & ſcripturas vſque ad concluſionem poſſe præſentari, per hunc Ritum reſtringitur, & limitatur procedere ſolum in duobus caſibus poſitis in tex. videlicet,quando eſſent ſcripturæ nouiter repertæ poſt lapſum terminũ, vel pars producens eſſet perſona à iure priuilegiata: ſed,vt dixi ſupra in præcedenti Rit.iſtud non ſeruatur,& per prag.Regiam, quam ibid. allegaui, eſt redactum iſtud ad diſpoſitionem iuris communis, in d. cap. & qualiter hodie practicetur ibi dixi.

1 ¶ Secundo nota ibi,iuris diſpoſitionem,† quòd ex diſpoſitione iuris inſtrumenta, & ſcripturæ præſentari poſſunt indiſtinctè vſque ad concluſionem in cauſa, & non vltra.
2 Ratio eſt, ſecundum Felyn.ibid.in princ. † quia facta con-
2 cluſione dicitur omnino liquere a de cauſa,vt dicit gloſ.in c.ſignificauerunt,in verſ.liquere, vbi etiam ipſe notat extra de teſtib. &, vt dicit Bald.in auth.qui ſemel,in ſi.C.de probat.non eſt amplius cognoſcendum,ſed cognitum eſſe.
3 † Immo multoties concluſio in cauſa producit eoſdem effectus, quos facit ſententia,vt dicunt Io.Mona.Io.Andr. & Domi.in c.2.de reſtit.in integr.in 6.Bal.in l.error,col.4. C.de iur.& fact.ignor. eſt bonus tex.in c.auditis, extra de procur.in c.auditis,de reſtit.in integr.& cap.paſtoralis,de cau.poſſ.& propriet.Amplia diſpoſitionem præfatam pro-
4 cedere in concluſione quomodocunque facta,† cum multipliciter fieri poſſit, & hoc ideo,quia ſemper militat eadem ratio, quem ſupra dixi, ſiue concluſio fiat per expreſſam renunciationem,quam faciunt partes omnibus probationibus,vt dicit Specul.in tit.de renunc.& concluſione, in princ. ſiue per lapſum termini à ſtatuto præfixi ad probandum,vt ponit Bald.in l.ſi accuſatoribus,in fi. C.de accuſ.& in d.c.paſtoralis, poſt Inn.in c.ſuper eo, lo ſecondo, ſuper verſ.certum,in princ.de appell. Rom.latè conſ.176.& patet ex dicta Regia prag.11. incip. Curſu dilationũ, §.quibus,de ord.iud.ſiue fiat per commiſſionem factam de cauſa conſilio ſapientis decidenda ex voluntate partium, vt dicit Card.conſ.25. in cauſa Amareti, & in d.c.paſtoralis, & Fel.in d.c.cum dilectus, nu.30.verſ.alio modo, ſiue etiã fiat per iudicis interloquutoriam (prout hodie in Regno fit cõmuniter) vt dicit gl.in clem.ſæpe,in verſ.concluſione, de

ADDITIO.

a Liquere. Adde ſumpta occaſione horũ verborum,quod olim apud Romanos in iudicijs publicis rerum capitaliũ, quoniam ſententiæ non vocales,ſed tabellariæ erant,iudicibus ternæ tabulæ dabantur à quæſitore,qui iudicio præerat,abſolutionis ſcilicet, cõdemnationis, & ampliationis, in quarum vna ſignata erat litera A, quæ ſalutaris dicebatur,nam abſolutionis nota erat: in altera C, quæ triſtis dicebatur, quoniam condemnationis nota erat,à Perſio nigrum theta appellata, ibi,& potis es, vino Nigrum præfigere tetha, vbi Nigrum theta mortiferum dixit, ſignificabat enim thanaton, ideſt mortem,cuius eſt prima litera th. in tertia autem erant duæ literæ, videlicet N L, quæ non liquere ſignificabant, hoc eſt obſcura cauſa eſt: vnde ampliatio naſcebatur, vt pulchrè declarat Bud. in adnot. ad l.2.in verb.vindiciæ,ff.de orig.orig. C. P.

Digitized by Google

de verb.ſign. Item amplia alijs quatuor modis, quos ponit Felyn.in d.capitulo cũ dilectus nu.11.verſ.& amplia. Limita non procedere in quatuordecim caſibus ibi nota. per eum,nu.13.verſ.modo cũ ſequen.Decimoquinto limita nõ procedere in probatione facienda per delationẽ iuramẽ-
5 ti ſuppletorij,† q etiã poſt cõcluſionem deferri poteſt, vt dicit Rom.d.conſ.176.nu.12.verſ.præterea, & Alex.conſ. 53.nu.5.vol.1.per tex.in l.generaliter, §.1. C. de reb.credito.ſi tamẽ antea petitũ fuerat,vt declarat Iaſ.in l.admonendi,ff.de iureiur. & Maran.in pract.par.6. actu 15.nu.4. Decimoſexto limita,in probatione faciẽda per interroga-
6 tionẽ partis,† quæ etiam poſt concluſionẽ interrogari poteſt ex officio,& ad inſtantiã partis in cauſis ſummarijs,vt dicit gl. in d.clement. ſæpe. in verſ. interrogauit. Rom.d. conſ.176.nu.12.in fi.Abb.& Felyn.in c.cũ Ioannes.de fide inſtr. vt dixi latius ſupra in Rit.93. Decimoſeptimo limita non procedere in probatione facienda per rei euidentiã, & aſpectu loci ad quẽ iudex vſq; ad ſententiã poteſt acce-
a dere, a † quia iſte modus probandi ſuperat omne genus probationis,vt dicit Bal.in l.contra negantem,in fi.C.ad l. Aquil.in l.ſi quis teſtibus,in fi.C.de teſt. & Marant.in loc. præalleg.nu.6. Salerni, die 10. Decembris.1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Accedere,per tex.optimũ in l.ſi irruptione in fine, ff.finium regundor.ibi,vt æquum eſt & (ſi iſta res exigit) oculis etiam ſuis ſubiectis locis. C. P.

RITVS CCXL.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod poſt terminum datũ ad probandum,non recipit aliquas ſcripturas:curia accipit eas:& non ponuntur in proceſſu:ſed tenet eas magiſter actorũ,& ſcribitur in eis,præſentata poſt terminum v. die tali, & cæt. poſt terminum, & iudices poſſunt deinde videre eas, ad eorum declarationem, & recipiuntur dicto modo etiam poſt concluſionem.

Iſte Rit. ad literam dicit idem, quod alius ſupra 238. ideo ad materiam vide,quæ ibi poſui.

RITVS CCXLI.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod quando aliqua acta in cauſa ciuili,vel criminali,quæ ſunt in actis Curiæ ipſius inducerentur ad probationem alicuius alterius cauſæ vertentis in eadem Curia, dicta acta nullam faciunt fidem niſi ſit oblata petitio de producendis actis prædictis, quæ pars producere vult.ita fuit de facto practicatum.

SVMMARIVM.

1 *Acta in vno iudicio facta quando in alio fidem faciant, & num 5.*
2 *Iudex de iure,non de facto ſupplere poteſt.*
3 *Actis quis vti quando dicatur ſecundum practicam, cum limit.*
4 *Acta quando reproducuntur, ſi ſint teſtium depoſitiones ille contra quem producuntur eliget eis ſtare, vel iterum examinari.*

1 PRo intelligentia iſtius Ritus ſcire debes † qualiter acta facta in vno iudicio faciunt fidem in alio inter eaſdem perſonas,ſi tamen quis citatus eſt,vt dicit tex.in l. cũ antea.§.fin.vbi etiam gl.nota.in verſ.iudicijs, C.de arb. alias ſi non citatur,iudex non poſſet fidẽ illis adhibere pro
2 vna cauſa, quãuis ſciat illa eſſe facta in alia,† quia ſuppleret de facto,quod non poteſt, ſed ſolũ de iure l.1.cum ibi
a nota. C.vt quæ deſunt aduoc.iudex ſupple. a † Dicitur ta-
3 men vti tunc,cũ illa producit in alia cauſa,vt dicit not.Bar. in l.naturaliter,§.nihil commune,nu.32.ff. de acq. poſ.vbi dat cautelã aduocato,vt ipſa producat in alio iudicio,alias non probant,idẽ Bal.in l.ordinarij, col.4. C. de rei vend. Alex.conſ.82.nu.5.vol.1.& in l.2.in fi.vbi etiã Dec.nu.33. C.de eden.& Mattheſi.ſingu.160.no.ſingularẽ. Hoc itaque ſic præmiſſo, not. ex hoc Rit. quod Magna Curia ſeruat, q quotieſcunque acta facta in vna cauſa inducuntur(ſupple verbo tantum)ad probationem in alia cauſa, nullã faciunt fidem,niſi ille,qui ipſa verbis inducit, & allegat pro ſe,producat ea mediante ſua petitione, in qua faciat mentionẽ de ipſis,& quod vult eis in tali cauſa vti, & propterea reproducit, & pro reproductis haberi vult, & ita ſeruatur in pract.quotidie.Limita iſtũ Rit.procedere,quando actorũ factorum in vna cauſa non accipitur copia, & præſentantur in alia cauſa, nõ autem quando de eis acciperetur copia, quoniã tunc ſi illa præſentaretur in alia cauſa, bene ſufficeret, & diceretur vti eis, licet petitionẽ de qua Rit.loquitur,nõ præſentet,quod bene no.ne erres,quia ſic
4 etiam practicatur. † Aduerte tamen, quod ſi acta quæ reproducuntur,ſunt depoſitiones teſtiũ examinatorum, electio eſt illius contra quẽ producuntur, ſtare illis depoſitionibus,& earũ ſcripturæ, vel dicere volo, quod iterum veniant,& deponant,vt dicit tex.in l.fin.C.de teſt. & gl.d.l. cũ antea.niſi ſint mortui.quoniam tunc omnino eorum depoſitionibus ſtandũ eſſet,vt in eadem l.fin.diſponitur.not. per Pract. Papien. in forma oppo.contra teſtes poſt publi-
5 cationẽ in verſ.ſuntque,nu.12. † An tamen,& quando verũ ſit,& procedat,quod dixi,acta facta in vna cauſa fidem facere in alia inter eaſdẽ perſonas, & quando inter diuerſas,vltra Doct.in d.l.2.C.de eden.in l.geſta C.de re iudic., & in d.l.fin.C.de teſt.vide pulchrè,& no. Pract. Papien.in loc.præalleg.quia ſatis plene, & ſuccincte id tractat. Salerni,die 10.Decembris.1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Suppleat. Adde quod alibi dicitur, facti quæſtionem in arbitrio eſſe iudicantis, pœnæ verò perſecutionem, non eius voluntati mandari, ſed legis authoritati reſeruari l.1. §.1.ff.ad Senatuſcon.Turpill.in l.ordine in princ.ff.ad municipal. C. P.

RITVS CCXLII.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod dato termino ad probandum in quacunque cauſa,pendẽte termino,partes, ſeu procuratores earũ poſſunt procedere ad ea ad quæ erat datus terminus ad probandũ, ſine requiſitione amplius alterius partis, vel præſentia,& poſſunt produci,& debent recipi per ſubactarios,etiam quando Curia non regitur, dũmodo non ſit illo die terminus feriatum,i. quod ſi illo die voluiſſet curia Regi potuiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Citatio partis,in ſcripturarum præſentatione,requiritur, cum 3.fall.*
2 *Præſentatio ſcripturarum infra terminum, coram ſcribis actuariorum etiam fit.*
3 *Præſentatio ſcripturæ die feriato an fieri poſſit.*
4 *Præſentatio ſcripturæ actus iudiciarius non eſt.*
5 *Attenta facti veritate in cauſis,in Regno proceditur.*
6 *Practica, & cautela ſuper præſentatione ſcripturarum ante terminum.*

Not.

Digitized by Google

1 NOt.ex hoc Rit. † quod licet citatio partis requiratur in præſentatione ſcripturarum, vt dicit Bal. in l.ſi quando,in fin.C.de teſtibus,Rom.conſ.176. col.2.cum alijs, quæ Cauenſ. hic citat,& Marant.in pract.par.6.actu 8.in ver.rerum, nu.35. in nouis. tamen illud fallit quando infra terminum datum ad probandum producuntur, vt Rit.noſter dicit,& voluit Bal.in l.qui ante Calendas, ff.de de verb.oblig.in addit.in d.l.ſi quando,in fi. & in l.ſancimus,in addi.parua,C.de iud.& Alex.ad Bar.in l.item illa, ff.de conſtit.pecun. quemadmodum etiam fallit, quando præſentatio ipſa fieret vltima die termini, vt dicit Bar.in d.l. item illa,Bal.in l.fin.col.2. C.qui admitt. Ang.in l.properandum,§.fin autem,C.de iud.Affl.in conſt.cordi nobis, 9.not.nu.12.in fi.& Marant.in pract.par.6.in verſ.citatio. limit.11.nu.18.in nouis.Item fallit quando ſcripturæ præſentantur ſolum ad iudicis inſtructiones, vt dicit Bald.vbi ponit exemplum de clerico probante de clericatu coram iudice laico,in l.ſi qua per calumniam,nu.2.verſ.ſed pone, C.de Epiſc.& clericis.

2 ¶ † Secundo not.ibi, per ſubactarios, quod præſentatio ſcripturarũ infra terminum poteſt fieri etiam coram ſcribis actuariorum, & idem Bald.in l.eos, §.ſuper his, C.de appell. & licet Affl.in loc.præalleg. dicat aliter fuiſſe prouiſum in Regno per Regem Catholicum ,vt non fiat præſentatio ſcripturarum coram notario actorum, niſi citata parte coram iudice ad videndum præſentationem, tamen hodie ſeruatur Rit. & nedum actuarij, ſed eorum ſcribæ (vt hic dicitur)recipiunt præſentationes inſtrumentorum, vt etiam dixi latius ſupra in Rit.82. in fin. & eſt Ritus expreſſus ſupra in Rit.91.

3 ¶ † Tertio not.ibi, dummodo non ſit, quod præſentatio ſcripturæ non poteſt fieri die feriata, ſed de iure ſecus eſ-
4 ſet, † quia vt dicit Specu.in tit.de dilatio. §.1.verſ.ſed pone iudex,nu.5. præſentatio ſcripturarum non eſt actus iudiciarius,& idem referendo,tenet Marant.in d.pract. act. 8.nu.42.in pract.ſeruatur Rit.in hoc Reg.vt plurimum,& raro præſentantur ſcripturæ die feriata,& ſi præſentantur,
5 non nocet, † quia attenta facti veritate proceditur in cauſis in hoc Regno,vt diſpoſitum eſt per c. deteſtante, infra
6 in Rit.288. † Aduertant tamen ſemper litigantes, vt inſtrumenta, & ſcripturas non producant ante terminum (vt ſolent nonnulli facere,& cum libello producere) quoniam cum talis productio ſit facta ante litem conteſtatam, & ſic in iudicio ſummario, non facerent fidem lite conteſtata,& ſic in plenario,per c.veniens,cum ibi not.extra de teſt.& caſu, quo ante terminum præſentaſſet, ſint cauti in termino poſtea eas reproducere, vt dicit Feder. de Sen. conſil.160. in Chriſti,& Fely.in c.ex epiſtolæ, nu.28.verſ. 6.& vltimo,de probat.alias non probarent, vt dictum eſt, niſi pars cõtra quam eſſent productæ, eas impugnaſſet,vel habuiſſe terminum ad impugnandum, quòd bene nota. Salerni,die 5.Decemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXLIII.

ITem quod cauſæ ciuiles, non tamen feudales in poſterum mouendæ in dictis Magnæ & Vicariæ Curijs, & qualibet earum,tam principales,quam appellationum,per iudices dictarum Curiarum, & cuiuslibet earum decidantur, terminentur, ac decidi, & determinari debeant intra terminos ſubſcriptos, videlicet, ſiquidem quando fuerint inter perſonas ciues, ſiue habitatores Ciuita. Neapol. & eius diſtrictus, infra tres menſes continuos à die litis cõteſta.in cauſa principali,& in cauſa appellationis à tempore præſentati proceſſus;ſi vero fuerint de loco à dicta Ciuitate Neapo. diſtante per vnam dietam vulgarem,infra quatuor menſes,ſi vero per duas dietas infra menſes ſex,& ſi vltra duas dietas, infra octo menſes in antea numerandos, & vltra metas,& terminos prædictos, cauſæ prædictæ prorogari nequeant, niſi ad id accedat expreſſus conſenſus, & voluntas ambarum partium, quo caſu de voluntate partium prædictarum prorogatio ipſa fieri poſſit vſque ad alios ſex menſes,& non vltra.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia cauſæ incipit à die litis conteſtata.*
2 *In cauſis ſummarijs, vbi lis non conteſtatur incipit inſtantia ab actu fieri ſolito poſt litem conteſt.*
3 *Statuta à iure communi interpretationem recipiunt.*
4 *Inſtantia nũquam perit in his,quæ fiunt ante litis cõteſt.*
5 *Dieta legalis 20.continet miliaria;& eſt triplex legalis, vulgaris,& ſingularis.*
6 *Dieta appellatione in dubio de vulgari intelligitur.*
7 *Locus quo eundem eſt ſi duas habet vias per mare,& terram,quarum vna longior altera ſit,per quam computabuntur dieta.*

2 QVoniam inſtantia a cauſarum ciuilium, & criminalium,per c.Reg.quorundam,erat ſtatuta, & terminata in ſex menſibus tatum, vt ibi patet,iſte Rit.corrigẽdo d.c. (quod iam ſine hoc Rit. per mortem illius Regis erat finitum,vt Io. Ant.de Nigr.ibi dicit)ordinat alio modo inſtantiam in cauſis ciuilibus, & de feudalibus loquitur Rit. ſequẽs,& de criminalibus alius inf.146.& de hoc facit mẽtionẽ Affl.in cõſt.hac lege1.not.2.ſed quia diſpoſitio iſtius Rit.eſt correcta per aliũ Rit. inf.248. & inſtãtia cauſarũ eſt redacta ad ius cõmune(vt ibi dico latius) & tãgit Affl. in conſt.cauſas alias 3.not.n.3.in hoc aliter nõ me extẽdo.

1 ¶ Not.primo ex hoc Rit. ibi a die litis conteſtatæ, † ꝙ inſtantia cauſæ incipit à die litis conteſtatæ, vt eſt etiam de iure communi, in l. properandum in princip. vbi not. communiter per Doct.Alexa.num.5. & Iaſ.5.not. num.5. C.de iudic.& idem Iaſ.in eadem l.§.& ſiquidem, 1.not.& Ma-

ADDITIO.

2 Quoniam inſtantia.Adde,quod nec Rit.iſte,nec allegatũ,c.quorundam,loquuntur de inſtantia cauſarum ciuiliũ, nec criminalium, de qua inſtantia loquitur Rit. ſupra nu. 248. ſed loquuntur de iuſtitia non retardanda. Nam Rex Robertus auctor dicti cap. quorundam, ob querelam habitam à prouincialibus contra Iuſtitiarios, & Capitaneos terrarum,de retardata iuſtitia,mandat Regenti Curiæ Vicariæ, quod ſi Iuſtitiarij, & Capitanei cauſas infra ſemeſtre tempus à die litis conteſtatæ debito fine non terminauerint ad audientiã Curiæ Vicariç reuocet,eaſque in quibus reperiuntur finibus reaſſumendo, debito fine decidat cogendo eos per pœnarũ impoſitionẽ, & exactionem, & alio iuris remedio ad actorum tranſmiſſionem, non obſtante lege, quæ vbi cęptum eſt iudicium finiri iubet, & qualibet alia lege,quas vſque ad ſui beneplacitum viribus vacuat.Hic Rit.præcipit dictarum cauſarum in Magna,& Vicariæ Curijs vertentium in terminis cum diſtinctione declaratis expeditionem, quod hodie fieri non poteſt ob cauſarum multitudinem, & litigatorum,ac procuratorũ calumnias.Adde etiam,quod hodie Magna Curia Vicariç conſueuit mandare Curijs extra Neapolim, quòd ſi cauſæ ſunt in limine expeditionis infra competentem aliquam dilationem,eas expediãt ſub pœna auocationis,iuxta formam d.cap. quorundam, quod non eſt verum corrigi per iſtum Rit.intelligendo, vt nos declarauimus, & ita cauſæ, vel deciduntur in dictis Curijs, vel auocantur ad ipſam Magnam Curiam,& in ea terminantur,non obſtante l.vbi cęptum ff.de iudic. ex beneplacito Reuerend. Maieſtatis, quod morte Regis non extinguitur per cap.ſi gratioſè de reſcript. in ſexto. C. P.

Digitized by Google

Marant.in pract.par.5.in verſ. inſtantia, num.3. & ideo ſi per mille annos ſtarent partes ad litem conteſtandum, nunquam inſtantia inciperet, ſecundum eos in loc. præalleg.& Bald.in l.poſt edictum, §.circunducto, ff. de iudic.
2 † & in cauſis ſummarijs,vel exequutionis inſtrumẽtorum, in quibus lis non conteſtatur,inſtantia ipſa incipiet currere ab eo actu, qui ſolet fieri poſt litem conteſtatam,vel ab eo die,quo fuit tractatum de meritis cauſæ,vt dicunt Bar. Alex.& Iaſ.in l.nulla,C.de procur.Bald.Salyc.Paul.Alex. & Iaſ.in d.l.properandum in princip. Roman.conſ. 174. nu.5.& Marant.in loc.præalleg.nu.4. Et adde,quòd etiam ſi dictum non fuiſſet in hoc Rit. quod inſtantia curreret a die litis conteſtatæ, adhuc ita intelligi deberet, vt dicit Bald.in auth.clericus, C.de Epiſc. & cler. & Iaſ. in l.properandum,in 5. not.in princ. C.de iudic. vbi quòd ſi ſtatutum dixerit,quòd cauſæ terminentur infra ſexaginta dies, intelligitur à die litis conteſtationis, vti ſic ſe conformet
3 iuri communi, † à quo ſtatuta interpretationem recipere debent,l.2. C.de noxa.& l. fin. §.in computatione, iuncta gloſ.C.de iure deliberand. Et ex hoc not.ſequitur,quod ſi inquiſitus de crimine,liberatur ſub cautione de ſtando iuri,& de ſe præſentando toties quoties, prout quotidie ſeruant omnes Curiæ Regni, & non fuit lis conteſtata ſuper crimine,inſtantia cauſæ nunquam perit, & fideiuſſores, ac
4 principalis ſẽper vocari poterũt, † quia in his,q̃ fiũt ante litẽ conteſtatam nunquã perit inſtantia,vt dicit Bald.in l. & poſt edictum, §.pen.in fi. ff. de iudic. Alex.in d. l.properandum,in princ.nu.5. verſ.& ex hoc tex. & ibid.Iaſ.in 5.not. Capyc.deciſ.11.nu.14. Specul. in tit.de appell. §. breuiter, verſ.ſed iuſta, & Marant.in pract. par.5. limit. 10.num.29.in nouis.
5 ¶ † Secundo not. ex hoc Rit. ibi, dietam vulgarem, quod vltra dietam legalem, quę cõtinet viginti miliaria, vt dicit tex.in l.1.ff.ſi quis cautio.& in l.3.ff.de verborum ſignificatio. reperitur etiam dieta vulgaris, quæ continet tot millaria, quot vulgariter, & communiter ſecundum conſuetudinem regionis fieri ſolent, vt dicit gloſ.in c.nõnulli,de reſcrip.& in c.ſtatutum, §. cum vero eiuſdem de reſcript.in 6. Item reperitur alia, quæ dicitur dieta ſingularis,quæ eſt quando quis felici diplomate vſus eſt faciendo in vna die tot miliaria, quot alijs in duobus diebus feciſſet,vt dicit Cepo. in d.l.3. & de hac dieta loquitur tex. in l.communis,§.cum ita, ff.de verborum obliga.ſed profecto iſta expreſſio de dieta vulgari fuit ſuperflua,† quia dietæ appellatio,in dubio de vulgari intelligitur, non de legali,vt dicit glo.quam ibi ſequuntur communiter Doct. in d.c.nonnulli, & Cepol.in d.l.3.q.8.nu.22.
7 ¶ † Quæro in hoc Rit. quid ſi locus ad quem eundem eſt,habet duas vias,per terram,& per mare,& vna eſt logior altera,ſecundum quam viam computabuntur dietæ? Ioan.Andr.in c.olim.de except. quem refert, & ſequitur Imol.in d.c.nonnulli, nu.4. verſ.quid autem ſi aliter,dicit ſecundum eum,quæ magis vſitatur, & ſic ſecundum viam, quæ fit per terram, quia in dubia via per terram conſueuit eſſe magis vſitata, quam per mare, propter pericula, quæ quotidie occurrunt, idem Bart. in l.Imperator, ff. de appellat & in d.l.1. ff.ſi quis cautio. & Imol.in d. l. continuus, §. cum ita. Salerni, die 11. Decembris 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXLIV.

Item q̃ inſtãtia cauſarũ feudaliũ,tã principaliũ,quã appellationũ,& cuiuslibet earũ duret per annum vnum integrum ad plus, incip. à die litis conteſt.ſuper teſtibus vero producẽdis,& prorogatione inſtantię ſeruentur ea, quę infra ſcripto proximo capitulo continentur.

SVMMARIVM.

1 *In his quæ non ſunt per leges feudorum deciſa, iuris diſpoſitioni ſtatur.*
2 *In feudalibus inſtantia, an duret per annum?*

Iſte Rit.voluit ſtatuere aliud tempus inſtantiæ in cauſis feudalibus principalibus,& appellationum,quam ſtatutum erat per Rit. præceden.in cauſis ciuilibus non feudalibus. Ratio eſt,quia ſuper iſtum Rit. & præceden non fieret differentia expreſſa inter cauſas feudales, & alias, ſtatuto tempore inſtantiæ in cauſis ciuilibus, intelligerẽ-
1 tur etiam in feudalibus, † quia in his, quæ per leges feudorum non ſunt deciſa,diſpoſitioni iuris ſtari debet, vt dicitur in c.1.de feud. cognit. Alua.in c.Imp.§.pen.in fin.de prohib.alie.Curt.in tract.feud.feud.par.7.verſ.3.quęro.& Capy.dec.186.corrigit iſtũ Rit.quoad cauſas principales, l.properãdum,C.de iud.in cuius generalitate etiam cauſę feudales includuntur, ſed quoad cauſas appellationum, concordat cum iure communi feudorum, vt patet ex c.1. in prin ſi de inueſt.inter dom.& vaſſal.lis oria.vbi id not. Iſer.nu.9.& Alua.nu.7.verſ.oppo.cum glo.4.dum allegat auth.ei qui,C.de temp.appell. ſed diſpoſitio iſtius Rit.eſt etiam correcta, ſicut præcedens per Rit.infr. 248. & licet ibi de feudalibus Rit. non loquatur, tamen propter eius generalitatẽ, & per ratiõe proxime dictã de cauſis ẽt feudalibus intelligitur, & quãuis Affl.in cõſt.hac l.primo no.
2 n.2.& Marãt.in pract.p.5.in prin.nu.42.19.limita. † dicãt q̃ in feudalibus inſtãtia durat per annũ per hũc Rit.quem ſic ſimpliciter allegant,mihi videtur per prædicta, q̃ non bene dicant,& ita teneo,quoad inſtantiam cauſarum principalium, de quibus loquitur d. Rit.248. & quoad inſtantiam cauſarum appellationum, de quibus ille non loquitur,firmus remanet iſte Rit.qui cum iure communi cõcordat(vt dixi)verum tamen eſt,quod ex cauſa daretur biennium, vt etiam Iſer.ſcribit in loc. præalleg. iuxta formam d.auth.ei qui.aduerte tamen,quia Boer.in conſuet.Bituri. tit.des coſtumes,§.23.in fin.dicit, quod de iure communi feudorum inſtantia cauſarum feudalium perit anno, & allegat d.c.1.& ibi not.per Bald.ſed miror valde, q̃ Boer. iſtud dicat,cum annus in illo c.ſtatutus ſit præfixus inſtantiæ cauſæ appellationis, non principalis, vt Iſer.Alua.& melius Præpoſit. ibid.num.4.verſ.ſolutio dicite,quod tex. immo Bald.ibi. nu. 14. ver. & not. dicit illum annum non dari inſtantiæ cauſæ,ſupple principalis,niſi ſaluando Boer. diximus,quod dum dicit, quod cauſa feudalis perit anno, per d. c. intelligitur loqui de inſtantia cauſæ appellationis,vt loquitur tex.allegatus per eum,non principalis. Salerni,die 11.Decemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXLV.

Item quod termini dandi,& ſtatuẽdi ad probandum teſtes, & inſtrumenta producẽdũ, & ſuper exceptionibus quibuſcunq; oppoſitis, & opponẽdis ſint,& eſſe debeant cõpetentes arbitrio iud. moderandi, ſecundum tempus inſtantiæ ſupradictæ, ita quidem, quod iudices per hoc non permittant labi tempus inſtantiæ ſupradictæ, & ſi permitterent,partibus inſtantibus,vel earum altera, puniatur vice qualibet pœna quinquaginta florenorum auri, fiſco noſtro applicanda, & vltra hoc etiam alijs pœnis noſtro arbitrio reſeruatis, & à breuiatione, & modificatione ipſorum terminorum nullatenus poſſit appellari, aut reclamari, & ſi appellari contingerit, appellans ſiue fuerit procurator, ſiue principalis, incidat in pœnam florenorum auri quinquaginta applicandam, vt ſupra,& ipſa appellatio nihilominus nõ teneat, & per ipſas Curias,vel alteram ipſarum in cauſis ipſis procedatur, ac ſi appellatum non fuiſſet,& eſſet friuola, & fruſtratoria manifeſtè.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Iudicij meta vbi eſt breuis, breuiores dilationes eſſe debēt.*
2 *Iudex videns inſtantiam perire, in expeditionis limine, dilationes abbreuiabit.*
3 *Iudex ex officio ſententiam quando proferre poſſit parte non petente.*
4 *Pœna ſtatuta contra iudicem cauſam infra tempus inſtantiæ non expedientem, intelligitur expediente à parte petita.*
5 *Iudex qui ſub pœna infra tempus inſtantiæ, vel aliud tenetur cauſam expedire non incidit in eam, vbi pars non petijt expeditionem.*
6 *Sententia lata poſt tempus inſtantiæ per noſtros Rit. abbreuiata, an valeat?*

QVoniam ſupra in Rit. 69. dictū fuerat, quod iudex in omnibus cauſis debet dare dilationes, attenta qualitate cauſæ, & locorum diſtantia, & ſupra in Rit. 243. ſtatuta fuit inſtātia in cauſis ciuilibus, in Ciuitate Neap. trium menſium, in alijs locis quatuor, & in alijs ſex, aut octo, dubitari forte poterat, quid nam eſſet agendum, ſi talis dilatio peteretur, quæ attenta loci diſtantia, abſorbere fere poſſet bonam partem inſtantiæ, & ideo iſte Rit. declarando d. Rit. 69. addit, vt non ſolum in dilationibus attendatur cauſæ qualitas, & loci diſtantia, verum etiam tempus inſtantiæ, adeo quod iudex nullatenus faciat ipſam labi
1 propter dilationes, † quia vbi mēta iudicij eſt breuis, ibi breuiores debent eſſe dilationes, dummodo non adeo arctet, quod ſint quaſi impoſſibiles, vt dicit Bald. in cap. fin. col. 6. de iureiur. & in l. 1. in princ. C. de temp. appell. Iaſ. in l. properandum. de iudic. in princ. nu. 17. ver. adde, & Affl. in conſt. Reg. cauſas alias, 4. not. Sed quia per Rit. inf. 248. inſtantia cauſarum eſt redacta ad ius commune, adeo ꝙ non eſt ita breuis, ſicut per dictos Rit. praeceden. ſtatutum erat, remanet diſpoſitio d. Rit. 69. in ſuo robore, vt dilationes dentur in cauſis ſecundum earūm qualitatem, & loci diſtantiam, non aliter, attento tempore inſtantiæ ſtatutæ per Ritus præcedentes, vt hic dicitur. Bene tamen verum
2 eſt, † quod ſi iudex videt inſtantiam perire, & eſſe in limine expeditionis, poteſt dilationes ipſas breuiare, & vnicum terminum dare ad producendum articulos, examinādum teſtes, & inſtrumentum producendum, ac alia ſimilia faciendum, ad hoc ne labatur inſtantia à iure ſtatuta, vt dicit gloſ. in leg. properandum, in princip. & ibid. Alex. num. 6. ver. item not. & Iaſ. num. 14. verſ. 8. not. C. de iudic. quinimo ſecundum eoſdem ibidem poſt Bart. in l. Seius, & Augerius, ff. ad l. Falcid. Bal. in l. 1. C. vt quæ deſunt Aduocati, & Imol. in cap. cum contingat, membro 10. q. 3.
3 extra de iureiur. † in tali caſu poteſt iudex ex officio parte non petente, ſententiam proferre, licet Iaſ. dicat, quod ſibi videtur forte dictum.
4 ¶ † Not. primo ex hoc Rit. ibi partibus inſtantibus, quòd pœna ſtatuta hic contra iudicem non expedientem causā infra tempus inſtantiæ, intelligitur ſi per partem fuerit petita expeditio cauſę, ſicuti erat etiam de iure communi, vt dicunt Alex. & Iaſ. in d. l. properandum in princ. ille num. 8. & iſte nu. 15. verſ. ſi ſtatutum, idem Paul. de Caſtr. ibi & communiter ſcribentes, Abb. in c. pen. in fi. de iudic. Iaſ. in l. vniuerſa, C. de precib. Imp. offeren. & plenè Hippo. in rep. rubr. ff. de fideiuſſor. num. 145. ſed iſta pœna contra iudices non expedientes cauſas, infra tempus inſtantiæ receſſit ab aula, & vſu nō ſeruatur, ratio eſt, qa ſtatuta erat cōtra iudices non expediētes cauſas, ſiſi tempus inſtantiæ præfixæ per Rit. ſupra 243. & 244. vnde cum modo illi Rit. ſint correcti (vt ibi dixi,) & maior inſtantia ſit ſtatuta per Rit. infra
* 248. remanet etiam correctus iſte quoad pœnam. * Quæ-
5 ro, † pone quod cauſa remiſſa eſt per Magnam Curiam, vel Regiam Audientiam, ad aliquem officialem Baronis cū comminatione, quod ipſam expediat infra duos menſes, alias aduocetur ad eam, pars non inſtauit pro expeditione, & terminus eſt elapſus, nunquid euocari poterit? Videtur primo, quòd non, quia vt dicit Abb. in cap. pen. & l. t. pen. de iud. iudex, qui ſub pœna infra tempus inſtantiæ, vel aliud tempus tenetur cauſam expedire, non incidit in eam, vbi pars non petijt expeditionem. idem Barb. in cap. conſuluit, col. 4 de offic. deleg. Bald conſ. 111. ſuper contentis, vol. 5 1. Catald. in ſindic. in verſ. 42. incip. adde quod ſit iudex, & late Hipp. in l. vnius, §. cogniturum, num. 4. ff. de quæſtio. & in repet. rubr. ff. de fideiuſſ. quaſt. 18. num. 145. pro alia parte videtur dicendum, quòd ſic, quia dies interpellat pro homine. l. magnam, C. de contra. ſtipula. c. potuit. loca. cle. quia contingit, in verſ. annis ſing. de relig. dom. not. per Anch. in conſ. 250. prima facie videtur per Alex. in l. ſi mora, col. 2. ff. ſol. matrimo. & vbique per Doc. & proinde ita eſt, ac ſi per partem fuiſſet iudex interpellatus. Ego autem arbitror diſtinguendum, quod aut ſumus in cauſa ciuili, vel criminali, in qua ex officio Curia procedere non poterat, aut in cauſa criminali, in qua ex officio procedi poterat, primo caſu teneo primam opin. quia iudex parte non inſtante non poterat procedere, & illa clauſula cōminationis aduocationis cauſæ ſubintelligetur, ſi fuerit a parte interpellatus per iura primo allegata. Non obſtat iura pro alia parte allegata, ꝙ dies interpellat pro homine, quia vt dicit Fel. in c. ſi autem col. 3. in fin. de reſcript. quem etiam ſequitur Hipp. in d. §. cogniturum, nu. 22. locum habere in act. extraiudicialibus, non autem in iudicialibus expediendis per iudicem, in quibus partis inſtantia eſt neceſſaria: ſecundo caſu teneo, quod elapſo termino, & cauſa non expedita poterit aduocari ad iudicem, qui remiſit iuxta formam decreti remiſſionis, quod fuit acceptatum per ipſum iudicem ad quem remiſſa fuit. Non obſtant iura primo loco adducta, quod iudex debuit interpellari per rationem, quam ponit Abb. in d. cap. pen. quia non tenetur ſuum officium impartiri non poſtulatum, per l. 1. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infe. cum ibi not. per Bar. quando talis ratio in caſu noſtro prorſus ceſſat, & etiam ſi pars querulans non inſtauit, iudex debuit in cauſa procedere, cum poterat ex officio id facere, & tenebatur ad illud, ne delicta remaneant impunita, contra tex. in l. ita vulneratus circa fin. verſ. quod ſi quis, ff. ad l. Aquil. & l. licitatio, §. quod illicite. ff. de publicia. cum ſim.

Secundo not. ibi, & à breuiatione, quod quando iudex breuiat terminos cauſæ ad hoc ne labatur inſtantia partes litigantes non poſſunt appellare, & ſi appellauerint tenentur ad certam pœnam, & procedi poteſt in cauſa æquè, ac ſi appellatio interpoſita non fuiſſet, quod bene nota, quia non reperio illud correctum.

6 ¶ † Quæro in hoc Rit. quid ſi ſententia eſſet lata per iudicem poſt tempus inſtantię per dictos Rit. 243. & 244. breuiatæ, nunquid valida erit? Specul. in tit. de iudi. de leg. §. reſtat, verſ. quid ſi ſtatuto, firmat quod ſic, dummodo proferatur infra tempus inſtantiæ iuris communis, alias eſſet nulla per tex. d. l. properandum in princ. iuncta gloſ. in verſ. triennij, circa fin. & ibid. etiam not. Alexand. num. 19. & Iaſ. num. 26. & communiter ſcribentes ibi Mart. de Fano. in l. fin. C. vt omnes cauſæ, tam ciuil. quam crimin. & Afflict. qui hoc late diſputat, in conſtitut. hac, l. 2. & not. circa fin. Ioan. Andr. vero in addit. Specu. d. §. reſtat, quem ſequitur etiam Alexand. in d. l. properandum, verſ. item iuxta prædicta, num. 22. dicit aliter, & quòd prædicta opin. Specul. procedit, & vera eſt, quotieſcunque inſtantia eſt breuiata per ſtatutum, & pœna ordinata contra iudicem non expedientem, quia tunc cenſetur venire addendo iure communi, non corrigendo, alias ſi pœna per ſtatutum non eſſet inducta, ſecus eſſet, & ſententia non valeret, quia ſtatutum videtur hoc caſu ſubrogare ſuam inſtantiam in locum inſtantiæ iuris communis, & ipſum ius commune corrigere, quæ quidem diſt. iudicio meo, videtur ſatis bona, adeo quòd cum per hunc Ritum ſit ſtatuta pęna contra iudicem non expedientem cauſam ſi poſt inſtantiam per dictos Ritus breuiatam, fuerit lata ſententia, valet ex opinio. tam Specul. & ſequa. quam Ioann. Andr. & Alexand. ſed cum inſtantia

Digitized by Google

etiam in hoc Regno ſit redacta ad ius commune per Rit.
inf.248. præſens quæſtio eſt ſuperflua, quia ſententia lata
poſt temp*s* inſtantiæ erit nulla, ſicuti in d.l. properandũ
concluditur p*er* gl. & Doct.quos proxime retuli. Salerni,die 12.Decemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXLVI.

a ITem quod cauſæ *a* criminales mouendæ in
dictis Curijs, & qualibet ipſarum decidãtur,
& terminentur per iudices ipſarum Curiarum,
infra terminos ſubſcriptos, videlicet ſi cauſæ
fuerint in Ciuitate Neapolis, & eius diſtrictu,
infra dies quadraginta numerandos à die oblationis libelli, ſeu capitulorum, ſi vero fuerint
extra ciuitatem prædictam, & eius diſtrictum,
per vnam dietam vulgarem, tunc infra menſes
quatuor, & ſi vltra fuerint,vbicunque per totũ
Regnum, infra ſex menſes, & vltra terminos
prædictos cauſæ criminales prædictæ nullatẽnus poſſit prorogari,& extendi,excepto ſi teſtes
producendi eſſent extra Regnum,quo caſu prorogatio ipſa fieri poſſit, & debeat per iudicem
cauſa cognita,attenta diſtantia locorum dictorum teſtium, & prout ſuperius in cauſis ciuilibus exprimuntur, & non aliter, nec alio modo,
& in ipſo caſu pœnas ibi expoſitas locũ habere,
& à trãſgreſſoribus exigi volumus,& iubemus,
exceptis tamen cauſis criminalibus, in quibus
pœna pecuniaria venit imponenda, in quibus
b ſeruatur,prout in ciuilibus *b* eſt expreſſum.

ADDITIONES.

a Item quod cauſæ. Adde ad materiam huius Rit.qui nec etiam loquitur de inſtantia cauſarum, ſed de earum celeri expeditione, vt ex eius verbis apparet,q̃ diximus ſupra ad Rit.245.& maximè quia in cauſis criminalibus perempta inſtantia, quæ durat biennio,l.properandũ,C.de iud.& in quibus non datur inſufflatio ſpiritus, prout datur in ciuilibus. Si inſtantia non fuit prorogata per D.Proregem ad petitionem reſponſorij fiſci, vt fieri cõſueuit,c.ſ.manente argum.l.ſed ſi manente, ff.de precario,non poteſt amplius contra inquiſitum procedi,etiam quod fuerit liberatus ſub cautione de ſtando iuri,& ſe præſentando in forma, quãtis ſuperueniant noua indicia, immo etiam teſtes de viſu, ſicque nobis patrocinantibus fuit prouiſum per Magnam Curiam Vicariæ, decretumque poſtea confirmatum per Sacrum Conſilium in fauorem quorundam de Martucullo de Ciuitate Muro, cum cõtra ipſos tortos,ac liberatos ſub dicta cautione perempta inſtantia ſuperueniſſent duo teſtes de viſu,quod ſupra ſtante peremptione inſtantiæ contra ipſos non procederetur,ſed liberarentur, prout liberati fuerunt. C. P.

b Ciuilibus.Nota,ꝙ cauſę criminale in quibus venit imponenda pęna pecuniaria æquiparãtur cauſis ciuilibus. C.P.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia criminalis cauſæ prorogatur per iudicem ex cauſa.*

2 *Idem per partes,dum iuris metam non excedat.*

ISte Rit.inducit aliam inſtantiam in cauſis criminalibus quàm fuerat inducta de iure communi per l. properandum, C.de iud. & per c.Reg.quorundam, vt etiam tetigi ſupra in Rit.248. ſed quia vt etiam ibi dixi, per Rit.infra 248.inſtantia cauſarum criminalium eſt redacta ad ius cõmune, diſpoſitio iſtius Rit.remanet correcta.

1 ¶ † No.ex hoc Rit.ibi per iudicem cauſa cognita,quod
inſtãtia cauſæ criminalis poteſt ex cauſa per iudicem prorogari,& hoc ideo eſt quia inſtantia per hunc Rit.eſt breuior,quam per ius commune in d.l.properandum,quo ca-
2 ſu etiam de iure cõmuni concludit, † quòd partes poſſunt
ipſam prorogare, dummodo biennij metam a iure inductam non excedant, vt dicit Saly.in d.l. properandum in princ.nu.6.verſ.quæro an terminus.Alex.ibid.nu.22. verſ. item iuxta prædicta,& latius Iaſ. qui reſpondet contrarijs nu.23.ver.5.not.limit. Capic.deciſ.11.nu.16.& Maran.in pract.par.5. in ver.inſtantia,nu.25.ver.prædicta tamen. Quid autem iuris ſit hodie, cum per d. Rit.248. inſtantia duret per biennium, dicam infra in eodem met Rit.248. Salerni,die 12.Decemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXLVII.

ITem quòd teneãtur iudices poſtquam fuerit in cauſa concluſum, ipſas cauſas expedire, decidere,& per ſententiam terminare infra decem dies, necnon dare breues dilationes ſecundum diſtantiam locorum,& debent,in quantum poſſunt, lites abbreuiare,& ſubterfugia Procuratorum,& Aduocatorũ amputare,prout ſuperius dictum eſt in deciſione cauſarum ciuilium.

SVMMARIVM.

1 *Iudices infra quot dies debeant cauſas expedire poſt concluſionem in cauſa.*

2 *Iudicis circumſpectio in dandis dilationibus qualis eſſe debeat.*

1 NOt. † ex hoc Rit. quòd iudices debent cauſas expedire infra decem dies poſt concluſionem in cauſa factam,& in hoc concordat cum conſti.Reg. hac lege,vbi etiam Affl.tangit in 1.not. ſed in pract.non ſeruatur,quod ſummopere dolendum eſt, quia in hoc Regno, & præſertim in tribunalibus Ciuitatis Neap. lites fere omnes ſunt immortales, & difficillime terminantur.

2 Secundo † not.ibi necnon, quod iudex debet dare breues dilationes,attenta tamen locorum diſtantia,amputando ſubterfugia Procuratorum, & Aduocatorum, vt etiam ſupradictum fuit in Rit.69.& 245.vbi de hoc latius.Salerni,die 15.Decemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXLVIII.

ITem ſeruat ipſa Curia, vt inſtantia in ciuilibus ipſo iure per lapſum triennij perimatur, & idem in criminalibus per lapſum biennij:ſi vero Domina Regina prorogaret,vt quo-
a tidie fit,a licet in Curia nõ pſentetur litera prorogationis infra triennium, vel biennium, non refert,ſi poſtea præſentetur,ſi prorogatio facta eſt infra terminum, facit cap. ſuper eodem, el ſecundo extra de appellat.

ADDITIO.

a Vt quodie fit.Adde ꝙ in cauſis ciuilibus hodie nõ fit huiuſmodi prorogatio,ſed ſolũ in criminalibus,vt diximus ſupra ad Rit.246. In ciuilibus vero perempta inſtantia conſueuit Præſes Sacri Conſilij inſufflare ſpiritum vitæ indifferenter, & pluries,cum clauſula tamen, refectis expenſis, quæ nec ẽt reficiũtur, ſed proceditur ad vlteriora cũ prouiſione,ꝙ de expẽſis habeatur ratio, quæ de iure habenda erat tẽpore ferendæ ſentẽtiæ, & ad materiã inſufflationis huiuſmodi ſpiritus, vide prag.Reg.inſtantiam cauſæ. Vide & glo.& Bal.in l.ab hoſtibus,§.ſed quod ſimpliciter, ff.ex quib cauſ.maior.&c. Par.trac.ſindic.ver.inſtantiã,§.reſtat vnum aliud, & Capi.deciſ.165.Grammat.deciſ.91. C. P.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia triennio in ciuilibus, biennio in criminalibus perimitur, cum am:liat. & limit.*
2 *Inſtantiæ ciuilium, ac criminalium cauſarum num per Regem hodie in Regno prorogentur?*
3 *Omnimodo, verbum quam habeat naturam.*
4 *In vno tantum caſu inſtantia in Regno prorogatur, deq; huius ratione.*
5 *Rex ſpiritum vitæ perempta inſtantiæ inſufflare poteſt.*
6 *Petens inſufflationem ſpiritus, expenſas reficere quando tenetur.*
7 *Inſtantia trienny, & bienny num poſſit per partes prorogari?*
8 *Inſtantiæ peremptio quare inducta.*
9 *Publicæ vtilitati priuatorum conuentione non derogatur.*
10 *Inſtantia nunquid trienny lapſu tantum, bienniyque pereat, vel iudicis ſententia requiratur.*
11 *Meta cognitori, cognitioni, & iudicio impoſita dicitur.*
12 *Inſtantiam ipſo iure reſtitui, quando dicitur. Perque iudicem ſtetiſſe cauſam non expediri, quomodo dicatur, ibidem.*
13 *Effectus quis ex inſtantia peremptorie reſultabit.*
14 *Actor nouam cauſam incipere, aliamq; inſtantiam fabricare poteſt.*
15 *In cauſis criminalibus acta non tantum ordinatoria, ſed probatoria etiam lapſu bienny pereunt.*
16 *Sententia abſolutoria lata in criminali cauſa ab obſeruatione iudicij, propter inſtantiæ peremptionem, vlterius ad agendum actor non admittitur, cum limit.*
17 *Iudex perempta inſtantia in ciuilibus, & criminalibus, reum ab obſeruatione iudicij abſoluet.*
18 *Practica in Regno, quando fabricato proceſſu reus non poſſit condemnari, quid agendum cum limitat.*
19 *Sententia lata ab obſeruatione iudicij, nunquid diffinitiua dicatur?*

1 NOt. ex hoc Rit. † quòd inſtantiæ cauſarum in ciuilibus triennio perimuntur, & in criminalibus biennio quemadmodum de iure communi eſt diſpoſitum. Amplia & limita, vt per Marant. in pract. par. 5. in verſ. inſtantia, & Affl. in c. 1. in princ. nu. 114. ſi de inueſt. inter dom. & vaſſal. lis oria. & per hũc Rit. corriguntur Rit. 243. & 246. in quibus circa hoc aliter fuerat ſtatutũ, vt etiam ibidem dixi.* Item limita hunc Rit in cauſis Regiæ Cameræ, vbi nõ perit inſtantia, vt dicit Affl. in conſt. accuſatorem, 2. not. verſ. ſcias, num. 5.

2 ¶ † Secundo not. ibi vt quotidie fit, quod in hoc Regno practicatur, ꝙ inſtantiæ cauſarum ciuilium, & criminalium per Regem prorogentur, & idem firmat Par. in tract. ſynd. in verſ. ſententia, §. reſtat vnum. nu. 5. & dicit ſeruari in Francia Boer. in conſue. Bituri. tit. des coſtumes, §. 23. vbi ſubdit iſtas literas prorogationis obtineri à Cancellaria Regis, aut eius parlamenti, ſed quicquid dicat iſte Rit. & Par. in loco præalleg. hodie in pract. non ſeruatur in hoc Regno, ꝙ inſtantiæ cauſarum, maxime criminaliũ, prorogentur per Regem inquiſitis, alias ſi hoc eſſet verum aduocati fiſcales ſemper prorogationem impetrarent, & ſic in criminalibus nunquam fere ſeruaretur diſpoſitio l. properandum, C. de iud. quod nullatenus eſſet ferendũ, & audiui alias fuiſſe à magnis Doctoribus quæſitũ, & diſputatum in ciuitate Neap. & tandẽ non obſtante hoc Rit. ita fuiſſe cõcluſum per l. fin. C. vt intra cer. temp. ponderando verbum
3 † omnimodo, ibi poſitum, quod excludit facultatẽ diſpenſandi in contrarium ſecundũ gl. in clem. vt hi, qui extra de æta. & qual. & Gram. qui alios allegat, & in proprijs termi-
4 nis loquitur in vot. 31. nu. 7. † Scias tamen, ꝙ in vno tantũ caſu inſtantia prorogatur hodie in Regno per aliud triennium computandũ à die lapſæ inſtantiæ, & is eſt quando in cauſa eſſet citatũ ad dicendum, quod not. quia ita practicatur in Magna Curia. Ratio iſtius pract. (vt credo) poteſt eſſe, quia ſi poſtquam citatum eſt ad dicendũ, cauſa non expeditur, videtur ſtare per iudicem, quo caſu ipſo iure reſtituitur inſtãtia, vt dictat Regia prag. quæ incip. inſtantia ſub tit. de inſtãtia cauſæ non reſtit. Aduerte tamen, ꝙ licet prorogatio inſtantiæ ciuilis, aut criminalis non fiat per Regẽ,
5 tamen poſtquam perempta eſt, † poteſt eidẽ inſufflare ſpiritũ vitæ, & ſic ipſam reſuſcitare, vt dicit Par. in tract. ſynd. in loco proxime citato per gl. in l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter, in verſ. reſtitutionis circa medium, ibi ſed dic vtilis ſuſcitatur, quam ibi Bal. not. in §. quoties, ff. ex quib. cauſ. maior. & idem Bart. in l. ſi ab hoſtibus, nu. 5. ver. quæro quando, C. quibus ex cauſ. maior. Affl. in conſt. Reg. ſæpe contingit, circa fi. Capic. deciſ. 11. 165. & 206. Marant. in pract. loc. præalleg. nu. 35. in nouis. verſ. & ex hoc inoleuit
6 pract. & Guid. Pap. conſ. 38. in fi. † verum tamen eſt ſecundum Doct. præalleg. ꝙ aut inſufflantur ſpiritus vitæ ex aliqua iuſta cauſa, & tunc petens inflationes non ſoluit expenſas parti, aut ex cauſa colorata, & tunc ſecus, cauſas tamen iuſtas vide ibi per Par. late, & vbi ſupra per Affl. & Capyc. quæ bene not. quia ſeruantur in pract. quotidie in Regno, vbi ſæpius videmus inſufflari ſpiritum vitæ in ciuilibus non autem in criminalibus.

¶ Tertio not. ibi non refert, quod inſtantiæ prorogatio ſufficit, ſi infra trienniũ, vel biẽnium facta fuit, licet poſtea præſentetur, & idem dicit Marant. per hunc Ritum vbi ſupra nu. 19. in nouis, verſ. quinto limita.

7 ¶ † Quæro primo in hoc Rit. nunquid inſtantia per hũc Rit. ſtatuta conformis iuri cõmuni poterit per partes prorogari? gl. in l. properandum, in princ. in verſ. triennij, circa fin. C. de iud. & in l. 2. §. ſed ſi iudex, ff. eo. dicit ꝙ non, idem Bar. Bal. Salyc. Alex. Iaſ. & communiter Doct. in d. l. properandum, Roman. conſ. 174. Boer. deciſ. 283. nu. 30. vol. 2. & in cõſuet. Bituri. tit des coſtumes, §. 23 Par. in tract. ſynd. in ver. inſtantia, §. dicit conſtitutio, num. 8. Syluan. conſ. 49. nu. 3. Maran. in pract. par. 5. nu 23. verſ. an autẽ, in nouis. & Doct. vbique, ratio eſt, ſecundũ, gl. in d. l. properandũ loc.
8 præalleg. † quia peremptio inſtantiæ fuit inducta, vt tex. ibi dicit, ne lites fierent immortales, in quo dicitur publica
9 vtilitas conſiſtere, † cui per pacta, & conuentiones priuatorum derogari non poteſt, l. 2. §. ſed quia veremur, cum ſimil. C. de iu. iur. propter calum. Limita tamen prædicta non procedere in inſtantia ſtatuta per partes in compromiſſo ad expediendum cauſam, quoniam ea ſi minor fuit triennio, poterit per ipſas prorogari, vt dicit Alb in l. non diſtinguemus, §. dies compromiſſi, ff. de arbit. per l. arbiter ex compromiſſo, & l. ſed & ſi compromiſſum, ff. eod. m, vt late ſcribit Boer. in deciſ. nu. 22. cum ſeqq. dũmodo terminũ triennij nõn excedãt, vt etiã dixi ſupra in Rit. 246. in fi.

10 ¶ † Secundo quæro nunquid per lapſum triennij in ciuilibus, & biennij in criminalibus, inſtantia perimatur, an vero vltra lapſum temporis, requiratur ſententia iudicis abſolutoria, ab obſeruatione iudicij, adeo quod niſi proferatur ſententia, poſſit de cauſa cognoſci, non obſtante lapſu temporis prædicti? Oldr. quem refert Bal. in c. 1. in princ. nu. 14. verſ. ſed aduerte, ſi de inueſt. inter dom. & vaſall. lis oria. per tres rationes tenuit, ꝙ niſi ſententia fuerit prolata, adhuc in cauſa procedi poterit, nõ obſtante lapſu triennij, vel biennij à die litis conteſtatæ, quam opin. tenuerunt etiã Petr. & Cyn. in d. l. properãdum. §. hoc proculdubio, C. de iudic. gl. vero d. l. properãdum, §. ſin autem vtraque, quam ibi ſequuntur Bar. Saly. & Bal. tenet contrariũ, & quod ipſo iure abſque ſententia abſolutoria perimatur, etiã ſi per iudicem ſtetiſſet, niſi fuiſſet impeditus pre multitudine cauſarum, quoniam tunc daretur reſtitutio vt dicit ibid. Alex. nu. 3. verſ. limita. per rationem, quam allegant idem Socin. conſ. 31. vol. 1. Roman. in l. ſi vero, ff. ſol. matr. Capic. deciſ. 11. nu. 16. Affl. in d. c. 1. nu. 112. verſ. vltimo, cum nu ſeq. & Gram. vot 31. nu. 11. & 12. dum tamen nõ poſſit aliqua negligentia partibus imputari, alias ſecus, vt Salyc & Bal. dicunt in d. §. ſin autem, vbi conſulunt litigantibus, ꝙ faciant multiplices proteſtationes iudici in ſcriptis, inſtanter, inſtan-

ſtantius,& inſtantiſſime,vt ibidē Iaſ.dicit nu.4. verſ. tu ad-
de fortius, vt ſic detur eis reſtitutio,& dici poſſit per iudi-
cem ſtetiſſe,vt etiam Gram. ſequitur in d.vot.nu.13.& iſta
ſecunda opin. confirmatur per hunc Rit. dicentem, ꝙ ipſo
iure perimatur inſtantia, adeo ꝙ quicquid faceret iudex
ſuper cauſa poſt lapſum triennij,vel biennij, non valeret,
11 † quia meta eſt impoſita cognitori,cognitioni,& iudicio,
vt Bal.dicit in d.c.1.in princ.Alex.conſ.136.col.1.vol.1.&
conſ.42.vol.3.& Marant.in d.pract.par.5.in verſ.inſtantia
nu.58.verſ.alius effectus. Scias tamen, quod hodie in Re-
gno per Regiam pragm.quæ incip.inſtantia. tit. præalleg.
12 † quando ſtetit per iudicem cauſam expedire,inſtantia in-
telligitur reſtituta ipſo iure,adeo quòd nō eſt opus petere
quod reſtituatur,& tunc dicetur per iudicem ſtetiſſe, cum
per duos menſes ante lapſum inſtantiæ proceſſus cōcluſus
fuit iudici præſentatus cum petitione, & proteſtatione,ꝙ
ipſum expediret, vt etiam dicit Ioan. de Amic. conſ.139.
nu.7.vbi vero ſtetit per negligentiam partis,tunc eſt neceſ-
ſarium petere reſtitutionem,ſupple à Rege,vel Sacro Con
ſilio,vt dicit Marant.in d.pract.par.5.nu.32. verſ. & ex hoc
inoleuit,quæ reſtitutio,ſecundum eum, alio vocabulo ap-
pellatur inſufflatio ſpiritus vitæ,de qua dixi ſupra in 2.no-
ta.& ꝙ non ſit neceſſarium adire Regem,vel ſacrum Con-
ſilium,quando ſtetit per iudicem cauſam expedire, ſed in-
ſtantia de ſe ipſo iure per illam prag.reuiuiſcat,vide etiam
eundem Marant. loco præallegato nu.34. verſ. item per
dictam.

13 ¶ † Tertio quæro,cum in præceden.quæſt.dictum fuerit
quod per lapſum triennij, vel biennij inſtantia perit ipſo
iure,etiam ſi per iudicē ſteterit,niſi fuiſſet impeditus mul-
titudine cauſarum, quis nam effectus reſultabit ex iſta pe-
remptione inſtantiæ,& quæ erunt partes iudicis hoc caſu?
Breuiter, in cauſis ciuilibus effectus erit, quia acta omnia,
quæ tendunt ad litis ordinationem pereunt, vt ſunt libel-
lus litis conteſtatio,terminus,ſatiſdationes,cōcluſio, & ſi-
miles,licet non acta probatoria,vt ſunt teſtes,inſtrumenta,
& confeſſiones,vt dicit Spec.de iudic.deleg.§.reſtat, verſ.
ſed nunquid omnia,Bart.in l.cū lite.ff.de iudic. ſol. Bal. in
l.cū antea,circa fin.C.de arbit.Alex.conſ.58.vol.2.& Affl.
deciſ.148. adeo quod ſententia, quæ per iudicem in cauſa
ferretur abſoluendo,vel condemnando,eſſet nulla, vt ſupra
proxima quæſt.dixi,partes iudicis erunt in abſoluendo reū
ab obſeruatione iudicij, & condemnando actorem in ex-
penſis, vt dicit Innoc.in c.fin.de iureiur. Felyn. & Dec. in
c.de cauſis de officio deleg.Bal.Alex.& alij in d.l. prope-
randum,§.alio,Alex.conſ.137.& ſeq.vol.2.Dec.conſ.14.in
fi.vol.1.Roman.ſingul.788.& Marant.in d.pract. par.5. in
princ.verſ.intellige,nu.59.qua abſolutoria lata,non dicitur
14 perire cauſa,neque ius partis, † quia poteſt actor nouam
cauſam incipere,& aliam inſtantiam fabricare,d.l.prope-
randum §.fin.iuncta gl.in verſ.vigorem,vbi Doct.communi-
ter idem firmant.Bart.in l.petendæ. C. de temp. in inte-
15 grū reſtitutio.& Maran.in loco præalleg.nu.47. † In cau-
ſis vero criminalibus elapſo biennio, pereunt acta nedum
ordinatoria, verum etiā probatoria, vt patet ex nota. per
Salyc.in l.vnic.tertio not.nu.3. C.vt intr.cer. temp. & d.l.
16 properandū,§ fin.& ibi Bal. & Alex. † vbi dicunt, ꝙ lata
ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, in cauſa cri-
minali propter peremptionē inſtantiæ, accuſator non ad-
mittitur vlterius ad agēdum,ſicut in ciuilibus, & idem fir-
mat clarius Affl. in conſtit. accuſatorem.2.not. per illum
tex.& Marant.in loc.præalleg.nu.48.verſ.limita tamen,&
17 nu.57.verſ.prędicta tamen,† & partes iudicis in iſtis cau-
ſis elapſo biennio, eſſe debent ſimiliter ſicut in ciuilibus in
abſoluendo reum ab obſeruatione iudicij, vt dicit tex.iun-
cta gl.in d.l.vnica.C.vt intra cert.temp. & ibi Bal. Io.Fab.
& Salyc. Limita tamen,quod dixi, quod lata ſententia ab-
ſolutoria ab obſeruatione iudicij in criminalibus, non ad-
mittitur accuſator vlterius ad cauſam,vt procedat quotieſ-
cunque eius culpa, vel negligentia non fuit cauſa ipſa ter-
minata,aliàs ſi per eum non ſtetiſſet,ſed per iudicem, licet
reus ſit abſoluendus ab obſeruatione, vel reperiatur abſo-
lutus,per iudicem admittendus eſſet ad iterum accuſandū,
vt dicit Salyc.in ta.in l.qui de crimine. oppo.quarta, nu.8.
verſ.in criminibus.C.de accuſ.& in d.l.properandū,§.fin.
col.1 quē ſequitur Capic.deciſ.206. Item limita, quod di-
xi,quod lapſo biennio in criminalibus,& triennio in ciuili-
bus, fertur ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij,
quotieſcunque lite conteſtata per reum,non fuerunt produ-
cti teſtes per actorem,nec proceſſus agitatus fuit, ſecus ſi
fuiſſent teſtes producti,& proceſſus agitatus, quoniam tūc
lapſo biennio,vel triennio,partes iudicis eſſe debent in ci-
uilibus, & criminalibus in abſoluendo reum diffinitiuè,
ſtante peremptione inſtantiæ à tota cauſa, vt dicit Petrus
de Bellapert.in d.l.vnic.Ioan.de Amic. qui ipſum ſequitur
conſ.139.nu.9.& Gramm. dicto vot.31. nu.11. & effectus
iſtius abſolutionis à cauſa,erit ſecundū eos,quia taliter ab-
18 ſolutus non poterit vlterius moleſtari. † Ex quo ſequitur
pract.ſeruanda in Regno noſtro in cauſis criminalibus, nā
cū in eis communiter obſeruetur, ꝙ datis defenſionibus,
& agitato proceſſu,ſi non poteſt procedi ad condemnatio-
nem,non abſoluitur diffinitiue inquiſitus, ſed cauſa ſic indi-
ſcuſſa pendente liberatur cū cautione de ſtando iuri, & ſe
pręſentando toties quoties fuerit requiſitus,iuxta doctr.gl.
Bal.& clarius gl.in l.ſi qui nu.6.verſ.ex iſta gl. ſume conſi-
lium.C.de adulter. elapſo biennio iudex tenetur ipſum ab-
ſoluere à tota cauſa, non autem ab obſeruatione iudicij,
adeo ꝙ vlterius ipſum moleſtare non poterit, nec ad inſtā-
tiam partis,nec fiſci. Limita tamen iſtam practicam vbicū-
que de eodem delicto reperirentur inquiſiti alij ſocij, &
complices,qui non eſſent in fortijs curiæ, ſed contumaces,
quoniam tunc cū poſſent facile noua indicia de delicto ha-
beri,inquiſitus non eſſet abſoluēdus a crimine, & cauſa ob
peremptionem inſtantiæ, ſed ſolum ab obſeruantia illius
inſtantiæ,præſtita cautione de ſtando iuri, & ſe præſentan-
do toties quoties fuerit requiſitus,vt dicit Gram. in d. not.
in fi.vbi quòd ita fuit votatum, & exequutum relata cauſa
coram Illuſtriſſimo Prorege huius Regni. Et poteſt iſta li-
mitatio comprobari a ſimili ex illa doctr.glo. & Salyc. in
d.l.ſi qui, nam ſicut iudex non debet abſoluere diffinitiue
inquiſitum,quando cauſa eſſet dubia an eſſet culpatus, vel
ne,ſed ſolū ſub cautione liberare, pari modo allegata pe-
remptione inſtantiæ,non debet abſolui à cauſa, ſed ab in-
ſtantia quotieſcunque iudex redditur dubius de innocen-
tia, vt eſt in caſu præmiſſo, quando complices delicti ſunt
contumaces,quod bene nota.

19 ¶ † Quarto iuxta prędicta quæro,nunquid ſententia la-
ta ab obſeruatione iudicij, diffinitiua dici poterit? Bal. in
l.2.C.de epiſc.audien.dicit,quod non, ſed ꝙ appellabitur
interloquutoria,idem Guid.Pap.conſ.69. nu.1.ver.ad pri-
mum, & deciſ.220. nu.3. ratio eſt ſecundum Guid. in d.
deciſ.quia nō obſtante dicta ſententia,primæua actio ſem-
per remanet,& de nouo agi poteſt;ex quo ſequitur, quod
quando poſt ſententiam ab obſeruatione iudicij nō poteſt
vlterius de cauſa tractari, (vt eſt in criminalibus)quando
ſtetit per partem,vt dixi ſupra verſ.limita, tamen tunc ta-
lis ſententia habebit vim diffinitiuæ,quod no. Salerni, die
20.Decemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CCXLIX.

ITem,quòd omnes interloquutoriæ, quæ tan-
gunt partes, aſſignantur vni ex fiſcalibus, vt
ipſas legi faciat a iudicibus.

ISte Rit. non ſeruatur,quia iudices hodie non legunt ipſi
interloquutorias, quando curia regitur, ſed pract. quæ
tenetur(in Magna Curia præſertim) eſt iſta, quod omnes
citationes ſuper quibus curia ſedente ſunt vocandi citati,
ſiue pro cauſa ciuili,ſiue criminali,aſſignātur vni ex actua-
rijs criminalibus,qui aſtant cum curia regitur,& penes il-
lum actuariū actitat vnus actuarius cauſarum ciuilium, de-
mum ille actuarius criminalis legit, ſubita vocat alta vo-
ce,iudex interloquitur, & poſtquam interloquutus eſt ore-
tenus,

Digitized by Google

tenus,illa citatio, quæ vocata fuit, aſſignatur illi actuario ciuili,qui ſcribit interloquutoriam dictam per iudicem, & ita fit in omnibus citationibus gradatim, & ſucceſſiue donec curia regitur, & ea recta, poſtmodum omnes actuarij conueniunt ſimul, & vnuſquiſque accipit citationes ſuas. In Regia Audientia Principatus citra,& Baſilicatę,vbi non eſt tanta multitudo cauſarum,& citationum vocandarum, vnus actuarius legit, & ſcribit interloquutorias, quæ fiunt per iudicem curia ſedente, & ita etiã fit in alijs curijs Regni.Hodie vero in Magna Curia Vicariæ prouiſum eſt nouiter per Illuſtriſſimum Ducem de Alcala huius Regn.Viceregem in reformationibus Magnæ Curiæ * prag.17.§. quia quod dicitur de off.magiſtri iuſt. quod omnes citationes ciuiles vocandæ curia ſedente, qualibet hebdomada perueniant in poſſe vnius ex actuarijs,qui hebdomadarius dicitur, per quẽ in vno libro annotentur, & curia ſedente legantur, & poſtmodum in fine hebdomadæ diſtribuantur inter eos æqualiter per ſortem,adeo quòd non debet reſtitui illi actuario per quem fuerunt expeditæ, (vt proxime dixi)ſed audio, quòd non ſeruatur ita, ſed vt primo ſeruabatur,& dixi ſupra. Salerni, die 21.Decemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CCL.

ITem, quòd relatio ipſarum cauſarũ commiſſarum dictis iudicibus hebdomadarijs fiat per ambos, vel vnum de conſilio alterius, & quod pars, quæ ſenſerit ſe fore grauatam poteſt reclamare ad conſocios iudices,quæ reclamatio debet fieri in ſcriptis, & cum cauſa grauaminis infra quatuor dies, à die datæ ſententię in antea numerandos,ſecundũ reclamationem præfatam,& deciſio reclamationis debet fieri infra decem dies, à die reclamationis factæ in antea numerandos, & ex eiſdem actis, nihilo denouo addito,vel diminuto,&c. ſed in ſententijs oportet magiſtrũ actorum eſſe præſentem, & ſic dicitur in fine ſententiæ,ſed ſi non eſt præſens in banca, dũ fertur ſententia,Curia eligit vnum notarium,qui ſit publicus, vel duos ſcriptores,de quo,vel de quibus fit mentio in ſententia iuxta practicã Innoc.extra de probatio.capitulo quoniam contra falſam, ſed vt plurimum eligitur notarius publicus,& ponitur alia cauſa,propter quã non eſt pręſens dictus magiſter actorũ,puta infirmitatis,hoc modo,pręſente notario N.publico notario,&c. in abſentia magiſtri actorum notarij dictæ curiæ infirmi,vel aliter,alias dicitur ſolum in abſentia magiſtri, ſine ponere aliud, & ſine ponere infirmitatem.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus in Regno à ſententia hebdomadarij quem, & intra quot dies debeat appellare.*

2 *Actuarij curiarum debent eſſe præſentes prolationi ſententiæ.*

3 *Iudex in abſentia actuarij quem eligere poſſit.*

ISte Rit. deberet ſituari(prout credo antiquitus fuiſſe ſituatum)poſt Rit.83.vbi de iudicib. hebdomadarijs, & commiſſione cauſarum ipſis facienda dictum fuerat:& aduerte, quia loquitur de commiſſione cauſarũ facienda iudicibus pedaneis,de quibus loquitur d.Rit.vbi dixi.

1 ¶ No.† igitur ex hoc Rit.quòd ille, qui ſentit ſe grauatum à ſententia iudicis hebdomadarij,debet infra quatuor dies reclamare ad conſocios iudices,qui infra alios decem dies,ex eiſdẽ actis, debent terminare,(vt iuris fuerit,) ſed iſtud hodie non ſeruatur,quia vt in d.Rit.83.dixi,cauſę nõ committuntur iudicibus hebdomadarijs tantum,ſed omnibus pedaneis iudicibus diſtribuuntur ad electionẽ Regentis,qui eas committit,& quando cauſa ipſa deciditur, non reclamatur ad conſocios iudices pedaneos, vt hic dicitur, ſed ad iudices ipſius Magnæ Curiæ; & ſeruatur forma per me poſita ſupra in Rit.16. in 2.nota.

2 ¶† Secundo nota ibi,ſed in ſententijs,quod actuarij curiarum debent eſſe præſentes probationi ſententiæ, idque in fine ipſius dici debet,& ita ſeruatur: verum in aliquibus curijs, (& fere in omnibus)fit mentio de ipſo actuario in principio ſententię,ſeu in rubrica ipſius,vbi dicitur,nos talis gubernator Terræ Eboli aſſidente nobiſcum magnifico tali iudice ipſius, ac notario tali actuario, vel notario tali pro actuario abſente,ſeu infirmo,&c.& in aliquibus curijs vbi non fit talis rubrica fit mentio de eo in fine ſententiæ, vbi ſcribitur lecta lata ſupradicta ſententia die tali per me talem actuarium,vel pro actuario infirmo,vel abſente.

3 Tertio † nota. ibi ſed ſi non eſt præſens, quod iudex in abſentia actuarij poteſt eligere pro actuario quẽlibet publicum notarium, vel ſupple in defectum publici notarij duos ſcriptores iuxta pract.poſitam per c.quoniam contra extra de probatio. licet vt plurimum in defectum actuarij eligatur notarius publicus, & quando eliguntur duo ſcriptores,qui interueniant pro actuario, debet etiã de eis fieri mentio in ſententia, vt ſupra dixi in præceden. not. & quandoque dicitur, quòd ille notarius, vel ſcriptores fuerunt electi propter infirmitatem,vel aliud impedimentum ipſius actuarij,quandoque nõ,ſed ſolũ dicitur,qualiter ipſi interueniunt pro actuario abſente,vt Rit.iſte dicit,quòd nota,cum caſus eueniet maxime in iſtis caſalibus,& villis, vbi non ſunt actuarij,nec publici notarij. Salerni, die 21. Decemb.1559. Proſper Carauita.

RITVS CCLI.

ITem ſi appellans fuerit negligens,& facta pręſentatione copię proceſſus, & appellatorum immediate per menſem non proſequendo cauſã ſuę appellationis, quod eo caſu ſi appellatus voluerit appellationẽ ipſam ſtatim proſequi,poſſit, & proſequente, vel non proſequente ipſo appellante, non teneatur expectare tempus à quocunque iure canonico,ciuili,ſeu municipali,ſcripto, vel non ſcripto,ſpeciali,vel communi ſtabilitum in præmiſſis.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa appellata quando poſt annum appellationis, & quando poſt menſem præſentati proceſſus, terminari poſſit.*

2 *Terminus in expeditione appellationis quare præfixus.*

3 *Appellanti an præfigi debeat terminus ad ſe præſentandum cum proceſſu ad iudicem ad quem?*

4 *Iudex ad quem ſi eſt de maioribus, cum cauſa terminum abbreuiare poteſt.*

5 *Proceſſu infra terminum breuiatum ad iudicem ad quẽ, non præſentato,tranſit ſententia in rem iudicatam.*

1 NOt.bene hunc Rit. † ꝙ licet appellans habeat vnũ annum de iure ciuili,ad proſequẽdum ſuam appellationem, & ex cauſa biennium, per authen. ei qui, C.de temp.appel. tamen illud intelligitur, cum appellatus non inſteterit,alias eo inſtante, poſt menſem à die præſentati proceſſus per appellantem,poteſt cauſa ipſa tractari, proſequi,& terminari ſtatim non expectato, quod labatur totum tempus à iure conceſſum,vt hic dicitur, & in c. oblatæ,in verſ.ſi vero,& c.cũ ſit Romana.iuncta gl. magna ibi, verius dicas de appell.& not. per gl. in cõſt.Regn appellationũ tempora,in verſ.non inſtanter.
2 † Ratio eſt, vt di-

cit

Digitized by Google

cit tex.d.c.oblatæ, quia dictum tempus intelligitur ſtatutū ad hoc,vt prorogari magis appellatio non poſſit, non autē vt breuiari,& citius expediri nequeat,& ita ſeruatur quotidie in pract.quamuis de iur.communi ciuili.in d. auth.ei qui. appellatus non potuiſſet inſtare , ꝙ cauſa expediretur niſi in fine ipſius anni,vel biennij,hoc eſt cum vnus tantum menſis ſupererat,vt tex.dicit,in d.auth.& ibi Bart. Ang.& alij,Abb.& Philipp.in c.oblatæ,extra de appell.& Marāt. in pract.par.6.in verſ.appellat.q.3.nu.244. verſ.ſcias etiā, vbi per hūc Ritum dicit corrigi ius commune,in d.authen.

3 † Et adde, quod non ſolū poſt præſentationem proceſſus , elapſo menſe,appellatus poteſt inſiſtere,quod cauſa terminetur,& proſequatur, & ſic cogere appellantem ad proſequendum , verum etiam antequam præſentet proceſſum, ne ſit in arbitrio appellantis ipſum quando ſibi placuerit preſentare,poteſt petere à iudice,quòd ſibi pręfigat terminum infra quem habeat ſe præſentare cum proceſſu iudici ad quem,vt dicit gl.per illū tex.& ibid.Bar.nu.3. & Alex. ad eum in l præſes, C.de appell.Innoc.in c. perſonas,in fi. extra de appel.Guid.Pap.deciſ.336.& deciſ.436.nu.47.& plene Marant.in pract.par.6.in verſ. appellatio. num.205. verſ.21.credo tamen,quod in Regno iſta termini præfixio non procedat,eo quia de iure communi nō reperiebatur , datus terminus certus infra quem appellans tenebatur ſe præſentare poſt receptionem proceſſus, & apoſtolorū iudici ad quem , ſed ſolū erat ſtatutus terminus triginta dierum infra quos tenebatur copiam actorum , & apoſtolos à iudice à quo recipere,vt dicit tex in l.iudicibus,C.de appell.in c.ab eo.eodem tit.in 6. & clemen.2.eod tit.& gl.in d.l.præſens,& merito iudex ipſe à quo poterat,& debebat certum terminū appellanti ſtatuere ad ſe præſentandum
4 cum proceſſu, & literis dimiſſorijs iudici ad quem:† vnde cum in Regno habeamus conſt.appellationū tempora, per quam quinquaginta dies ſtatuuntur appellanti ad ſe præſentandum cum proceſſu iudici ad quem , infra quem terminum includuntur etiam 30.dies, qui de iure dabātur ad recuperandum copiā actorum à iudice à quo , vt gl. ibid. dicit in verſ.infra quod, & Affl. in 9.not. nu.16. & eſt Rit. expreſſus infr.260.quem citat ad hoc Maran.in pract.loco proxime citato nu.221.verſ.ſed iſtud nō video quomodo practicari poſſit , ꝙ terminus dictorū quinquaginta dierū abbreuietur,cum aliud ſit tractare de dando terminum ad ſe præſentandum , vbi nullus terminus reperitur ſtatutus , prout eſt in terminis iuris communis , & aliud tractare de breuiando terminum qui à lege , vel ſtatuto reperitur de-
5 terminatus in d.conſt.& ita teneo. † Bene tamen verū eſt, quod licet iudex à quo non poſſit dictum terminum quinquaginta dierum abbreuiare per rationem , quam dixi,tamen iudex ad quem, ſi eſt de maioribus poteſt ex cauſa illud facere,quia ſic ſibi permittitur per d.conſt.in verſ.cæterum , vt etiam Affl. ibi dicit in 3.nota. vbi quod ita vidit
6 pluries fieri per Magnam Curiam, † & quod ſi infra illum terminum breuiatum non eſſet præſentatus proceſſus, ſententia tranſiret in rem iudicatam , & idem Affl. ibid. in 8. nota. nu.15. vbi diſputat an Magna Curia includatur inter iudices maiores,& dicit,quod ſic . Salerni,die 22.Decembris.1559. Proſper Carauita.

RITVS CCLII.

Item ſi contingat cauſas per ſupplicationē deuolui,quod tunc debet fieri exequutio in cauſa principali data cautione , ſecundum formam authen.quę ſupplicatio tamen in expēſis exequutio nō fit quouſque cauſa ipſa ſupplicationis fuerit per ſententiā,ſeu ſententias debite terminata.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio interpoſita à ſententia,non impedit eius exequutionem,& nu.4.& 5.*
2 *Supplicatio ex gratia,& benignitate Principis cōceditur.*
3 *Appellatio ſuſpendit pronunciatum, eſtque defenſionis ſpecies, ibid.*
4 *Differentia multæ inter appellationem, & ſupplicationem, remiſſiue.*
5 *Supplicatio retardat exequutionem quoad principale , non quoad expenſas.*
6 *Supplicatio propriè quæ dicatur,& nu.12.*
7 *Remedium ſupplicationis quando locum habet.*
8 *Cautio in caſu retractationis ſententiæ,an præſtanda,antequam exequatur.*
9 *Sententia lata fuit in alicuius fauorem,qui in aliquo grauatus,ab ea ſupplicat, quoad reliqua,poterit ne exequi præſtita cautione.*
10 *Quis non debet ex eo fructū conſequi,quod impugnauit.*
11 *Qui habuit ſententiam in fauorem,pendente ſupplicatione,exequutionem petit,nunquid cauere debeat ?*
12 *Supplicationis diffinitio,& ſupr. nu.6.*
13 *Supplicatio quare inuenta.*
14 *Supplicatio in quibus caſibus denegetur,remiſſiue.*
15 *Supplicatio infra quod tempus fieri poſſit.*
16 *Supplicationem quis proſequi infra annum , vel biennium debet.*
17 *Supplicationes,& reclamationes idem ſunt.*

1 NOta ex hoc Rit. † quod ſupplicatio interpoſita ab aliqua ſententia , non impedit exequutionē ipſius , immo ea non obſtante, fit exequutio præſtita cautione de reſtituendo in caſu retractationis ſententiæ , prout etiā de iure,in auth.quæ ſupplicatio, C.de prec.Imp.offe. not.per gl.in c.ex literis.de in integr.reſtit.Abb.in c.ſuſcitata.eo. tit.Cardin.in clem.vni.q.10.de cauſa poſſe.& proprie.Carol.Rui.conſ.84.viſis omnibus,vol.2. & Ant.de Tremo.in Apoſtill.ad pract.Bonacurſij in tit.de impedi.execu.ver.5.
2 Ratio eſt, vt dicit Affl. deciſ.341. verſ. nec obſtat , † quia ſupplicatio conceditur ex gratia,& Principis benignitate, cum detur aduerſus ſententiam; contra quam non cōpetit remedium ordinarium appellationis, vt dicit Abb.in d.c.
3 ex literis,& ſupplicatio ipſa non eſt ſicut appellatio,† quę ſuſpendit pronunciatum,l.1.§.inter,ff.nihil noua. & c.1. vt lit. pend. quia appellatio innititur iuſtitiæ, cum ſit ſpecies defenſionis,c.cum ſpecialis, §.porro. de appell.& no. per Socin.conſ.195.col.3.verſ.confirmatur.nam appell. vol.2. & iuſtitia vult,quod ea pendēte,nihil innouetur, vt in dd.
4 iurib. † Et ex hoc ſequitur vna differentia inter ſupplicationem, & appellationem , ſex alias ponit Affl. in præfat. conſtit.q.10. nu.7. ſeptem Marant.in pract. par.6. in verſ. appellatio.nu.15.ver.differtur,& duodecim Pet.Rebuff.in commen.conſt.Franc.tract.de ſupplica.in præfat.q.11. nu. 84.cum ſeqq.vol.1.Item ſequitur aliud, quod cū ſupplicatio exequutionem ſententiæ non impediat, tales ſupplicationes in criminalibus locum non habent: quia fatuū eſt et proſequi exequuta ſententia,vt etiam Rebuff.dicit ibidem nu.71.verſ.decimus tertius,& nu.90. verſ. ſeptima , & ita ſeruatur .

5 ¶ † Secundo not. ibi tamen in expenſis , quòd licet ſupplicatio non retardet exequutionem ſentētiæ, tamen iſtud intelligitur quoad factum principale per ſententiā terminatum,non autem quoad expenſas ad quas victus condemnatus extitit,vt etiā dicit Affl.fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio in deciſ.231.& hoc eſt nouum in hoc Regno , vt dicit Maran.in d.loc.nu.16.vbi hunc Rit.allegat. nam text. in d. authen.quæ ſupplicatio.non aperit hoc dubium , ſed generaliter dicit,ꝙ ſententia exequitur, non obſtante ſupplicatione,& ideo Petrus Rebuff.in d.tract.de ſupplicat.in pręfatio.nu.40.dicit,quod in Francia aliter ſeruant,& nedum pro cauſa principali,verum etiā pro expēſis fit exequutio.

¶ Quæro primo in hoc Rit. de quibus ſupplicationibus debet intelligi iſte tex. Breuiter,licet iſte Rit. dicatur Rit. Magnæ Curiæ , attamen eſt Rit.& obſeruantia tenenda in Sacro Conſilio , & ſic in ſupplicationibus quæ fiunt à ſen-
6 tētijs Sacri Conſilij ad ipſūmet debet intelligi. † Ratio eſt,

quia

Digitized by Google

quia ſupplicatio proprie dicitur quãdo à ſententia Regis,
vel præfecti prætorio ſupplicatur ad ipſummet, l.1. C.de
ſenten.præfec.prætor.& in d.auth. quæ ſupplicatio. iuncta
gl.in verſ.præfectis not.Spec. in tit.de ſupplicat. §.1. verſ.
ſolus tamen, Rebuff.in d.tract. verſ.tertia in appellatione,
nu.86.& Marant.in loc.præalleg.verſ. ſupplicatio. nu.12.
& verſ.tertio differt, nu.17. vnde cum à ſententijs Magnæ
Curiæ appelletur ad Sacrum Conſilium, & ſic cõpetat re-
medium ordinarium, & ſententia ſua non dicatur ſentẽtia
Regis,neque præfecti prætorio,prout dicitur ſententia Sa-
cri Conſilij,licet iſte Ritus ponatur inter Rit. Magnæ Cu-
riæ,non propterea voluit præſupponere, quod à ſententijs
Magnæ Curiæ ſupplicetur ad ipſammet, quia non cadit
ſupplicatio,ſed appellatio,vt dixi,& firmat Affl.in conſtit.
* Regni Magnæ Curiæ,6.not.nu.7.& * aliàs in prag. per ex-
cellentem,§.14.& poſtea nu.16. de Senatuſconſul. Maced.
In vno tamen caſu Rit.iſte etiam in Magna Curia, & quo-
libet alio iudice inferiori poſſet locum habere, & is eſſet
quando per Regiam Maieſtatem ſibi committeretur cauſa
7 appellatione remota,† nam tunc cum ordinariũ remedium
appellationis ceſſaret,poſſet ab eius ſententia ad ipſammet
ſupplicari,vt dicit Abb.in d.c.ex literis.4.not.& in gl.ſup-
plicauit.Maran.in d.loc.nu.13.ver.amplia, & Rebuff. nu.
37.verſ.10.

8 ¶ † Secundo quæro, nunquid priuſquam ſententia ipſa
exequutioni mãdetur,cautio ipſa pręſtari debebit?Cauenſ.
hic dicit, ꝙ non, niſi à parte contraria cautio fuerit petita,
per not.per gl.in l.vniuerſa, C.de precibus Imper. offere.
tu vero teneas contrariũ, eo quia iſte Rit. vult dari iſtam
cautionem ſecundũ formam dictæ authen.quæ ſupplicatio,
vbi dicitur,ꝙ non aliter exequutioni ſententia mandabitur
niſi victrix pars fideiuſsionem præſtiterit,ponderãdo ver-
ba non aliter,& verba niſi,quæ cũ ſint conditionalia,vidẽ-
tur pro forma fideiuſsionẽ requirere,adeo ꝙ eadem nullo
pacto omitti,neque renũciari poteſt,vt dixi alias in quęſt.
ſimil. ſupra in Rit.189. q.2. vbi vide latius, & ita ſeruatur
quotidie in Sacro Cõſilio, adeo ꝙ niſi præſtetur fideiuſsio
etiã parte minime petente,literæ exequutoriales non con-
cedũtur,ita etiã firmat Rebuff.in d.tract.in præfati.nu.38.
verſ.7. & nouiter ſancitũ eſt in nouiſſimis prag. editis per
Illuſtriſs.Ducem de Alcala in reformationibus ſacri conſi-
* lij * prag.5.ibi cautionem tamen prius. de officio ſacri cõ-
ſilij,& ante Rebuff.ſcripſit Vber.de Bonacurſo in ſua pract.
in tit.de impedi.exequu.verſ.quinto nu.7.& Spec.in tit.de
exequu.ſententiæ §.1. in princ.

9 ¶ † Tertio quæro, pone ꝙ ille, qui habuit ſententiam
in fauorem,ſentit ſe in aliquo capitulo grauatum, & pro-
pterea quoad illud capitulũ, ſupplicat ab ipſa ſententia,
nunquid quoad reliqua, poterit exequutionẽ petere, præ-
10 ſtita cautione iuxta hunc Rit. † Breuiter, licet iuris regula
ſit,quod ex eo non debet quis fructum conſequi, quod ni-
xus eſt impugnare. cap.ex eo.de regulis iur. in ſexto, cum
ſimil. ibi traditis per gl.tamen illa regula nõ procedit vbi-
cunque impugnatur ſententia continens plura capitula, vt
gl.ibi dicit per tex.in c.Rainutius, & c. Rainaldus de teſt.
a a & ita in proprijs terminis quæſt.noſtræ firmat Petr.Re-
buff.in tract.de liter.ciuilibus artic.vni. gl. vlt. verſ. etiam
nu.9.vol.1.& in d.tract.de ſupplicatio.in præfatio.nu.39.
verſ.immo.& vtrobique dicit ita fuiſſe iudicatum in Sena-
tu Pariſien.quod not. pro amplia. iſtius Rit.

11 ¶ † Quarto quæro, nunquid ille, qui habuit ſententiã in
fauorem,& nunc pendente ſupplicatione,petit exequutio-
nem,teneatur cauere cum fideiuſſoribus? Rit. iſte videtur
dicere quod nõ,ex eo quia cautionem requirit, cuius ver-
bum de nuda promiſſione intelligitur,l.ſancimus, C.de
verb.ſign.& not.per gl.in l.1.C.de procurator. veritas ta-
men eſt in cõtrarium,eo quia dum iſte Rit.cautionẽ requi-
rit,dicit ſecundũ formam dictæ auth.quæ ſupplicatio, vbi
fideiuſsio requiritur,& ita ſeruatur in pract.Limitat tamen
iſtud Guid.Pap.deciſ.50.nu.3.& dec.189.niſi ille, qui exe-
quutionẽ petit, facta diligenti perquiſitione non inueniat
fideiuſſionẽ,& de eo iuret, quoniã tunc eius iuratoria cau-
tio ſufficeret per authen. generaliter, C.de Epiſc. & cler.
cũ ſimil.quæ allegat.Sublimitat tamen iſtã limita. Apoſtil,
ad eundẽ Guid.in d. deciſ.189. procedere vbicunque talis
victor non eſſet ſuſpectus, aliàs ſi eſſet ſuſpitio fugæ, vel
dilapidationis, non eſſet exequutio concedenda niſi fide-
iuſſione præſtita,per ea,quæ not. Bar.in l.in omnibus,ff.de
iud.& ſi penitus fideiuſſor nõ reperitur, res ipſa exequuta
ſequeſtrari deberet, ſecundũ ea,quæ not.Goffre.in ſumm.
de ſequeſtr.poſſ.& fructu.§.generaliter, verſ. tertio quid,
& verſ.& nota.quæ bene nota.quia ſunt quotidiana.

12 ¶ † Quinto quæro,quid ſit ſupplicatio, & in hoc reſpõ-
det Abb.in d.c.ex literis,col.2.de in integ.reſtit.dicens, ꝙ
eſt quædã precum porrectio, facta Principi, per quam ex
quadam benignitate ſuperior reſtituit ſupplicantem aduer-
ſus ſententiam, contra quã non competit remedium ordi-
narium,& idẽ latius Rebuff.in d.tract. de ſupplicatione, in
præfation.verſ.2.nu.9.cum ſequenti.

13 ¶ † Sexto quæro,qua ratione fuit inuenta ſupplicatio,&
in hoc reſpondet Rebuff.ibidẽ,verſ.3. nu.14. dicens fuiſſe
inuentam ne auxiliũ contra iniuriam, & iudicũ incuriam
denegetur.arg.l.1.ff.de appell.iuncta l.1. ff.de iniur. & ne
cõtra ius ſubditos grauari Princeps patiatur,& inde orian-
tur iniurię,vnde iura naſcuntur,vt dicitur in l.meminerint,
14 C.vnde vi.& cap. qualiter, lo 1. de accuſ. † ſexdecim ta-
men caſus in quibus ſupplicatio denegatur, vide penes
Rebuff.ibid.nu.55.ver. ſunt tamen.

15 ¶ † Septimo quæro, infra quod tempus ſupplicatio fieri
poſſit? text. in dicta authent. quæ ſupplicatio dicit infra
decẽ dies,quemadmodũ in appellatione dicitur,in authen.
hodie,C.de appell.text.vero in l.1. C.de ſentent.præfect.
prætor.dicit infra bienniũ,vt etiã dicit Guliel.Benedict. in
repet.cap.Rainutius,in ver.mortuo itaque,lo 1.nu.273.de
teſt. quæ quidẽ iura videntur inter ſe contraria.tu autẽ di-
cas vtrunque tex.procedere, intelligendo tamen hoc mo-
do,quod ſi publicatio fiet infra decem dies, ſententia non
mandabitur exequutioni, niſi præſtita fideiuſsione, & ita
procedat d.authen.quæ ſupplicatio,ſi vero fiet poſt, infra
bienniũ,tunc procedetur in ea,verum exequutio ſententię
fiet ſine fideiuſsione,& ita procedat d.l.1. vt gl. ibi cõcor-
dare videtur,in verſ.noſtro numini.iunctis his,quæ dicit in
verſ.poſt ſucceſsionẽ ibi,& hoc caſu, & clarius Abb. in c.
ex literis,col.pen.ver.& in fi.gl.de in integ.reſt.poſt Spec.
in tit.de ſupplica.§.1.verſ. ſolus tamen, & idem Bal. in d.
authen. Rebuff. in d.tract. nu.89. verſ.6. Affl. in præfatio.
Regn.q.10.nu.7.Ant.de Tremol.in apoſtil.ad pract. Vber.
Bonacurſo tit. de impedi. exequ verſ. 5. nu.7. in litera D,
Marant.in pract.par.6.in verſ.appell. verſ. differt autem,
nu.18. quod etiam diſpoſitum eſt in prag. nouiſsime editis
per Illuſtriſs. Ducem de Alcala in reformationibus Sacri
Conſilij prag.5.de off.Sacri Conſil. ſed vt ibi dicitur, præ-
dicta vera ſunt quando ſupplicatio ipſimet Sacro Conſilio
offertur,ſecus ſi in Cõſilio Collaterali,quoniam tunc ſem-
per ſupplicari poteſt, & ab ipſa Regia Cancellaria literas
Sacro Conſilio directas obtinere, vt per alium Conſiliariũ
16 partibus nõ ſuſpectũ,cauſam ipſam reuidere faciat. † De-
bet tamen poſtmodũ,qui ſupplicat,ipſam ſupplicationem
proſequi infra annũ, vel biennium, ſicuti de appellatione
dicitur in authen.ei qui.C.de temp.appell. & ita dicit gl.
in d.l.1.C.de ſenten.præfect.præto.in fin.ver. & licet Affl.
dicat in deciſ.78. in fi. fuiſſe deciſum in Conſil. ꝙ fatalia
nõ currant in ſupplicationibus,quia in Sacro Conſilio cau-
ſæ ſemper reuidentur ex eiſdẽ actis, non obſtantibus tem-
poribus appellationũ decurſis,quem videtur ſequi Rebuf.
in d.tract.ſupplica.in præfatio.q.9. nu.57.verſ.ſed tamen,
& nu.77. verſ. quamuis, licet dicat in Regno Franciæ ſer-
uari,ꝙ infra quinquennium finiri debeat, attamen vt dicit
Gram.deciſ.13.vbi hoc late diſputat decreto Sacri Conſi-
ſilij,

ADDITIO.

a De teſtamen. Adde tex.optimum in l.etiam. §. ex cauſ.
ff.de minor.xxv.anno. C. P.

lij, (quod ipſe inſerit ad verbum) prouiſum eſt in Regno contrariũ eius, quod decidit Affl. & ꝙ fatalia currãt etiam
17 in cauſis ſupplicationum, ſiue reclamationũ † quæ idem ſunt, vt ſcribit Marãt. in loc. prælleg. nu. 11. ver. reclamatio, & hodie in nouiſsimis prag. editis per Illuſtriſs. Ducẽ
* de Alcala in reformationibus Sacri Conſilij * prag. 54. de off. Sacri Conſil. idem ſancitum, & determinatum eſt, ponendo dictum decretum de verbo ad verbum. Salerni, die 23. Decemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCLIII.

ITem in eiſdem curijs, & qualibet ipſarum in omni cauſa appellationis procedi poſſit ſine libello, & litis conteſtatione, & cauſa appella tionis inchoet per aperturam proceſſus.

¶ Duplicatur iſte Rit. ſupra in Rit. 6. & infra in Rit. 254. & 255. ſed quia de hoc dixi in d. Rit. 6. ibi te remitto, ne repetam illud idem.

RITVS CCLIIII.

ITem in curia ipſa in omni cauſa appellationis proceditur ſine libello, & litis conteſtatione.

¶ Iſte Rit. duplicatur ſupra in Rit. 6. in Rit. proxime præceden. & in Rit. ſequen. vide igitur ad materiam, quæ poſui in d. Rit. 6.

RITVS CCLV.

ITem in cauſis appellationũ, quæ agitantur in dicta curia, non datur libellus, nec lis conteſtatur.

¶ Quoniam iſte Rit. ad literã dicit idem, quod Rit. ſextus, & duo alij proxime præcedentes, vide quæ late dixi in eodem Rit. 6. vbi de his omnibus mentionem feci. Salerni, die 23. Decembr. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCLVI.

ITem ſeruat ipſa, quod appellatio in infraſcriptis caſibus remittitur, videlicet quando fit mandatum per ipſam curiam condemnatorium, vel abſolutorium.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in omnibus cauſis, & grauaminibus ciuilibus, & criminalibus eſt admittenda.*
2 *Appellatio defenſionis eſt ſpecies; eſtq; teriaca aduerſus iniquam ſententiam iudicis, ibidem.*
3 *Ab interlocutoria, cum diffinitiua non ſperatur, licet appellari.*
4 *Præcepta abſolutoria, vel condemnatoria, an ſint interlocutoria?*
5 *A præcepto debitori confeſſo facto, num liceat appellari.*

1 QVamuis regula iuris cõmunis ſit, † ꝙ appellatio in omnibus cauſis, & grauaminibus admitti debet per gl. not. in leg. qui reſtituere in ver. reſtituitur, in fi. ff. de rei vend. & per generalitatẽ, l. 1. ff. de appell. & relat. vt etiã dicit Philip. Francus in rub. de appell. col. 4. tam in ciuilibus, quã in criminalibus, vt ſcribit Dec. in c. cũ ſit Ro-
2 mana. 9. not. de appell. † cũ appellatio ſit ſpecies defenſionis, vt dicit tex. in c. cũ ſpeciali, §. porro. extra de appell. & patet ex l. 1. ff. de appell. recip. & Soc. cõſ. 195. col. 3. vol. 2. & vt dicit Bal. in l. 1. C. ſi de momen. poſ. dicitur tyriaca aduerſus venenũ, ideſt ſentẽtiã iudicis, tamen (vt hic vides) Magna Curia obſeruat, ꝙ ab eius mandatis, ſeu præceptis
3 condẽnatorijs, vel abſolutorijs nõ appelletur. † Ex quo ſequitur, ꝙ licet à ſententia interloquutoria, poſtꝗ̃ nulla alia, diffinitiua ſperatur: licitum ſit appellare, vt dicit Bart. in l. ante ſententiã, C. quorũ appell. nõ recip. & in l. 2. nu. 2. verſ. ex his, ff. de appell. recip per l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. tñ ab iſtis præceptis Magnæ Cur. quæ aliã diffinitiuã nõ poſſunt expectare, cũ ſint condẽnatoria, vel abſo-
4 lutoria, nõ appellatur, vt hic dicitur. † Et ſi dicet aliquis, vbi probatur, ꝙ præcepta abſolutoria, vel cõdẽnatoria ſint interloquutoria? reſpõdetur, ꝙ id voluit gl. in c. dudum. lo ſecũdo, in verſ. reſponſionẽ de electio. extra. & ſecũda q. 1. in princ. q. in gl. magna circa fin. ver. ſententia præcepti. & Spec. in tit. de inſtr. editio. §. nunc vero aliqua. verſ. ex his autem quæritur. vbi ꝙ præcepta, quæ faciũt iudices, vbi libellus nõ eſt datus, nec lis cõteſtata, non poſſunt appellari ſentẽtia diffinitiua, ſed interloquutoria, idẽ Spec. in tit. de ſentẽ. §. 2. Aret. ſatis pulchre in l. 5. in princ. nu. 3. in fi. verſ. & quia, ff de verb. oblig. Gui. Pap. dec. 12. in princ. & Fel. in rub. de re iud. nu. 5. & 6. pro hoc Bart. in l. 1. ff. de cõfeſ. vbi dixit, ꝙ vbi nõ eſt datus libellus, nõ poteſt ſequi ſententia diffinitiua, idẽ Bar. in l. nõ fatetur col. 3. ff. de cõfeſ. & Pau. de Caſtr. in l. ſi debitori. in princ. ff. de iud. vbi ꝙ poſt præceptũ factũ per iudicẽ de ſoluendo contra cõfeſſum iuxta terminos d. l. ſi debitori, poteſt doceri de cõfeſſione erronea, ꝙ tñ contra ſententiam diffinitiuam non licet, c. fin. de conf. vt etiã latius ponit Fel. in loc. prælleg. nu. 5. ver. for-
5 tius, & dixi ſupra in Rit. 187. q. 1. † Et ex his ſequitur, ꝙ ſtãte hoc Rit. à præcepto facto debitori cõfeſſo iuxta terminos d. l. ſi debitori, de qua dixi in d. Rit. 187. non eſt licitũ appellare, ꝙ nota. Intellige primo hunc Rit. procedere quoad effectũ exequutionis impediẽdæ per appellationẽ, nõ autẽ quoad tollendũ penitus appellationẽ, vt dicã infra in Rit. ſeq. verſ. intellige, nã iſte Rit. cũ illo eadem ratione ſubnectitur, quia vt plurimũ, iſta præcepta fiũt in cauſis modicis, in quibus proceditur etiã ſine ſcriptis per authen. niſi breuiores, C. de ſenten. ex breu. recitand. Secũdo intellige procedere quotieſcunque talia præcepta fiũt nõ dato libello, nec lite conteſtata, prout ſupra dixi, alias ſi libellus eſſet datus, & lis cõteſtata, talia præcepta tanquã cauſa cognita emanata, magis accederent ſentẽtiæ diffinitiuę quã interloquutoriæ, vt dicunt Ang. & Pau. de Caſtr. in d. l. ſi debitori nu. 5. & propterea appellatio ab eis interpoſita regularetur ſicut appellatio à diffinitiua, & exequutionẽ impediret, vt dicit Abb. in cap. peruenit, lo ſecundo in fi. de appell. & Fel. in d. rubr. nu. 5. & 6. niſi eſſent à duabus vncijs infra iuxta diſpoſitionem ſequen. Rit. Salerni, die 23. Decembris. 1559. Proſper Carauita.

ADDITIO.

2 Tiriaca. Adde Bal. etiam, dicentẽ in conſ. 145. nu. 6. 3. par. verba illa, ſi expedierit, tiriacam eſſe contra venenum, inſertumq; eſſe arbitrium boni viri, vt loco tiriacæ omnem machinationem excludant, arg. l. non cogendum, §. vt ſi iuſtam, ff. de procur. & l. cum Stichus in fine, ibi, quatenus, & commodius, &c. ff. de ſolut. C. P.

RITVS CCLVII.

ITem in cauſis duarum vnciarum ciuiliter petitarum, non appellatur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio de modica ſumma nõ recipitur, cũ rationibus.*
2 *Appellatione pendente, nihil innouandum.*
3 *Appellantes cõmuniter de nullitate dicunt ex eiſdẽ actis.*
4 *Practica, quando tranſmiſſus fuit proceſſus ad iudicem ad quem, factaque eius apertura.*
5 *Coacervatio ad impediendam executionem, fieri non debet, & num. 13.*
6 *Caſus duo, in quibus appellatio ad effectum retardandæ exequutionis, non admittitur: & alij, remiſſiuè.*
7 *Sententia ſi excedit duas vncias, in modica tamen quantitate, nunquid exequutio impediatur.*
8 *Et an eadem ſententia pro ſumma duarum vnciarum ſaltem exequi poſſit?*
9 *Sententia eſt indiuidua.*

10 Ali-

Digitized by Google

10 *Aliquis conſequi debet ab alio vncias ſex, pro domo locata annis tribus, conuentus vnica ſententia condemnatur, nunquid appellatione non obſtante ſententia exequetur.*
11 *Aliquis vnica ſententia ad diuerſas ſummas condemnatur, nunquid exequetur?*
12 *Quot ſumma. tot capitula.*
13 *Coacernatio fieri non debet, quando impeditur iuriſdictio, & num. 5.*

POnit iſte Rit. alium caſum, in quo appellatio non ad-
mittitur, & is eſt, quando cauſa de qua agitur duarũ
vnciarum ſummam non excedit. Ratio eſt, quia cum tra-
1 ctetur de modica ſumma † etiam de iure communi ciuili,
appellatio non recipitur, vt probat tex. in auth. niſi bre-
uiores. C. de ſent. ex breu. recita. & cap. anteriorum, 2. q. 6.
licet ſecus eſſet de iure canonico, vt dicunt Abb. & Phi-
lip. in c. de appellationibus, extra eod. tit. Et ratio rationis
eſſe poteſt ſecundum Rebuff. in commen. conſtitu. Franc.
in tract. de ſenten. exequu. art. 12. gloſſ. 1. num. 5. volum. 1.
vt lites citius expediantur iuxta l. properandum, C. de
iudic. Item ne plus expendatur poſtea in appellatione,
quã valeat tota cauſa, vt dicitur in l. mediterraneæ, C. de
anno. & tribu. lib. 10. Item quia talis exequutio partium
generat præiudicium, vt latius Rebuff. ibid. verum, quia
ex eodem iure communi non reperiebatur taxata quan-
titas, quæ minima dici deberet, ſed in iudicis arbitrio con
ſiſtebat, iſte Rit. voluit certam ſummam dicere, quæ bene
no. quia in viridi eſt obſeruantia in omnibus Curijs Re-
gni, & licet Marant. in pract. par. 6. in ver. appellatio,
verſ. vigeſimoprimo limita. num. 336. in nouis, dicat nun-
quam vidiſſe hunc Rit. in obſeruantia, ſed totum contra-
rium, parcat mihi dominatio ſua, contrarium verũ eſt ho-
die, ſed forte ſuo tempore erat, quod ipſe dicit. Intellige
primo hunc Rit. procedere, vt etiam Cauenſ. hic dicit,
quoad effectum exequutionis retardãdæ, non autẽ quoad
finem nullatenus appellandi. Adeo quòd iſte Rit. vult di-
2 cere, quòd licet appelletur, † & appellatione pendente,
nihil ſit innouandum, l. 1. ff. nihil nouari appella. penden.
tamen quando cauſa continet ſummam præfatam, non
appellatur, ideſt, appellatio non impedit iudicatum, &
eius exequutionem. Et ideo in pract. ſeruatur, quòd iudi-
ces appellationum, quando eiſdem præſentantur appel-
lationes, quæ non continent certam ſummam, faciunt,
quòd appellantes dicantur eis, de quanta ſumma fuit ſen-
tentiatum, & ſi eſt ſupra duas vncias, expediunt proui-
ſiones inhibitoriales in forma, ordinando, quod appella-
tione pendente, nihil innouetur, & quòd innouatum eſt,
reſtituatur; ſi vero eſt infra dictam ſummam, tribus mo-
dis vidi ſeruari, aliquando expediri prouiſiones, quod ve-
niant acta tantum, & non ligari manus iudicis, à quo, ali-
quando eandem cauſam committi eidem officiali, qui no-
mine ipſius iudicis, ad quem reaſſumptis actis, prouideat
de iuſtitia, cum conſilio alterius Doctoris partibus non
ſuſpecti, & aliquando inhiberi in forma, modo quo dixi,
non obſtante, quòd ſit cauſa duarum vnciarum, & ratio
3 eſt, † quia communiter in omnibus appellationibns ap-
a pellantes dicunt de nullitate ex eiſdem actis, a quo caſu
exequutio ſuperſedetur, vt patet ex Regia pragm. 2. incip.
Magnæ Curiæ Vicariæ Ritum, de appella. & ex l. fi. C. ſi ex
falſ. cauſ. l. 1. vbi no. per Bart. C. quando prouoca. non eſt
neceſſ. Bald. & Salyc. in l. 1. C. ne liceat tertio prouoc. &
4 Imo. in c. cum Bertoldus, de re iud. in fin. † Verum tamen
eſt, quod tranſmiſſo proceſſu iudici, ad quẽ, & facta aper-
tura, iudex appellationis dat terminum ſuo arbitrio com
petentem, duorum forte, vel trium dierum ad diſcutien-
dum nullitates proceſſus, quibus diſcuſſis, & viſo, quod
non militant, prouidetur, quod eis non obſtantibus, exe-
quatur ſententia iudicis, à quo literis inhibitorialibus ex-
peditis non obſtantibus, & datur terminus ad probandũ
in cauſa principali, ſi vero militant, tunc dicitur per eum,
quod viſis actis, & diſcuſſis nullitatibus allegatis, fuit da-
tus terminus in cauſa, ad probandum tacitè interloquen-
do nullitates ſubſiſtere, vel ſub alijs verbis, & formis, illud
idem diuerſimodè per iudices decernitur. Secundo intel-
lige hunc Rit. procedere, quando ſententia continet ſum-
mam duarum vnciarum, quoad debitum principale tan-
tum, non autem computatis expenſis, ad quas victus con-
5 demnatus extitit, † quia, vt dicit Per. Rebuff. in loco præ-
allegat. artic. 16. glo. 7. nu. 3. non debet fieri coaceruatio
ad impediendam exequutionem per l. ſi idem, ff. de iuriſd.
omnium iudic. ſed ſecundum eum materia principalis cõ-
ſiderabitur ſeparatim, & materia expenſarum ſeparatim.
Et ideo ſi ſententia continet ſummam ducatorum ſex, vel
octo, aut decem, vel aliam, dummodo duas vncias non ex-
cedat, quamuis expenſæ aſcenderent ad aliam ſummam,
quæ iuncta cum principali, excederet duas vncias, exe-
quutio ipſius non impediretur, ſed Ritus iſte obſeruare-
tur, prout quotidie in practica fieri, & ſeruari videmus,
quod nota, quia quotidie euenit, & vidi dubitari. Tertio
intellige quoad debitum principale, non autem quoad
expenſas, per ea, quæ diximus ſuprà in Rit. 252. in 2. nota.
vbi quòd ſententiæ Sacri Conſilij, quæ non impediuntur
per appellationem, tamen impediuntur quoad expenſas.
Et ex hoc ſequitur, quod ſi ſentẽtia quoad debitum prin-
cipale, continet ſummam ducatorum ſex, vel octo, & quo
ad expenſas aliorum ducatorum duorum, adeo quod iun-
ctæ ſummę ſimul non excedunt ſummam duarum vncia-
rum, ſententia ſolum exequitur quoad debitum principa-
le, & quoad expenſas ſuperſedetur per appellationem,
vt ſcribit in proprijs terminis idem Rebuff. d. articu. 16.
num. 3. poſt Barto. in l. creditor, §. iuſſus, ff. de appellatio.
Bald. in l. vnic. C. ſi de momen. poſſe. & Afflict. deciſ. 77. in
fin. & ita ſeruatur, quod nota, quia vidi dubitari, immo
per aliquos imperitos iudices contrariũ prouideri. Quar-
to intellige procedere, (vt etiam Ritus met dicit) quo-
tieſcunque ſumma duarum vnciarum, fuit ciuiliter peti-
ta, ſecus ſi criminaliter, & ideo ſi ego criminaliter egi
contra aliquem de facto non excedente duas vncias, pe-
tendo eundem condemnari, prout iura volunt, & man-
dant, ac etiam ad ſummam mihi furto ſubtractam, & que-
rulatus per ſententiam condemnatus fuit criminaliter,
nec non ad ſatisfaciendum, & ſoluendum mihi querelan-
ti ſummam ipſam furto ſubtractam, puta ducatorum
decem,

ADDITIO.

a Ex eiſdem actis. Ad materiam nullitatum. Adde, ꝙ vbi
dicitur de nullitate decretorum, & ſententiarum Magnæ
Curiæ Vicariæ, ſeu cauſæ commiſſarij nullitatibus allega-
tis non militantibus ſoluitur pœna ex diſpoſitione Re-
giæ pragm. editæ per Cardinal. Granuela anno 1574 quæ
incipit. Quotidie apud nos hoc modo, videlicet à ducatis
75. infra, ducatorum ſex, à 75. ſupra, ducatorum 12. vbi ſu-
pra ſunt ſententiæ, ac decreta diffinitiua, vel diffinitiuo-
rum vim habentia. Vbi ſunt decreta interloquutoria, ſi
ſunt decreta Magnæ Curię facta verbo, eſt pœna ducato-
rum trium, ſi verò cauſæ commiſſarij domi, carlenorum
quindecim. Intelligendo hoc ſanè, vbi diceretur de nulli-
litate, pro impedienda executione, ob allegantium calum-
niam, vt in pragm. dicitur, vnde ſi diceretur de nullitate,
citra præiudicium executionis, quaſi ceſſante calumnia,
ſuccumbens forte non tenebitur ad dictam pœnam. Vbi
verò dicitur de nullitate ſententiæ, ſeu decreti Sacri Con-
ſilij à ducatis mille infra, pœna ſit ducatorum 12. à duca-
tis mille ſupra, ducatorum 90. ex diſpoſitione Reg. prag.
editæ per D. Petrum de Toleto anno 1545. quæ incipit
quamplurium, &c. confirmatæ poſtea per Don Paraſan
anno 1559. vt in pragm. 5. Regij Conſilij, quod ſimiliter
intelligi forte deberet, vbi diceretur de nullitate pro im-
pedienda executione. Et in Sacro Regio Conſilio non
auditur allegans nullitates, niſi facto prius depoſito pœ-
næ, & ita obſeruatur. C. P.

Digitized by Google

dece m, vndecim, vel duodecim, aut infra, à qua ſententia
per ipſum condemnatum appellatum extitit, exequutio
ſuperſedetur nedum quoad pœnam, verum etiam quoad
debitum, quod ciuiliter petitũ non fuit, ſed criminaliter,
& ita ſeruatur, quod nota. Ex quo etiam ſequitur, quòd ſi
dictam ſummam ciuiliter petijſſem, petendo ipſum ſolum
condemnari ad eam, nulla facta mentione de actione cri-
minali, quamuis ex delicto deſcenderet, ſententia per ap-
pellationem non impediretur, quia ſat eſt, quod ſumma
in ea contenta non excedat duas vncias, & ciuiliter petita
6 ſit, vt Rit. noſter dicit. † Adde huic Rit. duos alios caſus,
in quibus non admittitur appellatio ad effectum retardan
dæ exequutionis: Primus eſt, quem nouiter ſtatuit Illu-
ſtriſſimus Dux de Alcala huius Regni Vicerex, in ſuis no-
uiſſimis pragm. in reformationibus Sacri Conſilij, pragm.
3. §. quod vero, de offic. Sacri Conſil. vbi prouiſum eſt,
quod ſententiæ Magnæ Curiæ à ducatis cẽtum quinqua-
ginta infra habeant exequutionem paratam, præſtita
cautione de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, quemad-
modum in ſententijs Sacri Conſilij diximus ſupra in Rit.
252. quæſt. 1. Intelligendo tamen, ne erres, quod propter
dictam nouiſſimam pragm. non ſit ſublatus iſte Ritus, & ſi
ſententia Magnæ Curiæ eſt infra duas vncias, mandabitur
exequutioni ſine cautione prædicta de reſtituẽdo, quem-
admodum diſponit iſte Rit. qui nihil de cautione dicit,
quod no. pro d. pragm. Secundus eſt, quem alias Rex Fer-
dinandus Primus ſtatuerat, & quia per deſuetudinem nõ
ſeruabatur, idem Dominus Vicerex in eiſdem reformatio-
nibus Sacri Conſil. d. pragm. 3. eod. §. quod vero renoua-
uit, vbi quod à duabus ſententijs conformibus latis per
quoſcunque iudices, & poſtmodum à Magna Curia con-
firmatis à viginti quinq; vncijs infra, non appellatur, niſi
facta prius exequutione, & præſtita cautione prædicta. Et
idem etiam ſi illæ duæ ſententiæ conformes eſſent latæ
per ipſam Magnam Curiam, vt latius ex d. prag. eſt vide-
re. Alios caſus, in quibus appellatio non admittitur, vide
remiſſiuè infra in Rit. 259. in fin.

7 ¶ † Quæro primo in hoc Rit. quid ſi ſententia excedit
duas vncias in modica quantitate, nunquid impedietur
exequutio? Pet. Rebuff. in d. tract. art. 1. glo. 5. in prin. in
proprijs terminis ſimilis conſtitutionis, dicit quod ſic,
etiam ſi in vno obolo per l. 2. & ea, quæ ibi no. Doct. C. de
reſcind. vend. & gloſ. in cap. cum cauſa, de empt. vbi quod
venditio vltra dimidiam, reſcinditur, etiam ſi in minimo
excedit.

8 ¶ † Secundo quæro eadem quæſt. retenta, nunquid ſal-
tim pro ſumma duarum vnciarum poterit exequi, idem
Rebuff. ibid. num. 5. & gloſſ. ſeq. num. 3. in fin. dicit, quòd
9 non, † quia ſententia eſt indiuidua, l. in hoc iudicio, ff.
famil. herciſc. item quia poſtquam excedit ſummam, non
habet exequutionem per hunc Rit. & ita dicit fuiſſe iudi-
catum in Senatu, licet vidiſſet dubitari, per reg. vtile, de
regu. iur. in 6.

10 ¶ † Tertio quæro, pone, quod aliquis debet conſequi
ab alio ſex vncias pro locatione forte ſibi facta de aliqua
domo, pro tribus annis, & lite agitata, conuentus vnica
ſententia fuit condemnatus, nunquid non obſtante ap-
pellatione, ſententia exequetur? Rebuff. in eod. loco dicit,
quod ſi actor in petitione diſtinxit annos, videlicet duas
vncias pro quolibet, ſententia mandabitur exequutioni,
quia cenſentur tot ſententiæ, quot ſunt anni, & etiam to-
tidem ſtipulationes, l. pluribus, ff. de verb. oblig. l. ſanci-
mus, §. ſi quis autem, C. de donatio. Barba. conſi. 9. col. 1.
vol. 3. & Iaſ. conſ. 87. in præſenti vol. 3. & pro hoc tex. in
l. ſi idem, cum ibi not. per Doct. ff. de dona. alias ſi ſimpli-
citer fuiſſent petitæ ex cauſa locationis, non eſſet niſi vni-
ca ſententia, quod not.

11 ¶ † Quarto quæro in hoc Rit. quid ſi quis fuerit con-
demnatus vnica ſententia pro vna cauſa ad decem, pro
alia ad octo, nunquid talis ſententia exequetur? Petr. Re-
buff. in eod. tract. artic. 12. glo. 1. verſ. quæro quid, mouet
12 hanc quæſtio. † & dicit, quod tot ſunt ſententiæ, quot
ſunt capitula, l. ſcire debemus, ff. de verbor. obligat. & l.
13 quid tamen, in princip. ff. de arbit. † item quia non debet
fieri coaceruatio, quando impediretur iuriſdictio, dict. l. ſi
idem, ff. de iuriſd. omn. iud. & l. maiorem, cum l. ſequen. ff.
de pact. licet ſecus, quando faueretur iuriſdictioni, l. ſi
quis ſeparatim, §. 1. ff. de appella. not. Barto. in l. vbi fide-
iuſſor, ff. de ſolutio. Alex. conſ. 113. viſo themate, & conſi.
97. volum. 6. & Deci. conſ. 344. & pro hoc etiam, quæ di-
ximus in præceden. quæſt. Salerni, die 24. Decembris.
1559. Proſper Carauita.

RITVS CCLVIII.

a ITem non appellatur *a* ab omnibus ſenten-
tijs abſolutorijs latis per ipſam Curiam ex
mero officio, vel ex denunciatione criminaliter
procedendo.

ADDITIO.

a Item non appellatur. Adde ad materiam huius Ritus,
per hunc Ritum probari fiſcum non habere appellatio-
nem, idemque probari in Ritu, vbi vero infra num. 261.
licet habeat recurſũ, qui ſpecies quædã eſt appellationis,
l. nõ diſtinguemus, §. cum quidam, ff. de recep. arbitr. ſicq;
hodie practicatur, & vide Capyc. deciſ. 137. in fin. & de-
ciſ. 144. & Grammat. deciſ. 15. per quem tex. nos apud in-
quiſitores Regni Siciliæ, in cauſa recurſus conceſſi aduer-
ſus ſententias latas per M. Pignonem Commiſſarium
delegatum appellatione remota contra Auguſtinum Gi-
ſulfum, & Ioannem Sollema, obtinuimus, omnia attenta
poſt reclamationem in priſtinum reduci, vt diximus in
tracta. de commer. magiſtratibus, aut velit. aut permiſs.
capitu. 22. C. P.

SVMMARIVM.

1 *A ſententijs abſolutorijs in criminalibus, quando non appelletur, & ratio quare.*
2 *Fiſcus nullo iure reperitur prohibitus appellare.*
3 *Appellatio, & repulſa in criminalibus denegatur fiſco, & quare.*
4 *Terminus ad pignus probandum, fiſco denegatur. Hoc idem & mulieribus.*
5 *Fiſco grauato qualiter in Regno ſuccurratur.*

1 NOt. ex hoc Rit. † quod à ſententijs abſolutorijs la-
tis in criminalibus, non appellatur, ſi ex mero offi-
cio, vel denunciatione proceſſum fuit, vt etiam dicitur in-
fra in Rit. 261. qui concordat cum iſto, & per Maranr. in
pract. par. 6. in verſ. appellatio, limit. 22. num. 328. in nou.
vbi hunc Rit. allegat, & licet per c. Regn. plerunq; aliter
in hoc fuerit prouiſum, illud cap. in pract. non ſeruatur,
(vt omnibus eſt clarum) & Io. Ant. de Nigr. ibid. atteſta-
tur. Ratio iſtius Rit. eſt, quia cum ex officio, vel denuncia-
tione proceditur, non adeſt pars offenſa, & querulans,
quę læſa poſſit appellare, ſed ſolum fiſcus, cui placuit huic
Reginæ appellationẽ non dare, de iure tñ Inn. & Abb. in
c. cum clamor, extra de teſtib. videntur tenere cõtrarium,
2 & idem Par. in tract. ſynd. in verſ. condemnatio, † vbi in-
quit, quod fiſcus nullo iure reperitur prohibitus appella-
re, ſed iſtud in Regno nullam habet difficultatem, per hũc
Rit. & alium præallegatum, & alias in facti contingentia,
cum de hoc fiſci aduocatus vellet contendere, ita fuit de-
ciſum contra fiſcum in Sacr. Conſi. vt ſcribit Gram. deciſ.
14. in fin. Amplia hunc Ritum per eandem rationẽ, quam
dixi, procedere etiam in omnibus decretis, quæ non tra-
ctant de abſolutione, ſed de alijs, quæ ſunt contra fiſcum,
vt puta, ſi decernitur ipſum inquiſitum remittendum ad
ſuum domiciliũ, vel quid ſimile, & ita ſeruatur, quod not.

Scias

Digitized by Google

Scias tamen, quod his non obſtantibus, quia fiſci priuilegium, ad multa ſe extendit, multoties vidi, quòd ad eius inſtantiam, reclamante Aduocato fiſcali in Coll. Conſil. ſententię, & decreta contra ipſum lata, fuerũt retractata, ꝙ quidem videtur accedere diſpoſitioni d. cap. plerunq;. Immo non ſunt multi dies, quòd lato decreto in hac Regia Audientia Principatus citra, contra Illuſt. Comitem Contiæ, quod quædam cauſa ſuorum vaſſallorum remaneret in ipſo Tribunali, & ad eũ nõ remitteretur, referẽte Domino Mario Papæ ipſius Audiẽtiæ Auditore, ſed poſtmodum reuocato per Magnam Curiam, necnon per Sacrum Regium Conſilium, ad quod fuerat per alteram partem appellatum, cum à Sacr. Conſ. non eſſet appellationis remedium, vt ſupra dixi in Rit. 252. in 1. queſt. idem Auditor videns punctum ſibi præiudicialem, fuiſſe reuocatũ, Illuſtriſs. Domino Proregi ſignificauit, quo vocato ad referendam cauſam, ac etiam vocata Magna Curia, & Sacro Conſil. factaq; ipſius relatione coram ipſo D. Prorege, & Coll. Conſil. fuit decretum Magnę Curiæ, & Sacri Conſilij certo modo reformatum, & ordinatum, quod carcerati ad Magnam Curiam tranſmitterentur, prout tranſ-
3 miſſi fuerunt, quod no.† Et adde, quod nedum appellatio in criminalibus denegatur fiſco, verum etiam repulſa, vt dicit Par. in tract. ſyndic. in verſ. inquiſitio, col. 1. & ita ſeruatur, ſed non credas repulſam fiſco denegari, ob beneficium inquiſitorum, ſed ipſiuſmet, quia loco repulſæ habet interrogatoria, cum teſtes examinantur, & (vt vera fatear) in Magna Curia præſertim, & Audientijs Regijs, vbi Aduocati fiſcales, aut procuratores interſunt examini potius vellent ſibi concedi repulſam ſuo loco, quam interrogatoria, quia multi inquiſiti, qui periclitantur, vna cum teſtibus, ob terrorem, & metum, qui in examine eis infertur, non periclitarentur, (ſcio, quod loquor) & ex-
4 perti credent mihi. † Item denegatur fiſco in criminalibus terminus ad pinguius probandum, prout etiam & mulieribus denegatur, vt ſcribit Barba. in clem. 1. col. 11. in fi. verſ. ſecundo niſi, de teſtib. Fel. in c. fraternitatis, col. 5. verſ. fallit tertio, extra eod. tit. Afflic. in conſt. Regn. obſcuritatem, col. 3. in fi. & Io. Ant. de Nig. in d. c. plerunque. Vltimo denegatur ſibi terminus ad examinari faciendũ per diſpoſitionem Rit. Magnæ Curiæ ſupra in Rit. 90. de
* quo vide quæ ibi latius dixi. * Vnum tamen aduerte
5 † quod licet fiſcus non habeat appellationem, ſed tantum reclamationẽ ad D. Proregem, vt ſupra dixi, tamen quando euenit, ꝙ Aduocatus fiſcalis alicuius Regię Audientię ſẽtit ſe grauatum de aliqua prouiſione expedita à Magna Curia ipſi Regiæ Audientiæ, vel quod Magna Curia reuocauerit aliquod decretum latum à Regia Audientia, & ob id clare cognoſcat præiudicium fieri Regio fiſco, ſeruatur in prac. quod pro eius parte detur ſupplicatio Pręſidenti Sacri Conſ. per quem ordinatur relationem fieri per Magnam Curiam ipſi Sacro Conſil. coram quo facta relatione, & audito in ea Aduocato à Regia Curia ſalariato pro defenſione cauſarum Regiæ Audientiæ, reuocatur id, quod per Magnam Curiam prouiſum, vel decretũ fuerat, vel reformatur, & aliquando remittitur ad eandem Magn. Cur. prout iuris fuerit, & ita quotidie in occurrentibus cauſis tempore meo ſeruaui in hac Regia Audiẽtia Prouinciarum Principatus citra, & Baſilicatæ. Salerni, die 24. Decemb. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCLIX.

Item non appellatur vigore certarum Regionalium literarum à ſententia condemnatoria lata contra homicidam. Item non appellatur in ipſa Curia à tormentis aliquibus pro delictis, de quibus loquitur obſeruantia proxima præcedens. Item non appellatur à decreto ipſius
2 Curiæ ciuili, a vel criminali. Item non appellatur ab omnibus caſibus, à quibus prohibetur appellari de iure communi, & capitulorum, & conſtitu. Regni.

ADDITIO.

a Curiæ ciuili. Adde, ꝙ vulgo dicitur eſſe Ritum Magnæ Curiæ Vicarię, ꝙ à decreto ſuper aſſiſtentia affirmatiuo nõ appelletur, cuius meminit Regia prag. Magnæ Curiæ Vicariæ Ritum, per quam declaratur procedere, quoad effectum non retardandę executionis tantum, meminit etiam Afflic. deciſ. 261. & eſt in viridi obſeruantia. Hunc Ritum ego nunquam inuenire potui, & quamuis Carauita hic nu. 16. dicat, eſſe hunc Ritum, in illis verbis, à decreto ipſius Curiæ ciuili, ipſe tamen non video quomodo his verbis hoc ſignificari poſſit. Vtcunque autem ſit, eſſe Ritum negari non poteſt, poſtquam ita ipſum affirmat, & declarat Rex Ferdinandus in d. pragm. Magnæ Curię, &c. pro quo vide etiam Afflic. deciſ. 356. Adde etiam, ꝙ huiuſmodi Ritus procedit etiam contra tertium poſſeſſorẽ abſque excuſſione principalis, accedente obligatione bonorum cum conſtituto, & pręcario per pragm. Regn. Aſſiſtentiam, & videatur Afflict. deciſ. 139. & 383. & in omnibus Vrſill. in addit. Guid. Pap. q. 332. Capyc. deciſ. 54. Gramm. deciſ. 103. & adde, quòd huiuſmodi Ritus ſeruari debet, prout ſeruantur in ſententijs omnium Curiarum Regni, licet aliqui aduocati abſque vlla ratione, & minus benè tentauerint, reſtringi debere quoad decreta, & ſententias Magnæ Curię Vicarię tantum, quod nullo modo defendi poteſt, vt nos plene probauimus in noſtris allegationibus pro Reuerendo D. Andrea de Vigilijs, contra Horatium de Vigilijs. C. P.

SVMMARIVM.

1 *A ſententia contra homicidam lata, an liceat appellari? cum ampliat. & limitat.*
2 *Omnis appellatio regulariter recipienda.*
3 *Condemnatus, conuictus, & confeſſus appellans, non audiendus in Regno.*
4 *Sententia Principis ex iracundia lata, pro quanto tempore ſit differenda exequutio.*
5 *Sententia lata in prægnantem, exequutio differtur poſt partum. Quod differtur etiam per defectum nutricis, ibidem.*
6 *Lex non tollitur per non vſum, ſed per contrarium vſum.*
7 *Hominis ſummæ peritiæ condemnati, differtur executio, donec Princeps conſulatur.*
8 *Cardinalis cum ſe obuiam facit ei, qui ad ſupplicium ducitur, liberandi eum à morte poteſtatem habet cum pileo ſuo.*
9 *A tormentis, ideſt à pronunciatione, ſiue decreto lato quem eſſe torquendum, an appelletur?*
10 *Præeminentia Magn. Cur. conſiſtit in poteſtate torquendi ex proceſſu informatiuo, & ibi habet quomodo extenſa ſit ad iuſtitiarios prouinciarum.*
11 *Practica, quod à decreto de torquẽdo, appellatio admittatur, & ſuperſedeatur in tortura, iuri communi eſt conformis.*
12 *Appellatio ab interloquutoria manus iudicis non ligat regulariter.*
13 *Grauamen irreparabile eſt de torquendo.*
14 *Tortura aliquando ad eruendã reſponſionem infertur.*
15 *Tortura pro quibus delictis inferri poſſit, remiſſiuè.*
16 *Appellatio à decretis ciuilibus, vel criminalibus Magnæ Cur. quando admittatur.*
17 *Appellationem a cauſis criminalibus Magnæ Cu-*

Digitized by Google

ria, non retardare exequutionem. Intellige de vltra Farum.

18 *Caſus, in quibus de iure appellatio nō admittitur, remiſſiuè*

19 *Interloquutoria quo caſu habeat effectum ligandi manus iudicis.*

1 NOta ex hoc Rit. † quod à ſententia lata contra ho-
micidam, non appellatur, & idem per hunc Rit. fir-
mat Gram. in vol. 2. nu. 8. Cauenſ. hic, & Carre. in pract. in
l. obſeruare curabis, in prin. num. 21. ver. in hoc, & Cępol.
conſ. crim. 31. quidam ruſtici Vicentini, col. 9. dicit, ꝙ per
totam Italiam communiter prouiſum eſt per ſtatuta ter-
rarum, ꝙ à ſententijs capitalibus non liceat appellare, ſed
diſpoſitio iſtius Rit. in hoc eſt correcta per alium Rit. inf.
261. vbi generaliter diſponitur, quod in quacunque ſentē-
tia condemnatoria ſi fuerit appellatum ab ea, ſeruetur ius
commune, conſtitutiones, & c. Regni. miror, ꝙ Gram. in
voc. præalleg. & alij præalleg. Doctor. dum allegant hunc
Rit. nihil dixerint de illo, niſi velint fortè dicere, ꝙ ille
Rit. non loquatur de ſententia lata contra homicidam, &
credo, ꝙ iſta fuerit eorum opin. quæ ſi ita eſt, non poteſt
procedere abſq; magna ipſius Rit. violentia, cum genera-
liter loquatur, & quando ita eſſet (prout ego non teneo)
2 in pract. non ſeruatur iſte Rit. ſed ius commune, † volens
regulariter omnem appellationem recipi debere, vt dixi
plene ſupra in Rit. 236. in princ. ſicq; etiam dicit ſeruari
in Regn. Franc. Pet. Rebuff. in comment. conſt. Franc. in
tract. de appell. art. 7. gl. 2. verſ. ſecundus caſus, nu. 12. vol.
3 3. verum tamen eſt, † quod ſi condemnatus eſt conuictus,
& confeſſus, non auditur appellans in hoc Regno, iuxta
tex. in l. 2. C. quor. appell. non recipian. Et ideo videmus
quod cum appellatur a ſententijs capitalibus ab Audien-
tijs Regijs, & alijs Curijs ad Magnam Curiā, ipſa Magna
Curia cū expedit prouiſiones inhibitoriales, multoties di
cit, verum ſi fuerit conuictus, & confeſſus, non audiatur
appellās, vt ego vidi multoties Magnam Curiam ita ſcri-
pſiſſe in prouiſionibus, quod nota. Amplia, quod dixi, ſen-
tentiam criminalem condemnatoriam, à qua appellatum
extitit, non poſſe exequi, niſi in caſu quem dixi procedere
etiam ſi appellatum non eſſet: ſi tamen durarent decem
dies dati ad appellandum, vt dicit Bar. in l. qui vltimo, in
fin. ff. de pœn. & in l. ad dictos. C. de appell. per l. 1. circa
princ. iuncta ibi gloſſ. ff. nihil noua. appella. pend & idem
Abb. in cap. cum ſit Romana, 6. nota. extra de appell. &
licet dicat Barto. in d. l. qui vltimo, in fin. verſ. quod de
conſuetudine non ſeruatur, & illi decem dies non ex-
pectantur, talis conſuetudo ſeruabitur vbi eſt, & vbi
non, ſeruatur ius commune, prout in Regno ipſum ſer-
uamus. Limita primo, quod dixi ſententiam condemna-
toriam non obſtante appellatione, exequi poſſe, vbi in-
quiſitus eſſet conuictus, & confeſſus, non procedere ſe-
cundum Specul. in tit. de exequu. ſententiæ, §. videndum,
nu. 2. & Aret. inſt. de offi. iud. & ſi in rem, vbicunque talis
4 ſententia ex reſcripto † Principis, ex iracundia moti, eſſet
lata contra debitum, quoniam tunc per triginta dies exe-
quutio eſſet differenda, vt interim ratione corrigatur, qđ
furore promulgatum eſt, c. cum apud, 11. q. 3. & l. ſi vcu-
dicati. C. de pœn. vbi Salyc. ponit rationem, & idem Cæ-
5 pol. caut. 2. nu. 5. ¶ † Secundo limita, vbicunque lata eſſet
contra mulierem prægnantem, quoniam tunc donec pa-
riat, exequutio differri debet, l. prægnantis, vbi etiam Bar.
ff. de pęn. Salyc. in l. cum reis, C. de pęn. vbi rationem aſſi-
gnat, & Hipp. in l. edictū, nu. 17. cum ſeq. ff. de quæſt. vbi
hoc ampliat poſt Io. de Anan. in c. intelleximus, de his, qui
filios occide. vt procedat etiam poſtquam pepererit, ſi non
reperitur nutrix puero propter defectum nutricis, ſecus
ſi propter defectum pecuniæ, quia tunc de publico ſolue-
retur, ne exequutio impediretur, vt dicit Cępol. in d. caut.
2. nu. 20. ver. ſed dubium. Tertio limita, vt dicit Salyc. in d.
l. cum reis, vbicunq; aliqua adminiſtrationis ratio eſt red-
denda per condemnatum, per l. 1. C. de bon. proſcripto. &
idem Rom. in l. Pomponius ſcribit, ff. fam. hercisc. & licet
ipſe ibi. & Angel. in d. l. 1. dicant, quòd de conſuetudine
non ſeruant iudices: tamen vt Cępoll. dicit in præalleg.
caute. nu. 3. verſ. ſi vis, de iure ita eſt, & de conſuetudine
6 non ſeruatur, quia non petitur, † & lex non tollitur per
non vſum, ſed per contrarium vſum, vt dicit glo. in l. de
quibus. ff. de legi. & ego alias dixi ſuper his Ritibus. Quar
to limita, quoties inſula, ad quam inquiſitus condemna-
tus extitit, per Principem eſt eligenda, & pro hoc bona
gl. in d. c. cum apud, & Guliel. Bened. in repęt. c. Raynu-
tius, in ver. mortuo itaque teſtatore, lo 1. nu. 268. verſic.
7 quarto de teſtamen. † Quinto limita in caſu l. ad beſtias,
ff. de pęnis. vbi propter ſummam condemnari peritiam
populo petente gratiam, Princeps eſt conſulendus, Rom.
ſing. 726. poteſtas, Hippo. in pract. §. opportune. col. 2. &
Cępol. d. caute. nu. 1. Sexto limita, quando condemnatus
accuſaretur de alio maiori delicto, ex quo grauior pœna
ei veniret imponenda, l. 1. §. fi. ff. nihil noua. appella. pen-
den. & no. per Bal. in l. 2. in fi. ff. de cuſto. reorum, Roman.
ſingu. 566. ſuſcipe vnam cautelam, Fely. in cap. quærenti,
col. 3. Guliel. Bened. in d. c. loc. prçalleg. & Carre. in pract.
§. circa, nu. 88. quod nota, quia multoties euenit, & non
ſunt multi dies, quod quidam condemnatus per Regiam
Audientiam Principatus citra ad remigandum, per trien-
nium in Regijs triremibus, cum eſſet inquiſitus coram Ba
rone ſuo de delicto capitali, non fuit tranſmiſſus ad trire-
mès, vt expectaretur exitus alterius cauſæ. Septimo limi-
ta, quotieſcunq, teſtes, ex quorū depoſitionibus fuit reus
cōdemnatus, accuſantur, ꝙ corrupti falſum depoſuerint;
vt dicit Salic. in l. ſi docueris, C. de falſ. & faciunt no. per
gl. & Abb. in c. licet cauſam, de prob. Aduerte tamen circa
iſtam limit. quia bene poſſet procedere, quotieſcunq; ap-
pellatio non admittitur, quia ſumus in caſibus nota. per
gloſſ. in d. l. obſeruare, ſecus ſi eſſemus in caſu ipſius le-
gis obſeruare, & ſic in conuicto, & confeſſo, quoniā tunc
cum vltra teſtes adſit confeſſio inquiſiti, non poteſt tra-
ctari de reuocanda ſententia, quæ nedum propter teſtes
lata fuit: verum etiam propter confeſſionē, quod no. ſub-
limita tamen iſtam limit. non procedere vbicunq; vltra
teſtes accuſatos, eſſent alij, ex quibus poſſet ſequi cōdem-
natio, vt dicit Bal. in l. 1. iuncta gl. C. de quęſt. Cępol. in d.
caute. in fi. & Capyc. deciſ. 25. num. 3. Secundo ſublimita,
niſi talis accuſatio fieret malitioſa, & de malitia conſtaret
apertè, vt dicit Bald. in l. 1. col. fin. C. qui accuſ. non poſſ.
Cępol. & Capyc. vbi ſupra. Tertio ſublimita ſecun-
dum Bald. & Capyc. ibid. niſi talis accuſans nimium ſe
arctaſſet: puta, poſt concluſionem in cauſa, vt etiam re-
8 fert, & ſequitur Carre. in d. §. num. 90. † Octauo limita
vbicunque taliter condemnatus cum duceretur ad ſup-
plicium, obuiam faceret alicui Cardinali, quoniam tunc
Cardinales habent hoc priuilegium, vt liberent condem-
natum à morte: ſi ei obuiam facerent, vt dicit Bald. in d.
l. ad dictos, C. de appell. & Paul. de Caſtr. ibi, qui id ve-
rum dicit, ſi cum obuiam faciunt condemnato pileum in
eius capite imponunt, idem Cępol. in d. caute. in princip.
Nono limita quotieſcunque condemnatus poſt ſententiā
factus eſſet furioſus, vt dicit Bald. & Aluar. in c. 1. an ille,
qui interfecit fratrem domini, Alex. ad Bar. in l. Fulcinius
ff. de eo, qui mitt. in poſſ. cauſa rei ſerua. niſi ſecundum
Cæpol. in d. caute. nu. 7. verſ. eſt & alia, & Carre. in pract.
§. circa, nu. 89. id fieret ſimulatè, & de hoc appareret, per
tex. in l. obſeruare, C. de cura. furi. & l. diuus, ff. de off. prę-
ſid. item niſi culpa ſua factus eſſet furioſus, vt dicit Card.
in clemen. 1. quæſt. 6. de homicid. quem refert, & ſequitur
Carre. in d. §. num. 89.

9 ¶ † Secundo not. ex hoc Rit. quod à tormentis non
appellatur, ideſt, à pronūciatione, ſiue decreto lato, quod
inquiſitus torqueatur, nam iudex antequam reum tor-
mentis exponat, debet ſuper hoc pronunciare, ſiue decer-
nere, vt dicit Bru. in tracta. de indit. & tortur. 5. quæſtio.
princip. num. 13 & Hippol. in l. 1. num. 9. verſ. & ſubdit,
ff. de quæſtio. Diſpoſitio iſtius Ritus ſeruatur in decreto
lato

Digitized by Google

lato de torquendo vigore præeminentiæ Magnæ Curiæ
9 Vicariæ a † nam cum illa præeminentia conſiſtat in
10 poteſtate torquendi ex proceſſu informatiuo, non obſeruatis capitulis Regni, ac iuris ordine prætermiſſo, vt patet ex cap. Reg. in accuſatis, cap. tormentis, cap. iuris cenſura, & cap. ſi cum ſceleratis, ex quorum diſpoſitione colligitur ipſa præeminentia, vt dicit Par. in tract. ſynd. in verſ. tortura, §. & an ſi quis dixerit, num. 8. & Grammat. not. 3. num. 28. de appellatione, quæ iuris eſt remedium non conuenit tractari, tanto magis, quia d. cap. ſi cum ſceleratis, in ſpecie tollit appellationes, vt patet ex eo. & ideo licet miles appellet inquiſitus, quando in Camera cordæ interponitur decretum, & infertur tortura de præeminentia, tali appellationi non defertur, ſed ea non obſtante torquetur, & ita ſeruat Magna Curia, & Audientiæ Regiæ in prouincijs, & licet Par. & Gramm. in locis præalleg. dicant, quod ſola Magna Curia habet hanc præeminentiam, & quod iudices inferiores debent ab ea abſtinere: tamen ex communi obſeruantia dilatata eſt etiã ad ipſas Regias Audientias, verum aliquæ quolibet ſemeſtri obtinent eam per literas à Coll. Conſ. & aliquæ ex longo tempore vſu quæſierunt eam, adeo quod pro dictis litteris nunquam mittunt, & illæ Audientiæ, quæ ſolitæ ſunt mittere, adhuc parum curant de licentia, tanquã certæ de ea, quia paſſim, & ſemper conceduntur litteræ: adeò quòd videtur potius quid ſuperfluum, quam neceſſarium. * Nouiter tamen & poſt hæc ſcripta, præeminentia Magnæ Curiæ conceſſa eſt Iuſtitiarijs prouinciarum per annum cum comminatione, quod circa finem anni procurare habeant prorogationem ipſius, & alias ea vti non poſſint lapſo anno, & prorogatione non impetrata, vt in pragm. fin. in tit. de offic. magiſtri iuſtit. ſed quando tale decretum de torquendo, interponitur factis defenſionibus per inquiſitum, ac publicatione in cauſa, ſicq; legitimato proceſſu, iſte Rit. non ſeruatur in pract. ſi ab ipſo decreto appellaretur, ſed ſeruatur diſpoſitio c. Regn. qđ incip. ſi iuſtè, vt ſi iuſtè appelletur, recipiatur appellatio: ſi vero iniuſtè, minimè, & tandẽ, quia periculoſum eſt torquere, vbi torquendus appellat, ex quo eſſe poteſt, vt qđ ſibi iuſtum, vel iniuſtum videtur, aliter appareat iudici, ad quẽ cõiter ſeruatur, quod appellatio recipitur à decreto de torquendo, lato poſt factas defenſiones, & ideo Ioan. Ant. de Nigr. in d. c. ſi iuſtè, nu. 36. ver. & licet, dicit, ꝙ cautius agit iudex, ſi ſtante appellatione ſuperſedet, ne periculo ſe exponat. Aliqui tñ iudices Baronum, qui volunt apparere fiſcales, & criminaliſtæ, (& quos videmus poſtea à ſyndicatu aufugere) aliter faciunt, & quandoq; appellationi deferunt, quandoq; non, & ipſimet diſcernunt ſi iuſtè, vel iniuſtè appelletur, ſed vt dixi, prima pract. eſt melior, & magis frequẽtatur propter periculum, cũ quot
b capita, tot ſententiæ, b † & iſta pract. quod appellatio à
11 decreto de torquendo admittatur, & in tortura ſuperſedeatur, eſt conformis iuri communi, vt dicunt Bar. & Bal. in l. 2. C. quor. appella. non reci. Bald. in l. ſi quis prouocatione, & l. eos, C. de appell. & in l. ante ſententiã, C. quor. appell. non recip. Iſer. in tit. quæ ſint rega. in verſ. maieſtatis, & in conſtit. Regn. intẽtionis, Fely. in c. ſuam ſuper, col. pen. de re iud. & in c. ſignificauerunt, col. fi. de except. Brun. in loco præalleg. Napoda. in d. c. ſi iuſtè, nu. 15. ver. & ex tex. & Hippo. in pract. §. expedita, nu. 70. Quæ quidem appellationis admiſſio intelligitur etiam antequam
12 per iudicem ad quem inhibeatur. † nam licet regulariter appellatio ab interloquutoria nõ liget manus iudicis, niſi à ſuperiore ligẽtur, vt in c. non ſolum, de appell. in 6. tamẽ
13 illud limitatur nõ procedere in ea interloquutoria † quę infert grauamen irreparabile, vt iſta de torquẽdo, vt dicit Bal. in rub. C. commina. vel epiſto. Iaſ. in l. 1. col. 10. num. 73. verſ. ſecundo adde, ff. de offic. eius, Brun. in loco ſupra alleg. nu. 14. & Guid. Pap. deciſ. 74. Amplia prædicta, quæ dixi de recipienda appellatione interpoſita à decreto de
14 torquendo, procedere etiã † ſi tortura inferatur ad eruẽdam reſponſionem, vt quando accuſatus nõ vult reſpondere negatiuè, nec affirmatiuè, iuxta practic. quam tradit Bal. in l. ſi accuſationem, col. fi. C. qui accuſ. nõ poſſ. Brun. in d. tract. de iudi. 5. q. prin. nu. 4. & Capyc. deciſ. 145. nam cum d. c. ſi iuſtè, & Doct. preall. generaliter loquantur de appellatione recipienda à tali decreto, generaliter debent intelligi, & ſic ſiue inferatur ad eruendam confeſſionem, ſiue reſponſionem, tanto magis, quia vtroq; caſu tale decretum tractat de actu irretractabili, & propterea militat eadem ratio, quod not. in pract. Secundo amplia, nedum quando appellatur à decreto, verum etiam à comminatione facta de torquẽdo, vt dicit Brun. in tract. præal. 5. q. prin. nu. 14. per glo. in c. cum in contemplatione, de reg. iur. & idem Guid. Pap. deciſ. 136. nu. 15. verſ. ſeptimo, & ſicut diximus ligari manus iudicis per appellationem à decreto de torquendo: ita etiam ligantur per appellationem à comminatione, vt per Brun. ibid. & ita ſeruatur, & practicatur quotidie.

15 ¶ † Tertio not. ibi, pro delictis, ꝙ tortura non poteſt inferri in omnibus delictis, ſed ſolum in illis, de quibus loquitur proxima obſeruantia, ſed quia talis obſeruãtia hic non adeſt: ſi vis ſcire in quibus caſibus tortura locum habeat, vide quæ dixi ſupra in Rit. 41. in 2. not.

16 ¶ † Quarto not. ibi, item non appellatur à decreto, ꝙ appellatio non admittitur à decretis ciuilibus, vel criminalibus ipſius Magnæ Curię, quoad decreta ciuilia, ſeruatur ſi ea fuerint affirmatiua, vt dicit Afflic. deciſ. 261. c vbi
c talia decreta omnia enumerat. Intellige tamen, quod dicitur, quod non appellatur procedere quoad effectum retardandæ exequutionis, quia facta exequutione decreti, appellatio interpoſita iuſtificari & proſequi poteſt, vt patet ex Regia pragm. 2. quæ incip. Magnæ Curiæ Vicariæ Ritum in tit. de appella. & Afflic. in præalleg. deciſ. quo vero ad decreta criminalia, ſi ea fuerint abſolutoria, vel contra fiſcum bene ſeruatur, vt dixi latius ſupra in Rit. 258. Si vero fuerint condemnatoria, vel alias contra partes, ſeruatur in omnibus diſpoſitio iuris communis per Rit. inf. 261. qui corrigit illum, & ita ſe habet communis pract. in toto Regno, & licet Capyc. deciſ. 137. num. 17. in fin. &
17 deciſio. 144. in princ. ſimpliciter, & abſolutè dicat † Magnam Curiam habere hanc præeminentiam, quod appellatio à cauſis ſuis criminalibus non retardat exequutionem, tamen ipſe loquitur de Magna Curia Regni Siciliæ vltra Farum, non autem iſtius Regni, vt videri poteſt in d. deciſ. 144. vbi allegat Rit. illius Curiæ, licet Cauenſ. hic videatur tenere, (dum allegat Capyc. in d. deciſ. 144.) qđ Capy. ibi loquatur de Magna Curia huius Regni, & quãdo de noſtra Magna Curia loqueretur, pract. hodie ſeruat aliter, vt dixi ſupra.

18 ¶ † Quinto, & vltimo no. in fi. Rit. quod appellatio nõ admittitur in hoc Regno, in illis caſibus, in quibus de iure admitti nõ debet; qui tamen ſint iſti caſus, vide latè, & pulchrè per Specul. in tit. de appell. §. in quibus autẽ caſibus, Soc. in Regu. 24. vbi trigintaduos enumerat Marant. in pract. par. 6. in verſ. venio ad ſecundum membrum, nu. 280. in nou. vbi treſdecim alios ponit Ant. Micell. in concordijs Gloſſarum iuris ciuil. & can. concordia ſexta, Bernard. Diaz regula 35. & Petr. Rebuff. in commen. conſtit.
* Franc. in tracta. de appella. art. 7. gloſſ. 2. vol. 3. * Scias ta-
19 mẽ, † quod licet inter alios caſus, in quibus nõ admittitur

ADDITIONES.

a Vicariæ. Quid ſit hæc præeminentia, quare ſic appellata, à quo primum introducta, quomodo ad Magnam Curiam Vicariæ manauit, in quibus criminibus locum habeat, contra quos, quæ ad eam requirantur, & quæ ipſam ceſſare faciant, nos latiſſimè demonſtrauimus in tract. ad arbitrium Magnæ Cur. Vic. C. P.

b Sententiæ, vt in l. quia poterant, ff. ad Senatuſcon. Trebell. C. P.

c Deciſ. 261. Adde, quæ diximus ſupra ad tex. huius Ritus ver. Curiæ ciuili. C. P.

Digitized by Google

tur appellatio, vt ligentur manus iudicis eſt, vbi ſumus in interloquutoria, vt per Doct. prædalleg. in dictis locis, & vt etiam ſupra dictum fuit in 2. no. Tamen quando interloquutoria eſt lata ſuper declinatoria iuriſdictione, declarando iudex ſe eſſe competentem, & prouidendo cauſam coram ipſo remanendam, tali caſu ſi appelletur, iudex nõ debet ad vlteriora procedere in cauſa principali, vt ſcribit not. Curt. iun. in conſ. 124. Sacratiſſime num. 13. & Rebuff. in tract. de ſenten. exequutio. art. 3. gloſ. 2. in prin. & artic. 9. gloſſ. 6. vol. 1. intellige tamen hanc limitationem, quando ad inſtantiam alicuius Baronis, alteriuſque iudicis fuiſſet petita remiſſio cauſæ. Secus ad inſtantiam inquiſiti. Ratio eſt, quia primo caſu talis interloquutoria quoad Baronem aliumve iudicem, habet vim diffinitiuæ, ſecundo vero caſu non, & ita in practica quotidie obſeruatur. Salerni, die 26. Decembris. 1559. Proſper Carauita.

RITVS CCLX.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd quando aliquis appellat ad eam procurator, ſeu principalis appellans, debet in ipſa Curia infra legitimum tempus præſentare apoſtolos, & proceſſum, & debet obtinere literas reſponſales ab ea Curia illi iudici, à quo fuit appellatum, & illa ſcilicet reſponſales ſufficit, ſi quicunque alius præſentet iudicia, quo fuit appellatum, licet præſentans nõ ſit procurator, vel principalis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio deſerta efficitur, præſentato proceſſu poſt legitimum terminum, cum limitat.*
2 *Quapropter iudex ad quem amplius ſe non intromittet in tali cauſa, niſi in declarando appellationem deſertam.*
3 *Sacrum Conſilium Neap. non præſentato proceſſu in cauſa appellatio. in termino, ex eiſdem actis, quando, & quomodo procedere poſſit, & nu. 7.*
4 *Sacrum Conſilium Neapolitan perſonam Regis repræſentat.*
5 *Rex, & eius Præfectus prætorio deſertam appellationem admittere poſſunt.*
6 *Iudices, & Magiſtratus inferiores à Sacro Conſilio poteſtatem non habent, contra ius commune per ſtylum aliquid inducendi.*
7 *Stylus Sacri Conſilij habet vim legis in Regno.*
8 *Sola facti veritate inſpecta, proceditur in Regno, tam in prima, quam in ſecunda inſtantia.*
9 *Appellans vltra proceſſus præſentationem, ad quid teneatur.*
10 *Appellãs, nedum proceſſum à iudice à quo infra quinquaginta dies tenetur recuperare, ſed & iudici ad quẽ etiam præſentare.*
11 *Appellans inſtanter, inſtantiſſimè: ac ſæpius apoſtolos non petere tenetur hodie.*
12 *Exceptio deſertionis cauſæ, ſi ob non præſentationẽ proceſſus infra 50. dies opponitur, per alterã partem impedimentum allegatur, quapropter deſertionis punctus dubius redditur, quid per iudicem faciendum?*
13 *Iudex appellationis, nunquid iudicem à quo citare debeat, vt ad ſui proceſſus defenſionem veniat?*
14 *Quod fallit in multis modis.*
15 *A communi opinione non recedendum.*
16 *Practica, quando iudex appellationis expedit prouiſiones pro tranſmiſſione actorum.*
17 *Iudex à quo, volens informare pro defenſione ſuæ ſententia tantum, non vt aduerſarius iudicem ad quem, non repellitur.*
18 *Iudex a quo, ſi quibus caſibus venit citandus, non citabitur, proceſſus fit nullus.*
19 *Et comparens non vt pars, ſed vt voluntarius contradictor comparebit.*

NOt. ex hoc Rit. quod appellans tenetur per ſe, vel per procuratorem ſuum præſentare iudici, ad quẽ copiam proceſſus cum literis dimiſſorijs infra tempus legitimum, quod ſecundum conſtit. Regn. appellationum tempora, eſt 50. dierum, & illud adeo verum eſt, † quod
1 ſi poſt terminum prædictum, præſentetur, appellatio efficitur deſerta, vt ſcribit Iſer. in d. conſtit. per illum tex. col. 3. verſ. item ſi non præſentauit, Afflict. poſt eum ibid. quarto nota. nu. 5. in fi. & 12. nota. nu. 30. & Marant. in pract. par. 6. in verſ. appellatio, in verſ. octauo, & vltimo, ibi, ſe-
2 cundus caſus eſt, nu. 411. in nouis, † & in tali caſu iudex, ad quem nullo modo poteſt in cauſa appellationis ſe intromittere, quia ipſo iure appellatio eſt deſerta, & ſententia tranſit in rem iudicatam, vt dicit Bald. in l. 2. C. vt lite penden. per glo. l. eos, ibi, quid ſi tempore appellationis, C. de appella. ſed eius partes erunt ſolummodo in declarando appellationem deſertam, vt dicit Afflic. in d. conſt.
3 4. not. nu. 5. in fi. & ita ſeruatur quotidie. † Limita tamen prædicta non procedere in Sacro Regio Conſil. Neapol. vbi propter ſtylum, qui eſt ibidem, non obſtante præſentatione proceſſus facta poſt terminum quinquaginta dierum, ſi nondum fuerit pronunciatum ſuper deſertione, poteſt in cauſa ipſa appellationis procedi, reuidendo eãdem ex eiſdem actis, vt dicit Afflic. in deciſ. 79 & melius
4 deciſ. 243. in fi. & Marant. in loco prædalleg. nu. 411. † Ratio iſtius ſtylus eſt, quia Sacrum Conſilium perſonam Regis repræſentat, vt patet ex Regia inſtitutione Regis Ferdinandi Primi, nuper inſerta in nouiſſimis pragm. editis per Illuſtriſs. Ducem de Alcala huius Regni Viceregem,
* in reformationibus Sacri Conſilij, * prag. 4. incipien. ad ſubditorum, de offic. Sacri Conſil. & eius ſententiæ ſub nomine Regio proferuntur, vt patet ex alia inſtitutione
* eiuſdem Regis in eiſdem pragm. inſerta * pragm. 6. incip. Sacrum, adeo, quod ſupplicationes omnes, quæ ibidem præſentantur, in earũ exordio dicunt, Sacræ Regiæ Maie-
5 ſtati humiliter, & deuote ſupplicatur, † & propterea appellationem deſertam poteſt admittere, quia id etiã Rex ipſe, & eius Præfectus prætorio poteſt, vt dicit Innoc. in c. ex literis, in fi. de in integr. reſt. & Guid. Pap. deciſ. 158.
6 Ex qua ratione ſequitur, † quòd iudices inferiores à Sacro Conſilio, vt eſt Magna Curia Vicariæ, Audientiæ Regiæ in Prouincijs, & iudices ſecundarum cauſarum Baronum, cum non ſint deputati, niſi ad ius reddendum ſecundum iura, nec vllam habeant poteſtatem per ſtylum aliquid inducẽdi contra ius commune, vt dicũt Pet. & Cyn. in l. 2. col. 4. verſ. tertio circa hoc, C. quæ ſit longa conſue. & Alex. conſ. 36. nu. 10. vol. 2. conſ. 17. nu. 14. vol. 4. & cõſi. 90. vol. 7. not. per gl. in cap. fin. in verſ. figura, circa fin. de hæret. in 6. Bald. conſ. 330. vol. 4. Abb. conſ. 1. vol. 2. & Felyn. in cap. 1. extra de reſcrip. non poſſunt iuxta ſtylum præfatum, qui eſt contra ius, cauſam ex eiſdem actis reui-
7 dere. † Et ſi dicatur, quòd ſtylus Sacri Conſilij habet vim legis in Regno, vt dicit Affl. deciſ. 135. nu. 3. poſt Cyn. &
* Bal. in l. 1. in fi. C. quæ ſit longa conſuet. * vt etiam ſupra dictum fuit in Rit. 79. num. 12. reſpondetur primo, quod intelligitur procedere in ipſo Sacro Conſilio, non autem vt habeat vim legis generalis extra, & in alijs Curijs, vt dicit Fel. in cap. paſtoralis, col. 3. num. 10. de fid. inſtrumẽ. & in cap. ex parte, lo primo, num. 46. verſ. Regulæ Cancellariæ, de reſcrip. & Iaſ. in l. 1. col. 5. nu. 29. ff. ſi cert. pet. vel ſecundo, & melius ſecundum Rip. lib. 2. interpreta. d. cap. ex parte, nu. 84. procedere intelligitur quotieſcunque talis ſtylus extractus eſt de corpore iuris communis, vel

ſaltim

ſaltim eidem non eſt contrarius,exemplum patet ex Rip. ibid.& ex Afflict. in d.deciſio. vbi dicit quod ſtylus Sacri Conſilij eſt,quòd pœna appoſita obligationi, non exigitur:niſi quatenus cum intereſſe concurrit:nam talis ſtylus quia de iure communi prouenit; vt patet ex his quæ ibi ſcribit Afflict.ſeruatur in omnibus curijs Regni, ſecus qñ ſtylus eſt contra ius,quoniam tunc pro lege ſeruatur ſolũ in Curia,vbi eſt(vt ſupra diximus)& non in alijs,& hanc opinionem,quod Iudices inferiores non valeant iuxta ſtylum Sacri Cõſilij reuidere cauſam deſertam ex eiſdem actis reperio firmaſſe Vincent. Maxillam in proœm. conſuet.Bari.verſic.quid differat,nu.148.folio 11.ſcias tamen quod licet prædicta vera ſint de ſtricto iure, tamen Magna Curia,& Audientiæ Regiæ ſeruant,quòd antequã pronunciẽt ſuper deſertione ex cauſa præſentationis proceſſus poſt quinquaginta dies,faciunt ſe informare ab aduocatis partium ſuper meritis cauſæ: citra tamen præiudicium deſertionis, & ſi videnr ſententiam bene latam, vel ſaltim ex facto intricato dubiam, decernunt appellationem deſertam,ſin vero male,determinant cauſam ipsã principalem,omiſſo capite deſertionis, quæ pract. iuſtificari poteſt ex eo, †quia vt patet ex Rit. infra 268. in hoc
8 Regno ſola facti veritate inſpecta, proceditur tàm in prima,quàm in ſecunda inſtantia,quod bene not. quia iudicio meo quilibet bonus Iudex debet ita facere: immo ſicuti ab igne cauere, pronunciare appellationem deſertã, vbi videt ſententiam male latam,ſed vel ipſam reuocare, vel à decreto deſertionis abſtinere.

9 ¶†Secundo not.ibi & debet,quod appellans tenetur ad aliud vltra præſentationem proceſſus, & apoſtolorum infra quinquaginta dies, videlicet ab obtinendum literas reſponſales Iudicis ad quem, Iudici à quo ſignificantes eidem receptionem proceſſus,quas literas ſufficit præſentare,nedum per ſuum procuratorem, ſed per quemcunque alium,vt etiam dicit Afflict.per hunc Rit. in conſtit Reg. appellationum tempora,11.nota.verſic. an autem appellans,num.32.Item per d.conſtitut.tenetur inſtare pro expeditione cauſæ, & ſine Iudicis licentia non recedere, alias cauſa ipſa efficitur deſerta, ſicuti ob præſentationem proceſſus poſt terminum quinquaginta dierum,vt dicitur expreſſe ibi,& not.per Afflict.in 12.nota.num.36.Hodie vero quòd hic dicitur de illis literis reſponſalibus, non ſeruatur in pract. nec Iudices appellationum ſcribunt Iudici à quo, receptionem proceſſus, ſed illud, quod video fieri quandoque eſt,quod actuarius Iudicis ad quem facit vnam fidem,qualiter per manus talis fuit ſibi præſentatus talis proceſſus; quæ fides poſtmodum præſentatur actuario Iudicis à quo,& hoc etiam nonnulli ommittunt. Nec minus ſeruatur, quod de licentia petenda dicit d.conſtit. ratio eſt,quia per illam conſtit. appellans tenebatur ipſe præſentare proceſſum,& apoſtolos,& per hunc Ritum poteſt etiam præſentare per procuratorem. Aliud vero quod de inſtantia dictum fuit ſeruatur etiam hodie: nam cum inſtantia per d.conſtit.requiſita tunc dicebatur fieri, cum appellans faciebat citare appellatum,vt dicit Iſernia ibi in verſic.non inſtanter, & Afflict. poſt eum 11. nota. verſic. rurſus,num.29.& 30.Hodie obſeruatur,quod quãdo Iudex ad quem,expedit prouiſiones inhibitoriales pro tranſmiſſione proceſſus, in eiſdem prouiſionibus dicitur in fine,& inſuper citetur pars aduerſa quatenus infra terminum in eis præfixum, comparere debeat,viſura aperturã proceſſus, proceſſuraq. in cauſa ipſa ad alios actus incumbentes gradatim, & ſucceſſiuè faciendos vſq. ad ſententiæ prolationem incluſiuè,adeò quod inſtantia, quam appellans tenebatur facere tempore præſentationis proceſſus,hodie fit in principio appellationis, & ita ſerua-
10 tur, quod not. ¶ † Tertio not. ex hoc Rit. quod appellans tenetur infra quinquaginta dies, nedum recuperare proceſſum,& apoſtolos à Iudice à quo,verum etiam illos præſentare Iudici ad quem: Ex quo ſequitur quod terminus prædictorum dierum quinquaginta includit terminũ dierum triginta à iure communi ſtatutorum in leg. Iudicibus,C. de appellat.ad recuperandum copiam proceſſus cum apoſtolis à Iudice à quo, vt etiam dixi ſupra in Ritu. 251. & propterea, vt dicit Afflict. in conſtit. Regn.appellationum tempora,9.not.num.16.verſic. verum hodie infertur,quod appellatio non erit deſerta,quia appellans infra triginta dies non recipit proceſſum, & apoſtolos à Iudice à quo: prout erat de iure communi, in l.quoniam nonnulli, vbi not. per Bart. & gloſ. C. de appellat. quia ſatis erit ſi infra quinquaginta dies præſentetur Iudici ad
11 quem,vt dicit d.conſtit.& iſte Rit.† Item infertur aliud, quod licet de iure communi appellans teneatur petere apoſtolos inſtanter,& inſtantiſſimè ac ſæpius per l.primã ff. libell.dimiſs.vt etiam not. per Bal.in l.eos §.apoſtolos, C. de appell. hodie in Regno non neceſſarium: quia ſiue fuerint petiti ſemel,ſiue bis, cum inſtantia, aut ſine; ſatis erit, ſi infra dies quinquaginta fuerint præſentati, vt appellatio non dicatur deſerta,vt etiam ſcribit idem Afflict. in d.conſtit.9.not. num.18. & ita ſeruatur licet nonnulli Aduocati in petitionibus appellatorijs multoties ponant illa verba petens apoſtolos,& copiam proceſſus inſtãter, inſtantius,& inſtantiſſimè,vt valeat ſe præſentare Iudici ad quem,& credo quod ſi interrogentur de ratione,& an in Regno teneantur taliter petere,neſcient reſpondere.

12 ¶†Quæro in hoc Rit. iuxta prædicta,pone quod oppoſita exceptione deſertionis ob præſentationem proceſſus, poſt quinquaginta dies, fuit allegatum impedimentum per alteram partem propter quod punctus deſertionis redditur dubius, quid faciet Iudex? Petr. de Anchar. in proprijs terminis deſertionis in conſ.362. num.2. ver.ſed re vera dicit,quod ſi exceptio deſertionis,non eſt clara,& liquida,adeo quod ſine vlla dubitatione in iure, vel in facto prouideri poſſit ſuper ea, Iudex debet decernere, quod procedatur ad vlteriora in cauſa principali exceptione deſertionis ad merita reſeruata per l.nam, & poſtea in princip.ff.de iureiur.& not. per Bart.in l.ſi.ff pro ſuo. quemadmodum reſeruantur aliæ exceptiones præiudiciales de quibus in cap.1.de lit. conteſt.in 6. ergo ſi eſt clara, & apertiſſimè conſtat,non obſtante impedimento allegato,appellationem eſſe deſertam, Iudex non debet deſertionem ad merita reſeruare,ſed ſtatim prouidere ſuper ea declarando ipſam deſertam,vt ſcribit Afflict.in d.conſtit. 11. not.verſic. ſed iuxta hoc num.26. Et adde ſecundum Petr.de Anch.ibi num.3. quod etiam ſi Iudex dixerit fore procedendum ad vlteriora in cauſa oppoſita deſertione non obſtante,nullam penitus faciendo mentionem de reſeruatione ad merita,non propterea præiudicatur opponenti, quin poſſit poſtea in proceſſu cauſæ iterum deſertionis exceptionem tanquam peremptoriam opponere,quia primo loco oppoſita,& in initio, videtur oppoſita in vim dilatoriæ ad impediendum litis ingreſſum,quod nota. quia quotidie euenit, ſed cautius, & melius faciet Iudex ſi eam expreſsè reſeruauerit.

13 ¶†Secundo quæro neceſſario in hoc Rit. nunquid Iudex appellationis tenebitur citare Iudicẽ à quo,qđ veniat ad defendendum ſuum proceſſum? Innoc. in cap. in noſtra,num.9.verſic. & nota.de procurat. & in cap. cum ſpeciali num.6. in verſ.Iudice,& nu.7.& ibid.etiam Imo. & Abb. in §. fin.de appellat.Salyc.in l.ancinius q.13.C. de Iud.Bald. in cap 2.in 8.not. de reſcript. Felyn. in cap. dilectus num.3. verſic. regulariter de reſcript. & Parid. in tract. ſyndic.in verſic. appell. col.3.num.6. communiter concludunt,quod non: quia reuocatio ſententiæ non affert ſibi præiudicium, licet ſi velit Iudex appellationis, poſſit ipſum citare: & pro hoc allegatur per eos tex. in cap. venerabilibus,in princ. verſic. ſecus autem,de ſenten
14 tia excommun. in 6. † Fallit tamen iſta concluſio multis modis: primo ſecundum Innoc. in d. cap. cum ſpeciali, quotieſcunque primus Iudex contenderet pro ſuo proprio iure, per cap. ſi quis 2.quæſt.7.vel cauſa appellationis poſſet eidem pœnam inferre, vt in exemplo poſito per eum,& Felyn. in d.cap.dilectus num.5.verſic.ſecunda declaratio. Secundo fallit ſecundum eundem Innoc in

d.cap.

Digitized by Google

dicto cap. in noſtra, & Felyn. in d.cap.dilectus,num.8.
verſic. quinta declaratio, quotieſcunque expedit ipſum
vocari, vt ferat teſtimonium de his quę acta ſunt coram
eo. per cap. non ſine de arbitr. vel vt per eum inſtruatur
ipſe Iudex appellationis iuxta cap. cum dilecti de accuſa-
tion. Tertio fallit vbicunque ex officio proceſſit primus
Iudex, vt dicit idem Innocent. in dicto cap. in noſtra
gloſa in dicto cap.cum ſpeciali in verſic. coram ſuperio-
re, Abb. & Felyn. in præalleg.cap.dilectus num.4.verſic.
prima. Bald.in d.cap.2. de reſcript.Rom.conſ.343. nu.13.
& eſt text. in terminis qui cauillari non poteſt in d. cap.
venerabilibus, in princip. verſ. attamen, vbi etiam Gemi-
nian. firmat.num.7.& licet Salyc. in l.fin. circa fin. C. ſi
reus, vel accuſ.mort. fuer. aliter teneat per multas ratio-
nes allegando, etiam pro hoc Innoc. in dicto cap. cum
ſpeciali, attamen, vt dicit Felyn. in d.cap.dilectus num.4.
15 verſic.prima (vbi reſpondet ſuis rationibus) † non eſt re-
a cedendum à communi opinio. a quam etiam tenet Boer.
deciſ.259.colum.penult. Guid.Pap. ſingul.597. & Petrus
Rebuff. in comment. Conſtit. Franc. in tract.de appellat.
in princip. num.31. & quæ pro ſe habet text. in d. cap.
venerabilibus. Ratio eſt ſecundum Felyn. ibi poſt Butr.
in cap.qua fronte,colum.4.ibi ex tertio nota.de appellat.
quia cum Iudex ſine parte ex ſuo officio motus fuerit,
videtur ſua intereſſe, eius ſententiam defendere. In hoc
Regno communiter obſeruatur, quod primus Iudex in
nullo caſu citatur, ſed eius loco procurator fiſcalis illius
Curiæ: ſi habet fiſcum, vel ſi non habet eius coadiutor, qui
idem officium facit, quod procurator fiſcalis, & licet ex
hoc potius attendatur in hoc Regno opin. Salycet. in
dicta l. fin. volentis primum Iudicem non eſſe citandum,
tamen non vſquequaque receditur ab opin. communi,
quia ferè idem eſt cum loco primi Iudicis citetur procu-
rator fiſcalis, vel Curiæ coadiutor, immo iſta obſeruantia
inter communem opinio. & opinio. Salycet. eſt contra
aliud dictum eiuſdem Salycet. ibidem num.7. & Bartol.
in l.1. §.final. ff. ad Turpi. volentium procuratorem fiſci
16 non eſſe citandum. † Adeo quod communiter ſeruatur
in hoc Regno: quod Iudex appellationis cum expedit
prouiſiones per tranſmiſſiones actorum, in fine earum
dicit, & inſuper citetur pars ex aduerſo, & Regius Procu-
rator fiſcalis, ſeù Curiæ coadiutor quatenus comparere
debeant viſuri aperturam proceſſus, proceſſurique in
cauſa ipſa ad omnes actus, vſque ad ſententiæ prolatio-
17 nem incluſiuè. † Aduerte tamen quod licet regula ſit
vt ſupra dixi in princ. quæſt. Iudicem à quo non eſſe ci-
tandum, eaque in omni caſu ſeruetur in hoc Regno (vt
proximè dixi) tamen ſi ipſe vult ſe offerre defenſioni ſuæ
ſententiæ ad informationem ſecundi Iudicis tantum,
non autem vt aduerſarius, non poteſt repelli, vt dicit
Abbas in dicto cap. dilectus, & Felyn. poſt eum num.7.
declaratione 4. & Baldus in rubr. C.de pœn. Iudic. qui
18 male iudic. in fine. † Secundo aduerte, quod in caſibus
in quibus de iure communi dixi eſſe citandum primum
Iudicem, niſi citetur proceſſus eſt nullus, vt dicit Roman.
in dicto conſil. Felyn. in dicto cap. dilectus num.6. verſic.
tertia declaratio. & Bald. in l.nam ita Diuus in fin. ff. de
19 adoption. † Tertio aduerte quod in eiſdem caſibus in
quibus diximus primum Iudicem eſſe citandum, ſi cite-
tur non comparebit vt pars, quia citatio non erit arcta-
toria, ſed vt contradictor voluntarius ſicut ille qui cita-
tur ſi ſua putauerit intereſſe, vt dicit Felyn. in ſæpius al-
legat.cap.dilectus num.9. verſ. ſexta, & vltima, quæ be-
ne notabis in pract. Salerni die 27. Decembris 1559.
Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Communi opinione. Adde quod communis opinio
non ex maiori numero doctorum, ſed ex veriori, &
æquiori ratione legumque auctoritate iudicanda eſt, vt
apertiſſimè præcepiſſe videmus Iuſtinian. Imper. in l.1.
§.cumq; verſ. ſed neque C. de veter. iur. enucleand. Sed
neque (inquit) ex multitudine authorum, quod verius,
& æquius eſt iudicatote, cum poſſit vnius forſitan, & de-
terioris ſententia, & multos, & maiores aliqua in parte
ſuperare, omnibus autoribus iuris æqua dignitate pol-
lentibus, & nemini (vt antea dixerat) quadam prærro-
gatiua ſeruanda, quia non omnes in omnia, ſed certi per
certa. vel meliores, vel deteriores inueniuntur. Et prop-
terea inquit Abb. in cap. Capellanus num.8. extra de fe-
rijs, quod inter plures opiniones illa ſequenda eſt, quæ
nititur meliori, & ſubtiliori ratione, nec debet haberi re-
ſpectus ad qualitatem perſonæ illam fouentis, pro quo
facit etiam dictum Ioannis Andreæ in cap. primo, de con-
ſtitut. vbi dicit, communem opinionem ſequendam, niſi
notoriè dicat male, & probabiliori ratione conuinci poſ-
ſit, quod bonus Iudex acutiſſimi ingenij arbitrabitur, vt
inquit etiam Abb. dicto cap.1. num.5. non obſtante text.
in l.1. ff. de offic. quęſtor. ibi, & crebrior apud veteres opi-
nio eſt, per quem text. inquit Bald. quod vbi ſunt diuer-
ſæ opiniones Magiſtrorum, ſtari debet illi opinioni, quæ
plurimorum teſtimonio comprobatur, quoniam text. ille
non loquitur de his quæ pertinent ad ius, ſed ad factum,
Imò, fortius inquit idem Iuſtinian. in l.nemo, C. de ſent.
& interloc.omn. Iudic. Nemo Iudex, vel arbiter exiſtimet,
neque conſultationes, quas non ritè iudicatas eſſe puta-
uerit, ſequendum, & multo magis ſententias eminentiſſi-
morum præfectorum, vel aliorum procerum, non enim,
ſi quid non bene dirimatur hoc, & in aliorum Iudicum
vitium extendi oportet, cum non exemplis, ſed legibus
iudicandum ſit, nec ſi cognitionales ſine ampliſſimæ præ-
fecturæ, vel alicuius maximi Magiſtratus prolatæ ſenten-
tiæ, ſed omnes Iudices noſtros, veritatem, & *legum*, &
iuſtitiæ ſequi veſtigia ſancimus; hæc ille. Non enim
tam ſpectandum eſt, quod Romæ factum fuit, quàm
quod fieri debuit l. ſed licet, ff. de offic. præſ. Hucque
conferunt quæ ſanxit Phylippus Rex cognomine pul-
cher. vt diximus ſupra ad Rit. 98. Contra autem hic vi-
dentur vrgere, cap. nouimus extra de verb. ſignif. ibi, opi-
nio à pluribus approbata, cap. de inducijs 3. quæſt.3. ibi,
in quo plurimi concordant l.athletas in princip. ff. de his
qui notantur infam. ibi, & generaliter ita omnes opinan-
tur. Nos autem exiſtimamus eam tanquam communem
eſſe amplectendam, quam plures grauioreſque tenent,
per text. in cap. in Canonicis 19. diſtinct. ibi, eas, quas
plures grauioreſque tenent. Limitando primo, niſi opi-
nio pauciorum fundetur melioribus rationibus, argum.
dict.§. cumque hæc. Secundo niſi opinio plurium ſit eui-
denter falſa conuincique poſſit probabilibus rationibus,
quod bonus Iudex acutiſſimi ingenij arbitrabitur, vt per
Abb. poſt Hoſtienſ. & Ioann. de Andr. in cap. primo,
num. 15. extra de conſtitutio. 3. niſi contra opinionem
plurium, adſit opinio gloſ. vt per Iacob. Butr. in l.1. C.
qui pro ſua iuriſdictio. & ca. 4. niſi opinio pauciorum
eſſet pro matrimonio ſecundum Hoſtienſ. in cap. ſi vero,
extra de cognat. ſpir. 5. niſi eadem faueret poteſtati cla-
uium, vt per Hoſtienſ. & Ioan. de Andr. in cap. rurſus ex-
tra, qui cleric. vel monac. 6. niſi eadem eſſet in fauorem
libertatis teſtamenti, vel ſimilium cauſarum fauorabilium
ſecundum Andr. Sicul. quæſt.70. ſcriptum eſt argum.cap.
fin. extra de re iudicata 7. niſi obſtaret conſuetudo, vt in
Hiſpania, & Anglia, vbi ſtatur opinio Bar. quamuis con-
tra communem, vt teſtatur Ioan. Baptiſta da Cazzalup. in
tract. de modo ſtuden. & hæc omnia habentur in addit.
ad Abb. in d.cap.1. de conſtit. C. P.

RITVS CCLXI.

VBi verò denunciatus velit litigare, & non
componere cum curia, vel velit modica
pecunia componere, tunc Curia procedit ad
anteriora, raròtamen venitur ad ſentētiam fe-
rendam

rendam ex Capitulis, ideſt ex officio, ſi tamen venitur, tunc in appellatione, ſi eſt condemnatoria, ſeruatur per omnia ius commune, & conſtit. & cap. Regni. Si vero eſt abſolutoria, ſiuè ex mero officio, ſiuè ex officio præcedente denunciatione nunquam appellatur in aliquo caſu, licet ipſa ſententia contra fiſcum profeſ ratur, ſiuè ſit confeſſus tantum, ſiuè conuictus tantum, & ita pridie de præſenti anno, 12. Indictio. fuit in ipſa Curia ſeruatum, in ſententia abſolutoria lata pro Buſillo Brancatio, qui inquirebatur per ipſam Curiam, facta denunciatione contra eum per Dominum Franciſcum Galeotam de Neapol.

SVMMARIVM.

1 *Compoſitiones inquiſitorum cum quibus, & qualiter fieri debeant.*

2 *Parte concordata vbi proceditur ex officio raro deuenitur ad ſententiam.*

3 *Appellatio de ritu, & de iure permittitur à ſententia condemnatoria.*

ISte Rit. incipit certo modo, quod apertiſſimè demonſtrat in antiquis fuiſſe ſituatum alio modo, & cum diurius hoc quæſijſſem, tandem reperi, quod in antiquiori Codice meorum Rituum, iſte Ritus eſt vnitus cum alio Rit. quem habes infra 275. poſt quem legendo illum, verba eius bene conueniunt, alias ſecus, & miror profectò, quod abſque vlla ratione de vno Rit. fecerunt duos.

1 ¶Not. † igitur primo, ibi, velit, quod compoſitiones inquiſitorum debent fieri cum volentibus, non autem cum inuitis, vel coacte conſentientibus, de quo dic, vt dicam latius infra, in Rit. 172.

2 ¶Secundo † not. ibi rarò tamen, quod vbi proceditur ex officio, quia pars quærulans, vel denuncians ſe concordauit, rarò cauſa peruenit ad ſententiam quaſi dicat, quod tunc magis communiter proceditur ad compoſitionem. Hodie quia non in omnibus caſibus eſt licitum componere, vt dicam in dicto Ritu eſt totum contrariũ, & cauſæ facilius de iuſtitia expediuntur, quam componantur: verum tamen eſt, quod cum cauſa eſt componibilis, & quærulans eſt concordata, facilius fit compoſitio, quam ſi adeſſ, quia tunc niſi remittat, Curia non componit, vt dicitur in Rit. præalleg. ſed dicet aliquis, quis reuelauit tibi, quod iſte Rit. in illis verbis ex officio, intellexit quando pars denuncians eſt concordata, cui reſponderi poteſt, quod cum iſte Ritu debeat ſtare poſt d. Ritu. 275. ſi legatur poſt illum, patebit ad literam.

3 ¶ Tertio † not. ibi, tunc in appellatione, quod quando Magna Curia interponit ſententias condemnatorias, vel abſolutorias, obſeruatur, quod à condemnatorijs appellatur, quemadmodum de iure permittitur appellari; vt etiam dixi ſupra in Rit. 259. in 4. not. & in hoc iſte Ritu. corrigit illum, vt ibi latius dixi in 1. notab. & ab abſolutorijs nequaquam interponitur appellatio, & ita ſeruatur vt dixi ſupra plenius in Ritu. 258. vbi videas, quia idem diſponitur. Salerni die 27. Decembris 1559.

Proſper Carauita.

RITVS CCLXII.

ITem ſeruat ipſa Curia quod quando aliqua cauſa deuoluitur ad eam remedio appellationis ſiuè ſit ciuilis, ſiuè criminalis, & ſiuè ſit deſerta poſtmodum, ſiuè pronunciatum per ipſam tacitè, vel expreſsè: confirmando ſententiam, vel retractando nullam: ſemper exequutio fit per ipſam Curiam, & non per aliquam aliam, niſi Rex aliud demandaret.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ quæ tranſiuerunt in rem iudicatam, paratam habent exequutionem.*

2 *Iudex qui ſuam poſſit ſententiam exequutioni demandare.*

3 *Sententiam confirmari, vel renouari eſt ſecundum ius commune. Contra vero deſertam effici, cum rationibus.*

4 *Iudex appellationis in criminalibus mandat exequutioni ſententiam.*

5 *Practica in Regno in cauſa appellata, quando confirmatur, vel deſeritur, exequenda eſt a Iudice, a quo.*

6 *Et reuocata in totum, vel partem, à Iudice ad quem exequitur.*

7 *Sententia lata poſt quod tempus exequutioni demandabitur.*

8 *Spatio 30. ann. præſcribitur iuri petendi ſententiæ exequutionem.*

9 *Victor quonam modo ſententiam in ſui fauorem latam, petet exequutioni demandari.*

10 *Ex ſententia duo remedia oriuntur, & quæ.*

11 *Iudex nunquid ad partis inſtantiam, ſtatim exequetur ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam? cum limit.*

12 *Iudex ſententiam à ſe, vel ab alio latam, nunquid exequutioni ſemper mandare teneatur, vel ſuperſedere ad tempus, vel in partem aliquando poſſit? cum fallent. remiſſiuè.*

13 *Sententia lata à Iudice contra non ſubditos, conſentientes tamen in ipſum nunquid poterit eandem ipſe exequi? cum limitat.*

14 *Iudex vbi ſunt bona condemnati per alium Iudicem poterit ne ſententiam talem exequi ſine literis requiſitorijs illius? cum limitat. & num. 18.*

15 *Nemo poteſt ſe intromittere in exequutione ſententiæ per alium latæ.*

16 *Actio in factum vbique exerceri poteſt, vbi reus forum ſortitur.*

17 *Actio eſt ius reſidens in perſona partium.*

18 *Officium Iudicis reſidet in perſona ipſius.*

19 *Epiſcopus, ſententiam à Iudice laico latam, exequi quando teneatur.*

20 *Iudex ad alterius Iudicis requiſitionem exequens, quem ſtylum, ſuæ, vel requirentis Curiæ ſeruabit.*

1 QVoniam ſententiæ omnes † quæ in rem iudicatam tranſiuerunt, paratam habent exequutionem per l. minor vigintiquinque annis cui fidei commiſſum, ff. de minor. quia ſi ſecus ageretur, & debitæ exequutioni non mandarentur parum eſſet eas interponere, vt dicit text. in cap. quod ad conſultationem de re iudic. gloſ. in rubr. de exequut. rei iudic. & Iſernia in conſtit. Regn. dilationes, colum. 2. in fin. iuris communis diſpoſitione prouiſum

2 eſt, † quod idem Iudex qui ſententiam tulit, valeat ipſam exequutioni demandare ſi ordinarius ſit d. cap. quod ad conſultationem, & l. cum quædam puella, ff. de iuriſdic. omn. Iud. ſecus ſi delegatus, quia tunc per ordinarium exequeretur, l. à Diuo Pio, in princ. & ibi gloſ. & Bart. ff. de re iudic. niſi eſſet delegatus à Principe per text. in l. properandum §. ſin autem reus, iuncta gloſ. in verſic. ad maiorem, C. de Iudic. & not. per Alex. in d. l. à Diuo Pio, col. 3. & 4. Abb. in cap. ſi quis contra clericum, col. fin.

de

de foro competen. & cap.ſignificaſti de offic.delegat. &
Marant. in pract.par.4.diſt.5.verſ.18 differt.num.45.in
nouis. Verum quia euenit multoties, quod cum à ſenten-
tijs appellatur, aliquæ confirmantur, aliquæ reuocantur,
& aliquæ poſtmodum coram Iudice ad quem non ter-
minantur, quia appellatio deſeritur, & dubium eſſe po-
teſt quis Iudex his caſibus ſententiam mandabit exequu-
tioni, Ritus noſter vnica reſolutione id decidit.

¶ Not. igitur primo ex hoc Ritu quod appellata ſenten-
tia ſiuè criminali, ſiuè ciuili ad Magnam Curiam, tàm ſi
confirmetur, quàm ſi reuocetur, vel deſerta efficiatur, ſem
per ipſius exequutio per ipſam Magnam Curiam deman-
3 dabitur. † Iſte Ritus quando ſententia lata confirmatur,
vel reuocatur, eſt conformis iuri communi, vt patet ex
not. per Bart. in l. præcipimus, §. officijs, per illum tex. C.
de appellat. & in l. tale pactum §. qui prouocauit, num. 3,
vbi etiam Bald. in 2. lect. num. 10. verſic. conſidera. ff. de
pact. & idem Bald. in auth. ſi quis litigantium num. 2. C.
de Epiſc. & cler. ſed quando appellatio efficitur deſer-
ta eſt contra ius commune, quia eo caſu, vt ipſi dicunt in
locis præallegatis exequutio demandabitur per Iudicem
à quo ſi ordinarius fuerit, & hoc per text. in l. fin. §. illud
etiam, & auth. ei qui, in fin. C. de tempor. & repara. vbi
quod appellatione deſerta, ſententia in ſuo robore ma-
net tanquam ſi nunquam prouocatum fuiſſet. Secundo
quia appellatio ipſa efficitur deſerta ipſo iure, abſque
ipſa pronunciatione, vt not. in l. eos in princ. C. de ap-
pellat. Tertio, ſecundum Bald. in d. auth. ſi quis, quia ta-
lis pronunciatio ſuper deſertione eſt interloquutoria, &
non ipſa meretur executionem, ſed diffinitiua, quæ à pri-
mo Iudice lata fuit, d. §. qui prouocauit. Quarto ſecundũ
eundem Bald. quia talis interloquutoria non continet da-
re, vel fieri, & ideo ex ea non poteſt naſci obligatio, vel
actio ad dandum, vel fiendum. Et licet idem Bald. in d.
authen. ſi quis litigantium dicat, quod in cauſa criminali
appellata ſemper executio ſpectat ad Iudicem à quo: quia
cognouit in loco delicti, adeò quod ſecundum eius opin.
iſte Ritus quo ad cauſas criminales videtur eſſe contra
4 ius commune, † tamen veritas eſt, quod etiam in crimi-
nalibus concluditur, quod ſi lex appellationis mandat
executioni ſententiam, vt dicit tex. ad literam in l. addi-
ctos, vbi Bald. met ſibi contrarius id. not. & Salyc. C. de
appell. Imol. in l. penult. in princ. ff. de publ. Iud. & Dec.
in apoſtil. ad Bald. in d. authen. ſi quis, & dictum Bald. in
d. authen. non eſt verum, maximè quia ipſe loquitur per
5 verbum credo. † Hodie vero obſeruatur in hoc Regno
coram quibuſcunq. Iudicibus appellationum, quod quã-
do ſententia confirmatur, vel appellatio deſeritur, execu-
tio ipſius ſententiæ fit per Iudicem, qui eam tulit, & ita
etiam dicit eſſe de ſtylo Franciæ Guid Pap. deciſ. 436. n. 43
& ideo ſeruatur, quod Iudex appellationis cũ ſuam ſen-
tentiam profert, dicit bene iudicatum, & male appellatũ,
& ideò reſcribendum eſſe Iudici à quo quod ſuam ſen-
tentiam exequatur literis inhibitorialibus per ipſam ex-
peditis, non obſtantibus, & quando appellatio eſt deſerta;
pronunciat ipſam deſertam, & ſimiliter dicit eſſe reſcri-
bendum Iudici à quo quod ſuam ſententiam exequatur,
vt etiam docet Petr. Rebuff. in comment. Conſtit. Franc.
tract. de appellat. artic 5. gloſ. vnica num. 40. verſ. practica
eſt volum. 3. demum expeditur reſcriptum directum Iu-
dici à quo vbi inſeritur tenor decreti dati per Iudicem ad
quem, quo reſcripto habito, Iudex à quo expedit literas
executoriales cum inſerta forma ſuæ ſententiæ, & reſcrip
ti Iudicis ad quem, & cum illis literis exequutorialibus fit
6 exequutio, & ita practicatur, † vbi vero ſententia Iudicis à
quo reuocatur in totũ, vel reformatur addẽdo, aut detra-
hendo, tunc ſeruatur iſte Ritu. & ius commune, & Iudex
ad quem exequitur ſententiam, vt dicebant præallegat.
Doctor. in dd. locis, & Bald. in d. §. qui prouocauit n. 20
verſ. conſiderar. vbi etiam de reformatione loquitur quæ
benè nota. in pract.

7 ¶ † Quæro primo in hoc Rit. poſt, quod tempus man-
dabitur exequutioni ſententia lata, vt dicitur in hoc Rit.
Specul. in titul. de exequut. ſententiæ, §. videndum in
princip. & Bart. in l à Diuo Pio, §. in venditione, verſic.
quæro tu eris num. 3. ff. de re iudic. diſtinguit, quod aut
ſumus in actione perſonali, aut reali, primo caſu regula-
riter fiet poſt quatuor menſes, & non ante per cap. quæ-
renti, & cap. quod ad conſultationem de re iudic. l. 2. &
fin. C. de viu rei iud. & l. ſi debitori, ff. de re iudic. ex cauſa
tamen cognita poteſt fieri ante, & etiam poſt inſpecta
qualitate, & quantitate perſonarum, locorum, cauſæ, &
temporum, vt dicitur in dd. iuribus. Secundo caſu ſi non
fuit appellatum, nec reſtitutio poſtulata poſt decem dies:
quoniam tunc tranſit in rem iudicatam, & ſtatim cogi po-
teſt, vt inſtit. de offic. iudic. & §. ſi in rem, iuncta gloſ. in
verſic. in præſenti, ad idem extra de electio. cap. cum dile-
cti, & cap. ſignificauerunt, extra de teſti. & hæc in ciuili-
bus, in criminalibus poſt decem dies indiſtincte, ſi non
fuerit appellatum, l. cum reis, C. de pœnis, & cap. ſicut ſunt
2. q. 1. niſi in caſibus quos poſui ſupra in Rit. 259. in 1. no.
8 † Huic tamen iuri petendi exequutionem ſententiæ præ-
ſcribitur ſpatio triginta annorum, vt dicit Bald. in l. debi-
tori tuo, verſic. tertio quæro num. 8. C de pact. per l. ſicut,
C. de præſcripi. 30. annor. Afflict in deciſ. 245. in fin. verſ.
ad ſecundum, & Marant. in pract. in fin. 6. partis verſ. vlti-
9 mo num. 54. ¶ † Secundo quæro quonam modo victor pe-
tet exequutioni mandari ſententiam in ſui fauorem latã?
Specul. in titul. de exequut. ſentent. §. breuiter, in princ.
* * & Afflict. in conſtit. dilationes num. 20. dicunt quod
ſicut ex ſententia duo remedia oriuntur, actio iudicati, ſi-
10 ue in factum † vt patet ex l. in iudicati, iuncta gloſ. ff. de re
iudic. & officium Iudicis, vt patet ex l. qui reſtituere, ff. de
rei vendic. ita duplici modo exequutio peti poterit, via
petendi exequutionem ſententiæ per actionem in factum,
prolixior eſt illa, qua petitur per officium Iudicis, ratio eſt
ſecundum eum ibi num. 2. quia quando intentatur actio
iudicati, debet dari libellus, & dici talem aduerſarium eſ-
ſe ſibi ciuiliter obligatum ex tali ſententia, & ſuper eo lis
conteſtari, adeo quod Iudex tunc in forma iudicij, cogno-
ſcet, & partes Iudicis aſſumet, ſed quando petitur execu-
tio per officium Iudicis, tunc nec libellus datur, nec lis
conteſtatur, nec Iudex partes Iudicis aſſumit, ſed ſolum
exequutoris faciendo exequi, & demum iubendo diſtra-
hi, iuxta l. 2. & fin. C. de exequ. rei iudic. & ideo in pract.
hanc viam, potius quam aliam practicamus, & tenemus
11 quod not. ¶ † Tertio iuxta prædicta, quæro nunquid Iu-
dex ad inſtantiam partis, ſtatim ſententiam quæ fecit trã-
ſitum in rem iudicatam exequetur? Breuiter, aut ſententia
eſt lata ſuper actione perſonali ad aliquam quantitatem,
vel aliud in genere, aut ſuper actione reali. Primo caſu
Doctor. omnes communiter concludunt, quod non, ſed
primo citabit aliam partem contra quam exequutio eſt
facienda, quod compareat ad dicendum cauſam quare
ſententia non debet exequi, ita Bart. in l. à Diuo Pio, §. in
venditione, verſic. quæro tu eris, num. 3. ff. de re iudic. In-
nocent. in cap. ſuper in gloſ. in verſ. præiudicio, de re iud.
Bald. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Abb. in cap ex ratione,
de appellat. & Afflict. in conſtit. dilationes, verſ. demum,
num. 15. Limitat tamen iſta Afflict. in d. conſtit. num. 22.
verſic. an autem procedere vbi ſententia eſſet de antiquo
lata, ſecus ſi de recenti: quoniam tunc quando fit exequu-
tio virtute obligationis accuſatæ penes acta, non citatur
pars, eodem modo quando petitur, virtute ſententiæ, vt
probat ad literam Ritus not. menti tenendus, quem Af-
flict. non allegat. ſupra in Ritu. 127. & ita ſeruatur in
pract. quotidie in Regno, vt etiam latè dixi in d. Ritu.
127. in 2. not. limit. 4. & 5. Secundo caſu Bart. in d. §. in
venditione, & in extrauag. ad reprimendum in verſ. exe-
quutionem, dicit ſimiliter: quod non, verum hoc caſu nõ
requiritur citatio partis vlterius, ſed tantummodo quod-
dam præceptum Iudicis, quòd infra tot dies reſtituat iux-
ta formam ſententiæ, quo termino elapſo, ſi nihil allega-
tur fit exequutio, ſi vero aliquid quod requirit altiorem
inda-

Digitized by Google

indaginem, ſimiliter fit exequutio cum cautione de reſtituendo, vt dicit Bart in l.ait prætor.§. Marcellus.ff. de iudic.& Afflict.in d.conſtit.num. 16. verſic.ſecunda concluſio, vbi quod Sacrum Conſilium ita ſeruat etiam hodie, & tale præceptum appellamus in Regno mandatum de parendo. Limita tamen iſta ſecundum Afflict.ibidem quotieſcunque exequutio petitur contra eundem, qui habuit ſententiam in contrarium, & ab eodem qui etiam protulit, ſecus contra ſucceſſorem condemnati, quoniam tunc citati o prius requiritur, vt dicit Innoc.in cap. quia in fin. de Iudic.Bald.in l. 1.circa finem, C.de alien. Iud. mutand. cauſa fact. & in l.per diuerſas,q. 10.C. manda. vel ab alio Iudice forte ſucceſſore illius qui dedit ſententiam: quoniã etiam tunc citatio priuſquam exequatur, eſt neceſſaria, vt dicit gloſ. in l.quoties,§.fin.ff.de probat. Afflict. ibid. num.18. verſic. quarta concluſio, & latius per me in d. Rit 127. 2.notab.

12 ¶† Quarto quæro nunquid ſemper Iudex tenebitur ſententiam à ſe vel ab alio latam exequutioni mandare, an vero poterit aliquando ſuperſedere ad tempus, vel in totum? Breuiter dicas, quod ſemper tenebitur, quia parum eſſet eas interponere, niſi & c. vt dixi in princ. iſtius Ritu. fallit in duodecim caſibus quos ponit Vber. de Bonacurſo in ſua practica, in titul.de impedi. exequut. & Specul. in tit.de exequut. ſententiæ,§.fin. in princip. vbi quinque alios addit. ad quos breuitatis cauſa te remitto cum caſus in pract. contigerit.

13 ¶† Quinto quæro, pone quod ſententia fuit lata per Iudicem contra non ſuos ſubditos, qui tamẽ in ipſum conſenſerunt, nunquid poterit ipſemet eandem exequutioni mandare? Gloſ. in l.2. in verſic. ex cauſa, ff. ſi quis in ius vocan. non ier. dicit quod non, ſed quod Iudex ordinarius condemnatorum hoc faciet ex relatione Iudicis, qui protulit ſententiam iuxta l.cum vnus, §. is qui poſſidere ff.de bon.autho. Iudic.poſſiden.l.à Diuo Pio,§.1.ff. de re iudic.& l.properandum,§.ſin autem reus,C.de Iudic. idẽ Vber. de Bonacurſo.in d.pract.tit.præalleg.verſ.7. nu.8. Specul.in tit. de exequut. ſententiæ,§.fin. num.3. verſ.6. & Guid.Pap.deciſ.77.num.4.Limitat tamen iſtud Bart.in d.l.2.in 1. lect.num.19.in fin.Anton.de Tremol.ad pract. Bonacurſ. in loc. præalleg. in verſic. extra ſuum, & apoſtill. ad Guid.in d.deciſ. niſi condemnati habeant bona in territorio Iudicis condemnantis, quoniam tunc ipſemet exequetur, nec teneretur aliter ſcribere, vt etiam dicunt Pau.de Caſt.Alex.& Iaſ.in d l.2.& gloſ.no.& menti tenenda ſecundum Bald. in cap. ſignificaſti, de offic.delegat.in l.cum quædam puella, in princ. in ver. quod generaliter, ff. de iuriſdict. omn. Iudic.

14 ¶† Sexto iuxta præced.quæſt.quæro, nunquid Iudex vbi ſita ſunt bona condemnati per alium Iudicem, poterit illam ſententiam exequi ſine literis requiſitorijs alijs? Cyn. & Bald. in l.cum quædam puella,§.fin.ff. de iuriſd. omn. Iudic.mouent hanc quæſt. & dicunt alias in facti contingentia fuiſſe obtentum Florentiæ, quod talis exequutio facta ſine literis Iudicis, qui protulit ſententiam eſſet nul-
15 la,† quia non poteſt quis ſe intromittere in exequutione ſententiæ per alium latæ, vt probat text.mulier de iure ſecundum Paul. de Caſtr. ibi in l.properandum,§.ſin autem reus, quem ad hocetiam not.ibi Ang.& Iaſ.in 2.nor. C.de Iudic. & eſt tex. in cap.Romana §.contrahentes, de foro compet. in 6. per quæ duo iura ita tenent Bart. Paul. Alex.& Iaſ. in l.à Diuo Pio,§.1. ff. de re iudic. Limita tamen iſtud ſecundum eoſdem Doct. ibidem, & Ant.de Tremol. in Apoſtil. ad pract. Bonacurſ. tit.de imped.exequut. num.8. verſ.ſeptimo, in verſic.extra ſuum, procedere quando talis exequutio peteretur per officium Iudicis,
16 ſecus ſi per actionem in factum: quoniam tunc, † quia talis actio vbique exerceri poteſt, vbi reus ſortitur forum ſecundum Bart.in d.l.à Diuo Pio,§.1. Paul. & Iaſ. in d.§. ſin autem reus, talis exequutio etiam ſine literis ibid.peti, & concedi poterit. Ratio diuerſitatis eſt ſecundum Iaſon,
17 & Ant.de Tremol.in dd.locis † quia actio eſt ius reſidens in perſona partium pro perſequendo in iudicio quod ſibi debetur: propter quod merito vbicunque reperitur de-
18 bitor ſortiri forum talis actio intentari poteſt: † officium vero Iudicis reſidet in perſona ipſiuſmet Iudicis, & eſt ius faciendi ea quæ ſibi incumbunt ex ipſo officio: vt dicunt Bart. & Salyc. in l. 1.ff.de iuriſd. omn. Iud. & ideo illud ius quod reſidet in perſona illius, qui ſententiauit, non debet poſſe intẽtari coram alio, niſi cum ſuis literis, quod not. Sed an tunc teneatur, & ſit obligatus receptis illis literis, exequi? Bart. in eadem l.à Diuo Pio,§.1.colum. fin. verſic. ſed quæro, cum quo cæteri Doctor.ibid.tranſeunt, dicit quod ſic, quia ille Iudex ſcribendo id, facit auctoritate legis, vt dicit Bald.in cap.licet vndique, colum.fin. de offic.deleg. alias ſi recuſaret, poſſet per ſuperiorem cogi, & teneretur parti ad intereſſe, vt etiam ſcribit Anton. de Butri. in cap. poſtulaſti, de foro compet. Et iſtud verum eſt nedum ſi fuerit Iudex eiuſdem fori, verum etiam ſi al-
19 terius, † (vt quia Epiſcopus) nam teneretur etiam ipſe exequi ſententiam latam à Iudice laico, & è contra, vt dicit Bald. in cap.1.col.3. & in cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ, col.2. de conſtit. & in d.cap.licet vndique, & Iaſ. in d.§. ſin autem reus, vbi dicit cordi tenendum, quia multi crederent oppoſitum, & in d. l.à Diuo Pio,§.1.col.4.teneretur tamen Epiſcopus, non obediendo pręcepto arctatiuo illius Iudicis, ſententiam exequi, ſed patrocinando fouere eius iuriſdictionem in licitis, & honeſtis iuxta cap.2.de exceptio. in 6. vt dicit Bald.in cap.1.de offic.ordina. &
20 Anton.de Tremol. in loc. præalleg. † Et intellige, quod Iudex exequens ad requiſitionem alterius Iudicis, ſeruabit ſtylum Curiæ ſuæ non exquirentis, vt dicit Bald. in l.1.num.3. C.de exequut. rei iudic. & Luc. de Penn. in l. miſſi opinatores per illum textum, C. de exact. tributo. lib. 10. Salerni, die 29. Decembris 1559.
Proſper Carauita.

RITVS CCLXIII.

ITem nota, quod quando appellatur ad ipſam Curiam, tunc citatur pars ad videndum aperturam proceſſus, & datur etiam terminus ad ponendum per totum ſequentem, &c. vt ſupra: & ſic vbi debet poni infra biduum, habes hic omnes caſus.

DIſpoſitio iſtius Rit. bene ſeruatur in practic. in eo quod dicit de citatione partis ad videndum aperturam proceſſus, verum quod dicit, tunc intellige, ideſt quando per ipſam Magnam Curiam expediuntur prouiſiones Iudicis à quo quod tranſmittat copiam proceſſus, vt etiam dixi ſupra in Ritu. 270. 2.notab. in fin. Circa aliud vero, quod dicit iſte Ritu. de termino dando ad ponendum per totum ſequentem diem, concordat cum alio Ritu. ſupra 86. ſed vt etiam ibi dixi, in practic. non ſeruatur, quia in Regno datur vnicus terminus, tàm ad probandum, quàm etiam ad ponendum articulos, qui terminus quandoque eſt iuris dierum quindecim, quandoque breuior arbitrio Iudicis, attenta qualitate cauſæ, & locorum diſtantia.

¶ Nota. alia verba Ritu. quia demonſtrant, quod iſte Ritu. fuit coniunctus cum alio Ritu. in codicibus antiquis prout in multis alijs diximus ſupra, & credo quod antiquitus iſte Ritu. erat connexus cum d. Ritu.86. quia ibi enumerantur omnes caſus in quibus debet poni infra biduum. Salerni die 27. Decembris 1559.
Proſper Carauita.

RITVS CCLXIV.

ITem ſeruat ipſa Curia cognoſcere de omnibus cauſis çiuilibus, vel criminalibus, & de appel-

Digitized by Google

appellationibus interiectis à ſentẽtijs quorumrumcunque officialium, non tamen in prædictis caſibus in feudalibus. Vnde ſi quis ex delegatione Regis cognouit de feudis, & dedit ſententiam, non bene appellatur ad Curiam Vicariç. Item ſi quando in debitis caſibus appellatur ad ipſam Curiam,& appellatio deſeritur,tunc deſerta appellatione,interponitur decretum per ipſam Curiam, appellationem eſſe deſertam,non tamen ipſum legitur,ſicut leguntur alia decreta interponenda per Curiam, & de ipſo decreto fit teſtimoniale in forma Curiç conſueta.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ feudales quæ in Magna Curia tractantur.*
2 *Practica ſuper decreto, quando per Curiam cauſam deſertam eſſe pronunciatur.*
3 *Iudex ad quem ſi fuit aditus, deſertaq; appellatio,eius pronunciatio ſemper requiritur.*
4 *Sententia lata ſuper appellationis deſertione, quomodo iudicabitur interloquutoria,vel diffinitiua.*
5 *Appellatio quot modis deſerta dici poteſt, & modi qui ſint.*
6 *Ab interlocutoria iure canonico appellatur, iure ciuili vero non ante diffinitiuam.*
7 *Effectus deſertionis appellationis qui.*
8 *Vbicunque defenſio competere poteſt, ſententia declaratoria requiritur.*
9 *Poſt deſertionem habetur, ac ſi non eſſet appellatum.*
10 *Iudex ad quem deſerta appellatione, de ea cognoſcere, & pronunciare poteſt.*
11 *Appellatione deſerta, appellans tempus iudicatis dari ſolitum, non habebit.*
12 *Deſertio appellationis fingit retro.*
13 *Appellatione deſerta, reus in expenſis condemnabitur.*
14 *Appellatio in dubio, non præſumitur deſerta.*

NOta ex hoc Rit. preminentiam, quam habet Magna Curia, vt de omnibus cauſis ciuilibus,& criminalibus, & de omnibus nullitatibus,& appellationibus à quibuſcunque Iudicibus valeat cognoſcere, ſed quia de hac preminentia latè dixi ſupra in Rit.46. 4.not.& Rit. 52. qui cum iſto concordat, ad ibi dicta te remitto.

¶Secundo not. ibi non tamen, quod licet Magna Curia habeat generalem, & ordinariam iuriſdictionem in Regno in omnibus cauſis, tamen in aliquibus in feudalibus non habet. Et ſi dicatur qui ſunt iſti caſus, & reſpondetur,quod licet hic non appareanr,tamen apparent ex Rit.50. in fine vbi dixi in 4.not. immo credo quod cũ hic dicatur in prædictis caſibus, iſte Rit. in antiquis co-
1 dicibus ſtabat poſt illum quod not. † ſed vt in d.Rit. dixi in fin.in Magna Curia non tractantur cauſæ feudales niſi eſſent à 25.vncijs infra,quoniam tunc poſſet de eis cognoſcere in prima,& in ſecunda inſtantia,vt ibi latius ſcripſi.

¶Tertio not. ibi vnde ſi quis,quod quamuis omnes cauſæ appellationum poſſint per Magnam Curiam cognoſci, tamen id non procedit in illis, quæ appellarentur à delegatis Regijs,& hoc tàm in feudalibus, quàm burgenſaticis: vt dixi latius in d.Rit.52. in 1.not. & licet Ritus iſte ſolum in feudalibus videatur loqui, tamen putandum eſt ipſum loqui per modum exempli, non regulæ, cum in quacunque cauſa pronuncietur per delegatum Regium, non conueniat appellari ad Magnam Curiam, vt hic etiã dicitur,& ibi dixi,ſed ad ipſummet delegantem per text. in l.1.vbi etiam Bar.ſi qui,& à quo appell.& Bald. in c.1. colum.4. num.11.verſ. ex præmiſſis de allodijs.

2 ¶†Quarto not.ex hoc Rit.quod decretum quo per Curiam pronunciatur appellatio deſerta; non legitur, ſicut leguntur alia decreta Curiæ,vt dictum fuit ſupra in Rit. 37. 2. not. ſed ſolum interponitur, & poſtmodum de eo fit teſtimoniale in forma Curiæ conſueta, & idem etiam per hunc Ritum firmat Marant.in pract.par.6.in verſ.appellatio. limita. 19. num.206. Et per hunc Rit. corrigit, quod dicunt Iſern. & Afflict. in conſtit. Regn. appellationum tempora col.5. in princ. poſt eos Marant.in loc. præalleg. num.202. & Petr.Rebuff. in comment.conſtit. Franc. tract.de appell.artic. 5. gloſ. vnica,num.41. verſ.3. vbi quod Iudex ad quem viſo calendario proceſſus, ſi ſibi liquet,appellationem eſſe deſertam ſine alio decreto de deſertione faciendo, poteſt per literas reſcribere Iudici à quo quod ſuam ſententiam exequatur: ex quo ſibi liquet de deſertione (nam vt hic vides) requiritur decretum, & eſt conforme iuri communi, vt ſcribit Philipp. in cap. ex ratione,col. 19.in fine verſic. circa ſeptimum, de appellat. Alexand. in l. præſes, de re iudic. & Marant. in loco pre-
3 alleg. nu.200. † vbi quod quotieſcunque Iudex ad quem fuit aditus: ſi appellatio deſeritur, ſemper requiritur eius pronunciatio. pro quo text. in l. ſi contra, & ibi Bald. & l.precipimus,§.officijs,& ibi Bart. C. de appellat. licet ſi non fuiſſet aditus Iudex à quo poſſet exequi ſine pronuncia: ſi ſibi conſtat ex actis de deſertione, vt dicit Baldus in cap.ex parte, lo 2.num. 11.& ibid.Felin.num.9.de reſcript. Philipp.& Marant. vbi ſupra citato tamen prius aduerſario ad dicendum cauſam quare non debeat contra ipſum exequi ſententia, vt dicit nota. Ang.in l. ſi contra maiores,C.de appell.& Fely.in præalleg.cap.nu.9.verſ.2. Iſte Rit.in hoc bene ſeruatur: quia decretum deſertionis poſtquam eſt ſcriptum,non aliter legitur,ſed ſolum partibus intimatur,prout fit in omnibus alijs decretis:imò etiã in ſententijs diffinitiuis,vt dixi plenius in d.Rit.37. ſed in alio quo ad teſtimoniale non eſt in vſu, ſed lato decreto, illa pars quæ illud habuit in fauorem,expedire facit vnum reſcriptum per Iudicem,cum inſerta forma decreti deſertionis; in quo reſcripto ſcribitur Iudici à quo,quod ſuam ſentẽtiam exequatur literis inhibitorialibus expeditis per eũ,non obſtantib. vt alias dixi,ſupra in Rit.262.in 1.not.

4 ¶†Quæro in hoc Rit. quomodo iudicabitur ſententia lata ſuper deſertione appellationis, interlocutoria,an vero diffinitiua? Bald.in l.2.q.14.nu.20.C.de Epiſc. audien. & in l.ſi præſes,vbi etiam Salyc.nu.3.verſ.oppono,C.quõ & quando Iudex,Guid.Pap.conſ.77. nu.1. verſ. præterea,& Afflict.in conſtit.Regn.vt vniuerſis 12. not.nu.29 dicunt quod iudicatur interlocutoria, ſapiens tamen vim diffinitiuæ;ideò interlocutoria, quia non fertur ſuper facto principali, d.l.ſi præſes,& ideo habet vim diffinitiuæ, quia aliam ſententiam poſt ſe non expectat, vt dicit Bald. in d.cap.ex parte,nu.13.& Dñi de Rot.deciſ.11.alias 185 ſi à ſententia,de appellatio. in nouis. Guido vero Papa, deciſ.11. & 12. Aufrer. ad deciſ. Tholoſ.48. & Rebuff. in loco præalleg. in tract.de appellat.art.5.gloſ.vnic.nu.43. vol.3.poſt Bart.conſ.220. appellatũ eſt vol.1. diſtinguunt quod aut appellatio fuit interpoſita à diffinitiua, aut ab interlocutoria,primo caſu procedunt ſupra allegata.Secũdo verò ſecus eſt, & dici debet merè interlocutoria ſecũdum eos,quod bene nota. ¶Secundo quæro in hoc Ritu.
5 mentionem faciente de deſertione appellationis † quot modis appellatio dici poterit deſerta? Breuiter dici poteſt, quòd quinque modis deſeritur. Primus modus eſt quãdo interpoſita appellatione ad Iudicem competentem (cum plures eſſent) appellans infra tempus quo poterat appellari non declarauit ad quem illorum appellabat, vt dicit gloſ. in cap. ſi is cui,in verſ.durante,de offic.delegat.in 6. Ang.in l.1.§.ſi quis,ff.de appell.Alex.conſ.12.col.1.vol.6. & Rebuff.in d.tract.appellatio.artic.5.gloſ.vnic. num.5. Secundus eſt,quando copia proceſſus, appellationis præſentata fuit Iudici ad quem poſt lapſum 50. dierum ſtatutorum in hoc Regno per conſtit. Regn. appellationum tempora,

Digitized by Google

tempora, vt ſcribit Afflict. deciſ. 79. & 243. Tertius modus
eſt, quando appellans præſentato proceſſu infra tempus
50. dierũ, non fuit poſtmodum appellationem proſequu-
tus infra annum, vel biennium, cap. cum ſit Romana de
appellat. Auth. ei qui. C. de temp. appellat. & clem. ſicut de
appellat. cum ſimilibus. Quartus eſt, quando appellans
non petit apoſtolos intra triginta dies, vt dicit text. in
cap. ab eod. de appell. in 6. & in clem. 2. eod. tit. ſed quia
vt dixi ſupra in Rit. 251. iſte terminus eſt hodie ſublatus,
quia incluſus eſt ſub illis 50. diebus quos habet appellans
ad præſentãdum proceſſum, vt ſtatim dixi, ſequitur quod
in Regno iſte modus deferendi non datur, ſed in eius lo-
cum ſucceſſit ſecundus modus. Quintus, & vltimus mo-
dus, eſt quando appellatio ab interlocutoria, verbo tantũ,
& non ſcriptis fuit interpoſita, vt probat text. in cap. 1. de
appellat. in 6. & cap. vt debitus, extra eod. Guid. Pap. cõ-
ſil. 77. verſic. ad tertium dubium num. 4. & Petr. Rebuff.
in loco præalleg. num. 8. idem tamen Rebuff. ibid. dicit
iſto caſu ſibi videri, quod potius debet dici inualida appel
6 latio, quam deſerta. † Procedere tamen poterit iſte modus
de iure canonico, quia eo iure à quolibet interlocutoria,
vel grauamine appellatur, vt dicit l. apertiſſimi, C. de Iud.
l. 2. C. de Epiſc. aud. probat tex. in c. cum cauſam, de appel.
& c. dilecto, cap. vt debitus, & cap. cordi nobis, extra eod.
tit. iure vero ciuili ante diffinitiuam ſententiam non per-
mittitur, & l. ante ſententiæ, C. quorum appell. non reci-
piunt, & tradit Bar. in differentijs inter ius canon. & ci-
uile nu. 150 & quando appellaretur in aliquo caſu ab in-
terloquutoria, adhuc non procederet in hoc Regno, in
quo cum cauſæ omnes ſint ſummariæ, etiam viua voce,
& ſine expreſſione grauaminum appellari poteſt, vt dico
infra, in Rit. 288. 4. not. verſ ſeptimo infertur.

7 ¶ † Tertio quæro quis erit effectus deſertionis appella-
tionis, & in hoc breuibus me expediendo, dico effectum
eſſe, primo, quia deſerta appellatione, ſententia in cauſa
lata, rata manet, vt not. gloſ. poſt Hoſtienſ. in d. clem. ſicut
in ver. à die, circa princ. & Guid. Pap. d. conſil 77. num. 5.
& Iudex qui eam tulit poteſt ipſam exequutioni deman-
dare, per l. quoniam, la 1. C. de appell. & c. reprehenſibilis
ibi, ſi forte proſequi neglexerit tunc Epiſcopus liberè ſua
authoritate vtatur, extra eod. tit. præcedente tamen Iudi-
cis ad quẽ declaratione ſi proceſſus ad eum fuit tranſmiſ-
ſus, & inhibitio facta poteſt etiam, & debet Iudex ad quẽ,
appellationem deſertam eſſe pronunciare, vt hic patet, &
probat text. in l. præſes, C. quomodo, & quando Iudex, &
à iudicij obſeruatione abſoluere, vt inquit Bart. in l. eos
C. de appellat. Felin. in cap. ex parte 2. col. 5. de reſcript.
poſt Bald. conſil. 338. reparatio. vol. 3. ratio eſt, quia multę
exceptiones proponi poſſent, ne videatur appellat. deſer
8 ta, cap. ex ratione extra de appell. † & vbicunque poteſt
competere defenſio, requiritur ſententia declaratoria, vt
probat text. in cap. cum ſecundum, de hæret. in 6. & cap.
cum ſit Roman. de appell. ibid. & ſcribit Rebuff. in d. tra-
ctat. loc. præalleg. num. 39. Secundo, quia appellatione
deſerta, Iudex ad quem nullam habet iuriſdictionem in
cauſa ipſa principali, vt dicit Bald. in tit. quo tempore mi-
les, §. fin. & Guid. Pap. d. conſil. num. 5. Adeo quod non
poteſt amplius declarare male, vel bene iudicatum ſecun-
dum Bald. conſil. 20. vol. 1. & Rebuff. in d. tract. loc. præ-
alleg. num. 14. immo neque de nullitate cognoſcere, vt di-
cit Guido Pap. conſil. 10. in præſenti num. 3. & 4. plenè
Cagnol. in l. 2. quæſt. 166. verſ. quando vero, C. de pact.
inter emptor. & Brun. conſil. 50. num. 8. ſed eam ad ordi-
narium remittere, ſecundũ Anchar. conſil. 345. iam deſer-
ta, & Rebuff. loco proximè cit. nu. 14. & inſuper nec etiã
ſuper attentatis prouidere ſecundum eund. Rebuff. nu. 15
tum quia ſi ſuper principali non poteſt, nec etiam ſuper
9 acceſſorijs poſſe debet † tum etiam, quia poſt deſertionẽ
habetur, ac ſi non eſſet appellatum cap. licet, de ſentent.
excomm. in 6. & præfata adeo vera ſunt quod ſi ſecus fa-
ceret Iudex, ſententia eſſet nulla vna cum proceſſu, tan-
quam à Iudice incompetente, & non ſuo lata, & neque
ad agendum, neque ad defendendum valeret, vt dicit Bal.
in auth. ei qui in fine, C. de temp. appell. & in d. cap. fin.
quo tempore miles, Anchar. d. conſil. 345. Alex. conſ. 62.
viſo proceſſu, & conſil. 82. volum. 6. Guid. Pap. conſil. 47.
num. 4. & 5. conſil. 38. num. 4. & d. conſil. 77. nu. 5. & Petr.
10 Rebuff. in loc. præalleg. num. 12. † datur enim Iudici ad
quem in hoc ſolo iuriſdictio quando appellatio eſt deſer-
ta, quòd poſſit ipſam deſertionem cognoſcere, & pronun
ciare, & quia quo ad hoc non deſinit eſſe Iudex, argum.
clemen. 1. de reſcript. vt ſcribit Guid. Pap. conſil. 10 nu. 5.
conſil. 47. nu. 5. & conſil 77. nu. 5 & Rebuff. d. loco nu 13.
nec etiam quo ad excommunicationis cognitionem de
qua etiam coram eo quæri poteſt quia de ſalute animæ a-
gitur, cap. licet de ſent. excommun. in 6. intelligendo ta-
men, vt per Rebuff. d. tract. artic. 5. gloſ. vnic. num. 16.

11 ¶ † Tertio quia appellatione deſerta, appellans nõ ha-
bet tempus quod dari ſolet iudicatis, ſed ſtatim cogi poteſt
ad ſoluendum, eo quia longo tempore litigauit, per text.
in l. quoniam in verſic. mox, C. de appellat. not. per gloſ.
in l. 1. in verſic. exequutioni, C. de tempor. appellat. Alex.
conſ. 61. & ſi puto, volum. 3. & Iaſ. in l. debitoribus, col. 2.
limitat. 4. ff. de re iudicata, ſub diſtinctione tamen quam
tradit Petr. Rebuff. in prçallegat. tractat. artic. 5. gloſ. vni.
12 num. 26. † Quarto, quia deſertio appellationis fingit re-
tro, quod quidem non faceret ſententia etiam confirma-
toria primæ latę à Iudice, à quo, vt dicit Bal. in l. furt. §. 1.
num. 2. per illum text. ff. de his qui not. infam. & ideò di-
cunt ſecundum eum, & Petr. Rebuff. in d. tract. num. 23.
quod magis nocet deſertio quam ſententia, qua pronun-
13 ciatur male appellatum. † Quinto quia appellatione de-
ſerta, reus appellans debet condemnari in expenſis inſtan
tiæ deſertionis, cap. ex parte, 2. de reſcript. & cap. cum ap-
pellationibus, eod. tit. in 6. eo quia Iudicis officium impe-
diuit, vt not. Cyn. & alij in l. litigatur, C. de fruct. & lit.
expenſ. Federic. de Senis conſil. 133. caſus talis. Guid. Pap.
conſil. 48. nedum, colum. 2. & Petr. Rebuff. præalleg. loco
14 num. 30. † Scias tamen quod in dubio appellatio non
debet præſumi deſerta, immo Iudex potius debet inter-
pretari, quod non ſit deſerta quam contra, quia teneretur
ſemper eligere viam per quam vtrique parti conſulatur
l. 1. vbi nota. per Iaſon in 6. notab. ff. ſi quis caution. Dec.
conſil. 34. & pro tenui num. 5. & Rebuff. in pluries cita-
to tractat. de appellat. artic. 5. gloſa vnica, num. 27. quod
nota. Salerni die 1. Ianuarij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXV.

a ITem ſi contingat *a* Iudicem ordinarium, vel
delegatum allegari ſuſpectum, ſeruetur in hoc
Edictum Maieſtatis noſtræ, cuius tenor ſequitur,
& eſt talis. Ioanna Secunda Dei gratia Vngariæ,
Hieruſalem, & Siciliæ Regina vniuerſis præſen-
tis ordinationis ſeriem inſpecturis, tam præſen-
tibus,

ADDITIO.

a Item ſi contingat. Adde primo ad materiam ſuſpi-
tionis Iudicum, quod poſt litem conteſtatam, Iudex
ordinarius, vel delegatus non poteſt allegari ſuſpectus,
niſi poſtea ſuſpitio emerſerit, cap. Regni, prolixitatem
num. 217. vbi latiſſimè Ioannes Antonius de Nigris, &
cum legitur petitio ſuſpitionis, Iudex recuſatus non de-
bet adeſſe, ſed exire ab auditorio cap. Regni voluntas
num. 231. Item adde, quod poſt hunc Ritum ſeù prag-
mat. Reginæ Ioannæ, Carol. V. in pragmat. edita anno
1539. Cum nihil §. ſtatuimus etiam quod ſi cõtigerit, ſta-
tuit, quod in Regijs tribunalibus Ciuitatis Neapol. ſuſpi-
tionum cauſæ cognoſcantur in eiſdẽ tribunalibus, abſen-

Digitized by Google

te recuſato, iuxta diſpoſitionem c. ſi cõtra de offic. & pot. Iud. deleg. in 6. nec quidquã de officialibus extra ciuitatem edixit. Idem poſtea, ſeù D. Petr. de Toleto, anno 1551. per prouiſiones directas Archiepiſcopo Acheront. quarum initium: Per parte dell'infraſcritto prohibuit extra Neap. cauſa ſuſpicionis Iudicum cognoſci per diœceſanos dicẽs hoc ſpectare ad iuriſdictionem ſuæ Maieſtatis cum ageretur de ſuſpitione ſyndicatorum. Deinde anno 1556. Don Paraſan de Ribera, prouidit quod ſuſpitiones officialium extra Neapol. cognoſcãtur per Regias Prouinciales Audientias, vt in pragm. quæ incipit, ſemo auiſati. Idemque fuit iterum prouiſum anno 1585. per Ducem Oſſuni, in pragm. quæ incipit, in queſta Magnifica città, Anno 1576. per Marchionẽ de Mondeſciar emanata fuit pragm. quod omnes officiales Collateralis Conſilij, Sacri Conſilij Regiæ Cameræ, & Magnæ Curiæ Vicariæ, eorumq; aduocati fiſcales non poſſint allegari ſuſpecti, niſi propoſitis cauſis ſuſpiciones, & cognito prius, ſi caſu quo probarentur, militarent admitterentur, caſu vero quo non militarent, reijcerentur, & allegantes ſuſpitionem ſoluerent ducatos quindecim, vbi verò militarent, & non probarentur duc. 50. eorumq; dimidia Regio fiſco, altera vero dimidia Iudici recuſato, vt in pragm. quæ incipit, volendo noi prouedere, &c. Nec immerito, nam quem nos hodie ſuſpectũ dicimus, antiqui iniquum dicere ſolebãt, vt teſtatur Bud. in adnot. ad l. 1. ff. de iuſt. & iur. Idemq; Dux Oſſuni dict. Anno 1585. prohibuit ſuſpitionẽ allegari per quaſcunq; perſonas etiam priuilegiatas poſt concluſum in cauſa, vt in prag. Semper intentio, nec de officialibus Regiarũ Audientiarum meminit. Tandem vero anno 1594. per Comitẽ Mirandæ fuit edita pragm. qua confirmatis pragmaticis editis annis 1576. & 1585. fuit prouiſum quod vbicunque agitur de ſuſpitione Regiorum Iudicum, ſiuè maiorum, ſiuè minorum huius Regni (quibus verbis videntur comprehendi non ſolum Officiales Regiarum Audiẽtiarum, ſed etiã Capitanei, & Iudices Regiarum terrarũ) quod de facto non ſeruatur, quo ad Capitaneos, & Iudices, nam cognoſcuntur per Regias Audientias ex quo nõ habent collegas, ſiuè ſit cauſæ commiſſarius, ſiue collega etiam ꝙ ſint capita tribunalium pendente cauſa ſuſpicionis procedatur in cauſa ad vlteriora per commiſſarium ſuſpicionis ad omnes actus, & decretos interlocutoria eo modo, & forma quibus procedebatur antea vſq. ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè, ita vt militante ſuſpitione acta omnia remaneãt valida, vtq; cauſa ſuſpicionis habeat inſtantiam quindecim dierũ, præcisè decurrendorũ a momento ad momentũ à die dati termini ad probandũ cauſas ſuſpitionis quibus finitis, procedatur. Itẽ quod ſuſpitio proponatur ab vno ex àduocatis cauſæ, nec recipiatur abſque eius ſubſcriptione, ita quod ſi reijciatur vt non militans, ſeruata forma pragm. anni 1576. aduocatus ſoluat dimidiã pęnæ, alteram vero pars: & ſi aduerſarius vna, vel duabus vicibus propoſuerit ſuſpitiones, & in eis ſuccubuerit, & ſoluerit pęnam pro tertia vice ſoluat pęnã duplicatam, & pęna quæ erat ducatorũ quindecim ſit ducatorũ triginta, & quæ erat ducat. 50. ſit ducat. 100. & quod non procedatur ad cognitionẽ ſuſpitionis, niſi propoſitis capitibus, & facto depoſito pęnæ, & qđ præſidens nõ cõmittat cauſam ſuſpitionis, niſi præcedentibus omnib. ſupradictis abdicando in hoc à ſe iuriſdictionẽ, vt in pragm. quæ incipit, Ancora che per le prãmatiche. Quid circa huiuſmodi ſuſpitiones ſtatutũ fuerat iure ciuili quid iure põtificio, & quomodo gradatim proceſſerunt ſupradictæ Regię pragm. & vtrũ à decreto ſuſpitionis poſſit appellari, vide omninò quæ nos ſcripſimus pro Io. Donato Altamura Tarentino contra Præſidentẽ Reg. Cam. Aleſanam. Nã cum per Reg. Cam. fuiſſet prouiſum cauſas ſuſpitionis allegatas non militare habito recurſu ad PN. Proregẽ, obtinuimus relationem fieri in Collater. Conſilio. de proceſſu vero facto per Iudicem recuſatum antequam fuerit cęptum cognoſci de ſuſpitione, quod ſit nullus, vide quæ diximus infra ad Ritum 289. C. P.

tibus, quàm futuris, Principis circumſpecta prouiſio ad ſubditorum commoda ſuum frequenter conuertit intentum, & ne in eorum litigijs per ſubtiles, & magis ſophiſticas quam veraces aduocatorum, & procuratorum verſutias veritas iuſtitiæ lateat, ne ve circa celerem exequutionem eius cuius debitrices exiſtimus, in diffinitione litigiorum numerus producatur congrua, & debita remedia adhibet pro futuro, ſanè ſi cunctis noſtris fidelibus notorium eſſe debet, patulum, & manifeſtum, qualiter Neapol. ciuitas præterito tempore, fuit decorata ciuibus, & ſpecialiter Doctoribus, & iuriſperitis, tàm iuris canonici, quam ciuilis, qui velut lilia pomerijs floreſcere videbantur, quatenusuè ad præſens depopulationibus, amaritudinibus, alijs generibus, & mortalibus varijs ſũt imbuta, iudicet animus cuiuslibet iudicantis, cuius rei cauſa, ipſorum Doctorum, & iuris peritorum numerus eſt totaliter diminutus, propter quod indignum cenſetur, & abſonum; ſi tam pauco reſtanti dictorum iuris peritorum numero, in cauſis quæ inter partes plerumque verterentur, ſuſpicio inordinata procederet, & quia contingit interdum ex quadam abuſione obſeruata, hic hactenus (prout clamoroſa inſinuatio noſtrum pulſauit auditum,) quod tam Iudices ordinari Curiarum noſtrarum, quã alij Iudices per Maieſtatem noſtram delegati, aut delegandi in cauſis quam omnes alij literati ſiſtẽtes in ciuitate Neapol. tàm iuris canonici, quàm ciuilis nullo exceptuato, fuerant allegati ſuſpecti, & etiam allegantur per alteram partium, interdum per vtramque partem litigantium (nulla cauſa ſuſpicionis contra eos propriè expreſſa) ob quod cauſæ ipſæ longitudinem recipiunt, & etiã tarditatem, nec diſcuti poſſunt, & fine debito terminari, propter quod prorogantur cauſæ in litigantium pręiudicium, contra noſtrę Maieſtatis honorem; propterea nos cupientes maternæ circa pręmiſſa remediabiliter prouidere, & ſubtiles aduocatorum, & procnratorum ipſorum in hac parte verſutias amputare, & ora calumniantium (in quantum arbitrio noſtro poſſumus) refręnare: prouidemus, & hac edictali conſtitut. noſtra cum deliberatione nobis aſſiſtentis Conſilij ſtatuimus, & ordinamus, quod non obſtante diſpoſitione iuris ciuilis, qua cauetur quod ſufficiat cauſam ſuſpicionis ſimpliciter allegare, nec allegans teneatur ad probationem illius, ſed ſequendo iuris canonici ſanctionem, quæ in hac parte videtùr æquius prouidere, quod quotieſcunque occurrerit aliquem noſtrorum Iudicum ordinariorum, vel delegatorum, ac officialium cum eis deputatorum allegari ſuſpectum, cauſæ ſuſpicionis exprimantur coram viro Magnifico Logotheta, & Prothonotario Regni noſtri Siciliæ, Collaterali Conſilio, & fideli noſtro dilecto, vel eius Locumtenẽte, aut alio cui ipſe Logothe-

ta

ta duxerit committendam, qui extraiudicialiter, & ſine ſcripturis (prout expedire videbitur) infra breues dies, de cauſa ſuſpicionis huiuſmodi ſe informet oretenus, & ſiquidem ſecundum eius arbitrium, & videre, videbitur, per informationem ipſam cauſam ſuſpicionis, fore probatam, & ſecundum eius arbitrium eſſe iuſtam, tunc recuſationem dicti Iudicis, vel alterius officialis allegati ſuſpecti admittat; Et vbi non videbitur ſibi cauſam ipſam ſuſpicionis infra breue tempus prędictum, fore probatam, vel à principio non eſſe iuſtam recuſationem ipſam Iudicis, vel alterius officialis, nullatenus admittat, ſed ad ipſius Prothonotarij dictum Iudex ille allegatus ſuſpectus in cauſa illa procedat (non obſtante allegatione prædicta.) Nos autem arbitrio diſcretioni, & voluntati ipſius Prothonotarij cuiuſque Locumtenentis, vel alterius eligendi per eum per præſentem ordinationem noſtram inſpiciendum committimus, ſi cauſa ſuſpicionis iuſta ſit, vel iniuſta, & in caſu quo iuſta apparet, ſi probata ſit, vel non infra tempus prædictum, eius prothonotarij, ſeù eius Locumtenentis dicto ſuper hoc ſtetur, abſq; aliqua contradictione quacunque eiuſq; arbitrio commitimus imponendi, & exigendi pęnas, quæ ſibi videbuntur ab allegantibus, cauſam ſuſpicionis, & ipſam minimè probantibus coram eo, vt aut edictalis ordinatio noſtra in notitiam deueniat ſingulorum; & ne ipſius ignorantiã valeant allegare, membranam, ipſius ſeriem continentẽ, in porticibus caſtri noſtri noui Neapol. apponi fecimus, & affigi, quæ tenorem edictalis ordinationis affatæ ſuo ſonoro præconio, & patulo indicio publicabit, cum non ſit veriſimile remanere inçognitum, quod tam patenter, in oculis omnium diuulgatur, in cuius rei teſtimonium, præſens edictalis noſtræ ordinationis ſcriptum exinde fieri, & pendenti Maieſtatis noſtrę ſigillo iuſſimus communiri. Datum Neapol. per manus Mag. Vir. Franc. Zurli de Neap. Comitis Montis Auri Logothetæ, & Prothonotarij Regni noſtri Siciliæ, Collateralis Conſiliarij, & fidelis noſtri dilecti. Anno Dñi 1417. die penult. Sept. xj. Indictionis Regnorum noſtrorum Anno quarto. Adijciẽtes quod in aliis ciuitatibus, & locis Regni, ſuſpiciones prædictæ modo, & forma prædictis debeant allegari coram Diœceſano loci, vel eius Vicario, qui procedat in pręmiſſis, ſicut procedere debet Prothonotarius, iuxta formam prædictam.

SVMMARIVM.

1 *Iudex vt ſuſpectus remotus, relationi, & diſcuſſioni dictæ cauſæ, non poteſt interuenire, & infra num. 14.*
2 *Practica hodie coram quibus Iudex ſuſpectus ſit allegandus.*
3 *Barones non aliam habent iuriſdictionem, quam ex eorum priuilegijs conceſſam.*
4 *Barones ſecundas cauſas non habentes, an de ſuſpicionibus ſuorum officialium cognoſcere poſſint?*
5 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
6 *In allegatione ſuſpecti Iudicis, an ſit neceſſe cauſam exprimere: vel ſimplex allegatio ſufficiat?*
7 *Actuarij de iure ſuſpecti accuſantur.*
8 *Practica ſuper cauſis ſuſpicionum notarij.*
9 *Sufficit pro ratione voluntas.*
10 *Suſpicio Iudicum, & aliorum allegari quando poſſit ante, vel poſt lit. conteſt.*
11 *In notorijs non eſt locus Iudicis recuſationi.*
12 *Tota vis cauſæ in ſententia conſiſtit.*
13 *Iudices tam ordinarij, quàm delegati ſuſpecti accuſari, & remoueri indiſtinctè poſſunt.*
14 *Suſpicione in Iudice, qui habuit adiunctum, non ceſſante, an recuſari poſſit?*
15 *Officium Logothetæ, & Prothonotarij, hodie vnitum.*
16 *Officium Prothonotarij in quibus verſatur hodie. Et illuſtris ipſe appellatur, ibidem.*
17 *Iudex allegatus ſuſpectus quando in cauſa procedere poſſit.*
18 *Argumentum, à contrario ſenſu in iure validiſſimum.*
19 *Recuſatio Iudicis, & appellatio à pari procedunt, & infra num. 30. & 31.*
20 *Appellatio ſuſpendit iuriſdictionem, & infra nu. 30.*
21 *Iudex recuſatus, vt ſuſpectus, an reiectis ſuſpicionibus, in cauſa procedat.*
22 *Malitijs non eſt indulgendum.*
23 *Allegans Iudicem ſuſpectum, & non probans puniendus venit Iudicis arbitrio qui ſuper ſuſpicionibusproceſſit.*
24 *Teneturque Iudici allegato ſuſpecto actione iniuriarum ibidem.*
25 *Allegatio ſuſpecti Iudicis à principali eſt facienda propter pœnam, vel à procuratore habente ſpeciale mandatum.*
26 *Ignorantia quando veriſimilis non eſt.*
27 *Caput tribunalis ſi eſt ſuſpectum, nunquid talis ſuſpicio in eodem tribunali, allegabitur? & infra numero 31.*
28 *Conſiliarij, Sacr. Conſ. Præſidentes Reg. Cam. Iudices Magn. Cur. Auditores Prouinciarum, nunquid Ordinarij, vel Delegati dicuntur.*
29 *Baldus nihil ignorauit.*
30 *Iudex allegatus ſuſpectus ſi hoc obſtante, procedat in cauſa, acta nunquid valeant?*
31 *Allegans Iudicem ſuſpectum: ſi circa ſuſpiciones, vel cauſam principalem non procedat, quid facturus eſt Iudex.*
32 *Iudex ex quibus cauſis poſſit ſuſpectus recuſari: remiſſiuè.*
33 *Inimicitia qualibet probabilis in ſpecie ſufficit ad recuſandum Iudicem.*
34 *Qui Iudex probatis ſuſpicionibus in cauſa, de iure ciuili, & canonico procedet.*
35 *Suſpicio officialis perſonam ſigillat, non Baronis iuriſdictionem tollit.*
36 *Appellans ſi contingat à ſententia lata per eum cuius conſilio Baro procedere debebat in cauſa; nunquid ad Iudicem ſecundarum cauſarum Baronis, vel ad Magn. Cur. appellabitur.*
37 *Appellatio omiſſo medio, non admittitur.*

ISte Rit. ponit modum, & formam ſeruandam per litigantes in allegatione Iudicum ſuſpectorum, vt ſi in Ciuitate Neapol. hoc euenerit, coram Logotheta, & Prothonotario ſuſpicio allegetur cum expreſſione cauſæ, ſi vero extra Ciuitatem, in alijs Regni partibus coram

Digitized by Google

Epiſcopo Diœceſis, vel eius Vicario, qua allegatione ſu-
ſpicionis propoſita, Logotheta, vel Diœceſanus ſine ſcrip-
tis infra breuem terminum ſe informabit, & prouidebit,
prout ſuſpiciones apparuerint militare, vel non. Et licèt
Marant. in pract. part. 4. diſtinct. 11. verſic. 24. num. 57. in
nouis, Cauenſ. hic in princip. & Ioan. Anton. de Nigris
in capit. Regn. prolixitatem verſiculo, & in Regno num.
51. dicant, hunc Rit. quotidie ſeruari in practic. tamen
hodie non ſeruatur; quia ſi ſuſpicio allegatur de officiali-
bus Ciuitatis Neapol. puta, de aliquo Regio Conſiliario,
Præſidente Regiæ Cameræ Summariæ, vel Iudice Magnæ
Curiæ per diſpoſitionem Regiæ Pragmat. Carol. V. Im-
perat. incip. ſtatuimus etiam pragm. 1. de ſuſp. Officia-
lium in ipſomet tribunali allegari non debet, & coram
collegijs illius qui ſuſpectus allegatur, ipſo excepto, &
caſu quo ſuſpicio omnibus, vel maiori parte apparebit
militare, iubebunt ſuſpectum abſtinere, & ipſi in cauſa
procedent. vt etiam diſponitur in quadam ordinatione
Regis Ferdinandi I. nuper impreſſa, & renouata per Il-
luſtriſs. Ducem de Alcalà, huius Regni Viceregem in no-
uiſſimis pragmat. in reformationibus Sacri Conſilij prag-
mat. 40. de offic. Sacri Conſilij, vbi quod iſto caſu, ex a-
lijs collegijs prouidebitur de alio commiſſario cauſę non
1 ſuſpecto. † Idque adeo verum eſt, quod ille Iudex, qui
fuerit, vt ſuſpectus remotus, ſicut non poteſt in cauſa Iu-
dex eſſe, pari modo, nec etiã diſcuſſioni, & relationi præ-
ſens, vt ſcribit Capyc. deciſio. 138. num. 5. & Rebuff. in
tract. recuſa artic. 6. gloſ. final. num. 8. volum. 3. facit cap.
Regni, voluntas libera. & per aliam Regiam prouiſio-
* nem ſimiliter nouiter impreſſam, & ibidem inſertam * in
d. pragm. 40. §. Illuſtres, & Magnifici viri adeo quod pro-
poſitio ſuſpicionum coram Logotheta facienda iuxta for
mam Rit. noſtri receſſit ab aula, per dictas nouas ordina-
tiones. Si vero ſuſpicio allegatur de officialibus exiſten-
tibus extra ciuitatem Neapol. diſtinguit, quod aut de
aliquo Auditore Regio in prouincijs, aut de aliquo alio
officiali alicuius ciuitatis, tàm Regiæ, quàm Baronis: pri-
mo caſu, idem ſeruandum eſt, quod in officialibus ciuita-
tis Neapol. diximus, & quamuis d. pragm. ſtatuimus lo-
quatur ſolum de conſiliarijs, præſidentibus Regiæ Came-
ræ, & Iudicibus Magnæ Curiæ, & d. ordinatio Regis Fer-
dinandi ſolum in Conſiliarijs, tamen nouiter prouiſum
eſt per eundem Illuſtriſſimum Viceregem in præallegata
pragm. 40. §. ſunt, & aliæ, quod dicta, & ordinata de Sa-
cro Conſilio, obſeruentur etiam in Magna Curia Vicariç,
& Audientijs Prouinciarum æquè, ac ſi principaliter
de eis eſſet in ipſis pragmat. diſpoſitum. Secundo caſu,
licet non habeamus aliquam pragm. quæ in hoc corrigat
hunc Rit. volentem tales ſuſpiciones proponi corã Diç-
2 ceſano, † tamen pract. ſe habet, quo allegentur, & pro-
ponantur, coram Regijs Tribunalibus ſuperioribus illi
Curiæ, cuius officialis allegatur ſuſpectus, prout eſt Ma-
gna Curia, & Audientiæ Regiæ Prouinciarum, & Diçce-
ſani hodie non ſe intromittunt, vt etiam tangit Petr.
Foller. ad Marant. in loc. proximè citat. dicens vidiſſe
literas coll. Conſilij, Regiæ Audientiæ Principatus citra
directas, quod cauſæ ſuſpicionum Officialium per eandẽ
audiantur: & non per Diçceſanum, & ego vidi, & pe-
nes me habeo literas eiuſdem Collateral. Conſilij, tempo-
re Illuſt. Don Petro de Toledo expeditas quas nuper im-
primi feci inter alias pragm. huius Regni, & reperies in
pragmat. 2. incipient. Reuerende vir. de ſuſpic. official.
per quas ordinatur Archiepiſcopo Archetrontino ad in-
ſtantiam Vniuerſitatis Petrç perciatç quod à cognitione
ſuſpicionum abſtineret in futurum, cũ talis cognitio ſpe-
ctet ad iuriſdictionem Regiam, non obſtãte iſto Ritu, qui
non fuit obſeruatus: alias ſi ſecus ageret, contra ipſum
procederetur tanquam contra vſurpantem Regiam iuriſ-
dictionem, & idem poſtmodum ordinatum fuit per prag-
mat. 3. incip. ſemo auiſati, eod. titul. Et prædicta intellige
etiam, quando officialis qui allegatur ſuſpectus eſſet Ba-
ronis, ſiuè habentis in ſua terra ſecundas cauſas, ſiuè non
habentis, & licèt attentari poſſet pro Barone, quod cum
habeat ſecundas cauſas ſuſpiciones primo debent allega-
ri, & diſcuti coram ſecundo, vel coram ipſomet Barone,
tamen ex pluribus non procedit: primo, quia tractatur
de grauamine, vel meritis primç cauſæ; & propterea, nec
etiam tractari poteſt de Iudice ſecundarum cauſarum
qui tunc debet adiri, cum de cauſa principali aliqua ex
partibus conqueritur. Nec minus tractari poteſt de ipſo
3 Barone † quoniam cum Barones non aliam habeant iu-
riſdictionem quam quæ eiſdem ex tenore priuilegiorum
conceditur, nullus Baro reperitur, qui aliud habeat in pri-
uilegio, quam iuriſdictionem in ſuos vaſſallos, & in ſua
terra, & territorio, & propterea dici minimè poteſt, quod
de ſuſpicionibus præfatis erga ſuos officiales, cognoſcere
valet: cum illud in eius priuilegio, non concedatur, nec
exprimatur. Tertio quia in hoc Regno per hunc Ritum
generaliter loquentem in omnibus officialibus, certi, &
determinati erant Iudices ſuſpicionum, qui ſi ſeruaretur
non eſt dubium, quod etiam in officialibus Baronũ pro-
cederet: prout quando ſeruabatur audiui, quo procede-
bat, quo ſtante. Cum Regium Collater. Conſil. dicat, qđ
cognoſcere de ſuſpicionibus ſpectat ad Regiam iuriſdi-
ctionem, iſtaq; prouiſio de officialibus ſuſpicionum ſuc-
ceſſit in locum illorum qui per hunc Rit. dati erant; fa-
tendum eſt, quod ſicut antiquitus per hunc Rit. de om-
nibus officialibus ſuſpectis cognoſcebatur, per illos qui
numerantur in text. eodem modo, & hodie per tribuna-
lia Regia, quæ de eis cognoſcunt, de omnibus cognoſci
4 debet, quod nota. quia quotidie euenit. † Dominus ta-
men Marinus Frec. de ſuoteud. lib. 2. titulo de differentia
feud. quaterna. nu. 37. folio 243. in omnibus prædictis a-
liter tenet dum dicit quod Barones etiam non habentes
ſecundas cauſas poſſunt de ſuſpicionibus ſuorum officia-
lium cognoſcere, & ipſos remouere, vel eis adiunctum da-
re, argum. text. capituli ſi contra de offic. delegat. in 6. per
quem dicit ita firmaſſe Boer. in ſingul. ſuo in verſic. ſu-
ſpicio, num 1. ſed pace tanti viri arbitror non recedendũ
ab ijs, quæ ſupra dixi: tum quia vrgent rationes per me
allegatæ, tum etiam quia non obſtat cap. ſi contra: pri-
mo quia loquitur in Epiſcopo qui ab ipſo iure canonico
iuriſdictionem habet generalem, nos vero in Barone qui
5 de iure eſt incognitus, & ſolum ex priuilegio † certam, &
limitatam habet iuriſdictionem quę propterea limitatum
debet producere effectum vulgat. l. in agris, ff. de acquir.
rerum domin. ſecundo quia in hoc Regno ſtatuti ſunt Iu-
dices ſuſpicionum per hunc Ritum, & propterea fruſtra
quo ad hoc, ad ius canonico recurrimus: & licet eius di-
ſpoſitio non ſeruetur, eſt quia Vicereges Regni ordinaue-
runt vt ſupra dixi, quod ſuſpiciones cognoſcantur per of
ficiales Regiæ iuriſdictionis, & ideo per Regios officiales
tantum iuxta mentem ſuperiorum cognoſci debet, & ita
video vt plurimum fieri, & ad tribunalia Regia recurri,
& inſuper conſidera quod illud de Epiſcopo eſt ſpecia-
le, in d. cap. ſi contra. Aduerte tamen ad id quod dicit Pet.
Foller. ibidem quod iſte Ritu. volens ſuſpiciones allegari
coram Diçceſano, loquitur ſolum in aliquibus Regni par-
tibus, quia regulariter fieri deberet coram Logotheta in
ciuitate Neapol. & alibi coram Regijs Audientijs pro-
uinciarum, nam iſte Ritu. poſt ſui finem, in verſic. adij-
cientes dicit contrarium, ideſt quod in alijs ciuitatibus, &
locis Regni ſuſpicio allegatur coram Audiẽtijs: vt ipſe di-
cit, non procedit ex eo quod iſte Rit. non prouideat iſtum
caſum: ſed ex noua pract. & obſeruantia, (quæ hunc Rit.
correxit) orta ex voluntate ſuperiorum declarata per li-
teras expeditas in diuerſis cauſis, vt ſupra dixi.
6 ¶ † Not. primo, ibi non obſtante diſpoſitione iuris ciui-
lis, quod de iure ciuili in allegatione ſuſpicionum Iudicũ,
non eſt neceſſe exprimere cauſam, ſed ſufficit ſimplex al-
legatio, vt dicit gloſ. in l. apertiſſimi, in verſic. recuſare
per illum tex. & ibi etiam Bart. & Bald. & alij, C. de Iud.
dummodò allegans ſuſpiciones iuret ſe non calumniæ
cauſa id agere, ſecundum gloſ. ibidem, & poſt eam Bald.

Salycet.

Digitized by Google

Salycet. Aret. & Iaſon, Anchar. conſil. 263. ſubtiliter Lanfranc. in repet. capit. quoniam contra in verſic. recuſationes, num. 11. Ang. in §. ſi quidem inſtitut. de fideicom. hæred. & Alex. in l. quia poterat, ff. ad Trebel. De iure vero canonico eſt ſecus, vt patet ex cap. ſecundo requiſis, extra de appellatio. ex Doctor. præallegat. & etiam ex hoc Rit. ibi ſed ſequendo, & ſecundum hanc iuris canonici diſpoſitionem, Rit. noſter ordinat quod cauſæ ſuſpicionum exprimantur, idq. etiam ordinatur in d. pragmat. ſtatuimus etiam, & in præalleg. prag. 50. & in pract. ſeruatur. Illud tamen quod Rit. iſte dicit, quod ſine ſcriptis audientur ſuſpiciones, nō obſeruatur: ſed prout etiam dicitur in d. pragm. 40. datur terminus ad verificandum ſuſpiciones, infra quem examinantur teſtes, & producuntur producenda ad probationem ipſorum, & poſtmodū fit publicatio, vt practicantibus eſt notorium. Bene ta-
7 men † verum eſt, quod cum actuarij in hoc Rit. includantur, vt patet ibi ac officialium cum eis deputatorum, & Marcel. Bonon. hic dicit num. 2. quia etiam de iure ſuſpecti allegari poſſunt, vt dicit Bald. in l. apertiſſimi, §. ſæpè, C. de Iud. gloſ. not. in §. quoniam ſæpè in auth. de trien. & ſemiſs. & Lanfran. in dicto c. quoniam contra in verſ.
8 recuſationes, num. 6. † circa ſuſpiciones eorum ſeruatur in pract. quod hic dicitur, & Iudex ſine ſcriptis informat ſe de cauſis ſuſpicionum, & eis veris repertis, prouidet de alio actuario partibus nō ſuſpecto, vt etiam Marcell. Bon. hic num. 12. ſeruari atteſtatur in Sacr. Conſil. Magnæ Curiæ, & alijs tribunalibus, & licet ſecundum Anchar. in dicto conſil. 263. Alex. conſil. 104. verſic. circa ſecundum num. 2. vol. 5. & Afflict. in conſtit. Regn. Iuſtitiarij per prouincias, 4. notab. num. 5. ſufficiat ſolum iuramentum, quia non infert magnum præiudicium, tamen in pract. ſemper aliqua cauſa requiritur ad remouendum eos, quamuis non curetur, quod ſit nimis vrgens, & in hoc valde verſatur arbitrium Iudicis, qui multoties ex le-
9 ui ſuſpicione remouet; vt fieri vidi, † quia vt dicunt Anchar. & Alex. in loc. præalleg. ſufficit in hoc pro ratione
10 voluntas. ¶ † Secundo not. ibi, quotieſcunque occurrerit, quod ſuſpicio Iudicum, & aliorum cum eis deputatorum quotieſcunq; occurrit, allegari poteſt (ſupple tamen iu ad hunc Ritum) quotieſcunque occurrit ante litē conteſtatam, quia poſtmodum non poteſt allegari, dicta l. apertiſſimi, in princip. & ibi gloſ. & communiter ſcribentes, niſi poſt litis conteſtationem ſuperueniat, vt eſt text. in l. non diſtinguemus, §. cum quidam, ff. de arbitr. nota. Angel. in l. final. C. de iuriſdictio. omnium Iudicum, & Lanfranc. in dicto capit. quoniam contra. in verſic. recuſationes, nu. 2. ſicuti etiam poſt concluſionem in cauſa, admittitur: ſi poſt concluſionem orta eſt, vt dicit Felyn. in capit. Paſtoralis, num. 17. verſic. excipiuntur certi caſus, de except. & Hippol. in l. maritus nu. 28. ff. de quæſt. & licet Dom. in cap. Iudex, de officio delegati, in ſexto. Roman. in l. ſi mulier diuertit, ff. ſolut. matrim. & Aret. in Inſtit. de except. in rubr. num. 36. verſic. ſeptimo quæro, in hoc vltimo teneant contrarium, quia concluſio in cauſa
11 facit notorium, † & in notorijs non eſt locus recuſationi Iudicis per capit. propoſuit, de appell. tamen ſit ſatis bene dicit Felyn. illud capit. loquitur in criminalibus, & vbi delictum eſt notorium, & graue, non autem in ciuilibus. Et inſuper vbi pœna iuris erat certa, quia ſi eſſet arbitraria, ſecus eſſet, vt dicit Archid. in cap. quia ſuſpecti 3. q. 5. Hoſtien. Ioan. Andr. in cap. cum ſpeciali, de appellat. & Abb. in cap. cum veniſſent, de Iudic. & iſta opin. videtur
12 verior: † quia tota vis cauſæ conſiſtit in ſententia, quam etiam videtur ſequi Marcel. Bonon. hic num. 11. verſic. & in quantum, verum tamen eſt, quòd per cap. Regn. prolixitatem, quotieſcunque ſuſpicio allegatur poſt litem conteſtatam, etiam quod dicatur de nouo emerſiſſe, non aliter admittitur quam ſi notoriè, & euidenter appareat;
13 vt ibi latius eſt videre. ¶ † Tertio nota. ibi ordinariorum, vel delegatorum quod Iudices tàm ordinarij, quàm delegati poſſunt allegari ſuſpecti per hunc Rit. & nedum allegari ſuſpecti, verum etiam recuſari veris exiſtentibus ſuſpicionibus, vt patet ibi tunc recuſationem dicti Iudicis admittat, & in hoc iſte Rit. ſequutus eſt diſpoſitionem iuris canon. in cap. ſuſpicionis, de offic. delegat. in cap. cū ſpeciali de appellat. in cap. requiſis, eodem titulo in ſexto, & in cap. 3. de foro compet. vbi idem diſponitur, quoniam de iure ciuili Iudex ordinarius non poteſt, vt ſuſpectus recuſari, dicta l. apertiſſimi, iuncta gloſ. in verſic. Iudices, circa fin. & ibi Bald. Paul. & Iaſon exceptis certis caſibus, quos ibi gloſ. ponit, & Lanfr. & in d. loco num. 7. verſic. Iudex autem, ſed ſi ſuſpectus fuerit allegatus, datur ſibi adiunctus Epiſcopus, vt dicit text. in authen. ſi vero
14 contigerit, C. de Iudic. † & ſi ſuſpicio ex hoc perfectè non ceſſaret, poſſet tunc etiam de iure ciuili recuſari, vt dicit Bartol. in l. 2. in 2. lectura in fine nu. 30. ff. ſi quis in ius voca. non ier. in tantum quod datio adiuncti Iudicis ordinarij ſuſpecti, iuxta diſpoſitionem iuris ciuilis, per hunc Rit. admittentē recuſationem, eſt ſublata: quod not. quia pauci aduerterunt hunc Ritum in hoc. Et cum hoc Ritu concordat dicta Regia pragmat. Carol. V. incip. ſtatuimus etiam de ſuſpic. officia. & ordinatio Regis Ferdinandi I. quam ſupra citauimus in dicta pragm. 40. in quibus diſponitur de Iudicibus ordinarijs, & dicitur quod vera exiſtente cauſa ſuſpicionis, Iudex remouetur: adeo quod nec etiam præſens relationi cauſæ eſſe poteſt, vt ſupra dixi in princip. iſtius Rit. ¶ Quarto nota, ibi Magnifico Viro Logotheta, & Prothonotario, quod officium Logothetæ, & Prothonotarij reperitur in vno homine vnitum. Antiquitus diuerſa erant iſta officia, vt dicit D. Marinus Frec. de ſubfeud. lib. 1. §. quintum officium, folio 32. num. 7. & vt ipſe dicit in princ. illius §. Logotheta, & Prothonotarius
15 circa diuerſa ſe impediebant, † licet hodie vnitum ſit vnū alteri, & officium Logothetæ ſit in Prothonotario, vt etiā ſcribit Luc. de Pen. in l. neminem, C. de decurion. lib. 10.
16 † Officium Prothonotarij conſiſtit hodie in creationibus notariorum, vt Dominus Marin. ibid. dicit, num. 9. ponit manum in priuilegijs, quæ à Regia Cancellaria expediuntur, vt dicit Iſern. in cap. quoniam inter Dominum, in additio. in princip. de prohib. feud. alien. per Lothar. & idem Dominus Marinus loco proximè citato num. 28. Habet ſecundum eum, num. 21. nonnulla emolumenta circa ſuum officium, vt puta, quando à Rege aliquis legitimatur, vel fit Iudex ad contractus, & quando ipſe creat notarios, & inſuper vt ſcribit in d. §. num. 22. appellatur illuſtris per not. per Bart. in l. 1. §. diuus ff. de var. & extraordin. cognitio. & Iacob. in l. 1. colum. 4. ff. de offic. aſſeſſor. & licet hic appelletur Magnificus, procedit ex eo, quia in hoc Ritu. loquitur Regina cui ſatis eſſe videtur ſi hoc titulo ſubditum, ſuumque officialem honoret, vel ideò eſt, quia antiquitus in hoc Regno iſtis titulis, & ſimilibus non ita paſſim appellabantur homines, vt facimus noſtris temporibus quibus res deuenit ad terminos, quòd (vt breuibus, me expediam) maximum vituperium eſt in hoc Regno id quod circa iſtos titulos ſeruatur. Audiui tamen, quod ab hiſpanis cęperunt huiuſmodi vſurpationes, quia antea ſuis quiſque titulis appellabatur.
17 ¶ † Quinto not. ibi in cauſa illa procedat non obſtante allegatione præfata, quod Iudex allegatus ſuſpectus, tunc demum poteſt in cauſa procedere, cum auditis ſuſpicioni-
18 bus, prouiſum eſt eas non militare, † ergo argumento ſumpto à contrario ſenſu quod validum eſt in iure, l. 1. ff. de offic. eius antequam fuerit ſuper hoc declaratum, pendente diſcuſſione ſuſpicionum, non debet ſe intromittere vt etiam voluit Bart. in l. quia poterat num. 3. verſic. ſed quæro, ff. ad Trebell. Hoſtienſ. & Ioan. Andr. in cap. cum ſpeciali, extra de appell. Anchar. in cap. Iudex de offic. deleg. in 6. Lapus alleg. 1. Alex. conſ. 104. nu. 4. vol. 5. & latè Rom. conſil. 220. verſ. quo ad ſecundum nu. 3. Ratio iſtius concluſionis eſſe poteſt ſecundum Roman. ibidem quam
19 etiam Alexand. ſentit in d. conſil. † quia recuſatio Iudicis, & appellatio à pari procedunt, vt probat textus ad literam, & ibi gloſ. in cap. ſuper eod. lo 2. extra de appel-

Digitized by Google

20 lat. † & ideo ſicut appellatio ſuſpendit iuriſdictionem toto tit. ff. nihil noua. appell. pend. & l. appellatione, C. de appell. eod. modo, & recuſatio. de quo tamen vide infra
21 q. 3. Et ex isto not. † Sequitur quod poſtquam reiectis ſuſpicionibus, idem Iudex procedit in cauſa, vt etiam diſponitur in d. Regia ordinatione Regis Ferdinandi I. pragm. 40 de offic. Sacr. Conſil. non eſt verum quod multi dicũt, quod Iudex redditur ſuſpectus adeo quod iudicare non poteſt, propter allegationem factam de eo, quod ſit ſuſpectus: Comprobatur, quia ſi id verum eſſet aperta eſſet via omnibus recuſandi Iudicem, & quilibet allegaret ipſum
22 ſuſpectum, quod ſatis eſſet abſurdum, cum † malitijs non ſit indulgendum, l. in fundo, ff. de rei vendic. Nec obſtat dictum Iſern. ſuper quo ſe fundant in conſtit. Regn. ſi quis rapere, col. 4. in princip. quoniam Iſern. ibi non loquitur de eo qui allegatur ſuſpectus, ſed de eo Iudice, qui ſemel grauauit, & ideo appellatur ab eo. quo caſu dicit ipſe, & bene, quod idem Iudex non cognoſcit de appellatione, quia functus eſt officio ſuo, & de eo conqueritur, propter quod præſumitur ei odioſus, vt etiam probat text. quẽ Iſern. non allegat in cap. propoſuit de appell. quod nota. quia multi tenent aliter per illam authoritatem, quę nihil penitus probat, & quando probaret, iſte Rit. & d. ordina-
23 tio prouident contrarium. ¶ † Sexto not. ibi eiuſq. arbitrio, quòd allegans Iudicem ſuſpectum, & poſtmodũ nec probans, punitur arbitrio Iudicis, qui ſuper ſuſpicionibus proceſſit, & idem dicitur in ſæpius allegata pragm. 40. in cip. allegantibus, de officio Sac. Conſil. vbi quod tali pęna Iudicis arbitrio puniri poterit, tàm principalis, quã procurator, & aduocatus qui ſuſpiciones ipſas propoſuerint. & insuper, vt dicit Bal. in cap. ſuper quæſt. de offic. deleg. & Ang. in l. quæ omnia, per illum text. ibi magis conuitiũ
24 ff. de procur. † actione iniuriarum tenentur Iudici allegato ſuſpecto. Et ex hoc ſequitur, quòd cum ex allegatione
25 ſuſpicionum non probatarum incidat quis in pęnã, † Iudex ſuſpectus allegari debet per principalem, nõ per procuratorem, niſi habeat ſpeciale mandatum, vt dicit pulchrè Rebuff. in tract. recuſ. artic. 1. gloſ. 1. nu. 1. vol. 3. Ratio eſt ſecundum eum, quia procurator nõ poteſt aliquid facere per quod Dominus incidat in pęnam, ſi ad id non fuit ſpecialiter conſtitutus, vt dicit Bar. in l. ſi procurator num. 6. & 7. per illum text. ff. de condit. indeb. & per l. ſi pater ff. quæ in fraud. creditor. Dicit tamen Rebuff. ibi fuiſſe deciſum ibiq. ſeruatum, quod ſi dominus eſſet abſens, & Iudex eſſet ſuſpectus, poſſet allegare ſuſpectum offerendo dominum ratum habiturum, & petendo terminum ad habendam ratificationem, & ſpeciale mandatum, & interim ipſe deberet abſtinere, ſed hodie iſta ceſſant, quia communis forma omnium procurationum ſe habet quod in ſpecie dicatur iſtud. ¶ Septimo not. ibi cum nõ
26 ſit veriſimile, † quod ignorantia eius quod publico edicto proponitur, non eſt veriſimilis, immò vt dicit gloſ. in l. fin. ff. de decret. ab ord. facie. talis ignorantia, quia non eſt licita, non admittitur, idem Bald. in l. ſed, & ſi. §. præſcribere per illum text. ff. de inſtitor. actio. & facit text. cum gloſ. in l. ſi tutor. C. de peric. tutor. cum ſimil. quæ gloſ. ponit in d. l. fin. idq. adeo verum eſt, quod volens iurare contrarium, non auditur, vt dicit gl. in c. nulli de electio. in 6.
27 ¶ † Quæro primo in hoc Ritu. quid ſi caput a tribunalis a eſt ſuſpectum, puta, in conſilio præſidens, in Regia Camera Locumtenens, in Magna Curia Regens, & in Audientijs Prouinciarum Iuſtitiarius, nunquid ſuſpicio ſua, corã eodemmet tribunali allegabitur, & probabitur, iuxta ea, quæ ſupra diximus, in princ. Breuiter, dico, quod nõ, quia ob eius ſuſpicionem totum tribunal eſt ſuſpectum, vt dicit Bald. in l. 1. C. ſi rector prouinc. & in c. 1. nu. 7. verſ. tertio, & ibi etiam Felyn. col. 2. de iudic. idem Felyn. in c. cauſam quę circa princ. col. 1. de offic. deleg. & Parid. in trac. Syndic. in verſic. ſuſpicio. nu. 10. & ideo hoc caſu, coram tribunali ſuperiori illius fiet, quod ibidem alias eſſet agẽdum. Et idem etiam dico, quando maior pars officialium eſſet ſuſpecta, quoniam ſecundum Bald. in d. c. & Parid. ſuſpicio maioris partis totum tribunal ſuſpectum facit, qđ
28 not. ¶ † Secundo quæro de vna quæſt. de qua alias dubitaui nunquid Conſiliarij Sac. Conſ. Præſidentes Regiæ Cameræ, Iudices Magnę Curiæ, & Auditores Prouinciarum,
29 Iudices ordinarij dici poterunt, an delegati? † Bald. (qui omnia ſciuit, & nihil penitus ignorauit) l. præcipimus, num. 1. C. de appell. dicit, quod Iudices qui de nulla cauſa cognoſcunt, quam de ea, quę eis nominatim committitur, dicuntur delegati, non ordinarij. Ex quo ſequitur quod Regij Conſiliarij Sacr. Conſ. qui nihil ex ſe poſſunt, niſi cauſa per Præſidentem committatur, dicuntur Iudices delegati, non ordinarij, idq. etiam patet ex prouiſionibus, quas expediunt, quia in earum principio dicitur Marinus Frec. de Neap. Miles Regius Conſiliarius, & ad infraſcriptam cauſam Commiſſarius, & Iudex delegatus per Sacrũ Conſilium, &c. Præſidentes Regiæ Cameræ, Iudices Magnæ Curiæ, & Auditores Prouinciarum dicuntur Iudices ordinarij, & licet etiam ipſis committantur cauſæ per Locumtenentem Regiæ Cameræ, per Regentem Magnæ Curiæ, & Iuſtitiarium Prouinciæ, tamen ipſi poſſunt ex ſe multa facere abſq; commiſſione aliqua, vt ſunt citationes quas expediunt, prouiſiones inhibitoriales, & alia mandata, quæ omnia ſi quæres à Cõſiliario, nõ expediet, nec expedire poteſt, niſi Præſidens Sacri Conſilij data ſupplicatione, committat, imò Præſidentes, Iudices, & Auditores prædicti etiam ſine commiſſione, multoties procedunt in cauſis, quia commiſſio cauſarum, quæ fit eis potius fit ad euitandum confuſiones, & vt quælibet cauſa ſuum proprium habeat Iudicem quam ad dãdum poteſtatem procedendi, ſicut fit cum conſiliarijs: quod not. in præter. quã-
30 do interrogaberis. ¶ † Tertio quæro quid ſi Iudex allegatus ſuſpectus, non obſtante ſuſpicione allegata, procedit in cauſa, nunquid acta erunt valida? Ludouic. Roman. d. conſil. 220. nu. 3. diffuſè tractat iſtam quæſtionem, ponendo quinq; opin. quæ fuerunt ſuper ea, quarum vnam ſequitur Napodan. in cap. Regni, prolixitatem verſic. an autem, num. 16. tandem concludit Roman. quod opin. Bart. in d. l. quia poterat, Hoſt. in d. cap. cum ſpeciali, Anchar. in d. cap. Iudex, Lap. in 1. alleg. & ſequacium relatorum per Marant. in pract. par. 4. diſt. 16. nu. 4. verſic. ſecundo dicitur, & par. 6. in verſ. appellar. nu. 24. dicentiũ quòd ſint nulla, eſt verior de iure ciuili, non autem de iure canonico, quia de iure ciuili non requiritur expreſſio cauſę ſuſpicionis, nec probatio. de iure vero canon. ſecus vt ſupra diximus in 1. not. adeo quod ſola allegatio de iure ciuili poteſt tantum quantum de iure canon. allegatio, probatio, & ſententia, & ſicut de iure canon. per ſententiam latam ſuper ſuſpicionibus, ſuſpẽditur iuriſdictio Iudicis recuſati, & non ante, d. cap. ſi Iudex, eod. modo de iure ciuili per ſolam allegationem cum ipſa ſola ſufficiat per d. l. apertiſſimi, C. de Iud. iuncta gloſ. in verſic. recuſare. Ex quo ſequitur quod cum in hoc Regno procedatur circa iſtud ſecundum ius canon. deberentq; exprimi, & probari cauſæ, & poſtmodum ſuper eis decerni, vt ſupra diximus in 1. notab. acta facta per Iudicem allegatum ſuſpectum non erunt nulla, ſed venient annullanda poſtmodum, vt dicebat Innoc. in d. cap. cum ſpeciali, de appellat. hoc eſt poſtquam fuerit decretum ſuſpiciones militare, & Iudicem ſuſpectum debere abſtinere, iuxta ea, quæ dicuntur in cap. non ſolum, de appell. in 6. vbi quod innouata poſt appellationem ab interlocutoria, tunc demum reuocantur cum appellationis cauſam veram eſſe conſtiterit, cum vt ſupradictum fuit in 5. not. recuſatio, & appellatio à pari procedant; & etiam iuxta tertiam opinionem relatam per Roman. in d. conſil. quæ volebat, quòd validitas, vel nullitas actorum factorum per Iudicem allegatum ſuſpectum dependeret à futuro euentu, vt ſi ſuſpiciones militauerint, acta ſint nulla, ſin vero ſecus, valida.

Quarto

ADDITIO.

a Caput. Adde quod hoc fuit prouiſum per Comitẽ Mirandę, vt diximus ſupra in præced. addit. C. P.

Digitized by Google

31 ¶†Quarto quæro quid ſi allegans Iudicem ſuſpectum, non aliter procedit circa ſuſpiciones,nec etiam in cauſa principali,nunquid Iudex perpetuo ita manebit, cum in cauſa procedere non debeat, vt ſupradiximus in quinto nota.Napoda. in cap. Regn.prolixitatem,num.21. verſic. quare vt eorum fraudibus,mouet iſtam quæſt. & dicit qđ Iudex allegatus ſuſpectus ſtatim debet impartiri terminū ad eligendum arbitros qui de ſuſpicionibus habēt cognoſcere,vt probat text.in cap. cum ſpeciali , iuncta gloſ. in verſ. terminum, de appellatio.& ſi eſt delegatus , faciet illum ſtatuere per Iudicem ordinarium, vt dicit tex. in l.apertiſſimi,verſić.neceſſitate, C.de Iud. cum comminatione quod elapſo termino,procedetur in cauſa principali,iuſtitia mediāte,vt latius ibi, vnde cum hodie in Regno in Ciuitate Neap. cauſæ ſuſpicionum diſcutiantur coram eodemmet tribunali,& extra ciuitatem de officialibus inferioribus coram Regijs Audientijs Prouinciarum,vt ſupra diximus in princ. Rit. ſeruari debet hoc modo,quòd quando idem tribunal habet cognoſcere ſuſpiciones,& videt partem differre,debet ſtatuere certum terminum ad probandum ſuſpiciones allegatas , alias eo elapſo, procedetur ad vlteriora oppoſitis non obſtantibus , & vbi non idem tribunal , ſed aliud ſuperius , vt quando allegantur ſuſpecti capitanei terrarum,alijq; officiales Baronum,tūc idem officialis debet ſtatuere terminum,infra quem adeat ſuperiores,& cauſas ſuſpicionis proſequatur,quemadmodum ſtatuitur appellanti ad proſequendam appellationē, vt dicit gl. in d. cap. cum ſpeciali,& diximus ſupra latius in Rit. 251. cum vt ſupradictum fuit in 5. not. recuſatio Iudicis,& appellatio à pari procedāt,& licet in dicto Rit. 251.dixerim quod in Regno iſto termini præfixio nō poteſt fieri per Iudicem à quo, illud ideo eſt, quia in appellatione eſt ſtatutus certus terminus 50. dierum ad ſe præſentandum Iudici ad quem,vt latius ibi dixi, vnde cum in allegatione ſuſpecti Iudicis non reperiatur certus terminus ad adeundum ſuperiores, iſq; debeat ſtatui per Iudicem met recuſatum dicto cap. cum ſpeciali,non eſt dubium,quin ita fieri , & obſeruari debeat ne Iudex recuſa-

32 tus continuo ſit in pendenti.¶†Quinto quæro ex quibus cauſis Iudex poteſt vt ſuſpectus recuſari ? Breuiter dicas, quod multæ ſunt cauſæ per Doct. enumeratæ quas ſi vellem hic ponere,multas membranas occuparem: ideo vide Phylipp.Franc.in cap.cum ſpeciali, & cap. poſtremo,extra de appellat.vbi enumerat 40.cauſas,Specul.in tit.de offic.deleg.§.ſupereſt.Doct. in l.cum apertiſſimi , C. de Iud. Par.in tract.ſyndic.in verſic. ſuſpicio. & plene Marant. par.6 in verſic.appellat.num.28.in nouis , vbi etiā ipſe 40. cauſas ſcribit . Multas inſuper quæſtiones poſſem in hoc Rit. ponere,ſed quia in loc.præalleg. Doctor. latiſſimè ſcribunt:Napoda. & alij in cap. Regn. prolixi-

33 tatem. Capyc.deciſ.137.& 138.ad ipſos te remitto,† vnū tantum ſcias,quod cum inter alias cauſas recuſandi Iudicem,ſit inimicitia,vt per Doct. in dd. locis, quælibet inimicitia ſufficit etiam ſi non ſit capitalis, vel grauis , ſed ſolum probabilis allegata in ſpecie,& non in genere , vt dicit Franc. in d.c.poſtremo,in 32.cauſa,gloſ. & Gemin. in cap.2.de probat.in 6.& Capyc.d.deciſ.138.num.3.per text. in cap.quia ſuſpecti,3. quæſt. 5. & cap.cum ſuper,de

34 offic.deleg.quod not.¶† Sexto quæro ſatis neceſſario in hoc Rit.quis Iudex procedet in cauſa probatis ſuſpicionibus? de iure ciuili in auth. ſi vero, C. de iud. idem Iudex recuſatus vna cum Archiepiſcopo,vel Epiſcopo, vel cum alio bono viro in adiunctum,vt Bal.Salyc.& Iaſ. ibidem dicunt. De iure vero canon. idem Iudex recuſatus reaſſumit iuriſdictionem:verum tenetur cauſam alteri delegare, vel ad ſuperiorem remittere,vt dicit tex. in cap.cum ſpeciali,vbi not. etiam Imol.num. 11.de appell.& gl.in cap. ſi quis contra clericum,in verſ.executor. de for. compet. & latè Capyc.deciſ.137. num.10. & ſic cum iſte Ritu. in materia ſuſpicionum ſequatur ius canon. vt dicit expreſsè videtur dici poſſe, quod ille Iudex procedet,quem Iudex recuſatus eliget,vel Iudex ſuus ſuperior, ſi ipſe ad eum velit tranſmittere , ſed contrarium verum eſt in hoc Regno:eo quia,licet Rit. iſte ſequatur ius canon. tamen in fine ipſius non dicitur quod quando ſunt probatæ ſuſpiciones,Iudex recuſatus eligat Iudicem, vt vult ius canon. imò totum contrarium,dum dicit, quod Iudex corā quo ſuſpiciones probatæ ſunt: recuſationem admittat,qđ non aliter fiet,quam prouidendo,quod ille abſtineat, ſtātibus ſuſpicionibus,& ex conſequenti,eo abſtinente, electio facienda de Iudice cauſæ ſpectabit ad ipſum , qui de ſuſpicionibus cognouit:poteſtasq; quæ de iure canonico reſidebat in poteſtate Iudicis recuſati circa Iudicis electionem,per hunc Rituum,ita dicentem ad ipſum Iudicē ſuſpicionem pertinebit, vt dixi,& ita ſeruatur hodie in Regno . Varijs tamen modis,& formis prout qualitas ſuſpicionum officialis , vel Baronis , & cauſæ videbitur requirere , quandoque enim Magna Curia ſtantibus ſuſpicionibus,remitti cauſam ad Baronem illius terrę , vbi officialis eſt ſuſpectus,cum clauſula quod in cauſa procedat cum conſilio alterius officialis partibus non ſuſpecti , eo quia ſuſpicio perſonam tantum officialis ſigillat, non autem Baronis iuriſdictionem tollit,l.prætor vbi Paul.de Caſtr.& alij,ff.de iuriſdict.omn. Iudic. & not. D.Marinus Frec. de ſubfeud.lib.2.tit.de differre, feud. quaterna, num.37.fol.243. quandoque ſi adeſt etiam aliqua ſuſpicio circa ipſum Baronem,dicitur in decreto remiſſionis cauſæ quæ ad eum remittitur, quod procedat cum conſilio alterius eligendi per ipſam Magnam Curiam, & quandoque nimium vrgente eius ſuſpicione,deputatur certus Iudex qui nomine ipſius Baronis procedat cognoſcat,& iuſtitiam faciat in cauſa, vt idem D.Marinus tradit in loco præalleg. Verum quando ille officialis, qui allegatur ſuſpectus non eſſet Baronis , ſed Regius ; tunc prouidetur quod cauſa remaneat in ipſa Magna Curia ſtantibus ſuſpicionibus,eo quia tali decreto non præiudicatur Baroni,& quandoque ſi partes eſſent de longinquo,ne cogantur venire ad Magnam Curiam : prouidetur per eandem de Iudice partibus non ſuſpecto in locis conuicinis. Prædicta tamen quando Capitaneus allegatur ſuſpectus , ſecus quando eius Iudex,ſiuè Baronis,ſiuè Regius, quoniā tunc iuxta hunc Rit. admittitur recuſatio dicti Iudicis,& remittitur cauſa ad Capitaneum qui in cauſa procedat,& iuſtitiam faciat cum conſilio alterius iuris periti partibus non ſuſpecti . Euēnit iſta quæſtio proximis diebus in facto in Regia Audientia principatus citra in cauſa Magnifici Marci Antonij Cioffi,dum eſſem in dicta Audientia Aduocatus fiſcalis, & cum per prædictum allegaretur ſuſpectus Magnificus Capitaneus terræ Eboli : fuit decretum quod dictus Capitaneus abſtineret: & cauſa remiſſa ad Illuſt. Principem Eboli,qui in cauſa procedere faceret per officialem per eum in prouincia eligendum , partibus

36 non ſuſpectum,† Sed eſt dubium, quid ſi euenit appellari à ſententia lata per illum cuius Conſilio Baro proceſſit in cauſa,vt proximè dixi,nunquid appellabitur ad Iudicē ſecundarum cauſarum eius Baronis an vero ad Iuſtitiarios prouinciarum,vel Magnam Curiam ? gloſ. quam ibi ſequitur Abb. in d.cap. ſi quis contra clericum in verſic. exequutor , facit quod appellatur ad eundem Iudicem, qui fuit recuſatus, vt ipſe cauſam appellationis committat, quia ſi appellaretur ad Iudicem ſecundarum cauſarū, Iuſtitiarios,vel Magnam Curiam, omitteretur medium quod eſt ille Iudex recuſatus à quo gradatim debet appel

37 lari : † quia appellatio omiſſo medio non admittitur,per c.dilecti,de appell.cum ſimil.Specul.vero in tit.de appel. §.nunc tractemus,verſic.ſi vero nu.5. Hoſt.Ant. de Butr. & Aret.qui alios allegat in d.cap.ſi quis contra.ver. ſed ſtatim quæritur nu.16. faciunt quod debeat appellari ad Iudicem ſecundarum cauſarum Baronis,gradatim,& poſtea ad alios,quia in caſu ſimili quando Epiſcopus fuit allegatus, & pronunciatus ſuſpectus, & per eum delegatus Iudex iuxta d.c.cum ſpeciali,ſi appellatur ab illo delegato per Epiſcopum concludunt communiter appellandū eſſe non ad Epiſcopum , ſed ad Archiepiſcopum , & quamuis

Digitized by Google

uis ad Archiepiſcopum non appelletur, niſi à ſuo medio,
quod eſt Epiſcopus, tamen vt ipſi dicunt quando prius
Iudex eſt pronunciatus ſuſpectus, non dicitur facere me-
dium, argum. cap. placuit, 2. q. 6. & ex conſequenti non
dicitur appellari omiſſo medio, quod ſatis verum videtur,
ne alias ſequatur Baronem amittere cognitionem ſecun-
darum cauſarum, ſine cauſa, item aliud abſurdũ, quia poſ-
ſet eſſe quod cognitio primarum cauſarũ eſſet vnius Ba-
ronis, & cognitio ſecundarum alterius Baronis, quem
non eſſet iuſtum defraudari ſua cauſa ob ſuſpicionem
officialis primæ quæ omnia tanquam quotidiana bene
nota Salerni die quinta Ianuarij, in Vigilia ſanctiſſimæ
Paſchæ Epiphaniæ. Proſper Carauita.

RITVS CCLXVI.

a ITem ſi aliquis ciuiliter, vel criminaliter *a* ex
officio, vel via ordinaria de mãdato ipſius Cu-
riæ citatus fuerit, & excuſetur per aliquam con-
iunctam perſonam ipſius, quod citatus ipſe ſit
abſens, quod arripuerit iter ad Sanctum Iaco-
bum, vel ad Sanctum Sepulchrum, talis excu-
ſatio admittatur, niſi præſumatur malitioſe
proponi.

ADDITIO.

a Criminaliter, vide omninò cap. Regni poſt commiſ-
ſum num. 228. & ibi Ioan. Ant. de Nigris, vide, & pragm.
Regis Ferdin. Cath. pro Sereniſſima, &c. Afflict. deciſ. 29.
& 289. num. 28. Capyc. deciſ. 123. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Citatus in omni cauſa tanquam abſens excuſatur cum ampliat.*
2 *Practica, quando allegatur abſentia citati, & ipſius practica limitatio.*
3 *Excuſatori abſentiam in genere allegânti, ignorantiq; vbi citatus reperiatur? terminus ad comparere faciendum dabitur.*
4 *Ius publicum in defenſione abſentium conſiſtit, & in allegatione abſentia.*
5 *Ius publicum cuilibet de populo competit etiam minori.*
6 *Excuſans citatum, regulariter de eum infra certum terminum præſentãdo, promittere tenetur cum limit.*
7 *Malitioſè opponi, pro alicuius abſentia, quando dicatur.*
8 *Pro contumace nemo loquatur.*

1 NOt. ex hoc Rit. † quod ſi citatus pro cauſa ciuili, vel
criminali excuſetur tanquam abſens, talis excuſatio
admittitur, vt etiam probat text. in l. penult. §. ad crimen
ff. de publ Iud. & licet Rit. non ſe extendat vlterius, tamẽ
Rit. infra 268. ſupplendo iſtum dicit, quod oblata peti-
tione abſentiæ, datur iuramentum excuſanti, quod non
calumnioſè, & fraudulenter excuſat citatum: licet tale
iuramentum non ſcribatur, vt dicitur in præalleg. Rit. 268.
& poſtmodum datur terminus competens attenta loci
2 diſtantia ad comparendum. † Et in pract. fit iſto modo,
quod citatus curia ſedente, vocatur in vltimo perempto-
rio, efficitur contumax, & bannitur forma ſolita, & in il-
la interlocutoria in qua fit contumax, dicitur quod ſi cõ-
paruerit infra tot dies, deleatur à contumacia, & quando-
que in calce petitionis abſentiæ ſcribitur decretum hoc
modo, per Regiam Audientiam viſa dicta petitione fuit
dictum, quod ſi dictus talis comparuerit infra tot dies,
deleatur à contumacia. Et quod de iuramento dictum
eſt, & dicitur per d. Rit. 268. in pract. non multum ob-
ſeruatur, quia in rei veritate, vt plurimum periuratur in
excuſando citatos, quo caſu bene facit Iudex ſi iuramen-
tum non defert. Quo termino ad comparendum dato, ſi
prætenditur in contrarium per partem, vel Curiam, quod
talis excuſatio non ſit vera, ſed quod citatus ſit in loco,
vel poſt citationem ſe abſentauerit, aut poſt delictum (vt
infra dicam) fuerit viſus, tunc in eadem prædicta interlo-
cutoria, vel decreto dicitur, verum ſi fuerit conuictus de
contrario, dilatione non gaudeat, ſed ſit, & remaneat ex
* nunc contumax, & condemnatus. * Limita tamen iſtam
pract. quando proceditur contra citatos ſuper tenore in-
ſtrumẽti, vel de periurio, quoniam tunc allegata abſentia,
vel infirmitate non fit condemnatio, ſed datur terminus
ad comparendum, & ſeruatur, vt dixi in Rit. 166. in 4. not.
verſic. ſcias tamen. Sed dicet aliquis, quid eſt quod iſte
Rit. dicit in illis verbis, ſit abſens, quod arripuerit iter, &c.
nunquid non dicitur abſens, qui iter arripuit ad Sanctum
Iacobum, vel ad Sanctum Sepulchrum? cui reſponderi po-
teſt, quod iſte Rit. in his verbis ponit pract. ſeruandam
per excuſantes citatos abſentes, vt in petitione abſentiæ
nominent locum, vbi reperitur citatus, vel ad quem dixit
velle accedere quam pract. ſentit etiam Rit. infra 268.
vbi dicitur, quod terminus dandus abſenti ad comparen-
dum, iuxta locorum diſtantiam dari debet, & ita ſeruatur.
Multoties tamen, quia re vera neſcitur locus vbi ſit, vel ad
quem acceſſit, admittitur excuſatio, & datur terminus ma-
3 gis breuis arbitrio Iudicis, † quia excuſant alleganti ab-
ſentiam in genere, & ignoranti locum, vbi reperiatur ci-
tatus, ex iuris diſpoſitione, terminus ad comparere facien
dum dari debet, vt dicit Bart. in extrauag. ad reprimen-
dum in verſ. per edictum nu. 7. verſ. quid ſi intra termi-
num, & Ant. de Canar. in tract. de excuſ. quæſt. 22. Nec
obſtat iſte Ritus in verbis prædictis, ac etiam quod Iudex
non poteſt arbitrari terminum competentem ignoraro
loco, quia ex communi obſeruantia, de æquitate (adhæ-
rendo potius iuri communi, quàm his Ritibus) talis ex-
cuſator admittitur, ſed in alio oneratur abſens, quia non
allegato loco, Iudex facilè præſumit fraudem, & concedit
minorem terminum, vt dixi, Amplia, primo hunc Rituum
procedere nedum ſi excuſetur abſens per coniunctã per-
ſonam vt hic dicitur, verum etiam per quamcunq; vt di-
cit expreſsè Bart. in l. ſeruum quoq; §. publicè, nu. 3. verſ.
vbicumq; per illum text. ibi quamuis pro eo verba faciẽ-
tem, ff. de procurat. vbi Bart. loquitur in excuſatore alle-
gante cauſas innocentiæ, quod eſt pluſquam allegare cau-
ſas abſentiæ, & idem Gand. in tract. maleſi. in titul. vtrum
procurat. nu. 5. Secundo amplia procedere etiam ſine
mandato, vt dicit Innoc. in cap. veniens in 1. gloſ. & ibi
Ioan. Andr. in 2. gloſ. de accuſat. per text. in cap. querelã,
extra de procurat. & l. ſi prætor. ff. de Iudic. idem Bart. in
l. penult. §. ad crimen, nu. 16. verſic. quæro quod eſt officiũ
ff. de pub. Iud. & Bald. in l. reos, circa fin. C. de accuſatione
quod maximè procedit in hoc Regno, per Rit. 269. in il-
lis verbis pro parte citati, nec aliàs ſic dicendo, de vento
ſeruiat. Tertio amplia etiam ſi talis excuſans ſine mandato
non ſatiſdet de rato, vt dicit glo. in l. in eo. §. nemo, ff. de
regul. iur. Ioan. Andr. ad Specul. in rubr. de coniuncta
perſona in apoſtilla incipien. huiuſmodi verſic. firmat In-
nocent. Bart. & Bald. in locis proximè citatis. Ratio eſt
ſecundum eos: quia talis excuſans allegans abſentiam, nõ
deducit in iudicio ius abſentis, ſed ſolum ius publicum, qđ
4 dicitur conſiſtere in defenſione abſentium † vt dicit text.
in d. §. publicè, & Gandi. in tit. præalleg. nu. 5. Quarto am-
plia, ſiuè excuſans ſit maſculus, ſiuè fœmina, ſiuè maior,
ſiuè minor, ſiuè liber, ſiuè ſeruus, vt dicit Innoc. in d. cap.
veniens, Card. in d. §. ad crimen, num. 17. verſic. aduerte
ad euidentiam Ang. in l. exigendi, C. de procurat. Alex. ad
Bart. in d. §. ad crimen, verſ. ſit mulier, Bart. in d. §. publicè
col. fin. num. 3. & Bald. in d. l. reos in fine, vbi allegat ratio-
nem, quia in allegatione abſentiæ, conſiſtit ius publicum,
5 quod † cuilibet de populo competit, & etiam minori per
text. in d. §. publicè. Quinto amplia procedere etiam, ſi
talis excuſator allegãs abſentiam, non ſatiſdet de præſen-
tando

Digitized by Google

tando citatum finita cauſa abſentiæ, vt dicit Ioan. Andr.
ad Specul. in d. rub. de coniuncta perſona in apoſtil. incip.
ſcire debes, gloſ. in d. §. nemo Alex. in l. exigendi, 2. notab.
C. de procur. Canar. in d. tract. de excuſ. q. 30. & Gand. in
loco prælleg. nu. 4. & Io. Ant. de Nigr. in cap. Regn. poſt
6 commiſſum num. 42. verſic. limita prædicta † licet regula-
riter excuſans alijs de cauſis, teneatur promittere de præ-
ſentando citatum infra certum terminum, vt dicunt Bald.
Paul. de Caſt. & cæteri ſcribentes in rubr. ff. de in ius voc.
vt eam. Gand. in tract. malef. in tit. verum procur. in malef.
col. 3. circa fin. & Afflict. deciſ. 29. Limita primo illud not.
non procedere quotieſcunq; talis abſentia malitioſè al-
7 legaretur, vt dicit text. illius Ritus in fin. † Dicetur tamen
malitioſè opponi quotieſcunq; appareret ex proceſſu ci-
tatum fuiſſe viſum in loco delicti tempore quo fuit com-
miſſum, aut die præcedenti, vt dicitur in præalleg. cap. Re-
gni, poſt commiſſum, idem etiam ſeruatur ſi eſſet viſus die
ſequenti, intelligendo tamen, prædicta omnia, vt etiam
Ioan. Anton. de Nigr. ſcribit in d. cap. nu. 11. limit. 2. quo-
tieſcunque delictum pro quo nunc citatur aliquis, de re-
centi eſſet commiſſum, ſecus ſi non de recenti, (arbitrio in
hoc relicto iudicanti;) quoniam tunc licet ex actis appa-
reret fuiſſe viſum: nō nocet, nec terminus denegatur, quia
eſſe potuit in delicto, & etiam, quòd nunc ex cauſa repe-
riatur abſens, & non ex fraude, & ita ſeruatur. Aduerte
tamen, quia licet iſte Rit. dicat, non admitti excuſantem
abſentiam; quando præſumeretur malitioſè opponi, adeò
quod videtur ſolum præſumptionem malitiæ requirere,
tamen intelligi debet de præſumptione, quæ colligitur ex
proceſſu modo quo dixi, nam ſi ex actis apparet Titium
de homicidio inquiſitum, fuiſſe viſum die delicti, aut præ-
cedenti, vel ſequenti; licet nunc ſit verè abſens à territo-
rio, præſumitur quod malitioſè ſe abſentauit, & ideò quod
nunc malitioſè allegetur abſentia, alias, ſi ſecus intellige-
res iſta verba raro, & forte nunquam abſentibus daretur
terminus: quia fiſcales ſemper præſumunt contra inquiſi-
tos: quod not. quia ita ſeruatur. Secundo limita non
procedere in citato perſonaliter: quia tunc multo magis
præſumitur malitioſè opponi abſentiam, quę poſt cita-
tionem orta eſt; adeò quod iſte Rit. ſolum in citato do-
mi, locum habet, & ita ſeruatur. Tertio limita quotieſ-
cunque talis citatus, pro quo allegatur abſentia, reperie-
8 tur contumax pro alio crimine, & etiam bannitus: † quo-
niam tunc (cum pro contumace nemo loquatur, vt dicit
Rit. ſupra 220. vbi diximus) nulla dilatio ad comparen-
dum dari debet, & ita quotidie obſeruatur in Curijs, &
præſertim in Magna Curia. Salerni die 7. Ianuarij
1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXVII.

ITem ſi aliquis, vel aliqua ciuiliter, vel crimi-
naliter ex officio, vel via ordinaria de man-
dato ipſius Curiæ citatus, vel citata fuerit, &
excuſetur, per ciuem idoneum, vel aliam con-
iunctam perſonam, quia infirmus, vel infirma,
vel mulier grauida ſit, adeò quod ſine ſuæ per-
ſonæ periculo, in dicta Curia comparere non
poteſt, quamuis in inſtrumento excuſationis ip-
ſius, vnus medicus, vel obſtetrix ſit, nihilomi-
nus eius excuſatio, ex quadam æquitate admitti-
tur per Curiam ſupradictam.

SVMMARIVM.

1 *Citatus tanquam infirmus excuſatur.*
2 *Mulier citata infirma, vel prægnans excuſatur.*
3 *Practica ſuper excuſatione citatæ perſonæ, cum am-
pliat. & limitat.*
4 *Excuſatio pro citato per quamcunque perſonam por-
rigitur.*
5 *Fides medici pro excuſando infirmo, quid continere
debeat.*
6 *Fides infirmitatis ad excuſandum infirmum, an vnius
medici ſufficiat? & in num. 8.*
7 *Numerus pluralis duobus eſt contentus.*
8 *Fides medici pro infirmo, cuiuſcunque gradus, condi-
tionis, & ſexus, valet.*
9 *Cuilibet perito creditur in arte ſua.*
10 *Sententia ex peritorum iudicio lata, an tranſeat in
rem iudicatam?*
11 *Medici maioris auctoritatis, quam obſtetrices non ſunt.*
12 *Obſtetrices medicorum numero adſcribuntur.*
13 *Medici, & Notarij adeò viles, & propterea non poſ-
ſe de iure poſtulare.*

SVpra in Ritu. præcedenti fuit dictum qualiter citatus
ciuiliter, vel criminaliter excuſari poteſt tanquam ab-
1 ſens, † ad præſens in hoc Ritu ponitur qualiter excuſari
poteſt tanquam infirmus, vt etiam de iure fieri poteſt, vt
dicunt Bart. Imol. & Alex. in l. quæſitum, ff. de re iudic. &
in l. ea quæ in fin. C. quomodo, & quando Iudex eſt text.
in l. 2. §. ſi quis, vbi not. Alex. & alij, ff. ſi quis cautio. &
Afflict. deciſ. 289. num. 25. & Rebuff. in tract. de excuſat.
2 num. 26. vol. 3. vbi hunc Rit. allegat. ¶ † Nota igitur pri-
mo ex hoc Rit. quod ſi citatus, vel citata pro cauſa crimi-
nali excuſetur, tanquam infirmus, vel infirma, aut mulier
tanquam grauida talis excuſatio admittitur, dummodo
præſentetur inſtrumentū in quo citatus ſe excuſet, prop-
ter infirmitatem, ac etiam fides Medici, vel obſtetricis.
3 Et † iſtud adeo verum eſt, quod ſi præſentaretur ſolum
inſtrumentum excuſationis, ſine fide, aut ſola fides ſine
inſtrumento, non releuaret, ſed citatus condemnaretur
tanquam contumax. Multoties tamen de æquitate iuxta
facti, & perſonæ qualitatē, in interlocutoria, in qua talis
condemnatur vt contumax, dicitur per Iudicem, verum
ſi infra tot dies comparuerit, vel legitimè docuerit de in-
firmitate allegata, deleatur à contumacia. Sed dicet aliquis
iſte Ritus dicit, quòd excuſatio citati infirmi admittitur,
ſed non dicit vltra, & quid erit agendum cui, ſupplendo
hunc Rit. reſpondetur, quod practic. aliquarum curiarū
ſeruat illo caſu, condemnare abſentem, tanquam contu-
macem, & in eadem interlocutoria dicere, quod ſi com-
paruerit, cum primum conualuerit; abſquè alia requiſi-
tione deleatur à contumacia, melior vero practic. ſeruat
dicere, quod ſi comparuerit infra tot dies, deleatur: quia
primo modo comparitio ad citati arbitrium differri poſ-
ſet, ſecundo non, & ſi infra illum terminum datum non
conualeſcit, facta alia fide, prorogatur terminus, ſed ſi fiſ-
cus, vel pars prætenderet ipſum conualuiſſe, vel nunquā
ſtetiſſe infirmum, capitur informatio, & quandoque per
Curiam mittitur alius medicus, & reperta fraude, dila-
tione non gaudet, ſed vti contumax reputatur, etiam di-
ximus ſupra in Ritu præcedenti in princ. & ponit Man-
4 ſuer. in pract. tit. de contumacia num. 24. † Amplia iſtud
not. & Rit. procedere nedum ſi excuſatio pręſentetur per
coniunctam perſonam, vel ciuem idoneum, vt Rit. iſte
dicit, verum etiam ſi per quamcunque perſonam per ea
quæ diximus ſupra in Rit. præcedenti in prima ampliat.
Limita iſtud not. & quæ dixi non procedere quotieſcun-
que citatus, qui vt infirmus excuſatur, eſſet in ciuitate,
vel diſtrictu loci iudicij, quoniam tunc etiam quod non
præſentaretur inſtrumentum excuſationis cum fide me-
dici, admitteretur petitio illius, qui ipſum infirmum di-
ceret, & ita ſeruatur in Magna Curia, verum practicatur
illo modo, quod citatus qui tali modo excuſatur, condem-
natur, tanquam contumax, & in eadem condemnatione
dicitur, quod illa die, vel ſequenti accedat actuarius cum
medico, & eo reperto infirmo, deleatur à contumacia, vir-
tute

Digitized by Google

tute cuius interlocutoriæ accedit actuarius, & ſi ipſum (vt præfertur) inuenit infirmum, & delictum eſt graue, & grauia adſunt indicia; facit ſibi caueri de ſe præſentando, cum primum conualuerit, abſque requiſitione facienda, vel de ſe præſentando infra tot dies, & ſi delictum non eſt graue, facit ſibi præceptum pœnale, quod non diſcedat, vel prout ipſi Curiæ melius viſum fuerit, conſiderata cauſa, & perſona, & alijs conſiderandis, & demum ad hoc vt deleri poſſit citatus a contumacia, penes acta refert, qualiter acceſſit, & ipſum inuenit, & fecit ita, vel ita (prout ſibi per Iudicem fuerat ordinatum.) Si vero inuenit nõ infirmum, tunc tanquam contumacem, duci facit carceratum in præſentia Iudicis. Secundo limita, non procedere quotieſcunque infirmitas non eſt talis, propter quã
5 ſine periculo venire non poſſet, vt iſte Rit. met dicit, † & ideò fides medici debet dicere qualitatem, & ſpeciem infirmitatis, & concludere quod abſque periculo vitæ diſcedere non poſſet, alias citato nõ opitularetur: quod not.
6 ¶† Secundo not. ibi quamuis in inſtrumento vnus medicus quod licèt de ſtricto iure fides infirmitatis per duos ad minus medicos fieri deberet, quia iura requirentia medicos loquuntur in numero plurali, l. ſemel, C. de re m lit. lib. 10. & l. 1. §. 1. ff. de ventr. inſpic. & cap. ſignificaſti, lo 2. de homic. tradit Bart. & ibid. Bald. in prima cõſtitut. ff. Anan. in cap. ſignificaſti, col 5. de homic. Petr. Iacob. ibi pract. t tul. de actio. ex empto. Guid. Pap. conſil. 176. nobilis, & nouiſſimè Petrus a Plaza, in Epito. de-
7 licto. lib. 1. cap. 13. num. 10. † qui numerus pluralis duorum numero eſt contentus, l. vbi numerus, ff. de teſtib. & l. iuris iurandi, C. eodem, tamen per hunc de æquitate non curatur ſi fides infirmitatis eſt vnius medici; ſed ad-
8 mittitur, & ita ſeruatur. † Amplia iſtam concluſionem, & Ritum, procedere: ſiuè medicus ſit doctoratus, ſiue non, ſiuè ſeruus, ſiuè liber, & ſiuè maſculus, ſiuè fœmina, vt dicit Alexand. in conſ. 15. in fin. volum. 1. Afflic. in in conſtit. Regn. terminum vitæ, quæſt. 4. num. 42. in fin. ver. Bart. eleganter in l. ſciendum, ff. de ædil. edict. Ana. in rubr. de Magiſtr. Iaſ. in l. 2. in princip. ff. quod quiſq; iuris, & Petrus a Plaza in loco prælleg. num. 9. Aduerte tamen, quod quando fides medici eſſet facta per illum qui eſt deputatus a publico, vel in loco vbi non eſt niſi vnus medicus tantum: tunc in admittendo eius fidem, non verſatur æquitas; ſed iuſtitia, quia in talibus caſibus ſtatur dicto vnius, vt dicit Bar. in l. 2. in fin. C. de ponder. lib. 10. & in proœm. ff. col. 4. tex. in §. vt autem nobis in authen. de nõ alien. Cœpol. in l. quod ſi velit, §. ſi mancipiũ, nu. 12. verſic. ſed iuxta prædicta, ff. de ædi. edict. Petrus à Plaza ſatis pulchre in præcitato loco num. 10. Aſſl. in d. conſtit. & latè Boer. deciſ. 323. num. 3. licèt Abb. in cap. propoſuiſti, extra de probat. aliter dixerit, diſtinguẽdo, & ſic limitatur diſpoſitio d. l. ſemel, cum ſupra alleg. vt Doctor. præallegati, & alij quos refert Boer. ibidem communiter
9 concludunt. ¶ † Tertio nota. ex hoc Rit. quod creditur medico, quod aliquis ſit infirmus, & obſtetrici, qđ aliqua ſit grauida, ſimiliter Doctori creditur de diſcipulo, & magiſtro, militum de milite l. 1. C. de magiſt. milit. Fabro, & Architectori de fabrica, vt in authen. de nõ alien. §. quod autè dictum Menſori de officio ſuo, l. 1. ff. ſi men. falſ. mod. dixe. & l. ſi irruptione, §. 1. ff. fini. reg. Naturali de natura, l. ſeptimo menſe, ff. de ſtatu hom. Diſcipulo de opinione magiſtri, l. talem qualem §. penult. ff. de arbit. tabellioni de officio ſuo, l. ſi quis decurio. C. de falſ. legato principis ſine literis legationis, ſi ipſe eſt vir magnæ virtutis, cap. nobiliſſimus, 97. diſtinc. Cardinali, de his quæ acta ſunt coram eo, ſecundum Innoc. in cap. cum dilectus extra de accuſat. & in cap. cum olim, lo 2. de priuil. Et tandem cuilibet perito creditur in arte ſua, 50. diſt. cap. vt conſtitueretur in proœm. ff. §. 1. text. in d. l. ſemel, gloſ. in l. cum quidã §. quod dicitur in verſic. obſtetrices, ff. de acquir. hæred. Afflic. deciſ. 236. in fin. & in d. conſtit. nu. 17. Boer. deciſ.
10 220. & Luc. de Pen. in l. furioſi, C. de decur. lib. 10. † ſententia tamen lata ex iudicio peritorum, nunquam tranſit in rem iudicatam, & per iudicium aliorum peritorum reuocari poteſt, vt dicit Bald. in l. ab hoſtibus, §. ſi vir. ff. ſol. matr. Bart. & Pau. de Caſt. in l. arbitrio, ff. qui ſatiſd. cogan. Ang. & Cœpol. in d. §. ſi mancipium, vbi hoc dictum dicunt ſingulare, & menti tenendum. ¶ Quarto not. ex hoc Rit. quod tanta fides adhibetur obſtetrici, quod mulier ſit grauida, quanta medico, quod aliquis ſit infirmus. Ratio
11 eſſe poteſt, † quia medici non ſunt maioris authoritatis, & precij, quam obſtetrices, vt probat text. optimus in l. fin. in princ. C. commun. deleg. & not. in cap. non ſanè, in verſic. nec medico, 14. quæſt. 5. Spec. in tit. de ſala. §. fin. in
12 princ. & Io. de Anan. in cap. 1. col. 2. de Iudæis, † imò iureconſ. in l. 1. §. ſed & obſtetrices, ff. de variet. & extraord.
13 cognitio. obſtetrices numero medicorum adſcribit. † Et hinc ortum putat Tiraq. in tract. nobili. cap. 31. nu. 424. verſic. quis nunc, quod cum medicina ſit adeo vilis, medici non poſſunt de iure poſtulare, l. placet, C. de Epiſc, & cler. quemadmodum nec notarij, propter eorum vilitatem, aduocati munus exercere, l. vniuerſos iuncta gloſ. C. de decur. lib. 12. ſed quia vereor, ne quandoque liber iſte in manus perueniat medicorum, cum talis ſim valetudinis, quod eorum remedijs indigeam ſæpiſſimè: nolo locum iſtum taliter pertranſire, quod irati quandoque vindictam ſumant in infirmitatibus meis. Dico igitur ad hunc Rit. quod ratio ipſius eſt peritia obſtetricis circa artem ſuam, non autem æqualitas authoritatis cum medicis, & cum pateat ex his quæ dixi in præced. nota. quod eo ipſo, qđ aliquis eſt peritus in aliqua arte: creditur ſibi circa illam artem, non eſt bona conſequentia, quæ fit per hunc Rit. creditur obſtetrici, quod mulier ſit grauida, ergo æquiparatur medico, cui creditur, quod aliquis ſit infirmus. Et ſi quis dicet quod licet conſequentia non probetur per hũc Rit. tamen ſatis bene probatur per text. in d. l. fin. vbi tanti extimatur ſerua obſtetrix, quanti ſeruus medicus: reſpondetur quod non propterea ſequitur, olim medicina ipſa non ſit omnium artium, atque doctrinarum nobiliſſima, aut nulli poſtponenda, ſiue ipſius originem ſpectemus, ſiuè materiam, ſiuè finem: & ſiuè eos qui eam exercuerunt: vt latè, diffiſeq; ac not. multis comprobat Tiraquel. in dicto cap. 31. in princ. & per totum, & nu. 522. hæc ſunt, vbi particulariter reſpondet obiectis in contrarium. Salerni die 8. Ianuarij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXVIII.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod petitio excuſationis abſentiæ non admittitur per ipſam Curiam, ſi datur petitio poſtquam lata eſt interlocutoria ciuilis, vel criminalis, & non ſufficit quod ſit lata, niſi etiam lata ſit ſcripta in actis. Vnde ſi eſset lata, ideſt, lecta per vnum ex Iudicibus: (vt eſt de conſuetudine Curiæ,) & non eſt ſcriptum in actis, lata eſt dicta interlocutoria, & tunc datur excuſanti iuramentum, quod animo differendi iudicium, & calumnioſè non facit: cuius datio iuramenti non ſcribitur in actis, item datur dicto excuſato, quod veniat: & ad comparere faciendum: qui terminus datur ſecundum diſtantiã loci, iuxta formam iuris communis, ſi vero ille excuſator cum vellet offerre dictam petitionem, fuit forſitan impeditus: puta, quia ad locum, vbi Curia regitur, intrare nequiuit, & Curiæ hoc conſtat verbotenus per aliquem, vel aliquos qui illa hora, qua Curia regitur, fuerit, vel fuerint in Curia, tunc ipſa eadem hora antequam Curia deſcendat, recipitur dicta petitio cum prædicto iuramento: & fit in ea prædictus actus, & habent

locum

Digitized by Google

locum prædicta in ciuilibus, & in criminalibus, ſecundum antiquam obſeruantiam dictæ Curiæ, quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Excuſans abſentem, non calumniæ cauſa feciſſe iurare debet. Et in quibus curijs obſeruetur, ibidem.*

2 *Impedimento in perſona venientis ad excuſandum citatum, ceſſante, dum conſtat Curia quando admittatur, cum ampliat.*

3 *Iudex quando de impedimento, ſolo iuramento credat.*

4 *Citatus veniens ad comparendum, ſi in itinere propter fluminis inundationem pertranſire non potuit, an propterea à contumacia excuſabitur?*

QVoniam ſupra in duobus Ritib. præcedentib. dictũ fuit qualiter citati ciuiliter, vel criminaliter poſſunt per quaſcunque perſonas excuſari, tanquã abſentes, vel infirmi. Ritus noſter ſtatuit terminum vſquequo poſſunt tales petitiones præſentari, & præſentatæ admitti. ¶ Not. igitur primo ex eo quod petitiones excuſationis abſentiæ citatorum tàm ciuiliter, quàm criminaliter non admittuntur: poſtquam citati Curia ſedente facti ſunt contumaces, & ſcripta eſt interlocutoria eorum condemnationis, ac etiam lectum latum, quod ſcribi ſolet poſt decreta, vt etiam dicit alius Ritus ſupra 106. ſed quia (vt ibi dixi) nec in ciuilibus, nec in criminalibus obſeruatur: ſi tamen Curia adhuc regitur, ad ibi dicta
1 te remitto. ¶†Secundo not. ex hoc Rit. quod excuſanti citatum tanquam abſentem, datur iuramentum: quod nõ calumniæ cauſa excuſat ipſum, vt etiam dixi ſupra in Rit. 266. in princ. & ſcribit Guid. Pap. deciſ. 338. num. 3. Iſta datio iuramenti in curijs Baronum obſeruatur; ſed in Magna Curia, & Regia Audientia Principatus citra non multum eſt in vſu: qui vellet obſeruare cum maximè ſuſpicatur quod non eſt ita, bene poteſt hoc facere. Ego autem nunquam ſeruaui; ne ſim author periurij, cum certus ſim quod multoties allegantur abſentiæ, quæ non
2 ſunt veræ, vt dixi in d. Ritu. 266. ¶†Tertio not. ibi, ſi vero ille excuſatur, quod impedimentum cauſatum in perſona illius qui veniebat ad excuſandum citatum, ſi conſtat Curiæ de impedimento; non obſtante quod fuerit factus contumax citatus, ſi poſtmodum ceſſante impedimento, venit antequã Curia diſcedat, admittitur, (vt hic dicitur) dixi etiam ſupra in d. Rit. 106. 4. not. & facit text. not. in l. pen. ff. de in integr. reſtit. Amplia iſtam concluſionem procedere etiam quod talis excuſator non venerit, quia fortè impedimentum durauit: nam poſtmodum veniendo principalis, & probando qualiter miſerat ſuum excuſatorem, qui demum tali impedimento impeditus, venire non potuit, excuſari debet à contumacia, per text. not. ad hoc in l. cum à magiſtratibus, C. qui petat. tut. per quem in propria quæſt. noſtra ita firmat Manſue. in pract. tit. de contumacia, num. 26. ver. item ſi quis. ¶Quarto not. ibi conſtat per aliquos, quod impedimentum, de quo dicitur in hoc Ritu. per teſtes probari debet. De iure communi exceptis caſibus in iure expreſſis arbitrarium eſt Iudici qualiter impedimentum probari faciat inſpecta qualitate cauſæ, impedimenti, loci vbi fuit impedimentum, & per-
3 ſonæ impeditæ, † quoniam attentis iſtis, poteſt aliquando ſolo iuramento credere de impedimento, vt dicit Bar. & Imol. in l. quæſitum, ff. de re iudic. Anton. & Imol. in cap. quærelam, de procur. Bar. in l. contumacia, §. fin. de re iud. & in l. ſi quis, C. de naufrag. lib. 11. Bald. in l. fin. per illum text. C. de fide inſtrum. & in l. 1. C. de dilat. & Bar. in l. 2. §. quod diximus, vbi Alex. num. 2. dicit communiter
4 teneri, ff. ſi quis cautio. ¶†Quarto iuxta prædicta, quid ſi citatus veniebat ad comparendum, & cum eſſet in itinere, ob aliquam, fluminis inundationem, tranſire non potuit, nunquid conſtito poſtmodum de eo ipſi curiæ, talis contumax excuſabitur à contumacia? text. in d. l. 2. §. ſi quis in iudicio, & §. quod diximus ad literam dicit quod ſic, idem Bart. Alex. & alij ibidem, & Bart. in l. præſes, C. de appell. quod tamen verum eſt, niſi nimium ſe arctaſſet relicto hoc in arbitrio iudicantis, vt dicit text. in d. §. quod diximus, & Alex. ibid. poſt Bart. & ideo Bar. in l. qui commeatus, ff. de re milit. & in d. l. preſes, Bald. in l. in pecuniarijs, ff. de fer. Alex. conſil. 48. vol. 2. Aret. in l. lex Cornel. in fin. ff. de vulg. & Felyn. in cap. ſiſcitatus, de reſcript. dicunt quod impeditus nedum debet probare impedimentum, verum etiam quod niſi fuiſſet impeditus perfeciſſet illud pro quo veniebat. Salerni die 7. Ianuarij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXIX.

DIe 21. menſis Iulij primæ Indict. Neap. Anno Domini 1378. prouiſum eſt per dictam Curiam, & decretum cum Conſilij Reginalis deliberatione matura, quod in quibuſcunque cauſis criminalibus per quaſcunque perſonas, in dicta Curia pro tempore mouendis, nulla exceptio admittatur pro parte citati, vel citandi, aut citandorum, per procuratorem, ſcilicet ipſius citari offerenda, niſi fuerit exceptio infirmitatis, aut abſentiæ, aut captiuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio declinatoria fori in criminali cauſa, an per procuratorem opponatur in Regno.*

2 *Opponens declinatoriam fori, ſe non defendit, nec iudicium ſuſcipit.*

3 *Bannitus poteſt impunè occidi.*

4 *Inquiſitus de crimine, indultum ſibi competens, an per procuratorem petere poſſit?*

5 *Contumaci, & bannito denegatur audientia.*

6 *Iudex ex ſe rei abſolutionem quando prouidere debeat.*

7 *Citatus exceptionem loci ſibi non tuti opponere poterit.*

8 *In criminalibus à relegatione ſupra ex parte rei non admittitur procurator.*

9 *Veritas cauſæ liquebit magis per partes litigantes ex ſe, quam per procuratores, cum ampliat. & limitat.*

10 *Citatus criminaliter in citantis carceribus detentus, an per procuratorem comparere poſſit?*

11 *Criminaliter contra mortuum etiam, ideſt eius memoriam, agi poteſt.*

12 *Delegatus in criminalibus, non cognoſcet ciuiles cauſas.*

13 *Exceptiones in Regno quæ & quot per procuratorem opponantur.*

14 *Practica exceptionis opponendæ quando citatur aliquis repertus alibi carceratus.*

15 *Citatus per maiorem, & minorem Iudicem, coram quo comparere teneatur.*

16 *Carceratio affectata quando dicatur.*

17 *Exceptio probabilis, & non neceſſaria à comparendo non excuſat.*

18 *Aufugere non dicitur qui vadit ad ſuperiores.*

19 *Carcer priuatus poteſt committi reſpectu duplicis finis.*

20 *Exceptio nullitatis ex eiſdem actis apparens per quemcunque propoſita impedit proceſſum ad condemnationem non comparentis.*

21 *In dubio relationi nuncij citantis ſtandum erit.*

22 *Abſolutus ab vno Iudice à contumacia, & delicto,*

an

an dicatur abſolutos ab alio Iudice à quo fuit contumax ex eodem delicto.

23 *Præuentio minoris pœna affectata procurata ab vno Iudice non prodeſt delinquenti quin poſſit ab alio Iudice puniri.*

24 *Infirmitas qualis excuſet aliquem à contumacia.*

VErba iſtius Rit. formaliter habes poſt Regiam pragmat.4. Regis Cathol. quæ incipit nihil eſt, ſub tit. de
poſſeſs. non turba. vt potes ibi latius videre. ¶ Not. igitur
primo ex hoc Rit. qđ nulla exceptio admittitur per procuratorem ex parte citati pro quacunque cauſa criminali,
1 præter enumeratas per ipſum. † Ex quo ſequitur primo qđ
licet exceptio declinatoria fori poſſet de iure communi
2 opponi, & diſcuti per procuratorem: † quia opponens
eam non ſe defendit, nec iudicium ſuſcipit, vt dicit Bar. in
l.pen.§.ad crimen, nu.18.verſ.dic ergo, ff.de pub.Iud.Bald.
in l.reos, circa fin.C.de accuſ.Aret.in c.veniens, nu.57.verſic.adde de accuſ.Gand.in tract malefic. in titul. vtrum
procur.nu.2.verſic.item quæro.Guid.Pap.deciſ.338.nu 2.
& refert Gramma.in conſil.de foriudica.poſt deciſ.nu.39.
& 76. tamen in hoc Regno per hunc Rit. non admittitur,
niſi perſonaliter compareat citatus, vt etiam dixi ſupra in
Rit.230. in 1 notab. & 205. quæſt.2. & ita practicatur in
omnibus curijs: ſcias tamen vnum quod Doct præalleg.loquuntur in terminis iuris commun. per quod in d.§.ad crimē
eſt prohibita defenſio per procuratorem: item loquuntur
præſuppoſito ſtatuto, quod inquiſitus de crimine nullam
poſſit proponere defenſionem per procuratorem: quo caſu bene dicunt ipſi in exceptione declinatoria, quod cum
per eam reus non defendatur ſuper crimine, admittatur
procurator, ſed præſuppoſito ſtatuto dicēte prout Rit. iſte
dicit, quod reus inquiſitus nullam poſſit opponere exceptionem: ipſi non dixiſſent quod poſsit opponi per procuratorem, quia aliud eſt denegare defenſionem per procuratorem, aliud exceptionem, & ideo idem Aret. in d.cap.
num.39. verſ. conſequenter, præſuppoſito ſtatuto dicente
non admitti exceptiones pro inquiſito per procuratorem,
dicit, quòd tali caſu declinatoria fori non poſſet per procuratorem opponi, quod not. Miror tamen quod Grāma.
in d.conſil ſciens Ritum noſtrum, firmet cum dictis Doct.
quod exceptio declinatoriæ fori poſsit per procuratorem
3 opponi ad inſtantiam inquiſiti, & citati. † Secundo infertur ex hoc Rit. quod licet de iure communi inquiſitus de
homicidio poſsit per procuratorem excipere qualiter occiſus erat bannitus, & poterat impunè offendi, vt dicunt
Bart. Bal. Salyc. Paul. de Caſtr. & Alex. in l. vbi pactum,
C.de tranſact. Bart. in l.ſi ſeruus, C. de his qui ad Eccleſ.
confugi. Aret. in tract.malef. & Auguſt. poſt eum in verſ.
comparent dicti inquiſiti, & in termino defenſionis, verſic.
quid ſi dicat num.13. Cępol.conſil. crimin.74. & Gand.in
tract malefic.in tit. vtrum procur.col.fin.verſ.nunc reſtat.
maximè quando notoriè conſtaret, quod ille occiſus erat
bannitus, vt dicit Bart. in d.§.ad crimen, ver. quædam ſunt
num.19.ea pręſertim ratione, quia iſta exceptio venit examinanda ſeparatim à crimine, tamen ſtante hoc Rit. ſiue
talis exceptio notoriè cōſtet, ſiuè non: nullo modo admit-
4 ti poteſt per procuratorem. † Tertio infertur, quod licet
inquiſitus de crimine poſsit de iure communi petere indultum pro illo crimine, ſibi ex aliqua cauſa competens
per procuratorem, vt dicit Bald. in l.reos, num.35.verſic.
quæro hic, C.de accuſat. & Nell. in ſuo tract.bannito, in 3.
par.2.temp.quæſt.68. moti ratione quam nuper diximus,
quia in iſta exceptione non diſputatur de crimine, & an
illud fecerit, vel ne: tamen poſtquam iſte Rit. dicit nullam
exceptionem admitti, præter illas quas enumerat exceptio, indultum per procuratorem peti non poteſt in hoc
Regno, vt etiam firmat Pet. Foller. in pragmat. foriudicatorum, num.55.verſic.decimoquarto, licet ipſe non fundet ſe per hunc Rit. ſed per dictum Nell. in loco præallegat. qui dicit contrarium, vt ſupra dixi. Aduerte tamen,
quia iſte Rit. loquitur in inquiſito de crimine, & citato pro
eo, quo caſu bene fateor, quod cum curia citauit ipſum ad
informandum: niſi ipſe perſonaliter compareat, non admittitur procurator ad allegandum alias exceptiones quā
hic enumeratas, ſed quando eſſet inquiſitus tantum, & non
citatus, & ſpontè mittit per procuratorem, tunc quia iſte
Rit. non loquitur de iſto caſu mihi videtur, tàm in exceptione quæ opponitur, quod occiſus tanquam bannitus poterat impunè occidi, quam etiam in exceptione indulti, qđ
petitur ex aliqua cauſa, diſtinguendum eſſe hoc pacto, qđ
aut iſte talis inquiſitus pro quo nunc ſpōtè comparet procurator: reperitur alias contumax ſuper illo crimine, vel
alio, aut non. Primo caſu, quia per Rit. ſupra 220. vbi diximus contumaci denegatur audientia, adeo quod in Regno eſt expeditum quod pro contumace nemo debet loqui, teneo indubitanter, quod procurator nullatenus debet
5 admitti. † Et ſi dicatur quod Bald. & Nell. in dictis locis
loquuntur in bannito cui etiam de iure communi denegatur audientia, l.ſed ſi per prætorem, §.ait prætor, ff.ex quibus cauſ. maior. & tamen concludunt admitti per procuratorem. Reſpondetur quod diſpoſitio dicti, §.ait prætor,
intelligitur in alio contumace, qui comparet in iudicio, vt
actor voluntarius, ſecus ſi vt reus neceſſarius: quoniā tunc
ſecus eſt per cap. intelleximus, de Iud. & ideò non eſt mirum: ſi bannitus admittitur de iure communi, vt ipſi concludunt ad petendum indultum per procuratorem, quia
talis bannitus non venit ad hoc voluntariè: ſed coactè ad
ſui defenſionem, vt reus, ſed diſpoſitio d. Ritus noſtri 220.
procedit, vt ibi diximus, tàm ſi quis bannitus compareat
vt actor, quam ſi vt reus: quod ſibi denegetur audientia,
propter quod eorum Doct. non obſtant. quod not. in prac.
quia quotidie euenit, quod indulta petantur per procuratorem pro parte contumacis, & licet in aliquibus curijs
aliter ſeruari vidi, eſt male factum. Secundo caſu, ego diſtinguerem cum Bart. in d.§. ad crimen num.19. quod aut
dictæ exceptiones ſunt notoriæ, & tunc procurator debet
6 admitti, ad ipſas allegandum, † quia in tali caſu Iudex ex
ſe, nemine petente, debet prouidere quod reus abſoluatur, vel non moleſtetur, l. qui cum maior, §.libertus, cum
ibi not. ff.de bon.liberto.cum ſimil. & not. Cępol.conſ.21.
num.11. Aut exceptiones in ſe ſunt dubiæ, & tunc ſecus,
ne factum procuratoris poſsit reo nocere. Sed dicet aliquis, ergo ex prædictis pari ratione ſequitur quod inquiſitus de crimine, nondum pro reo citatus, poteſt mittere
procuratorem ad petendam notoriam declinatoriam fori,
prout Doct. quos ſupra allegaui in princip. communiter
concludunt: non obſtante iſto Rit. prohibente opponi per
procuratorem alias exceptiones, quam hic enumeratas:
quia intelligitur procedere, quando inquiſitus eſt citatus,
ſed huiuſmodi obiectioni reſpondendo, dico quod licet
ita verum ſit de iure, cum iſto caſu ceſſet diſpoſitio iſtius
Rit. tamen in hoc Regno in pract. ſeruatur, quod exceptiones declinatoriæ in criminalibus non petuntur per procuratorem inquiſiti, ſiuè ſit citatus, (quia tunc obſtat iſte
Ritu.) ſiuè non: quia tunc omnes curiæ replicant, & dicunt quod licet capta ſit informatio: tamen non infertur
inquiſito moleſtia, quando pro crimine citabitur, compareat, & tunc prouidebitur ſuper remiſsione cauſæ, vt etiam
dico infra in Rit.299.2. notab. & ideò per Sacrum Regiū
Collater. Conſilium in inſtructionibus datis Regiæ Audiētiæ Principatus citra, prouiſum, & ordinatum eſt, quod remiſsiones tàm contumacium, quàm inquiſitorum non tractentur, niſi ipſi inquiſiti, vel contumaces perſonaliter cōpareant, vt dixi latius ſupra in Rit.205. quęſt.2. vbi ad ver-
* bum inſerui iſtam inſtructionem.* Sed vt dixi in pragm.1.
quæſt.17.num.167. de exul. communi obſeruantia introductum eſt concedi indulta etiam per procuratorem petentibus adeò quod non obſtante d.Rit. 220. cauſæ indultorum indiſtinctè tractantur per procuratorem inquiſiti,
vel contumacis, imò ad id admittitur quilibet pro eo etiā
quod non ſit procurator, vt dixi in dicta pragmat.
7 ¶ † Quarto infertur ex hoc Rit. quod quamuis de iure
commu-

Digitized by Google

communi citatus per iudicem pro aliqua cauſa poſsit opponere exceptionem loci non tuti, vt dicit gl. in c. cum locum, extra de ſponſ. Spec. in tit. de offic. ord. §. 3. & de off. omn. iud. §. 6. verſ. ante litem, Fely. latè in c. accedens, lo ſecondo, extra vt lit. non conteſt. & Afflict. dec. 189. num. 20. ea quidem ratione, quia, vt dicit Bart. in l. quia poterat, §. ſi quis alio, qui legitur cũ l. de ætate, ff. ad Trebell. citatus ad locũ non tutum, non tenetur comparere, tamen in hoc Regno per hunc Rit. reijcientem omnes exceptiones, præter qualdam, talis exceptio pro parte citati nõ admittitur, crederem tamen, quod quando iudici conſtaret poſtmodum, quod in rei veritate locus nõ erat tutus citato, licet ipſum non admiſerit, quando reputauit contumacẽ, debet ſaltim poſtmodum à contumacia excuſare, & delere, ſi tamẽ ipſe comparet nunc, & exceptionem aliàs oppoſitam verificat, alioquin pro contumace nemo loquitur, vt ſupra dixi. Quinto, & vltimo infertur, quòd exceptiones, quas latiſsimẽ ponit Affl. in d. deciſ. & omnes aliæ ſimiles, quas in iure facilè reperies, licèt à legumlatoribus, & Doct. adinuentę, & comprobatæ fuerint, tamen ſi pro parte citati opponitur, eo non comparente, nõ admittuntur per Rit. noſtrum, niſi ſint de enumeratis hic, & ita practicatur, & obſeruatur.

8 ¶ † Secundo nota ex hoc Rit. ꝙ in quibuſcunque cauſis criminalibus nõ admittitur pro curator, pro parte rei citati, quoad cauſas criminales a relegatione ſupra, concordat cũ iure cõmuni, in l. pen. §. ad crimen, ff. de publ. iud. & c. veniẽs, de accuſ. cum alijs, quæ ponit Spec. in tit. de proc. §. 1. nu. 9. verſ. itẽ quod cauſa eſt criminalis, & Cœpol. cau. 66. ſed à relegatione infra eſt contra ius cõmune, vt patet ex glo. l. ſeruum quoque, §. publicæ, ff. de procur. gl. vbi etiam Bart. nu. 4. verſ. tertio oppono, in d. §. ad crimen, Gandi. in tit. vtrum procurator, in princ. Anch. cõſ. 272. bene, & ſubtiliter, & alij, qui cõmuniter cõcludunt tali caſu poſſe procuratorẽ interuenire, vt latius dixi ſupra in Rit. 108. Ratio iſtius Rit. eſſe poteſt, quam ponit illuſtris, & acutiſſimus
9 Doctor Fran. Aret. in d. c. veniẽs, nu. 61. verſ. † & ideo reiectis. quia partibus litigantibus per ſe melius poteſt liquere de veritate cauſæ, quam ſi litigent per procuratorẽ, dicente Iuriſconſ. in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæſt. quod veritas melius eluceſcit in iudicio criminali ex ſermonibus, trepidatione, & conſtãtia partium. Amplia primo hũc Rit. procedere nedũ ſi comparet ſimplex procurator, verũ etiam ſi comparet procurator, qui etiã eſſet cõiuncta perſona, vt tenet Iaſ. in l. 2. in 3. not. per illum tex. C. de proc. Secundo amplia etiã ſi pro delicto imponeretur pęna corporalis, vel pecuniaria arbitrio iudicis, quoniã tunc pẽdente arbitrio, iudicatur vt de pœna capitali, vt dicit Bart. in l. fin. per illum tex. ff. de iniur. iuncta l. fin. C. eo. Anch. in d. conſ. in princ. & Felyn. in d. c. meminimus, nu. 18. verſ. item adde quod, circa fin. vt latius dixi ſupra in Ritu 41. 2. not. in fi. & Rit. 68. 2. no. in fi. Tertio amplia etiã vbi pro delicto imponeretur pœna pecuniaria, quæ efficeretur corporalis per inficiationẽ, vt dicit idem Fely. in d. c. meminimus, circa fin. Quarto amplia etiam in delicto, in quo de iure cõmuni imponitur pœna pecuniaria, cum tamen per ſtatutũ imponatur corporalis, vt dicit Fel. in prealleg. c. meminimus, nu. 18. circa fin. & faciunt not. per Bart. in l. pen. §. ad crimen, verſ. quæro extra, nu. 14. ff. de pub. iud. vbi quod ex genere pœnæ iudicatur crimẽ capitale, vel nõ, & an poſſit procurator interuenire. Quinto amplia procedere etiam circa media cauſæ, vt dicit alius Rit. Magnæ Cur. ſup. 106. vbi dixi latius. Sexto amplia procedere etiã ſi inquiſitus, & citatus eſſet vidua, vel pupillus, vt dicit Rit. ſup. 230. vbi etiã latè dixi in 1. not. & per totũ. Septimo amplia etiam ſi mulier coniugata citaretur per Curiã, non obſtante cõſt. Reg. generalia iura, quæ aliter diſponit, & per hunc Rit. corrigitur, vt dixi ſup. in Rit. 10. Octauo amplia ẽt ſi citati eſſent perſonæ illuſtres, quę in actione iniuriarũ citarẽtur, nõ obſtante l. fin. C. de iniur. quæ aliter diſponit, & per hũc Rit generaliter loquentẽ quoad perſonas, & cauſas corrigitur, vt ẽt in d. Rit. 108. dictũ fuit. Nono amplia etiã ſi dñs inquiſiti, aut pater vellẽt in cauſa cõparere, ipſũ defendendo pro ſuo proprio intereſſe. Nec obſt. ꝙ Bar. in l. pen. §. ad crimen, nu. 6. ff. de pub. iud. aliter teneat de iure, & idẽ Fel. in d. c. meminimus, nu. 12. verſ. tertia concluſio, & Cœpol. conſ. 46. nu. 6. conſ. 48. 55. & 56. quoniã, vt dicit idẽ Cepol. caut. 66. in princ. lim veram opin. tex. in l. ſi cuiuſdam, C. de accuſ. cũ alijs, per quos mouetur Bart. intelligi debet in inquiſito carcerato, & nõ aliter, prout videtur ẽt dicere ipſa
10 l. ſi cuiuſdã, ſi rectè ponderetur. † Limita primo iſtud not. quãdo inquiſitus, & citatus pro crimine eſſet iam detẽtus in carceribus iudicis citantis, qm̃ tunc poteſt per procuratorẽ in cauſa cõparere, excepta ſententia, & litis conteſtatione, vt dixi ſup. in Rit. 106. not. per Bar. in d. §. ad crimen, nu. 10. verſ. poſſumus, Pau. de Caſt. in l. ſeruũ quoque, §. publicę, ff. de procur. Ang. & Imo. in d. §. ad crimen, Gand. in tract. malefic. in tit. vtrũ procur. nu. 3. verſ. itẽ pone, quæro, vbi ſatis pulchrẽ Spec. in tit. de procu. §. 1. verſ. ſed nũquid media, Aret. in tract. maleſ. in verſ. qui iudex videns, Alex. conſ. 116. vol. 2. Io. de Ana. conſ. 1. nu. 3 & Bologn. ad eũ in apoſtil. nu. 4. & Domini de Rota dec. 203. de procu. vbi ꝙ vxor clerici carcerati poteſt pro marito procuratorẽ conſtituere. Ratio iſtius limit. eſt, quia ceſſat tũc ratio prohibitionis, quã ſupra poſui, vt ẽt Fel. ſcribit in d. c. meminimus, nu. 15. verſ. ſeptima cõcluſio. Secũdo limita in vniuerſitate accuſata, vt dixi ſupra in Rit. 108. limit. 2. & ſcribit Fely. in c. meminimus, verſ. quarta concluſio, de accuſ. & idem in Eccleſia, vt not. Spec. in tit. de procur. §. 1. nu. 11. verſ. decimoquarto. & idẽ in moniali, ſecundũ Fely. ibid. nu. 13. verſ. tertia concluſio. Tertio limita, quando citati pro eadem cauſa eſſent plures numero decem, quoniam tunc per cap. Reg. ſtatuimus, poſſunt ordinare ſyndicum, qui eorum nomine reſpondeat, ſed iſtud ſatis raro euenit, quia inuenta lege, excogitatur fraus, & actuarij hoc caſu, quando de eodem crimine ſunt plures inquiſiti, faciunt plures cita-
11 tiones, & ſic cap. prædictum euitatur. † Quarto limita, quando cauſa criminalis non agitur contra viuum, ſed cõtra mortuum, ſeu eius memoriam, vt dicit Bald. in l. reos, ad fin. C. de accuſat. Felyn. in dicto cap. meminimus, num. 13. verſic. quarta concluſio, & Alexand. ad l. pen. ff. de publ. iudic. vt eſt in caſu, de quo per gloſ. ſing. in cap. ſanè, lo ſecondo, 23. quæſt. 2. & in caſu l. fin. C. de bo. eorum, qui ſibi mor. conſci. in fi. Quinto limita vbi cauſa eſſet criminalis, verum ageretur de nullitate ſententiæ, per text. ſing. in cap. hæc quippe, iuncta gloſ. in verſic. de expulſis, 3. quæſt. 6. Sexto limita, quando ageretur ciuiliter pro crimine, vt dicit Speculat. in tit. de proc. §. 1. num. 10. verſ. vndecimo, per tex. in cap. tuæ, extra de proc. & Felyn. in d. c. meminimus, nu. 11. verſ. ſecunda concluſio. pro quo facit quod dicunt Domini de Rot. deciſ. 111. an iudex apoſtoli-
12 cus, in nouis, † vbi quod delegatus in cauſis criminalibus, non poteſt cognoſcere eas, in quibus agitur ciuiliter, idem Alber. in tract. ſtatutorum, 2. parte, q. 125. & Rom. in l. 2. in princ. col. 17. ff. de verb. obligat. Item pro hac limitatione facit, quod in cauſa ſuſpecti tutoris, in qua poſſet reſultare criminalis effectus, poteſt interuenire procurator, quia ſolum agitur ad ciuilem effectum, vt patet ex l. non ſolum, §. fin. iuncta glo. & l. pen ff. de ſuſpect. tut. & not. per Imol. in d. §. ad crimen, col. 8. vbi dicit non fuiſſe ab alio tactum, & per Ioan. de Ana. & Felyn. in ſæpius alleg. cap. meminimus, num. 19. de accuſat.

13 ¶ † Tertio nota ex hoc Rit. ꝙ in Regno tres tantũ exceptiones opponi poſſunt per procuratorẽ, videlicet infirmitatis, abſentiæ, & captiuitatis. de prima diximus ſupra in Rit. 267. de ſecunda in Rit. 266. de tertia loquitur iſte Rit. quarta exceptio, quæ etiã admittitur per procuratorẽ tam de iure, quã de obſeruantia huius Regni, eſt exceptio carcerationis penes aliũ iudicẽ, vt dicit tex. in l. 2. §. ſimili modo, ff. ſi quis cautio. Bart. in d. §. ad crimen, nu. 13. verſ. dic ergo ſic. Alex. in l. 2. §. quæſitum, ff. de re iud. Ang. in l. eos, §. ſuper his per illum tex. C. de appell. Hipp. in pract. §. ſe-
14 quitur, nu. 31. & Affl. deciſ. 389. nu. 34. † Et iſta exceptionis oppoſitio practicatur in Regno hoc modo, quod ſi inquiſi-

Digitized by Google

quiſitus carceratus ab alio iudice, detinetur in eodē loco,
in quo citatur per aliū iudicē, in vltimo peremptorio ſuf-
ficit, quòd fiat fides de carceratione per fidem authenticā
actuarij curiæ, vel officialis, ſi vero extra illū locum, & ex-
tra eius diſtrictum, ſiue territorium, tūc fides carcerationis
debet eſſe per publicum, & authenticū inſtrumentum, alias
ea non obſtante, condemnatur, multoties tamen admittitur
etiam ꝙ non ſit per inſtrumentum publicū, quia per fiſcum
non opponitur, & ſatis eſt, quod ſit fides authentica. Et ad-
de, quod pract. in hoc Regno ſe habet, quod oppoſita car-
ceratione inquiſiti coram iudice citāte, ſiue admittatur, ſi-
ue nō, ſtatim per curiam ipſius iudicis citantis, ſi eſt maior
illo qui detinet, expediuntur prouiſiones iudici penes quē
inquiſitus detinetur, quòd ipsū caute detineat, ne ſuccedat
locus fugæ, & ipſo inconſulto non liberet, & poſtmodū di-
ſcutitur penes quem remanebit cognoſcendus, & punien-
dus carceratus, & ſi pro eodem crimine moleſtatur per ip-
ſum ſecundum iudicem, cauſa ipſa remittitur ad primū, niſi
legitima cauſa adſit, propter quā cognitio ſpectet ad eum,
ſi vero alio crimine, tunc licet de iure cōmuni indiſtinctè
deberet comparere coram ipſo maiore iudice, vt dicit tex.
in l. contra pupillū §. fin. ff. de re iud. & gl. & Bart. in l. 2. §.
fin ff. de cuſtod. reorum, tamen per conſt. Reg. contingit, la
ſecunda, debet diſtingui, quod aut crimen pro quo citatur
per iudicem maiorem eſt par cum eo pro quo inquiritur à
primo, & tunc non tenetur coram ſecundo venire, & pro-
pterea tali caſu fiūt prouiſiones iudici inferiori, quod ſi re-
manebit locus pęnæ, non liberet eum ipſo inconſulto, ſi ve-
rò crimen eſt maius, quia venit puniendus pœna mortis,
& pro primo non, tunc debet corā ſecundo venire, & ibi-
dem cognoſci, vt dicitur in d. conſt. & ideo expediuntur
tunc literæ iudici inferiori, quod carceratū ipſum cōſignet
ſuis ſeruientibus, quos ad hunc effectum mittit, quæ not. in
practica: aduerte tamen, ſecūdum Affl. in d. conſt. in 1. not.
verſ. & predicta, quod iſta diſtinctio in facto per illā conſt.
vera eſt, & procedit quotieſcunque citatus per ſecundum
15 iudicem detinetur per primum: † ſecus ſi citaretur, quoniā
tunc indiſtinctè citatus per minorem, & maiorem iudicem,
tenetur comparere coram maiore, vt dicit gl. & Bart. in d.
l. 2. §. fin. Intellige tamen iſtam exceptionem eſſe veram,
dummodo carceratio non fuerit affectata, & procurata:
quoniam tunc ea non obſtante, proceditur ad contumaciā,
vt dicit tex. in d. §. ſimili modo, Specul. & Io. And. in tit. de
cita. §. 1. verſ. item quod citatus detentus, Felyn. in cap. fin.
extra de teſtib. cum ſimil. latè, & not. collectis per Tiraq.
in tract. retract. conſang. §. 35. gl. 4. nu. 27. cum ſeq. & Caſſ.
in conſuet. Burg. tit. des fiede. §. 1. nu. 10. licet alias videatur
ſentire Hipp. in pract. §. ſequitur, nu. 31. vbi dat cautelam
16 ad comparendum per procuratorem. † Dicitur tamen cō-
muni obſeruantia affectata quotieſcūque facta eſt poſt in-
timationem factam citationis ipſius iudicis citantis, intan-
tum ꝙ communiter ſeruatur, quod vbicunque carceratur
quis per iudicem inferiorē, poſtquā citatus fuit per maio-
rem, exceptio carcerationis ſibi non admittitur tanquam
præſumpta affectata, ſed contra ipſum proceditur tāquam
cōtra contumacem, quod nota. Et quando hoc modo affe-
ctatio non appareret, poſſet alijs modis verificari per ſcri-
pturas, vel per teſtes, & ea conſtita, non gaudet beneficio
exceptionis carcerationis oppoſitæ, & ita ſeruatur. Intel-
lige ſecundo, dummodo carceratio ſit in loco, à quo non
poſſet aliquo modo recedere ad ſui libitum, de facto impe
ditus, vt quia eſſet incluſus in carceribus, ſecus ſi teneretur
cum cautione per ciuitatē, vel territorium, quoniam tunc
cum facti impedimentū non habeat, quia ſi vult cōparere,
17 bene poteſt: † talis exceptio dicitur probabilis, & non ne-
ceſſaria, quæ à comparendo non excuſat, vt dicit Bart. in l.
pen. §. ad crimen, nu. 18. verſ. quædā ſunt, ff. de publ. iudic.
* * & ita in proprijs terminis voluit Ang. in l. qui in carcerē,
ff. quod met. cau. & Ægidius Boſſius in tract. ſuo, tit. de car-
cere, nu. 28. dicentes, ꝙ non dicetur eſſe in carceribus, qui
dimiſſus eſt fideiuſſoribus: & ſi dicatur, ꝙ iudex ille infe-
rior ratione cotrauentionis fideiuſſionis, moleſtabit eum,
reſpōdetur, ꝙ hoc nihil eſt, quia iudex maior ſtatim proui
18 det, ꝙ eum nō moleſtet, quia comparuit corā eo, † & non
dicitur aufugere, qui vadit ad ſuperiores, l. capitaliū, §. ad
ſtatuas, ff. de pœn. & l. ſi quis ſit, verſ. itē nec eū, ibi hęc ita,
vbi Cœpol. not. nu. 21. ff. de ædil. edict. verum hoc caſu de
æquitate ſit, ꝙ ſi infra tot dies cōparuerit, deleatur à contu
* macia, quod nota, qa quotidianū.* Et ſi dicatur † in Rit. 47.
19 nu. 16. dictū fuit, ꝙ pœna priuati carceris exercetur etiam
tenendo aliquē ſub fideiuſſoribus, reſpondetur, ꝙ reſpectu
finis cōmittendi priuatū carcerem, ita cōmittitur detinen-
do ſub vinculis, ſicuti ſub fideiuſſione per ciuitatē, aut ter-
ritoriū, quia vtroq; caſu dicitur detineri ſub cuſtodia, licet
quādo eſt in vinculis, dicatur cuſtodia carceralis, & quādo
non, cuſtodia tantū, vt dicit l. ſi grauius, C. de dignit. lib. 12.
ſed reſpectu finis noſtri an poſſit, vel non poſſit compare-
re, clarè patet ſine legibus, quòd ſi ſtat ſub fideiuſſoribus,
non eſt impeditus facto, & meritò non ſtat carceratus.
20 ¶ Quinta † exceptio, quā in practica ſeruamus in Regno,
eſt exceptio nullitatis notoriæ ex eiſdem actis apparentis,
vt puta, ſi dicatur relationē eſſe ſine teſtibus, aut carere no
mine nuncij citantis, citationē fuiſſe factam die feſtiuo, vel
eſſe circūductam, & cōtumaciam nō eſſe accuſatā ſuo die,
vel fuiſſe accuſatā die feriato, aut alias quęuis nullitas alle
getur, quę ſimiliter in promptu pateat ex actis, & iſta exce
ptione allegata, nedū per procuratorē, ſed per quēcunque
inſpicitur relatio, citatio, aut cōtumacia accuſata, ſeu actus
ille, qui dicitur nullus, & aliqua ex nullitatibus allegatis
reperta nō proceditur ad cōdemnationē non cōparentis,
nec aliter fit cōtumax: verū ſi quoquo modo nullitas alle-
gata notoriè ex actis nō appareret, ſed aliquā indaginem,
diſcuſſionē, vel extrinſecā probationē requireret, vt quia
diceretur relationē eſſe falſam, quia talis nunꝗ fuit citatus,
vel quia locus vbi fuit citatus, nō erat domus ſuæ ſolitæ ha-
bitationis, vt in relatione aſſeritur per nunciū, aut quoduis
aliud opponeretur, quod ex inſpectione actorū apparere
21 non poteſt: † quia in dubio ſtandū eſt relationi nuncij ci-
tantis, & referētis ipſum citaſſe, & in domo ſuæ ſolitæ habi
tationis, exceptio ipſa nō admittitur, ſed proceditur ad cō-
tumaciā nō comparentis, etiā ſi offeratur in promptu pro-
batio eorū, quæ opponūtur: & quandoque in eadem inter-
loquutoria contumaciæ dicitur, quod ipſo comparente, de
oppoſitis habebitur ea ratio, quæ de iure habenda erit, &
licet non dicatur, idem erit ſi poſtmodum apparebit.
22 ¶ Primo quæro † in hoc Rit. iuxta ea, quæ ſupra diximus
de carceratione affectata, pone ꝙ aliquis pro eadem cauſa
fuit querulatus de aliquo delicto corā Præſide prouinciæ,
& corā iudice originis, aut domicilij, vel delicti, & in vtro
que tribunali effectus cōtumax, demū ſponte acceſsit, & ſe
pręſentauit corā iudice pręfato originis, domicilij, vel de-
licti, à quo fecit ſe expediri abſoluendo, cū debuiſſet con-
dēnari, vel leuiter condēnando aliqua pęna modici exilij,
cū tanquam conuictus, debuiſſet grauiori pœna condēnari,
immo etiā torqueri ad ſciendū complices, qua abſolutio-
ne, vel cōdemnatione taliter ſequuta, purgata prius pœna
contumaciæ cōtractæ coram Præſide prouinciæ, comparet
coram eo cū copia ſententiæ latæ per illū iudicem, petens
decerni, ꝙ non moleſtetur, ſtante, ꝙ de cauſa ſemel cognitū
eſt, nunquid poterit de eodem iterū moleſtari? tex. in c. de
his, extra de accuſ. & l. ſi cui, §. iiſdē, & l. Senatus, ff. eod. tit.
decidunt, ꝙ de eiuſdē hominis facto ſæpius quæri non de-
bet, quod etiam firmant paſſim Doct. in dd. iuribus, & latè
Boer. deciſ. 289. num. 6. Couarr. lib. var. reſolut. 2. cap. 10.
& Excellens Dominus Clarus lib. 5. ſentent. recepta. §. fin.
quæſt. 57. in principio, & in fine, verſic. dictum eſt, vbi alios
Doct. allegant: tu autem teneas in hoc caſu contrarium,
ſtante colluſione habita inter inquiſitum, & iudicem,
quæ præſumitur ex illa ſpontanea comparitione, iuncta
cum indebita abſolutione, vel leui condemnatione, & etiā
omiſſione torturæ ad ſciendum complices, quia quotieſ-
cunque aliquid de ſui natura habet prodeſſe, ſi illud fuit
affectatum, vel procuratum, non prodeſt, l. ſpadonem,
§. fin. ff. de excuſat. tut. §. item tria onera, inſt. eod. not. Bart.
in

Digitized by Google

in l.2.§.ſimili modo,ff.ſi quis cautio. Cœpoll.caut.3.& 4. & alij, quos citat Tho.Ferra.caute.19. iudex maleficiorũ, num.1. ex quo Angel.in l.ſi ſeruus plurium, §.ſi quis ante, verſic.ſed ſi,ff.de leg.1. Cœpoll.caute.5. quando quis delinquit, Ferra.d.caute.19. & Boer.in præfata deciſ. nu. 10.

23 in fi. inferunt, † quod ſi quis procurauit, vel affectauit inferiorem iudicem, vt haberet minorem pœnam, talis præuentio minoris pœnæ ſibi nõ prodeſt, vt etiam firmat Clarus in præalleg.quæſt.verſic.dictum eſt, in fi. dicens, poſſe iterum puniri, vbi ex parte iudicis, qui minorem pœnam impoſuit, aliqua fraus, ſiue colluſio interceſsit, & ideo Præſes prouinciæ in quæſtione propoſita iterum de cauſa cognoſcet, & iuſtitiam faciet, non obſtante cognitione taliter facta per alium iudicem, habita tamen aliqua conſideratione ad pœnam exilij impoſiti, ſi ei patuit, & quoad complices torquebit inquiſitum, ne quoad eos delictum tranſeat impunitum, contra diſpoſitionem l.ita vulneratus, circa fin.ff.ad leg. Aquil. Immo plus dico, quod etiam ſi iſte talis fuiſſet debita pœna condemnatus tanquam de delicto conuictus, & nõ prouiſum ſuper eius tortura quoad complices, cum ex proceſſu liqueret delictum patratum cum ſocijs, poterit modo Præſes prouinciæ ipſum torquere ſolum ad ſciendum ſocios, ne ipſi impunè pertranſeant, & de eorum ſcelere glorientur; cum reipub. intereſt delicta puniri, l.licitatio, §.quod illicite, ff.de publicia.

24 Secundo quæro † ad hunc Ritum, quid ſi pro parte citati allegaretur infirmitas ſuorum? Alber. Alex.& Iaſ.in l.2. ff.ſi quis cautio. dicunt, quod ſicut excuſatur quis à contumacia ratione propriæ infirmitatis, eodem modo ratione infirmitatis ſuorum, idem Boer.in conſuet. Bituri.de iuriſd. omn.iud.§.19.Iaſ.& alij in l.1.col.pen.ff.de off.eius, in l.1. col.2. in ius voc. vt eant, & in l.de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori.q.9.ff.de no.oper.nunc.mouentur omnes per tex. in c.communis filius, iuncta gloſ.23.diſt. ſed profecto ille tex.ſi conſideretur, hoc non dicit, ſed tantum narratiuè ponit de illo Epiſcopo, qui diſceſsit propter infirmitatẽ ſuorum: & ideo Rebuff.in comment.conſtit.Franc.in tract.de excuſat.nu.31.vol.3. tenens eandem opin.allegat alium & meliorem tex. in l.interdum, in princ. verſic. humanum, iuncta gloſ.& in ſimilibus, ff.de iudic.qui tex.non loquitur ita generaliter de ſuis, ſed tantum de patre, & filio, ac de viro, & vxore: dicit tamen poſtmodum idem Rebuff.ibid. quod hodie vix excuſaretur quis etiam ob duram valetudinem, aut mortem patris, vel matris, aut vxoris: quid tamen dicendum in hoc Regno? iſte Ritus non loquitur niſi de infirmitate ipſius citati, ſed quia poſſet dici, quòd in caſu omiſſo recurrendum ſit ad ius comm. per l.commodiſſimè, ff.de lib.& poſth. dico nedum, vt dicit Rebuff.quod vix quis excuſaretur, ſed quod moueretur riſus omnium in tribunali aſtantium, ſi in caſu vbi citatur quis vt perſonaliter compareat, excuſaretur propter infirmitatem prædictorum, quia in practica non vtimur talibus excuſationibus, immo ob fraudes, quæ quotidie fiunt in excuſandis citatis, magna cum difficultate admittitur excuſatio ratione propriæ infirmitatis. Salerni, die 13.Ianuarij in octaua Epiphaniæ. 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXX.

ITem ſeruat dicta Curia, ꝙ pro periurio ſcienter commiſſo, vel ignoranter, in iudicio, vel extra iudicium, non poſſit foriudicari de æquitate antiquata, potius quam de iure.

SVMMARIVM.

1 *Foriudicatio in quibus delictis locum habeat.*
2 *In crimine periurij, curia ex officio an procedere poſſit parte non querelante? cum limitat.*
3 *Pro iuriſiurandi violatione diruuntur domus.*
4 *Crimen periurij num publicum, vel priuatum ſit?*
5 *Crimen repetundarum eſt publicum.*

NOta ex hoc Ritu, quòd pro periurio tam iudiciali, quàm extra, & tam ignoranter, quàm ſcienter commiſſo, ad ſententiam foriudicationis procedi non poteſt de æquitate, licet de iure poſsit, quia pro periurio impoſita eſt

1 pęna manus per Rit.171.vbi latius dixi, † & foriudicatio locũ habet in omnibus delictis, in quibus imponitur pœna mortis naturalis, ciuilis, abſciſſionis membri, aut carceris perpetui, vt dicitur in c.Reg.ſiue quis, no per Affl.in cõſt. Reg.grandis vtilitas, 3.not.in fi.& in conſt.pœnam eorum, nu.22.verſ.quartodecimo requiritur. Ratio iſtius æquitatis, & Rit.eſt, quia licet de iure conſt.Reg.cum iuxta prouidum, & conſt.eos, qui ſcienter, & dicti Rit.171. in periurio locum habeat pœna manus, tamen, vt plenè dixi in eodem Rit.ex cõmuni obſeruantia receſſum eſt ab illa pęna, adeo ꝙ quando agitur extraordinariè, exigitur certa pęna pecuniaria, & quando ordinariè, nunquam peruenitur ad pœnam manus, nec etiam ad acti ſententiæ, quia periurus ex multis poteſt ſe defendere, vt ibi dixi, & cum ex pœnæ impoſitione iudicetur, quando foriudicatio locum habeat, vt patet ex d. c. ſiue quis, viſum fuit antiquioribus practicis, & conditoribus iſtorum Rituum prouidere, quòd in periurio non procedatur ad foriudicationem, quod nota, quia ſeruatur in practica inconcuſſe.

2 ¶ † Quæro in hoc Ritu, nunquid in crimine periurij poteſt Curia procedere ex officio, nemine querulante? Breuiter, attenta pœna ſtatuta per dictas conſt. Reg. poſſet ex officio procedi, quia vbi venit imponẽda pœna mortis naturalis, ciuilis, vel abſciſsionis membri, poteſt abſque querela partis iudex ex officio inquirere, vt dicitur in cap. Reg.vt delata. ſed attenta obſeruãtia, quę in pœna periurij aliter ſe habet, vt ſupra dixi, quemadmodum ratione pęnæ à qua receſſum eſt, non proceditur ad foriudicationẽ, eodem modo nec etiam ad inquiſitionem: & ita etiam firmat Par.de Put.in tract.ſynd. in verſ.inquiſitione, §.& aduerte, col.5.nu.3.verſ.& in periurio, vbi dicit, ꝙ ideo videmus in practica ſeruari, quod in periurio proceditur, porrecto libello, vt etiam dixi ſupra in d.Rit.171.in fi.& ita ſeruatur quotidie. Limitat tamen iſtud Luc.de Penn.in l.ſi vacantia, col.5.verſ.& ideo videtur melius, C.de bon.vacan.lib.10. procedere vbicunque in iuramẽto deductum erat aliquid quod ſeruari priuatæ perſonæ intereſſet in aliquo dando, vel faciendo, ſecus ſi publicæ, vt ipſe ponit exemplum in

3 pace iuramento firmata: † pro cuius violatione diruuntur domus, per cap.1.§.cõuenticula, in fi. de pace iuram.firm. Item in iuramento præſtito per officialem publicum, quod poſtea ſeruatũ non fuit, per l.fin.in fi.C.ad l.Iul.repetund. vbi caſus videtur in terminis, & ratio eſt, ſecundum eum, quia iſto caſu crimen ipſum cenſetur publicũ, non priuatũ. Ego autem, licet magna ſit authoritas Luc.talem limit.nõ

4 ſequor, & omiſſa diſputatione, quã ipſe facit, † an crimen periurij ſit publicum, vel priuatum? cum ſatis poſſit apparere ex l.ſi.iuncta l.1.ff.de crim.ſtell. dico, quòd cum in Regno habeamus expreſſum in d.c.vt delatas, quando poteſt ex officio procedi, & in periurio nõ imponatur pœna manus, vt ſupra diximus, nulli dubium eſſe debet, quod in eo ex officio inquiri non poteſt, vt Par. concludit, & in practica indiſtinctè in quouis periurio ſeruari videmus. Nec obſtat tex.in l.fin.C.ad l.Iul.repetun. qui videtur aliquatenus vrgere, quoniam contrauentio illius iuramenti non remanet in finibus periurij, ſed trãſit in delictum l.Iu-

5 liæ repetundarum, † cuius accuſatio eſt publica, vt dicit tex.in l.1.in §.fin.ff.de pub.iud.quod bene nota, quia quotidie poterit euenire. Salerni, die 14.Ianuarij. 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXXI.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod ſi actor, vel accuſator fecit aliquem citari, & in peremptorio termino citatus comparuit, & etiam accuſator, vel actor, ſi accuſator, vel actor in dicto perem-

Digitized by Google

ptorio coram Curia dixerit ſe non habere paratũ libellum,& habeat aliquam iuſtam cauſam, tunc Curia ipſa dat terminum arbitrio Curiæ vtrique parti, reo,vt veniat pro libello,& accuſatori,vel actori, vt veniat ad dandum, qui terminus rarò ſcribitur in actis dictæ Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Actori comparenti, dicentiq; non habere paratum libellum, dabitur terminus iudicis arbitrio.*
2 *Querela ſcribitur in libro in Curia ad hoc deputato.*
3 *Lex aliqua per non vſum non tollitur, ſed per contrarium vſum.*

1 NOta ex hoc Ritu, † quod reo citato ad inſtantiam accuſatoris,vel actoris,cõparente in vltimo peremptorio, ſi actor, vel accuſator compareat, & dicat ſe non habere paratum libellum, datur ſibi terminus arbitrio iudicis ad illum præſentãdum, & reo ad iterum veniendum pro eo, licet talis terminus rarò ſcribatur. Intellige hunc Rit.loqui in illis caſibus, in quibus proceditur ſuper libello,vt eſt in crimine periurij, vt dixi in Rit.præceden.& in Rit.182. & etiam in actione iniuriarum,vt dicit Rit.infra 311. vbi dicam in 5.not.nam cum illis caſibus citetur reus reſponſurus ſuper libello contra ipſum porrigendo, per talem de periurio, vel de iniuria,tunc poterit contingere, quod dicitur in hoc Ritu: in alijs autẽ cauſis criminalibus,
2 in quibus non ſeruatur porrigere libellos, † ſed ſolum exponere querelam, quæ ſcribitur in libro ad hoc in Curijs deputato, vt alias in hoc opere dixi poſt Gand. in tract. malef.in tit.qual.fiat accuſatio.in princ. non poſſet euenire,quod dicit iſte Rit. tanto magis,quanto in eis non citatur reus ad reſpondendum ſuper libello, ſed ad informandum Curiam, & eo comparente, ſibi non legitur querela, ſed examinatur per diuerſa interrogatoria, donec iudici viſum fuerit opportunum examinare, & interrogare, ſed adhuc etiam dico, quod in caſibus, in quibus proceditur porrecto libello, non video in facto contingere, quod hic dicitur, quia litigantes ſunt adeo diligentes, & ſolliciti, quod etiam multoties antequam citetur reus, porrigitur libellus, & quando nõ porrexerunt eum in vltimo peremptorio,ſemper comparent cum eo: quando tamen accideret de facto, & actor opponeret, non habere libellum pa-
3 ratum,ſeruandus eſſet ille Ritus, † qui per non vſum, non tollitur, ſed per contrarium vſum,vt dicit gl.in §.quibus, & §.pen.inſt.in procem. & Alex.conſ.136.num.19.vol.2. Salerni, die 14.Ianuarij.1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXXII.

ITem quòd vbi proceditur ex officio Curiæ ad denunciationem alicuius cum obligatione pœnali, maximè in maleficio, Curia nunquam componit, niſi prius parte denunciante contenta, & concordata. a.

ADDITIO.

a Concordata. Circa remiſsiones partium, vide plures prag.ſub tit.de compoſit.quas citauimus infra ad Rit.273. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio iudiciaria duplex, publica, & priuata, & de vtriuſque effectu, & multa de materia remiſſionis tam reſpectu partis offenſæ, quam eius conſanguineorum & ſucceſſorum.*
2 *Pars offenſa quandocunque in eius præiudicium non fiſci, poteſt ſe concordare.*
3 *Denunciatio in delictis pœnam merentibus, & non merentibus fieri poteſt.*
4 *Iudex an habita partis remiſſione abſque alio poſſit inquiſitum componere?*
5 *Iuſta cauſa componendi exiſtente, an poſſit iudex ſuper quolibet delicto componere? & quæ in compoſitione requirantur, ibid.*
6 *In delictis non burſa, ſed perſona deliquit, & pœna ſuos teneat authores.*
7 *Officiales Baronum in Regno quam poteſtatem habeant circa commutationem pœnarum, & delicta componenda, & remittenda.*
8 *Pœna pecuniaria commutata ex perſonali, num ad Barones ciuilium cauſarum ſpectet?*
9 *Iudici communi in condemnatoria ſententia an poteſtatem gratiam faciendi, moderandi, vel pœnam minuendi liceat reſeruare? & ibi quid in officialibus Baronum, & Regijs.*
10 *Iudici in ſententia, vel ante compoſitionem, vel pœnæ commutationem facere licet, non poſt.*
11 *Commutare pœnam, vel remittere poſt ſententiam, ſolius Principis eſt, cum dubitat.*
12 *Compoſitio vicẽ legalis pœnæ obtinet, & in nu.23. & 24.*
13 *Iudex in impoſitione pœnæ, & compoſitione valde circumſpectus eſſe debet.*
14 *Delicta impunita non tranſeant.*
15 *Remiſsio peccati delinquendi audaciam non præbeat.*
16 *Pauperes in pecuniarijs pœnis mitius, quàm diuites puniendi.*
17 *Qualibet pœna perſonalis, etiam minima, maior quacunque pecuniaria.*
18 *Vera iuſtitia compaſſionem habet.*
19 *Compoſitionis ſumma qualis eſſe debeat, & cum licentia cuius fieri poſſit, vide num.30.*
20 *Commiſſum eſt delictum, & per curiam ex officio proceſſum, pars offenſa non querelatur, nec remittit, ſi tamen remitteretur, poſſet componi, poteſtne per aliquod remedium deueniri ad compoſitionem?*
21 *Nemo inuitus cogitur agere, vel accuſare.*
22 *Vindicta criminum reipub. debetur.*
23 *Iudex inquiſitum compoſuit cum principalis offenſi remiſſione, nunquid ad inſtantiam alterius poſſit eum iterum moleſtare?*
24 *De eiuſdem hominis facto non iterum queri debet.*
25 *Authoritas iudicis componentis illicitum, facit licitum.*
26 *Tranſactionis effectus in criminalibus quis.*
27 *Conſanguinei quando ciuiliter, vel criminaliter, vel criminaliter tantum poſſint accuſare, remiſſiuè.*
28 *Perpetrato delicto in perſona incognita, quapropter incertum ſit vnde haberi poſsit remiſsio, nunquid in tali caſu iudex poſsit componere?*
29 *Clauſula generalis refertur ad ea, ad quæ commodè referri poteſt.*
30 *Clauſula ad impoſsibilia non obligat.*

NOta primo ex hoc Ritu,quod etiam vbi proceditur ad denunciam,iudex non poteſt delinquentẽ componere,niſi parte denunciante cõcordata: aduerte tamen ne erres,quia,vt dicit Salyc.in l.ea quidem,num.8.verſic.
1 iudiciaria, C.de accuſat. † denunciatio iudiciaria eſt duplex,publica,& priuata,prima ſpectat ad vnumquemque, etiam intereſſe non prætendentem, quæ antiquitus fiebat per officiales ad hunc effectum deputatos, vt dicit gloſ.in dicta l.ea quidem, & Salyc. ibidem num.10. verſic.primo igitur, & dictum fuit ſupra in Rit. 199. in fin. ſecunda ſpectat ad illum,qui læſus,& offenſus fuit, & propterea Rit noſter debet intelligi de denunciante,qui etiã eſt pars læſa,ſiue offenſa: non autem de eo,qui nullum intereſſe præten-

a prætendit,a quia aliàs eſſet abſurdiſſimus,& omni ratione careret. Et quòd iſte Rit. debeat intelligi de denunciante qui intereſſe prætendit,tanquam læſus, vel offenſus,patet, primo ex eodem met Rit.qui denunciantem appellat partem.Secundo patet ex Rit.ſeq.qui etiã quando proceditur ad denunciationem,dicit quòd curia nunquam componit, niſi prius,& ante omnia, pars læſa fuerit in concordia denunciantis,ille Rit.declarando iſtũ,non nominat amplius denũciantem,ſed partem læſam,quod bene nota, quia iſta eſt ipſa veritas,& fateor, quòd diu cogitaui ſuper vero intellectu iſtius Rit.in his verbis. Iſte Rit.taliter intellectus, & requirens partis concordiam,antequã fiat compoſitio, cõcordat cum Rit.ſeq.& cũ Rit.275.vbi idem diſponitur, & licet alius Ritus infra 274.dicat poſſe fieri compoſitionem,etiam vbi non extat remiſſio partis,dum tamen compoſitio fiat ſaluo iure partis,tamen per dictum Ritum 275. qui eſt poſt illum,corrigitur,vt dicã ibi,& diſpoſitio iſtius firma manet, & ad præſens etiam vbique ſeruatur in hoc Regno. Intellige tamen,quod dictũ eſt de remiſſione,non ſolum quoad remiſſionem principalis offenſi mortui, verũ etiam omnium perſonarum, quæ de iure ad querelandum admitterentur, non obſtante, quòd principalis remiſerit, aliàs licet principalis remiſerit ſi adſunt alij,qui propriam iniuriã proſequendo poſſent querelare, cum ſolius principalis remiſſione compoſitio fieri non poſſet, quia adeſſet adhuc pars,& ita poſt hæc ſcripta Sacrum Regiũ Collaterale Conſiliũ declarauit per quaſdam literas Regiæ Audientiæ Principatus citra,& Baſilicatę in cauſa Aſcanij Capocraſſi de Salerno inquiſiti de homicidio, cum peteret ſe cõponi, quia principalis remiſerat, cum tamen eius ſoror querelaſſet, ſcribens inſuper Sacrum Collaterale Conſilium,quòd ipſa Regia Audientia nedũ in illa cauſa,verum etiã in omnibus alijs in futurũ non faciat compoſitiones ſolum cum remiſſione principalis, verum etiam omnium remanentium,& qui querelare poſſunt, quas literas inuenies nouiter inſertas inter Regias prag. in tit. de compoſ. prag.6. Qualiter tamen intelligatur d.prag. requirens remiſſiones omnium remanẽtium poſt mortẽ principalis offenſi,vide prag.8.eod. tit. vbi quòd remiſſio requiritur ab omnibus illis tantum,qui ſunt in eodem gradu, & ad quos ſucceſſio defertur. Et quòd remiſsio habita à vulnerato etiã de morte, eo mortuo non ſufficiat de conſuetudine,licet aliud ſit de iure,vide Excellentẽ D.Clarum lib.5. ſent. recepta.§.fin.q.58.verſ.quæro pone.Et ex hoc Ri. cũ ſimilibus, ſequitur quòd Curia quæ non poteſt ſe concordare ante partẽ offenſam,deterioris conditionis eſt, quam partes,

2 † quæ poſſunt quandocunque in earũ præiudicium tãtum,& non fiſci,iniuriam eis factam remittere, & ſe concordare, vt dicit gl.in l.2. ff ad Sillan. Bart.in l.1. §. vſque adeo,ff.de iniurijs.in cõſ.175. domino poteſtati,in l.ſi tibi, vbi etiam Alex.& Iaſ.ff.de pact.& in l.ſi vnus §.pacta,quæ turpẽ,ff.eod tit.Corſe.in ſuis ſingu.in verſ.pœna, & Boer. in conſuet. Bituri. tit. des coſtumes, §.16. in gl.fin. Ratio iſtius diuerſitatis eſſe poteſt, quia quando curiã delicta cõponeret parte nõ concordata, licet diceret ſaluo iure partis,tamen ſemper ius eius eſſet debilius, quia officiales non ita procederent diligenter, & rigoroſe,ſicut quando curia non eſt concordata, quæ quidem ratio non militat in caſu contrario,vt clarum eſt. Limita hunc Ritum, ex ſimilibus procedere quotieſcunque compoſitio fieret ſuper delicto principali,ſecus ſi ſuper aliquo incidenti, puta contrauentione mãdati,aut fideiuſsionis,vbi ad partem nihil attinet, quoniam tunc iudex poteſt ſuper eo componere,licet pars non ſit concordata ſuper cauſa principali.

¶ Quæro primo,quid volunt dum dicũt,maximè in maleficio? Breuiter ego dico,quòd pro eorum intellectu laboraui multis horis, tandem credo,

3 † quòd cum denunciatio fieri poſsit,& debeat nedum de delictis, quæ pœnam merentur,verum etiã de his quæ pœnam nõ merentur, vt dicit Salyc. in d.l.ea quidem. nu.13. verſ. quarto quæro,vbi ponit exemplum in marito occidente adulterum, per l. Gracchus, C.de adult.& de occidente bannitum, per l.2. C.de deſert.& occul.lib.12.iſta verba debent coniungi cũ præcedentibus,quę dicunt cum obligatione pœnali,vt ſenſus Rit.ſit dicere,quod obligatio pœnalis quę requiritur à denunciantibus,iuxta ea quæ diximus ſupra in Rit.199. in 1. not. debet fieri maxime in maleficio, idest quando denunciatur crimen quod eſt punibile,cogitabis tamen.

4 ¶ † Secundo quæro in hoc Rit. nunquid habita partis remiſſione, poterit abſque alio iudex inquiſitum cõponere? Breuiter,dicas;quod non, ſed requiritur etiã aliud,& ſecundò,quod adſit iuſta cauſa componendi, vt dicit Luc. de Pen.in l.1.col.10.verſ.econtra,C.de deſert. lib.12. vbi multas cauſas enumerat,& idem Par. ibi in tract.ſyndi.in verſ.compoſitio.in princ.Hipp.conſ.24. nu.37.conſ.30.nu. 20.& conſ.39.nu.59.vbi ponit minorem ætatem.Affl.dec. 287.& Hipp.ſing.454.vbi ponit antiquitatẽ delicti Tertio requiritur,quod caſus de quo inquiſitus cõponitur, ſit talis,quod valeat iudex ſuper eo cõponere.

5 † Et licet de iure communi eo ipſo, quod extat iuſta cauſa componendi, poſſit iudex regulariter ſuper quolibet delicto cõponere, vt dicunt Luc.& Par.in loc.præalleg.& Affl.in tit. quæ ſint rega.§.pœnarum, nu.21. tamen in hoc Regno ſecus eſt, & diſtinguitur inter officiales Regis,& Baronum.Primi namque officiales nõ poſſunt componere, ſeu commutare pœnas delictorum pro quibus pęna mortis naturalis,vel mutilationis membri infligenda veniret, ſed quãdo ex aliquibus cauſis id eis videretur agendum, tenentur prius Illuſtriſſimum Proregem Regni, & eius Collaterale Conſiliũ conſulere,à quibus obtinent poſtmodum licentiam per literas eorum manibus firmatas, quòd inquiſitum condemnent ad remigandum,vel componant, vt dicitur in Regia prag.2.Caroli Quinti Imperatoris,incipiente,& ne ſperata.in tit.de compoſitio.quam nuper confirmauit in ſuis nouiſſimis Prag. Illuſtriſſimus Dux de Alcala huius Regni Prorex in reformationibus Magnæ Curiæ, ſub tit.de offic. magiſtri iuſtit. prag.11. & ante dictã prag. ſtatutum etiam fuerat per Regem Ferdinandum primum per aliam ordinationem,quæ ibidem etiam renouata,& nouiter impreſſa eſt,& incipit,item quia,per quas prag.corrigitur c.Reg.ne quis,vbi ſtrictius ordinabatur, quod vbi quis veniret perſonaliter plectendus, non poſſet inquiſitus ad compoſitionem admitti, ſicuti etiam in Francia ordinauit, (& magis ſtricte) Carolus Quintus Francorũ Rex quod iudices Regni in quibuſcunque delictis neminem reciperent ad compoſitionem,vt refert Guliel.Benedi.in quæſt. an liceat occidere peccatores, nu.27. poſt repet. c.Raynutius. Ratio prædictorum prag. & ordinationum eſt, vt dicit Guliel. ibid.

6 † quia in delictis non deliquit burſa,ſed perſona quæ puniri debet, vt pœna ſuos teneat authores iuxta l.ſancimus, C.de pœnis. Alias pœnas aliorum delictorum nec etiam poſſent in Regno componere, niſi in eorum commiſſionibus conceſſæ eſſent eiſdem quatuor literę arbitrariæ inſertæ inter capitula Reg. & præſertim illa, quæ incipit,exercere volentes,vbi de hoc late diſponitur, vt etiã ſcribit Affl. in d.tit.quæ ſint regal. §. pœnarum, num.23. & Par. in d. verſic. compoſitio. num.6. dicens inſuper ibid. in verſ. & aduerte, quod ideo in omnibus commiſſionibus officialium ſpecialiter conceduntur illæ quatuor literæ, quia cum fuerint arbitrariæ, mortuo illo Rege, qui eas conceſſit, fuerunt extinctæ, & amplius non durant

ADDITIO.

a Prætendit. Adde,quòd ſi in crimine falſæ monetæ eſſet facienda compoſitio,quod minime credendum eſt, vtique eſſet neceſſaria concordia denunciatoris,ob intereſſe præmitti,quod ſibi debetur ex diſpoſitione l.2. C.de falſa monet. per quam legem alias nos obtinuimus in crimine falſæ monetæ admitti denunciatorem ad faciendum partem in iudicio, vt in noſtris allegationibus pro Proſpero Coſenza.non obſtantibus Ritibus 5.191.192.& 195.per quas nemo admittit ad accuſandum niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur. C. P.

Digitized by Google

durant ſicut alia capitula Regni, quæ ſunt perpetua.
Secundi verò † officiales Baronum, quia eorum Barones
7 habent in ſpecie in priuilegijs cōceſſas quatuor literas ar-
bitrarias,& (quod plus) poteſtatē comutandi pœnas per-
ſonales,& quæcunque delicta cōponēdi,ac etiam remit-
tendi in totum,vel in partem,ſatisfacto prius parti læſæ,vt
communis forma priuilegiorum ſe habet,poſſunt indiſtin-
ctè omnes cauſas,& caſus componere,& pœnas quaſcun-
que perſonales in pecuniarias, vel alias cōmutare, vt om-
nibus eſt ſatis notum,dummodo habeat ab ipſis Baronibus
8 in commiſſis poteſtatem talia faciendi : † ſed an tunc pœ-
na pecuniaria,quæ habetur ex pœna perſonali commuta-
ta,ſpectet ad Baronem cauſarum ciuilium?vide Capyc.de-
ciſ.27.& Io.Ant.de Nig.in c.Reg.ad peruerſorum, nu.22.
Aduerte tamen,quod licet Barones talem habeant poteſta-
tem,tamen ſemper debent cum cauſa iuſta ea vti,iuxta ſe-
cundum requiſitum per me ſuprapoſitum, quia dicta Re-
gia prag.eiuſdem Caroli Quinti Imperatoris, quæ incipit,
Mandamus,prag.6.in tit.de Baronib. quod Barones taliter
hac poteſtate vtantur,quod non cogatur pro iuſtitiæ cultu,
pro eorum abuſu debitè prouidere, ſed profecto (vt vera
narrem)tempus eſſet iam opportunum,quòd Regia Maie-
ſtas deſuper prouideret,quoniam Barones hodierni,vt plu
rimum, omnia delicta commutāt in pœnam pecuniariam
ob eorum auaritiam: & aliqui etiam indulgent abſque ali-
qua pœna, quia forta delinquētes ſunt eorum domeſtici,
aut famuli,vel talium conſanguinei, de quo in ſpecie con-
9 tra Barones valde dolet Guliel.in d.quæſt.nu.28. † Immo
aliqui eorum officiales (quod vilius eſt) vt Guliel. inquit,
proferunt ſententias condemnatorias , & in fine reſeruant
ſibi ipſis, vel eorum Baroni poteſtatem faciendi gratiam ,
vel moderandi,aut minuendi pœnā,quod fieri non poteſt,
ſecundum eum,poſt Bald.in l.1.C.de calum.& in auth.in-
terdicimus, C.de Epiſc.& cler. quod verum credo, niſi in
eorum priuilegijs diceretur,quod poſſent pœnas cōmuta-
re in totum,vel in partem, tam ante ſententiam,quàm poſt,
vt vidi ego in multis priuilegijs Baronum . Hodie verò in
hoc Regno etiam quod Barones habeant in priuilegijs ta-
lem poteſtatem commutandi pœnas tam ante ſententiam,
quàm poſt, prohibitum eſt eorū officialibus, & etiam Re-
gijs tales reſeruationes ponere in ſuis ſententijs , vt patet
in 21.prag.incip. Per quanto,in tit.de Baronibus .
10 ¶ † Quarto requiritur,quod iudex,qui vult componere,
vel pœnam commutare ante ſententiam, vel in ipſa ſentē-
tia hoc faciat, quia poſt ſententiam,vlterius non poteſt, vt
dicit gloſ.per illum tex.in princ.in verb.facti,ff.ad Turpil.
& in l.ordine,in verſ.cum facti,ff.ad municip.Iſer.qui etiā
illos tex.allegat in cap.1. in verſ.& bona committentium,
nu.75.quæ ſint regal. Luc.de Pen.& Par.in locis præalleg.
& in §.an facta compoſitione, nu.4. verſ.nam alij iudices,
Bal.in l.2.nu.5. C.de ſent.ex breui.recit.& Affl.in conſtit.
11 Regni vſurariorum,4.nota.nu.4. † commutare enim pœ-
nam poſt ſententiam,vel remittere, ad Regem ſolum ſpe-
ctat,vt dicit tex.in l.relegati.in fi.ff.de pœn.in l.1. §.fin.in
fi.ff.de quæſt.& l.1.C.de legi.Iſer.& Affl.in locis proximè
cita.& idem Affl.in d.tit.quæ ſint rega.§.pœnarum,nu.30.
limita tamen iſtud requiſitum nō procedere in Baronibus,
qui ex forma ſuorum priuilegiorum poteſtatem compo-
nendi,commutandi,& remittendi habent tam ante ſenten-
tiam,quam poſt, vt paulo ante diximus , ipſi enim poſſunt,
parte tamen concordata,quandocūque componere, com-
mutare,& indulgere eorum vaſſallis, prout quotidie vide-
mus facere , & per ſuprema tribunalia approbari , ſed vt
vera dicam,nonnulli Barones taliter in hac parte ſe habēt,
quod nedum tali poteſtate mererentur exui , ſed etiā tota
iuriſdictione priuari,cum homicidas ferè omnes, alijſque
grauioribus criminibus inquiſitos nullo , aut modico dato
concordent , immo qui in maioribus criminibus ſceleſtas
manus immiſerunt,hi ſunt qui Baronibus iſtis fauorabilio-
res exiſtunt,& (quod peius eſt)quorum opera ad proprias
vindictas vindicādas ſæpiſſime vtuntur, & poſtmodū rece-
ptāt,fouent,& alunt. Quintum requiſitum ponitur infra in
12 Rit.276.vbi te remitto. † Sextū requiſitum eſt,quod cum
iſtæ cōpoſitiones ſuccedant in locū pœnæ legalis , & eius
vicē obtineant,vt dicit Luc.de Pen.in d.l.1.col.11.verſ.er-
go,& cōponere, & Par.in d.verſ.compoſitio. §. an facta ,
nu.5.verſ.nam pœna,arg.l.ſi donatę §.1.cū ſimilib. quæ gl.
13 ibid.allegat,ff.de donat.inter virum,& vxorem,† quemad-
modū iudex in grauioribus delictis grauiores pœnas im-
ponit,& in leuioribus leuiores , iuxta l.reſpiciendum ff.de
pœn. attenta inſuper qualitate perſonæ, loci,temporis,&
euentus,vt dicit tex.in l.aut facta,in princ.ff.de pœn. & l.
fi.ff.de iniur.eodem modo in compoſitionibus tenetur ad-
14 uertere ad prædicta,† ita quòd taliter cōponat, quod de-
lictum impunitum non tranſeat, contra l.ita vulneratus, ff.
15 ad l.Aquil. † & remiſſio peccati non præbeat audaciam
delinquendi,quod iuſtitia abhorret,vt in capitulo exigūt,
1.q.3.vt etiam dicit Luc.de Pen.in d.l.1.col.12.verſ.ſecū-
do ad pleniorem , & Par. in d. verſ. compoſitio, §.quæro
item,quod taliter componat,quod pauperes , & impoten-
16 tes nimis non grauentur, † quia pauperes in pœnis pecu-
niarijs mitius puniuntur,quā nobiles,ſeu ditiores, l.prope-
randum.§.ſin autem vtrinque,vbi Bar.& alij, C.de iud.gl.
in c.1.§.ſi quis vero auſu,in verſ. centū de pac.iura. firma.
Cy.Alber.& Bal.in l.nemo,C.de Summa Trinit. Bart.in l.
17 illicitas,§.fin.de off.præſid.& in l.1.§.fin.ff.de pœn. † vbi
dicit,quod illa regula,quæ ſe habet , quod quælibet pœna
perſonalis etiam minima , eſt maior quacunque pœna pe-
cuniaria per l.in ſeruorum,ff de pœn. non habet locum in
perſonis vilibus,& pauperibus, vt etiā ſcribit Tiraquell.in
tract.nobilit.c.20.nu.125.ſecundo intellige,& nu.127.cæ-
terum, miſcendo ſemper lenitatē cum ſeueritate,& facien-
do ex vtroque temperamentum,vt dicit tex.in capitulo di-
18 ſciplina,& capitulo omnis, 45.diſtinct. † nam & vera iu-
ſtitia cōpaſſionem habet,vt dicit tex.in cap.vera, eadē di-
ſtinct.alias qui nimiū emungit,elicit ſanguinem, vt dicitur
in c.niſi,§.propter malitiam, in fi.iuncta gl.extra de renun-
19 ciat. † Et in ſumma, talem ſummam cōpoſitionis nomine
recipiat,quod pro pœna ſtatuta, Deo,ſeu iuſtitiæ videatur
veriſimiliter accepta,vt dicit text.iuncta gl. in c. de vot.&
Luc.de Pen.in d.l.1.col.10.verſ talis ergo.
20 ¶ † Tertio quæro , pone quod commiſſum eſt delictum
ſuper quo ex officio per curiā proceſſum eſt,& pars offen-
ſa nō querelat,nec aliquid dicit, ſed nec etiam remittit, ca-
ſus tamen eſt talis,quod ſi remiſſio adeſſet, poſſet iudex ad
compoſitionē admittere,nunquid poterit aliqua via proui-
deri,quod nō obſtante defectu remiſſionis,poſſit curia in-
quiſitum cōponere,Luc.de Pen.in d.l.1.q.4.verſ.hoc autē,
col.18.C.de deſerto.& Par.in d.verſ.cōpoſitio, §.an ſi cō-
poſitio,mouent iſtam quæſt.& dicunt,quod ſic,quando iu-
dex facit requiſitionē partibus , quod infra certum termi-
num cōpareant ad accuſandum,ſi accuſare intendunt , qua
facta,ac nemine cōparente,poterit poſtmodum inquiſitum
cōponere , & partes non admittentur vlterius ad accuſan-
dum,arg.c.lator.iuncta gl.qui fil. ſint legit. c.ex tuarū,iun-
cta gl.fin.de purgat.cano.c.cū in tua,iuncta gl. c.repellen-
dus,qui matr.accuſ.poſ.& l.ſi maritus,la 2.§.ſi negauerint,
ff.de adul.vbi gl.dicit , quod ſi maritus requiſitus noluerit
accuſare, & lis poſtmodum ab alio cœpta eſt , non poteſt
amplius maritus admitti,quaſi velint ex hoc dicere Luc.&
Par.quod ſi lite poſtmodū ab alio cœpta,qui noluit accuſa
re,amplius non admittitur , multo minus in hoc caſu licet
fieri à iudice per cōpoſitionem. Ego autem licet magna ſit
authoritas Luc.& Par.arbitror parte non remittente,nullo
modo poſſe iudicē inquiſitum componere, cautelamq; per
21 eos poſitā nihil penitus valere † per iuris regulam,quæ ſe
habet quod nemo inuitus cogitur agere , vel accuſare, l.1.
C.vt nemo inuitus.Et ſi dicatur,quod regula d.l.1.C.vt ne-
mo inuitus,limitatur vbicunque præcedit diffamatio per l.
diffamari,C.de inge.manu.& propterea ꝙ cū iſte reperia-
tur de crimine diffamatus,& inquiſitus, poſſit iudex parti-
bus certū terminū præfigere iuxta eandē l.diffamari,prout
videtur inter dentes ſentire Luc. ibidē, reſpondetur, quod
tex.d.l.diffamari,non habet locū cōtra tacentem , ſed ſolū
contra

Digitized by Google

contra dictã diffamatã, vt dicit pulchre Cagnol. ibi, in verſ.
quinta difficultas, nu. 14. idque adeo verũ eſt ſecundũ eum,
& Rom. conſ 53. in princ. & ver. itẽ, quod ſi vnus eſt, qui
diffamat, ratione iſtius diffamationis nõ debet præfigi ter-
minus quibuſcunque prætendentibus actionẽ, ſed ſolũ dif-
famanti ne alias ſequatur, quod qui ſilet, cogatur agere, cõ-
tra d. l. 1. confirmatur, quia ſi eorũ opi. procederet, ſequere-
tur, ꝙ offenſa facta alicui pauperi, quia poſtea ob eius pau-
pertatẽ non poſſet accuſare, ſuamque vindictam proſequi,
poſſet iudex delinquentẽ componere, pauperi offenſo, &
læſo, pro ſuo intereſſe non ſatisfacto, quod quidẽ ſatis eſ-
22 ſet impiũ, & iniuſtũ, † quia & ſi vindicta criminũ reipu-
blicæ debeatur, l. ſi à reo, cũ concor. ff. de fideiuſſ. tamen de-
betur etiã, & principalius priuato offenſo, vt dicit tex. in l.
ſi quondã, in fi. C. de adulter. l. fin. in fi. ff. ad Turpill. & l. li-
cet, in princ. & §. 1. ff. de procur. Iſer. in tit. quæ ſint regal. in
verſ. & bona committentiũ, nu. 75. & idẽ Luc. de Pen. in d.
l. 1. q. 4. circa princ. col. 17. Tertio confirmatur, quia Ritus
noſter prius quã iudex inquiſitũ componat, præambulam
remiſſionẽ partis requirit, dicens, quòd alias curia nunquã
componit, ex quo Rit. ſequitur, quòd licet offenſus non ac-
cuſet, nec aliquid dicat, tamen eius remiſſio non adeſt, & ſi
abſque eius remiſſione cõponeretur, nec iuri ſuo eſſet ſa-
tisfactũ, nec etiam Ritui noſtro requirenti in compoſitio-
nibus remiſſionem partis cũ illa dictione, niſi, quæ videtur
eã requirere pro forma, per ea quæ diximus ſupra in Rit.
189. q. 2. & Rit. 251. q. 2. Non obſtat tex. in c. lator. iũcta gl.
quæ Luc pro ſe allegabat, quia ideo ibi dabatur certus ter-
minus, poſt quẽ poſtea ille non admittebatur, quia præce-
debat diffamatio de illegitimitate, & gl. ibi allegat tex. in
d. l. diffamari, non obſtat gl. in c. ex tuarũ, quia ſimiliter de-
bet intelligi quãdo terminus datus erat præcedente diffa-
matione, cũ eſſent incerti diffamantes, quod patet, quia ibi
de purgatione can. tractatur. Non obſtat tex. in c. cũ in tua,
quoniã ibi nõ ſtatuebatur certus terminus ad accuſandum
pro proſequutione propriæ vindictæ, cũ fieri nõ poſſit per
d. l. 1. C. vt nemo inuitus, ſed ad accuſandum impedimenta
matrimonij contrahendi iuxta conſuetudinem Eccleſiæ, vt
tex. ibi dicit in princ. quæ quidem ſatis differt à prima ac-
cuſatione, vt clarũ eſt. Vltimo nõ obſtat tex. in l. ſi maritus,
§. ſi negauerint, quoniã vt Bart. ibi dicit in princ. verſ. quid
ergo, verus intellectus illius tex. eſt quod ibi propoſita fue-
rat accuſatio per maritũ, & poſtmodum diſtulerat accuſa-
re requiſitus, & ideo vlterius non admittitur, quia videtur
deſtitiſſe, vt dicit tex. ad literam in l. qui deſtiterit, ff. ad
Turp. in tantũ, ꝙ ita intellectus nõ obſtat in aliquo quæſt.
noſtræ in qua præſupponimus, ꝙ partes nunquã accuſaue-
rint, quod bene nota, quia poterit quotidie euenire, cũ ma-
ximè reperiantur multi iudices qui nimiũ anhelant ad cõ-
poſitiones, vt ego noui, & vidi multos, & vide, quæ dixi
ſupra in Rit. 202. verſ. quæro iuxta præfata, nu. 7.

23 ¶ † Quarto quæro, pone quod iudex cõponit inquiſitũ
cũ remiſſione principalis offenſi, vel eius ad quẽ principa-
liter ſpectat vindicta, nunquid ad inſtantiam aliorum, qui
etiam ad accuſandũ admittuntur, tanquam ſuam iniuriam
proſequentes, vt diximus ſupra in Rit. 191. q. 5. poterit ite-
rum de eodem moleſtari? Luc. de Pen. in d. l. 1. q. 4. col. 17.
C. de deſerto. & Far. in d. ver. compoſitio §. an ſi compoſi-
tio, mouent iſtam quæſt. & plene examinant, & tandẽ con-
cludunt, quòd ſic, iſti qui ſecundo loco accuſant, ſuam pro-
ſequuntur iniuriã, & docẽt ſe ignoraſſe, quod factum fuit,
vel ſi ſciuerunt, docent per colluſionẽ actum eſſe, mouen-
tur per tex. in l. 3. §. ſi tamen iuncta gl. in verſ. amplius, ff. de
liber. hom. exhi. l. 3. in princ. ff. de præuaric. l. cũ, §. in popu-
larib. ff. de iureiur. & l. is cui, §. iiſdem, ff. de accuſ. & pro
eis faciſit etiã nota. per Alex. conſ. 11. nu. 7. verſ. circa quin-
tum, vol. 1. Rom. pulchrè conſ. 213. præſuppoſito, & Ma-
rant. in prac. par. 6. in verſ. inquiſitio, nu. 54. verſ. limita ter-
tio, vbi dicta iura allegant, alias his ceſſantibus, tenent cõ-
trarium, & cõpoſitionem factam retractari non poſſe, quia
cũ ſolutum nomine compoſitionis ſuccedat in locum pęnæ
legalis, l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cautio. vt etiam
24 diximus ſupra q. 2. in requiſito. † de eiuſdem hominis fa-
cto iterum quæri non debet, l. licet, ff. naut. caupo. ſtabu.
cum alijs quam pluribus ſimil. quę ijdem allegant, quid di-
cendum? Breuiter, licet eorum authoritas ſit adeo magna
in Regno, quod videatur os ponere in cęlum, qui ipſos re-
prehẽderet, nihilominus, ego teneo indiſtinctẽ, quod talis
compoſitus, vlterius moleſtari non poteſt per iura ſupra
allegata per eos, quæ dicunt, quod de eiuſdẽ hominis ad-
miſſo ſæpius quæri non debet, non obſtant iura primo loco
adducta, per quæ ipſi fecerunt diſtinctio. prædictam, quo-
niam ſi bene aduertantur, loquuntur quando reus fuit de
crimine abſolutus, & eo caſu allegantur etiam per Alex.
Rom. & Marant. in locis præalleg. quo caſu bene procedit
diſtinctio. facta per Iuriſconſultos in dictis iuribus, nos ve-
ro loquimur quando reus punitus fuit per compoſitionem,
cum proximè dictum fuerit, ꝙ compoſitio ſuccedit in lo-
cum pęnæ legalis, & quãdo reus ſemel iam punitus eſt, di-
ſtinctio dictarum legũ non habet locũ, ſed diſpoſitio tex.
in l. ſepulchri, la ſeconda, vbi etiam not. Bart. in princ. &
Alber. ff. de ſepulc. viola. etiam ſi minus ſufficienter puni-
tus eſſet, vt late, & pulchre ſcribit Boer. deciſ. 189 nu. 6 cũ
ſeq. vol. 2. præterea (pro intellectu dictorum iurium) dici
etiam poteſt, quod (vltra quod loquuntur in reo abſoluto)
procedunt reo abſoluto in accuſatione facta per alium,
quam per principalẽ offenſum, vel eum ad quẽ principali-
ter vindicta ſpectaret, vt patet ex Rom. in d. conſilio, verſ.
in quo breuiter dicendum, vbi ita expreſſim intelligit, non
autem quando facta eſſet per offenſum proprium, vel eum
ad quem mortuo offenſo, principaliter vindicta ſpectaret,
quoniam tunc cum colluſio aliqua præſumi veriſimiliter
nõ poſſit, ſed vera abſoluti iuſtitia, ſecus forte eſſet, & di-
cta iura locum nõ haberent, & ideo ad iſtam quæſt. allega-
ri non poſſent. Confirmatur opi. mea. quia Rit. iſte in com-
poſitionibus faciendis, nõ aliud requirit, quam partis offen-
ſæ remiſſionem, & ideo ſemper, quòd iudex cõponit habi-
ta remiſſione principalis offenſi, vel eius ad quẽ principa-
liter vindicta pertinet, huic Ritui ſatisfacit, & compoſitio
taliter facta vlterius retractari non poteſt per prædicta, &
25 per d. prag. 8. in tit. de compoſitio. † & etiã quia authori-
tas iudicis, qui compoſuit, etiam illicitum facit licitum, l.
ferri, §. qui iuſſu, ff. de his, qui no. infam. & l. eleganter, §. ſi
quis poſt eum ibi nota. ff. de condict. indeb. ne alias autho-
ritate ipſius, homines circumueniantur, quod eſſe non de-
bet, l. 2. C. de his qui veni. æta. & l. qui teſtamẽto, in fi. ff. de
excu. tut. cum alijs, quæ idem Luc. & Par. ibid. allegant. In-
tellige tamen prædicta quotieſcunque iſti, qui vellẽt poſt-
modum accuſare, vellent id agere cum eodem proceſſu, &
inſtantia, quia vt dicit Bar. nota. in l. tranſigere nu. 8. C. de
tranſact. quẽ ſequitur ibi Alex. col. 4. Abb. in c. 1. col. fin. de
collu. detegen. & Maran. in pract. par. 6. in verſ. inquiſitio,
26 nu. 55. ver. limita quarto, † tranſactionis effectus is eſt in
criminalibus. ꝙ ſuper veteri proceſſu, neque iudex, neque
alij poſſunt vlterius procedere, ſecus ſi nouã accuſationẽ,
nouumq; proceſſum vellent inſtruere, quoniã tunc admit-
terentur, cũ ex his, quæ diximus in d. Rit. 191. q. 5. quilibet
qui ſuam iniuriam proſequitur, ad accuſandum per illum
* Ritum admittitur non obſtante principalis remiſſione:* il-
lud vero quod ſeruatur in pract. eſt quod facta cõpoſitio-
ne cũ remiſſione principalis offenſi, vel eius ad quem prin-
cipaliter ius querulandi pertinet, neque ex eodẽ, neque ex
nouo proceſſu tractatur amplius de cauſa, per ea quæ pro-
ximè per me dicta fuerunt, quæ bene nota, quia quotidia-
27 na in pract. † An tamen, & quando iſti conſanguinei poſ-
ſint accuſare criminaliter, & ciuiliter, vel criminaliter tan-
tum, vide Bart. in l. lex Cornelia, ff. de iniur & late Maran.
in loco præalleg. nu. 60. verſ. limita tamen cum nu. ſeq.

28 ¶ † Quinto quæro, pone quod delictũ pro quo inquiſi-
tus vult ſe cõponere, fuit commiſſum in perſonam alicuius
hominis incogniti, propter quod non eſt certum à quo ſit
habenda remiſſio, nunquid iudex poterit in hoc caſu com-
ponere? Rit. iſte facit, quod non, dũ dicit, quod curia nun-
quam componit, niſi pars læſa ſit concordata, vt etiam di-
ctat

Digitized by Google

ctat Rit.ſequens, Bart. vero in conſ.167. quod miniſtret
fratrum, quẽ refert, & ſequitur Apoſtil. ad Angel. in tract.
maleſ.in verſ.& ad querelam, nu.11.in litera C.videtur di-
cere contrariũ, quia clauſula de obtinenda remiſſione par-
tis, intelligitur quando eſt certa, non autem quando igno-
29 ratur à quo ſit petenda, ratio eſt ſecundũ eum, † quia clau-
ſula generalis refertur ad ea, ad quę commode referri po-
teſt, l.1.§.cæterum, iuncta gl. in verſ. ex ſuperioribus, ff.de
poſtul. Quid dicendum? ego teneo, quod iudex etiam hoc
caſu non poteſt cõponere, quia pars læſa non eſt cõcorda-
ta, vt dicit iſte Rit. ſed debet hoc modo ſe habere, quod
aut iudex eſt in probatis, ita ꝙ poſſit deuenire ad ſententiã
pœnæ ordinariæ, vel extraordinariæ, etiam pecuniariæ, &
tunc debet condemnare, aut non, & tunc debet abſoluere,
vel liberare cum cautione de ſe præſentando quoties fue-
rit requiſitus iuxta pract.gl. Bal.& Salyc. in l. ſi qui. nu.6.
C.de adulter. de qua etiam dixi ſupra in Rit.248.q.3.& ita
faciendo, cum cauſam de iuſtitia expediat, parum eget re-
miſſione partis. Non obſtat conſilium Bart. in contrarium
allegatum, quia Bart. non dicit, quod vbi adeſt pars offen-
ſa, ſi tamen eſt incerta, non ſit petenda remiſſio, ſed ſolum
quando non reperitur offenſus, quia nullus homo offendi-
tur, vt ponit exemplum in blaſphemante. Vnum tamen fa-
teor, quod ſi cauſa eſſet talis, quod in ea multa concurrent,
propter quæ iudex poſſet inquiſitum componere, & eſſet
quaſi certum, quod nunquam pars ſuperuenit, poſſet iudex
hoc caſu ſeruare Ritũ 274. & inquiſitum componere pro
pęna curiæ, & pro intereſſe partis recipere cautionem de
ſtando iuri cum parte quandocunq; ſuperuenerit, vt vidi
30 fieri multoties, † quia clauſula iſtius Rit. de habenda re-
miſſione partis, non debet obligare ad impoſſibile iuxta l.
* impoſſibilium cum ſimi. ff.de regul.iur. * eo tamen nõ ob-
ſtante conſulo iudicibus, vt talem compoſitionem non fa-
ciant abſque licentia Domini Proregis, vt ſupra dixi in 2.q.
verſ. tertio requiritur, quem arbitror nunquam talem li-
centiam conceſſurum, etiam præſuppoſito caſu præfato, vt
patet ex d.pragm.2.de compoſitio. quid autẽ ſeruetur iſto
caſu in ſtatu Mediolanenſi, vide per Excellentem D. Cla-
rum lib.5.ſenten.recep.§.fin.q.58. verſ. ſed quid ſi nullus.
Poſſem in hoc Ritu, ad materiam compoſitionum alias
quamplures quæſt. ponere, ſed quia Luc. de Pen. & Par.
in locis præalleg. ad ſaturitatem loquuntur, ad eorũ dicta
te remitto. Salerni, die 15. Ianuarij. 1560. Proſper
Carauita.

RITVS CCLXXIII.

ITem, quòd dictus locumtenens non debeat
neq; poſſit aliquem pro quocũq; delicto com-
ponere, vel aliquem ad compoſitionem admitte-
re, ſiue procedatur per ipſam curiam ad denun-
ciationem, ſiue ad accuſationẽ partis, ſiue etiam
ex officio ipſius curiæ, niſi prius, & ante omnia,
a pars læſa fuerit concordata, *a* & tunc compoſitio
ipſa fiat præſentibus iudicibus, actorũ magiſtro,
b & ærario ipſius curiæ. *b* Verum in caſu quo pro-
pter abſentiam prædictorum à ciuitate Neapolis
non poſſet hoc facere, & ſi propter dictam abſen-
tiam huiuſmodi compoſitionem facere contige-
rit, ſubito teneantur, & debeant reuelare eiſdem
officialibus, & poni facere in quinterno prouen-
tuum dictæ curiæ, & quod locumtenens ipſe in
his recipiat, niſi prout conſuetum eſt, in ipſa cu-
ria, & antiquitus obſeruatum.

ADDITIONES.

a Concordata. Adde quoad compoſitiones delinquen-
tium, quod non fiant niſi parte concordata, plures prag.
ſub tit.de compoſitionibus, videlicet prag.2. & ne ſperata,
&c.prag.4.per quam ſtatuitur, eſſe habẽdam remiſſionem
omnium, qui admittuntur ad querelandũ, prag.6.qua præ-
cipitur non ſufficere remiſſionem principalis morientis,
prag.7.qua cauetur remiſſiones fieri debere in iudicio co-
ram iudicibus, & in Magna Curia hodie recipiuntur per
actuarios cauſarum, prag.8.Nelli anni paſſati, qua declara-
tur remiſſionem eſſe neceſſariam proximiorum, qui ad-
mittuntur ad ſucceſſionem, & quod requiratur remiſſio
omnium, & quod non ſufficiat remiſſio maioris partis, vi-
de etiam ad rem Affl.deciſ.287.& Ioan.Ant.de Nigris in
c.Regni ad peruerſorum nu.252. C. P.

b Curiæ. Adde vltra dicta in præcedenti addit, quod re-
miſſio debet recipi, & adnotari non per ſcribam, ſed per
actuarium ordinarium, qui interrogare debeat partem re-
mittentem, qua cauſa facit remiſſionem, & timore, pretio,
vel amore, & ſi habuit, vel ſibi promiſſum fuit aliquid pro
dicta remiſſione, ex diſpoſitione Regiæ prag. & ne ex
multitudine nu.29.§.item, quod nemo cum §.ſeq. ſub tit.
de offic.iuſtitiar.ſeu Magn.Cur.Vicar. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in partis læſa praiudicium delicta componere mi-*
nime poteſt.
2 *Nec princeps idem facere poteſt, ibid. niſi de abſoluta*
poteſtate.
3 *Actum non cenſetur ex abſoluta poteſtate, niſi expreſ-*
ſum fuerit.
4 *Instructiones Regia Audientia pro compoſitionibus fa-*
ciendis.
5 *Fieri non poteſt compoſitio ſine partis remiſſione.*
6 *Baro an poſſit reuocare compoſitionem non legitime fa-*
ctam per ſuum officialem, & etiam per ſeipſum.

PRincipium iſtius Rit. tractaui ſupra in Rit. præceden.
in principio, & per totũ, ideo ad ibi dicta te remitto.
1 ¶ † Nota primo ibi nõ debeat, neque poſſit, quod iudex
in prę iudicium partis læſæ non poteſt delicta componere,
& idem Innoc. in cap. Odoardus, in fi.de ſolutio. pro quo
facit text.in authen. de quæſt.§.ſi vero aliqui.& in authen.
de adminiſtra.§.ſi quis autem, & c.peſſima.43.q.8. vbi,
quod primũ debet læſis ſatisfieri, & poſtmodum delinquẽs
2 puniri. † Et adde quod nedũ iudex, ſed nec etiã princeps
poteſt in præiudicium partis offenſæ delicta indulgere, vt
latæ ſcribit Luc.de Pen.in l.1.q.5.C.de deſerto. Iſer.in tit.
quæ ſint rega.in verſ.& bona committentium nu.73. gl.&
Bal.in leg.venia.C.de in ius voca.vbi etiam Angel. & Iaſ.
Angel.in l.ſi docueris, C.ad l.Cornel.de falſi. Affl. in cõſt.
Reg.mulier, quæ dotarium.10.nota.nu.25. Abb. conſ.6.in
2.dubio vol.2.Fely.in c.1.nu.4. verſ. ſecundo declara. de
probatio. Affl.in tit.quæ ſint rega.§.pęnarum, nu.32. Caſſ.
in conſue.Burg.tit.des iuſtices, § 5.nu.163. & conſilio 27.
niſi ex abſoluta poteſtate hoc faceret ex cauſa, vt plene
3 ſcribit Gram.conſ.34. † vbi quòd non cenſetur actũ ex hac
poteſtate, niſi expreſſe dictũ fuerit, vt etiam refert Carre.
in pract.§.circa, nu.373.verſ.item non valet, aut conceſſio
aliter non valeret, vt ſcribit Ioan.de San.Iulia. inter con-
ſilia Brun.conſ.3.nu.18.

¶ Secundo not.ibi & tunc, quod locumtenens, ſiue Re-
gens Magnæ Curię, quando facit compoſitiones, debet eas
facere in præſentia iudicum, actuariorum, & Ærarij, ſeu
perçeptoris prouentuum ipſius Magnæ Curiæ. Et inſuper
cum interuentu Aduocati fiſcalis, vt nouiter prouiſum eſt
per nouiſſimas prag. editas per Illuſtriſſimum Ducem de
Alcala huius Regni Viceregẽ in reformationibus Magnæ
Curiæ ſub tit.de off.magiſt.iuſti.pragm.11.§.in primis, &
poſtmodũ duplicatur in prag.30.§.item volumus, & §.in
primis, immo cũ voto aduocati fiſcalis, vt patet in prag.5.
§.& più perche, in fi.& ante dictas prag. cum male ſerua-
retur iſte Ritus in Regia Audiẽtia Principatus citra, & Ba-
ſilicatæ, quia compoſitiones fiebãt per gubernatores pro-
uinciarum ſolum, vel per vnum ex auditoribus in domo,
per

per Regium Collaterale Conſiliū inſtante Domino Ioanne Nicolao Carauita fratre meo, in ipſa Audientia fiſci patrono, inter alias inſtructiones ordinatas ipſi Regiæ Audientiæ fuit expeditum capitulum tenoris ſequentis, videlicet. † Item, quod gubernator, & auditores qui pro tempore fuerint in dictis prouincijs, in compoſitionibus, quas faciunt aliquarum pœnarum, ſeruare habeant tenorē Regiæ nouellæ pragm. quod pœnæ corporales nullatenus commutentur, & in caſibus in quibus ipſi Regiæ Audientiæ permiſſum eſt, facere debeant compoſitiones in Audiētia, & banca cum præſentia, & interuentu aduocati fiſcalis, & in præſentia magiſtri Cameræ, actuarij, & aliter factæ ſint ipſo iure, ipſoque facto nullæ, & inualidæ, quod capitulum inuenies inſertum inter prag. prag. 6. quæ incipit per bona, §. item, quod guber. de offic. iuſtitia. Et nota bene dictam nouiſſimam prag. in d. §. & piu. quod cum requiratur votum aduocati fiſcalis in compoſitionibus aliter non valeant, ipſo reluctante fieri non poſſunt.

4

¶ Tertio not. ex hoc Rit. ꝙ compoſitiones poſtquam factæ ſunt, ſcribi debent in libro prouentuum ipſius curiæ, ſupple tu, in Magna Curia per perceptorem ipſius, qui facit, & tenet hunc librum, vt nouiter etiam prouiſum eſt in dictis prag. in reformationibus Magnæ Curiæ in tit. de offi. magiſtr. iuſti. prag. 11. §. item vogliamo, el 1. & prag. 30. §. item vogliamo, el 6, qui eſt idem ad literam. Et in Regijs Audientijs per actuarios, qui talem librum faciunt, & cōſeruant. Vnum tamen aduerte, quòd licet in dd. §§. item vogliamo, ordinetur quod ſcripta compoſitione in libro prouentuum Magnæ Curiæ, qui fit per perceptorem, in eodem poſt compoſitionem, ponantur manus Regentis, iudicum, & aduocati fiſci, tamen in audientijs prouinciarum non ſeruatur, quia compoſitiones omnes fiunt per decreta, quæ firmantur per manus officialium, & poſtmodum annotantur per actuarium in libro prouentuum.

5 ¶ † Quæro in hoc Rit. hic dicitur, quod iudex non poteſt, neque debet inquiſitum componere, parte non cōcordata, quid ſi fiat compoſitio ſine remiſſione partis? Par. de Pute. in tract. ſynd. in verſ. compoſitio in princ. nu. 7. dicit, quòd eſt nulla, & quòd poterit adiri ſuperior, qui in cauſa habeat procedere, argumen. l. fin. ff. ad Turpill. l. adoptio non iure, ff. de adoptio. l. ſi cum nulla, ff. de re iudic. l. cum hi. §. prætor, ff. de tranſactio. Dicit tamen idem Par. quod ſi ſuperior poſtmodum componeret, quia pars remiſit, excōputari debet inquiſitio, quod ſoluit in prima compoſitione. Ego autem contrarium teneo, & quod iudex ſecundus qui habita remiſſione partis componit, non tenebitur in ſua compoſitione excomputare acceptum indebitè à primo, ſed totam ſummam, pro qua componit, exiget, & inquiſitus recuperabit à primo iudice, quod dedit pro compoſitione, vel tranſactione facta, quæ nunc eſt reſoluta per text. nota. in proprijs terminis (quem Par. non vidit) in l. eleganter, in princ. verſ. idem puto, ff. de condictio. indebit. quod not. quia facile poterit quotidie euenire. *

¶ Secundo iuxta prædicta quæro, quid ſi is, qui nouiter querelat adeat Magnam Curiam, vel iuſtitiarium prouinciæ, cum tamen compoſitio abſque eius remiſſione facta fuerit in Curia domicilij inquiſiti, nūquid peti poterit per eandem met Curiam cauſam remitti offerendo ſeparatam iuſtitiam miniſtrare ad inſtantiam nouiter querulātis? Par. in verſ. compoſitio, §. an ſi delinquens, nu. 4. & 5. prag. 116.

6 videtur facere, quod ſic, dum dicit, quod Baro † poteſt reuocare compoſitionem non legitime factam per ſuum officialem, ac etiam per ſe ipſum, & quod poteſt venire cōtra factum ſuum per not. in c. diuerſis fallacijs de cler. coniug. Ego autem arbitror hoc pacto diſtinguendum, aut compoſitio ſine remiſſione partis facta fuit in Curia domicilij in Terra Regis, aut in Terra Baronis, primo caſu abſq; dubio decerni poteſt compoſitionem nullam, & merito cauſam remanendam in ipſa Magna Curia, vel coram iuſtitiario prouinciæ, & ibidem procedendum ad vlteriora iuſtitia mediante, per ea quæ ſcribit Par. in §. oppoſitio nu. 6. in fi. ver. & ideo conſului. & in d. §. an ſi delinquens, vbi quod per ſuperiorem debet compoſitio retractari, & in cauſa procedi, vt in præceden. quæſt. etiam diximus. ſecundo caſu ſubdiſtingue, aut fuit per Baronem, aut per ſuum officialem, primo caſu indubitanter teneas idem, quia Baronibus præceptū eſt per Regiam prag. quæ incip. mandamus etiam in tit. de Baronibus ne in compoſitionibus faciendis abutantur eorum priuilegijs, cùm in caſu noſtro negari non poſsit abuſus facta compoſitione abſque remiſsione partis, quæ attenta forma priuilegiorum omnium Baronum debet compoſitionem præcedere, & dato, quod non extaret d. prag. neque priuilegia aliquid dicerent de remiſsione partis requirenda in compoſitionibus faciendis, adhuc iuriſdictio conceſſa Baroni cum poteſtate componendi delicta, præcedente partis remiſſione eſſet intelligenda, quia de iure ſine ea compoſitio fieri non poſſet, vt latius diximus in princ. noſtri Rit. & aliter faciendo abuſus eſt iuriſdictione ſibi conceſſa, cum abuſus non ſit aliud, quam malus ſiue illicitus vſus, vt dicit Guliel. Bene. in c. Raynu. in verſ. ſi abſq; liberis, lo 2. de teſtamen. nu. 47 & Rebuff. in commen. conſt. Fran. tit. de appell. tanquam ab abuſu, in princ. vol. 3. & ante eos Luc. de Penn. in l. vſum aquæ, in princ. C. de aquædu. lib. 11. & cognitio de tali abuſu non ad alium ſpectat, quam ad Regiā iuriſdictionem, vt dicunt Guliel. & Rebuff. in locis præalleg. ille nu. 47. & iſte num. 12. Et iſtud amplio procedere etiam ſi Baro habeat ſecundas cauſas in ſua Terra, quia Iudex ſecundarum cauſarum non eſt ſupra Baronem, pro quo faciunt not. per Bar. in l. 1. §. ſi quis, nu. 12. verſ. quæro quid, ff. de appell. & eund. Rebuff. in concorda. tit. de friuo. appell. in princ. verſ. fallit quando prag. 650. vol. 3. Secundo caſu ſimiliter ſubdiſtingue, aut Baro in illa terra nō habet ſecundas cauſas, aut ſic, primo caſu dic idem, quod ſupra dixi in alijs caſibus per eademmet iura, & rationes. Secundo caſu dico, quod declaratio ſuper nullitate compoſitionis ſtante abuſu competit Magnæ Curiæ, vel iuſtitiar. prouinciæ, verum quia declarata compoſitione nulla, procedendum eſt in cauſa principali ad inſtantiam nouiter querulantis, talis cognitio debet remitti ad iudicem ſecundarum cauſarum, & ideo eodem decreto quo annullatur compoſitio facta per iudicem primarum cauſarum, debet dici cauſam remittendam ad iudicem ſecundarum, qui in ea procedat iuſtitia mediante ad inſtantiam nouiter querelantis. Non obſtat doctri. Par. in d. §. an ſi delinquens, quia intelligo procedere quando Baro fuit aditus per nouiter querulantem, non autem in caſu noſtro in quo fuit aditus ſuperior per ea, quæ dicta ſunt, quæ bene not. Salerni, die 16. Ianuarij. 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXXIIII.

ITem Curia ipſa componit de quolibet maleficio, ſaluo iure partis, excepto crimine hæreſis, & læſæ Maieſtatis.

DIſpoſitio iſtius Ritus corrigitur per Rit. ſequentem in quo aliter diſponitur, vt etiam dixi ſupra in Rit. 272. in 1. nota. & in effectu hodie in Regno nullibi fit cōpoſitio, ſaluo iure partis, ſed ſemper habita prius remiſſione, vt dictat Ritus ſequens, & duo Rit. præcedētes. In vno tantum caſu ſeruari poſſet iſte Ritus, vt dixi ſupra in Rit. 272. q. 5. in fi. vbi vide.

RITVS CCLXXV.

ITem ſeruat ipſa curia nullum denunciatum componere, niſi pars ſit in concordia cum ea, quæ eum denunciauit, & duobus modis poteſt conteſtare curiæ de ipſa concordia, vel quod ipſe denunciator veniat ad Regentem, vel ad quemcunque alium officialem, & dicat ego nolo iuſtitiam

Digitized by Google

tiam de tali denunciato per me, vbi curiæ, & vobis placeat, vel vbi hoc non fiat per præſentiam denunciantis, ſufficit ſi de ipſa pace habita inter denunciatum, & denunciantem, & de renunciatione talis denunciantis reſeruato beneplacito curiæ, conſtet curiæ per publicum inſtrumentum dictæ curiæ præſentatū, quod remanet apud acta dictæ curiæ. Semper hoc conſtito dictæ Curiæ, per vnum de iſtis duobus modis, ſi denunciatus vult componere cum dicta curia in caſibus tantummodo à iure permiſſis, fit compoſitio, & ipſe denunciatus admittitur ad compoſitionē indiſtincte ſemper in caſibus permiſſis à capitulis, & conſtitutionibus Regni.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter remiſſionem, concordiam, & pacem.*
2 *Modus conſtandi de remiſſione partis offenſe.*
3 *Iniuria duplici remiſſione, tacita ſcilicet, & expreſſa remittitur. Tacitaque qualiter fiat.*
4 *Facta iniuria remiſſione per diſſimulationem, an damna, expenſa, & intereſſe remiſſa videantur?*
5 *Renuncians, quæ verba exprimere debeat in renunciatione.*
6 *Caſus permiſſi in compoſitionibus faciendis, remiſſiue.*
7 *Remiſſio facta per procuratorem offenſi an ſufficiat ad compoſitionem.*
8 *Epiſcopus ſolus abſque capituli conſenſu, nunquid iniuriam Eccleſiæ illatam remittere poſſit?*
9 *Offenſus in mortis articulo ſi per inſtrumentum declarat iniuriam remiſiſſe, querelaq; expoſita renunciaſſe, num per Curiam ad compoſitionem deueniri poſſit.*
10 *Per remiſſionem in mortis articulo quid remiſſum cenſeatur.*
11 *In foro conſcientiæ quid remittatur.*
12 *Pars offenſa in inſtrumento remiſſionis aliquam pœnalem fecit promiſſionē, & ſequuta compoſitione, poſtea eam nō adimpleuit, nunquid poterit iterum accuſari?*
13 *Non ſeruando promiſſa, quando quis incidat in pœnam.*
14 *Pœna ex delicto, an ex pacto oriri debeat.*
15 *Offenſus iniuriam, & offenſam coram teſtibus renunciauit, & non fuit confectum inſtrumentum, talis remiſſio an poſſit per teſtes probari, indeq; ad compoſitionem deueniri?*
16 *Caſus de neceſſitate ſcripturam requirentes qui, remiſſiue.*
17 *Probatio per teſtes, & ſcripturas æquiparantur.*
18 *Clericatus per teſtes, & ſcripturam æquiparantur. Clericatus per teſtes, & inſtrumenta probatur.*
19 *Offenſus ſi minor eſt, nunquid ipſe, vel eius tutor remittere poſſit.*
20 *Qualitas quæ fundant, aut priuat, debet ante omnia probari.*
21 *Remiſſiones factæ à tutore abſque decreto, & cauſæ cognitione an valeant.*
22 *Pupillus læſus læſione enormi, an poſſit ſe abſoluere à iuramento, & petere reſtitutionem in integrum.*
23 *Tutor antequam miniſtrare incipiat, ad multa tenetur, ſi omnia ea non adimpleuerit, remiſſionemq; fecerit, an de nullitate opponi poſſit?*
24 *Geſta per tutorem, qui nō ſatiſdedit, ſunt ipſo iure nulla.*
25 *Requiſita in tutore ante adminiſtrationem, quando, & in quibus requirantur.*
26 *Ceſſat reſtitutio in integrum per remiſſionem factam à tutore, quia per eam pupillus non dicitur læſus.*
27 *Offenſus eſt monachus, & viuit, Abbas ſine monacho an poſſit remittere?*
28 *Monachus mortuus mundo dicitur.*
29 *Monachus pro iniuria ſibi illata non agit, ſed Abbas pro eo.*
30 *Iniuria ſi ſit facta monacho, dicitur iniuriata Eccleſia.*
31 *Remiſſio iniuriæ per monachum, vel clericum cum conſenſu Abbatis, vel Epiſcopi, num Eccleſiæ præiudicet.*
32 *Factum per Abbatem, vel Epiſcopum cum Capituli conſenſu, per dominum factum dicitur.*
33 *Pecunia peruenienda de remiſſione iniuriæ monacho illata, patri illius, an ſuæ Eccleſiæ competat?*
34 *Monacho interfecto, qui habebat patrem, & filium legitimè ſuſceptum ante monachatum, cui competat remiſſio.*
35 *Clericus ſecularis, & monachus in quo differant.*
36 *Remiſſio partis, an ſit neceſſaria in compoſitione fienda cum Curia pro delicto non conſumato.*

DIxi de principio iſtius Rit. ſupra in Rit. 272. in principio, & ibi etiā qualiter intelligatur, quod hic dicitur, quòd pars denuncians ſit concordata. Aduerte tamen quod licet in hoc Rit. dicatur, quod pars denuncians, ſeu offenſa debet eſſe in concordia cū offendente, tamen non intelligitur, quod debeant facere pacem inſimul, ſed voluit dicere Ritus, quod pars offenſa debet remittere, quia concordatam eſſe partem, aut remiſiſſe, idem ſunt quoad hūc
1 effectum: † licet alias differat remiſſio à concordia, ſeu pace, vt dicit Spec. in tit. de treg & pace, nu. 3. verſ. item nota, & Luc. de Penn. in l. 1. col. 3. verſ. circa ſecundum, C. publ. læti. lib. 12. Afflict. in tit. de pace iuramen. firma. §. iniuria, num. 124. verſic. & ſcias, & Petrus à Plaza in epitome delictorum, lib. 1. c. 6. num. 43. remiſſio enim fit cum ab vna parte tantum fuit offenſio, pax vero, ſeu concordia, cum ex vtraque parte, vt ipſi dicunt. Et ſi dicatur, quod iſte Rit. aliter videtur dicere, dum dicit, quòd de pace habita inter denunciantem, & denunciatum, & de renunciatione denunciantis ſufficit conſtare per inſtrumentum, & quod propterea ſentiat, quod nedum offenſus debet remittere, ſed etiam pacificare cum offendente, reſpondetur, quod eius intentio non fuit iſta, ſed tantum ponere modos, quibus poſſit de remiſſione conſtare, & quod intentio ſua non fuerit talis, patet expreſſe dum ponit primum modum in quo non dicitur, quod denuncians debet pacem facere cum offenſo, ſed quod ſatis eſt, ſi in Curia comparet, & dicit nolle iuſtitiam de denunciato quantum ad ſe ſpectat: & dum ponit ſecundum modum, licet de pace loquatur, adhuc tamen loquitur retento eodem themate, vt ſi denuncians non poteſt perſonaliter illud facere, comparendo in curia, ſatis eſt, quod conſtet per inſtrumentum publicum de ipſa pace, hoc eſt remiſſione, & renunciatione denunciantis: intantum quod potius iſte Ritus confundit iſta vocabula remiſſionem, & pacem, quam quod velit dicere, quod curia non poteſt componere, niſi offendens, & offenſus faciant pacem, & etiam offenſus remittat.

2 ¶ † Nota primo ibi, quod ipſe denunciator veniat, quòd primus modus conſtandi de remiſſione partis offenſæ, eſt ſi comparet coram aliquo officiali curiæ, & dicit, quod quantum ad ſe ſpectat, non vult iuſtitiam de denunciato, ſeu querulato per eum, & adde, quod idem etiam eſt, ſi nō comparet coram officialibus, ſed coram actuario principali ipſius Curiæ, vt patet in prag. nouiter edictis per Illuſtriſsimum Ducem de Alcala huius Regni Viceregem in
* reformationibus Magnæ Curiæ, * pragm. 29. §. item quod nemo, & §. ſeq. de off. mag. iuſtit. tenetur tamen actuarius ipſe, vt ibidem dicitur, cum ſcribit remiſſionem partis, eandem interrogare qua de cauſa remittit, & ſi facit eam per vim, vel metū, pretium, vel amorem, & prout ipſe reſponderit, poſt remiſſionem ſcribere. Et ſi remiſſio ipſa fieret in fauorem plurium de eodē inquiſitorū, aut vnico, & eodem

tempo-

tempore, aut diuerſis, primo caſu non poteſt recipere niſi grana decẽ in totum, ſi hoc fit in palatio, & ſi extra per ciuitatem grana quindecim, & extra ciuitatem arbitrio iudicis. Secundo caſu poteſt recipere grana decem pro vnoquoque, vt etiam diſponitur in eiſdem prag in reformationibus Magnæ Curiæ * prag. 38. §. item pro remiſſione, eodem tit. Hodie vero per nouiſſimam prag. Sereniſſimi Regis Philippi, prag. 1. incip. vna de las cauſas, tit. de remiſſionibus partium, quam etiam inuenies in prag. 7. §. vna de las cauſas tit. de compoſi. in ciuitate Neapol. remiſſiones non poſſunt fieri niſi in tribunali Magnæ Curiæ, & extra ciuitatem Neap. coram Iuſtitiarijs, vel Auditoribus prouinciarum, vel coram officialibus locorum in quibus partes habent ſuum domiciliũ, adeo quòd d. nouiſſima prag. cõcordat cum primo modo dato per hunc Ritum ad hoc, vt cõſtet de remiſſione, ſed propter d. prag. non eſt ſublatum quin poſſit per notarium publicum ſtipulari remiſsio, quę fit ab aliquo, & de ea confici publicum inſtrumentũ, dummodo ſtipulatio fiat coram officiali, ſecundum diſpoſitionem dictæ pragmaticæ.

¶ Secundo not. ibi ſemper hoc conſtito, quod ſemper, ꝙ conſtat de concordia partis offenſæ altero de duobus modis hic poſitis, videlicet, per remiſsionẽ factã penes acta Curiæ, vel per publicũ inſtrumentum, Curia ipſa poteſt ſuper crimine componere. Sed dicet aliquis, ergo per hunc

3 Rit. corrigitur, ꝙ de iure communi diſponitur, † quòd iniuria remittitur, nedum per remiſsionẽ expreſſam, ſed etiã tacitã, puta per diſsimulationẽ, quæ fit ridendo, ludendo, aut comedendo, ſcribendo, vel loquendo, cũ iniuriante, vt probat tex. in l. non ſolũ, §. 1. & l. ſed ſi vnus §. ſi ante, ff. de iniur. & in §. fin. iuncta gl. vbi etiã not. Io. Fab. & Areti. inſt. eod. tit. & late Luc. de Pen. in l. 1. q. 5. C. publ. læti. lib. 12. vbi dicit, ꝙ ad tollendam accuſationẽ, ſufficit tacita remiſſio quæ fit per diſſimulationẽ, quemadmodum expreſſe; quæ fit verbis, quod quidem locũ habet ſecundũ Io. Fab. in d. §. fin. in fi. ſiue verbis, ſiue facto fiat iniuria, vt etiã ſcribit Affl. in c. 1. §. iniuria, nu. 107. verſ. nunc videamus, & nu. 118. cũ ſeq. vbi etiã alios modos ponit quibus iniuria remiſſa cenſetur, & Petr. à Plaza in epitome delictorũ, lib. 1. c. 6. nu. 43. verſ. cæterum. Huic tamen obiectioni dupliciter reſpõderi poteſt, primo, quod allegata procedunt, & vera ſunt, quotieſcũq; poſtquam offenſio, vel iniuria facta fuit iniuriatus non reuocauit eam ad animũ ſuum, ſed ſtatim diſsimulãdo per actus extrinſecos demonſtrauit remiſiſſe, Rit. vero noſter loquitur quando offenſus reuocauit ad animũ, & Curiæ denunciauit, quo caſu offenſio, vel iniuria non remittitur per diſsimulationẽ, ſed verbis, & facto, vt dicit gl. fin. in fi. & Io. Fab. in d. §. fin. nu. 4. inſt. de iniur. Bart. in d. l. non ſolũ, §. iniuriarum nu. 3. deciſ. Tholoſ. 233. in proprijs terminis, & Aufre. ad deciſ. Tholoſ. 127. in fi. & ideo non mirũ ſi duo tantũ modi hic ponantur ad conſtandũ de remiſsione, ſeu concordia partis. Secundo reſponderi poteſt, quod etiam, quod allegata procederent, poſtquã iniuria ad ani-

4 mũ reuocata eſſet per querelam, † per remiſsionẽ iniuriæ factã per diſsimulationem, non intelliguntur remiſſa dãna, expenſæ, & intereſſe, vt dicũt Io. Fab. & Aret. in d. §. fin. & Aufre. in d. deciſ. 127. in fine. Immo nec etiã ſi verbis expreſsis remittatur iniuria, intelligẽtur remiſſa prædicta, vt dicit Spec. in tit. de accuſatore, nu. 8. verſ. quid ſi vulneratus, Boer. deciſ. 52. nu. 6. Petrus à Plaza in epitome delictorũ lib. 1. c. 6. nu. 40. & Ioan. de Amic. conſ. 88. nu. 14. & propterea cũ adhuc poſsit ius aliquod proſequi offenſus licet probetur per diſsimulationẽ iniuriam remiſiſſe, non poteſt dici concordatus, adeo quod Curia ſine eius remiſsione poſsit cõponere, niſi de cõcordia, vel remiſsione appareat altero de duobus modis poſitis per hunc Rit. quæ bene notabis. Et vide infra q. 4. nu. 15.

5 ¶ † Tertio not. ex hoc Rit. ibi nolo iuſtitiam, & ibi de renūciatione, quod ille qui remittit in ipſa remiſsione debet dicere, qualiter renunciat denunciationi, ſeu querelæ per ipſum expoſitæ, quia non vult iuſtitiã quantum ad ſe ſpectat, contra illum quem denunciauit, vel querelauit, vt latius ſcribit Spec. in tit. de tregua, & pace, in princ. vbi ponit formã inſtrumenti remiſsionis, ſeu pacis, & ideo communiter inſtrumentis remiſsionum apponuntur illa verba, quod pars ipſa remittens caſſat, & irritat, & annullat querelam per ipſam expoſitam, ac proceſſus omnes deſuper fabricatos, reuocando omnes procuratores per ipſam ad cauſam factos, &c.

¶ Quarto no. in fi. Rit. quod compoſitio debet fieri in

6 caſibus permiſsis, & non aliter, † qui tamen dicantur caſus permiſsi in compoſitionibus faciendis per iudices vide ſupra in Rit. 272. q. 2. vbi etiã poſui aliquas cauſas per quas iudex induci poteſt ad componendum, de quibus etiam Cauenſ. hic tractat nu. 7. cum ſequen.

7 ¶ † Quæro primo in hoc Rit. quid ſi remiſsio penes acta, vel per inſtrumentum fieret per procuratorem offenſi, nunquid ipſa ſufficiet, vt Curia valeat componere? Rit. iſte dicit, quod per denuncianteni ipſum debet fieri, & hęc eſt veritas, niſi procurator ipſe haberet ſpeciale mandatum, vt dicit Spec. in tit. de tregu. & pace, num. 4. verſ. hoc quoque not. per tex. in l. mandatum generale, ff. de procur. & l. nam & nocere, ff. de pact. c. per tuas, de arbit. & c. contingit, de tranſac. & ſequitur etiam Nell. in tract. banni. in

8 3. par. 2. tempor. q. 37. nu. 12. † Et quod diximus in ſimplici procuratore laici, intellige etiam procedere in Epiſcopo, qui cum ſit procurator ſimplex ſuæ Eccleſiæ, vt dicit tex. & ibi etiam gl. in c. fin. 12. q. 1. non poteſt ipſe ſolus abſque conſenſu capituli remittere iniuriam Eccleſiæ illatam, vt dicit gl. not. in c. 1. in verſ. punire, de pœn. in 6. & in cap. contingit, extra de ſenten. excomm. in c. ſi is qui, in verſ. poſſumus, ibi ſed nunquid. 23. q. 4. Alex. in l. pact. curat. nu. 9. in fi. C. de pact. vbi allegat pro hoc tex. in c. cum deſideres, in fi. extra de ſent. excomm. & Affl. in tit. de pace iura. firma. §. iniuria. nu. 60. verſ. & ſcias. Immo etiam intellige procedere in Summo Pontifice, vt probat tex. in c. Salernitanę, 63. diſt. zenze. in extrauag. ſi fratrũ, in verſ. iniuriam, ne ſede vacan. Boer. deciſ. 120. nu. 5. par. 1. Petrus à Plaza in loco prælleg. c. 6. nu. 21. verſ. præ cæteris, * & nouiſsime Excellens Dominus Clarus lib. 5. ſent. recepta. §. fin. q. 58. verſ. præterea quæro. Hodie vero remiſsio per procuratorem etiam cum ſpeciali mandato non valeret, quia is, qui habet remittere debet coram officiali id agere per dictam nouiſſimam pragmaticam, de qua dixi ſupra in primo not. & ſi diceretur, quod procurator tempore quo remiſsionem faciet, accedet coram officiali, reſpondetur non ſufficere, quia ratio d. prag. vt in ea expreſſim dicitur, fuit ne partes offenſæ ob vim, vel metum facerent remiſsiones, quæ ratio non dicitur ceſſare per acceſſum procuratoris coram officiali, cum potuit vis, vel metus incuti parti offenſæ ad conſtituendum dictum procuratorem. Prædicta tamen non procederent in Epiſcopo, vel Abbate remittente cum conſenſu Capituli, vel Monaſterij, offenſam factam Eccleſiæ ob iniuriam illatam clerico, vel monacho, quia cum Eccleſia ſit corpus repræſentatum, non poſſet comparere coram officiali, & remiſsionem facere, & idem in ſyndico remittẽte iniuriam illatam vniuerſitati cum ſpeciali mandato ipſius vniuerſitatis, & finaliter in quocũque procuratore alicuius corporis repræſentati, per eandem rationẽ, quod nota pro intellectu d. pragmaticæ.

9 ¶ † Secundo quæro, quid ſi in mortis articulo offenſus per inſtrumẽtũ declaraſſet qualiter ipſe remittit iniuriam talem ſibi factam, vel aliter diceret, quod renunciat querelæ expoſitæ quatenus ad ipſum ſpectaret, nunquid cũ tali inſtrumento remiſsionis poſſet Curia cõponere, quaſi cen-

10 ſeatur pars concordata? Breuiter dicas, quòd non, † quia per talem remiſsionem, quæ fit in mortis articulo publicè, vel ſecretè, cenſetur remiſſus rancor tantum, non autem ſatisfactio iniuriæ, & intereſſe, vt dicit Inn. in c. præterea, de iniur. & dam. dat. Bart. Bal. & Aret. in §. fin. inſt. de iniur. licet Gloſ. fin. ibi aliter dixerit, & male, ſecundum Bart. in dicto §. 1. * & idem etiam ſequutus eſt Dominus Clarus, (qui alios allegat) in loco præalleg. verſic. quæro modo. Et ſi dicatur, prout dicebat Gloſ. in d. §. fin. quod niſi intelligatur

ligatur remiſſio plena quoad totum,nõ potuit offenſus be-
11 ne confiteri,& peccatorum pœnitere: † reſpõdetur com-
muniter, quod etiam in foro conſcientiæ non tenemur re-
mittere ſatisfactionem,& intereſſe, ſed ſolum rancorem,
& animi odium,vt dicit Gl.in c.ſi quis cõtriſtatus,90.diſt.
& in cap.ſi is,qui,in verſ.poſſumus,23.q.4.Specul.in tit.de
treg.& pac.num.2.verſ.& not. Bart.& Doct.in d.l.ſi tibi,
idem Bart.in l.non ſolum, §.iniur.nu.3.de iniur. Io.Fab.&
Aret. in d.§.fin. limita tamen iſta ſecundum Bald. in tit.de
pace iuram.firm.Par.in tract.ſyndic.in verſic.compoſitio,
§.vltimo, & Alex.ad Bart.in d.§.iniuriarum, niſi remiſsio
ipſa plenè facta eſſet, vt latius per eos Igneus in l.1. §.di-
uus,nu.2.ff.ad Syllan. Ang.in tract.malefic.in verſ.necnon
ad querelam,nu.90. & Petrus à Plaza in epitome delicto-
rum,lib.1.cap.6.num.41.quo caſu procedere poſſet,ſecun-
dum Petr. opin. gloſ. in dicto cap. ſi quis contriſtatus, &
ſequacium.

12 ¶ † Tertio quæro, quid ſi pars offendens,ſiue denuncia-
ta, & accuſata in eodem inſtrumento remiſsionis promiſit
aliquid ratione expenſarum,& intereſſe, vel per annum
non accedere ad patriam partis offenſæ, vel non tranſire
per eius domos,& facta eſt compoſitio, demum promiſſis
non ſtetit, nunquid poterit pars offenſa vlterius accuſare,
& inquiſitum pœna debita puniri facere? tex. in terminis
quem ibi commendant Bart. Bald. & Salyc. in l.quamuis,
C.ad Turpill.dicit,quòd non,ratio eſt,ſecundum Salyc.ibi,
quia per talem remiſsionem dicitur accuſator deſtitiſſe,&
in Turpillianum incidiſſe,propter quod amplius accuſare
non permittitur,l.qui deſtiterit,ff.ad Turpill. Limita iſtam
concluſionẽ non procedere quotieſcunq; remittens nondũ
querelaſſet,vel querelaſſet, & remitteret ante litis conte-
ſtationem, & dationem fideiuſſoris de lite proſequenda;
quoniã tunc cum ſimus ante litis conteſtationẽ,per remiſ-
ſionem nõ dicitur quis deſiſtere,nec in Turpillianũ incide-
re,vt dicit Bart.in l.quęſitũ,ad Turpill.& Salyc.in l.1.nu.2.
verſ.ego puto,C.ad Turpill. & propterea ſi in inſtrumẽto
dictum eſſet,ꝙ in caſu contrauentionis licitum eſſet agere,
& ſuam querelam proſequi,poſſet ipſum accuſare,& pœ-
13 nam iuris contra ipſum proſequi,& inſiſtere: † quoniam
non ſeruando promiſſa, incidit in pœnam in inſtrumento
contentam,vt dicit tex.in l.vbi pactum, & l.ſi quis maior,
C. de tranſact. non obſtante d.l.quamuis, quæ in hoc caſu
non habet locum ratione ceſſante,vt dixi. Iſtud tamen ve-
rum erit, ſecundum Bart.in l.ſi vnus, §.pactus, in fin.ver.
iuxta hoc, nu.26.ff.de pact. quem ibi ſequitur Alex.nu.16.
& Iaſ.nu.46.quotieſcunque ex illo crimine veniret impo-
nenda aliqua pœna pecuniaria, quæ poteſt in ſtipulationẽ
deduci,quoniam tunc illa pęna imponeretur potius ex ſti-
pulatione, & pacto poſito in inſtrumẽto, quam de delicto,
cuius pœna fuit remiſſa: ſecus ſi alia pœna,quam pecunia-
14 ria,quoniam tunc talis adiectio non valeret, † quia, vt ibi
dicit tex.ex delicto oriri debet,non ex pacto,& idem Bart.
in l.nõ ſolum,§.iniuriarum,in fi.ff.de iniur.& ideo melius
eſt in iſtis inſtrumentis remiſsionũ, in quibus aliquod dan-
dum,vel faciendum promittitur, in caſu contrauentionis,
adijcere certam pœnam pecuniariam vnà cum refectione
damnorum,expenſarum,& intereſſe, ita quod pœna ſolu-
ta,vel non ſoluta, rata adhuc maneat promiſsio, quemad-
modum docet nos Specul.in tit.de treg.& pace, in princ.
vbi ponit formam inſtrumenti remiſſionis.

15 ¶ † Quarto quæro,pone quod offenſus remiſit offendẽti
omnem actionem, declarando coram teſtibus,nolle aliter
iuſtitiam contra talem,verum non fuit factum inſtrumen-
tum, nunquid poſſit iſta remiſſio poſtmodum probari per
teſtes,vt ea probata,valeat iudex inquiſitum componere?
Nell.in tract.banni.3.par.2.temp.q.38.nu.14. mouet hanc
16 quæſtionẽ,& dicit,quòd ſic,† quia cum multi ſint caſus,in
quibus de neceſſitate requiritur ſcriptura,vt patet ex gloſ.
c.1.§.poſt,de cenſi.quæ enumerat viginti nouem,& Spec.
de inſtr.editio.§.reſtat,verſ.ſed ſi vnus,non reperitur enu-
17 meratus iſte. Pro quo facit, † quia probatio per teſtes, &
ſcripturã æquiparantur, c.cum Ioannes Heremita, iuncta
18 gl.in verſ.quodlibet inſtrumentum,de fide inſtr.† Itẽ quia
etiam clericatus poteſt per teſtes,& inſtrumenta probari,
c.tuæ.de cler.peregr.ordin. not.per gl.in c.ſi iudex laicus,
in verſ.fecit,de ſent.excom.in 6.& Cœpoll.conſ.crim.11.
Ego autem per hunc Rit.teneo contrariũ, & fatendo con-
traria, dico, ꝙ procedunt de iure cõi: quæ in hoc Regno
locum nõ habent, ſtante hoc Rit.dicente, ꝙ duobus modis
poteſt cõſtare Curiæ de remiſsione partis offenſæ: & ideo
Nell. ibidẽ dicit, quod cõmuniter prouidetur per ſtatuta,
quod de remiſſione debet cõſtare per publicum inſtrumẽ-
tum,ne facilius fraudes cõmittantur. Hanc opin.per hunc
Rit.reperi poſt hęc ſcripta tenere etiã Pet.Foller.in decla-
rationibus per ipſum editis ad generalem indultum, col.
* penul. * & Dominum Clarum lib.5.ſent.recept.§.fin.q.58.
verſic.ſcias etiam, dicens fuiſſe declaratum in illo Senatu,
quod ſi vnus Senator,& Fiſcalis atteſtaretur pacem coram
ſe factam,& delictum non eſſet valde graue,admitteretur,
licet de ea non appareret inſtrumentum.

19 ¶ † Quinto quæro in hoc Rit.quid ſi offenſus eſt minor,
nunquid poterit ipſe,vel eius tutor,aut ipſe cũ authoritate
tutoris remittere? Doct.circa iſtud varij varia dixerunt,&
ideo veriores eorum concluſiones breuiter reaſſumendo,
dico, quod aut minor ipſe eſt infans, aut pupillus. Primo
caſu,cõmuniter concluditur, quod ipſe neque ſolus,neque
cũ authoritate tutoris hoc poteſt,vt voluit Vbe.de Bobio.
quem allegat Spec.in tit.de homic.col.2. & Nell.in tract.
banni. 3.parte, 2.temp.q.36. per gloſ.not.in l.1.in verſic.
promiſerit, ff.de noua. eius tamen tutor bene poteſt, ſi re-
miſſio infanti expediat,non aliter,vt dicunt Bald.& Salyc.
in l.pactum curatoris, C.de pact.per tex.iuncta gloſ.in fi.
C.de tranſact. dum tamen, ſecundum Nell.in d.tract.ead.
quæſt.conſilium propinquorum interueniat,& iudicis de-
cretum,per gloſ.& Bart.in l.tutor. ff.de bon.poſſ. & Bald.
in l.bonorum, C.qui admitt. Secundo caſu ſimiliter com-
muniter concluditur,quod ſi remiſsio pupillo expedit,po-
teſt tam pupillus cum authoritate tutoris,quam etiam tu-
tor ipſe ſolus remittere,per d.l.præſes, vt Bald.& Salycet.
dicũt in d.l.pactum curatoris,& ibidem communiter Scri-
bentes, Bald.in l.1. C.de in integr.reſtit.mino. in rubr.de
treg.& pace, num.10. & in l.iuriſiurandi, ff.de iureiuran.
Ang.in l.ſi non conuitij,ff.de iniur. Abb.conſ.39.volum.1.
Paul.de Caſt.in l.reſcriptum,§.plerunque,nu.6.ff.de pact.
Nell.in d.tract.ead.quæſt. & Io.de Amic.in conſ.88.nu.1.
Addit tamen Speculat. in loco præallegato, col.2. verſic.
poteſt tamen, Bald.in d.rubr.de tregua,& pace, & Arno.
comment.188.dummodo etiam iudicis decretum interue-
niat.Abb.verò in conſ.108.illud in effectu, volum.2.& Iaſ.
in d.l.pactum curatoris, tenent contrarium, quod etiam
videntur ſequi Nell.in loco præallegato, & Apoſtill.Spec.
vbi ſupra in verſic.tractatur,dum dicunt cautius eſſe quod
interponatur decretum. Ego verò Speculat.& Bald.opin.
ſequor, quod iudicis decretum de neceſſitate requiritur,
* * quam etiam tenet Petr. à Plaz. in epitome delictorum,
lib.1.cap.45. num.7. Ratio, quæ me mouet, eſt, quia, vt
Bald.Salyc.& cæteri Doct concludunt in d.l.pactum, per
gloſ.in d l.præſes,in fi. tunc demum tutor poteſt remittere
iniuriam pupilli, cum remiſſio ipſa expedit, & non aliter,
& ideo cum non ſimpliciter hoc poſſit tutor, ſed cum ex-
pedit,iſta qualitas, quod expediat, debet prius apparere,
vt eius poteſtas ſit fundata,per tex.in l.Fulcinius,§.ait prę-
tor,vbi not.Bart.ff.ne quid in loc.public. l.Fulcinius, §.cũ
hoc, iuncta gloſ.& Bart. ff.ex quib.cauſis in poſſeſſ.eatur,
l.prætor,§.docere,vbi not Pau.de Caſt.ff.ne quis eum qui
in ius voc,l.2. §.ſi dubitetur, ff.de iudic. cum ſimilib. quæ
tradit Gramm.in conſ.de foriudic. poſt deciſ.nu.51. & 53.
20 † vbi quòd qualitas,quæ fundat,aut priuat,debet ante om
nia probari,& propterea antequã remiſsionẽ faciat tutor,
debet in iudicio petere, quòd cum ipſa expediat pupillo,
capiatur informatio de eo, & ea capta, & conſtito, inter-
ponatur decretũ,quod valeat ipſam facere,& ita videmus
magis communiter ſeruari, aliàs ſi ſecus fieret, eſſet eius
arbitrio remittere, quando expedit pupillo,vel non, quod
minime

Digitized by Google

minimè dici debet. Prædictam opinionem intelligo abſq;
dubio procedere in remiſſione facta per tutorem pupilli
ſolum, vt ſi Iudicis decretum non interueniat, remiſſio ip-
ſa non valeat per rationem prædictam, ſecus autem vbi
per pupillum facta eſſet cum authoritate tutoris, & ipſe
pupillus pubes, aut impubes, doli tamen capax iuraſſet,
quoniam tunc ratione iuramenti etiam ſi alias eſſet inua-
lida, validaretur, per auth. ſacramenta puberum, C. ſi ad-
uer. vend. vt latè diſputat, & concludit Abb. in dicto cõ-
ſilio 39. num. 1. & conſ. 108. num. 2. & Afflict. deciſ. 322.
21 * & † per hanc rationem iuramenti præſtiti à pupillo
fundari poteſt, id quod ſeruatur in Senatu Mediolanenſi
quod remiſſiones factæ à tutoribus abſque decreto, &
cauſæ cognitione valeant, vt ſcribit D. Clarus lib. 5. ſen.
recept. §. final. quæſtio. 58. verſic. quæro an tutor. quia vt
ipſe ibidem dicit, requirit vt inſimul cum tutore interue-
22 niat ipſe pupillus ſi eſt maior infante. Poſſet † tamen pu-
pillus læſus læſione enormi, abſolui facere ſe à iuramento,
& petere reſtitutionem in integrum, iuxta opinio. Ant. de
Butr. in cap. cum contingat, in quarto caſu principali, de
iureiuran. & Anchar. in diſput. incipien. cap. laicus, in
repet. cap. canonum ſtatuta. 11. quæſtio. princip. de conſtit.
& Abb. in d. c. cum contingat 28. col. quam etiam firmat
Afflict. in d. deciſ. verſ. tamen dicebant.
23 ¶ † Sexto iuxta prædicta quæro, nos habemus, quod tu-
tor antequam incipiat adminiſtrare, tenetur multa facere
quæ latè enumerat Bart. in l. legitimos, in princip. ff. de
legit. tuto. gl. in l. tut. qui repertoriũ, in princ. ff de admin.
tutor. Bald. in l. 1. §. item ſolent, ff. de offic. præfect. vrb.
Roman. conſil. 425. & Capic. deciſ. 50. & pulchrè Seba-
ſtianus Van. in tract. nulli. titulo de nulli. ex defectu mand.
verſiculo inſuper, num. 148. & præſertim conficere inuen
tarium, per l. final. §. final. C. arbit. tutel. & ſatiſdare per
leg. 1. C. de tutor. & curat. qui ſatiſ. non dede. nunquid
ſi priuſquam inuentarium confecerit, & ſatiſdationem
dederit, remiſſionem fecerit, opponi poterit, quod non
valeat? Breuiter ratione inuentarij non confecti, opponi
non poterit, eo quia text. in dicta l. tutor. & l. final. §. fi-
nal. dicunt, quod vt ſuſpectus remoueri poteſt: ergo inte-
rim donec remoueatur, tutor eſt, & adminiſtrat. vt dicit
Bartol. in d. l. tutor. num. 7. verſ. contrarium puto. ibi, ſed
ſi adminiſtrauit. Alex. conſil. 86. verſic. non obſtat, num 8.
volum. 2. pulchrè Cuma. conſil. 15. & Capic. in d. deciſ.
licet videatur ſecus ſentire. Ratione vero ſatisdationis
24 non præſtitæ, poſſet dici de nullitate, † quia geſta per tu-
torem qui ſatis non dedit, ſunt ipſo iure nulla, vt probat
text. in l. dubium, in fin. ver. C. de tutor. qui ſatiſd. non
dedit, ſed in caſu noſtro, nullatenus dici poterit, quia vt
dicit Bart. in d. l. legitimos, in fine, princ. & Bald. in l. final.
25 C. de tutor. qui ſatiſd. non dedit † requiſita in tutore an-
tequam adminiſtret, non requiruntur in his quæ dilatio-
nem non recipiunt, vel in his, quæ principaliter ad com-
modum pupilli ſpectant, per dictam l. tutor. qui reperto
rium, in fin. princip. l. finali, C. de tutor. qui ſatiſd. non
dedit, ſed quia per remiſſionem quam facit tutor, non di-
citur pupillus perdere; ſed lucrari, vt dicit Bald. in l. pa-
ctum curatoris, num. 3. verſ. quæro in iſta, C. de pactis, &
26 Ioan. de Amicis, conſil. 88. num. 3. † adeò quod vt dicit
idem Bald. in l. 1. num. 4. verſic. 98. quæritur, C. de in
integrum reſtitutio. mino. & in l. minoribus, ff. de minor.
ceſſat in hoc caſu reſtitutio in integrum, quia per remiſ-
ſionem non poteſt dici læſus pupillus, ſequitur abſque
dubio quod defectus dictæ ſatiſdationis remiſſionem non
annullat, nec obſtat text. d. cap. in dubium, quia per præ-
dicta limitatur non procedere in his, quæ fiunt in com-
modum, & expediens pupilli, maximè quia text. met lo-
quitur de his quæ geſta ſunt in eius præiudicium, qđ bene
not. quia quotidie euenit in facto, & facile à multis intel
liges contrarium teneri. Intellige tamen quæ dixi quod
per remiſſionem quam facit tutor, non dicitur pupillus
perdere, ſed lucrari, adeò quod aduerſus eam non reſtitui-
tur, præſupponendo quod talis remiſſio facta fuerit cauſa
cognita, & cum decreto Curiæ, iuxta concluſionem quam
etiam ex mente Bald. ſupra tenuimus in præced. quæſtio.
alias ſi ſimpliciter diceretur quod pupillus remittendo
ſemper lucratur, & non reſtituitur, fruſtra quæreretur ſi
cauſæ cognitio, iudiciſq; decretum eſt neceſſarium, quod.
bene nota pro intelligentia eorum, quæ dicit Bald. in
proximis citatis locis.
27 ¶ † Septimo quæro pone quod offenſus eſt monachus qui
etiam nunc viuit, nunquid poterit ſolus Abbas ſine mo-
nacho remittere, ita quod dici poſſit pars concordata?
Bald. in rubr. de treug. & pace, num. 1. quem refert, & ſe-
quitur Arnold. in commentar. 190. dicit quod Abbas ſine
28 monacho non poteſt remittere, † quia licet monachus ſit
mortuus mundo, vt dicitur in cap. non dicatis, 12. quæſt. j.
& gloſ. in cap. religioſus, in verſic. non habeat de te-
ſtam. in 6. tamen iure naturali viuere cenſeri debet, &
ideò ſecundum eum inſimul cum monacho offenſo pote-
rit remittere, & eodem modo, nec monachus ſolus id fa-
29 cere poterit, † quia nec ſi iniuria ſibi illata ſit agere pote-
rit, ſed Abbas pro eo, vt dicit glo. quam ibi ſequitur Abb.
& Felin. in cap. parochianos, in gloſ. 1. extra de ſentent. ex-
30 commun. † Sed quia per iniuriam factam monacho dici-
tur etiam iniuriata, & offenſa Eccleſia, vt dicitur in c. cum
deſideres, in fine, & cap. contingit, de ſentent. excommun.
31 † talis remiſſio facta per monachum, vel clericum cum
conſenſu ſui Abbatis, vel Epiſcopi, quo ad iniuriam Ec-
cleſiæ, non ſufficit, licet quo ad monachum tantum ſuffi-
ceret, vt dicit text in d. cap. cum deſideres, iuncta gloſ. in
verſiculo quam offendit, & ideò vt etiam Eccleſiæ præiu-
dicet, fieri debet ſecundum Bald. in l. præſes, num. 11. ver-
ſiculo ſeptimo quæro, C. de tranſact. & Alex. in l. pactum
curatoris, in final. verb. C. de pact. per ipſum Abbatem, vel
Epiſcopum cum conſenſu capituli, vt ſupra diximus, in 1.
32 quæſt. etiam quod non adſit conſenſus monachi, † quia
factum per Abbatem, ſeù Epiſcopum cum conſenſu capi-
tuli dicitur factum per dominum, vt not. in l. iubemus nul
lam, & auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſanct. Eccleſ. &
& ideo taliter facta remiſſio, ita ſufficiet ſecundum Bald.
in ea l. præſes quemadmodum ſufficit ea, quam facit do-
minus de iniuria facta ſeruo per l. ſi vnius, §. ſeruus meus,
33 ff. de iniur. † Ex quo ſequitur quod pecunia inde perue-
nienda ipſi Abbati, ſeù monaſterio competit, non patri
illius monachi, vt ſcribit Feder. de Sen. conſ. 35. quidã mo-
nachus, Rom. ſing 456. ſtatutum Vrbis veteris. Dec. in c.
in præſenti, in num. 57. & ibi Auguſt. Bero. nu. 473. de
probat. Alciat. in l. 4. §. Cato, col. penult. ff. de verb oblig.
& Petr. à Plaza, in Epitome delictorum lib. 1. cap. 6. nu. 18.
& licet Boer. deciſ. 121. num. 9. aliter teneat dicendo cõ-
trariam opin. communem, tamen prima magis placet, &
pro ea allegat Petrus gloſ. in l. ſi ex cauſa §. Pomponius in
* verſ. cum ſtatum, ff. de minor. * An † autem interfecto mo-
34 nacho qui habebat patrem, vel filium ſuſceptum legitimè
ante monachatum, vltra remiſſionem ſui Abbatis cum
conſenſu capituli vt proximè diximus, etiam ipſius patris
vel filij remiſſio requiratur? vide per D. Clarum, d. q. 58.
35 verſ. vlterius quæro. Vnũ tamen aduerte † ad ea quæ ſupra
diximus, quod differentia eſt inter clericum ſecularem, &
monachum, nam quando offenditur clericus ſecularis, na-
ſcuntur duæ actiones, vna ipſi clerico, & altera Eccleſiæ,
vt dicunt Abb. & Felin. in d. cap. cum deſideres, 1. not. &
Ioan. Fab. in §. patitur, nu. 3. inſtitut. de iniur. & hoc verũ
licet offenſio non ſit facta clerico in contemptum Eccle-
ſiæ, vt dicit Abb. in cap. contingit num. 10. de ſentent. ex-
comm. ratio eſt ſecundum eum propter nimiam coniun-
ctionem quæ eſt inter Eccleſiam, & clericum. Et ſicut qui-
libet poteſt agere pro ſua offenſa, vt dictum fuit, eodem
modo quilibet remittere, verum remiſſio clerici non
præiudicat Eccleſiæ, nec è conuerſo remiſſio Eccleſiæ
præiudicat clerico, vt dicit gloſa prima, & ibi Abbas
in cap. parochianos, num. 4. de ſentent. excommunicat.
Et ſi quis diceret quod in remiſſione quam facit cleri-
cus in ſui præiudicium, requiritur conſenſus prælati per

d.cap.cum deſideres,de ſentent.excomm. vbi ponitur ca-
ſus de clerico qui remiſit mediatè Epiſcopo, reſpondetur
quod illud,cap. nõ emanauit, vt deſideret quod ſit de ne-
ceſſitate conſenſus prælati quando clericus remittit quo
ad ſuum præiudicium, ſed ſolum vt deſideret an com-
miſſio clerici cum conſenſu præiudicet Eccleſiæ quod ibi
deciditur,quod non. At quando offenditur Monachus,
licet fiat offenſio perſonalis in ſua perſona,ac etiam offen
datur Eccleſia,naſcitur ſolum vna actio,quę competit ſuo
monaſterio,vt dicit Ioan. Faber.in d.§.patitur num.2. &
gloſ. in d. cap. parochianos, in tantum quod Monachus
agere non poteſt,vt in gloſ. præfata,vbi Felyn. & omnes
Doctor. Aret. conſil.138. num.1. & Boſſius in tit. de pace
num.18. & ſicuti non poteſt agere, eodem modo nec po-
teſt remittere, & ſi remittat nihil agit, ſed remiſſio ſpe-
ctat ad ipſum monaſterium ſecundum gloſ. in d. cap. pa-
rochianos, & dicetur facta per monaſterium quando fie-
ret per Abbatem cum cõſenſu capituli, vt ſupra proximè
dictum fuit. Et ſi dicatur quod ſupra fuit dictum poſſe
Abbatem ſimul cum monacho remittere, intelligendum
eſt quoad iniuriam reſpicientem particularem perſonam
monachi (licet pro ea non habeat actionem) vt proximè
diximus,non autem quo ad reſpicientem Eccleſiam, licet
& talis remiſſio monachi cum conſenſu Abbatis parum
proficiet poſtquam nõ fient actionem, niſi monaſterium,
& ab ipſo ſit facienda remiſſio,vt dictum eſt.

56 ¶Octauo quæro † pone quod aliquis eſt inquiſitus per
Cur. quod tractauit occidere, vulnerare, aut baculo per-
cutere.Titium, verum delictum non fuit conſumatum,
nunquid ſi cum Curia velit ſe componere remiſſio Titij
erit neceſſaria,vide l.item apud Labeonem,§.ſi iurauerit,
ff.de iniur. Salerni die 23. Ianuarij 1560. Proſper Cara-
uita.

RITVS CCLXXVI.

ITem quod nullus accuſatus,vel denunciatus, ſeù ex mero officio inquiſitus de aliquo crimine publico,vel priuato,ex quo veniat imponenda pœna perſonalis,vel pecuniaria,admittatur ad compoſitionem, niſi demum probato delicto per teſtes,vel per confeſſionem rei accuſati, vel denunciati,aut ex officio inquiſiti.

SVMMARIVM.

1 *Compoſitio de delicto per Iudicem quando fieri poſſit.*
2 *Delicta manifeſta ſeuerius, occulta leuius punienda.*
3 *Differentia inter compoſitionem, & tranſactionem. Et aliquando pro eodem ponuntur ibidem.*
4 *Cautela pro officialibus compoſitionem de delicto non conſtito facientibus.*
5 *Officiales indebitè componentes qua actione teneantur.*
6 *Permiſſa compoſitione, tranſactio quoque permiſſa cenſetur.*
7 *Compoſitio in locum pœnæ ſuccedit.*
8 *Tranſactio quare fiat.*

1 NOta ex hoc Ritu.† quod compoſitio debet fieri per
Iudicem, vbi conſtat de delicto per teſtes, vel
confeſſionem inquiſiti, idem Par. in tract. ſyndicat. in
verſ. compoſitio num.6. & Afflict.in titul. quæ ſint regal.
num.23.vbi hunc Rit. allegant. Et ſi dicatur quod Luc.de
Penn. in l.1. colum.9. C. de deſerto. lib. 12. Par. & Affl.
in locis præallegat. dicunt contrarium,& quod compoſi-
tio fieri poteſt etiam quando de crimine non conſtat, ea
quidem ratione, quia ſi de iure eſt permiſſa vbicunque
adeſt iuſta cauſa, vt etiam ſupra diximus in Ritu 272.
quæſtio.1.in 2. & 4. requiſito facilius debet permitti,
vbi crimen non eſt liquidè probatum, quàm vbi conſtat
2 de eo, † quia delicta manifeſta ſeuerius, occulta vero le-
uius puniuntur, cap. cum quis 23. quæſt.4. & etiam faci-
lius diſpenſantur, cap. 2. extra de apoſtaſ. reſpondetur
quod eorum intentio non eſt dicere,quod vbi de crimine
non conſtat poſſit fieri compoſitio, ſed tranſactio, adeò
quod dum dicunt quod etiam vbi de crimine non liquet,
poteſt componi, confundunt iſta vocabula, & volunt di-
cere tranſigi, & quod taliter eorum dictum debeat in-
telligi, patet primo, quia idemmet Luc. ibidem poſt-
quam dixit de compoſitione facienda etiam vbi de cri-
mine non liquet: dicit hæc verba, valeat igitur compoſi-
tio dummodo non ſit certum fore crimen admiſſum, &
allegat text. in l.eleganter in princ. verſ. ſi poſt rem,ff.de
condit. indeb. qui de tranſactione loquens dicit, quod ſi
fiat ſuper re certa non valet, Secundo patet quia paulò
inferius, idem Luc. loquendo propriè de compoſitione,
dicit quod ordinarius poteſt indebita pecuniæ ſumma
componere, vt loco pœnæ ſubſtinendæ conuertatur, &
non tranſactionis, ſed commutationis inſtar obtineat,
3 apertiſſimè demonſtrando,†quòd facit differentiam inter
compoſitionem quæ fit ſuper certo,& tranſactionem quæ
fit ſuper dubio. Tertio patet, quia ipſimet Luc. Paris. &
Afflict. dicunt quod ideò, vbi de crimine non conſtat,
compoſitio fieri poteſt, quia compoſitio, & tranſactio
idem ſonant, ſeù pro eodem ponuntur, l. ab accuſatione
ff. ad Turpill. & c. fin. de tranſact. ex quibus verbis ſen-
tiunt,quod eo caſu quo de crimine non conſtat tranſactio
dicitur,& non compoſitio. Et adde quod adeo verum
eſt,quod iudex non debet componere, niſi vbi crimen
eſt probatum,quod ſi Iudex ſecus faciat,& inquiſitus cau-
ſa redimendi ſe à carceribus,fuit compoſitus, cum de cri-
mine non conſtaret,tenetur de extorſione, ſeù concuſſio-
ne finito officio,vt dicit text. in l.2.§. final. iuncta l. ſeq.
cum ſua gloſ. ff.quod met cauſ. & Par. in verſ. compoſi-
4 tione,§.an ſi eſt,nu.5.verſ. vbi autem. † Cautelam tamen
ponit idem Par. ibidem, vt officialis ad euitandum iſta,
faciat quod inquiſitus confiteatur ſe culpabilem,& petat
ſe admitti ad tolerabilem compoſitionem, quam caute-
lam ſæpè practicant officiales Baronum excoriantes ſub-
ditos,& cęlum,& terram, & faciunt, quod ad hoc vt in-
quiſitus non valeat de compoſitione conqueri confitea-
tur crimen, dicendo ſe culpabilem, ac remittat ſe gratijs
5 Curiæ. † Et nedum ſi componit de crimine de quo non
conſtat: tenetur de concuſſione, verum etiam ſi non
compoſuit, ſed pluries citauit ad hunc finem, vt ſe com-
poneret cum de crimine non appareret, tenetur actione
iniuriarum, vt dicit idem Par. in tract. ſyndic. in §. ſyn-
dicātur etiam artic.8. num.7. verſic.& adde argum.l.item
apud Labeonem,§.ſi quis non debitorem, & l. ſi iniuriæ,
ff.de iniur. & not. per Innoc. in cap. nouit.de Iud. Iſte
Ritu. prohibens compoſitiones vbi de crimine non con-
ſtat, non vendicat ſibi locum quotieſcunque inquiſitus
6 componeretur per viam tranſactionis, † & licèt permiſ-
ſa compoſitione, intelligatur etiam multo fortius permiſ
ſa tranſactio, vt diximus ſupra ex mente Luc. de Pen. &
Afflict. tamen ſecus eſt in prohibitione. Ratio diuerſitatis
7 eſt, † quia compoſitio dicitur ſuccedere in locum pœnæ
ſubſtinendæ per inquiſitum adeò quod dicitur pœnę cõ-
mutatio, vt ſupra diximus poſt Luc. de Pen. in verſ.2.pa-
tet,& merito non debet fieri, vbi delictum non eſt certũ,
quia nec etiam certa eſt pęna, quæ eſſet infligenda. At
tranſactio non ſuccedit in locum pœnæ, nec dicitur pœ-
8 næ commutatio, † Sed fit, & fieri ſolet ratione dubij,
vt dicitur in l.1. ff. de tranſact. & ad euitandum litis du-
bioſos euentus, ſumptus, & expenſas, & ideo licet pro-
hibeatur compoſitio per rationem prædictam, quando
delictum non conſtat, tamen non debet eſſe prohibita
tranſactio in qua ceſſat dicta ratio. Et hinc eſt, quod
cum per Regiam pragmat. Carol.V. Imperat.pragm.2.
incipien. & ne ſperata. in titul. de compoſitio. quam
ſupra allegauimus in Ritu. 272. quæſt. 2. prohibitum
eſſet

Digitized by Google

eſſet officialibus Regijs componere inquiſitos in delictis pro quibus veniret imponenda pœna mortis naturalis, vel mutilationis membri, officiales ipſi in dictis delictis ad euitandam dictam pragm. componebant per viam transactionis, ſed quia multoties illud fraudabat diſpoſitionem dictæ pragmat. & licet in decretis diceretur per viam transactionis, tamen in rei veritate erant compoſitiones, quia delicta conſtabant, D. Ioan. Nicolaus Carauita frater meus, & in Prouincijs Principatus citra, & baſilicatæ fiſci patronus, ſignificauit hoc Illuſtriſſimo Domino Proregi Duci de Alua, & eius Collater. Conſil. à quibus fuerunt expeditæ literæ regiſtratæ in Regia Cancellaria in Regiſtro Curiæ tertio, continentes in effectu, quod dicta Regia pragmat. ſeruaretur etiam per viam tranſactionis, prout iam ita ſeruatur, quod not. ad d. pragmat. quas literas inuenies impreſſas inter pragmaticas, pragmat. 3. incip. in viri, in titul. de compoſitio. Salerni die 25. Ianuarij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXXVII.

ITem Curia ipſa non credit literis ſigillatis alieno ſigillo, quantumcunque authentico, etiam ſi de hoc literæ faciant mentionem.

SVMMARIVM.

1 *Literis alieno ſigillo ſigillatis, an credendum?*
2 *Literarum appellatio generalis.*
3 *Literarum duæ ſpecies, publica, & priuata. Et quæ vtraque ſint.*
4 *Literæ proprio ſigillo ſigillatæ, quando fidem faciant.*
5 *Literis, vel epiſtolis quando ſtandum ſit, remiſſiue.*
6 *Sigillum duplex publicum, ſiuè authenticum, & priuatum.*
7 *Sigillum authenticum quod eſt. Et quare ita, & numero ſequenti.*
8 *Sigillum priuatum quod ſit.*
9 *Omne authenticum eſt publicum, non è conuerſo.*
10 *Sigillans alieno ſigillo, mentionem de hoc facere tenetur.*
11 *Sigillum in ſcripturis diuerſis de cauſis apponitur.*
12 *Differentia in ſigillante proprio, vel alieno ſigillo.*
13 *Sigilli vocabulum iuris canonici eſt, annulus de iure ciuili appellatur.*
14 *Sigillum in ſcripturis in quo loco apponendum.*
15 *Sigillum aſportanti credendum an ſit, prout eſt ſi literas aſportaſſet ſigillatas.*

1 NOt. primo ex hoc Rit. † quod literis ſigillatis alieno ſigillo, quantumcunque authentico, non creditur: etiam ſi in ipſis literis de hoc fiat mentio. De iure vero communi prouiſum eſt contrarium, vt dicit Innoc. in cap. 2. num. 2. in fine, extra de fide inſtrum. Specul. in titul. de citat. §. iam de citatione, num. 13. verſ. literis, & in tit. de probat. §. videndum, num. 16. verſ. & not. per text. in l. teſtium, §. ſi ab ipſo, vbi etiam gloſ. ff. de teſtam. & §. poſſunt, vbi Ioan. Faber. latè tract. num. 1. verſ. vel forte, inſtit. de teſtam. & l. ſi vnus, C. eodem tit. & notat. per gloſ. in cap. inter. in verſic. delatæ, extra de fide in-
2 ſtrum. † Sed cum literarum appellatio ſit generalis, comprehendens quaslibet literas, vt patet ex l. ſed & ſi §. proſcribere, ff. de inſtitut. actio. & d. cap. inter, & l. ſeruus ſi hæred. §. Imperator, verſ. ſed ſi hęres, ff. de ſtatu liber. & ex not. per Rebuff. in tract. de liter. oblig. in princ. vol. 1.
3 † & ipſarum ſpecies duæ ſint. Publicæ videlicet, & priuatæ, ſecundum eundem Rebuff. ibidem publicæ, quæ ſunt Papę, vel Imperatoris, vt notat Felin. in cap. poſt ceſſionem, 11. fallentia, num. 17. de probat. & de eis habetur in cap. quod ſuper de fide inſtrum. & l. vnic. C. de mand. princ. item quæ ſunt cuiuſcunq; habentis authenticum ſigillum, vt patet ex d. cap. 2. cum ibi not. per Innoc. in princ. de fid. inſtrum. Priuatæ vero de quibus dicitur inſtitut. de liter. oblig. in princ. & per eundem Rebuff. in tract. de chirographo, recogn. vol. 1. intelligi debet iſte Rit. qui ſic generaliter loquitur, in quibuſcunque literis, ſiue publicis, ſiuè priuatis. ¶ Secundo not. a contrario ſenſu
4 illius Rit. † quod literæ ſigillatæ proprio ſigillo fidem faciunt, ſed quia illud non ſemper verum eſt, licet aliter videatur diſtinguere Salyc. in l. ſi qua per calumniam nu. 5. C. de Epiſc. & cler. & Guid. Pap. deciſ. 175. & 481. diſtingue, quod aut ſumus in perſona priuata, aut non. Primo caſu, ſi literæ ſigillatæ vnius perſonæ priuatę tractant de facto proprio contra ſcribentem bene probant, vt dicit text. & ibi gloſ. in l. ſi procuratore, ff. de procurat. l. 2. C. de rebus alienis non alien. & l. 1. ne ſatiſdatio. ff. rem rat. haber. ſi vero de facto alieno, & tunc ſecus, niſi comprobentur, vt dicit Specul. in tit. de procurat. §. ratione nu. 2. verſ. priuatæ, & tit. de probat. §. videndum, num. 14. verſ. ſigillum, Bart. in d. l. ſi procuratorem, num. 2. & Ioan. Fab. in d. §. poſſunt, num. 2. verſ. & not. inſtitut. de teſtam. per l. inſtrumenta, C. de probat. Secundo caſu dicit Innoc. in d. cap. 2. num. 2. verſ. nos tamen, & ibi etiam gloſ. & Spec. in titul. de probat. §. videndum num. 13. verſ. 10. quod ſi literæ ſunt Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Principum, & Abbatum exemptorum, in omnibus fidem faciunt, ſi vero inferiorum ab eis, etiam quod iuriſdictionem habeāt ſecus eſt, niſi in his quæ ſpectarent ad ſuam iuriſdictionē, per text. iuncta gloſ. in fin. in c. poſt ceſſionem, de probat. cum ſimil. quæ citat Ioan. Fab. in d. §. poſſunt, nu. 3. verſ. item dic. & gloſ. in cap. cum in iuuentute in verſ. reſcripſerunt de pręſumpt. vel niſi conſuetudo aliter ſe haberet ſecundum eos per text. in c. cum dilectus, de fide inſtrum.
5 cum ſimil. quę allegant. † Et circa iſtum articulum, an, & quando literis, vel Epiſtolis ſtandum ſit, vltra prædicta vide pulchram Bald. diſtinc. in l. non epiſtolis, C. de probat. & Affict. in conſtitut. Regn. in locis demanij, 8.
6 not. num. 13. ¶ † Tertio not. ibi ſigillo quantumcunque authentico, quod ſigillum duplex eſſe poteſt, authenticū,
7 ſiuè publicum, & priuatum. † Sigillum authenticum ſecundum gloſ. in cap. 2. & ibi Innoc. num. 2. de fide inſtrument. Specul. in d. §. videndum num. 13. & Ioan. Faber. in d. §. poſſunt num. 13. verſ. ſed quid vocas, dicitur ſigillum Epiſcopi d. cap. poſt ceſſionem, iuncta gloſ. & cap. curę 11. q. 3. etiam ſi Epiſcopus ſit alienus, dummodò ſigillum ſit notum ſm eund. Specul. per cap. 1. & 2. 19. q. 2. ſigillum Cardin. c. quod ſuper his, de fid. inſtrum. ſigillum principis ſecularis, d. c. cum dilectus, ſigillum capituli, vel conuentus c. 3. de probat. & in c. in nomine patris in fine 73. diſt. & cuiuslibet collegij, ſeu vniuerſitatis, c. cum dilecta, de exceſs. pręlat. ſigillum Legati. c. cum dilecta, de cōfirm. vtil. vel inutil. ſigillum Abbatis, c. ſtatuimus, 19. q. 3. & c. noſcitur, de his quę fiunt à pręlat. ſi tamē eſſet de magnis Abbatibus, vt dicit Specul. ibid. item ſigillum vnius tribunalis, prout eſt ſigillum Reg. Cam. Summ. Mag. Cur. Vic. & Regiarum Audientiarum, quemadmodum diximus ſupra de ſigillo capituli per d. cap. tertio loco, de probat. & quemadmodum diximus de ſigillo vniuerſitatis, per d. c.
8 cum dilecta, de ecceſſio. pręlato. † Sigillum priuatum dicitur illud, quod eſt aliarum perſonarum, quam de ſupradictis, & ideo ſigillum etiam vnius Comitis, Ducis, Marchionis, vel alterius Baronis, aut officialis habentis ordinariā iuriſdictionē, non dicetur authenticū, niſi ſecundum Innoc. in d. c. 2. Specul. in d. §. videndum num. 13. & Ioan. Faber. in d. §. poſſunt num. 3. apponeretur circa concernentia eorum officium, vel iuriſdictionem, quoniam tunc ſecus eſſet, & authenticum reputaretur, argum. cap. cum à nobis, iuncta gloſ. in verſ. ſcriptum, extra de teſtibus, vt etiam ſcribit Rebuff. in tract. de lit. oblig. art. 1. gl. 7. nu. 2. vel niſi conſuetudo faceret aliud ſigillum authenticum, vt ipſimet Innoc. Specul. & Rebuff. dicunt in locis ſupra

Digitized by Google

citatis,argum. dicti cap. cum dilectus,de fide inſtrument. Dicitur tamen ſigillum authenticum, ex eo quod authoritatem certam habeat, ſicut dicitur de inſtrumento authentico in d.cap.2.de fide inſtrum. & l.2.ff.eod.titulo vt ſcribit Rebuff. in loco proximè cit.art.1.in princip. & vt dicit Bald.in l.bonæ fidei,nu.5.in fin.C. de reb. credit. facit ſcripturã indubitatã.Et ex eo quod eſt authẽticum,
9 dici poteſt etiam publicum,† quia vt dicit Innocen.in ſæpius alleg.cap.2.de fide inſtrum.in princ.omne authenticum eſt publicum per dictum cap. 2. ſed non è conuerſo.

10 ¶†Quarto not.ibi etiam ſi literæ faciant mentionem, quod ſigillans ſigillo alieno, tenetur facere mentionem, qualiter ſigillauit ſigillo alieno, apponẽdo etiam cauſam propter quam ſigillo proprio non ſigillauit, & propter quam alienum fuit appoſitum,vt dicit Innoc.in c.2.nu.2 in fin.de fide inſtrum.& Specul.in tit.de citat.§.iam de citatione,num.13.verſic. literis, vbi ponit verba dicenda in fine literarum per illum qui aliud ſigillum poſuit,quam
11 proprium. Ratio eſt,ſecundum eos ibidem,† quia ſigillũ ponitur in literis,prouiſionibus, & alijs negotijs diuerſis de cauſis, vt etiam dicit Bald. in ſua Margar. in verſic.ſigillum, quandoque in ſignum authoritatis, cap. cum redemptor.& cap ſacrorum,12. q.2. quandoque in ſignum conſenſus cap.ſine exceptione, 12.quæſt.2. l. fideiuſſor, §. final.cum l.ſeq.ff.de pign.& l.2.C.de rebus alienis non alien. quandoque in ſignum teſtimonij,l. ad teſtium, §. ſi ab ipſo,ff.de teſtam. & §.poſſunt inſtit. eodem,& l. Caius ff.de pignor.action. quandoq; in ſignum confirmationis, cap.inter.extra de fide inſtrum. & d l.2. & quandoque in vim ſubſcriptionis,vt dicit not.Rom.conſ.303.&Hippol. in repert.rub.de probat.nu.300.verſ.his expeditis,& ideò vt dicit idem Specul.ne ſuſpicetur citatus,vel alius ad quẽ perueniunt literæ cum ſigillo alieno, quod ſint falſæ,& propterea poſſit excuſari à comparendo,vel faciendo,cõtenta in eis, prædicta omnia in fine earum ſcribi debent.

12 † Et in hoc differt à ſigillante ſigillo proprio,qui iſta exprimere non tenetur, nec etiam in fine literæ ſigillatæ dicere qualiter ipſe ſuum ſigillum appoſuit,quia eo ipſo qđ appoſitum reperitur, ſtandum eſt, vt dicit Innoc. in d.c. 2.num.2.argum.l.fin.in princ.C.arbit. tut. cum alijs quæ allegat.Et ſi dicatur quod idem Innoc.ibidem dicit,quod non ſufficit apponere ſigillum niſi etiam dicat qui appoſuit, ſe illud appoſuiſſe per l.hac conſultiſſima, & l.iubemus,C.de teſtam.quod etiam videtur velle Bar.in proœm. ff.num.7.verſic.item quæro,& in l. ad teſtium,§.ſi quis,in fin.ff.eod.dicens,quod vltra ſigillum, requiritur etiam ſubſcriptio ſigillantis,qui dicat ſe appoſuiſſe. Reſpondetur,vt per Alex.in l.quæ dotis,num.38. ff. ſolut. matr. & in apoſtil. ad Bar. in d.§.ſi quis,quod allegata procedũt in caſu ſpeciali teſtamentorum, in quibus de ſolemnitate requiritur etiam ſubſcriptio,quia de magno pręiudicio agitur in eis,vel ſecundo quod procedunt, quando in vna carta reperitur appoſitum ſigillum alicuius, nec aliter apparet,quod ipſe appoſuit, vt etiã expreſsè ſẽtit idẽ Inn. ibid. paulò inferius verſic. ſed ſi in literis, ſecus eſt vbi de hoc appareret, quia non eſt appoſitum ſigillum abſolutè,ſed eſt facta litera per aliquem, & poſtmodum eius ſigillum appoſitum,vt patet ex l.diuus la 2.ff.de cuſt.reo. quod not. quia ita ſeruatur.Multoties tamen in aliquibus teſtimonialibus dicitur in fine,in quorum fidem has præſentes, fieri fecimus noſtri ſigilli impenſione munitas.

13 † Et adde ſecundum Innoc. in d.cap.2. nu.3.verſic. Epiſcopus autem.Io.Fab.in d.§.poſſunt, in princ. & Bald. in ſua Margar. in verſic.ſigillum, poſt Specul. in d.§.videndum,num.17.quod ſigilli vocabulum à iure canonico ortum eſt, quia à iure ciuili appellatur annulus, vt in d. l. teſtium, vbi not. Bartol. in §.ſignum, ff. de teſtam. d. §. poſſunt, inſtit. eodem.

14 ¶†Quæro primo in quo loco ſigillum apponi debet in literis,vel prouiſionibus, Petr.Rebuff. in præalleg.tract. artic.1.glol.5.dicit quod in fine per text. in l.hac conſultiſſima,ibi.finem autem teſtamenti ſuſcriptiones,& ſignacula,C.de teſtam. & l. hac conſultiſſima,C.qui teſtam.facere poſſ. ibi,& in fine ſubſcriptio,quod bene ſeruatur in hoc Regno in prouiſionibus apertis, ſecus in clauſis, quæ fiunt per modum literarum,quoniam tunc non in calce, & intus,ſed à tergo ponitur, & tandem circa hoc ſtandũ eſt conſuetudini, vt idem Rebuff. ibid. dicit.

15 ¶†Secundo quæro,an ſicut per hunc Ritum, & iura præallegata creditur portanti literas ſigillatas,eodẽ modo credatur portanti ſolum ſigillum, & ideo admitti debeat tanquam procurator Domini ſigilli. Goffred.in c.2. per illum text.de ſolut. dicit quod ſic,Hoſt. vero,& Ioan. Andr. ibid. tenent contrarium, niſi portans ſigillum caueat etiam de rato argum.l.vnica,C.de ſatiſd. & id etiam ſequuntur Rom.conſ.446.nu.12. verſ.2.ex eo,& Hippol. in repet.rubr.de probat.nu.304.quia tamen ſublimitant, niſi perſona portans ſigillum, ſit domeſtica, vt cohabitet cum Domino ſigilli,quia tunc facile eſſe poſſet,quod furto ſubtraxerit,Bald.autem in tit.de pact.conſtan.§.imperialis nu.7.in l.ſi procuratorem,in 1.lect. verſ.quid ſi procurator,ff.de procur.& in l.falſus,in fin.nu.33. verſ. dubitari poteſt,C.de furt.indiſtinctè tenet contrarium,quia ſigillum de per ſe nihil loquitur,& eſt ſicut teſtis mutus, & ſicut Cytra,& chimera, Geminian. vero in cap. quamuis,num.7.verſic.vnde dico,de procur.in 6.melius,&plenius quam alij ſuper hoc artic. facit duo capita,dicendo, aut tractatur nunquid ſola oſtenſio ſigilli inducat probationem mandati, vel alterius negotij, aut nunquid oſtendens ſigillum, poſſit admitti, vt procurator cum cautione de rato. Primo caſu,dicit ipſe indubitanter, prout dicebat Bald. quod non, quia iure cautum non reperitur quod ſigillo ſoli ſit data iſta authoritas,ſed tantum quando eſt vnitum alicui literæ,vel ſcripturæ, cap.2. & c. tertio loco,de probat.cum ſimil.quę ipſe adducit,& pulchrè loquitur.Nec obſtat,vt ipſe dicit text.in d.cap.2.de ſolutio. qui videtur probare contrarium, quia ibi non dicit ſimpliciter literas,ſeu ſigilla,ſed ſubdit text. quibus poſſent Eccleſię obligari,ſentiendo propterea de illis ſigillis, quæ eſſent iuncta cum aliqua ſcriptura,alias ſolum ipſum non poſſet hoc operari. Item quia illa dictio,ſeu ibi poſita,debet intelligi copulatiuè de literis ſigillatis,vel de ſigillis vnitis cum ſcriptura,cum alterum de per ſe non ſufficiat.Limitat tamen ipſe,& bene,niſi conſuetudo ſe haberet, quod comparenti cum ſigillo vniuerſitatis, vel domini,credatur,& ita dicit ipſe vidiſſe Senis,vbi hominibus caſtrorum ſubiectorum comparentibus cum ſigillis Comitatus,creditur tanquam nuntijs,& procuratoribus,pro quo eſt text. in cap.cum dilectus de fide inſtrum. Secundo caſu diſtinguit,quod aut apparet qualiter oſtendens ſigillum illud habuit à domino, & tunc procedit opin. Hoſt.Io.And.& ſequa.quod admittatur cum cautione de rato,aut non apparet,& tunc ſecus, quia præſumitur,vel eſſe poteſt, quod furto ſubtraxerit, vt Imol. dicit in d. cap.2. num. 11. & hæc eſt ipſa veritas iudicio meo, Salerni die 28. Ianuarij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXXVIII.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod nulla litera Reginalis,puta, litera delegationis, ſeu reſcriptũ in ea expeditur,niſi ſit manus propria Regentis, vel eius Locumtenentis, vbi ipſe ſcribit manu propria nomen ſuum tantum,alias dicta litera nullatenus habeatur pro admiſſa. Et nota, quotieſcunque quis præſentat aliquam literam, ſufficit,quod ſcribatur in ea,præſentata fuit &c. & non dicitur per quem, quæ dirigatur ipſi Curiæ cuiuſcunque officialis, vel domini ſit, de remiſſione, vel alio modo.

SVM-

Digitized by Google

S V M M A R I V M.

1 *Regens Magna Curia Locumtenentem ſibi an conſtituat.*
2 *In caſu impedimenti licita eſt delegatio.*
3 *Præſentatio literarum Magna Curia directarum fit à quocunque.*

NOta primo ex hoc Ritu. quòd nulla litera Regnalis, ideſt Regiæ Maieſtatis in ipſa Magna Curia expeditur, ideſt exequitur, niſi in ea adſit manus Regentis ipſius Magnæ Curiæ, vel Locumtenentis ſui, aliàs ſi dicta manus non adeſt habetur pro non admiſſa. Sed hodie iſtud non ſeruatur, quia ad hoc vt habeatur pro admiſſa, ſufficit quod eidem Domino Regenti, & Iudicibus fuerit præſentata, & acceptata: dicendo prout communiter dici ſolet, quod fuit recepta ſupra caput cum omni qua decet reuerentia, & parati ſe obtulerunt obedire, in tantum quod ſi aliquis haberet aliquam literam Regiæ Maieſtatis annis præteritis expeditam, & etiam tunc præſentatam ipſi Magnæ Curiæ, & ex præſentatione annotata appareret qualiter fuit recepta ſupra caput, & paratus ſe obtulit obedire, ſatis dici poſſet hodie quod fuit tunc admiſſa, licet manus Regentis non adſit, & ita ſeruatur.

1 ¶† Secundo not. ibi, vel eius Locumtenentis, quòd Regens Magnæ Curiæ poteſt habere Locumtenentem, vt etiam ſcribit Afflict. in conſtit. Regni officia quæ num. 2. verſic. an autem, & licet illa conſtitut. videatur in hoc obſtare, tamen vt ibidem Afflict. dicit ſemper fuit ſeruatum, vt etiam hodie ſeruatur, quòd Regens cum eſt aliquo modo impeditus, facit in ſuum Locumtenẽtem vnum ex Iudicibus criminalibus, vel ciuilibus ad eius electionem.
2 Nec obſtat illa conſtitut. † quoniam in caſu impedimenti licita eſt delegatio de iure, vt probat text. in l. 1. ff. de offic. eius, & in l. 1. C. eodem titulo cum ſimili.
3 ¶† Tertio not. ibi, & nota, quòd præſentatio literarum quæ diriguntur ipſi Magnæ Curiæ cuiuſcunque officialis, vel domini ſint, qui forte ſcribant de remiſſione, vel alio modo, poteſt fieri per quamcunque perſonam, & in annotatione præſentationis non dicitur per quem fuerit præſentata, vt dicitur in hoc Ritu. qui aliquatenus eſt intricatus, & propterea legi, ac conſtrui debet vt proximè legi, ſed licet primum ſeruetur, quia ſufficit præſentari literas per quemcunq; ſecundum tamen nõ practicatur, & communiter in annotationibus præſentationum dicitur præſentata fuit per talem, &c. Salerni die 31. Ianuarij 1560. Proſper Carauita.

R I T V S CCLXXIX.

ITem quòd nullus officialis, audeat trahere, vel expedire aliquam literam abſque licentia Locumtenentis, & quod primo ponat ſigillum Locumtenentis in ipſa litera: deinde ſigillum magnum, ſeù paruum dictæ Curiæ: ſicut exigentia facti requirit. Item quod omnes qui ſunt in gagia Curiæ debent intereſſe lectionibus literarum.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex plura ſigilla, an habere poſſit?*
2 *Lectioni literarum magna Curia præſentes, intereſſe qui debent.*

NOta 1. ex hoc Rit. quod nulla litera poteſt expediri in Magna Curia abſque licentia, & ſigillo paruo Regentis ipſius Magnæ Curiæ, ac etiam alio ſigillo magno, vel paruo eiuſdem Magnæ Curię, prout facti exigentia requirit. Hodie ſeruatur aliter, quia in locum licentiæ, & ſigilli parui ipſius Regentis, apponitur eius manus, adeò quod nulla litera expeditur in Magna Curia abſque eius manu, ſigillum etiam quod in ipſis literis apponitur non variatur, (vt hic dicitur) ſed ſemper ponitur paruũ licet in prouiſionibus apertis ſecus, vt ſtatim dicam.

¶ Secundo not. ibi ſigillum magnum, ſiuè paruum, qđ Magna Curia habet duo ſigilla magnum, & paruum, primum ponitur in exequutorijs prouiſionibus, quæ expediuntur ad exequendum virtute inſtrumenti, vel alterius cauſæ. Secundum ponitur in omnibus mandatis, citationibus, literis, & prouiſionibus, quæ per eandem expediun-
1 tur. † Poteſt enim Iudex plura ſigilla habere ad diuerſos effectus, vt probat text. cum gloſ. in cap. ſignificauit, de appell. not. Firm. in ſuo repert. in verſic. ſigillum, nu. 50. verſic. ſigilla plura, & Petr. Rebuff. in tract. de liter. oblig. art. 1. gloſ. 6. volum. 1.
2 ¶† Tertio not. in fine Rit. quod quando leguntur aliquæ literæ in Magna Curia, earum lectioni debent intereſſe omnes illi, qui ſunt ſub gagijs ipſius Curiæ. Hodie vero aliter ſeruatur, & ſolum coram Regente, & Iudicibus leguntur per actuarium, vt etiam nouiter prouiſum eſt per Illuſtriſ. Ducem de Alcala in ſuis nouiſſimis pragmat. in reformationibus Magnæ Curiæ pragm. 24. §. volumus, de offic. Mag. Iuſtit. & licet ibi non dicatur de Aduocato fiſci; tamen etiam ipſe eſt præſens lectioni literarum, & omnibus, quæ in Rota tractantur. Limita tamen, quæ dixi niſi aliquis ex prædictis eſſet ſuſpectus, quoniã tunc ſecus, & intereſſe non deberet, vt probat text. capit. Regni, voluntas libera. Salerni die 31. Ianuarij 1560. Proſper Carauita.

R I T V S CCLXXX.

ITem quòd Curiæ ipſæ, & quælibet ipſarum etiam inter Longobardos repulſationem, & reprobationem ſacramentalium non admittant.

S V M M A R I V M.

1 *Sacramentalium quo iure mentionem habemus.*
2 *Sacramentales qui, & quomodo dicantur.*
3 *Ancipites iuramentum ſubire non cogendi.*
4 *Contra ſacramentales repulſa non admittitur.*
5 *Sacramentales receſſerunt ab aula.*

1 PRæmitto prius † ꝙ de iſtis ſacramentalibus, de quibus loquitur Rit. noſter, nihil habemus in iure communi, vt dicit Affl. in rubr. conſtit. Regn. crebra, ſed ſolum in iure Longob. vt Iſer. ibid. dicit, & patet in tit. qualiter quis ſe defend. deb. l. omnia, & l. ſuſpic. & per totũ in Longob. itẽ in iure feud. vt patet in tit. de cont. inter domi. & fidel. de inueſt. & de conſue. rect. feud. §. ſacramentũ, & etiã in
2 prælleg. conſtit. crebra. † Dicuntur autẽ ſacramẽtales ſecundũ Iſer. in tit. prælleg. de cont. inter dom. & fidel. n. 7. & Affl. in d. rubr. illi qui poſtquã delatũ eſt iuramentum alicui in defectũ probationis, iurant ſe credere, quod ille talis verũ iurauit, vt etiã patet ex d. l. omnia in Longob. & vt dicit Iſer. in loco prælleg. nu. 7. per l. ſi quis alij eodẽ tit. qualiter quis ſe defen. debe. in Longob. antequã iurẽt, poſſunt petere terminũ ad certiorandũ ſe ſi poſſunt iura-
3 re, quod credant illũ verũ iuraſſe, † adhoc ne ancipites cogantur ſubire periurium iuxta l. 4. in princ. ff. de in lit. iur.
4 Iſtis ſic præmiſſis not. ex hoc Rit. † qđ contra ſacramẽtales non admittitur repulſa, etiã ſi lis eſſet inter Longobar
5 dos, vt etiã dicit alius Rit. infra 293. † Sed vt etiã Affl. ſentire videtur in d. conſtitut. 1. not. in fin. iſti ſacramentales nõ ſunt in vſu, quando tamen caſus accideret, forte inter Longobardos, vel viuentes eorum iure, ſeruãdus eſſet iſte Rit. ſi contra eos peteretur repulſa. Salerni die primo Februarij 1560. Proſper Carauita.

Digitized by Google

RITVS CCLXXXI.

ITem ſeruat ipſa Curia non concedere repulſam alicui contra aliquas ſcripturas: videlicet inſtrumenta, vel alias ſcripturas: facta publicatione in cauſa, poſt terminum datum ad probandum, ſed pars poteſt denunciare de falſo, vel accuſare vtentes.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad repulſandum ſcripturas præſentatas infra terminum datum ad probandum, & poſt concluſum, non conceditur.*
2 *Vera ſcripturarum repulſa quæ ſit.*
3 *Scripturarum appellatione quæ veniant.*
4 *Vtens qualibet ſcriptura falſo, poterit de falſo accuſari; cum limitat.*
5 *Falſificans priuatam ſcripturam quæ probat, an falſi pœna puniendus ſit, ſicut vtens?*

1 NOt. primo ex hoc Rit. † quod dato termino ad pro-
bandum in cauſa, & facta publicatione, ſi forte in-
fra terminum fuerunt præſentata inſtrumenta, vel aliæ
ſcripturæ non poteſt peti terminus ad repulſandum eas,
& caſu quo peteretur: non debet concedi, vt hic dicitur,
& firmat Marant. in pract. par. 6. actu 13. num. 9. verſic.
fuit autem, & Petrus Foller. in pract. crimin. 1. par. 2. par-
tis in verſic. concedatur repulſa, num. 11. vbi hunc Rit.
2 allegant: † Ratio eſt, quia vera ſcripturarum repulſa eſt,
ipſas redarguere de falſo, & propterea dicit Ritus met, quod
qui velit ipſas redarguere de falſo, bene poterit, & ita
ſeruatur.

¶Secundo not. ibi aliquas ſcripturas, iunctis alijs ver-
3 bis ibi inſtrumenta, vel alias ſcripturas, † quod appella-
tione ſcripturarum veniunt inſtrumenta, quæ ſunt publi-
ca, & ſcripturæ priuatæ: & ex conſequenti quod Rit. no-
ſter loquitur in inſtrumentis: & ſic in ſcripturis publicis,
& priuatis.

¶Tertio not. ibi accuſare vtentes, quod hic eſt Ritus
4 volens, † quod vtens ſcriptura falſa, ſiue ſit inſtrumentũ,
ſiuè ſcriptura priuata, poteſt accuſari de falſo, ad idem
text. in l fin. C. de fide inſtrum. & l. damus, C. de falſ. quæ
iura ad hoc citat Bald. in l. ſi quis decurion. in princip. C.
de falſ. intellige tamen verum quando ſcriptura priuata
eſſet talis, quæ probaret, vt dicit gloſ. in dicta l. damus,
& Bart. in l. 1. §. ex illa, num. 2. ff. de falſ. aliter ſecus eſſet,
cum nemini nocere poſſet ſecundum gloſ. in eadem l. da-
mus. Item limita, niſi ille qui produxerit renunciet vſui
ſcripturæ falſæ, vt dicit text. & ibi communiter Doctor.
5 in l. ſi falſos codicillos, C. de falſ. † An autem falſificans
ſcripturam priuatam, quæ probat, puniatur pœna falſi,
ſicut vtens text. in d. l. ſi quis decurion. vbi etiam Bal. not.
probat quod ſic, ad idem tex. in l. 1. §. qui in rationib. ff. de
falſ. & l. qui veluti, C. eod. tit. Bal. in rub. C. de fide inſtrum.
nu. 36. verſ. ſed quæritur. & verſ. ſeq. vbi pro hoc etiam al-
legat pulcherrimum text. in l. Titio cum eſſet, ff. ad mu-
nicipal. & Alex. conſil. 77. num. 1. Salerni die primo Fe-
bruarij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXXXII.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd in exceptionibus, & articulis primis nulla exceptio, vel articulus recipitur, vbi reprobetur aliquis teſtis partis aduerſæ, cum tempore repulſæ quilibet poſſit reprobari, iuxta cap. præſentium, extra de teſtib. in dictis tamen primis exceptionibus, & articulis quando reprobatur teſtis, quia inimicus, tunc ante repulſam, recipitur talis exceptio, iuxta authen. ſi teſtis productus, C. de teſtibus, quandoque etiam vidi ipſam Curiam non recipere talem exceptionem inimicitiæ, antequam detur repulſa.

SVMMARIVM.

1 *Repulſa teſtium an infra terminum datum, ad probandum fieri poſſit?*
2 *Articuli repulſatorij infra terminum ad probandum datum, non miſcentur cum cauſa principalis articulis. Et pœna ſecus facientis, ibidem.*
3 *Exceptio ad impediendam teſtis receptionem quando admittatur.*

NOt. primo ex hoc Ritu. quod articuli repulſatorij
teſtium non admittuntur cum articulis cauſæ prin
1 cipalis: & ex conſequenti repulſa teſtium non poteſt fieri
infra terminum datum ad probandum, idem etiam Ma-
rant. in pract. par. 6. actu 13. num. 8. verſic. quid autem,
& Petr. Foller. in pract. crim. 1. parte 2. partis, in verſic.
& facta lis conteſt. detur terminus nu. 12. & in verſ. con-
cedatur repulſa num. 8. vbi hunc Rit. allegant, ratio iſtius
concluſionis eſt, quam Rit. met dicit, quia in termino qui
datur ad repulſam, omnes teſtes repulſari poterunt, quod
not. quia ſeruatur niſi dato termino in cauſa ad proban-
dum, qui vult eodem tempore repulſare renunciet futuræ
repulſæ: quoniam tunc ſecus, & cum eiſdem articulis qui
fiunt in cauſa principali fieri etiam poterunt repulſatorij,
vt etiam dixi ſupra in Rit. 73. in 1. not. & Petr. Foller. in
2 loc. præalleg. in verſic. concedatur repulſa num. 8. † Et ad-
de quod ſicut infra terminum datum ad probandum, non
poſſunt cõmiſceri articuli repulſatorij cum articulis cau-
ſæ principalis, eodẽ modo infra terminum datum ad re-
pulſam, alias ſi ſecus fieret, pro quolibet articulo imper-
tinenter poſito in termino repulſæ pars ipſa principalis
teneretur pœna quinque tarenorum: & procurator pę-
na decem, vt dicit Regia pragmat. quæ incipit, contingit
ſæpè quæ eſt pragm. 12. in tit. de ordine Iud. & Marant.
in loc. præalleg. actu 13. num. 5. verſ. ad euitandas, vel vt
dictat quædam ordinatio Regis Ferdinandi I. nuper im-
preſſa inter nouiſſimas pragm. Illuſtriſs. Ducis de Alcalà
in reform. Sacr. Conſ. pragm. 30. incip. quiſquis de offic.
Sac. Conſ. pęna carlen. 10. & alia arbitraria attenta quali-
tate perſonarum, & cauſæ, vt ibi latius diſponitur.

¶Secundo not. ibi in dictis tamen, quod licet repulſa
non admittatur infra terminum datum ad probandũ, ta-
men quando teſtes repulſarentur ex capite inimicitiæ: ſe-
3 cus eſſet, arg. auth. ſi teſtis, C. de teſtib. † vbi quod exceptio
oppoſita ad impediendum teſtis receptionem, non admit
titur, niſi fuerit inimicitia ex cauſa criminali, & apparue-
rit de ea idem Marant. in pract. loc. præalleg. nu. 8. & Petr.
Foller. in d. verſic. concedatur repulſa, nu. 8. ſed in hoc iſte
Rit. non ſeruatur, & etiam ſi repulſa eſſet ex capite inimi
citiæ quantumcunq; capitalis, nõ admittitur infra termi-
num datum ad probandum, niſi renunciet futuræ repul-
ſæ, vt ſupra dixi, & videtur etiam ſentire hic Rit. in fin. dũ
dicit, quod quandoq; vidit exceptionem inimicitiæ non
admitti ante terminum repulſæ, poſſem hic multa dicere
in materia repulſæ, ſed quia latè ſcripſi ſupra in d. Rit. 73.
ibi videas. Salerni, die 1. Febr. 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXXXIII.

ITem ſeruat dicta Curia, quod dum petitur repulſa, terminus ad repellendũ teſtes, datur iſto modo, ad ponẽdum hodie, vel cras, ad probandũ per totum talem diem, & ſeruatur iſta practica.

Not.

Digitized by Google

NOt. ex hoc Rit. quòd cum petitur terminus ad repulſam, iudex debet dare vnum terminum ad ponendum, ſeu producendum poſitiones, & articulos : & alium terminum ad probandum, dicendo, quod per totũ hodiernum, vel craſtinum diem ponat, & per totum talẽ diem probet, vt etiam dicit alius Rit. ſupra 89. ſed vt ibi dixi, non ſeruatur in practica, tum quia terminus, qui datur ad probandum, intelligitur etiam datus ad ponendum, ſeu præſentandum articulos: (vt omnibus eſt ſatis notum) tum etiam, quia terminus ad repulſam ſemper intelligitur datus, & quotidie datur medietas termini dati ad probandum in cauſa principali, vt dicit Regia prag. curſu dilationum, pragm. 11. de ordine iud. & dixi ſupra in Rit. 73. in nota. quod nota. Salerni, die primo Februarij. 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXXXIIII.

ITem ſeruatur in petitionibus beneficij reſtitutionis, in illo videlicet beneficio, in quo nõ datur trminus ad probãdũ, ſicut petitio reſtitutionis dierũ præteritorũ feriatorum infra ferias non in honorem Dei, ſed de alijs ferijs, quæ concurrent alicui in aliqua cauſa, cui aliquis terminus datus erat, ita quod infra illum terminum ſibi datum, puta ad probandum, fuerunt dies feriati, puta 20. propter ferias meſſium; nam reſtituuntur illi data petitione, in qua nullus terminus datur, quia notorium eſt iudici, vt iudici: (ferias indixiſſe, & terminum illi dediſſe) peracta Curiæ, dies enim feriarum in honorem Dei, non reſtituuntur per ipſam Curiam, quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Notorium iudici, vt iudici, quid quomodo dicatur.*
2 *Iudex an ex allegatis, & probatis magis iudicet, quam ex his, quæ priuatus vidit?*
3 *Iudex ſecundum puriſſimam conſcientiam iudicabit.*

DIxi plenè de hoc Ritu ſupra in Rit. 92. qui cum iſto concordat, ideo ad ibi dicta me remitto.

¶ Nota in fin. Rit. ibi notorium iudici per acta Curiæ,
1 † quod notorium iudici, vt iudici dicitur eſſe illud, quod
2 conſtat ex actis, & id adeo verum eſt, † quod iudex ex allegatis, & probatis, potius quam ex his, quæ vti priuatus aliter cognouit iudicare debet, vt probat tex. iuncta glo. & Bar. in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præſid. & tex. iuncta glo. in cap. paſtoralis, §. quia vero, de offic. deleg. glo. in l. 2. de fer. in cap. 1. de offic. ord. & in cap. iudicet, 3. q. 7. Iaſ. in §. ſi minus, nu. 15. inſt. de actio. Præpoſ. in d. c. iudicet, col. pen. And. Alcia. in cap. 1. num. 83. de offic. ord. Sylueſt. in ſua ſumm. in verſ. iudex, lo ſecundo, quæſt. 5. & S. Thom. in 2. 2. q. 77. art. 2. & latè Fely. poſt Imo. & Barb. in d. §. quia vero, nu. 23. & licet Martinus antiquus Gloſſator relatus ab Accur. in d. §. veritas, Calde. & Abb. in d. §. quia vero, & idem Abb. & Imo. in cap. 1. de offi. ord. aliter voluerint, tenentes potius abſtinendum à iudicandi munere, quam contra propriam conſcientiam iudicandum: tamen vt ex prædictis, & alijs, quos citat Fely. in d. §. quia vero, communis opinio eſt contra ipſos, vt latè, & pulchrè ſcribit Didac. Couar. in lib. varia. reſol. c. 1. nu. 6. Vbi in vtranque partem arguit, & ita reſidet. Ego autẽ ſemper tenerem contrarium, & à iudicando potius abſtinendum, iuxta opin. præceden. pro qua facit maximè cõſtit. Regn. iudices vbique, vbi etiam Afflict. not. & Apo-
3 ſtill. ad eam, † quæ vult, quod iudices iudicent ſecundum puriſſimam conſcientiam, quod no. Salerni, die 2. Februarij. 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXXXV.

ITem ſeruat dicta Curia, quod cum actor, vel reus petit repulſam: tunc Curia interrogat aliam partem, ſi vult etiam repulſam, & vbi voluerit, datur ambabus partibus, vbi non vult, ſed abinde ad quindecim dies petat, vel circa, iſte alius; tunc Curia præſumit, quod ille, qui tunc non voluit, fecerit cauſa protelandi, quia tunc noluit, cum potuerit petere, & eſſet facta publicatio pro vtraq; parte, & ideo quando poſtea petit Curia, cum maiori deliberatione concedit dictam repulſam ei, qui tũc petijt, ideſt, magis differt Curia, antequam concedat, multoties ante concedit ex cauſa prædicta, vel alia arbitrio dictæ Curiæ.

ISte Rit. non eſt in obſeruantia, quia quando petitur repulſa ab vna partium, non exequitur voluntas alterius partis, ſed ſolum eidem intimatur petitio illius, qui petit repulſam, ad hoc, vt de ea notitiam habeat; & ſi quid habet in contrarium, valeat opponere, quia intimata ſiue velit, ſiue nolit, ſi nihil quod iuſtum, & legitimum ſit opponit, conceditur terminus ad repulſam, qui eſt medietas primi termini, vt dixi ſupra in Rit. 73. in 2. not. & Rit. 283. Et circa aliud, quod tractat iſte Rit. de termino repulſæ petitio poſt quindecim dies, per vnam partium, quod Curia ipſum concedit cum maiori deliberatione, quia poſtquam, tam diu ſtetit videtur animum habere protelandi litem: adde, quòd per Regiam pragm. curſu dilationum, §. quibus vltimis, lo primo, de ord. iud. certus terminus ſtatutus eſt ad repulſam petendum, quo elapſo, vlterius non auditur, etiam tetigi ſupra in d. Rit. 73. in princ. licet, vt ibi dixi, in practic. non multum aduertitur ad d. pragm. quod no. cætera in materia repulſæ, vide in dict. Rit. 73. ibi latè dixi. Salerni, die 3. Februarij. 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXXXVI.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd quando creditor præſentat inſtrumentum debiti contra debitorem ſuum, & inſtrumentum non eſt liquidum de ſe, & velit creditor liquidare inſtrumentum per petitionem præambuli, & per teſtes examinandos in dicta petitione, vt puta, quia eſt hæres creditoris defuncti; primo, & ante omnia præſentare debet in ipſa Curia inſtrumentum, & exprimere pro quanta quantitate præſentat inſtrumentum, & ſe obligat ad pœnam vnius floreni, pro qualibet vncia debenda ei per debitorem, & proſequi cauſam infra duos menſes, & deinde offerre petitionem præambuli, ad hoc, vt ſi appareat, quod dictus hæres, ſeu alius creditor non deberet habere integram pecuniam, pro qua ſe obligauerat, teneatur ſoluere eidem Curiæ dictam obligationem ad rationem de floreno vno per vnciã, & ſi inſtrumentum ipſum non præſentabit in dicta Curia, & obligationem ipſam non faciet, pri-

Digitized by Google

primo, & ante omnia (vt prædicitur) non
admittatur per dictam Curiam ad oblatio-
nem petitionis præambuli, pro eo, quod Curia
ipſa non intendit vexare partes, & iudicium
eſſet eluſorium.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſionarius nunquid præambuli petitionem offerre, ceſ-
ſionemq́; verificare, & liquidare inſtrumentum poſ-
ſit, ad modum hæredis.*
2 *Quæ ſunt ſtricti iuris, extendi non debent.*
3 *Habens vtilem actionem, poteſt petere exequutionem.*
4 *Ceſſionarius dicitur creditor.*
5 *Statutum exequutionem inſtrumentis præbens, quando
locum habeat.*
6 *In contractibus perſona extrinſeca nũquam ſubauditur.*
7 *Cautela, vt poſſit ceſſionarius inſtrumentum accuſare.*

TRactat iſte Rit. materiam præambuli, & eius formã,
ſed quia dixi plenè de ea ſupra in Rit. 178. & ple-
nius in Rit. 181. ad ibi dicta te remitto. Scias tamen, quòd
ea, quæ in hoc Rit. dicuntur de inſtrumento præſentan-
do, & obligatione præſentanda, antequam detur petitio
præambuli, in practica non ſeruantur, (vt omnibus eſt
notum.)
1 ¶ † Quæro in hoc Ritu, nunquid ceſſionarius ad mo-
dum hæredis, poterit offerre petitionem præambuli, &
verificare ceſſionem, & demum inſtrumentum liquidare,
iuxta formam Rit. 166. Afflict. in conſtit. Regn. eos, qui
ſcienter, q. 10. nu. 14. dicit, quod non, tum quia, eſſet con-
ſtandum ceſſionem factam ex cauſa oneroſa, citato prius
debitore, vt dicit Bal. in l. per diuerſas. q. 10. C. mand. quæ
quidem debitoris citatio in præambulo hæredis non re-
quiritur, ſecundum veriorem opinionem, quam ſupra
tenui in Rit. 181. verſ. quæro, tum etiam, quia iuramentũ
præſtitum in inſtrumento, non fuit præſtitum ipſi ceſſio-
nario de facie ad faciem, vt requiritur ſecundum eundem
2 deciſ. 64. † & propterea cum ſit ſtricti iuris, non debet
extendi, ſecundum Abb. Sicu. in c. clericus, de iureiu. Bar.
vero in l. 1. col. 4. verſ. quæro ex forma ſtatuti, ff. de actio.
& oblig. & Bal. in l. ex legato, in fin. ver. C. de leg. tenent,
3 quod ſic, ea quidem ratione, † quia habens vtiles actio-
nes ſicut habet ceſſionarius, poteſt petere exequutionem,
l. ſi procurator, ff. de procurat. & l. 4. §. 1. & 2. ff. de re iud.
vt dixi etiam ſupra in Rit. 178. q. 2. idem Io. And. in addit.
Spec. in tit. de ceſſio. actio. Bald. in d. l. per diuerſas, q. 10.
Pau. de Caſt. & Alex. in l. poſtulante, in prin. num. 5. ff. ad
Trebell. Rom. conſ. 38. & melius conſ. 142. Roder. Suarez
in l. poſt rem, amplia. 7. ff. de re iud. & Maran. in repet. l. ſi
4 actor, num. 20. & 22. ff. de prob. moti alia ratione, † quia
ceſſionarius dicitur creditor, l. ab Anaſtaſio, verſic. & in
alium creditorem. C. mand. & ideo ſicut ad inſtantiam
creditoris, eodem modo, & ceſſionarij fieri poterit, idque
etiam firmat Cauenſ. hic, & Grauine. in Rit. 164 qui ſe-
cundum meam computationem, eſt 166. 2. par. 23. declar.
num. 94. Non obſtat ſecundum Maran. & Cauenſ. quòd
iuramentum non ſit præſtitum à debitore ceſſionario de
facie ad faciem, vt dicebat Afflic. in d. conſt. & deciſ. quo-
niam etiam dici poſſet in hærede, & tamen non eſt du-
bium, quòd poteſt inſtrumentum liquidare, vt hic patet,
& in Rit. 178. & 181. ſed iſta reſponſio non placet, Gra-
uine. in loc. præall. quia adeo hæres põt inſtrũm liquidare,
quõ iuramentũ etiã ſibi præſtitũ fuit, dum ſemper pro ſe,
& hæredibus ſtipulentur creditores, quod quidem in ceſ-
ſionario dici non poteſt. Mihi vero iſta ratio non ſatisfa-
cit, quia licet iuramentum ſit receptum pro ſe, & hære-
dibus, tamen non propterea dici poteſt, quòd ſit præſti-
tum hęredibus, tñ non propterea dici poteſt, ꝙ ſit pręſti-
tum hæredibus de facie ad faciem; in tantum, quod dici
poteſt, vt etiam Maran. & Cauenſ. dicunt ſecundum eo-
rum reſponſionem, quod ſicut in hærede non obſtat ra-
tio iuramenti non præſtiti de facie ad faciem, eodem
modo non debet obſtare in ceſſionario. Tãto magis, quia
vt Cauenſ. hic dicit, nullus Rit. dicit, quod requiratur iu-
ramentum eſſe præſtitum de facie ad faciem, vt Afflic. aſ-
ſerit. Quid dicendum? ex prædictis patet, quod iſta ſecun
da opinio communis eſt inter DD. & eam communem
dicit Cępol. in l. creditores, q. 4. nu. 21. ff. de verb. ſign. li-
cet ipſe ibi aliter teneat ſub diſt. adeo quod vt Rod. Suar.
dicit in loco præalleg. nullum habet dubium, licet Marã.
dicat in loc. præalleg. quod in Regno de facto non ſerua-
tur. Ego autem arbitror primam opin. (vltra quod in
practic. ſeruatur vbique in hoc Regno) etiam in puncto
iuris veriorem, ea quidem ratione, quia communis eſt
5 etiam Doct. concluſio, † quod ſtatutum præbens exequu-
tionem inſtrumentis, non habet locum, niſi ad inſtantiam
creditoris nominati in inſtrumento, non autem tertij nõ
nominati, licet intereſſe prætendentis, nec etiam contra
tertium non nominatum, vt dicit Bald. in l. ſi pro te, per
illum tex. C. de dot. promiſſ. Alexan. in l. 1. §. ſi hæres, ff.
ad Trebellian. Aret. conſ. 86. diligenter. col. fin. Dec. conſi.
198. col. antepenul. & conſ. 410. col. 3. Iaſ. in l. iuriſgen-
tium, §. prætor ait, num. 13. ff. de pact. & Roder. Suarez
in l. poſt rem, limit. 2. ff. de re iud. licet fallat in vltimis vo-
luntatibus, ſecundum eundem Bald. in l. ſi pro te, & in l. ſi
cui legetur, §. Titio, ff. de legat. 1. item in alio caſu poſito
per eundem Bald. in l. vnic. §. videamus, num. 3. verſ. ad-
uertatis, C. de rei vxo. act. & Roder. Suarez in loc. præal-
6 leg. † Ratio illius concluſionis eſt, quia in contractibus
perſona extrinſeca nunquam ſubauditur, l. ſi ita ſtipula-
tus, §. Chryſogonus, ff. de verbor. oblig. Vnde cum ceſſio-
narius, in inſtrumento non terminetur, non eſt mirum, ſi
Rit. Regni dantes exequutionem inſtrumentis in ipſo lo-
cum non habent; nam & in ſimili habetur, quòd appel-
latione remota per reſcriptum intelligitur quoad litigan
tes, non autem quoad tertium in reſcripto non nomina-
tum, vt patet ex cap. ſuper eodem, in fin. de offic. deleg &
not. per Bart. in l. 1. §. interdum, ff. à quib. appell. non licet,
item quod nota. gloſ. in l. ſi creditor, in princ. ff. mand. vbi
quod regula, quæ habet nihil nouari appellatione pen-
dente, non habet locum quoad tertium in proceſſu non
nominatum, vt etiam referendo ſequitur Imol. in l. ſi quis
filio exhæredato, §. hi qui, ff. de iniuſt. teſtam. & l. qui à la-
tronibus, in fin. ff. de teſtam. Non obſtant allegata per Do
ctor. tenentes ſecundam opinionem, & primo non ob-
ſtat, quod dicitur de habente vtilem actionem, quod poſ-
ſit petere exequutionem: quia iura pro hoc allegata lo-
quuntur in domino, pro cuius procuratore fuit lata ſen-
tentia, quo caſu non eſt mirum, quia ſententia ipſa, quæ
fertur pro procuratore, ſemper nominat eius dominum.
Secundo non obſtat aliud, quòd ceſſionarius ſit creditor,
quia licet ſit creditor, & intereſſe prætendat, tamen non
propterea ſequitur, quòd ſit nominatus in inſtrumento.
Ex qua opinione, & eius ratione ſequitur, quod ideo hę-
res admittitur per hunc Ritum, & alios præallegat. facto
prius præambulo ad liquidandum inſtrumentum, quia
in omnibus inſtrumentis, creditores ſtipulantur pro ſe
ipſis, & ſuis hæredibus, & propterea cenſentur nominati
ſicut principales creditores, quæ bene nota, quia quoti-
die eueniunt in Tribunalibus, & vt credo, non reperies
ita diſcuſſa, & quæ diximus circa liquidationem inſtru-
menti, intellige procedere circa accuſationem obligatio-
num penes acta, ad quam ceſſionarius non admittitur, li-
7 cet procurator cum ſpeciali mandato ſic, † & ideo cau-
tela eſt, quod ad hoc vt ceſſionarius poſtea obligationem
accuſet, conſtituatur procurator primitus ad exigendum
à tali tot aureos ſibi debitos virtute obligationis, eumque
quietandum, &c. & ipſam obligationem caſſandum, &
caſu quo renitens fuerit, pœnam ipſius obligationis ac-
cuſandam, & accuſatam exequi faciendam, &c. & dictis
aureis exactis penes ſe retinendum pro totidem ab eo re-
ceptis

Digitized by Google

ceptis; ponens eum in locum, & vicem ſuam, &c. conſtituens ipſum procuratorem velut in rem ſuam, &c cedens ei omne ius, omnemque actionem, &c. quam formam bene nota in pract. vt ſcias illa poſtmodum vti. Salerni, die 3. Februarij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXXXVII.

ITem, quia iudicia claudicare non debent, & omnibus æqualiter ſunt obſeruanda, & iniqua iura conceſſa tollenda, & iure ęquo confirmanda, de certa noſtra ſcientia, ac proprio motu noſtro prædictis volumus, mandamus, & decernimus, quod omnes illæ perſonæ, vniuerſitateſque Regni prædicti, quibus forſitan per noſtram Maieſtatem, ſeu per noſtros prædeceſſores ſalui conductus, ſeu moratoriæ conceſſæ fuerint, ſeu in poſterum forſitan concederentur, de non trahendo ipſos, & quemlibet ipſorum in iudicio: motu proprio conceſſi, & concedendi cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, præeminentiæ, & conditionis exiſtant, vel exiſtat, teneātur, & debeant, ac teneatur, & debeat idoneam fideiuſſoriam cautionem eorum creditoribus, ad omnem ipſorum creditorum requiſitionem præſtare de ſoluendo debitum, ad quod eis tenentur poſt tempus ſtatutum, & eis in dictis ſaluis conductibus, ſeu moratorijs indultum, iuxta formam in moratorijs à iure communi ſtatutam, alias effectu dictorum ſaluorum conductorum, & moratoriarum careant ipſo facto, & eius huiuſmodi ſaluus conductus, & moratoria in iudicio, vel extra, non opituletur, quibuſcunque clauſulis derogatorijs in eiſdem ſaluis conductibus, & moratorijs forſitan apponendis, non obſtantibus quoquo modo, & præcipuè ſi in ipſis contineatur, quòd nō teneantur præſtare fideiuſſoriam cautionem.

SVMMARIVM.

1 *Moratoria, & ſalui conductus, à quibus conceduntur, & num. 3.*
2 *Forma petendi moratoriam pro debitis, remiſſiuè.*
3 *Moratoria, ſeu ſaluus conductus duplex.*
4 *Saluus conductus pro delictis, quando, & à quibus concedi poſſit.*
5 *Moratoria ad tempus conceſſa, quam conditionem, & clauſulam habeat. Cum limitat.*
6 *Moratoria, ſeu ſaluus conductus, nunquid ad iurata debita extendatur?*
7 *Princeps, & Pontifex actui iurato derogare non intendunt, & in num. 10.*
8 *Iuramentum per creditorem non ſolum diſpenſari, ſed remitti poteſt.*
9 *Iuramenti remiſſio ad quem ſpectet.*
10 *Princeps, ſuper iuramentis vim Apoſtolici habet.*
11 *Debitor in inſtrumento, ſi exceptioni moratoriæ, vel ſalui conductus renunciauit in ſpecie, nunquid moratoriam allegare poterit?*
12 *Conceſſa moratoria à Principe motu proprio, quem à creditoribus non moleſtandum: an de creditoribus ex delicto intelligatur? Cum ampliat. & limitat.*
13 *Creditor ratione delicti, an ſit propriè creditor.*
14 *Delinquentes in paupertate ſemper marceſcere digni ſunt.*
15 *Ratio legis, vel ſtatuti, legem ipſam, & quamlibet diſpoſitionem ampliare debet.*
16 *Moratoria, ſi conceſſa eſt ad tempus: nihilque de fideiuſſoribus dictum in ea; termino durante, an poſſet reconueniri?*
17 *Cautela duæ, per quas moratoria etiam fideiuſſoribus prodeſt, cum limitat.*
18 *Fideiuſſores largo ſumpto vocabulo, creditores dicuntur.*
19 *Moratoria, an aduerſus dotem etiam impetrari poſſit?*
20 *Moratoria, & bonorum ceſſiones contra Neapolitanos non admittuntur.*

NOta primo ex hoc Ritu in princ. quod æqualitas in iudicijs eſt ſeruanda, ſed quia de hoc latè dixi ſupra in Rit. 46. vbi idem diſponitur, ad ibi dicta me remitto. Secundo † nota, ibi, per noſtram Maieſtatē, quod moratoriæ, & ſalui conductus per Regem ipſum conceduntur, vt hic, & in l. quoties, C. de prec. Imper. offe. † Formā autem petendi à Rege moratoriam pro debitis, vide per Ant. Caium in Apoſtill. ad Ang. inſt. de exceptio. in rub. num. 15. † Adde tamen, quod cum moratoria, ſeu ſaluus conductus ſit duplex: vnus, qui fundatur in ſola gratia; alter, qui fundatur in iuſtitia: Ritus iſte, & tex. in dict. l. quoties, procedunt in moratoria, ſeu ſaluo conducto gratioſo, adeo quod iudex inferior à Principe non poteſt ipſum concedere, vt dicit Pau. de Caſt. in l. 1. §. qui magiſtratum, num. 9. per tex. ibi, & glo. ff. quod quiſque iur. in moratoria vero, vel ſaluo cōducto fundato ſuper iuſtitia, vt eſt propriè, quando maior pars creditorum petit à iudice, quod minor pars concurrat cum eis ad dandum quinquennalem dilationem debitori, ſecus eſt dicendum, & is poteſt per iudicem quemcunq; dari, & concedi, per tex. in l. fin. C. qui bon. ced. poſſ. vt etiam no. Ang. Pau. de Caſt. & Alex. in l. & ſuū, §. hodie, ſupra de pac. † Et, iſtud nedū verū eſt, cū concedatur debitori, verū etiam ſi concedatur delinquēti, dummodo fiat cum cauſa, vt dicit Bar. in l. illicitas, §. ne potentiores, num. 10. ff. de off. præſid. & in l. is qui reus, per gloſ. ibi. ver. vlterius, nu. 12. ff. de pub. iud. vbi etiam Imo. Bald. in l. ſed ſi hac, §. & ſi pœna, ff. de in ius voc. Afflict. deciſ. 4. & Gramm. no. 25. nu. 11. alias ſi ſine cauſa id fieret, eſſet gratia, & ab eo fieri non poſſet, ſed ſolum à Principe, vt dicit Bald. in l. reos, col. 9. C. de accuſ. Bar. in d. §. ne potentiores, Affl. in d. deciſ. & Boer. deciſ. 179. vol. 1. vbi latè de pœna infringentis ſaluū conductum, & per Guid. deciſ. 418.

5 ¶ † Tertio not. ibi, teneantur, & debeant, quòd moratoria, ſeu ſaluus conductus debitori conceſſus ad certum tempus, tacitam habet conditionem, & clauſulam: dummodo fideiuſſoribus caueat de ſoluendo finito tempore: aliàs moratoria ſibi non prodeſt, vt hic dicitur, & concordat cum l. vniuerſa. C. de precib. Imper. offer. Et iſtud adeo verum eſt, ꝙ etiā ſi in moratoria remittatur, adhuc tenetur ipſam præſtare, vt hic dicitur in fin. & voluit glo. quam ibi ſequuntur Bald. Salyc. Pau. de Caſtr. & Fulg. in d. l. vniuerſa. Quod tamen limitatur non procedere, ſecūdum Cyn. Bal. & Docto. prælleg. in d. l. vniuerſa. quando in ipſa moratoria eſſet clauſula, non obſtante, & licet Iaſ. in d. l. vniuerſa, nu. 15. videatur tenere, ꝙ etiam ſine tali clauſula poſſit remitti: tamen communis opinio eſt in contrarium, quæ tanto magis procederet in hoc Regno, quia Rit. noſter expreſsè ordinat, quod remitti non poſſit per reſcriptum ipſius moratoriæ. Intellige tamen iſtud nota. vt Ritus met dicit, dummodo petatur fideiuſſio à creditoribus, vt etiam dicit Glo. quam ibi ſequuntur communiter Scribentes in d. l. vniuerſa. in ver. præbeatur, in tantum, quod clauſula fideiuſſionis pręſtandæ, quæ ineſt in moratorijs, habet etiam ſub ſe aliam clauſulam,

&

Digitized by Google

& conditionem,dummodo à parte petatur (vt dictum eſt,) & valde exclamat Pau.de Caſt.in ead.l. vniuerſa, & ibidem Iaſ.in princ.vbi per hanc regulam infert ad multas quæſtio. idem Alex.conſ.210.viſis his, quæ narrantur in themate,vol.2.& Aret.conſ.137.clariſſime domine.

6 ¶ † Quæro primo in hoc Rit.nunquid moratoria, ſeu ſaluus conductus extendatur ad debita iurata, iſta quæſt. habet duo capita;primum eſt,quãdo ſumus in dubio; ſecundum eſt,quando ſumus in claris: primo caſu Alexan. in conſ.38.num.4.vol.3.& Iaſ.in l.quoties,2.not. C.de

7 prec. Imper.offer. concludunt, quod non, † quia Princeps,& etiam Summus Pontifex nunquam intelliguntur velle derogare actui iurato,vt probat tex. expreſſus in c. conſtitutus,extra de reſcrip.cum ſimilibus, quæ Alexan. allegat,etiam ſi adſit clauſula,non obſtante, vel alia clauſula derogatoria,vt dicit Glo. ſing.in c.cum non deceat, in Glo.fin. de elect.in 6.Cyn. Pau.de Caſt.& Iaſ.in l. fin. nu.5.C.ſi contra ius, vel vtil.publ.Imo.& Abb.in c.1.de his,quæ fiunt à maiori parte capituli, Alex.conſ.125.vol. 1. Ro.cõſ.393.426.435.& 404.& Tho. Ferra. cautela 55. oculata fide.Secundo caſu diſtingue, quod aut ſumus in moratoria fundata ſuper iuſtitia, vt quando conceditur à maiori parte creditorum,vt dixi ſupra in 2.not.aut in ea, quæ fundatur in ſola gratia Principis. Primo caſu, indu-

8 biranter conclude, quod ſic, † quia iuramentum nedum diſpenſari poteſt,ſed etiam remitti per creditorem, vt paret ex cap.1.de iureiur.& c.2.iuncta glo. in verſ. interpoſitione,de ſponſa.& in iure ciuili per tex. apertiſſimos,in l.Labeo,ff.de iur.iur.& l.fin.in prin. ff.qui,& à quib. manu.libe.non fiant, & ita videmus quotidie ſeruari, & practicari in iſtis moratorijs, quas vulgariter concurren-

9 tias creditorum appellamus. † Secundo caſu eſſet dicendum,quod non valeat,quia Princeps ſecularis non poteſt iuramentum remittere,nec etiam ſuper eo diſpenſare, cum ſpectet ad Eccleſiam, vel ad Romanum Pontificem, per cap.Venerabilem,de elect.& c.nouit,de iud. vt tenet Hoſt.in c.quanto,de iureiur. Ant.de Butr. in cap. contingat,in verſ.tertius caſus, & ibid.Imo.in 3. membro, & Abb.eod.tit.Cyn.Salyc. & Pau.de Caſt.in l.fin.C.ſi contra ius,vel vtil.publ.Alex.d.conſ.38.vol.3.& conſ.7. vol. 4.Bal.in l.fin. C.de non num.pecun.& Iaſ.in l.qui iurato. nu.26.verſ.quarta fuit ibi,quid tenendum, ff. qui ſatiſd. cog.ſed quia videmus in hoc Regno fieri contrarium, vt ego pluries,& pluries vidi concedi in debitoribus per inſtrumenta,& obligationes iuratas,dici etiam poteſt,quod ſic.Nec obſtant allegata in contrarium, quod Princeps non poſſit in iuramento diſpenſare, vel aliter diſponere, quoniam cum illud dictum tres alias habeat opin.vt dicit Iaſ.in l.qui iurato,verſ.tu aduerte, nu. 23. videtur in hoc

10 Regno recepta ſecunda opinio per ipſum relata, † quæ ſe habet,quod Princeps habet vim Apoſtolici ſuper iuramentis iuxta opin.Glo.& Bar.ibid.in l.adigere, §.quamuis,ff.de iure patron.Bald.in cap.2.col.pen. de prob. in l. 2.quæſt. 6.C.de reſcind.vend.in l.ſi quis inquilinos, §.ſi. per illum tex.ff.de leg.1.& in l iuriſgentium, §. generaliter, ff. de pact. Anchar.in cap.quamuis,de pact. in 6. & in conſil.110.cum ſimilibus, dummodo id faciat cum cauſa,vt dicit idem Bal.in l.2.in fin. ver. C. de ind. vidui. toll.prout ſemper videmus ex cauſis vrgentiſſimis ipſas moratorias concedere,quod nota. In Francia tamen ſeruatur,vt dicit Anto.Caius ad Ang.inſt.de excep. in rub. num. 13. quod iſto caſu apponitur clauſula, dummodo diſpenſetur ſuper iuramento à iudice Eccleſiaſtico.

11 ¶ † Secundo quæro,pone, quòd in inſtrumento eſſet renunciatum in ſpecie exceptioni moratoriæ, ſiue ſalui conductus, nunquid debitor poterit moratoriam allegare,Cyn.in l.fin.num.4.verſ.vlterius quæro, & ibid.Saly. verſ.quæro,cum Iacob.nu.6.C.ſi cõtra ius,vel vtil. publ. Pau.de Caſt.in l.fin.nu.3.& Iaſ.ibid.nu.21. ff.qui ſatiſda. cog.dicunt,quod ſic,ſi in petitione moratoriæ, de renunciatione fuit facta mentio, quia tunc videtur diſpenſatum per Principem, quod poteſt, iuxta ea, quæ in præcedenti quæſt.diximus,alias ſecus, & præſumeretur ſubreptitia,per ea,quæ in præceden.quæſt.diximus in princ. quod Princeps in dubio non cenſetur derogare actui iurato, & ita ſeruatur quotidie,& ſeruari vidi.

12 ¶ † Tertio quæro in hoc Rit. pone, quod conceſſa eſt moratoria alicui à Principe motu proprio,quod nunquã præſumitur,niſi dicatur,vt dicit Bart.in l.1.nu. 15. C.de peti.bon.ſubla.lib. 10.& in ea moratoria ordinatur,quòd à nullo eius creditore poſſit per tantum tempus moleſtari, nunquid intelligetur de creditoribus ratione delicti? Guliel.de Cune.in l.ſi ex parte, §.quanquam, ff. quod cũ eo. Rom.ſing.182.quid ſi Titius, Cępoll.in l.creditores, 8.not.num.3.de verbor.ſignif.& Rip.in l.1.num. 97. ff.ſi cert.pet.dicunt,quod non: ratio eſt, ſecundum Cœpoll.

13 ibi, † quia creditor ratione delicti, non dicitur propriè creditor,per illum tex.vt etiam not.Bar.in d.l.1.ff.ſi cert. petat.licet Rip.ibid.num.94.diſputando aliter teneat: & propterea verba ipſius moratoriæ in proprio creditore, qui eſt ex contractu,debet intelligi;item poteſt alia ratio aſſignari,ſecundum Rip. in d. l. 1. quia ſi ſecus diceretur, ſequeretur, quod Princeps faceret gratiam delinquenti; quod quidem dicere non debemus,non facta mentione de delicto,per cap.poſtulaſti, in verſ.non ita de leui, de reſcrip.& per ea,quæ not.latè Iaſ.in auth.res quæ,nu.20. C.commun.de leg. Ampliatur iſta concluſio ſecundum Rip.ibidem, etiam ſi propter paupertatem eſſet conceſſa

14 moratoria, † quia delinquentes digni ſunt in paupertate ſemper marceſcere, l.quiſquis, C.ad leg. Iul.maieſta. & l. bona fides,ff.depoſi.cum ſimilib.quæ ponit Iaſ.in d.auth. res quæ. Limitatur tamen ſecundum eundem, niſi ratio moratoriæ eſſet talis,quæ etiam in creditoribus ex deli-

15 cto locum haberet, quoniam tunc ſecus eſſet. † cum ratio legis,vel ſtatuti debeat legem ipſam, & quamlibet diſpoſitionem ampliare, l.regula, §.cum quis, ff.de iur.& facti ignor.& l.cum pater,§.dulciſſimis,ff.de leg.2. exemplum eſt ſecundum eum quotieſcunque datus eſt alicui ſaluus conductus, ad finem veniẽdi in Ciuitatem pro aliqua cauſa, nam tunc cum ſub illo fine ſubintelligatur etiã data ſecuritas recedendi, vt dicit Bart.in l.vtimur, ff. de ſepul. viola. & l.1.num. 4. ff.ad leg. Iul. Maieſta.& Guid. Pap. deciſ. 418. num.3.talis ſaluus conductus etiam creditores ex delicto, comprehendet, vt ipſum moleſtare nõ valeant,& in receſſu impedire, ne alias ſibi de nihilo ſeruiat,vt etiam firmat Bar. in proprijs terminis conſ. 169. ſtatutum Ciuitatis Tuderti.qui ſecundum Rip.taliter, & ob hanc rationem intelligi debet conſuluiſſe.

16 ¶ † Quarto quæro, pone, quòd moratoria conceſſa eſt alicui per tantum tempus, & in ea nihil eſt dictum de fideiuſſoribus ſuis, nunquid termino durante, conueniri poterunt? iſtam quæſtionem tangit Cyn. in l. quoties,nu.7.verſ.ſexto quæro,& ibidem etiam Bal.& Salyc. num.4.verſ.quæro an,C.de precib Imper.offer.Bart.in l. l.cum filiusfamil.§.ſi ſtipulatus ſum,num.2.in fin. ff.de verbor.oblig.Dyn.conſ.11.Bald.in l.tam mandatori, nu. 7.verſ.ſecundo quæro,C.de non numer.pecun.& Ange. inſt.de except.in rubr.verſ.ſecundo poſtquam, nu. 12.ex quorum dicto ſumitur concluſio, quòd cum iſtæ moratoriæ concedantur ratione perſonæ dubitoris, & vt plurimum,ac ſemper, ob eius paupertatem, ad perſonas fideiuſſorum non trahantur,per tex.in l.exceptiones, ff.de except.l.quia perſonale,cum ibi not.per Bar. ff.ſolut.matrimo.l.& ſi fideiuſſor,ff.de re iudic. & §. ſed quod prin-

17 cip.inſtit.de iure naturali,cum ſimil.per eos alleg. † Dantur tamen per eos duæ cautelæ, per quas per directum etiam fideiuſſoribus moratoriæ proderunt. Prima eſt, quod opponatur per eos exceptio diſcuſſionis principalis,iuxta §.1.in auth.de fideiuſſ. vel exceptio cedẽdarum, iuxta l.niſi,iuncta glo. & not. per Ang. ibi.ff.de pact. l. ſi ſtipulatus eſſes,§.1.iuncta glo.in verſ.exceptione, & l.vt fideiuſſor,ff.de fideiuſſor.nam tunc cum ſtante moratoria principalis excuti, nec etiam cedi poſſit, repellendi ſunt creditores, maxime quando moratoria eſſet ab ipſis credito-

dito-

Digitized by Google

ditotibus conceſſa, cum ad id, vt excutere, & cedere non poſſint; eorum culpa inciderint, argum. pro hoc l. ſi pupillus alterum. ff. de adminiſt. tut. Limita tamen non procedere iſtam cautelam ſecundum Cyn. & Salyc. in d. l. quoties, quotieſcunque moratoria conceſſa eſſet generaliter,
18 reſpectu omnium ſuorum creditorum; † quoniam tunc cum etiã ipſi fideiuſſores larè ſumpto vocabulo dici poſſint creditores, arg. l. 1. in fin. ff. ſi cert. peta. videtur etiam contra ipſos conceſſa; & propterea vocati, & exacti non poſſent interim habere recurſum contra eorum principalem. Item limita, quando in inſtrumento eſſet renunciatum iſtis exceptionibus, prout renunciari poteſt, vt dicit Glo. in d. l. ſi ſtipulatus eſſes, quoniam tunc ſecus, vt Gloſ. illa ibidem dicit. Secunda cautela eſt, quod conuentis fideiuſſoribus, debitor ipſe pro ſuo intereſſe comparear, & exceptionem moratoriæ alleget, ad hoc, ne ipſe per indirectum cogatur ſoluere, conuentus poſtea a fideiuſſoribus, iuxta l. indebitã, ff. de cond. indeb. & pro hoc tex. in l. idemque, §. generaliter, ff. mand. & l. procurator ad exhibendum, §. ſi procurator, ff. rem rat. habe. cum ſimil. cogita tamen, quia quando moratoria eſſet generaliter conceſſa aduerſus omnes creditores, repelleretur, tunc debitor ab iſta oppoſitione, per ea, quæ ſupra diximus in 1. limit. quæ bene nota, quia quotidie eueniunt in pract. Et adde, quod quæ dicta ſunt in moratoria debitori conceſſa, etiam in ceſſione bonorum locum habenr per eaſdemmet rationes.

19 ¶ † Quinto quæro in hoc Rit. nunquid etiam aduerſus dotem impetrari poteſt moratoria? Cauenſ. hic tangit iſtam quæſtion. num. 14. & dicit, quòd non, allegat pro hoc Io. Bapt. de Sanct. Blaſ. in tract. priuileg. dot. priuileg. 289. Dom. Auguſt. Carauita frater meus ſuper hoc paſſu diſtinguit, & dicit, quòd aut moratoria eſt conceſſa debitori per Principem ex gratia, iuxta terminos legis quoties, C. de precib. Imper. offer. aut per creditores. Primo caſu, dicit ipſe, procedat fauore dotis dictum Io. Bapt. & Cauenſ. Secundo caſu, quia talis moratoria fundatur in iuſtitia, vt dixi in principio iſtius Rit. per diſpoſitionem * l. fin. C. qui bon. ced. poſſ. tenet contrarium * quod etiam voluit Ioan. Bapt. loco alleg. priuileg. 260. verſ. eo quia diſpoſitio illius l. fin. etiam in dote locum habet, vt patet ex glo. l. ſi conſtante, §. quoties, in verſ. nec ferenda, in fin. ver. ff. ſol. matr. vbi Alex. & hoc clarius firmat nu. 11. circa fin. & ita dicit ſe obtinuiſſe in Sac. Conſilio, referente Domino Mar. Frizia cauſæ commiſſario, in cauſa Nobilis Gaſparis Faballis de Ebolo, qui dilationem quinquennalem obtinuit contra Io. Iacobum Columbam, Terræ Coliani, agentem pro dotibus ſuæ vxoris, & proceſſus conſeruatur penes Vollarum, Actuarium eiuſdem Sac. Conſ. quod bene nota, quia veriſſimum eſt, & quotidie practicatur, & obſeruatur in omnibus dilationibus quinquennalibus, quæ per creditores debitoribus cõceduntur. Vidi tamen pluries per Vicereges Regni, & eius Collaterale Conſilium concedi iſtas moratorias per annum, etiam aduerſus dotes, dummodo certum quid interim creditori ſolueretur, & inter alias recolo fuiſſe conceſſum Nobili Ioan. Anton. de Rabone de Ebolo contra quondam Magnificum Franciſcum de Fulgione eiuſdem Terræ agentem pro dotibus ſuæ vxoris, & ſororis dicti Ioannis Antonij.

20 ¶ † Vltimo, *a* vt nihil remaneat intactum, ſcias, quòd
a moratoriæ, & ceſſiones bonorum non admittuntur contra Neapolitanos, vigore eorum priuilegij, de quo in priuilegijs Ciuitatis Neapolis, fol. 41. verſ. magnifici viri, * & in pragm. 1. incip. Regente, de ceſſione bonorum. Salerni, die 5. Februarij 1560. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Vltimo. Adde, quoad ceſſiones bonorum moratorias, ſuperſeſſorias, ſaluos conductus, & dilationes gratias cõceſſas per Sereniſs. Reges, vt in cap. ciuitatis Neap. Nam per Regem Ferdinandum Primum, anno 1476. fuit prouiſum, quòd ceſſio bonorum fieri debeat cum ignominia, vt fol. 25. à ter. cap. 45. Fitque hodie ceſſio cum ignominia ſuper quodam lapide marmoreo, cum columna marmorea, ad quam cedens adhærer per ſpatium quoddam temporis nudo capite ante valuas Magnæ Curiæ Vicariç, erecto tempore Illuſtriſs. D. Petri de Toleto Nani, & Romæ olim columna poſita erat, ad quam ære alieno oppreſſi confugientes ſe dicto ære alieno liberabant, vt colligitur ex Cicerone orat. pro Seſtio, ibi. Alter vnguentis affluẽs, calamiſtrata coma, deſpiciens conſcios ſtupratorum, ac veteres vexatores tabulæ ſuæ puteali, & fœneratorum gregibus inflatus, atque perculſus, olim, ne ſcylleo illo æris alieni infido ad columnam adhæreſceret, in tribunatus portum confugerat, per Frider. anno 1496. ſtatutum fuit, quòd non concedantur in cauſis ſuperſeſſoriæ, vt fol. 32. à ter. cap. 21. per eũdem, eodem anno, quòd omnes dilationes, ceſſiones bonorum, ſeu quinquennales non habeant effectum contra Neapolitanos, niſi fiant cũ ignominia, vt fo. 34. cap. 33. per eũdem anno 1498. quòd omnes prouiſiones de ceſſionibus bonorum, de dandis bonis in ſolutum, & de moratorijs, non admittantur, vbi eſſent in præiudicium priuilegiorum conceſſorum Ciuibus Neapolitanis fol. 41. mag. &c. Per eũdem anno 1499. quòd non admittantur moratoriæ, nec ceſſiones bonorũ pro penſionibus bonorum, ac territoriorum locatorum, ac cenſuatorum, etiam in fauorem Neapolitanorum, vt fol. 43. à ter. Regente, &c. Per Regem Cath. anno 1505. quòd non concedantur moratoriæ contra Neapol. etiam ad inuicem, nec ſuperſeſſoriæ, vt fol. 62. à ter. cap. 64. & 65. Per eundem anno 1507. quòd contra Neapolit. non concedantur moratoriæ, vel aliæ dilationes, præterquam ſalui conductus, vt fol. 84. cap. 13. Per Carolum V. anno 1532. quòd non concedantur in cauſis ſuperſeſſoriæ, vt fol. 120. à ter. cap. 10. & per eundem anno 1554. in gratijs impetratis per Cardinalem Seripandum, quòd non concedantur guidatica aduerſus reſeruationem Regis Cath. dicto anno 1507. vt in gratijs c. 18. C. P.

RITVS CCLXXXVIII.

Capitulum emanatum à Duce Calabriæ, Domino Ioanni de Haia Regenti Magnam Curiam, de ſupplendis defectibus iudiciorum. Item, quod in deciſione cauſarum ciuilium in ipſis Curijs, & qualibet earum agitãdarum, ſeruetur, & ſeruari debeat litera Ducis Calabriæ, & æquitas ipſius, cuius tenor ſequitur, & eſt talis, Carolus Illuſtris Hieruſalem, & Siciliæ Regis Robert. primogenitus Dux Calabriæ, & eius Vicarius Generalis Ioannes de Haia paterno Cambellano Magiſtro Hoſtiario Conſiliario, & noſtræ Magnæ Curiæ Regenti, & Iudicibus eiuſdem Curiæ Conſiliarijs, & familiaribus paternis, noſtriſque ſalutem, & di-
a lectionem ſinceram. Deteſtantes *a* quod plurimum, & magis per ſophiſticas, quam veraces

Aduo-

ADDITIO.

a Deteſtantes. Adde, quòd per hoc cap. non ſuppletur lapſus inſtantiæ, ita inquit Paris tracta. Syndicatus, verſ. ſententia, §. reſtat, & pro intellectu huius capit. vide eundem Par. in eodem ver. §. vtrum, & in alijs ſequen. vſque, an ſi iudex in ſententia, & conferunt dicta per Bar. tract. Ad reprimendum, vbi inquit Par. Bar. ſomniaſſe hoc capitulum. C. P.

a Aduocatorũ verſutias, *a* veritas iuſtitiæ lateat, & celerem exequutionem eius, cuius debitores exiſtimus, inde finitum litium terminum non producat de certa noſtra ſcientia, & præſenti epigrammate declaramus, volumus, vobisque committimus,& iubemus expreſsè, vt ſignando proceſſus cauſarum, de quibus vos, vel veſtrum alter in dicta noſtra Curia, vt ordinarij, vel delegati eiſdem cauſis cognouiſtis, vel in antea cognoſcetis,vel quas ad vos deuolui per quamcunque viam contingat,vel continget, ex defectu omiſſæ ſolemnitatis iudiciariæ, proponi, allegari, dici,vel excipi contigerit eſſe nullos,dummodo alias debito modo ſuper negocio liqueat de pura ſubſtantia veritatis,propoſitione,allegatione, aut exceptione huiuſmodi non obſtante,tunc ad finalem deciſionem cauſarum ipſarum,Deum,& ipſam iuſtitiam habẽdo præ oculis,procedatis,aliquibus legibus,ſeu conſtit.cõtrarijs non obſtantibus,quoquo modo illo, vel illis ex veſtris iudicibus, qui præſens,ſeu præſentes extiterint exequutioni præſentium vacaturis, aliorum abſentia non obſtante,exceptis tamen priuilegijs conceſſis Comitibus,& Baronibus, tam generaliter,quam ſpecialiter, quæ ex vigore præſentium infringi nolumus quoquo modo.Datum Neapoli,anno Domini M. CCC. XX. die vigeſimaoctaua Decembris,ſecunda indi. Regnorum dicti domini patris noſtri anno vndecimo. Quas quidem literas declaramus, decernimus, & iubemus,intelligi debere de quacunque omiſſione, etiam ſubſtantialis proceſſus ſolemnitatis, dummodo alias ritè, & rectè ſententia proferatur.

A D D I T I O.

a Verſutias. Adde,quòd hinc eſt, quod legitur apud Ambroſ.in ſermonibus.Iuſtè Aduocato dicitur, redde quod accepiſti,quoniam contra veritatem feciſti,iniquitati adfuiſti,iudicem fefelliſti,iuſtam cauſam oppreſſiſti, de falſitate viciſti. Et Auguſtinus etiam in ſermonibus, Nihil, inquit,impudentius arrogantia aduocatorum, qui garrulitatem,authoritatem putant, & parati ad lites in ſubiectos tumide intonant.Præterea & Bernard. Hi ſunt, ait, qui acuerunt linguas loqui grandia, cum operentur exigua,largiſſimi promiſſores,parciſſimi exhibitores; diſerti aduerſus iuſtitiam,eruditi pro falſitate,ſapientes ſunt, vt faciant malum,benè autem facere neſciunt. Atque vt inquit Origenis, Ranæ ſignificant clamoſas aduocatorum allegationes,quæ inani, & inflata modulatione, velut ranarum ſonis, & cantibus mundo deceptionis fabulas intulerunt.Hi alias vulturij togati appellari conſueuerunt, nam (vt ait Inno.) ſæpè cauſas tantum differunt,quòd litigantibus pluſquam totum auferunt, quia maior eſt expenſarum ſumptus, quam ſententiæ fructus. Ideoque Bar.in repet. l.omnes populi, ff. de iuſt.& iur.aduocatos, & procuratores, canes appellat Curiarum, & deuoratores ciuium,cui ſe ſubſcribit Iaſ.in §. tripli, inſt. de action. Vt non immeritò Iureconſ.dixerit in l.4.§.1.ff.de aliena. iu.fic.mutan.cauſ. fac. non improbare Prætorem eius factum,qui tanti habuit, re carere, ne propter eam ſæpius litigaret,cum verecundia, & cogitatio eius,qui lites execratur,non ſit vituperanda.Hęc autem (bonis ſemper exceptis) aduerſus malos tantum, ſi qui modo huiuſmodi reperiuntur, qui vt inquit Seneca, in Tragedia Herculis furentis, Clamoſi rabioſa fori Iurgia vendentes improbi iras,& verba locant,contra quos multa etiam, ſuppoſititius noſtri defenſor in epiſtola purgatoria tract. noſtri,de commer.magiſtr.aut veritis,aut permiſſ. Cæterum,laudabile vitæque hominum neceſſarium eſt aduocationis officium, l.laudabile, C.de aduoca. diuer. iud. quo aduocati ambigua facta cauſarum dirimunt,ſuęque defenſionis viribus,in rebus ſæpe publicis, ac priuatis, lapſa exigunt fatigata reparant, nec minus prouident humano generi, quam ſi prælijs,ac vulneribus patriam,parenteſque ſaluarent,cùm non ſoli imperio militare dicantur, qui gladijs, clypeis,& thorace nituntur,ſed etiam aduocati, qui glorioſæ vocis munimine confiſi laborantium ſpem, vitam, & poſteros defendunt,l.aduocati,C.eodem titu. Vnde aduocatos fideles vitam actiuam ſine plica ducentes vitam ipſam magis fructiferam ducere exiſtimauit Hoſtien. in princ.ſeæ ſummæ, quam ſi contemplatiuam agerent. Meritoque Iuris Sacerdotes à Iurecon. appellatur, l.1.ff. de iuſt.& iure. C. P.

S V M M A R I V M.

1 *Aduocati cauillationibus vtentes, qua pœna puniantur.*
2 *Aduocati vtentes legibus,vt debent, ſunt pluſquam religioſi.*
3 *Celeres in expeditione iuſtitia eſſe debemus.*
4 *Cauſa in Regno ſola facti veritate inſpecta, omiſſis ſolemnitatibus terminantur.*
5 *Et propterea in Regno libellus, & litis conteſtatio non neceſſarij.*
6 *Iudexq; poſſe inuitis partibus, feriarum tempore procedere.*
7 *Officiales, in quibus cauſis ſportulas exigere poſſunt.*
8 *Verba ſententia,in cuius perſonam ſint dirigenda.*
9 *Princeps num ſolus cauſas ſummariè committere poſſit?*
10 *Sententia libello nonconformis in Regno,an valeat?*
11 *Appellans ab interlocutoria grauaminis cauſas,in ſcriptiſque appellare tenetur.*
12 *Effectus cauſa ſummaria, remiſſiuè.*
13 *Veritatis ſpecies ſex.*
14 *Iudices in omnibus cauſis,pra alijs,veritatem attendere debent.*
15 *Veritas amicorum cauſa non omittenda. Amicus Socrates, amicus Plato, ſed magis amica veritas, ibidem.*
16 *Veritas ſi ex actis vno modo, ex conſcientia alio appareat, quid ſequendum,remiſſiuè.*
17 *In cauſis etiam ſummarijs debet de negotio debito modo liquere.*
18 *Iudex iudicans ſola facti veritate inſpecta,iudicat tanquam Deus.*
19 *Poteritque in tali caſu teſtes infames, improbosque de iure admittere.*
20 *Vt non tollantur partibus defenſiones ad ius commune, conſtit. & cap. Regni recurrendum.*
21 *Procedendo ſola facti veritate inſpecta, Baronum priuilegia ſeruanda.*
22 *Ordo ſeu ſolemnitas iudiciorum duplex, alter de ſubſtantia,alter vero de iuſtitia.*
23 *Exceptio debet eſſe de regula.*
24 *Sententia dicitur de proceſſu, venitque actorum appellatione.*
25 *Verbum,ritè,ordinariè,rectè, iuſtitiam cauſa reſpicit.*
26 *Iudex pro tribunali ſedendo, & per ſe ipſum ſententiã proferre debet.*

27 *Di-*

Digitized by Google

27 *Diuerſum in Mag. Cur. & Reg. Audien. vigore inſerti decreti.*
28 *Vbi in cauſis ſummariè proceditur, poſſet & in eiſdem ordinariè procedi.*
29 *Quare inductum fuit per Rit. noſtros poſſe procedi in cauſis, omiſſis iuris ſolemnibus?*
30 *Lites ex arrogantia proueniunt.*
31 *Lis feſtinans effundit ſanguinem, multaque mala ipſius litis.*
32 *Iudex litigans cum aliquo, vt ſuſpectus recuſabitur.*
33 *Cauſa ſi capta ordinariè fuit poſtea ordo peruerſus, an poſſit de nullitate dici?*
34 *Stante quòd ſummariè procedi poteſt, an iurari debeat de calumnia?*
35 *Iuramentum calumniæ, de quo iure fuerit indultum.*
36 *Naturalia, quæ ſunt, derogari minimè poſſunt.*
37 *Iuramentum calumniæ eſt de ſubſtantialibus iudicij.*
38 *In cauſa appellationis, an ſola facti veritate inſpecta procedi poſſit?*
39 *In diſcuſſione cauſæ, ſi de peremptione inſtantiæ opponatur, nunquid ſola facti veritate inſpecta procedetur, ea non obſtante?*
40 *Inſtantia currit a die litis conteſtatæ.*
41 *Statuta, & Ritus emanarunt, vt lites citius expediantur.*
42 *Ratio vbi fauorabilis, ad ſimilem caſum extendenda.*
43 *Quis actus in ſummarijs cauſis ſit loco litis conteſtationis.*

NOt. primo ibi, Ioanni de Haia, quòd iſtud cap. dirigitur Magnæ Curiæ Vicariæ, ſed poſtquam per Reginam Ioãnam inſertum fuit inter alios Ritus Magnæ Curiæ, cum clarum ſit, quòd omnes Rit. vbique per Regnum ſeruari debent, vt late dixi ſupra in primo Ritu, remanet abſque dubio, quod etiam iſtud cap. tanquam Rit. Magnæ Curiæ in omnibus Curijs Regni ſeruari debet, vt etiam firmat Par. in tract. ſynd. in verſ. ſententia, §. eſt tamen, in fin. verb. & ita ſeruatur.

1 ¶ † Secundo not. ibi, Aduocatorum verſutias, quòd Aduocati, vt plurimum vtuntur verſutijs, & cauillatio-
* nibus, vt lites protrahant. * Ad quod vide notanda verba Auguſt. ad Macedon. relata per Luc. de Penn. in l. 1. C. de lucr. aduoca. lib. 12. vbi plus ſubdit, quòd hodie Aduocationis officium potius ad ſubuerſionem veritatis, quam elucidationem iuſtitiæ exercetur. Sed qui talia agunt ex malitia, puniuntur à lege in duabus libris auri, vt probat tex. in l. properandum, §. illo, & l. rem nouam, §. patroni, C. de iud. & inſuper tenentur ad reſtitutionem damnorũ per partem, ob eorum protractionem paſſorum, vt dicit Spec. in tit. de exceptio. §. viſo, num. 54. per conſtitu. vero Regni, quæ incip. aduocatos, puniuntur in tribus libris auri, & ab officio aduocandi priuantur cum perpetuæ infamiæ nota, (vt ibi patet,) & cum talis conſtit. in deſuetudinem abijſſet in hoc Regno, in grauem litigantium iacturam, nuper renouata eſt per Illuſtriſs. Ducem de Alcala in nouiſſimis pragm. in reformationibus Sac. Conſilij, pragm. 21. §. aduocatos, de offic. Sacr. Conſil. adeo, ꝙ tenentur hodie per illam conſtitu. anno quolibet iurare, quod partes, quarum patrocinium ſuſcipient, cum omni fide, & veritate adiuuabunt, cauſas deſperatas non recipient, & contra eorum conſcientiam nullatenus allega-
2 bunt, licet non ſeruent, quod de iuramento dicitur. † Si aduocati hoc facient, & etiam quòd non iurauerint, legibus vtentur, vt debent, meliorem vitam facient, quam Fratres Prędicatores, vel alij Religioſi, vt dicit Hoſtien. in proœm. ſuæ Summæ, & Alber. in l. 1. circa fin. princip. ff. de iuſt. & iur. ſinautem parum memores eorum animæ, minimè ſeruabunt; malè morientur in eorum peccatis, iuxta tex. 1. quæſt. 7. cap. conuenientibus, circa princip. & ad illud Tribunal proferentur, vbi nullum habebunt de allegationis nitore, ſubſidium, vt dicit Specu. in d. §. viſo, num. 55.

3 ¶ † Tertio not. ibi, celerem exequutionem eius, quòd Rex Regni dicit ſe debitorem celeris expeditionis iuſtitiæ, & infra in Rit. ſeq. dicit hoc cordi ſibi eſſe, vt breuem finem litibus imponat, idem in conſtit. Regn. animalia, verſ. notum, vbi etiam Afflic. in 1. not. & in conſtit. peſſimam, num. 2. Summus etiam Pontifex in c. finem litibus, & c. fi. de dolo, & contum. in prin. & in c. cum te conſul. de offic. deleg. iſtud etiam ordinat in cap. nonnulli, extra de reſcrip. dicit, quod lites potius reſtringi, quam laxari debent. In iure etiam ciuili ſunt nonnulli tex. qui dicunt, quod litium finis eſſe debet, vt patet ex l. properandum, in princ. C. de iud. in l. litibus, C. de agric. & cenſit. lib. 11. l. fratris, C. de tranſac. & l. fin. ff. de tranſac. cum ſimilibus, quæ dixi ſupra in Rit. 10. in princ.

4 ¶ † Quarto not. ibi, ex defectu omiſſæ ſolemnitatis iudiciariæ, iunctis alijs verbis, ibi, ſubſtantia veritatis, quod cauſæ in hoc Regno, omiſſis ſolemnitatibus iudiciorum, ſola veritate inſpecta, terminantur, ideſt, ſummariè, & de plano cognoſcuntur, quia omnia iſta verba iſtum ſenſum habent, vt dicit Par. in tract. ſynd. in verſ. ſententia, §. verum iudex, num. 11. & idem quod hic diſponitur infra in Rit. ſequen. ibi, ſola veritate inſpecta, & in Reg. pragm. incip. diſpendia litium, de ord. iud. in tantum, quòd per hunc Rit. & per ſeq. & d. prag. omnes cauſę in hoc Regno ſunt ſummarię, & ad hunc effectum quotidie cita-
5 mus hos Rit. & d. pragm. † Ex hoc ſequitur primo, quòd libelli, & litis conteſtationes in cauſis in hoc Regno non ſunt neceſſariæ, vt probat tex. in clem. ſępè, de verb. ſign. Par. in d. §. verum, num. 12. & §. an dictum, in princ. verb. nam quamuis Oldra. conſ. 244 in princ. & Fely. in c. exceptionem, col. fin. verſ. tertio intellige niſi eſſet cauſa, de
6 exceptio. † Secundo ſequitur, quod tempore feriarum meſſium, & vindemiarum iudices procedere poſſunt, etiã inuitis partibus, vt dicit tex. d. clem. ſæpè, iuncta glo. in ver. ob neceſſitates, & Marant. in pract. par. 4. diſt. 9. num. 19. & diſt. 16. nu. 85. quod etiam dixerat glo. in conſtitu. Regn. Baiulos, & ita ſeruatur in hoc Regno in omnibus Curijs, præterquam in Ciuitate Neapol. vbi feriæ æſtiuæ ſeruantur, & niſi per Viceregem concedatur ſpecialiter ad inſtantiam partis, quod ferijs non obſtantibus, proce-
7 di poſſit, non proceditur. † Tertio ſequitur, ꝙ officiales in cauſis vertentibus, cum ſint ſummariæ in hoc Regno, non poſſunt exigere ſportulas, ſecundum Bal. in authen. generaliter, col. 1. C. de epiſc. & cler. vbi circa ſportularũ actionem æquiparat cauſas miſerabilium perſonarum, & cauſas ſummarias, & ſequitur Arno. commenta. 30. hocq; prohibitum eſt etiam per alias nonnullas pragmat. huius Regn. videlicet, per pragm. quæ incip. Vniuerſis, & ſingulis, per pragm. Renouamus etiam, & per pragmat. quæ incip. & vt etiam vaſſallos, in tit. de trigeſi. & ſalario official. Vtinam autem, ꝙ non datur pro ſportulis, nõ detur
8 pro ſubornatione, & barattaria. † Quarto ſequitur, quòd, licet regulariter de iure ciuili, verba ſententię debeant dirigi in perſonam procuratoris, non domini, ſiue ſit condemnatoria, ſiue abſolutoria, vt probat tex. & ibi Bald. in l. 1. C. de ſent. & interloqu. omn. iud. & Rom. ſing. 452. per tex. in cap. inter dilectos, in fi. extra de fid. inſtrum. licet ſecus ſit in pupillo litigante per tutorem, cum etiam in ipſum pupillum dirigi poſſint, ſecundum Bart. in d. l. 1. & l. ſtipulatio iſta, §. ſi ſtipuler, nu. 2. ff. de verb. oblig. & Abb. qui rationem diuerſitatis aſſignat in c. licet, in fin. de proba. tamen in hoc Regno, in quo cauſæ ſunt ſummariæ, poſſunt dirigi etiam in dominum, vt dicit Imo. in d. clem. ſępè, Rom. ſing. 21. & Pau. Pariſ. ad Bart. in d. l. 1. de conſuetudine tamen ſeruatur in hoc Regno, iuxta opin. gloſſ. in d. l. 1. & verba diriguntur in perſonam vtriuſque, ſicque ego pluries ſeruaui, cùm eſſem Iudex Sa-
9 lerni, & ſeruari video. † Quinto infertur, ꝙ licet ſolus

Princeps poſſit committere cauſas ſummariè, & de plano, vt dicit Iſer. in procem. conſtit. Regn. Spec. tit. de legato, §. ſupereſt, verſic. ſed nunquid legatus, & Afflict. qui alia allegat in tit. quæ ſint rega. in princ. num. 104. tamen in hoc Regno etiam Barones hoc poſſunt, vt etiam dicit Par. in tract. ſynd. in verſic. ſententia, §. eſt tamen, & Afflict. in procem. conſtit. Regn. quæſt. 9. num. 6. & in conſtit. Regn. authoritatem, la prima, in 2. notab. quia cum cauſæ omnes ſint ſummariæ in hoc Regno, & de plano cognoſci poſſunt, non dicuntur de nouo committere, ſed id quod conceſſum eſt per hunc Rit. & ſeq. & d. pragm. diſpendia litium, excitare, arg. l. 1. §. dato, iuncta Gloſſ. ff.
10 à quibus appell. non licet. † Sexto infertur, quod ſententia in hoc Regno licet non conformis libello, valet, vt dicit Bar. conſtit. ad reprimen. in verſic. videbitur, Bald. in l. nemo, C. de ſent. Aret. conſ. 83. diligenter, Iaſ. in l. certi conditio, §. ſi nummus, nu. 32. & 33. ff. ſi cert. pet. Gram. deciſ. 15. num. 3. deciſ. 19. num. 3. & conſ. ciui. 94. num. 2. & Maran. in pract. par. 4. diſt. 9. verſ. duodecimo operatur nu. 3. ſtante maxime Rit. ſeq. qui dicit, quòd ſufficit, quòd ex articulis, poſitionibus, capitulis productis, aut probatis, confeſſis, narratis, aut concluſis conſtet de veritate
11 eorum, pro quibus agitur. † Septimo infertur, quòd licet appellans ab interloquutoria teneatur exprimere cauſas grauaminis, & appellare in ſcriptis, per cap. cordi nobis. vbi not. Gemin. de appell. in 6. & plenè Marant. in pract. par. 6. in verſ. appell. nu. 153. verſ. ſecunda differentia, tamen cum cauſæ omnes in hoc Regno ſint ſummariæ, ſufficit ſi viua voce appelletur, & cauſæ grauaminum nõ exprimãtur, vt not. Ang. conſ. 267. incip. conſtit. Philip. Frã. in cap. vt debitus honor, nu. 15. de appella. & Pet. Foll. ad
12 Maran. in loco præalleg. nu. 254. † Item inferuntur alia multa, quæ latè enumerat tex. in d. clemen. ſæpe, & latiſſimè Marant. in pract. par. 4. diſt. 9. num. 11. verſic. primo igitur, & in repet. l. is poteſt, nu. 193. cũ ſequen. ff. de acq. hæred. vbi omnes effectus ponit, qui naſcuntur ex cauſa ſummaria.

13 ¶ † Quinto not. ibi, ſuper negocio de ſubſtantia veritatis, quod reperitur vna veritas, quæ dicitur veritas negocij per hunc Rit. & per prag. Regn. diſpendia litium, de ord. iud. appellatur veritas facti. Secũda veritas reperitur, quæ dicitur veritas vitæ, & hæc eſt ipſe Chriſtus, Io. c. 12. & Matt. c. 24. Ego ſum via, veritas, & vita. Tertia dr̃ veritas humanæ iuſtitiæ, quæ de cœlo proſpexit, & eſt illa, quę reperitur in legibus diuino quodã motu, per ora Principum promulgata, l. 1. §. ſed neque, C. de veter. iur. enuclea. & l. fin. iuncta Glo. in verſ. diuino, C. de pręſcrip. longi temp. & hęc pertinet ad iudicem, ſecundum Gloſſ. in cap. 2. in verſ. multitudo, de tempo. ord. & in cap. qui ſcandalizauerit, extra de reg. iur. & ligat in foro conſcientię, cap. fin. 16. quæſt. 3. nota. in d. l. fin. & pulchrè per Cagno. in procem. ff. §. hanc conſtitutionem, nu. 107. Quarta dicitur veritas doctrinę, ſiue diſciplinæ. c. quando ergo, 11. q. 3. & hæc pertinet ad Pręlatum, vt dicit gloſ. in d. c. 2. & cap. qui ſcandalizauerit. Quinta dicitur veritas philoſophiæ, de qua dicitur in l. 1. §. 1. ff. de iuſt. & iur. ibi, veram, ni fallor, philoſophiam, & eſt verus amor ſapientiæ, vt etiam patet ex Gl. ibid. & latius ex Napod. in conſuet. Neap. in 1. conſuetu. incip. Carolus, nu. 13. cum ſeq. potes etiam addere ſextam veritatem, quę dicitur veritas bonę vitę, & eſt illa, quę pertinet ad vnumquemque hominem, ſecundum glo. in d. c. 2. & c. qui ſcandalizauerit, ad quam breuitatis cauſa me remitto.

14 ¶ † Sexto not. ibi, pura ſubſtantia veritatis, a quòd iu-
a dices in omnibus cauſis veritatem præ alijs debent attendere, ſicuti etiã habes infra in Ritu ſeq. & in d. Reg. prag. diſpendia litium, & vt dicitur in c. iudicantem, 30. q. 5. & c. occidit, 23. q. 8. & not. per Bald. in l. fi. in fi. C. de eden. l. neque, & l. fi. C. de teſt. iudex modis omnibus conari dẽt, vt ipsã inquirat. Hinc Prouerb. c. 3. dicitur, Miſericordia, & veritas te non deſerant, Eccleſiaſt. 4. Non contradicas verbo veritatis vllo modo, Pſal. 30. in fi. Quoniã veritatẽ requirit Dominus. & Corinth. 2. c. 13. Non poſſumus aliquid aduerſus veritatem, ſed pro veritate. Eſtq; adeo vera
15 iſta concluſio, † quòd etiam amicorum cauſa, veritas omitti non debet, vt dicit Soc. conſ. 8. viſis, verſ. qualitercunque, cum verſ. ſeq. vol. 1. quia amicus Plato, amicus Socrates, ſed magis amica veritas, vt latius de veritate dixi in prag. falſorum teſtium, in princ. pragm. 4. incip. quoniam falſorum, de falſis, poſt Parid. in tract. ſynd. in verſ. ſententia, §. reſtat, num. 7. cum ſeq.

16 ¶ † An autem ſi veritas vno modo ſibi pareat ex actis, & alio ex conſcientia, teneatur ſequi acta, vide quæ dixi ſupra in Rit. 284.

17 ¶ † Septimo not. ibi, debito modo ſuper negocio liqueat, quod licet in hoc Regno omiſſis ſolemnitatibus iudiciarijs, attenta veritate, procedatur in cauſis: attamen de negocio debet debito modo liquere, idem Bart. in l. ſi filius, ff. de donat. & in conſt. ad reprimendum, in verſic. videbitur, & Par. in ſyndica. in verſ. ſententia, §. vtrum, num. 10. vbi quod ſolemnitas iuris naturalis, vel gentium non videtur remiſſa, ſed ſolius iuris ciuilis, & quod propterea legitimus nnmerus teſtium, defenſioneſque legitimæ citata parte, ad omnes actus ſunt neceſſariæ. Et ideo per Reg. prag. diſpendia litium, in fi. de ord. iud. dicitur, quod circa probationes neceſſarias per iſtum Rit. ſeu capitulum, nec per ipſam prag. intelligitur derogatũ diſpoſitioni

ADDITIO.

a Veritatis. Adde, quòd veritas ſemper inquirenda eſt, l. ſi eũ, in princ. ff. ſi quis cautio. & cap. etiam iudice inueſtigãdi, l. is apud quem. C. de eden. Imo, tamdiu actio ventilanda eſt, quamdiu ad rei veritatem perueniatur, c. iudicantem, 30. q. 5. & de veritate, non de apicibus iuris diſceptandum eſt, l. ſi fideiuſſor, § quędam, ff. mand. & ſine veritate, actio minime eſt concedenda, l. ſi veritas, C. de fideicomm. Præterea veritas ſemper ſeruanda eſt, l. 1. C. de non numerat. pecun. ipſaque magis quam opinio inſpicienda eſt, gloſſ. in l. ſi pupilli alias. Item ſi cum putaui, §. ſe, titul. ff. de negot. geſt. & in l. dolo, ff. de ſer. corrupto. Nam veritas nunquam moritur, l. vbi, C. de falſ. iuxta illud prophetæ, Pſal. 99. ibi, & vſque in generatione, & generationem veritas eius, & Pſalm. 116. ibi, Et veritas Domini manet in æternum. Præterea, veritati conſuetudo cedit, c. veritate, cum ſeq. 8 diſt. Ideoque nec legum ſubtilitate deletur, neque confunditur, l. in rebus, C. de iur. dot. nec imagine naturę obumbratur, l. filio, ff. de liber. & poſth. & vel à quocunq; dicatur præponenda eſt, vt per glo. in c. ego, ver. quantalibet, 9. diſt. Cum in veritate, filius patri præponatur, cap. quęritur, 2. q. 7. Sententiæq; ad veritatis indaginem, non ad motum propriæ rationis ferendæ ſunt, l. fin. C. de appell. præſcriptioneq; veritatis oppoſita, pro tenore veritatis, non deprecantis ad firmatione iudex datus cognoſcere debet, l. 2. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. &c. Nam veritate Deo placemus, vt inquit glo. in l. 3. C. eod. Veritas enim nil aliud eſt, quam ipſa rerum conſtãtia, & firmitudo, & baſis, ac fundamentum Iuſtitiæ, qua virtute nulla pręclarior, ſecundum Bald. conſ. 343. 1. par. tantaque eſt eius vis (vt pręclarè inquit Cicer. orat. pro Cęlio) quòd contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, facilè ſe per ſe ipſam defendit, veritaſque rerum erroribus geſtarum non vitiatur, l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præſ. & d. l. ſi fideiuſſor, §. quędam, ff. mand. vnde veritatis amatores eſſe debemus, l. ſi ita, ff. de cond. & demon. §. enim vero, in fin. auth. de trien & ſemiſ. veritaſque ſpectanda eſt, l. ſi forte, ff de caſtren. pecu. Imo colenda, l. 1. C. de dedit. liber. tollen. nec immeritò quando quidem inquit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vt legitur apud Ioan. c. 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Veritas inquam, quæ de terra orta eſt, vt inquit Dauid Pſal. 84. Et vide Marian. Soc. conſ. 8. inter conſil. Bart. Soc. 1. vol. Par. trac. ſyndic. ver. ſententia, §. reſtat, & vide quę diximus infra ad Ritum 289. verſ. inſpecta. C. P.

Digitized by Google

ſtioni iuris communis, conſt.& cap.Regn.immo ſecundum Bar.& Parid.in proxime citatis locis, cum per hunc Rit.non ſolum debeat de negocio liquere,ſed etiam debito modo liquere,quod eſt tantum, quantum dicere legitimè, licet remittantur ſolemnitates iuris in cauſis, intelligatur in omni parte pceſſus, preterquam in probationibus,in quibus ordo iuris requiritur,ad hoc, vt dici poſ-
18 ſit liquere de negocio debito modo. Et ex iſto not. † ſequitur primo,quod licet vbi iudex poteſt iudicare ſola facti veritate inſpecta, poſſit tãquam Deus,vel Princeps, eſſe iudicaturus ſolum ſecundum eius conſcientiã, innitendo veritati,abſq; aliqua probatione, & etiã adhibẽdo fidem priuatæ ſcripturæ in fauorem ſcribentis, vt dicit Bar.2.conſ.82.punctus quæſtionis,col.1.Aret. in c.dilect. col. 3.de iud. Alex.conſ.6.col.2.in princ.vol.3.& cõſ.189. in fi.vol.6.Fely.in c.olim,col.penul.de accuſa. Dec.conſ. 631.in fin.& 699.col. fin. Par.d.§. vtrum, verſ.ſed inter. nu.5. Aymo.in tract.de antiq. temp.par.1.nu.202.cum ſeq. Marant.in pract.par.4.diſt.9.verſ.ſecundo quæro,nu. 26.& pulchrè Gram. in quibuſdam alleg. quas habeo ad pennam, in fauorem Magiſtri Bartholomæi de Venuſio, verſ.nec militat,fol.93. vol.1. attamen in hoc Regno locum non habet, quia debet de negocio liquere, & debito
19 modo liquere,vt dictum eſt. † Secundo infertur per eandem rationem, ꝙ nec etiam poterit iudex in hoc Regno adhibere fidem teſtibus aſſignãtibus cauſam veriſimilem, licet de iure non concludentem, nec etiam admittere teſtes infames, vel alias de iure reprobos, licet vbi ſola facti veritate inſpecta iudicari poteſt ſecus ſit, ſecundum Bart. in d.l.ſi filius, colum.2. ff. de don. Aret.in l.eum qui,§.filius, 2.not.ff.de acquiren.hæred.& Marant.d.diſt.9.num. 18.de quo valde miror,quòd firmando ſupradicta, cum
20 bene ſciuiſſet hunc Rit.tranſiuit ſicco pede. † Tertio infertur, ꝙ vbicunque tractatur de materia probationum, vel ꝙ nõ tollantur defenſiones partibus, debemus recurrere ad ius commune, conſt.& cap.Regn. quia in eo iſte Rit.nihil ſeruit,vt etiam firmat Luc.de Penn. in l. litibus, col.2.verſ.& dic talem, C.de agric.& cẽſ.lib.10.vbi quod lites in eo tantum ſunt accelerandæ, propter quod poſſet iudicium prorogari, non tñ legitimæ, & neceſſariæ probationes ſunt omittendæ per clem. ſæpe, verſ.non ſic tamen,quæ hoc dicit ad literam,de verb.ſignif.

21 ¶ † Octauo no.ibi,exceptis tamen priuilegijs, quod licet in hoc Regno per hũc Rit. procedatur in cauſis,omiſſis ſolemnitatibus iuris.ſola facti veritate inſpecta: tamen hoc fallit,vbicunq; ageretur cauſa alicuius Baronis: qm̃ tunc non obſtante hoc Rit.ſeruanda eſſent priuilegia Baronibus conceſſa,ſupple tu per conſt. Reg.vt vniuerſis,& conſt.proſequentes, vt etiam dicit Par. in tract.ſynd.in verſ.ſententia,§.vtrum iudex, nu.7.

22 ¶ † Nono not.ex additione poſita in fin.Rit.ibi,ſubſtãtialibus ſolemnitatibus, quod cum ſolemnitas, ſiue ordo iudiciarium ſit duplex,vt dicit Iſer.in proœm.conſt. Reg. col.8.verſ.ſecundo caſu, Hoſt. in ſum.de ſent.§.qualiter, verſ.is eſt ordo,& Sebaſt.Vant.in tract.nulli.tit.de nullit. ex defectu proceſſus,nu.16.cum ſeq.vnus qui dicitur eſſe de ſubſtantia iudicij, vt libellus, litis conteſtatio,& alia, quæ Hoſt.& Sebaſt.enumerat poſt gl.in l.prolatam,C.de sẽt.& interloc.omn.iud.qui ſi omittatur,vel peruertatur, facit proceſſum nullum ipſo iure, per d.l.prolatam. Alter qui dicitur eſſe de iuſtitia,vt ſunt poſitiones,& reſpõſiones teſtium,& inſtrumentorum productiones,& alia per Hoſt.enumerata, qui ſi omittat,licet non faciat proceſſũ nullum:tñ appellari poteſt, tanquam à grauamine illato ſecundum eund.Hoſt.tamen iſte Rit.volens,quod nõ obſtante omiſſione ſolemnitatis iudiciariæ, procedatur ad expeditionem cauſarum,inſpecta veritate, habet locum, ſiue ſit ſolemnitas,ſeu ordo,qui ſit de ſubſtantia, ſiue qui ſit de iuſtitia. Et propterea ſecundum Par.in d.§.vtrum, nu.13. circa fin.ver.& tamen aduertendum,fuit facta iſta additio,ſeu declaratio,quod no.

23 ¶ † Decimo no.ibi,dummodo ſententia,quod cum exceptio debeat eſſe de contentis in regula,ſecundum Bart. in l.fi.ff.de reg.iur.vt dixi latius ſupra in Rit. 11. iſte Rit.
24 † probat, quod ſententia dicitur eſſe de proceſſu, facit tex.in l.actorum,vbi not.Bart.ff.de re iud. & in l.in fraudem,§.neq;,ff.de iur.fiſci,& licet tex.in l.2. C. vt lit.pẽd. videatur probare contrarium: tamen veritas eſt,vt ibi dicunt Cyn.& Bal. quod ſentẽtia venit appellatione actorum,ſeu proceſſus,vt hic. Nec obſtat illa l.2. quoniam, vt Cyn.ibid.dicit,ideo primo nominantur acta, & poſtea ſententias, quia poſuit genus, & poſtea ſpeciem, adeo ꝙ ſecundum eum actorũ appellatio cõtinet genus,& ſimiliter appellatio proceſſus,ſentẽtiæ vero continet ſpeciem, & ita etiam ſe habet communis vſus loquẽdi,vt ſub proceſſus,vel actorum nomine, intelligantur etiã ſententiæ.

25 ¶ † Vndecimo not.ibi,dũmodo alias ritè,& rectè,quòd cum verbum ritè, reſpiciat ordinem, rectè verò iuſtitiam cauſæ,vt dicit Gl.in l.2.ff.de inoff.teſt.& in l.non putauit §.non quæuis,ff.de bono.poſſeſſ.contra tab.not.Alexan. in l.3.de libe.& poſth.& Dec.in l.infantis, C.qui admitt. ex his verbis ſequitur ſecundum Parid. in tracta. ſynd. in verſ.ſententia,§.vtrum,in fin.ver.cap. quod iudices in hoc Regno in prolatione ſententiæ debent ſeruare ordi-
26 nem ſtatutum, † qui eſt, vt proferant ſententiam ſedendo pro tribunali,& per ſe ipſos legãt, & non per alios,ne alias ſententia ſit nulla, vt probat tex.in c.fin. de re iud. in 6.in auth.de iud.§.ſedebunt,glo.in authen.vt ab illuſtribus,& qui ſuper eos,in verbo ſedere, Hoſtien. in loco ſupra allegato,& latè Sebaſt. Vant.vbi ſupra, nu. 84. & 85. verſ.diximus,licet ſi iſta verba non fuiſſent addita, ſecus eſſet,quia vbicunque ſummaria, & ſola facti veritate inſpecta,procedi poteſt, talis ordo non requiritur, vt probat tex.in clem.ſæpè,§.ſententiam, & ibi glo.de verbor. ſignif.Rom.conſ.497.diligenter col. 1. Lanfran. in repet. c.quoniam contra,in verſ.interloquutoriæ, num.21.de prob.Par.in præalleg.§.vtrum,num.12. ver.nec requiritur,Marant.in pract.par.4.diſt.9.nu.29. & Sebaſt. Vant.
27 in loco præalleg.num.84. † Hodie tamen in Magna Curia Vicariæ,& etiam in Regia Audientia Principatus citra,& Baſilicatæ, quod dicitur de probatione ſententiæ facienda, Curia ſedente pro tribunali,non ſeruatur ob quoddam decretum ibidem prolatum, quod quia nondũ impreſſum fuit ad legitimam vtilitatem ſubnectam, vt habui ex Inferno Magnæ Curiæ 34.circa fin. Die 29.mẽſis Ianuarij 1538.Neap.Cur.pro tribunali ſedente,prouiſum eſt,& decretum,quod omnes actus iuridici ſoliti fieri in Curia pro tribunali ſedente, ob multiplicationem cauſarum,& ne in longum trahantur,& differantur, fiant ex nunc in antea extra bancham, & quod habeant eandem vim,robur,& efficaciam,ac ſi eſſent facti dicta Magn.Curia pro tribunali ſedente,in his ſcriptis hoc ſuum d.Mag. Curia ſuper pręmiſſis ſolemniter interponente decretum omni meliori modo,&c.Et ſimiliter eadem die per eandẽ Mag.Curiam pro tribunali ſedentem,prouiſum eſt, quod ſuper omnibus ſcripturis recognoſcendis, & prouiſionibus deſuper faciendis, in præſenti Curia extra bancham recognoſcantur,& prouideantur,vt iuris,&c. In tantum ꝙ ſententiæ poſtquam ſcriptæ ſunt,tam in Magna Curia, quam in Regia Audientia, non in præſentia Iudicis,per actuarium publicantur,& notificantur partibus, ſeu earum procuratoribus, & in calce earum per eundem ſcribitur,lecta lata fuit ſupradicta ſententia,& ex conſequẽti non curatur,ꝙ Curia ſedente, per ipſummet iudicem legantur,vt etiam dixi ſupra in Rit.37.in 2.not.vbi in fi. allegaui nouam prag.ſuper hoc editam. In aliquibus tamẽ Curijs Regni ſeruatur diſpoſitio iuris communis, in iuribus primo loco adductis, & iudiceſmet legunt ſententias Curia ſedente,& in aliquibus alijs Curijs legunt eas actuarij ſolemniter Curia ſedente,& iudice præſente.

28 ¶ † Quæro primo in hoc Rit.nunquid ſtante hoc Rit. & ſeq.quorum vigore ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta procedi poteſt in cauſis, poterit adhuc in eis ordinariè procedi,ac ſeruatis omnibus ſolemnitatibus iuris?

Digitized by Google

tex.in clem.ſæpe,§.ſi tamen,de verb.ſignif.probat, quod ſic,idem Bald.in l.teſtamentum,3.nota.C.de teſtamen.& in l.nulla,in 1.repet.ff.de legib.Gozad.pulchre conſ.40. nu.5.& Arno.ſoliloquio 8. vbi loquitur in terminis Regiæ pragm.diſpendia litium,de ord.iud.Ratio illius deciſionis eſt,quia Rit.iſti fauorem partium reſpiciunt, vt ita tim dicam in quæſt.ſeq.cui nulli dubium eſſe debet,quòd poſſunt renunciare,vulga.lege,quod fauore, C.de legib. cum ſimilibus.

29 ¶ † Secundo quæro, qua ratione fuerunt moti conditores iſtius Rit. & ſeq. ad diſponendum, quod in ca uſis procedatur iuris ſolemnitatibus omiſſis? in quo breuiter reſpondendo,dico,quòd ratio eſt illa, quam Ritulmet allegant,videlicet, vt lites citius expedirentur, quam rationem in ſtatuto ſimili allegant Iſern.& Afflict. in prælud. cõſtit.Regn.q.12.nu.18. Ratio illius rationis duplex eſſe
a poteſt.Prima,vt diſpendia ipſarum litium euitentur, a cũ partibus ſint damnoſæ,vt probat tex.in l. in ciuilibus,ff. de capt.& poſtlim.reuer.quam rationem expreſse exprimit Rit.ſeq.& Reg pragm.diſpendia litium. Secunda,vt
30 odia, & rancores litigantium tollerentur, † nam cum lites ex arrogantia proueniant,vt dicitur Prouerb. c.13.& 46.diſt.in princ.ab experto videmus ex litibus ciuilibus (præſertim quæ longo tempore durant) maximas inimicitias oriri,& in præteritum ortas eſſe, vt etiam no.Aret.
31 in l.properandum,in prin.C.de iud. † Idq; patet Eccleſ. c.28.dum dicit, Lis feſtinãs effundit ſanguinem.in 1.Metaph. vbi quod lis eſt cauſa malorũ,& in 2.eiuſd.vbi dicitur,ꝙ lis eſt cauſa corruptionis,& principium eius, ſi lis non eſſet in rebus,omnia eſſent in vnum,ſed cum lis ſit in rebus,diſpergit eas, & non finit quieſcere. Pro hoc facit tex.in c.item cum quis, in fin. de reſtit.ſpol.vbi quod inimicitia cum aliquo præſumitur ob litem motam,& nedũ cum eo,cum quo mota eſt, vt ibi, verum etiam, & cũ eo, cum quo moueri poteſt, vt in auth. vt hi qui oblig. §. vt autem,col. 6. Item faciunt,quæ ſcribit Abb.in c.cũ ſuper,
3 not.de off.deleg.& poſt ipſum Marant.in pract. par. 6.
32 actu 2.nu.40. † vbi quòd iudex poteſt,vt ſuſpectus recuſari per aliquem, ſi alias cum eo tanquam priuato litigat, & in id etiam recidit,quod dicit glo.in l.1.§. ſed & conſtitutio.ff.de calumnia.vbi quòd etiam aduocatus,& procurator partis aduerſæ præſumuntur inimici. Et ideo nõ abre Iureconſ.in l.4. §. fi.ff.de alien.iud. mut. cauſa fact. dicit,quòd verecunda cogitatio eius, qui lites execratur, vituperanda non eſt,ſed laudanda, vt etiam referẽdo ſequitur Luc.de Penn.in l.litibus,in princ. C. de agrico.& cenſitis,lib.11.cum ſimilibus, quæ poſui ſupra in Ritu 10 in principio.

33 ¶ † Tertio quæro in hoc Rit.quid ſi aliqua cauſa cępta fuit ordinariè,vt fieri poteſt iuxta ea, quæ diximus ſupra in 1.quæſt.demum iuris ordo fuit peruerſus, nunquid de nullitate dici poterit per l.prolatam, C. de ſent. glo.in l. proinde,§.fin.in fin.ff.ad leg Aquil.dicit, quòd cauſa ſolemniter cępta,ſolemniter debet finiri. idem Bal. in l.diffamari,in 2.oppo. C.de inge. manu. Iſer.& Affl.in præIud.conſt.quæſt.12.nu.18.vbi plenius circa illud idem tenent,dicentes,quod d.l.prolatam adhuc locum habet, ſi ordinarie cauſa incipit, & loquitur Afflict.ibidem in terminis iſtius Rit.quem etiam ipſe allegàt. Ego autem contrarium puto verius in hoc Regno per hunc Rit. & etiam ſeq.ex quibus patet apertiſſimè eorum diſpoſitionem habere locum, nedum in cauſis de nouo faciendis, verum etiam in iam factis,& quę tempore eorum pendebant,quo ſtante,non eſt dubium,quod in cauſis,tunc pẽdentibus cęptum erat agi ordinarie, & poſtmodũ ordo fuerat peruerſus, quia ante iſta iura,nondum erat cautũ in Regno,quod in cauſis omnibus ſummarie,& ſola facti veritate inſpecta procederetur. Non obſtat gl.Bal.& Iſer. in præalleg.locis,quoniam ipſi loquuntur in ſtatuto ſimpliciter volente,quod in cauſis procedatur ſummariè ſola facti veritate inſpecta, nos autem in terminis iſtorum Rituum, qui cum expreſſe loquantur etiam in cauſis pendentibus,aperte nobis demonſtrant, quòd etiam ſi cauſa incipiat ordinariè,& poſtmodum ordo peruertatur, ſuccurri debet eidem per eorum diſpoſitionem, ex quo ſequitur,quòd Afflic.qui in d.q.12. in terminis iſtius Ritus aliter firmauit motus authoritate Iſer. male dixit, cum Iſer.non loquatur in his terminis,vt ſupra dixi. Prædicta tamen intelligas,quando cauſa cępta ordinariè, ordo iuris fuit peruerſus per errorem,non autem quãdo ex propria partium voluntate,& conſenſu, quoniam tunc nulli dubium eſſet,ꝙ poſſent pœnitere,& ſummarie procedere,vt probat tex.in d.clem.ſæpe,§.ſi tamen,in fi. de verb. ſignif.vbi dicitur,quòd in cauſa,in qua poteſt ſummariè procedi ex conſenſu partium,iuris ordine ſeruato procedi poteſt in totum,vel in partem,& ſi in partem,ergo cauſa fuerat cępta ordinarie. An autem tunc inuito iudice id fieri poſſit,altercatio eſt inter gl.ibi,in verſ.partibus,& Docto.ibid.tu autem vide Imo.ibid.nu.58.qui poſt Ioan. de Ligna.concordat opin.

34 ¶ † Quarto quæro de vna quæſt. de qua nõ ſunt multi dies fui interrogatus,nunquid hodie in Regno, ſtãte hoc Rit.& ſeq.ac etiam dicta Regia pragm.diſpendia litium, iurari debeat de calumnia? Barto. in conſtit. ad reprimẽ. in verſic.& figura,num.11.in terminis illius conſtit. quæ eſt conſimilis illis Ritibus, dicit quòd ſic, per tex.qui hoc probat expreſsè in d. clemen. ſæpe, item per rationem,
35 † quia hoc iuramentum de iure naturali, & Diuino eſt inductum tempore Moyſi. Exod. cap. 22.& cap.ſi Chriſtus,de iureiuran. quamuis ſi omittatur, non vitiet proceſſum,cap.1.§.1.de iuramen.calumn.in 6. Par.vero in tract.ſyndic.in verſic.ſententia, §.vtrum, num.13. (licet tranſitoriè) videtur firmare contrarium, allegando Ant. de Butr.in cap.literas,de iuram.calum. Mihi tamen videtur, prout etiam tunc dixi,quod opin. Bartoli ſit verior.
36 † nam cum iſtud iuramentum iure naturali, & diuino ſit inductum, vt ſupra,per hunc Ritum, & alias diſpoſitiones præallegatas derogari non poteſt,vulg.clemen. paſtoralis,de re iud.& §.fin.inſtit. de iure naturali, & pro iſta opinione facit Rit. infra 204. Et quamuis in pract.non videamus in hoc Regno ſeruari, illud eſt, quia partes omittunt, quod poſſunt, d.cap.1.de iuramen. calumn.in ſexto, alias ſi peteretur, iudex deberet concedere, non obſtante quacunque conſuetudine, quæ in contrarium allegaretur,cap.cæterorum, extra de iuram.calum. etiam per iſta media reperi poſtmodum tenere Affl. poſt Iſern. in præIud. conſtit. Regn. quæſt.2.num.12. alioquin proceſſus eſſet nullus,vt dicit Rom. ſing. 425. tu habes Matheſ. ſing. 65. nota quod ſtatutum, Cott.in memora.in verſic.iuramen.calum.& Arno.epiſto.23. Et iſtud verum, tam in principio cauſę,quam in quacunque parte iudicij, d. cap. 1. & tam in cauſa principali, quam appellationis, cap.2.de iuramen.calum.in ſexto, licet ſufficiat, ſi ſemel præſtitum fuerit vniuerſaliter in tota cauſa, per authenti-
37 cam hoc ſacramentum, C. de iuramen. calumn. † Et ſi quis dixerit,aduerte, quia iuramentum calumniæ dicitur eſſe de ſubſtantialibus iudicii,vt patet ex Hoſtien. in ſumma in tit.de ſententi.§.qualiter, quem ſupra allegaui in 9.nota.& tamen iſte Ritus locum habet etiam in his,quæ ſunt de ſolemnitate ſubſtantiali proceſſus, vt dixi in d.9. notab.reſpondetur, quod aliud eſt,ſi proceſſus eſt nullus, propter omiſſionem iſtius iuramenti,aliud propter denegationem factam à iudice, petente parte, primo caſu habet locum iſte Ritus,tum quia Rit. hoc dicit, cum etiam, quia partes poſſunt illud omittere, vt ſupra proximè dictum fuit. Secundo caſu non,& locum habet quæſtio noſtra, quia iudex non poteſt vllo pacto id denegare parti petenti,vt patet ex dicto cap.cæterum, quod bene nota. in pract.cogitabis tamen.

38 ¶ † Quinto quæro,nunquid iſte Rit.etiam in cauſis appella-

ADDITIO.

a Euitentur. Adde hic,quæ ſcripſimus ſupr.ad tit.10.C.P

Digitized by Google

peilationum locum habeat? Breuiter dicas, quod ſic, per verba in eo exiſtentia, ibi, vel quas ad vos deuolui per quamcunq; viam contingat, quod etiam expreſſius dixit Rit. ſequens, ibi, aut per modum recurſus querelæ, nullitatis, ſupplicationis, ſeu appellationis, & in hoc concordat diſpoſitio Rit. Magnæ Curiæ ſupra in Rit. 6. vbi dicitur, quòd cauſa appellationis in hoc Regno incipit per aperturam proceſſus, & in eo proceditur abſque libello, & litis conteſtatione, vt ibi latius dixi, & ita ſeruatur.

39 ¶ † Sexto quæro, pone, quod in diſcuſſione cauſarũ opponitur peremptorio inſtantiæ, vigore l. properandũ, C. de iud. nunquid attẽta facti veritate iudex in hoc Regno iudicabit, nõ obſtante peremptione inſtantię? iſta quęſt. eſt nimiũ diſputata per DD. & multi ſunt, qui tenent, ꝙ ſic, inter quos Bart. & poſt eũ Ang. ibid. in l. litibus, C. de agric. & cenſ. lib. 11. Bald. in l. 1. C. de iuram. calum. Cald. in addit. ad Bald. in materia ſynd. addit. 89. & Iaffre. deciſ.
40 392. moti præſertim illa ratione, † quia inſtantia currit à die litis conteſtatæ, d. l. properãdum, in princ. cum tamẽ in iſtis ſummarijs, (prout ſunt omnes in hoc Regno) litis conteſt. non requiratur per clem. ſæpè, de verb. ſignif. vt etiam not. Bar. in conſt. ad reprimendum, in verſ. & figura, nu. 10. Par. in tract. ſynd. in verſ. ſententia, §. verum, nu. 6. Affl deciſ. 340. & Marant. in pract. par. 4. diſt. 9. nu. 15. & par. 5. in prin. nu. 4. vt dixi ſupra in 4. not. verior tamen opinio, & quam in practica ſeruamus, eſt in contrarium, quam tenet Bar. & Bal. ſibi contrarij in d. l. properandum, Alex. & alij ibid. quos refert, & ſequitur Affl. in d. deciſ. num. 7. Abb. pulchrè in c. pen. de iud. Alex. pulcherrimè conſ. 50. nu. 6. cum ſeq. vol. 2. & Par. (licet ipsũ non allegat Afflic.) in loco præalleg. §. reſtat. Ratio iſtius opin. eſt ſecũdum Abb. in d. c. pen. Alex. in d. conſ. nu. 10.
41 verſ. præterea, & Parid. in d. §. reſtat, † quia cum iſte Rit. & ſtatutũ ſimilia emanent, vt lites citius expediantur, vt dixi ſupra in quæſt. 2. ſi prima opinio vera eſſet, contrarium effectum operarentur, contra l. nulla, ff. de leg. & l. quod fauore, C. de legib. item quia, vt dicit Alex. in d. cõſ. nu. 8. diſpoſitio dictæ l. properandum, inducta fuit ob publicam vtilitatem, & vt cauſæ finem haberent, vt not. per
42 Glo. & Doct. ibid. in princip. † quę ratio tanquam fauorabilis extendi debet etiam ad caſum ſimilem, maximè habentem eãdem, vel ſimilem rationem, etiam ſi eſſemus in correctorijs, vt dicit glo. in auth. vt hi qui obliga. habent res mino. in princ. Bal. in auth. quas actiones, col. 2. C. de ſacroſan. eccl. cum ſimilib. & ex conſequenti extendi debet etiã ad cauſas ſummarias, in quibus vertitur eadem ratio. Non obſtat ratio in contrarium allegata, quo-
43 niam licet lis non conteſtetur in cauſis: † tamen, vt dicunt Bar. Par. & Marant. in locis præalleg. ille actus, qui immediatè ſequi ſolet in cauſis ordinarijs, poſt litis conteſt. habet vim litis conteſtationis in cauſis ſummarijs, & eo ipſo, quod legitimatis perſonis, incipit tractari de meritis cauſæ, vel dantur articuli, aut terminus in cauſa, habetur lis poſt conteſtat. & ab eo tempore ſeruabitur inſtantia, vt dicit Alex. in d. conſi. nu. 7. & præcluditur terminus exceptionum dilatoriarum, & aliorum actuum, qui non poſſunt fieri poſt litem conteſtatam, vt etiam not. Barto. & Bald. in d. l. properandum, §. ſiquidem, & Marant. in loco præallegato, quæ bene notabis, quia ſeruantur in practica. Salerni, die 9. Februarij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCLXXXIX.

ISabella, Dei gratia, Hieruſalem, & Siciliæ Regina, Andagauiæ, Bari, Lotoringiæ Duciſſa, poſitis Marchioniſſa Prouinciæ Zenomaniæ, Folquarquerij, ac Pedemontis Comitiſſa, nec non & pro Sereniſſimo, & Illuſtriſſimo Principe, & domino coniuge noſtro, Reuerendiſs. Domino Rainato, eadem gratia dictorum Regnorũ Rege, &c. Vicario generali, Magnifico Raimundo de Vrſinis Nolano, Palatino, ac Sarni Comiti, Magiſtro Iuſtitiario Regni Sicilię Collaterali, & ærarij Locumtenenti, nec non Regẽti Magnam Curiám noſtram Vicariæ, præſenti, & ſucceſſiuè futuris, Conſiliarijs fidelibus Regijs, noſtriſque dilectis gratiam, & bonam voluntatem, &c. Quantum eſt poſſibile cordi nobis eſt, lites minuere, & eiſdem breuem finem imponere, expenſis, damnis, ac intereſſe noſtrorum fidelium poſſetenus obuiare, qua de re calumnias litigantium, ſubterfugia, & protelationes poſtulantium, ex debito noſtri officij ampntantes hac lege noſtra, Deo authore, perpetuo valitura, omnes cauſas, lites, quæſtiones, proceſſus, ſeu controuerſias, quæ in noſtra Magna Curia Vicariæ Neapol. ordinariæ, ſiue iure delegatæ, aut per modum recurſus, querelæ, nullitatis, ſupplicationis, ſeu appellationis tractari, moueri, aut ventilari, ciuiliter, aut crimi-naliter contingat, non obſtantibus quibuſcun-
a que libelli ineptitudine, ac nullitate, *a* etiam ſi to-

ADDITIO.

a Nullitate. Adde ad materiã nullitatũ, & pręcipuè quoad hunc Rit. ſeu prag. quod ſi in proceſſu c. uię eſt de nullitate, & petitur ſuper ipſa pronunciari, & iudex non pronunciando ſuper ea, procedit ad vlteriora, proceſſus erit nullus, ſecundũ Bal. in l. tale pactũ, §. qui prouocauit q. 12. in fi. ff. de pac. & ratio eſt, quia, niſi ſuper hoc cognoſcat prius, & pronũciet, non poteſt ſcire an ſit iudex, vt inquit Bar. in l. cũ quęrebatur, nu. 2. ff. de re iud. & hęc exceptio non eſt ſublata per hanc prag. quia concernit perſonam iudicis. Itẽ adde, ꝙ proceſſus factus per iudicẽ recuſatum vt ſuſpectum, etiam antequã fuiſſet cęptum cognoſci de ſuſpitione, eſt ipſo iure nullus, quicquid velint Doct. & Alex. in l. quia poterat, ff. ad Senatuſc. Trebell. nã eſt magis cõis opin. Bar. vt latiſſime per Alex. qui omnino videatur cõſ. 89. 1. vol. & per Dec. conſ. 175. & ſimiliter hęc nullitatis exceptio, tanquã reſpiciens perſonã iudicis nõ per hanc prag. ſublata. Et ad materiam etiam nullitatum, vide Bal. conſ. 152. 2. par. & conſ. 274. 3. par. de proceſſu ẽt facto per iudicẽ recuſatum. Cappel. Thol. q. 478. & Sebaſ. Vant. tract. nullit. Adde etiã, ꝙ licet per hanc prag. reſeruantur tres nullitates, videlicet, reſpicientes perſonas litigantiũ, aut iuriſdictionis, ſeu iudicis, non tñ vidẽtur reiectę alię, eandẽ, vel maiorem rationẽ habentes, arg. l. ita nobis cordi, vbi Cyn. & Bal. C. de adulter. Bar. Soc. conſ. 254. num. 3. 2. vol. Ad rem etiã vide Alex. conſ. 123 1. vol. Afflic. deciſ. 28. 39. 47. & 273. Guid. Pap. q. 50. Capyc. dec. 167. Gram. deciſ. 19 nu. 15. vide etiã Fel. in c. inter cęteras extra de re iud. cũ concor. vt ibi per eum, & ad intellectũ huius prag. adde, ꝙ hic nullitates cẽſentur reiectę ſolum ad finem, vt non impediantur proceſſus cauſę, ad tollendũ ſubterfugia, & cauillationes, non autẽ, quo minus poſtea ſuũ operẽtur effectum. Pręterea nec cẽſentur reiectę, quæ apparent ex eis de actis. Nam vbicunq; cauetur ſtatuto, quod nullo modo dici poſſit de nullitate, poterit tamen dici, ſi appareat ex eiſdem actis, doctr. eſt Anton. de Butr. in c. cum Bertoldus, extra de re iud. & vide Dec. cõſ. 8. nu. 7. Bart. Socin conſi. 3. in fi. & 124. in fin. 1. vol. Petr. de Aucha. conſ. 207. Nam quamuis aduerſus tres ſententias conformes non poſſit dici de nullitate, clem. 1. de re iud. poteſt tamen dici, ſi ex inſpectione actorum appareat nullitas, ſecundum Oldr. conſ. 106. Alex. conſ. 77. nu. 11. 2. vol. Roman. ſingul. 287. C. P.

Digitized by Google

ſi totum proceſſum reſpicerent, quæ perſonas litigantium, aut iuriſdictionis, ſeu iudicis non concernant, dum tamen in proceſsibus ex articulis, poſitionibus, capitulis productis, aut probatis, ſeu confeſſis, narratis, aut concluſis de veritate illorum, de quibus, ſeu pro quibus agitur conſtet, & appareat ſecundum veritatē,
a & ipſa ſola veritate dumtaxat inſpecta, a & conſiderata decidi, diffiniri, & determinari ſancimus. Quoniam ſcriptum eſt (veritati ſemper locum fore) ſuper expenſis verò proceſſus vobis, & cuilibet veſtrum, vt bonis viris, ac veſtrū arbitrio duximus relinquendum. Quæ omnia ſeruari iubemus, non ſolum in cauſis futuris, ſed etiam in pendentibus de præſentis, præſentes autem literas magno noſtri pendenti Vicariatus, ſigillo munitas, vobis duximus dirigendas, & concedendas, in teſtimonium præmiſſorum. Quas, pro ipſarum validiori robore dedimus, & ſubſcripſimus manu propria noſtra. Dat. in Regio noſtroq; caſtro Capuanæ, Neap. per manus noſtræ prædictæ Iſabellæ Reginæ, anno Domini M.CCCCXXXVI. die decimaquarta menſis Aprilis, quartadecima ind. Regnorum vero dicti Domini Regis II. De mandato Reginali, cum deliberatione, & præſentia Conſilij. Vitali loco Protho. Angelillus miles.

ADDITIO.

a Inſpecta. Dic, iuxta formam pragm. Diſpendij litium, & adde, quod hoc confert, quod inquit Iuſtinianus Imperat. in l. vnic. C. de dedit. liber. tollen. ibi. Nos enim, qui veritatem colimus, ea tantummodo volumus in noſtris eſſe legibus, quæ res ipſas obtinent. Cuius etiam Iurecon. in l. cum ita, in fi. ff. de cond. & demonſt. Imo ſi verum inquit amamus accipiendo ſi, pro quia, Vlpi in. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. Veram inquit (ni fallor) philoſophiam non ſimulatam adfectantes; eſt enim hominis propria veri inquiſitio, atque inueſtigatio, ſecundum Cicer. lib. 1. offic. Idemque pro A. Cluen. Interdum ait, ita perſpicua veritas eſt, vt eam infirmare nulla res poſſit, quamuis adhibenda quandoque vis veritati ſit, vt eruatur. Magna tamen eſt eius vis, ſiquidem, vt teſtatur etiam Seneca, contra hominum ingenia calliditatem ſolertiam, & contra fictas omnium inſidias facilè ſe per ſe ipſam defendit. Præterea, (vt ait Auguſt.) Veritas dulcis eſt, & amara, quando dulcis parcit, quando amara, curat. Idem alibi, veritas eſt, quę mentes reficit, non deficit, mutat veſcentem, nec ipſa inueſcentem mutatur. Idemq; alibi, Incomparabiliter pulchrior eſt veritas Chriſtianorum, quam Helena Gręcorū. Nec mirum, Cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ego ſum, inquit, via, veritas, & vita. Vnde veritas ſemper, & vndique cauſa cognita inquirenda, exquirenda, & excutienda eſt, l. ſi cum in prin. ff. ſi quis cautionib. & c. l. cūm de ætate, ff. de probat. l. fi. §. licentia, C. de iure delib. Veritatemq; naturæ non perimit error, l. aſſumptio, ff. ad municip. & quod iuuatur primordio veritatis falſum nō dicitur. l. cū filius, §. hæres, ff. de leg. 2. & adde, quæ diximus ſupra ad Rit. proxime præcedentem, ver. veritatis. C. P.

SVMMARIVM.

1 *Ritus noſter 289. correctus reperitur quoad criminales cauſas.*

Iſte Ritus tractat materiam præceden. Rit. vbi late dixi interpretando etiam hunc Rit. ideo ad eius intelligentiam, & practicam, vide, quæ ibi dixi, ne hic repetam illud idem. Vnum tamen credo, quod addat iſte Rit. præcedēti Ritui, quia loquitur in cauſis, tam ciuilibus, quam criminalibus: cùm tamen de criminalibus in præceden. non eſſet expreſſum. Credo tamen, quòd per Regiam pragm. diſpendia litium, de ord. iud. quæ ſolum loqui-
1 tur in cauſis ciuilibus, & mittis, ſit correctus † iſte Ritus quoad cauſas criminales, propter quòd non obſtāte ipſius diſpoſitione, in eis locum habet, quæ ſcribit Par. in tract. ſynd. in verſ. ſententia, §. an per dictum cap. Affl. deciſ. 250. & in conſtit. Regn. lite legitime conteſtata, in 6. nota. & procedi debet attenta diſpoſitione iuris communis conſtit. & cap. Regn. & ideo videmus in pract. ſeruari, quòd in criminalibus in libellis, vel querelis apponuntur requiſita in l. libellorum, ff. de accuſatio. & in eis inquiſiti conteſtantur litem, cum tamen in ciuilibus ſecus ſit, vt dixi in præced. Rit. in 4. notab. & firmat etiam Ioā. Ant. de Nigr. in c. Regn. frequens, nu. 61. verſ. tertio intellige, in fin. vbi dicit, quod de facto iſte Ritus non ſeruatur, & quod fuit localis ſolum in Magna Curia, vt loquitur expreſſe, ſed nec etiam ibi ſeruatur. Salerni, die 10. Februarij. 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCXC.

Item, quod nullus admittatur iure ceſſo, niſi fuerit cauſa neceſſaria, & ex cauſa non lucratiuè facta.

Materiam iſtius Ritus plenè poſui ſupra in Ritu 228. in 3. notab. vbi idem diſponitur, meritò ad ibi dicta me remitto. Salerni, die 12. Februarij. 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCXCI.

Item, quod pupillis litigantibus in eiſdem Curijs, ſeu altera ipſarum, aſſerentibus ſe carere curatoribus, Curia ipſa dat curatorem ad litem, abſque aliqua difficultate, & cauſæ cognitione.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio Ritus præſentis 291. non ſeruatur.*
2 *Practica in prouidendo à iudice de tutore, vel curatore in litem pupillis, cum non habentibus.*
3 *Curator in litem, nunquid inuito dari poſſit?*
4 *Pupillus in iudicio, niſi cum curatore non admittitur.*
5 *Curator nunquid & ipſe dabitur inuitus.*
6 *Curator tripliciter datur.*
7 *Lata ſententia contra pupillum, curator ad litem an appellare, & proſequi teneatur?*
8 *Infans ſi conueniendus erit, vtrum citari poſſit?*
9 *Maior ſeptennio poteſt citari.*

Not. ex hoc Rit. quod eo ipſo, quòd pupilli litigantes dicunt ſe carere curatore, iudex abſque difficul-
1 tate, & cauſæ cognitione, prouidet eis de eo. † Sed vt dicit Affl. ct. in deciſ. 256 iſte Rit. non ſeruatur, ſed diſpo-
2 ſitio iuris, † vt illo caſu ad inſtantiam actoris, iudex citet ipſos pupillos, ſi ſunt maiores infantibus, quod compareant ad ſibi petendum curatorem, & eis comparētibus, dat illum, quem petierint, ſin autem ipſe eliget, & conſtituet eum, vt dicit text. & ibidem Salyc. in l. 1. C. qui peta. tuto. gloſ. in l. qui iubet, §. ſi pupillus, in verſ. cogi. ff. de tute. Io. Fab. in §. inuiti. inſt. de cura. & Imol. in l. ſi finita,

§. non

Digitized by Google

§.non autẽ ſtatim,in fin.ff.de damn.infec.ſi vero non ſunt
maiores infantibus, ſed infantes, tunc quoniam eis cura-
tor dari non poteſt,vt dicit text.in d.§.ſi pupillus,eo quia
nec petere poſſunt,cum fari non poſſint,nec citari valẽt,
vt dicit text. in l.neque, ff. de in ius voc. duplex remediũ
adhibetur ſecundum Ioan.Fab.in d.§.inuiti, vel quod a-
ctor adeat Iudicem, à quo facit eiſdem conſtituere cura-
torem,per tex. in d.l 1.vel quod citet conſanguineos,vel
amicos, quod compareant ad ipſos defendendum, & eis
non comparentibus,faciat,ſe ponere in poſſeſſionem bo-
norum per l.hoc autem, & l. apud Iulianum ff. ex quibus
cauſ.in poſſeſſ.ea.vt etiam ſcribit Afflict.deciſ.262. in prin
cip.intellige hunc Rit. & prædicta omnia,quando pupil-
li litigantes,& curatore carentes, non habent tutorem
præſentem,vel abſentem,vel habent,qui tamen non pro-
ducit ſolemnia,de quibus dicetur infra in Ritu.294. quo-
niam his ſolum,cauſis habenti tutorem,datur curator, vt
patet ex d.decil. Afflict. alias ſecus, vt dicit text. in l.cu-
ratorem,ff.de tutor.& curator. dat.ab his.
3 ¶†Quæro primo in hoc Rit. & iuxta prædicta,nunquid
curator iſte ad litem inuito dari poteſt, text. in d. l. qui
habet,§.ſi pupillus dicit,quod non, ſed quod niſi ipſe pe-
tat aliter non datur,in eodem tamen text. verſic. idemq;
Caſſius, videtur dicere contrarium, & quod ſi non petat
cogitur,& idem text. in d.l.1.C qui petat. tutores, Gloſ.
in d l.1.in verſic. officio ſentiens iſtam contrarietatem
in iſta quæſt.iſta diſtinguit,dicens aut lis ipſius pupilli eſt
cum tutore, & tunc procedat diſpoſitio d. §. ſi pupillus
volẽtis,quod nõ aliter detur, quam ſi petat,aut cum alio,
& tunc procedat diſpoſitio d.verſ.idemq; Caſſius, & d.l.
prima,quam diſtinctionem ſequitur Afflict. in d. deciſio.
256.verſ. pro intelligentia,alia vero gloſ.in d.verſ. idem-
que Caſſius,aliter diſtinguit,& dicit,quod aut ipſe pupil-
lus agit,& tunc procedit,d.§.ſi pupillus, vt niſi ipſe
4 petat, curator non detur, † quia tunc non aliter admitti-
tur niſi cum curatore compareat,ne ſententia ſit nulla,
iuxta l.nec eo minus,C.de procurat.& gloſ.in d.l. prima,
in princip. aut pupillus conuenitur, & procedit diſpoſi-
tio §.idemque Caſſius,& d.l. prima, vt ſi ipſe petat tuto-
rem,detur ille,quem petierit,ſin autem, detur à Iudice
ipſo inuito,quam diſtinct.ſequitur Bart.in d.§.ſi pupillus
num.1.& Salyc.in d l.1.dicens,quod 1.diſt.iure non pro-
batur, & eſt ipſa veritas, quia ſi non poſſet dari curator
inuito pupillo litiganti,nunquam ipſe peteret, ne cum
eo ageretur,vt text.dicit in d.verſ.idemq; Caſſius.
¶ Secundo quæro quid in curatore,nunquid etiam ipſe
inuitus dari poterit?Ioan.Fab.in §. inuiti, num.3. verſic.
ſed nunquid inſtit.de curat.arguit pro,& contra,tandem
dicit,quod ſic:eo quia iura abſolutè, & ſimpliciter dicunt
ipſum cogi,& allegat text.in §.quibus inſtit.de ſatiſd.tu-
5 tor.† Salyc.vero in d.l.1.num.3.poſt Cyn. ibid. diſtinguit
tres curatores. Primus eſt ille qui datur ad litem.Secun-
dus eſt qui datur furioſo, & mente capto. Tertius eſt qui
datur bonis principaliter,& ſecundario perſonæ. Primus
debet dari volens,per text.in l.qui habet, §. ſi pupillus,ff.
de tutel. vbi dicitur quod curator ad litem præſens dari
debet,quia fruſtra præſentia requireretur ſi inuitus ſuſci-
peret,ex cauſa tamẽ poſſet dari inuitus,vt dicit poſt Cyn.
ibi per text.in l.2.§.quæritur verſic.niſi & magna,ff.de
cura.bon.dand. Secundus datur inuitus per text. in l. fin.
C.de curat. furio. Tertius datur volens ſicut primus, &
ex cauſa inuitus,per text.in d.§.quæritur non obſtat text.
in d.§.quibus per quem Ioan.Fab. mouebatur, quoniam
ego intelligo ipſum quãdo curator ſuſcepit onus, vt tunc
cogi debeat cauere captis pignoribus rem pupilli, ſaluam
fore, non autem ante, & hunc credo verum intellectum
6 illius §. ¶† Tertio quæro, pone quod lite agitata, fertur
ſententia contra pupillum, nunquid curator ad litem da-
tus tenebitur appellare,& etiam proſequi Ioan.Fab. in
§.inuiti,num.4.inſtit.de curat.mouet iſtam quæſt & pri-
mo dicit eſſe diſtinguendum, ſicut ipſe diſtinguit in pro-
curatore in l.inuitus,C.de procurat. vt ſi appelletur ab in-
7 terlocutoria teneatur ad vtrunque,ſi à diffinitiua,† tenea-
tur appellare tantum,non autem proſequi, niſi velit, per
d.l.inuitus,& per gloſ.in l.ſi actor.in verſic.exercebit, C.
de appellat. poſtmodum dicit,vel dicas aliud in curatore,
aliud in actore ſuo ab eo conſtituto,qui non habet ita la-
tam poteſtatem, quaſi velit dicere, quod curator tenetur
ad vtrumque per text.in terminis iuncta gloſ. ibi, & Sa-
lyc.in d.l.ſi actor, procurator vero ab eo conſtitutus non
tenetur, niſi ſecundum d.diſtinctionem, vt etiam probat
idem text. cum gloſ.in d.l.ſi actor.
8 ¶ † Quarto quæro,pone quod infans eſt conueniendus,
nunquid ipſe citabitur? text.in l.neque,ff de in ius vocan.
dicit,quod non,quia citari non poteſt,ſed ſecundum Bar.
& Paul.de Caſtr.in l.2.ff.de condit.furt.& Affl deciſ.262
in princip.citandus eſt eius tutor ſi habet,per text. in l.1.
§.ſufficit ff.de adminiſtrat.tutor. & ſi non habet ſeruandũ
eſt,quod dixi ſupra in princip.iſtius Rit.alias ſi infans ci-
taretur nõ poſſet ad primum decretum in eius contuma-
ciam procedi: vt dicit Imol. in l.contra pupillum,ff.de
re iud. vbi refert ita fuiſſe deciſum, licet Bart.in d.§. ſuf-
ficit,aliter voluerit,& idem poſt Imol. firmat Afflict.in
9 d.deciſ. † In eo vero qui eſt maior ſeptẽnio,ſecus eſt,quia
ipſe citari poteſt,vt dicit Bart. in d.§.ſufficit num 1. & 2.
& latius Petr.Foller. ad Marant. in pract. par 6.memb.3.
num. 10. vbi etiam quid ſi citanda eſt Eccleſia, furioſus,
aut mente captus. Verum comparente poſtmodum tali
citato maiore ſeptennio ſit diſtinctio quam ſupra poſui-
mus in princip. quod ſi compareat cum curatore admit-
titur,ſi ſine, prouidetur vt ſupradictum fuit. Salerni die
11. Februarij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCXCII.

ITem quod Curiæ ipſæ, & quælibet ipſarum dent mulieribus Longobardo iure viuentibus, in ſingulis cauſis ſingulos mundualdos,ſine diffi-cultate,& cauſæ cognitione.

SVMMARIVM.

1 *Mundualdus mulieri iure Longobard. viuenti quare dandus.*
2 *Ius Longobardorum ius aſininum, & ſine ratione. Eique derogatum.*
3 *Mundualdus mulieris quis legitimus erit.*
4 *In dubio, quem iure Longobardo, vel Romano in Regno viuere, an præſumatur?*
5 *Argumentum ab ordine literæ in iure validum.*

NOt. ex hoc Rit. quod ſi litigat mulier in iudicio, &
viuit iure Longobardo Iudex debet eidem in quali-
bet cauſa quam habet dare ſuum mundualdum abſq; dif-
1 ficultate,& cauſæ cognitione. † Ratio eſt, quia talis mu-
lier quæ dicto iure viuit ſine mundualdo non poteſt viã
ſuam agere,vt probat text.l.1.qualiter mulie.ali.permi.ſit
in Longobard.& ſcribit Luc.de Pen.in l.quicunque col.2.
verſic.hęc faciunt,C.de re milit.lib.12.ſed iſtum Rit. pa-
rum video ſeruari,vt etiam videtur ſentire Caue.hic nu.6
qui dicit quod in iudicijs, vt plurimum mulieres viuunt
2 iure Romano. † Ratio eſt, quia cum illud ius Longobar-
dorum ſecundum Iſern. in cap.1.de controuerſ.inter do.
& fide,de inueſt. & in cap.1. §. final.de no. feud. & Luc.
de Pen.in d.l. quicunque in final.ver.dicatur ius aſſininũ,
& ſecundum Bald. poſt Odoffred. in authen.dos data,C.
de donat.ante nupt.Marant.in pract. par.3. num.127. &
Vinc.Maxil.in proœm.conſuet. Bari. num.225. dicitur ius
ſine ratione quod merito receſſit ab aula,ſeu potius appel
landum,quam lex ſecundum Luc.in d.l.quicunque col.2.
circa med. eius diſpoſitioni eſt derogatum in hoc Regno
per generalem conſuetudinem, & obſeruantiam notoriã
tanti

2 tanti temporis cuius non extat memoria in contrarium,
vt dicit Marant. in loco præalleg. num. 126. verſ. 5. licet
ſecundum Luc. in d. l. quicunque, col. penult. in fin. in par-
3 tibus Apuliæ multum frequentetur.† Quis autem ſit legi-
timus, mundualdus mulieris Luc. in d. l. quicunque, latè
diſputat in marito, tandem col. penul. concludit quod pa-
ter, vel fratres erunt legitimi mundualdi, & in eorum de-
4 fectu maritus.† An autem in hoc Regno præſumatur quē
viuere iure Romano, vel Longobardo. Cauenſ. hic dicit,
quod in dubio cenſetur quis viuere in iure Longobardo
5 per text. conſtitut. Regn. puritatem, † arguendo ibi ab
a ordine literæ a, vt etiam Afflict. ibid. ſcribit in 6. nota.
Marant. vero in loco præalleg. num. 95. verſ. ſed iuxta
hoc, latius & plenius examinat pro, & contra, tandem
nu. 106. verſ. verum non obſtantibus, firmat contrarium
per multa quæ allegat, dicens in dubio præſumendum
quem viuere iure Romano, non Longobardo, niſi aliter ex
aduerſo allegaretur, & probaretur, quia ei qui allegaret
incumberet onus probandi, & iſta opinio eſt verior in
iure, & etiam ſeruatur in pract. Salerni, die 11. Februa-
rij 1560. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Literæ. Adde quod regulariter, ordo ſcripturæ non attenditur, ſed potius ex iure ſumitur id quod agi videtur, l. nec enim, ff. de ſolut. Quod autem ordo ſcripturæ non ſit conuertendus, & quod conuerſa ſcriptura non iuuet, vide l. 1. §. fin. ff. de vulg. & pupill. ſub. Quod ordo naturæ ſit ſequendus eoque non apparente ſit tortiendū, vide l. generaliter, §. quid ergo ff. de fideicom. liber. Quod ordo ſcripturæ non impediat cauſam iuris, ac voluntatis l. cum pater, §. fidei tut. ff. delegat. 2. & vide l. ſi finita, §. ſi plures cum gloſ. ff. de damn. infect. C. P.

RITVS CCXCIII.

ITem Curia ipſa etiam inter Longobardos repulſationem ſacramentalium non admittit.

¶ Dixi de hoc Ritu ſupra in Ritu 280. vbi ſimilis text. ideò ad ibi dicta me remitto.

RITVS CCXCIV.

ITem ſeruat ipſa Curia, quod cum aliquis tutor, vel curator tutorio, vel curatorio nomine conteſtatur litem in iudicio, ſiuè conuenti, ſiuè conuenientis nominibus quibus ſupra, admittuntur per ipſam Curiam, etiam quod non habeant inſtrumentum tutelæ, vel curæ, ſiuè veniant etiam cum pupillis, ſiuè ſine, verum facta litis conteſtatione, & iuramento de calumnia, & dato termino ad probandum, datur vnus alius terminus ad docendum de ſolemnibus, ideſt de curis, & tutelis infra quem ſi non docent, non recipiuntur iura ipſorum tutorum, vel curatorum nominibus quibus ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Agens alieno nomine, ante litem conteſtatam, debet ſe monſtrare eſſe talem.*

2 *Exceptio legitimationis perſonæ quæ dicatur.*

3 *Exceptiones dilatoriæ quando regulariter opponantur.*

4 *Solemnia in tutela, & cura, quæ.*

5 *Sententia lata contra pupillum, cuius tutor non cauerat, nulla eſt.*

6 *Solemnibus à tutor. vel curat. non adimpletis, proceſſus eſt nullus.*

7 *Proceſſus nulliter factus per pupillum, quomodo conualidatur.*

8 *Agens, vt ceſſionarius, vel vt heres, nunquid ante litem conteſtatam ceſſionis copiam demonſtrare teneatur?*

9 *Probationes in cauſa principali ante lit. conteſt. non admittendæ.*

10 *Litis conteſtatio non impeditur, vbi quis agit nomine ſuo, licet negetur eſſe talis.*

DIſpoſitio iſtius Ritus volentis tutorem, vel curatorē
admitti in iudicio, ad litem conteſtandum, antequā
doceant de eorum poteſtate, eſt contraria iuris commu-
1 ni,† quia vt dicit Specul. in tit. de actore, num. 72. verſic.
ſed pone quidam, in titul. de inſtrum. editio. §. nunc di-
camus, num. 4. verſic. ſed quid, & in tit. de procur. §. final.
num. 9. verſ. an autem, quotieſcunq; aliquis alieno nomi-
ne agit, vt tutor, curator, procurator, & ſimiles tenetur
ante litem conteſtatam demonſtrare ſe eſſe talem; qualem
ſe facit iuxta text. l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. &
ea quæ dixi ſupra in Ritu 191. quæſt. 3. ad finem vt vide-
ri poſſit ſi eſt tutor teſtamētarius, vel datiuus, & ſi eſt da-
tiuus ſi ſatiſdedit, & inuentarium confecit, iuxta l. fin. C.
de tutor. qui ſatis non dedit, & l. veteris, C. arbit. tutel. &
ſi eſt procurator ſi eſt legitimè conſtitutus per cap. 1. ex-
tra de procurator. licet fallat in prælato ſecundum eum,
intelligendo, vt ipſe dicit in d. tit. de actore, num. 74. in
2 fine, & pro iſta opin. facit aliud, † quia iſta exceptio quę
opponitur tutori, vel curatori, aut procuratori de eorum
poteſtate, & mādato, dicitur exceptio legitimationis per-
ſonæ, & dicitur exceptio dilatoria tangens perſonam li-
tigantis, vt latè ponit Marant. in pract. par. 6. memb. 9. in
3 princ. & nu. 3. † & exceptiones dilatoriæ regulariter an-
te litem conteſtatam opponuntur, & opponi debent, vt
not. gloſ. Bald. & Doctor. in l. exceptionem, C. de pro-
batio. & probat text. in l. finali, C. de exception. licet fal-
lat in exceptione legitimationis perſonæ quæ etiam poſt
litem conteſtatam, opponi pōteſt, quia reddit iudicium
retro nullum, vt probat text. in l. licet, vbi gloſ. & Bart. C.
de procurat. Salycet. in l. quod quis, C. eod. tit. Marant. in
loc. præalleg. nu. 10. verſ. 2. limit. & patet in hoc Rit. quem
etiam Marant. vbi ſupra nu. 4. ad hunc effectum citat. ſed
poſtquam habemus Rit. volentem tutorem, & curatorē
non cogi ante termini dationem ad docendum de eorum
poteſtate, ſeruandus eſt in Regno, prout video quotidie
4 ſeruari. ¶† Nota. ibi de ſolemnibus, ideſt curis, & tutelis,
quod ſolemnia dicuntur copiæ tutelæ, & curæ decretæ a-
licui. Nec tamen putes, quod ſufficiet tutori, vel curato-
ri demonſtrare qualiter eſt tutor vel curator, quia iſte
Rit. exemplificando expreſſit ſolum de tutelis, & curis,
non autem diſponendo, & reſtringendo, & ideo dicas,
quod vltra tutelam tenetur etiam demonſtrare qualiter
confecit inuentarium, vt dicit Bart. in l. tutor qui reper-
torium, num. 24. verſic. quæritur, ff. de adminiſtr. tutor. &
in l. ſi tutor in princ. vt etiam Bald. C. in quibus cauſ. in
integr. reſtit. non eſt neceſſar. & Alex. conſil. 112. col. final.
vol. 2. item qualiter ſatiſdedit rem pupilli ſaluam fore,
5 iuxta l. 1. C. de tutor. & curator. qui ſatis non dedit, † quia
alias ſententia lata contra pupillum cuius tutor non ca-
ueret eſſet nulla, vt dicit text. in d. l. ſi tutor. vbi etiam Bar.
& licet alia multa teneantur facere tutores priuſquam
adminiſtrent. vt not. Bart. in l. legitimos, ff. de legit. tuto.
pulchre Roman. conſil. 425. & Capyc. deciſ. 50. attamen
illa tria quæ dixi magis in pract. frequentantur ad hunc
finem legitimandi perſonam tutoris, aut curatoris compa
6 rentis, nec vidi de alijs quæſitum, & dubitatum.† Et adde
quod in tantum eſt neceſſarium, quod tutor, & curator
doceat de ſolemnibus, & quod quilibet comparens legiti-
met ſuam perſonam quod niſi hæc fiant, proceſſus erit
nullus

Digitized by Google

nullus d.l.ſi tutor, non obſtante quod per Rit.288. in hoc Regno procedatur ſola facti veritate inſpecta, quia vt dicit Par. in tract.ſyndic.in §.vtrum num.11.ille Ritu. non tollit legitimationes perſonarum,ſed tantum ſolemnia iudiciorum, licet dicat, quod Iudices Magnæ Curiæ dubitarunt de hoc, & ita ſeruatur, quod nota. quia omiſi
7 ponere in illo Ritu.† quo tamen modo fiet,vt proceſſus factus nulliter per pupillum côualidetur,vide Afflict. deciſ.261. in fine,& Dec. conſil. 549. num 1. volum.3. quia eſt in viridi obſeruantia, & practicatur quotidie.

¶Not.in fin.Rit. quod ſi tutor, vel curator non docet de ſolemnibus poſt datum terminum, non admittitur ad præſentandum iura ſuorum principalium,ideſt articulos, & illud remedium eſt valde bonum, quando ipſe ageret. Sed quando conueniretur, hoc non ſufficeret, quia forte nunquam produceret iura ne ſecum ageretur, & ideo dicas,quod etiam captis pignoribus poteſt compelli ad docendum de eis,& ita videmus fieri,& obſeruari quotidie.

8 ¶†Quæro iuxta hunc Ritum, pone quod aliquis agit, vt ceſſionarius,vel vt hæres alterius, nunquid antequam lis conteſtetur,vel detur terminus, teneatur demonſtrare copiam ceſſionis,vel qualiter eſt hæres? Breuiter Specul. in d.tit.de inſtrum.edit.§.nunc dicamus,num.40.verſ.ſed quid.& de actore,num.72.cum ſeq.determinat quod nô,
9 † tum quia probationes ſuper cauſa principali non ſunt admittendæ ante litem conteſtatam,per text.in cap.exhibita,de iudic.& extra,vt lite non conteſt.per totum,tum etiam quia iſta exceptio tu non es hæres, vel non es ceſſionarius, perimit ius agentis, & propterea litis conteſtationem non impedit,per tex.in cap.exceptionis,de lit. conteſt.in 6.quod bene not. quia habui in facto,non ſunt multi dies, & multi erant qui dicebant prima facie con-
10 trarium:pro qua† opin.habes in hoc Regno conſtit. exceptione filiationis, per quam ſecundum Iſer.& Afflict. ibi vbicunque quis agit nomine ſuo, licet negetur eſſe talem non impedit litis conteſt.vt etiam dixi ſupra in Ritu. 191. quæſt.3. Salerni die 11. Februarij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCXCV.

ITem quod quilibet officialis, Iudiciarius, Capitaneus, Iudex, aſſeſſor in Regno in fine ſui officij,debeat ſyndicari prout conſtitut.& cap. Regni iubent,& mandant, & niſi demonſtrent literas ſui ſyndicatus, non poſſint aſſumi, nec admittantur ad aliud officium.

SVMMARIVM.

1 *Officialis quilibet in fine officij ſyndicatui ſtare tenetur.*
2 *Differentia inter Iudicem, & aſſeſſorem quæ ſit.*
3 *Officiales durante officio, conueniri non poſſunt cum ampliat. & limitat. num 4 & 5.*
6 *Officiales omnes regulariter annales eſſe debent.*
7 *Finis officij vſque ad ſucceſſoris aduentum non dicitur.*
8 *Officialis non demonſtrans literas ſyndicatus, ad aliud officium non aſſumendus, cum duplici ratione, & ampliat.*
9 *Semel malus, ſemper præſumitur malus.*
10 *Vbi militat eadem ratio, militabit eadem iuris diſpoſitio.*
11 *Officialis in ſindicatu non habens criminales querelas, relicto ibi procuratore, poteſt inde recedere, cum limitat.*
12 *Inductis pro forma renunciari non poteſt.*
13 *Officialis quando vere ſindicatui ſtetiſſe dicetur.*
14 *Verba cum effectu intelligi debent.*
15 *Officialis coram quo Iudice ſtabit ſindicatui.*
16 *Permiſſum vni, cæteris prohibitum cenſetur.*
17 *Iuriſdictio conceſſa de re alicui pertinenti in contrarium aliquo non apparente, cumulatiua magis quam priuatiua dicitur.*
18 *Præuentio locum habet inter plures Iudices cumulatiuam iuriſdictionem habentes.*
19 *Actuarij an ſindicatui ſtare teneantur.*
20 *Fideiuſſor præſtitus in principio officij, ſi reſirmabitur, an de geſtis anno ſequenti teneatur.*
21 *Si ſtatuto termino dierum 50. in ſindicatu elapſo cauſa determinata non fuerint an poſſit vltra officialis moleſtari? cum limitat.*
22 *Terminus ſtatutus ad expediendum cauſas ſindicatus, currere non incipit, niſi à die litis conteſt.*
23 *Appellari ſi contingat à ſindicatorum ſententia, vel decreto in terra Baronis habentis primas, & ſecundas cauſas, ad quem ſit appellandum.*
24 *In dubio cenſetur conceſſa magis ordinaria quam delegata iuriſdictio.*
25 *Iuriſdictio ſindicatorum à quo fluat.*
26 *Sindicatores nunquid teſtes citare poſſint coram eis ad deponendum, & non comparentes cogere.*
27 *Arbitri falſum coram eis deponentes poſſunt punire.*
28 *Conceſſa iuriſdictione, omnia ea ſine quibus explicari non poſſit, conceſſa intelliguntur.*
29 *Terminus ſtatutus ſindicatui, nunquid poterit per ſindicatores breuiari?*
30 *Litera ſindicatus officiorum qua forma facienda ſint.*

1 NOta primo ex hoc Ritu.† quod quilibet officialis huius Regni in fine ſui officij, debet ſtare ſindicatui, prout iubent conſtit. & cap. Regni ſupple, conſtit. volumus cap. Regni, item ſtatuimus, quod tam Iuſtitiarij,cap.quod incip. nouas formas,& aliud cap. quod incip. item quod prædicti officiales Iuſtitiarij ſcilicet, & Capitanei.

2 ¶†Secundo not. ibi Iudex,aſſeſſor,quod differentia eſt inter Iudicem,& aſſeſſorem,poſtquam hic diuerſis nominibus nuncupantur per l.ſi idem,C.de codicill.Iudex namque dicitur ille qui iuriſdictionem habet cap. forus extra de verb.ſignific.aſſeſſor vero ille qui nullam habens iuriſdictionem,Iudicibus aſſiſtit,eoſque inſtruit ad procedendum, & recte iudicandum,vt dicit Bald.in l.1.in fin.ff.de offic.aſſeſſ.& in l.præcipimus,§.quod ſi is,C.de appellat. Bartol.in l.prima,& poſt eum Iaſ.num.16.ff.de offic.aſſeſſ. idem Iaſ.& Dec. in rubr. eiuſdem tituli. Dec.conſil.8. & Caguol.in l.diem functo num.13. ff.eodem titulo. Hodie de iſtis aſſeſſoribus non habemus,quia generaliter in cômiſſionibus quæ fiunt eiſdem: dicitur, qualiter creantur Iudices,& aſſeſſores, adeo quod omnes aſſeſſores in hoc Regno ſunt etiam Iudices,& habent iuriſdictionem,ſicuti officiales ſui quibus habent conſulere, & ex communi vſu loquendi, Iudicem, & aſſeſſorem pro eodem ponimus, & appellamus.

3 ¶† Tertio nota ibi in fine ſui officij, quod ſindicatus officialium debet eſſe in fine officij. Ratio eſt, quia durante Magiſtratu conueniri non poſſunt, vt probat text. in l.pars literarum,ff.de iu. & l.nec Magiſtratibus,ff.de iniur.not.Cyn.in l.ſi præſes,C. de Epiſcop. audien. Bart. in l.2.ff.ad l.Iulia,repetun. & latè Parid. in tract. ſyndic. §.officialis durante officio folio 120. in part. vlt. Amplia iſtud not. procedere ſiue aliquis conueniat officialis, vt officialis,ſiue vt priuatus extra exercitium officij,vt dicit text. in d.l. nec Magiſtratibus, & Parid. in ſyndic. §. durante
4 officio,num.2.fol.19. † Limita non procedere in officiali habente dignitatem ſine adminiſtratione, qui etiam durante officio,conuenitur,vt dicit tex. ad literam, & ibi etiam Bartol. in dicta l.nec Magiſtratibus,& Parid. in

in dicto §. durante, num. 1. vbi exemplificant in comiti-
bus, Marchionibus, & alijs Baronibus ac prioribus artiũ,
illis tamen, qui non habent merum Imperium, vel ſaltim
poteſtatem carcerandi, vt no. Bar. in l. de pupillo, §. ſiquis
ipſi prætor. num. 9. verſic. quæro hic, ff. de nou. oper. nun-
5 cia. & probat text. in ead. l. nec Magiſtratibus. † Secundo
limita in officiali perpetuo, ſecundum Bart. in d. §. ſi quis
ipſi prætor. verſic. ſecundo quæro nu. 10. & etiam in offi-
ciali poſito ad beneplacitum, qui æquipararur perpetuo
ſecundum eum ibid. per tex. in l. iuriſperitos in princ. vbi
not. ipſemet Bart. in vlt. lect. ff. de excuſ. tut. & Par. in d. §.
durante num. 1. in fine. Item fallit alijs quinq; modis quos
ponit Afflict. in conſtitut. Regn. ſtatuimus vt Magnæ, 14.
a notab. nu. 42. a & in conſtit. eos tantum, 5. notab. nu. 5.
Parid. in locis præalleg. & Rom. conſ. 415. nu. 3. Erit autẽ
6 finis ſui officij in fine anni, † cum officiales omnes regu-
lariter debeant eſſe annales, vt probat tex. vbi etiam not.
per Bart. & Ioan. de Plate. num. 2. in l. neminem, C. de
ſuſcept. lib. 10. conſtit. Regn. occupatis, §. horum, vbi gloſ.
Iſer. & Afflict. 11. notab. nu. 11. cap. Regn. item quod præ-
dicti officiales, quod ſupra in princ. allegauimus, Napod.
in cap. Regni item ſtatuimus, quod tam Iuſtitiarij, nu. 42.
& Regia nouella pragm. Carol. V. Imper. quæ incipit vo-
lumus etiam vt Barones pragm. 5. in titulo de Baronibus,
poſſunt tamen quandoq; ad plus pro ſequenti anno refir-
mari, vt not. Bart. & Ioan. de Plat. in d. l. neminem, per il-
lum text. in final. verb. & probatur per Regiam pragmat.
quæ incip. Regiæ dignitati, in fin. pragm. 1. de ſindic. offi-
cia. & licet d. nouella pragm. Carol. V. volens quod offi-
ciales ſint annales ſit poſterior dictæ pragm. Regiæ digni-
tati, tamen non propterea corrigit, ſed intelligitur pro-
cedere regulariter, quia multoties fit refirmatio: (præſer-
tim per Barones pro anno ſequenti, vt omnibus eſt notũ)
& tali caſu finis ſui officij, & tempus ſui ſindicatus erit fi-
nis biennij, quia per d. Regiam pragm. Regiæ dignitati in
fine prouiſum eſt, quod quando officialis refirmatur, non
ſindicatur niſi quando in totum finiuerit officium, corri-
gendo in hoc text. in d. l. neminem, qui volebat, vt etiam
Bart. & Ioan. de Plat. ibid. not. non aliter poſſe refirmari,
7 quam ſi primo fuiſſet ſindicatus. † Intelligas tamen præ-
dicta, ſi finito anno venerit ſucceſſor, alias finis officij non
eſſet vſque ad aduentum ſucceſſoris, per text. in l. memi-
niſſe, ff. de offic. proconſul. l. 1. §. adminiſtratores, C. vt om-
nes cauſ. & l. præfertur, ff. de offic. præfect. auguſta. cum
ſimil. quæ ponit Par. in tract. ſindic. de modo, & forma
ſindic. in princip. fol. 32. in paruo vol. vt eſt etiam proui-
ſum in Regno per Regiam pragm. Inuictiſſimi Caroli V.
Imperatoris, quæ incip. prohibemus pragmat. 2. de offic.
Iudic. & ita ſeruatur.
8 ¶ † Quarto not. in fin. Ritu. quod officialis qui finito of-
ficio, non demonſtrat literas ſui ſindicatus, non poteſt aſ-
ſumi, nec admitti ad aliud officium, aſſumi ſupple, ab his
ad quos ſpectat ipſum creare, admitti ſupple ab vniuerſi-
tate ad quam deſtinatur, & iſta eſt melior prouiſio, quam
illa quæ habetur in cap. Regni, item quod prædicti offi-
ciales Iuſtitiarij, ſcilicet, & Capitanei, nam per illud ca-
pitulum diſponitur quod finito officio, non poſſit quis in
anno ſequenti obtinere, & exercere illud officium ad hoc
vt valeat ſindicari, ſed per hunc Rit. dicitur à contrario
ſenſu, quod ſi demonſtrat literas ſyndicatus, poteſt aſſumi,
& admitti ad aliud officium, quod obſeruatur etiam in
anno ſequenti, non obſtante d. cap. quod in hoc non ſer-
uatur. Ratio iſtius nota. per Ioan. de Plat. in d. l. neminẽ,
num. 1. prima, quia non debet quis eligi ad aliud officium
niſi primo reddiderit rationem adminiſtrationis, vt dicit
text. in d. l. neminem. Secunda, quia eſſe poteſt, quod fue-
rit malus officialis, & donec non ſteterit ſindicatui, non
9 debet interim eligi, † quia ſemel malus ſemper præſumi-
tur malus per regul. ſemel malus, de reg. iur. in 6. vt etiam
nota. Ioan. de Plat. in d. l. neminem, num. 1. Amplia iſtud
not. procedere nedum ad inſtantiam vniuerſitatis, & ho-
minum loci ad quem modo deſtinatur quis officialis, ve-
rum (quod plus reputatur ab aliquibus) etiam vniuerſi-
tatis, & hominum loci in quo de præterito fuit officia-
10 lis. † Ratio eſt quia in primo caſu vendicat ſibi locum
ſecunda ratio proxime allegata ad iſtud nota. & in ſecun-
do caſu limitat prima ratio ſimiliter ſupra allegata, prop-
ter quod militare debet eiuſdem Ritus diſpoſitio l. illud,
ff. ad l. Aquil. & l. à Titio, in princ. ff. de verb. obligat. cap.
translato. de conſtit. & cap. inter corporalia, de translat.
prælat. cum ſimilibus quæ citat Tiraq. in tract. ceſſa. cauſ.
par. 1. num. 151. Immo dico plus, quod prouiſio facta per
hunc Rit. quod officialis non admittatur ad aliud officiũ,
niſi demonſtret literas ſui ſindicatus dicitur potius reſpi-
cere fauorem vniuerſitatis, & hominum loci, vbi admini-
ſtrauit, quam loci vbi nunc intendit adminiſtrare, ex quo
ibi forte aliqua male egit, hic vero nondum, vt ſic iſte
tędio, ſiuè impedimento affectus procuret ſtare ſindica-
tui, & rationem adminiſtrationis reddere, quod bene
nota, quia nuper fuit in facto, & cuidam Iudici vnius ci-
uitatis, qui non compleuerat ſindicatum officij quod geſ-
ſerat anno præcedenti in alia terra, ad inſtantiam vnius
particularis terræ conquerentis de dicto Iudice, fuerunt
expeditæ literæ per Sacrum Regium Collater. Conſilium
11 quod non exerceret, donec ſindicatui non ſtetiſſet. † Se-
cundo amplia, ſiuè officialis habeat querelas criminales,
ſiuè ciuiles in illa terra, vbi geſſit de præterito officium, &
licèt quando habet querelas ciuiles, non teneatur ibidem
de perſona aſſiſtere cum poſſit relicto procuratore rece-
dere, vt probat text. in l. 1. §. quod ſi intra, C. vt omnes
iudic. elapſo tamen tempore 40. dierum ſtatutorum per
d. cap. Regni, item quod prædicti officiales, Iuſtitiarij, &
Capitanei, quia antea non poſſet, vt dicit text. in d. l. 1. in
princip. & Ioan. de Amic. conſil. 139. num. 12. in fine, ta-
men iſte Rit. non conſiderat hoc, ſed ſolum ſi habet lite-
ras ſui ſyndicatus, quæ non dantur niſi finito eo, (vt cla-
rum eſt,) & ideò eo ipſo quod quis non demonſtrat lite-
ras ſindicatus, non debet admitti. Limita iſtud not. proce-
cedere, ſi hoc fuerit à parte petitum per ea quæ nota. per
gloſ. in l. vniuerſa, in verſic. præbeatur, & ibid. Paul. de
Caſtr. Iaſfred. & alij, C. de precibus Imper. offe. vt etiam
dixi ſupra in Rit. 287. 3. not. & pro hoc faciunt quæ ſcri-
bit Paul. de Caſtr. in l. pen. §. final. per illum text. in lectu.
Paduana, ff. deleg. 2. quem refert, & ſequitur Hippol in re-
pert. rub. de fideiuſſ. q. 18. nu. 146. vbi quod ſtatutum
dicens quod appellans, vel petens reſtitutionem in inte-
grum, debeat cauere de reſtituendis expenſis, alias proceſ-
ſus per eum factus ſit nullus, intelligitur ſi cautio fuerit à
parte petita, per l. 4 §. hoc autem iudicium, ff. de damn. in-
fect. niſi ex verbis ſtatuti aliter comprehenderetur per eã
quæ dixi ſupra in Rit. 252. q. 2. eo maximè, quia ex his quę
ſupra diximus, fauorem partium ſolum reſpicit iſte Ritu.
cui bene poſſunt renunciare per l. ſi quis in conſcribendo
cum ſim. C. de pact. Intelligo tamen in hoc partem, vt di-
xi ſupra in 1. amplia, tam vniuerſitatem, & homines, vbi
nunc vult eſſe quis officialis, quam etiam vniuerſitatem, &
homines loci, vbi fuit officialis, & ſindicatum non dedit.
Et ſi dicatur aduerte, quia literæ ſindicatus requiruntur
hic per dictionem, niſi quæ videtur pro forma eas indu-
cere, vt not. Bald. in auth. matri, & auiæ, col. 1. C. quando
mulie. tute. offic. fung. & Aret. in l. 1. col. 5. verſ. 2. ff. de te-
12 ſtam. † & inductis pro forma renunciari non poteſt, vt
dicit Bald. in l. 1. C. qui admitt. reſpondetur, vt dixi etiã
ſupra in Rit. 189. q. 2. & in Rit. 252. quæſt. 2. illud verum
eſſe, quando dictio niſi, poſtponitur dictioni negatiuæ,
vnde,

ADDITIO.

a Numero 42. Adde vltra ſex limitationes poſitas per Af-
flict. in dicta conſtit. ſtatuimus. Septimam, videlicet niſi
ageretur de emptione Magiſtratus per text. in §. ſi quis
contra hæc fuerit, in nouell. ſub titulo, vt præſid. abſque
vlla data pecun. &c. alias authentica, vt Iud. ſine quoquo
ſuffrag. & vide quæ diximus ſupra ad Rit. 2. verſ. Epiſco-
pali Audientia. C. P.

Digitized by Google

vnde, cum hic præponatur, argumentum non procedit.
Sicque in pract. ſeruamus, quod niſi opponatur omnes
officiales admittimus, etiam quod literas ſyndicatus non
demonſtrent.
13 ¶ † Quinto not.ibi,& niſi, quod non ſufficit officiali
ſtare ſyndicatui per tempus à iure ſtatutum, niſi etiam li-
teram expeditionis dicti ſyndicatus obtineat: nam multi
ſunt, qui ſtant ſyndicatui infra dictum tempus,& poſtmo
dum cũ non adſint cauſæ,in quibus perſonaliter debeant
aſſiſtere, recedunt dimiſſo procuratore. In tantum,quod
per iſta verba tunc dicetur officialis ſtetiſſe ſyndicatui, cũ
effectualiter ab eo fuit expeditus, & licentiatus, demon-
ſtrãdo de hoc literas ſyndicatorum,vt fieri ſolet, pro quo
faciunt,quæ ſcribit Bart.poſt Dyn. in l. amplius,ff.rem
rat.habe.& Hipp.in l.is qui cum telo, num.49. C.ad leg.
Cornel.de ſica.vbi quod ſtatutum dicens,quod is qui pe-
tit executionem, puniatur tali pœna, intelligitur de eo,
qui petierit,& ad finem produxerit.Item facit,quod ſcri-
bit Dec.conſ.177.incip.quod ſupra, & poſt ipſum Hipp.
in d.l.is qui cum telo,nu.65. vbi quod ad hoc,vt legatum
alicui factum ſub conditione,ſi ſtuduerit,debeatur,requi-
ritur, ꝙ ſtuduerit,& ad doctoratum peruenerit, & tandẽ
faciunt, quamplura ſimilia,quæ in idem Hippo. ibid. cu-
14 mulat pro eo, quod communiter dicimus. † quòd verba
debent intelligi cum effectu,per l.1.§.2. ff. quod quiſque
iur.& l.pen.§.docere,cum ſimil.ff.ne quis eum, qui in
ius vocat.eſt,vt eximat.
15 ¶ † Quæro primo in hoc Rit.coram quo iudice officia-
lis ſtabit ſyndicatui? iſtam quæſt.ponit,& latè examinat
Io.Ant.de Nigr.in cap. Regn. item ſtatuimus, quod tam
iuſtitiarij,verſ.item quæro, nu. 69. & dicit,quod licet de
iure communi deberet ſtare ſyndicatui coram præfecto
prætorio, & Epiſcopo,per l.1.C.vt omnes iudi. & §. ne-
ceſſitatem,in auth.vt iud.ſine quoquo ſuffra. & per cõſt.
Regn.volumus,vbi not. Afflict. in 3. nota. ac per diſpoſi-
tionem illius capituli coram ſucceſſore, tamen per Regiã
pragmat.quæ incipit Regiæ dignitati, pragm. 1. de ſynd.
officia.ac per aliam nouellam pragm. Caroli V.quæ incip.
Volumus etiam,vt Barones,quæ eſt pragm 5.in titu.de
Baronibus,debet id fieri coram ſyndicatoribus eligendis
per Vniuerſitatem,vbi geſſit officium, abſque neceſſario
16 interuentu ſucceſſoris. Mouetur ipſe ex pluribus. † Pri-
mo,quia cum per dictas pragm.ſit permiſſum ſolum ſyn-
dicatoribus eligendis,cæteris cenſetur prohibitum per l.
cum prætor, ff.de iud. Secundo, quia cum per d.Regiam
pragm.Regiæ dignitati eſſet prouiſum, quòd ſyndicatus
fieret coram ſyndicatoribus,niſi aliam nouellam pragm.
idem diſponentem intelligeremus loqui,quòd fiat coram
ſyndicatoribus abſque interuentu neceſſario ſucceſſoris,
nihil operaretur,quod non eſt dicendum. Tertio,quia ſi
ſecus diceretur, ſequeretur, quòd officiales deberent ſtare
ſyndicatui coram ſucceſſore,& ſyndicatoribus, quod vi-
detur inconueniens. Sed certe iſtæ rationes facilè tolli
poſſunt,quia primum argumentum non procedit per l.
cum prætor, ex quo ibi hoc ſolum dicitur, ꝙ ſi vni de
tribus ſit prohibitio,cęteris videtur commiſſum, ſed ꝙ ſi
committatur duobus iuriſdictio,quæ etiam ad alium ſpe-
ctabat, cenſeatur prohibita quoad illum tex.ille hoc non
dicit,ſecundum etiam minime ſubſiſtit, ex quo dicta no-
uella pragm.ſatis operatur aliquid vltra primam,cum or-
dinet Baronibus,quod eorum officiales faciant annales,
& ad hoc ſolum emanauit, & licet etiam loquatur de
ſyndicatoribus,coram quibus ſit faciendus ſyndicatus: ta-
men hoc incidenter dicit,& remittit ſe ad dictam pragm.
Regiæ dignitati Tertium de inconuenienti iure non pro-
batur; propter quod,vt vides,eius rationes non ſtringũt.
Quid dicendum? Ego teneo eandem opin. quam ipſe te-
net,quod interuentus ſucceſſoris non ſit neceſſarius in
ſyndicatu officialium,coram ſyndicatoribus, & hoc per
dictam nouellam pragm. vt ſtatim dicam. Aduertendum
tamen puto,magnam eſſe differentiam inter primam, &
ſecundam pragm.Vigore namque dictæ primæ pragmat.
ego dico,quod cum in ea nihil aliud dicatur, quam quod
contra officiales,qui ſtant ſyndicatui poſſit procedi per
ſyndicatores eligendos per vniuerſitatem,iuriſdictio,&
poteſtas ſyndicandi redditur cumulatiue inter ſucceſſo-
17 rem ſuum,& ſyndicatores, † cum quælibet iuriſdictio,
quæ alicui conceditur de re,quæ etiam ad iuriſdictionem
alterius ſpectabat,ſemper dicitur cumulatiua, potiuſquã
priuatiua,alio in contrarium non apparente, vt probat
tex.not.in l.fin.C.de iuriſd.omn.iud. text. in l.1. vbi hoc
not. Bart.in l.1.C.de offic.præfect.vrb.tex.in l.adiri, iun-
ctis not.per Bal.ff.de off.præfe.vrb. & tex.iuncta gl. in l.
fin.C.vbi cau.fiſca.quæ iura cum nonnullis alijs pulchrè
citat Roma.conſi.393. in princ. idem pulchre concludit
Anch.conſ.159.de iuribus,& efficacia.circa fin. Bald.in l.
nulli,in princ.ff.quod cuiuſque vniuer.Abb.conſ. 25. ca-
nonicus regularis,late Felyn.in cap.paſtoralis,num. 2. de
offic.deleg.Cagno.in l.in toto.num.21.ff.de reg. iur. &
Gram.deciſ.30 num.1.cum ſeq. & propterea tempore
dictæ primæ pragm.poterat ſyndicare ſucceſſor, & ſyn-
dicatores, verum inter eos habebat locum præuentio,
18 † quæ ſemper locum habet inter plures iudices haben-
tes iuriſdictionem cumulatiuam,per l.ſi quis poſtea, in fi.
vbi etiam not.Bart.ff.de iud.idem Dom.de S. Geminia.in
cap.per hoc,de hæret.in 6. Io.de Ana.in cap. excommu-
nicamus,§.volumus, de hæret.Ang.in l.1.§. ſi quis in
appellatione,col.pen.ff.de appel.Aret. conſ. 101. ſpecta-
bilis domine,Affl.c.deciſ.41.num.1.& Gramma. in d.de-
ciſ.num.5.vigore vero alterius pragm.quam nouellam
appellamus,iuriſdictio conceſſa ſyndicatoribus, dicitur
conceſſa priuatiuè, non per rationem, qua mouebatur
ipſe,ſed quia inter alias limitationes, quæ dantur ad
regulam prænarratam, quod iuriſdictio in dubio dicitur
concedi cumulatiuè,eſt vna, quæ dicit eam regulam non
procedere,vbicunque nõ cõceditur ſimpliciter iuriſdictio
alicui,de re,quæ ad alterius iuriſdictionem ſpectabat, ſed
dicitur,quod cauſæ emergentes in tali loco, debeant agi-
tari per Vicarium ibi ponendum,& apparet de voluntate
concedentis,vt dicit Fely.in d.cap.paſtoralis,col.2. limit.
1.& Roman.in d.conſil.vnde cum in dicta nouella prag.
non dicatur ſimpliciter,ſicut in prima, quod contra offi-
ciales poſſit procedi per ſyndicatores, ſed quod finito an-
no,officiales debeant ſtare, & parere ſyndicatui faciendo
per ſyndicatores, manifeſtiſſimè patet intentionem Im-
peratoris eſſe eorum iuriſdictionem facere priuatiuam,
& non cumulatiuam,& ita ſeruatur communiter,licet in
multis terris,& præſertim in Ducatu Amalfiæ interue-
niat etiam ſucceſſor, quod bene not. quia quotidie eue-
* nit. * Et adde,quod vltra prædicta hanc etiam opin.in
proprijs terminis firmat Bal.in l.obſeruare, §. proficiſci,
q.1.nu.2.ff.de offic.proconſ.
19 ¶ † Secundo quæro,quid in actuarijs Curiarum, nun-
quid etiam ipſi in hoc Rit.includuntur? Breuiter, licet de
eis non fiat expreſſa mentio: tamen virtualiter continen
tur,quia loquitur de quolibet officiali,cuius appellatione
veniunt etiam actuarij, vt late ſcripſi ſupra in Rit. 9.3.
not.Item quia iſte Rit.loquens de quolibet officiali, re-
mittit ſe ad capitula Regn.in quibus extat vnum, quod
incip.Item,quod prædicti officiales,iuſtitiarij, & capita-
nei,in quo expreſsè ordinatur,quod actuarij ſint anna-
les,& ſtent ſyndicatui,& de iure etiam prouiſum eſt per
tex.not.quem videas in l.3.C. de aſſeſſor. & ita ſeruatur
vbiq; exceptis actuarijs Sac.Conſilij,Regiæ Cameræ Sũ-
mariæ,& Magnæ Curiæ Vicarię,qui ſunt perpetui.
20 ¶ † Tertio quæro,cum ſupra dictum fuerit in 3.not.in
fin.quod officialis finito anno poteſt per alium annum
refirmari; nũquid fideiuſſor præſtitus in principio officij,
tenebitur etiam de geſtis in anno refirmato? Bal. in l. ſi cũ
hermes,in prin. C.loca.Ang.in l.legem,in fi.C.eod.tit. &
Hipp.in repet.rub.de fideiuſſ.q.8.nu.94. in proprijs ter-
minis dicunt,quod non,per tex.in d.l.ſi cum hermes,cum
alijs,quæ allegant,pro quo facit glo. not. in l. damni in-
fecti,§.ſi is qui vicinas,in verſ.augeri, ff. de damn.infect.
quæ

quæ dicit,quod promittens fructus talis arboris, non te-
netur ſi ea deiecta vi ventorum,vel inciſa fuerit,& eadem
nata nouella arbor. & ita ſeruatur quotidie, vbicunque
21 refirmantur officiales. ¶† Quarto quæro nos habemus
in Regno præfixum terminum 40. dierum,infra quos of-
ficiales tenentur ſtare ſindicatui, commorando in loco,
vbi officia geſſerunt,iuxta l.1.& 2.C.vbi de ratio, vt pa-
tet ex c. Regn. item ſtatuimus quod tam Iuſtitiarij, licet
de iure communi eſſent 50. per text. in l.1. C. vt omnes
Iudic.quorum 40.dierum viginti dantur ad proponendũ
querelas,& viginti ad expediendum,vt dicit Par.in tract.
ſindic.de modo,& forma ſindic.§.& modo videndum eſt
nu.1.fol.35. in paruo volum. nunquid ſi infra dictos dies
non fuerint cauſæ determinatæ, inſtantia ſindicatus erit
perempta quod officialis amplius ob peremptionem in-
ſtantiæ moleſtari non poſſit. Parid. in d. tract.in verſ. in-
ſtantia,& in §.ſeq.incip.dicit conſtitutio Regni,verſ. ta-
men in contrarium, diffusè examinat hanc quæſt. & tan-
dem dicit, quod etiam poſt dictum terminum poterunt
tractari,& expediri cauſæ ſindicatus,idem Bar.in d.l.1.&
in l.properandum in princ. num.6.C.de Iudic. Bald.in
l.ſcire oportet,§.conſequens,ff.de excuſ. tut. Roman.cõ-
ſil.415.quo ad primum, num.4. Io. de Amic. conſ.139.
num.12.& Io.Ant.de Nig.in d.c.item ſtatuimus num 66.
dummodò expediantur infra alios viginti dies ſecundum
Io.Ant.de Nigris,in d.c.per text.cum gloſ. in d.l.1.in fin.
verb. in gloſ. præfato modo. Bene tamen verum eſt, ſe-
cundum Bart.in d.l.1.& Ioan.de Amic.in d.conſil. quod
lapſo termino 40. dierum ſi cauſæ ſunt ciuiles, officialis
poterit recedere dimiſſo procuratore iuxta text. d.l.1. qđ
quidem antea infra illum terminum facere non poterat,
vt dicitur in princ. illius l. Limita tamen prædicta pro-
cedere ſecundum Alberic.in d.l.1. Soccin. in cap. venera-
bilis,extra de iudic.in tract.quem ibi fecit de inſtan.art.6.
fallent.7.Parid.in d.§.dicit conſtitutio.& Grammat.con-
ſil.crim.54.nu.12.quotieſcunq; per ipſos ſindicatores ſte-
tit cauſam expediri,nam rectè intuẽdo, ita propriè loqui-
tur tex.in d.l.1. in fi.ibi, nã ſi ſuperſederit, & idẽ quando
ſtet eſſet,per procraſtinationes ipſius officialis ſindicandi,
vt dicit Par.in d.verſ.inſtantia,§.an ſi partes,tunc.n.verũ
eſt,qđ etiam poſt terminũ, 40. dierũ cauſæ expediri pote-
runt,ſecus vero,qñ per procraſtinationes partis querulã-
tis qm̃ tunc abſq; dubio, lapſo dicto termino 40. dierum,
ſm̃ dictũ c.Regn.vel 50.ſm̃ ius cõmune, inſtantia ſindica-
22 tus erit perẽpta,ſm̃ Alber.Soccin. & Gramat. ibid. † Ad-
uerte tamen, qđ viginti dies ſtatuti ad expediendũ cauſas
ſindicatus,tã per ius cõmune in d.l.1.quã per d.c.Reg.nõ
incipiunt currere niſi à die litis cõteſtatę,vt probat tex.cũ
gl.in d.l.1.in fi. in verſ.orta. & ideò cauti officiales ſtatim
lapſo termino,ad porrigendũ querelas omiſſis omnib.ſub
terfugijs, conteſtantur litem ſuper eis, quod bene nota.
23 ¶†Quinto quæro de vna quæſt.quæ quotidie poterit ob-
uenire:pone,qđ à ſententia, vel decreto ſindicatorũ con-
tingit appellari in terra in qua forte Baro habet non ſolũ
primas,ſed etiã ſecundas cauſas,nunquid ad Iudicẽ ſecun
darũ cauſarũ ipſius Baronis appellabitur,an vero ad Mag.
Cur.vel Reg.Aud.Prouinciæ? iſtã quæſt. non reperi huc-
uſq; tactã ab aliquo quem viderim, præterquã nouiter à
Vinc.Maxil in conſuet.Bar.in tit. de immun. noſtræ ciuit.
in conſuet.incip.neq; à comitibus nu.29. vbi pro & con-
tra arguit,& dicit,quod ad ipſum Regẽ,vel ſuos officiales
maximè ad Mag.Cur. appellari debet,non autem ad offi-
cialem Baronis in ſecundis cauſis ordinatũ. Mouetur ipſe
tribus rationibus; prima,quia cũ ſindicatores non habeãt
iuriſdictionem cohærentẽ territorio, ſed ſolum ſit eis cõ-
miſſa cognitio certarũ cauſarũ, non videtur habere ordi-
nariã iuriſdictionẽ, ſed delegatã, vt firmat in ſpecie Bart.
in l.3.nu.11.verſ.& per hoc C.vbi & apud quẽ,& Iaſ.in l.
more,nu.50.ff.de iuriſd.omn.Iud. & propterea tanquã à
Iudicibus delegatis,ad ipſum Regẽ delegantẽ,ſuoſue offi-
ciales appellari debent per text.in l.1.ff.qui. & à quo ap-
pell.cũ ſimil.ſed iſta prima ratio mihi non ſatisfacit; quia
non puto verũ qđ ſindicatores ſint Iudices delegati, nec
etiam qđ eiſdẽ cõmittatur cognitio certarũ cauſarum, vt
dicunt Bart.& Iaſ. in locis præallegat.immò teneo indu-
bitanter, quod cum eis cõmittatur iuriſdictio vniuerſalis
de quibuſcunq; cauſis contra officialẽ ſindicandum, di-
cuntur Iudices ordinarij,non delegati, quia vt dicit idem
Bart.in l.more,nu.8.verſic.iuxta hoc,ff.de iuriſdictio. om-
nium Iudic.& in leg.ambitioſa,num.34 circa fin.ff.de
decre.ab ord. facien.& latè Marc.Ant. Blanc. in tract.de
compromiſs. quæſito. 6. num. 4. verſicul. ego in tanta
quotieſcunque iuriſdictio conceditur inter certas perſo-
nas vniuerſaliter dicitur conceſſa ordinaria, non dele-
gata per text. in l.1.§.cum vrbem,ff.de offic.præſid.& d.
l.fin.C.vbi,& apud quem.Exemplum eſt ſecundum Bart.
in d.l.ambitioſa in final.ver.in authen. habita,C. ne filius
pro patre,vbi Doctoribus conceſſa eſt iuriſdictio ordina-
ria inter ſcholares. Item exemplum eſt,ſecundum Blanc.
in loco præallegat. in arbitris electis vigore ſtatuti inter
coniunctos, qui cum habeant iuriſdictionẽ vniuerſaliter
inter omnes illos propinquos qui in eos conſentiunt, di-
cuntur etiam ordinarij,non delegati, per prędicta, & ea
quæ nota. Bart. Alexand.& alij in l.& quia,ff.de iuriſdict.
omn.Iudic.& Abb. & Dec.in cap. relatum de offic. de-
leg.vbi quod quando iuriſdictio datur ſimpliciter ad vni-
uerſitatem cauſarum,abſq; verbo delegamus,dicitur tran
24 ſlata ordinaria non delegata,†tanto magis quia in dubio
ſemper dicitur concedi ordinaria iuriſdictio potiuſquam
delegata, vt nota. Cardin. in cap. quoniam Abbas in 13.
quæſt. de offic. deleg.& Afflict.in conſtit.Regn. authori-
tatem la prima in 2.not. in fin. per gloſ. ſingul. in l.iube-
re,ff.de iuriſdict. omn. Iudic. & l. à Diuo Pio, *in princip.*
25 ff.de re iudic. Secunda ratio eſt, † quia *cum iuriſdictio*
ſindicatorum fluat à Rege, vigore Regiæ pragmat. huius
Regni,vt dixi latius ſupra in prima quæſtione ad eundem
Regem,ſeù ſuos officiales,per appellationem refluere de-
bet,vt dicit Bald. in cap.1.num.11.verſic. ex præmiſſis de
allodijs Bartolom. de Capua, in proœm. Conſtit. Regn.
num.3.Afflict.in conſtit.ea quæ ad decus 2. notab. nu.6.
Capic.deciſ.9. & Grammat. deciſ.46.& iſta ratio mihi ſa-
tis placet,quam melius declarando dico, quod ſatis certũ
eſt, quod ſindicatores dicuntur officiales Regij cum au-
thoritate dictæ Regiæ pragm. procedant non autem ex
conceſſione iuriſdictionis eiſdem facta per Barones, &
propterea ſicut à ſententijs,& decretis latis per officiales
Regios in terris, & ciuitatibus deputatos, appellatur ad
officiales ſuperiores ſimiliter Regios:non autem Barona-
les eodem modo à ſententia,& decreto ſindicatorum de-
bet appellari ad Regios ſuperiores, vt ſic refluat iuriſ-
dictio vnde manauit,vt ſupradictum fuit. Tertia ratio eſt,
quia per Ritus Magnæ Curiæ ſupra 49. exceſſus officia-
lium,ſiuè durante officio conueniantur ſiuè poſtea,vt ibi
dixi in 4.quæſt. ſolum à Magna Curia cognoſcuntur,quo
Rit. exiſtente, ſicuti in prima cauſa Baronibus eſt ſublata
cognitio ſuorum officialium,vt latius dixi ibid.in 2.quæ-
ſtione pari modo debet eiſdem eſſe ſublata in ſecunda,
quæ oritur ab officio ſindicatorum non ab eis ordinato-
rum,ſed ab vniuerſitatibus authoritate Regia in d.pragm.
diſpenſata,& iuxta iſtam opinionem videmus in pract.ſer
uari quod à ſindicatoribus non appellatur ad Iudicem ſe-
cundarum cauſarum Baronis,ſed ad Magnam Curiam,
vti Audientias Regias Prouinciarum, quod nota.
26 ¶† Sexto quæro nunquid ſindicatores poterunt citare
teſtes mandando,quod compareant coram ipſis ad depo-
nendum,& non comparentes cogere? Breuiter ego dico,
quod ſicut arbitri electi voluntate partium, non poſſunt
iſta facere,vt dicit Specul in titulo de arbit.§. differt,verſ.
item arbiter non poteſt,ſed debent procurare, quod fiant
per Iudicem ordinarium,vt dicit Bald.in l. ſed ſi interpel-
letur in 1. & 2. lect.ff.de arbitr.& in cap.1. num.10. ſi de
inueſtit.inter dom.& vaſſal.lis oria.Lanfranc. in tract. de
arbit.num.12.vol.1.tract. & Mar.Ant.Blanc. in tract. de
27 compromiſs.quęſt.8.num.13. † arbitri vero electi vigo-

re

Digitized by Google

re ſtatuti,hoc bene poſſunt,immo etiam, & falſum coram eis deponentes punire,vt dicunt Goffr.Hoſt.& Fel.in c.ſuſpicionis de off.deleg.Io.And.in additio.Spec.in tit.de teſte,§.1.nu.46.in verſ.punire,Ang.in l.ſi vacātia.C.de bon. vacant.lib.10.& Blan.in loc.prælleg.ea quidem ratione, quia iuriſdictionē habent vigore ſtatuti, vt diximus ſupra in præceden.quæſt. eodē modo & ſindicatores debent iſta poſſe, cum ex his,quæ ſupra diximus, pateat ipſos officiales regios eſſe,ordinariamque iuriſdictionē habere vigore
28 Regiæ prag.& clarū ſit in iure,† quod cui conceſſa eſt iuriſdictio,ea etiā quoque cōceſſa eſſe videntur, ſine quibus iuriſdictio explicari nō poteſt l.2.ff.de iuriſd.om.iud.l.ad rem mobilem,& l.ad legatū,ff.de procur. ſpectāda eſt tamen cōſuetudo vniuſcunque ciuitatis,quia dicunt Ang. & Blan.in locis prælleg.Peruſij,& in ciuitate Patauina,quæ ſupradicta ſunt de arbitris ſtatutarijs in pract.non ſeruantur, & ego quoque neque in eis, neque in ſindicatoribus video ſeruari,quod teſtes per ipſos cogantur, vel puniantur,ſed ſolū,quod citentur ſub pœna, licet poſtmodum ſi nō pareant,per iudicē cogantur,vt clarum eſt, quia regula d.l.2.ff.de iuriſd.om.iud.intelligitur cum grano ſalis,& multas limita.habet,vt patet ex Iaſ.ibi,Dec. & Fely. in c. præterea, de off.deleg. & Iaſ.in l.plane ſi conſequenti,ff. de legat.1.& Dec.conſ.77.

29 ¶ † Septimo quæro nunquid terminus ſtatutus officialibus ad ſtandū ſyndicatui,de quo diximus ſupra in 4.q. poterit per ſyndicatores breuiari? Par.in tract.ſyndi.de modo,& forma ſyndica.§.& modo,nu.2.fol.34.in paruo vol. tangit iſtam quæſt.& dicit,quod cū iſte terminus ſit à iure præfixus abſque miniſterio hominis, & dilationes à iure conceſſæ abſque miniſterio iudicis, ſine cauſa breuiari nō poſſint,vt dicit Bar.in l.2.nu.4.verſ.ego teneo,ff.de re iud. gl.in c.cū ſit Romana,de appell.& in §.ſancimus, in verſ. viginti in auth.de exhib.reis.Ant.de But.in c.2.de dilatio. Fel.in c.paſtoralis,nu.5.de except.& Dec.in d.c.cū ſit Romana,nu.35.ſyndicatores non poterunt hoc facere, niſi cū cauſa,licet ſecundū eum,male ſeruetur,& arbitrio ſindicatorum,dentur tēpora ſindicatui,eo quia officiales aliquando adminiſtrant anno,aliquādo biennio,& aliquādo plus, & minus arbitrio ſuperiorum.Erunt autē cauſæ iuxta conſuetudinem fori,vt dicit Bart.in d.l.2.nu.5.poſt gl.in auth. qui ſemel.C.quomodo,& quando iudex.Item aliæ multæ, quas ipſe enumerat,& pulchre explicat Rip.poſt eū.Et ex his dictis Par.duas habes cōcluſiones.Prima eſt,quod terminus ſtatutus officialibus ad ſtandū ſindicatui,dicitur præfixus à iure abſque miniſterio iudicis, ſeu ſindicatorū. Secūda eſt,quod dilationes à iure ſtatutæ abſque iudicis miniſterio non poſſunt per iudicem breuiari ſine cauſa, licet cū cauſa ſic.Quoad primam,ego puto, ꝙ Par.non bene dicat,& quod talis terminus dicatur à iure præfixus cū iudicis miniſterio,induco tex.in l.1.in princ.C.vt omnes iudi. tam ciui.quam crimina vbi tex.dicit,quòd officialis poſtquā ſibi ſucceſſum eſt,non debet recedere de loco vbi adminiſtrauit antequā quinquaginta dierum conſtitutus numerus finiatur,ponderando verbū conſtitutus, quod quidem nō poteſt intelligi, niſi de conſtitutione facta per deputatos ad ſindicandū, eo quia ante illum tex. nullo alio iure talis terminus conſtitutus reperitur. Itē iudico practicā per eund.Parid.poſitam in eodemmet §.in princ.vbi dicit,ꝙ ſindicatores debent banna emittere,& in eiſdē terminum à iure ſtatutū aſſignare,ex qua practica colligi poteſt,quod vltra ꝙ legiſlator in d.l.1. voluit talē terminum eſſe à iudicibus deputatis conſtituendū, etiam modus ſindicandi taliter ſe habet, quod niſi per ſindicatores ſtatuatur,& præfigatur,nunquā currere incipiet,vt clarum eſt,& ex cōſequenti iudicis,ſeu ſindicatorū miniſterio aget, quo ſtante nulli eſt dubium,ꝙ cū à iure ſit præfixus cum iudicis miniſterio poteſt per iudicem breuiari, etiā ſine cauſa, vt tradit idem Bart.in d.l.2.nu.11.verſ.itē quid ſi lex,& ibid. Pau.de Caſt.nu.4.Bal.in l.iubemus,C.de iud.Ang.in auth. hodie C.de appell.Rom.conſ.497.nu.2.Imol.col.68.nu 8. & plene Rip.in d.l.1. nu.14. verſ.prima, ſicque videmus quotidie breuiari per ſindicatores fere in omnibus ciuitatibus Regni,licet in aliquibus terris ſeruetur contrarium, & ne quidē vna dies diminuatur de termino ſtatuto,per c.
* Reg. * Hodie vero per nouiſſimā prag.7. inci. Illuſtres,& magnifici,§.e nel tomar de los ſindicados,in tit. de cōpoſitio. prohibitū eſt breuiari terminum ſtatutum ſindicatui officialiū,& licet loquatur ſolū in Gubernatoribus,& Capitaneis regijs, illud non eſt circa verba diſpoſitiua prag. ſed circa relatiua exprimēdo,quod de illis audiuit breuiari terminū ad complacētiam,nam poſtea dicit,quod prag. & capitula Regni,quæ ſuper hoc diſponunt inuiolabiliter ſeruentur,quod not. pro intellectu d.prag. Quoad ſecundam,contrariū tenuerunt Iac.de Aret.& Cy. in l.1. C. de dilatio.& in authen.qui ſemel.C.quomodo,& quādo iud. Bal.Rom.& plene Iaſ.in d.l.2.ff.de re iud. Bal.in l. de die, ff.qui ſatiſd.coga.& in d.l.iubemus,vbi dicit,quod eſt ipſa veritas,Imo.in d.c.cū ſit Romana,vbi dicit hanc eſſe communē,& Rip.in d l.2.nu.14.dicentes communiter nō poſſe iudicem id facere etiam cum cauſa, exceptis ſex caſibus quos Rip.ibid.enumerat.Bene tamen verum eſt ſecundum eund.Rip.ibi nu.27.quod ſi ille cui terminus legalis coarctatus fuit,acceptauit,talis coarctatio valet per tex.in l.ad ſolutionem,C.de re iud.& c.quoad conſultationē,vbi not. Abb. ext. a de re iud.& idem ſi fuerit coarctatus cauſa cognita,& non extiterit appellatum per tex. in c.cum inter, * extra de re iudic.quæ bene notabis.

30 ¶ † Octauo quæro, qua forma fient literæ ſyndicatus officialiū de quibus in hoc Rit. dicitur, quòd niſi demonſtrentur,officialis nō admittitur ad aliud officiū? Breuiter, licet non reperiatur formiter ſic ſcripta, nihilominus infraſcripta, à me nouiter tradita in ſindicatu infraſcripti Auditoris officialis aliter fuiſſet, videlicet. Philippus Dei Gratia Rex Caſtellæ Aragonū, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalē,&c.Don Lope de Herrera miles Regius Collateralis Conſiliarius,& in prouincijs Principatus Citra, & Baſilicatæ generalis Gubernator,Cæſar de Luciano, & Deſiatus Baxileo Regij Auditores. Nec nō Petrus Maria Capoccaſſus V.I.D.& Lucas Mattheus Naccarella de ciuitate Salerni ſindicatores electi,& deputati per regiam prouincialem Audientia Principatus citra,& Baſilicatæ ad ſindicandum magnificum V.I.D. dominum Marium Pepe eiuſdem Regiæ Audientiæ Auditorem, &c. Sanctiſſimi Imperatores noſtri cum ſcirent iudicibus quo minus in iure dicendo,& ſententijs ferendis,iuſtitię munus explerēt odiū, amicitiam, iram, atque auaritiam omnino impedimento eſſe,optimo iure ſanciuerunt, vt magiſtratus, & iudices, qui iuriſdictionis ſuæ adminiſtratione functi eſſent, continuo factorum redderent rationem, vt ſi qui in huiuſmodi gerendis,vel crudeliter,vel ſuperbe, aut auare, cupidevè quid egiſſent, non ſine magna & famæ, & exiſtimationis nota graues pro ſanctarum ll.conſtitutionibus pœnas pēderent,qui vero ius vrgente, & æquitate, à praua animi libidine ſe temperarunt, famæ ſuæ,& hominum neceſſitatibus cōſulentes, eos ſummis laudibus per hominum probatorū teſtimonia in cælum tolli, ijdem Imperatoris voluerunt. Quas ob res,vt id rectè fieret,& ſine corruptelæ ſuſpicione homines lectiſſimos, & viros vitæ integritate probatos, repetundarum iudicio diligenter, atque ſeuere præeſſe mandarunt, qui ſumma adhibita diligentia ex poſtulationibus,& hominibus,qui non ęquo iure,& clementer habiti fuerant, operam darent. Vnde re diligenter,& ex veritate perſpecta,ita vtriſque cōſulerent, vt nullus iuſtæ querelæ locus relinqueretur. Quare factū eſt cum nobis in ſupradicti magnifici Marij ſindicatu, qui in hac Lucaniæ regione,ſiue prouincijs Principatus citra, & Baſilicatæ Auditor fuit,id oneris impoſitum eſſet, vt nihil in noſtro munere deſideraretur,dedimus operam, qui cauimus edicto, & præconum voce per harum prouinciarum vrbes,oppida, & loca,(vt mos expoſtulat)palam fecimus vnicuique licere per certos dies adeſſe,& ſine metu expoſtulationes,& querelas(ſi quę eſſent,)apud nos,& noſtrum tribunal audacter habere,quo tempore ad nos adeūdi da-

Digitized by Google

to,& conſumpto,nemo comparuit,qui querelam aliquam expoſuiſſet. Cum vero diligentiſſime inueſtigaremus, exquireremuſque,cuncti eundē dominum Marium quaſi pleno ore laudabãt,eiuſque virtutes, doctrinam,morum probitatem,& totius vitæ integritatem,ſummis laudibus tollebant in cælum, qui non modo facto, ſed ne verbo quidē quemquam læſerat vnquam,quare cognoſcentes nos hunc magnificum Marium fuiſſe in malos ſeuerum, in inſontes mitem,erga bonos beneficum,erga viduas, & pupillos facilem,atque benignum,iudicauimus non modo noſtra ſententia abſoluendum,ſed etiam,vt virum ſapientem,iuſtum, modeſtum,fortem,& incorruptũ,eſſe omni laude, & ſumma gloria digniſſimum, itaque eum talem eſſe noſtra approbatione comprobamus, & à ſui Auditoratus adminiſtratione in poſterum,& perpetuo liberamus, & quia cupimus in eiuſdem laudem,& gloriam hoc noſtrũ iudicium omnibus eſſe notum,has litteras in clarũ, & firmũ huiuſce rei teſtimonium ſcribendas curauimus, quibus noſtra nomina manu noſtra adſcripſimus,atque ſigillum eiuſdē Regiæ Audientiæ impreſſimus.Salerni,die 23.menſis Martij. 1560.Don Lopes de Herrera.Cæſar de Luciano. Deſiatus Paxileo. Petrus Maria Capocraſſus. Lucas Matthæus Naccarella.

* ¶ Nono quęro,quod tempus dari debet per ſindicatores officiali ſindicando, qui per duos, vel tres annos officium exercuit? tex.in c. Regni item ſtatuimus,quod tã iuſtitiarij,dicit quòd pro quolibet anno dari debent quadraginta dies,adeo,quod ſi ſtetit per duos annos,dari debent octuaginta,& ſi per tres annos centumuiginti,attẽta ſemper rata temporis,quo officium exercuit,vt in d.c.dicitur, Bal.vero in l.obſeruare,§.proficiſci,q.19.nu.12.dicit,quod ſi ſunt plura officia, pluries eſt ſindicandus, ſi vero vnum prorogatum, vnicum eſt totum tempus rationis reddẽdæ, & ipſum ſequutus eſt Alciatus conſ. 10. nu.4.tomo 2.lib.7. Dicentur autem plura officia quotieſcunque per annũ habuerat commiſſionem ad aliud officiũ, & eo finito habuit aliam pro alio anno, vbicunque vero durãte primo anno commiſſionem habuit pro alio anno, vel ſine noua commiſſione toleratus fuit,dicetur vnicum officium prorogatum, per tex.not. ad hoc in l ſed ſi manente, ff. de preca. l.4.in princ.vbi per Alex.ff.de dam.infect. l.ſi cũ dies, vbi per Alber.ff.de arbit.late Dec.in c.de cauſi, num.38.poſt Bal.ibi,de off.deleg.& Tiraquell.de retract. conuen. §.1. gl.7.nu.24.verſ.ſed dubium,vt dixi latius in prag.4.q.1.& 2.de exulibus, vbi quod prorogatio dicitur fieri durante primo termino,& ſi fiat eo elapſo,dicitur noua diſpoſitio, & vbi tempus prorogatur non dicitur fieri alterationem prioris diſpoſitionis,ſed extenſionē,d.l.ſed ſi manente,& ſcribit Tiraquell. loco præalleg nu.26.verſ.ſed id quærimus,adeo quòd ſecundum eundē ibi.nu.27. verſ. ex quo, & Hipp.ſing.300.ipſa protogatio aſſumat omnes qualitates, & conditiones primæ diſpoſitionis, & cenſeatur eſſe eiuſdem omnino naturæ, & hanc Bal. opin. ego ſequor. Non obſtat d.c.Reg.itē ſtatuimus,in illis verbis, pro quolibet anno, quoniam cum in ſui principio loquatur cũ iuſtitiarijs cæteriſque officialibus, illa verba pro quolibet anno referuntur ad ipſos officiales,vt ſit ſenſus,quod dicti officiales quilibet pro ſuo anno ſtet ſindicatui per quadraginta dies,corrigendo diſpoſitionem iuris communis, per quod ſtatuti erant dies quinquaginta abſque diſtinctione ſi officialis ſtetiſſet in officio per annũ,vel per duos,vt in l. ſi C.vt omnes iud.& in §.neceſſitatē, in authen. vt iud. ſine quoquo ſuffra Minime etiam obſtant alia verba d.cap. dicentia pro rata temporis,quoniam illa verba ſunt appoſita in fauorem officialiũ ſupplendo ius commune à quo nihil erat diſpoſitũ de tempore ſindicatus quando ſtetiſſent minus vno anno.& cum nihil dicat quando ſtarẽt plus, relinquendum eſt diſpoſitioni iuris communis vulgat. l.cõmodiſſime, ff.de lib. & poſth.à quo iure communi tempus ad ſindicãdum officialem ſtatutum fuerat indiſtincte, vt ſupra dictum fuit,adeo quod intentio præfati cap.eſt,in vno capite corrigere,& in alio ſupplere ius cõmune, & in vtroque fauere officialibus ſindicandis,non autem ſtatuere, vt ſi officialis ſtet in officio per plures annos quilibet annus habeat quadraginta dies ad ratio em reddendam,quia in hoc nimis grauarentur officiales contra mentem ipſius capituli, quod, vt dixi,fauere intendit, & ita teneas,quia eſt ipſa veritas.In Regno autem noſtro iſta quæſt.vltra prædicta nullam habere debet difficultatem,quia commiſſiones omnes officialium temporalium,tam Regiorum, quã Baronum, expediuntur pro vno anno,cum illa clauſula, & deinde in antea ad noſtrum beneplacitum, exceptis commiſſionibus, quæ à Regia Maieſtate expediuntur Præſidibus prouinciarum, quæ fiunt per biennium ſimiliter cum dicta clauſula,adeo quod ſiue officiales ſtent per duos annos,ſiue plus,ſemper erit vnicum officium,& quadraginta tantum dies ſtare debẽt ſindicatui, & ita ſeruari videmus in pract.in iudicibus Magnæ Curiæ,Præſidibus,& Auditoribus prouinciarum, qui ad minus ſtant per biennium, & tempore eorum ſindicatus datur idem terminus, qui dari ſolet illis qui pro vno tantum anno officium exercuerunt. Vnum tamen aduerte, quoad ſindicatum præſidũ prouinciarum,& auditorum prouinciarum, quòd per prag.3 incip.cum iure,de off.iuſti.correctum eſt,d.c. Regni circa terminum dandũ eorum ſindicatui,adeo quòd per d prag. debet eſſe dierum quinquaginta, quæ pragmatica ſeruari debet propter diſpoſitionē alterius nouiſſimæ prag.7. incip.Illuſtres,& magnifici,§.e nel tomar de los ſindicados, de compoſit. in cæteris autem officialibus, d.c.remanet in ſuo robore. Decimo quęro,pone quod vnius ex ſindicatoribus ordinatis ad ſindicandũ officialem ipſe ſolus omittit bannum, imponendo maiorem terminum ad proponendum querelas, officialis ſentiens ſe grauatum appellat ad Magnam Curiã Vicariæ, vel ad præſidem prouinciæ, petendo, ſtante grauamine,cauſam euocari, & remanere coram ipſis, nunquid ſtante tali grauamine prouideri poterit cauſam remanendam? mihi videtur,quod deciſio pẽdeat ab alio articulo, videlicet an vnus ex ſindicatoribus poſſit ſolus bannum emittere,ſuper quo Paris in ſuo trac. ſindic. tit. de off. ſindic. §. iudices, verſ.an ſi ſint plures, nu.10.in proprijs terminis dicit,quod ſic,quia bannum eſt interloquutoria,Iaſ.in l.quod iuſſit, num.2. de re iudic.& vnus ex iudicibus ordinarijs, vel delegatis ad vniuerſitatē cauſarum,ſicut ſunt ſindicatores, poteſt interloquutoriam proferre, & valet & tenet, vt ipſe ibidem concludit poſt Bart.in l.ſi vni ex pluribus,q.2. nu.4. de re iud. & ibi Iaſ. nu.11.quemadmodum valet, & tenet ſententia diffinitiua lata ab omnibus,l.ſi vni.cum duabus ſeq.ff.de re iudic.non eſt amplius ſindicandus remittendus ad ſindicatores, quo ſtante, ſicuti ſi infertur grauamen per omnes ſindicatores in ſententia diffinitiua cauſa remanet corã iudice appellationis, & non remittitur amplius ad eoſdem ſindicatores.per tex.in l.eos, in princ. C.de appell. eodem modo ſi infertur per vnum ex ſindicatoribus in aliquo actu quem poteſt ipſe ſolus expedire,vt in interloquutoria diximus, quia quod iuris eſt de toto quoad totũ idem eſt de parte quoad partem,l.quæ de tota.in princ.vbi gl.Bart.& cæteri Doct.ff.de rei vendic.& l.iuriſgentiũ,§.adeo,ff.de pact. cum al.js,quæ allegat Euerar.in locis legal. loco à toto ad partem,fol.mihi 277. Salerni, die 6.Martij. 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCXCVI.

ITem, quod in quibuſcunque cauſis ciuilibus, quæ in præfata curia pro tempore agitantur, poſt concluſionem factam in illis,per dictos actores,vel conuentos, aliqua petitio reſtitutionis in integrum offerri non poſſit.

DIſpoſitio iſtius Rit. non ſeruatur nec vnquam fuit in obſeruantia,vt patet ex deciſ.Affl.114. & his, quæ dixi ſupra in Rit.71.in 2.nota. Bene tamen verũ eſt, quod ſi vltra

Digitized by Google

ſi vltra concluſionem concurrit etiam citatio ad dicẽdum, & quod cauſa cepta ſit referri per eius commiſſarium, ſeruaretur, quod hic dicitur, vt ſcribit Affl. in conſt. obſcuritatem, q. 9. nu. 13. & dixi latius in d. Rit. 71.

RITVS CCXCVII.

ITem ſeruat ipſa Curia in prima cauſa, nec in ciuilibus, nec in criminalibus aliquem condemnare in expenſis.

SVMMARIVM.

1 *In prima inſtantia an fiat condemnatio in expenſis?*
2 *Correctio in iure euitanda.*
3 *Victus victori in expenſis condemnandus, vel iuſte abſoluendus, cum limitat.*
4 *Quid autem in expenſis criminalis cauſæ. Iudex omittit in condemnatoria ſententia in expenſis condemnare, appellat victus num, & victor ab omiſſa expenſarum condemnatione appellabit, cum limitat. Iudex in ſententia omittendo expenſarum condemnationem, an poſſit addere, eam ſupplendo.*
7 *Iudex victum in expenſis debite condemnandum ſi non condemnauit, an poſſit in ſyndicatu moleſtari. Emergentia poſt lit. cont. eſt. in iudicis arbitrio conſiſtunt.*
9 *Pragmatica iuri communi addere debet.*
10 *Ius non lædunt, quæ dubitationis tollendæ cauſa exprimuntur.*
11 *Expenſæ quo iure peti debent.*
12 *Expenſæ extra iudiciales, quæ ſint, remiſſiue.*
13 *Quæ ſummariè expediuntur, per iudicis officium expediri debent.*
14 *Lites de litibus oriri non debent.*
15 *Iudex in conſequentijs cauſæ ex officio pronunciat.*
16 *Iudex appellationis in ſua ſententia dicit victum victori in expenſis condemnamus, nunquid de expenſis primæ inſtantiæ, an, & ſecundæ, ſit intelligendum.*
17 *Iudex appellationis, efficitur iudex totius cauſæ.*
18 *Sententia ſi dicat, victum victori in expenſis, nec ſequitur aliud verbum, condemnantes, nunquid quoad expenſas valebit talis ſententia, ita quod ſuppleatur verbum condemnantes.*
19 *Illa interpretatio accipienda eſt, quæ magis ualere, quam perire actum facit.*
10 *Litigans quando iuſtam cauſam litigãdi habere dicatur.*
21 *Vincens in prima inſtantia, ſuccumbens poſtea in ſecunda, an, & quando in expenſis condemnetur.*

1 NOt. ex hoc Rit. † quod Mag. Cur. ſeruat in prima inſtantia non condemnare in expenſis, & pro hoc facit, quod no. Io. And. ad Spec. in tit. de expen. §. nũc de expenſis, nu. 5. in verſ. alterutra, in litera G. vbi dicit, quod hodie ſeruatur, victum victori non condemnare in expenſis, niſi in cauſa appellationis. Sed diſpoſitio iſtius Rit. corrigitur per Rit. infra 310. ſecũdum Cauenſ. hic, & ibi. Ego autem ſatis dubito de hoc, tum quia Rit. ille non exprimit
2 in prima, an in ſecunda cauſa, † propter quod vt correctio euitetur, iuxta l. præcipimus, in fi. C. de appell. in ſecunda cauſa debet intelligi, tum etiam quia non videtur emanare principaliter ad prouidendum circa condemnationem expenſarum faciendam, ſed ſolum circa taxationis reſeruationem, & licet etiam de condẽmnatione loquatur expreſſe, intelligi debet in illa cauſa, in qua taxatio, & condemnatio locum habet, & ſic in ſecunda, non in prima, in qua per hũc Rit. prouiſum erat, cogitabis tamen, licet autem per illum Rit. non corrigatur iſte, attamen corrigitur
3 per Regiam prag. temeritatẽ in tit. de expenſis, † quæ generaliter vult, quod victus victori in expenſis condemnetur, vel ex iuſta cauſa abſoluatur; ſicuti etiam per cõſt. Reg. diuorum prouiſum erat, & de iure communi cautum eſt in l. eum quem temere, in princ. ff. de iud. l. properandum, §. ſiue autem, C. de iud. l. non ignorat, C. de fruct. & lit. expen. & l. ſeueriter, C. de excuſ. tut. cum ſimilibus, & ita ſeruatur in hoc Regno, tam in cauſa principali, quam appellationis, vt patet ex dictis iuribus, & no. Bal. in l. eos, §. cautione, num. 4. C. de appel. Pau. de Caſtr. in l. deſtitiſſe, ff. de iud. & plene Gram. deciſ. 83. Exceptis tamen ſemper illis caſibus, quos ſparſim ponunt Doct. in diuerſis locis, Bart. in l. ſi quis inficiatus, ff. depoſit. in l. hęres, ff. de adminiſt. tut. in l. qui ſolidum, §. etiam, ff. de leg. 2. in l. bonorum, nu. 4. ff. de bonor. poſſ. & in d. §. ſiue autem, nu. 2. & 3. & poſt eum Iaſ. ibi ponẽs decem limita. nu. 3. cum ſeq. Bal. & Ang. in l. terminato, C. de fruct. & lit. expen. Guid. Pap dec. 436. nu. 65. Lanfran. in repet. c. quoniam contra, in verſ. expenſæ nu. 3. Hipp. in l. patre, vel marito, col. 7. nu. 21. ff. de quæſt. Pract. Papien. in forma libelli in actione reali §. & expẽſis nu. 12. Cœpoll. in l. quod ſi nolite, §. apud Labeonem, nu. 12. & in §. idẽ Cælius, lo 3. nu. 4. ff. de ædil. edi. Bern. Diaz in ſuis regulis, in verſ. expenſarum, reg. 274. & Pet. Rebuff. in commen. conſt. Franc. tract. de expen. in princ nu. 25. verſ. limi-
4 tant cum ſeq. vol. 3. vbi multos caſus ponit. † Aduerte tamen, quòd licet iſte Rit. ſit correctus per d. prag. attamen adhuc eſt in obſeruantia in criminalibus, nedum in prima cauſa, (vt loquitur) verum etiam in ſecunda, vt patet ex Gram. deciſ. 39. in princ. vbi dicit, quod dum caſus occurriſſet ſcribæ fiſcales Magnæ Curię fidem fecerunt nunquã recordari in ipſa Magna Curia querulantem fuiſſe condẽnatum in expenſis, ſicque vbique obſeruari video in hoc Regno, nec vnquam in criminalibus factam eſſe, vel fieri condemnationem expẽſarum ratione victoriæ inquiſiti liberati, etiã diffinitiuè abſoluti. Et licet Bar. in l. 1. in princ. nu. 13. ff. ad Turpill. & in l. ſi poſtulauerit, §. fin. per illũ tex. ff. de adult. Cyn. in l. qui crimen, quæſt. fin. C. qui accuſ. non poſſ. Salyc. in d. l. non ignorat, Iaſ. in d. §. ſiue autem, nu. 21. q. 8. vbi ponit tres ampliat. & limita. & poſt ipſum Bern. Diaz in ſuis reg. in verſ. accuſator, reg. 20. Pet. Rebuff. in d. tract. de expen. in prin. nu. 17. & Hipp. in d. l. patre, vel marito, verſ. ſed poſſet quæri nu. 18. & in pract. §. ſupereſt, in princ. teneant contrariũ de iure, per leges, & iura, quæ adducunt, ſicque dicat Gram. d. deciſ. 39. fuiſſe deciſum per Magnam Curiã Vicariæ, nihilominus prima opinio nõ ſolum attenta generali pract. & conſuetudine huius Regni, verum etiã diſpoſitione iuris verior eſt, vt voluit Iac. But. relatus per Bar. in d. l. 1. ſcribit pulchre Bal. in auth. generaliter, nu. 11. verſ. modo quæro, C. de Epiſc. & cler. & in d. l. qui crimen, nu. 22. verſ. circa fin. & Lanfran. in loco præallegato, per tex. qui haud hoc probat iudicio meo in d. l. non ignorat, quam etiam videtur ſequi Ioan. de Ana. in c. accedens, col. 5. verſ. not. quòd in cauſa de accuſ. vbi relatis omnibus Doct. qui ſuper iſta quæſt. ſcribunt cum rationibus, quæ hinc inde allegantur, tandẽ dicit ſe credere, quòd non reperitur tex. nec gl. de iure can. vel ciuili, qui, vel quę expreſſe probet, quòd in cauſa criminali criminaliter mota non ad pœnam pecuniariam poſſit fieri condemnatio expenſarum ratione victoriæ per officiũ iudicis mercenarium, vt latius per eum, quẽ vide, quia ſatis nota loquitur, & ipſum refert, & ſequitur Fely. ibi nu. 3. & ad id, quod dicit Gram. in d. dec. fuiſſe deciſum, reſpõdeo quod ſi quemadmodum ab illa ſententia, in illa cauſa prolata fuit appellatum ad Sacrum Conſilium, fuiſſet appellatio proſequuta, pro certo fuiſſet talis deciſio reuocata, & adhuc dubito ſi ita fuit deciſum.
5 ¶ † Iuxta prædicta quæro primo, pone quod iudex in ſententia condemnatoria omittit condemnare, in expẽſis, & ab ea ſententia victus appellat, nunquid victor poterit ab omiſſa condemnatione expenſarum appellare? Breuiter ego facio tres caſus primus eſt, quando omiſit condẽnare, quia expreſſe abſoluit, ſecundus eſt quando omiſit reſeruando poſt ſententiam, tertius eſt quãdo verè, & pro-

Digitized by Google

priè omiſit,nihil penitus dicendo de expenſis. Primo caſu
dicas,quòd ſic, alias niſi victor expreſſe appellet, appella-
tio interpoſita per victum ſibi non prodeſſet quoad expē-
ſas, ſed ſententia faceret tranſitum in rem iudicatam pro
eis,vt dicit Imol.in c.ſignificauerunt,nu.3.per tex.cũ gl.1.
& 2.& ibi etiam Fely.nu.2.de except. qui Imol. defendit
ab impugnatione Abb.& idem Imol. in c.fin. col.fin. eodē
met tit. Secundo caſu dicas idem,alias ſentētia quoad ex-
penſas, faceret tranſitum in rem iudicatam, nec poſſet vl-
terius poſt ſententiam de expenſis tractari, quamuis con-
demnatio fuerit reſeruata,quia ius hoc prohibet, l.termi-
nato,C.de fruct.& lit.expen.vbi etiam Bal.col.penul.verſ.
quæro quid,idem Bal.in d.auth.generaliter nu.11.verſ.itē
ſcias.Spec.in tit.de alleg.& diſput.Bar.in l.Paulus, ff.de re
iud.& in l.ſi teſtis, §.officium,ff.de aqua plu. arcen. Lan-
fran.in d.c.quoniam contra,in verſ.expenſæ, nu.10. verſ.
quæro nunquid,& nu.15.verſ.ſed diceret quis, & Iaſ.in l.
properandum,§.ſiue autem,2.nota.nu.26. C.de iudic. ve-
rum tamen eſt, quod in hoc Regno etiam ſi non eſſet ap-
pellatum ab omiſſa condemnatione expenſarum, poſſent
poſtea peti,& de eis tractari non obſtante d.l.terminato,
quæ limitatur non procedere,vbi adeſt ſtatutum prout in
Regno d.Regia prag. temeritatem mandans,quod victus
victori condemnetur in expenſis,vt no.Bart.in l.3. §.rem,
ff.de leg.3.& in l.non ſolum,ff.de rei vindic. Ang.in ead.l.
terminato,& in auth. de exhib.reis in princ. Alex. in d.l.
Paulus,nu.8.Lanfr.in d.c.in verſ.expenſæ,nu.15. verſ.ſed
diceret,& Affl.in conſt.Reg.diuorum,nu.2. & licet Mat-
theſi.ſing.80.not.quòd Bart.teneat contra iſtam limitat.ta-
men communis eſt cum Bart. in d.l.3. §.ſi rem, & ad id,
quod Mattheſi.dicit,reſponde,vt per Gabrie.Saray. noui-
ter reſpondetur poſt dictum ſin.in apoſtil. Tertio caſu di-
cit tex.expreſſus,& not. quod non, in l.fin.C.quando pro-
uoc.non eſt neceſſe,Imol.in d.c.ſignificauerũt, Soci.in ſuis
reg.24.fallen.23.Lanfra.in loco præalleg.nu.20.verſ.iuxta
pręmiſſa. Cardin.in clem.ſæpe.§.ſi.q.penult.de verb.ſign.
& Hipp.in pract.§.ſupereſt, nu.21. verſ.quærit poſtea, ra-
tio eſt,ſecundum Bal.in d.l.fin.Imo.in d.c. & Lanfran. vbi
ſupra, quia cum appellatum ſit per victum, & appellatio
reſcindat pronũciatum,iudex ad quem, cognoſcet tam de
principali,quam de expenſis, & ideo pro eis non eſt opus
appellare,vt dictum eſt,pro caſu principali, minime cum
fuerit in eius fauórem,vt tex.met.dicit in d.l.fin.& Bal.ibi
nu.2.verſ.ſed victor. Limita tamen prædicta ſecundũ Lan-
fran.in loc.proximè cita.Card.in d.clement.& in c.Nico-
lao de appell.& Fely.in d.c. ſignificauerunt, limit. 3. vbi-
cunque victus non appellaſſet, quoniam tũc victor poſſet
appellare ab omiſſa condemnatione expenſarum, quia ..
ceſſaret ratio d.l.fin. Item limita alijs duobus modis,quos
pulchre ponit Fely.in d.c.ſignificauerunt,limita.2.& 4.

¶ Secundo ſucceſſiue quæro, pone quod iudex omiſit
condemnationem expenſarũ,nihil penitus dicendo de eis,
6 nec abſoluēdo,nec condemnando victum, † nunquid po-
terit poſtmodum ipſam addere, eandē ſentētiam ſupplen-
do? Breuiter, licet iudex non poſſit in ſententia reſeruare
condemnationem expenſarum poſtmodum faciendam, vt
ſupradictum eſt in quæſt.præceden.per l.terminato, C.de
fruct.& lit.expen.tamen vbi nihil dicit,poteſt eadē die,&
non vlteriori eandem ſententiam ſupplendo, addere con-
demnationem, probat tex.not. cum gl.vbi etiam Bart. &
Pau.de Caſt.in l.Paulus,1. ff.de re iud. & c. cũ appellatio-
nibus friuolis,iuncta gl.in verſ.eadem,vbi etiam Geminia.
nota.de appel. in 6. intelligerem tamen procedere ſi par-
tes adhuc ſunt præſentes,ſecus ſi receſſiſſent, quoniam tũc
putarem illam additionem tanquam parte non vocata fa-
ctam,non valere,per l.de vnoquoque, ff.de re iud. quod
nota.quia facile poterit euenire.

7 ¶ † Tertio quæro, pone quòd iudex non condemnauit
victũ in expenſis,cum tamen condemnari debuiſſet, nun-
quid poterit in ſyndicatu moleſtari?tex.in l.properãdum,
§.ſiue autem,C.de iudic.expreſſe dicit,quòd ſic, & idē gl.
in l.fin.in verſ.confiteatur, C.quando prouoc. non eſt ne-
ceſſe,debet tamen intelligi ſecundũ Bart.poſt Dy. in l.4.§.
hoc autem,q.5.nu.9.ff.de dam.infect.Bal.in d.l.fin.& in §.
hæc autem omnia,inſtit.de pœn.temer.litig.Anch. in c.fi-
nem,de dolo,& contum.Abb.in c.auditis,in fi. de procur.
Fely.in d.c.ſignificauerunt,limita.4. & Lanfran. in d.verſ.
expenſæ,nu.20.verſ.ſed pone. Aret.in l.ſancimus, nu.3.4.
nota.C.de iudic.& Affl.in conſt.Reg.diuorum.nu.1. quo-
tieſcunq; per partem petitæ fuerunt,alias ſecus, quia tunc
8 ſi vellet bene poſſet,non autem cogeretur, † quia ea,quæ
emergunt poſt litē conteſtatam, conſiſtunt in iudicis arbi-
trio l.ædiles,§.itē ſciendum, vbi hoc etiam firmat Cœpol.
in 5.nota.nu.7.ff.de ædil.edi. & ideo Bart.in d.§. ſiue autē
in fin.ver.& Bal.in d.l.fin.tradunt cautelã litigantibus, vt
ſemper in libellis petant aduerſarium condemnari vna cũ
damnis,& expenſis factis,& faciēdis, vt quotidie videmus
fieri. In hoc tamen Regno ſupradicta diſt. non procedit,
quia cũ habeamus d.prag.temeritatem volētem, quòd vi-
ctus victori cōdemnetur in expenſis,vel ex iuſta cauſa ab-
ſoluatur,ſemper iudex tenetur condemnare in expenſis,cũ
9 quis condemnari poteſt,† vt ſic prag.addat iuri communi
iuxta no.per Bar.in l.2.ff.de vſucap.& l.4.§.prætor ait, ff.
de damn.infect.& Ang.in auth.de exhib. reis, nu.6. & ſi-
militer ſtante d.prag.ſupradicta Bart. cautela non videtur
10 neceſſaria licet ſemper bonum ſit ipſa vti,† quia ius nõ lę-
dunt,quæ dubitationis tollendæ cauſa,exprimuntur,l.quę
dubitationis,ff.de reg.iur.

11 ¶ † Quarto quæro,quo iure expenſæ peti debent? & in
hoc breuiter inſiſtendo, dico quod aut ſumus in expenſis
extraiudicialibus,aut in iudicialibus. Primo caſu Spec.in
tit.de expenſis.§.1.nu.8.verſ.& not. dicit quod iure actio-
nis ſpecialiter per libellũ,niſi is, quis eas fecit, ius habeat
renunciationis per tex.in l.ſi neceſſarios,ff.de pign. act.&
12 l in rebus,§.poſſunt,ff.commoda. † quę autem ſint expen-
ſæ extraiudiciales,vide per eundem Spec.ibid.in princ. il-
lius §.& per totum.Secundo caſu,gl.in c. finem litibus, in
verſ.expenſas,circa fin.extra de dolo,& cōtum.diſtinguit,
dicens,quod aut ſumus in expenſis,quę contingunt ante li-
tem conteſtatam,aut poſt. Expenſæ quæ cōtingunt ante li-
tem conteſtatam,iure actionis nominatim per libellũ peti
debent per tex.in l.ædiles,§.item ſciendum,vbi etiã gl.no.
de ædil.edi.quæ vero poſt litem cōteſtatam iudicis officio
peti poſſunt,per tex.in l.item ſi ſerui,ff.de ædil.edi.vbi no.
per gl.hoc etiã voluit gl.in l.edita in verſ.perpetui, C.de
eden.& Abb.in d.c.fin.litibus, qui dicit eſſe de mente Bar.
in l.4.§.condemnatum,in fi.ff.de damn.infect. dum ibi dat
cautelam, quod litigantes in libello petant aduerſarium
condemnari in expenſis.Iacob.vero de Aren. quem refert
Cy.in l.ſancimus,nu.10.q.9.C.de iudic.& pract.Papien.in
forma libelli,in act.reali in ver.& expenſis, nu.4. ver.ſed
circa,indiſtinctè tenet, quod per officium iudicis peti poſ-
ſunt etiam quæ ante litem cōteſtatam debentur, tribus ra-
13 tionibus. † Prima, quia quæ ſummariè expediuntur, per
officium iudicis debent expediri,l.nequicquã, §.de plano,
ff.de off.proconſ.ſed expenſæ, quæ ante litem cōteſtatam
debentur, ſummmarie expediuntur, quia ſtatur de eis ſa-
cramēto partis,d.l.ſancimus, ergo,&c. Secũda,quia ſi iure
actionis deberentur,ſemper quod quis vellet expenſas fa-
ctas ante litē conteſtatã,opus eſſet ſuper eis dare libellum,
& litem conteſtari.iuxta auth.offeratur,C.de lit.conteſta.
14 † & ſic lites litibus orirentur contra l. terminato, C. de
fruct.& lit.expen. Tertia, quia ſi ſecus diceretur,ſequere-
tur,quod cum actio etiam finita lite, locum habeat l. cen-
tum Capuæ,ff.de eo,quod cer. loco etiam poſt ſententiam
peti poſſent cōtra d.l.terminato.Hanc eand.opi.tenet Bar.
in d.l edita.in fi.nu.32.& Iaſ.poſt eũ,nu.38 pract. Papien.
in loc.præalleg. circa fin. & plenius Spec. in d.tit. §.1. in
princ. & ver. his.motus per tex. in c.cum dilecti, in fi.de
dolo,& contum.&c.auditis,iuncta gl. in verſ. facies circa
med.extra de proc.cũ ſimil.& per d.l.ſancimus, vbi tã an-
te litem cōteſtatam, quã poſt, dicitur,quod expenſæ ratio-
ne contumaciæ taliter debentur, quod non prius iudicio-
rum aditus pandi debet contumaci quam fuerint refectæ.

Facit

Digitized by Google

15 Facit etiã pro iſta opin. † quia iudex in conſequentijs cauſæ ex officio pronunciat, arg. l. Paulus, ff. de re iudic. l. cum qui emit, §. item ſi iumenta, ff. de fur. & c. prudentiam, in fi. de offic. deleg. Secundo facit, quia clarum eſt, quod officiũ iudicis etiam ante litem conteſtatam deſeruit in citationibus, interrogationibus, & alijs, vt plene no. Spec. in tit. de off. deleg. §. deſeruit, ergo eodem modo debet deſeruire in expenſis, c. 2. de off. iud. Tertio, quia nulli dubium, quod iudex citatum ante litem conteſtatam, & non comparentem punit ex ſuo officio l. 2. §. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & l. 1. §. 1. ff. ſi quis ius dice. ergo pari ratione puniet in expẽſis contumacem, per d. l. ſancimus. Non obſtat modo text. in d. §. item ſciendum, per quem gl. ſe fundat, quoniam vt dicunt Cy. in d. l. ſancimus, & Spec. vbi ſupra nu. 2. loquitur in expenſis extraiudicialibus, quæ conſiſtunt circa fructus, & partus rei petitæ, & ſunt æque principales, & per ſe exiſtentes, in quibus verum eſt non poſſe iudicẽ ſe intromittere, niſi nominatim iure actiones fuerint petitæ, vt etiã in principio quæſt. diximus, nos vero loquimur in expenſis iudicialibus circa litem factis, & ſic in caſu diuerſo, & profecto ſatis miror, quod gl. in d. c. in iſta quęſt. alleget d. §. vel ſecundo, ſecundũ Cy. dici poteſt, quod tex. ibi non dicit, quod expenſæ, quæ ante litem conteſtatã contingunt nullatenus pertinent ad iudicẽ, ſed quod valde non pertinent, quaſi velit dicere, quod ſpectant etiam tunc ad eius officium, ſed illæ, quæ poſt litẽ contingunt, plenius, & valde pertinent, cum in omnibus dicatur factus iudex, vt tex. ibi dicit. Effectus huius quæſt. eſt ſecuudum Cy. ibidẽ, quia ſi expenſæ, quæ contingunt ante litẽ conteſtatã, iudicis officio peti non poſſent, ſed iure actionis tantum, iudex non poſſet aduerſarium ad eas cogere ex ſuo officio, ſed opus eſſet, quod is, qui eas fecit, libellum daret, & ſuper eis litis conteſtatio fieret, vt ſupra dictum eſt, quod bene nota.

16 ¶ † Quinto quæro, iudex appellationis in ſua ſententia dicit victum victori in expenſis condemnantes, nũquid de expenſis circa primam inſtantiam ſolum intelligetur, an etiam & circa ſecundam? Fely. in c. ſignificauerunt, nu. 7. verſ. demum, de except. & Hipp. in l. patre, nu. 74. verſ. itẽ ſcias, ff. de quæſt. mouent hanc quæſt. & breuiter determinant, quod niſi aliud appareat, ad omnes videtur condemnaſſe, ſed quia ad hoc nihil allegant, niſi Alex. in quodam conſ. quod dicit non reperiſſe in impreſſis, dici poteſt verũ
17 eſſe, quod ipſi firmant, † quia iudex appellationis, efficitur iudex totius cauſæ tam facti principalis, quam etiã expenſarũ factarum in prima inſtantia, vt probat tex. in l. fin. C. quando prouoca. nõ eſt neceſſ. & no. per Spec. in tit. de expen. §. nunc videndum reſtat, nu. 7. & Inno. & Bal. in c. ſæpe, de appell. vbi dicũt, quod ad eũ deuoluitur tota cauſa, & etiam officium primi iudicis, vt etiam probat tex. in c. Raynaldus, & c. Raynutius, de teſta. & propterea ſecundũ eos, & Philip. ibid. in gl. fin. q. 7. Iſer. & Affl. in d. conſt. diuorũ, nu. 6. ver. ſecundo quærit, nedum poteſt condemnare ad expẽſas factas in cauſa appellationis, verũ etiam in prima inſtantia per d. l. fin. quæ hoc probat expreſſe, & per l. tutor. in princ. ff. de v ſur. & l. fin. ff. de re iud. cum ſi. & ideo cũ ad ipſum ſpectet tota cauſa ſuper qua pronunciat, condemnatio expenſarum per eũ facta de expenſis totius cauſæ debet intelligi, niſi ſententia diceret victum victori in expenſis in hac cauſa coram nobis factis condemnantes, quoniam tunc ſecus eſſet, & quoad alias videretur abſoluiſſe, quod poteſt facere ſecundum Spec. & Affl. in loco præalleg. quod nota.

18 ¶ † Sexto quæro pone, quòd ſententia dicat victum victori in expenſis, nec aliud verbũ condennantes, ſubſequitur, nunquid talis ſentẽtia valebit quoad expenſas, ita quod in ea ſuppleatur illud verbũ condemnantes? Bart in l. præſes, C. de ſent. circa iſtam quæſt. diſtinguit, dicens quod aut ſententia quoad factum principale eſt abſolutoria, aut cõdemnatoria. Primo caſu, tenet quod non valet, quia nõ poteſt quoad expenſas ſuppleri per verbum principale, idem Inn. in c. quoniam contra, extra de teſt. Bal. & Ang. in l. 1. §. ſin autẽ, ff. de hæred. inſtit. & Rom. in l. 1. ff. de reg. iur. Secundo caſu tenet, quòd ſic, quia tunc ſuppleretur per verbum condemnamus, appoſitum circa factum principale. Idem vero Bart. in dictis §. ſin autẽ videtur indiſtinctè tenere, quod valeat, & quod verbum condemnantes, ſubintelligatur argum. illius tex. & ipſum ſequitur Bal. ſibi contrarius, & Pau. de Caſ. in l. errore, C. de teſta. & Cuma. in d. §. ſin autem. Imo tamen in d. §. ſin autem, nu. 96. & Alex. in Apoſtil. ad Bart. ibidem dicũt, quod prima opi. eſt de iure verior, & quæ ſeruaretur in pract. licet ſecunda ſit magis æqua, & etiam de iure ſuſtineri poſſit, vt latius per eos Aret. vero & Iaſ. in §. curare, ille nu. 6. iſte nu. 55. inſtit. de act. dicunt Bart. non eſſe cõtrarium, quia d. l. præſes loquitur quando ſententia non continet alia verba, quam ſupra dicta, quo caſu etiam ipſi tenent cum diſtin. Bart. ibi at in d. §. ſin autem loquitur quando ſententia procedit vltra, & dicit quarum taxationem nobis, & noſtræ Curiæ reſeruamus, quo caſu non eſt dubium, quod per talia verba ſubintelligitur verbum condemnantes, cum non poſſit ſubintelligi verbum abſoluentes, quia alias nõ poſſet fieri taxationis reſeruatio, & ita ipſi reſident, & credo cum Iaſ. quod ſit pura veritas. Cogita tamen ſi dici poteſt, quod ſiue ſententia ſit cõdemnatoria, ſiue abſolutoria, & ſiue procedat vltra, reſeruando taxationem, ſiue non, ſemper debet ſub-
19 intelligi verbum condemnantes, † tum quia ſemper capi debet illa interpretatio quæ potius facit, quod actus valeat, quàm quòd pereat, l. quoties, ff. de reg. iur. tum etiam, quia non videtur verum, quod Doct. dicunt, quòd quando ſententia non eſt condẽnatoria, aut in ea non extant dicta verba reſeruantia taxationem, illa verba victum victori in expenſis, &c. poſſunt referri tam ad abſolutionẽ, quam ad condemnationem, & quod non ſit verum, patet ad ſenſum, quia ſi iudex vellet abſoluere ab expenſis, non diceret victum victori in expenſis, &c. ſed ſolum victum in expẽſis, & eo caſu poſſet ſubintelligi vtrumque verbum, ſed cum dicit victum victori, apertiſſimè denotat aliquid velle dare vincenti. Durum equidem videtur à communi tantorũ patrum opin. recedere, ſed nihilominus ſilere non poſſum, quod mihi ſatis vrget, cogitabis tamen.

20 ¶ † Septimo quęro cum inter alias cauſas, quę excuſant à condemnatione expenſarum (quas tamen poſui tibi remiſſiue ſupra in princ. verſ. exceptis) ſit iuſta cauſa litigandi per l. qui ſolidum, §. etiam, vbi nota. per Bar. ff. de leg. 2. Corſet. in ſingu. incip. pœna. 1. & Alex. conſ. 135. num. 14. vol. 6. cum ſimil. quãdo dici poterit litigantem habuiſſe iuſtam cauſam litigandi. Lanfran. in d. c. quoniam contra, in verſ. expenſæ, nu. 5. cum ſeq. de probat. late hoc tractat, ponens quinq; caſus, & latius Rebuff. in commen. conſt. Fran. tract. de expen. in princ. nu. 30. verſ. iuſtam cauſam, vol. 3. & ideo ad eorum dicta te remitto, & ad materiam expen-
* ſarum vide infra in ſequen. Rit. *

21 ¶ Octauo quęro, † pone quod ille qui in prima inſtantia obtinuit ſententiam pro ſe, in ſecunda debet ſuccũbere propter probationes factas per partem aduerſam, cum tamen illæ nouæ probationes concernerent factum propriũ ipſius, qui primo vicit, vel factum alterius de quo poterat eidem veriſimiliter conſtare in prima inſtantia, nunquid condemnabitur in expenſis? Bart poſt gl. ibi in l. generaliter, §. ſed iuramento, nu. 8. dicit, quòd vincens in prima inſtantia, ſuccumbens poſtea in ſecunda non condemnatur in expenſis, ſi ſuccumbit ex nouis probationibus, ſecus ſi ex eiſdem actis, idẽ Bal. in l. pen. col. fin. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & in addit. ad Spec. de inſtr. edi. §. an in cauſa appellationis, Hoſtien. & Imol. in c. finem litibus, de dolo, & contum. & Lanfran. in c. quoniam contra, in verſ. expenſæ, nu. 5. verſ. aduerte tamen, de prob. Sed nihil dicunt de caſu quæſt. noſtræ tu dicas, quod talis ſuccũbens ex talibus probationibus debet condemnari in expenſis, ſicuti ſi ſuccubuiſſet ex eiſdem actis, ita voluit not. Salyc. in d. §. generaliter, in princ. nu. 6. verſ. ſed quando. ratio eſt, ſecundũ eum, quia iſto caſu nullam habuit iuſtam cauſam litigandi, cum ex his, quæ ſciebat, potuit ſcire iniuſtã cauſam fouere, quod nota. Salerni, die 17. Martij. 1560. Proſper Carauita.

Digitized by Google

RITVS CCXCVIII.

a ITem ſeruat ipſa Curia, quòd quando expenſæ fiunt ante ſententiam *a* in aliquo caſu, ſicut cõtingit in multis caſibus, tunc Curia committit taxationem expenſarum ipſarum magiſtro actorum,& facta taxatione, ſi dictæ expenſæ veniunt reficiendæ propter cõtumaciam, per l.ſancimus, C.de iud.tunc non auditur in iuribus ſuis,niſi eis refectis: ſi alia de cauſa veniunt, tunc facta taxatione, & inquiſitione ipſarum per dictum magiſtrum actorum ab eius procuratore,& aduocato, & commiſſario, qui dicuntur recepiſſe dictas expenſas,fit exequutio per Curiam, ſicut ſententiarum exequutio.

ADDITIO.

a Ante ſententiam. Vide tu Guidon.Papa q.66. C.P.

SVMMARIVM.

1 *Plures caſus in quibus expenſæ in iudicio factæ ante diffinitiuam præſtantur.*
2 *Contumax, niſi refectis expenſis, non auditur, & nu.8. cum ſuis ampliat. & limitat.*
3 *In quocunque emergenti quis ſuccumbat, ante diffinitiuam in expenſis poterit condemnari, cum ampliat. & limitat.*
4 *Taxatio expenſarum per quem fiat.*
5 *Taxatio expenſarum eſt iuriſdictionis.*
6 *Practica ſuper taxatione expenſarum, cum limit.*
7 *Cauſæ quatuor, propter quas reficiendæ veniunt expenſæ.*
8 *Temerarius triginta modis dicitur, remiſſiuè.*
9 *Differentiæ ſeptem inter expenſas debitas ratione contumaciæ, & debitas ratione victoriæ, & num.10.11.12.13.14.15.*
13 *Iuſta cauſa litigandi ab expenſis an excuſet? Legum correctio euitanda, ibid.*
16 *Expenſarum in litibus faciendarum quinque genera, & num.17.18.19.20.*
18 *Sportulæ quæ dicantur propriè.*
21 *Expenſæ præſtandæ ante ſententiam diffinitiuam, ſi non ſoluantur, fiet pro eis exequutio prout in ſententijs, quæ in rem iudicatam tranſiuerunt, cum ampliat.*
22 *Ab iſta taxatione appellari poteſt.*
23 *Sententia taxationis expenſarum, licet interlocutoria, habet vim diffinitiuæ.*
24 *Si à lata ſententia, per quam aliquis in expenſis condemnatur, appellabitur, iudex pendente appellatione, nunquid expenſas taxabit?*
25 *Iudex expenſas taxando non innouare, ſed pronunciata declarare dicitur.*
26 *Aduocatus vincens cauſam propriam, an debeat habere patrocinium à parte ſibi condemnata in expenſis.*

HVnc Rit.loquentem de expenſis, quæ fiunt ante ſententiã, ntellige loqui de expenſis,quæ fiunt,& præſtantur per victum aliqua interloquutoria ante ſententiam diffinitiuam: nec etiam loqui poſſet de his, quæ fiunt ante ſententiam,& præſtantur poſtea, quoniam in præced.Rit. diſpoſitum erat, quod in prima cauſa victus non condemnaretur ad eas. Intantum quod aut poſt verbum fiunt, poſitum in hoc Ritu, ſuppleri debet, & præſtantur: aut illud verbum fiunt, exponi debet, ideſt præſtantur, quod bene nota pro intelligentia iſtius Ritus.

1 ¶ † Nota primo ex hoc Ritu,ibi,in multis caſibus,quòd expenſæ factæ in iudicio præſtantur ante ſententiam diffinitiuam, in multis caſibus. Primus eſt (quem Rit.ponit)
2 quando aliquis eſt contumax: † nam tunc non auditur,niſi refectis expenſis,per l.ſancimus, C.de iud.c.fin.de maior. & obed. c.querelam,de procur. c.cum dilecti,de dolo,& contum. c.quoniam, §.in alijs, extra vt lite non conteſt.& c.1.de ſequeſtr.poſſ.& fruct. & pract.Papien.in forma libelli actione reali,in ver.& expenſis,num.5. verſic.ſed hic quæritur. Secundus eſt,quando aliquis malitioſè,aut fraudulenter vexauit aduerſarium, per literas dolo,aut fraude contra eum impetratas, probat tex.in c.cæterum,extra de reſcript. Tertius caſus eſt,cum quis per modum exceptionis opponit crimen ad repellendum aliquem à beneficio, c.accedens,extra de accuſat. Quartus eſt,cum quis trahit reum coram diuerſis tribunalibus ſuper pluribus perſonalibus actionibus, cap.fin. extra de reſcript. Quintus eſt, quando quis citatus ad totam cauſam, conſtituit procuratorem,& demum in contemptum iudicis, & præiudicium partis reuocat ipſum, vt probat text.in c.auditis, extra de procur. Sextus eſt, quando minus ſufficientem procuratorem conſtituit quis in iudicio, quia cum eſſet reus, conſtituit procuratorem ſolum ad agendum, vt patet ex c.cõſtitutis, extra de proc. Septimus caſus eſt, cum quis appellat à denegata quarta productione teſtium, & non probat, vt dicit text.in cap. ſignificauerunt, extra de teſtib. Octauus caſus eſt, quoties quis exceptionem dilatoriam, quam oppoſuit,nõ probauit,ſi tamen calumnioſè fuit oppoſita,& hoc conſtat euidenter, vt not. pulchrè gl.in cap. finem, per illum tex.in verſ.expenſis, circa princ.de dolo, & contum.& Spec.in tit.de expenſis,§.ſi ante,nu.4.verſic. ſed nunquid alias, niſi de malitia conſtaret, licet ſuccumberet, in expenſis non condemnaretur, quia à iure conceditur exceptionẽ proponere,maximè vbi veriſimilis adeſt cauſa,c.paſtoralis,extra de except.Et vltra prædictos,ſunt alij nonnulli caſus, quos latè ponit Spec.in loco præalleg.
3 num.9. vbi te remitto. † Et tandem ne ſuper caſibus, & exemplis immoremur, concludendo dico,quòd in quocũque incidenti, vel emergenti quis ſuccumbit, condemnari poteſt in expenſis ante diffinitiuam ſententiam, per tex. in c.ſignificauerunt, vbi not.Bal.extra de teſti.Bart.in d.l.ſancimus,& ibi Bal.nu.4.idem Bar.in l.non ignorat,per illum tex.C.de fruct.& lit.expenſ. Bald.Ang.Salyc.& Alex.in l. properandum,§.ſin autem alterutra,& ibidem Iaſ.nu.19. C.de iud. & Lanfr. in c.quoniam contra, in verſ.expenſæ, nu.21.verſ.quæro vlterius,de probat.Ratio quare ſuccumbens in interloquutoria,poteſt tunc condẽnari,& condemnatur in expenſis, duplex eſſe poteſt, ſecundum Rebuff.in comment.conſt.Franc.in tract.de expen.art.3. gloſ.vnica, nu.3.vol.3. Prima,quia litigantes videntes, quod in omni incidenti in quo ſuccumbunt, condemnantur in expenſis, non ita faciliter multiplicabunt dilationes, & incidentia. Secunda, quia eſſe poſſet,quod ille,qui ſuccubuit in interloquutoria, vincat poſtmodũ in diffinitiua, quo caſu ſi ille qui vincit in interloquutoria,non habuit tũc expenſas per ipſum factas,non poſſet vlterius eas petere ab eo, qui vincit in facto principali, vt dicit Angel.in l.terminato,C.de fruct.& lit.expen.Lanfr.in repe.c.quoniam contra,in verſ. expenſæ, num.22. verſ.notandum eſt etiam,de probat. & Rebuff.in loco præalleg.nu.4.& 8. Et ſi dicatur,quod iſta condemnatio expenſarum, quæ fit in interloquutoria, parum prodeſt,& omiſſa non nocet eo,quia ſi ille,qui ſuccubuit in interloquutoria, & ſoluit expenſas,vincit poſtmodum in diffinitiua,aduerſarius ſibi condemnatur ad expenſas per ipſum factas. Replicatur, quod illa condemnatio expenſarum non extenditur ad eas,quas facit, quia ſuccubuit in interloquutoria, vt dicit Bart.in l.ſi pignore, ff. de pign.act.& in l.damni,§.cum pariete,in fi. ff.de dam.infe. Salycet.in d.§.ſin autem alterutra,col.fin. Iaſ.q.7.num.20. & Doct.in locis præallegat. propter quod ſecundum eos, ſemper cautius faciet ille,qui obtinuit interloquutoriam, ſi ſtatim petat aduerſariũ in expenſis condemnari. Amplia præfata procedere etiam ſi tempore interloquutoriæ iudex omiſerit condemnationem expenſarum, quoniam

poterit

Digitized by Google

poterit in quacunque parte litis id facere,vt not.Speculat. in d.§.ſi ante,nu.11.in fin.ver.his igitur, Bald.in d.l.ſancimus,nu.4.& in d.l.properãdum,§.ſi autem alterutra, in fi. & vt not.Angel.Lanfr.& Rebuff.in locis proximè citatis, poterit etiam id agere in ſententia diffinitiua,ſi tamen ille, qui ſuccumbit in interloquutoria, ſuccumbit etiam in principali, alias ſecus,vt proxime dixi. Secundo amplia etiam ſi ille, qui ſuccumbit in incidenti, iuſtam habet cauſam litigandi ſuper principali,quoniam ad hoc vt condemnetur in expenſis in incidenti, inſpicitur ſolũ ſi habuit iuſtam cauſam,ſuper ipſo incidenti,non ſi ſuper facto principali,vt no.expreſsè Inn.in c.finem litibus, nu.2. verſ.& nota,de dolo,& contum. per tex.in c.ad hoc, de ſequeſtr. cap.ſignificauerunt,de appell.& cap.ſępe,§.ſpatium,in fi. 3.q.3. Spec.in tit.de expen. §.nunc de expenſis,nu.9.verſ. hoc etiam ſatis, & Lanfranc.in loco præallegato,num.21. verſ.notandum,in fi.ſicq; debet intelligi Iaſ.in l.properandum,§.ſin autem alterutra,num.7.verſ.quarto limita,C.de iud. Limita modo, quæ dixi non procedere vbicunque interloquutoria,quæ fertur,eſſet ſuper pũcto iuris, quoniam tunc cum iudex potuerit eam ſtatim expedire victus non condemnatur in expenſis,vt dicit Inn.in c.ſæpe,de appell. Cyn.in l.polla. C.de his, quibus vt indig. Bald.in l.fin. C. quando prouoc.non eſt neceſſe.Lanfranc.in d.cap.in verſ. expenſæ,nu.21. verſ.quæro vlterius, vbi ponit exemplum, & Rebuff.vbi ſupra num.7. vbi aliud exemplum ponit,& dicit,quod communis practica ſeruat contrarium, ſi in effectu in diſcuſſione illius quæſtionis,quę erat de iure fuit aliquid expenſum.Scias tamen quod licet prædicta omnia ſint iuris, & de iure peti poſsint per partes,& per iudices fieri: nihilominus in hoc Regno non video ſeruari, quod victus in interloquutoria,condemnetur in expenſis,ſed ſolum victus in diffinitiua. Quandoque tamen ſi quis vocat aliquem in iudicio coram iudice incompetente, & cauſa remittitur ad iudicem competentem, condemnatur in expenſis,& condemnari vidi multoties, quod nota.

4 ¶ † Secundo nota ibi,committit taxationem,quod taxatio expenſarum ex commiſſione iudicis fit per actuarium. Hodie autem in hoc Regno non ſeruatur, ſed iuxta iuris cõmunis diſpoſitionem in l.ſancimus, & auth.ſeq. taxatio fit per iudicem,& ita etiam dicit ſeruari in Frãcia Rebuff. in tract.de expen.artic.5.gl.vnica,num.1.& 3.vol.3. licet dicat,quod etiam ibi antiquitus fiebat per actuariũ. Ratio autem quare per iudicem, & non per actuarium fieri de-
5 beat, ea eſt,ſecundum eum, † quia taxatio expenſarum eſt iuriſdictionis, vt not. Doct.in l.Imperium, ff.de iuriſdict. omnium iudic. quæ iuriſdictio penes actuarium non reti-
6 netur,vt clarum eſt.† Seruatur tamen multoties vbique in hoc Regno,quod cum iudex in alijs occupatur,& præſentata eſt nota omnium expẽſarum iuxta practica,quam ponam inferius,cõmittitur oretenus actuario, ſi is fidelis eſt, & expertus, vt liſtam illam recognoſcat, præſertim circa expẽſas actorum,& in margine,quod iuſtum eſſe ſolet adſcribat, & demum in calce eiuſdem notæ per ipſum iudicem interponitur decretum, in quo dicitur, quod dictæ expenſæ fuerunt taxatæ,& moderatæ in ducatis tot,& aliter actuarij in taxationibus non ſe intromittunt:quam practicam ponit etiam Bal.in l.properandum, §.& ſiquidem, num.8.verſ.vlterius,C.de iud. Limita modo, quæ dixi de taxatione facienda,procedere vbicunque expenſæ veniunt reficiendæ per liſtam præſentandam per partem, & iuramentum ſuum: ſecus vbi venirent per probationes factas, quoniam tunc abſque taxatione, quatenus probatum eſt, reficiuntur,niſi legitimum modum excedant,vt not.Bal.in l.ſancimus,num.6.verſ.vbicunque, C.de iud.gloſ.in c.cum olim,lo ſecondo,de priuileg.Iaſ.in auth.poſt iuſiurandum, nu.1.in fi.C.de iud.& Affl.in conſtit.diuorum,nu.8.3.not.

7 ¶ † Tertio nota, ibi reficiendæ propter contumaciam, quòd cauſa ex qua veniunt reficiendæ expenſæ, eſt contumacia,vt hic,& in d.l. ſancimus cum ſimil.quæ ſupra allegaui in 1.not. Secunda cauſa eſt retardatio proceſſus,quia licet quis compareat, ſi tamen per ambages litem protraxit,condemnatur in expenſis,per l.non ignorat,C.de fruc. & lit.expen. Tertia cauſa eſt,temeritas, per tex.in l.eũ quẽ temere, ff.de iud. & totum tit. inſtit. de pœna temere litigant.quia quidem temeritas dicetur eſſe tunc,cũ ſine cauſa quid agitur per §.aliæ,inſtit. de donat. & no.per Luc.in l.magiſtros,col.3.C.de profeſſ.& medi. lib.10. & cũ proceſſum quis ſine conſ.proſequitur,teſte eodẽ, Luc.in l.fin.
8 C.de priui.eo.qui in ſacro pala. mil. lib.12. † vbi dicit triginta modis temerarium vocari,& Rebuff.in d.tract.art.3. gl.vnica nu.18.Quarta cauſa eſt victoria litis, & iſtarũ expenſarum,quæ ratione victoriæ veniunt,quædam præſtantur in fine cauſę poſt ſententiam diffinitiuam,vt dixi ſupra in princ.de quibus dixi ſupra in Rit.præced. quædã in medio cauſæ in quolibet incidenti, & interloquutoria,vt dixi ſupra in 1.not.Et de iſtis quatuor cauſis expenſarum ponit Bal.in d.l.ſancimus,nu.4. aliquid per Lanfran.in d.ver.expenſæ,num.6.verſ.notate ſingulariter,Manſue.in pract.tit. de expen.nu.5.verſ.item expenſarum,pract.Papien.in forma libelli in actione reali,in verſ.& expenſis, nu.3. & latius per Rebuff.in d.tract.in princ.nu.4.cum ſeq.

¶ Quarto nota ibi,tunc non auditur,quod contumax nõ auditur niſi prius reficiat expenſas, vt etiam dixi ſupra in 1.nota.in princ.ſed quia iſtud multipliciter extenditur, & limitatur,vide late Iaſ.in d.l.ſancimus, 4.not. nu.5. cũ ſeq. vbi ponit duodecim ampliationes, tres limitationes, & Pet.Rebuff.in d.tract.artic.5.gl.vnica,nu.37. cum ſeq. vbi duas alias limita.addit.

9 ¶ † Quinto nota.ibi,ſi alia de cauſa, differentiã inter expenſas,quæ debentur ratione contumaciæ,& eas, quæ ratione victoriæ,nam qui tenetur ad primas non auditur,niſi prius reficiat eas,vt proximo nota.dictũ eſt,qui vero ad alias auditur,quia cautum non reperitur, quòd ſibi denegetur audientia,ſed ſolũ,quòd pro eis fit exequutio, vt hic
10 dicitur in fine,& latius dicam inferius. Secunda † differẽtia eſt,quia in primis expenſis nedum veniunt expenſæ factæ in iudicio circa aduocatos, procuratores,actuarios,& viatica,verum etiam damna cõtingentia ratione perſonæ, vt ſi tanquam artifex non potuit ille laborare, & etiam ratione rerum ſuarum, in quibus forte ob hoc damnificatus fuit,vt nota.gl.& Bart.in l.1.ff.de alien.iudic.mut.cauſa facta,Bart.in d.l.ſancimus,& Iaſ.poſt eũ,nu.8.q.1.& Rebuff. in d.tract.artic.5.gl.vnica,nu.55.verſ. & in his impenſis, & artic.8.gl.vnica,nu.24.verſ.item quæ debentur. Idque etiam procedit in expenſis ratione retardati proceſſus, & ratione temeritatis, de quibus diximus in 3.nota. vt dicit Iaſ.in l.1.§.fin.nu.11.& 12.ff.ſi quis ius dicen.non obtempera.in ſecundis vero expenſis ſecus, & de damnis ratione rerum paſſis,nõ habetur ratio,ſecundũ eos ibidem,& Bar. in d.l.1.§.fin.col.1. &.Iaſ. poſt eum,ibi nu.14.ff. ſi quis ius
11 dicen.nõ obtempera. † Tertia differentia eſt,quia in primis expenſis non computantur illæ quas quis domi facturus eſſet,in ſecundis vero ſic,vt not.Cy.in l.properandum §.& quidem,C.de iudic.Bal.& Ang.in l. ſed & ſi lege, §. quod autem,lo 2.ff.de pet.hæred. Iaſ. in d.l.1.§.fin.nu.15. Lanfran in c.quoniam contra,in verſ.expenſæ,nu.24.verſ. eſt autem,de probat.& Rebuff.in d.tract.12.d.tract.artic.
12 8.gl.vnica,nu.30.† Quarta differentia eſt, ſecundũ Iaſ.& Rebuff.ibid. quia in primis veniunt omnes expenſæ tã neceſſariæ,quam vtiles,in ſecundis verò neceſſarię tantum,vt dicit ante eos Innoc. in c. cum veniſſent, de eo qui mit. in poſſ.& Ang.in d.l.properandum §. ſin autem alterutra. & Lanfran.in repet.dicti c.quoniam contra,in verſ. expenſæ,
13 nu.33.verſ.quęro nunc,de probat. † Quinta differẽtia eſt, ſecundũ Rebuff.in loc.præalleg.quia in primis expẽſis iuſta cauſa litigandi non excuſat,in ſecũdis verò ſic, vt dicit gl.not.in §.oportet,in aut.de iud.Spec.in tit. de expen. §.ſi ante,nu.5.verſ.hoc autem certum eſt,& Imo.in l.fin. col. fin.ff.de re iudic.Et ſi dicatur,quod iſta differentia confunditur in hoc Regno per conſt.Regni diuorũ, per quam,vt ibi dicit Affl.in ſummario, & 1.nota. nu.4. iuſta cauſa litigandi non excuſat, reſpondetur, quod Affl. ibi non bene loquitur(pace ſua) eo quia illa conſtit. quæ dicit eſſe condemnan-

Digitized by Google

demnandos in expenſis victoribus victos quos ignorantię
cauſa probabilis non excuſat,non vult dicere,quod proba-
bilis ignorantia non excuſat, quia hoc eſſet quodammodo
iniquum,ſed quod illi victi ſunt condemnandi, qui ab ali-
qua iuſta cauſa non excuſantur,vt taliter intellecta illa cõ-
ſtit.ſe cõformet cum iure communi in l.qui ſolidã,§.etiam
vbi not.per Bart.ff.de leg.ſecundo,non autem vt corrigat,
quia legum correctio eſt euitanda, iuxta l. præcipimus, in
14 fi.C.de appell. † Sexta differentia eſt, vt dicit Rebuff. ibi-
dem, quia primæ etiam poſt ſententiam peti poſſunt, ſe-
cundæ vero non,vt nota.per gl.in l.tertia,§.ſi rem,ff.de le-
gat.tertio,Bart.in l.non ſolum,ff.de rei vendic. Alber.in l.
ſancimus,col.2.C.de iud. & Bal. conſ.106. quidam domi-
nus,vol.3.& patet ex his,quæ dixi in præcedenti Rit. q.1.
15 † Septima differentia eſt,ſecundum eund.Rebuff.eod. lo-
co,quia in primis non admittitur compenſatio,& in ſecũ-
dis ſic,dicens ita fuiſſe ibidem decretum in ſenatu,& licet
nihil alleget,immo dici poſſit in contrarium, quod contu-
max poteſt hanc exceptionem compenſationis obijcere,
per tex.in c.intelleximus,de iud.& c.cũ inter, de except.
nihilominus probari poteſt in hoc Regno per Rit. quẽ ſu-
pra habemus 220.per quem, vt ibi dixi in 1.no.contumax
nedum non poteſt agere,verum nec etiam excipere, quod
bene nota, cum caſus eueniet.
16 ¶ † Sexto not.ibi aduocato,& commiſſario, duo gene-
ra expenſarum,quæ fiunt in iudicio. Primum,quod conſi-
ſtit in expenſis,quæ fiunt aduocatis,& procuratoribus, &
etiam notarijs,vt dicit Spec.in tit. de expen. §. poſtremo,
17 nu.21.verſ.in ſumma. † Secundum, quod conſiſtit in his,
quæ fiunt circa iudices,vt etiã not.per gl.in authen de iu-
dic.§.ne autem,Cy.in rub.C.de ſportu.& Spec.in d.§. po-
ſtremo, nuper allegato, intelligendo ſemper iuxta no. &
pulchram diſtinctio.eiuſdem Spec.in tit.de ſalarijs iudicũ.
18 † Tertium genus eſt ſecundum eoſdem Cy & Spec.in di-
ctis locis, quod conſiſtit in expenſis, quæ fiunt circa nun-
cios,ſiue executores,quę expenſæ propriè vocantur ſpor-
tulæ,vt ipſi dicunt per tit. C.de ſportu. & c.offeramus, 4.
q.3. & inſpecto labore arbitrio iudicis eiſdem taxãtur iux-
ta tex.in §.nullum, in authen. de iudic. exceptis clericis,
qui certum,& taxatum ſoluunt ſalarium,vt patet ex l.cum
clericis,& authen.ſeq.C.de Epiſc. & cler. & etiam exce-
ptis quibuſdam alijs perſonis poſitis in l.fin. C.de fruct.&
19 lit.expen.& l.fin.C.de agen. in rebus, lib.12. † Quartum
genus eſt ſecundum Spec.in d.§.poſtremo, quod cõſiſtit in
expenſis,quæ fiunt in alendis teſtibus, iuxta tex. in l. quo-
20 nia C.de teſt.& 4.q.3.c.2.circa fin.verſ.venturis. † Quin-
tum genus eſt ſecundum Cy.in d.rub.quod conſiſtit in ex-
penſis,quæ fiunt per litigantes circa ſe,& pro hoc allegat
l.properandum,§.ſiue autem alterutra.& l.ſancimus, C.de
iud.vbi licet nihil de talibus expenſis in ſpecie dicatur,at-
tamen generaliter dicitur, quod veniunt expẽſæ ſolitæ fie-
ri circa quaſcunque cauſas, ſed de eis loquitur tex.in l. eũ
quem temere,in princ. dum de viaticis, & ſumptibus litis
loquitur,vt probat per illum Rebuff.in præalleg. tract de
expen.artic.5.gl.vnica nu.20. & 21. vbi etiam ipſe de iſtis
generibus expenſarum tractat.
21 ¶ † Septimo nota in fine Rit. ꝙ niſi ſoluantur expenſæ
quæ præſtantur ante ſententiã diffinitiuam in caſibus, quos
ſupra dixi in 1.nota. fit exequutio pro eis quemadmodum
pro ſententijs,ſupple quæ tranſiuerunt in rem iudicatã, de
quarum exequutione dixi ſupra in Ri.128.in 1.not. & pro
hoc Rit.facit quod dicit Bal.in l.generaliter,§.his de præ-
ſentibus,nu.4.C.de rebus credit. & Rebuff. in d. tract. de
expen.artic.2.gl.vnica,nu.6.vbi quod iſtæ expenſæ ſtatim
poſt condemnationem refici debent, alioquin,ſecundum
eundem Rebuff.art.5.gloſ.vnica,nu.31. bona illius,qui te-
netur ad expenſas, poſſunt pro eis capi, & vendi, & plus
offerenti dari, intelligendo, ſecundum eum, ſi fuerint ex-
penſæ taxatæ,vt propriè loquitur Rit.noſter. Amplia iſtud
not. procedere etiam ſi ab ipſa taxatione, tanquam ex-
ceſsiua, eſſet appellatum, quia cum ſit appellatio ab in-
terloquutoria non impedit exequutionem, cap. non ſo-
lum, de appellat. in 6.not. Bart.in l.eius, qui, col.2. ff.de
appellat.recip. & Marant. in pract. parte 6. in ver. appel-
22 latio. ver. quarta differentia, num. 172. † Et ſi dicatur,
quod à nimia taxatione, poteſt appellari, ſecundum Inn.
in c.fin.nu.4.de his,quæ vi,metuſve cau.& in c.ſæpe,nu.3.
de appell. Bar.in l.ab exequutore,nu.13. ver.ſed iuxta,de
appell.& rela.Bald.in l.2.q.15.nu.21. C.de epiſc.aud.& in
l.3.nu.8.C.de fruct.& lit.expenſ.Hippol.in l.patre,nu.93.
23 ff.de quæſtion. & Rom.conſ.257. † & quod ſententia ta-
xationis expẽſarum, licet ſit interloquutoria, tamen habet
vim diffinitiuæ, quia nullam aliam proferẽdam ab eodem
iudice poſt ſe expectat,vt dicit latè Rom.conſ.358.& pro-
pterea per appellationem eius exequutio debet impediri,
vt dicit Salyc.in l.pen.num.5.& 7. C.quorum appell.non
recſ.per l.ait prætor,§.permittitur,ff.de mino. Abb.in cap.
ſuper eo.2.not.de appell.Glo.in auth.habita,in fi. C.ne fil.
pro patre,& Rebuff.in tract.de ſent.exequu.art.10.gloſ.1.
nu.9.vol.1. & art.16.gl.7.nu.2.& 3. reſpondetur ſupradi-
cta procedere vbicunque taxatio expenſarum fieret poſt
diffinitiuam,quia tunc propriè militant,non autem vbicun
que fit ante, vt in caſibus ſupra poſitis in 1.not. tunc enim
cum eius grauamen poſſit reparari in diffinitiua, & talis
interloquutoria taxationis merita cauſæ non concernat,
per appellationẽ exequutio non impeditur, vt dicit Salyc.
in d.l.pen.per illum tex.l.eos, §.ſuper his, C.de appell. &
l.1.C.de epiſc.aud. quæ bene nota.
24 ¶ † Quæro primo, quid ſi à ſententia,in qua quis in ex-
penſis condemnatus fuit,appelletur,nunquid iudex poterit
appellatione pendente,taxare expenſas? Breuiter,licet ap-
pellatione pendente,nihil ſit innouandum,totò tit. ff.nihil
noua. appell.pend. immo nec etiam antequam ſit appella-
tum: donec tamen durant decem dies dati ad appellandũ,
vt patet ex cap.non ſolum, de appell.in 6.not.per Alex.in
l.3.§.ſi ſeruus, col.pen.ff.de acq.poſſeſſ. nihilominus inter
alios caſus, in quibus limitatur d. regula, quos latè ponit
Marant.in pract.parte 6.in verſic.appellatio. verſic.ex iſta
quarta,nu.173. eſt iſte, vt non procedat in caſu taxationis
expenſarum, vt dicit Lap.alleg.72. in cauſa matrimoniali,
Felyn.in c.ſignificauerunt,col.6.de except.Hippol.in l.pa-
tre,nu.73.ff.de quæſt. & Maran.vbi ſupra, 17.fall.nu.197.
25 † & ratio eſt,ſecundum eos,quia iudex taxando expenſas,
non dicitur innouare, ſed pronunciata declarare, vt etiam
ſentit Bal.in l.3.nu.8.C.de fruct.& lit.expen.limita tamen
iſtud, niſi iudex ad quem inhibuiſſet iudici à quo, non ſo-
lum quod nihil innouet,ſed (vt quotidie fiunt inhibitorię)
quod in cauſa nõ ſe intromittat, nec aliquid innouet,quo-
niam tunc per talem inhibitionem erunt ligatæ manus, &
in aliquo non poterit ſe intromittere, per ea quæ dicuntur
in d.c.non ſolum, verſ.illa verò,& ideo videmus quotidie
ſeruari, quod donec iudex ad quem, non inhibet, iudex à
quo,procedit ad taxationem expenſarum,poſtea verò mi-
nime.
* * ¶ Secundo quæro,† cum in hoc Ritu fiat mentio de ex-
26 penſis, quæ fiunt in cauſis aduocatis, & procuratoribus,
necnon magiſtris actorum pro actis,vt ſupra notauimus in
6.no.quid ſi aduocatus,vel procurator vincit cauſam pro-
priam,& in ea pars aduerſa ſibi condemnatur in expenſis,
nunquid poterit petere ſalarium pro ſuo patrocinio? bre-
uiter dicas,quod non,quia verè nihil expendit,ita not per
Gloſ.& Bart.in l.fin.C.de fruct.& lit.expen.eundem Bart.
in l.ſi ſtipulatus es,ff.de fideiuſſor.& in l.quod ſi domus, in
fi.per illum tex.ff.loca.& Boer.deciſ.210.vol.1. Idẽ etiam
dicendum,ſi victor, cui victus fuit condemnatus in expen-
ſis,habuit aduocatum,vel procuratorem,aut acta gratis,vt
voluit Bal.ad Specul.in tit.de ſent.in verſ.quidam nobilis,
Ang.in d.l.fin.& Iaſ.in l.properandum,§.ſin autem alteru-
tra.nu.14.C.de iudic.Verum tamen eſt,quod ſi aduocatus,
vel procurator peteret ſalarium tanquam damnum, quia
propter illam litem non potuit vacare aliorum cauſis, id
facere poſſet, quia in condemnatione expenſarum ratione
victoriæ habetur ratio damnorũ ex perſona victoris, ſi eſt
ſolita lucrari,vt not.per Gloſſ.& ibi Bart.in l.1.ff.de alien.
iud.

Digitized by Google

iud.mut.cauſa facta, & per Iaſ.in loco præallegato. Et ſi victor habuit aduocatum,vel procuratorem,aut acta gratis,ratione beneficiorum per eum alias præſtitorũ,vel præſtandorũ,ſimiliter habebitur ratio dicti patrocinij,& actorum in condemnatione expenſarum, ſecundum Specul.in tit.de expenſ.§.fin.verſ.quid ſi victor, & Iaſ.qui alios citat in d.§.fin autem,nu.14. Scias tamen,quòd ſi aduocatus,vel procurator vincit cauſam propriam,communem tamen cum aliquo, poterit ſaltim pro parte ſocij in ratione expenſarum recipere ſalariũ,vt plenè per Boer.in d.dec.210. Salerni,die 30.Martij.1560. Proſper Carauita.

RITVS CCXCIX.

ITem ſeruat ipſa Curia,quòd quãdo datur aliqua petitio,puta clericatus, vel ſimilis in proceſſu inchoato, vel non inchoato, vbi non requiritur libellus,non fit aliquis actus,niſi quia datur terminus ad probandum,ſi expedit,& alius actus non fit in ea petitione per ipſam Curiam.

SVMMARIVM.

1 *Super clericatus remiſſione quare libellus non requiratur.*
2 *Cauſa,& proceſſus verè per citationem inchoat.*
3 *Abſurda in iure euitanda.*
4 *Quæ petitio ſimilis eſſe poteſt clericatus petitioni.*
5 *Cognitio ſpiritualis ad ſecularem non pertinet.*
6 *Clericorum appellatione non veniunt monachi, Epiſcopi,nec cæteri prælati.*

MAteriam iſtius Rit.tractaui ſupra in Rit.235. vbi idẽ diſponitur, meritò ad ea,quæ ibi dixi,te remitto.

1 ¶ † Nota tamen primo ibi,clericatus.iunctis alijs verbis ibi,vbi non requiritur,quod in iudicio faciendo coram iudice ſeculari ſuper clericatu alicuius petentis ſe remitti, tanquam clericum,non requiritur libellus, ſed ſolum quædam petitio. Ratio eſt, quia,vt dixi in d.Rit.235.in 2.not. coram iudice ſeculari ordinaria cognitio clericatus nõ eſt permiſſa, ſed ſolũ ſummaria, & vbi ſummariè proceditur, libellus,& litis conteſtatio non requiruntur, ſed ſolum talis qualis petitio,vt dixi in Rit.288.in 4.not. Licet autem iſte Rit.ſolum in remiſſionibus, quæ tractantur de clericis loquatur,nihilominus etiam in laicis obſeruatur, non quia militet eadem ratio, ſed quia in hoc Regno omnes cauſæ ſunt ſummariæ per dict. Rit.288.& 289.

¶ Secundo nota ibi,vel non inchoato,quod clericus poteſt petere à iudice ſeculari ſe remitti, etiam vbi nondum proceſſus eſt inchoatus. Hodie in practica tam in Magna Curia Vicariæ, quam in Regia Audientia Principatus citra,& Baſilicatæ iſtud non ſeruatur,adeo quod licet aliquis clericus, ſiue etiam laicus ſit inquiſitus de aliquo delicto, & ſponte compareat, petendo ſe remitti, non admittitur, niſi citatus fuerit ad informandam, & tunc venerit,vt etiã dixi ſupra in Rit.299.1.not.verſ.ſed dicet: ſicq; ſecundum iſtam practicam,tunc demum de remiſſione delinquentis tractatur, cum proceſſus eſt inchoatus per citationem:
2 † verè enim cauſa,& proceſſus inchoatur per citationẽ, vt probat tex. & ibi etiam Aret.in §.fin.in 1.not. inſt de pœna temere litig. Ratio iſtius obſeruantiæ eſt,vt credo,quia multoties cum incipit proceſſus inquiſitionis contra aliquem,non bene conſtat de delicto, de quo tractatur, & ſi
3 tunc agi liceret ſuper remiſſione,† ſequerentur duo abſurda,vnum quod remiſſa cauſa,iudex ad quem daret inquiſito defenſiones, & poſtea opus eſſet abſoluere,& ſic cauſa deſtrueretur,quia nouis ſuperuenientibus indicijs, non poſſet vlterius moleſtari. Alterum, quia daretur occaſio omnibus iudicibus,ad quos remitterentur tales cauſæ,moleſtandi indebitè inquiſitos,vt quotidie videmus ab experto fieri,quia vbi ſuprema tribunalia non citant,nec procedunt,inferiores iudices procedunt,& vexant indebitè, quo quidem caſu etiam ſupra in d.Ritu 235. in 3.not. diximus
a non fieri remiſſionem ad iſtud abſurdum euitandum,a quæ bene notabis,quia pulchra,& quotidiana.

4 ¶ † Quarto iuxta illa verba dicentia in principio Rit.puta clericatus, vel ſimilis quænam petitio poteſt eſſe ſimilis petitioni clericatus? Breuiter ego dico,quod petitio qua quis petit ſe remitti tãquam monachum,eſt ſimilis illi,qua quis petit ſe remitti tanquam clericum,ex quo in vtraque peti-
5 tione deducitur quid ſpirituale: † cuius cognitio ad ſecularem non pertinet, vt probat tex.in cap.ſi iudex laicus,de ſent.excomm.in 6.& ſi dicatur nonne ſub eo,quod dixerat de petitione clericatus,includitur etiam illa,qua quis dicit
6 ſe monachum? reſpondetur, quod non, † quia clericorum appellatione non veniunt monachi, vt probat tex.in l.generaliter, C.de Epiſc.& cler.& c.generaliter, 16.quæſt.1. Archidiac.in c.1.nu.3.in verſ.clericalem,de bigam.in 6.& Alberic. in ſuo Dictionario, in verſic. clerici appellantur, verſ.ſed nunquid. Item dici poteſt,quod petitio qua quis peteret ſe remitti tanquam Epiſcopum, Archiepiſcopum, Patriarcham,vel Primatem: eſt etiam ſimilis petitioni clericatus, cum etiam in iſta quid ſpirituale deducatur, ſicut in illa,nec poſſet ſub verbis hic dictis de clericatu includi, quia clericorum appellatione non veniunt Epiſcopi,alijve Prælati ſuperiores, vt probat tex. in c.quia periculoſum, iuncta Gloſ.in cap.ſuperioribus, de ſentent.excomm.in 6. per quam ita firmat Alberic. in ſuo diction.in verſic.clericorum appellatione.& hoc credo voluit dicere iſte Ritus in his verbis, quæ multis horis fecerunt me inſudare. Eboli, die 2.Aprilis. 1560. Proſper Carauita.

ADDITIO.

a Abſurdum euitandum. Adde arg.l.ſed ſi vnius,§.fin.ff.de iniur.l.nam abſurdum,ff.de bon.libertor. nam validiſſimũ in iure eſſe dicitur argumentum ab abſurdo, vt patet ex multis legibus tam Iuriſcõſultorum,quam Imperatorum, quas enumerare potius laborioſum eſſet, quam ſubtile: eas autem cumulat Nicol.Euerar. in tract.qui inſcribitur, Loci argumentorum legales loco, ab abſurdo, vbi eum videto. C. P.

RITVS CCC.

ITem ſeruat ipſa Curia hanc practicam iuris inter conuentum rei vendicatione,& actorẽ, nam ſi dico te indebitè,& minus iuſtè tenere, & poſſidere talem domum, ſeu dolo malo deſijſſe poſſidere, primo, & ante omnia interrogaberis à iudice ante litem conteſtatam, an teneas, & poſſideas,& ſi dixeris tenere,& poſſidere iuſtè,& rationabiliter, nec negas, tunc procedit libellus, quia intentatur directa rei vendicatio. Si dicis te non tenere, tunc etiam procedit libellus, quia intentatur vtilis rei vendicatio,& prædicta probãtur in l.rem.& in l.qui petitorio, ff.de rei vẽd. vbi verò in libello non dicitur,ſeu dolo malo deſijt poſſidere,tunc non procedit libellus. Quod hic dicitur,non procedere hoc caſu libellum, verum eſt,ſi actor velit,quod vlterius non procedatur in rei vendicatione,ſed vult dare libellum de mendacio. Sed vbi actor velit renunciare beneficio l.fin.de rei vend. quia non vult dare libellum de mendacio, ſed vult terminum ad probandum contra negantem ſe tenere, & poſſidere,procedit libellus, & proceditur in cauſa vſque ad deciſionem

Digitized by Google

nem cauſæ, & hoc eſt de iure, & hoc etiam ipſa Curia ſeruat, & propterea in ipſo inſtanti debet interrogari actor, an velit dare libellum de mendacio, iuxta formam l.fin. ff.eod. tit.& ſi dixerit ita, ſtatuatur ei dies quo veniat cum libello mendacij, & reo vt veniat eodem die ad recipiendum eundem, ſi dixerit non, tunc Curia licentiat ab illa inſtantia conuentum, & ſeruat ipſa Curia, quod quando proceditur in vtili rei vendicatione quãdo dico te dolo malo deſijſſe poſſidere, non compellitur reus, niſi diceret poſſidere, vel non, & ſeruat etiam ipſa Curia ſic interrogare, procuratorem conuenti quando comparet per procuratorem, ſcilicet ante litis conteſtationem (vt dictũ eſt) vtrum tenet, & poſſidet, deinde conteſtando litem, poteſt reſpondere ipſe procurator, cætera vero in dicto libello ignorat, prout poſita ſint, litem conteſtando ſuper cauſa prædicta. Et nota, quod in cauſa rei vendicationis prædictæ, quãdo actor vult conuincere reum de mendacio, libellus rei vendicationis remanet in Curia, & ſcribitur in eo actus interrogationis ante litis ingreſſum, ſi tenet, & poſſidet, dixit quod non, præſente tali actore, reum de mendacio conuincere volente, & nullus actus fit in dicto libello, niſi quia datur terminus actori, vt veniat cum libello de mendacio, & reo de mendacio.

SVMMARIVM.

1 *In rei vendicatione, ex parte rei interuenire debet poſſeſſio, ſeu quaſi. Et etiam detentatio.*
2 *Pro poſſidẽte habetur, qui dolo fecit quo minus poſſideret.*
3 *Ex parte actoris in rei uendicatione dominium, vel quaſi requiritur, & etiam ciuilis poſſeſſio.*
4 *In iudicio rei vendicationis quare tenetur iudex interrogare num reus teneat, & poſſideat.*
5 *Iudicium fruſtratorium, quando contra non poſſidentem agitur.*
6 *Rei vendicationis quatuor ſpecies. Et contra quos quelibet intentanda.*
7 *Tenentes alienas res reſtituere non tenentur, niſi probantibus de iure ſuo.*
8 *Forma tam actoris, quàm rei in reſpondendo, ſi tenet, & poſſidet, remiſſiue.*
9 *Multa, & quæ requirantur vt locum habeat remedium l.final. ff.de rei vendicatione.*
10 *In vtili rei vendicatione reus interrogatus, ſi poſſidet, qualiter reſpondeat.*
11 *Poſitioni criminoſa an quis reſpondere teneatur?*
12 *Procurator rei conuenti ſuper rei vendicatione, interrogatus ſi principalis poſſidet, qualiter reſpondebit.*
13 *Libellus ſuper mendacio porrigendus, alius eſt, quam libellus ſuper translatione.*
14 *Forma libellandi in rei vendicatione.*
15 *Conuentus rei uendicatione, nunquid opponere poſſit non moleſtandum, quia ſit infra tempus inuentarium conficiendi.*

1 NOt. primo ex hoc Rit. ibi, ſeu dolo malo deſijſſe, † quòd in rei vendicatione ſufficit ex parte rei interuenire vnum ex duobus, vel quod poſſideat, vel quod quaſi poſſideat, vt quia dolo deſierit poſſidere, vt dicit gl. quam ibi ſequitur Iaſ.in §.omnium, verſ. veniamus nunc, num.76. inſt. de act. & Bart. in l.1. in prima oppoſi. C.de alien.iudic. mutan. cauſa facta. Ratio eſt ſecundum eos,
2 † quia pro poſſidente reputatur is, qui dolo fecit quo minus poſſideret, l.qui dolo, & l.parem, ff.de reg.iuris, l.ſin autem, §. ſed & ſi quis, & l.is, qui dolo, ff.de rei vendicat. prædicta tamen vera ſunt, quando conuentus rei vendicatione dolo deſijt poſſidere poſt litem conteſtatam, ſecus ſi ante, quoniam non competeret rei vendicatio, ſed actio in factum ad intereſſe ex tit.de alien.iud.mut. cauſa facta, vt dicit not.Abb.in cap.1.in 2.oppoſit.de alien.iudic.mut. cauſa facta, & Iaſ.in præalleg.§.omnium, num.78. verſic.
3 aduertite tamen. † Et eodem modo ex parte actoris ſufficit interuenire duorum alterum, vel quod ſit dominus, ſupple directus per l.in rem, ff.de rei vendic. vel quaſi dominus, ſupple vtilis, vt dicit gloſ.in d.§.omnium, quam ita declarat Iaſ.ibi verſic.circa primum, num.66.Bart.in d.l.1. & pract.Papien. in forma libelli in actione reali, in verſic. tenet, & poſſidet, num.1.& Abb.in cap.examinata, num.7. verſic.nota, quod, de iudic. Scias tamen, quod etiam quòd ex parte rei non interueniat poſſeſſio, vel quaſi, ſed ſolum nuda detentatio, vt in colono depoſitario, & ſimilibus, adhuc poteſt rei vendicatione conueniri, quia facultatem rei reſtituẽdæ habet, l.officium, in fi.ff.de rei vendic. per quam ita firmant Aret.in d.§.omnium, nu.8. Iaſ.num.100.verſic. quærunt hic, & Gomeſ.in 3.not.num.11. & Bald.in l.2.in 2.quæſt. C. vbi in rem actio. niſi verè poſſidens offerat ſe liti, quoniam tunc talis detentator non poſſet conueniri, vt voluit not.Innocen.in cap.cum ſuper, extra de re iudic. Imol.in l.ſæpe, circa fin.ff.de re iudic.& Iaſ.in §.omnium, num.101.verſic.aduertite. Et ſimiliter, licet ex parte actoris non interueniat dominium, vel quaſi, ſed ſolum ciuilis poſſeſſio, adhuc poteſt agi rei vendicatione, ſecundum gl. in l.clam poſſidere, §.qui ad nundinas, in gloſ.fin.circa fin. vt etiam Bart.ff.de acquir.poſſeſſ.idem Bart.in l.1.§.interdum, ff.vti poſſidet. Iaſ.in eo.§.omnium, verſic. an autem poſſidens, num.109. & Gomes.num.11.

4 ¶ † Secundo not. ibi, primo, & ante omnia, quòd in iudicio rei vendicationis, ante omnia, iudex debet interrogare reum ſi tenet, & poſſidet, ad idem eſt text.in l.qui petitorio, ff.de rei vendicat.in princ. Aret.in dicto §.omnium, num.8. verſic.quæro quid, & Iaſ.nu.99.verſic.& ex prædictis, Maran.in pract.parte 6.membro 7.num.3.vbi hunc Rit.allegat, & pract.Papienſ. in forma interroga.cum reo conuen.actio.reali. Ratio eſt, quia niſi quis poſſideat, vel dolo deſinat poſſidere, non poteſt rei vendicatione con-
5 ueniri, vt dicit tex.in l.fin.ff.de rei vendicat. † & ſi contra non poſſidentem ageretur, fruſtratorium eſſet iudicium, vt dicit tex.in dicta l.qui petitorio, & Bart.in l.ſi is, qui ſe obtulit, ff.de rei vendicat.& Bal.ibi in rubr. verſic.quæro hic. Iſtud autem quod hic dicitur, ante omnia, intellige ſecundum gloſ. & Bart.in dicta l.qui petitorio, ante litem conteſtatam, vt etiam patet ex hoc Rit.in fine, ibi, ante litis conteſtationem: immo, ſecundum Aret.& Iaſ.in proximè citato loco, & pract.Papien. in dicta forma interrog.fien. cum reo conuent.reali actio.ante porrectum libellum: verum tamen eſt, quòd ſi talis interrogatio omittatur, poteſt quandocunque fieri, etiam poſt litem conteſtatam, ſecundum gloſ.& Bart.in eadem l.qui petitorio, quia, ſecundum eandem Gloſ.in verſic.debet, Aret.& Iaſ. vbi ſupra interrogationem iſtam fieri, conſilium eſt, & cautela.

6 ¶ † Tertio nota ibi, directa, & ibi vtilis, quòd rei vendicatio directa datur domino directo contra poſſidẽtem, & vtilis contra illum, qui dolo deſijt poſſidere, & in hoc iſte Rit. approbat opin. Vltramon. relatorum per Bart.in rubr.ff.de rei vendicat. contra opin.gloſ.ibi, quæ volebat, quod contra illum, qui dolo deſijt poſſidere, daretur rei vendicatio directa, vtiliter tamen. Scias tamen, ſecundum Bart. in eadem rubr. quod rei vendicatio eſt quadruplex directa, de qua ſupra dixi, directa vtiliter, ſecundum opinionem glo.quam ſupra retuli, vtiliter directo competens ei, qui habet vtile dominium, contra poſſeſſorem, & vtilis, vtiliter competens ei, qui habet vtile dominium contra eum,

Digitized by Google

eum, qui dolo deſijt poſſidere, vt latius per eum ibidem.
¶ Quarto nota ibi, vbi vero, & ibi, quòd hic dicitur, quod
quotieſcunque conuentus rei vendicatione negat ſe poſſi-
dere, libellus rei vendicationis non procedit: intelligendo
tamen, vt etiam Ritus dicit, ſi actor reo negante, vult vti
beneficio l.fin. ff.de rei vend. ſupple in conuincendo con-
uentum de mendacio, & faciendo in ſe trásferri poſſeſſio-
nem: ſi autem non vult vti remedio dictæ l.fin.ſed ordina-
riè procedere in iudicio rei vendicationis, probãdo ſe do-
minum, & conuentum, tenere, & poſſidere, quemadmodũ
in tali iudicio requiritur, vt ſupra diximus, tunc bene pro-
cedit libellus. Ratio autem quare libellus non procedit,
quando actor vult vti remedio d.l.fin. eſt, quia agendo illo
remedio, etiam quod nó probet ſe dominum, ſtatim quod
conuincit reum de mendacio, conſequitur poſſeſſionem in
pœnã illius mẽdacij, vt patet ex illa l.& not.pract.Papien.
in dicta forma interrog.cũ reo conuen.reali actio.in verſ.
7 primo aii dictus, nu.2. † cum regulariter tenentes res alie-
nas, non debeant illas reſtituere, niſi probantibus de iure
ſuo, vt dicit tex.in l.fin.C.de rei vend. & Iaſ.in d §.omniũ,
nu.86.verſ.vnum etiam.agendo verò via libelli, in quo in-
tentata eſt rei vendicatio, cum ſe in eo dicat dominum rei,
eſſet neceſſe illud probare, vt ſupra diximus in principio.
¶ Quinto nota ibi, & propterea in ipſo inſtanti, quòd cũ
reo negante ſe poſſidere, actor habeat duplex remedium,
(vt proximè dictum eſt) eoipſo quòd reus negat, debet in-
terrogari actor quo remedio intẽdit vti, & ſi replicat vel-
le vti beneficio d.l.fin. ff.de rei vendic. ſtatim datur termi-
nus vtrique actori ad producẽdum libellum de mendacio,
& reo vt veniat ad ipſum recipiendum: ſi verò vult proce-
dere ordinariè in ipſa cauſa, probando incumbentia, & ꝙ
poſſidet, vel quòd dolo deſijt poſſidere, & ſe dominũ eſſe,
tunc datur terminus in cauſa ad probãdum, & proceditur
ad vlteriora circa ipſam rei vendicationem, & iudex licẽ-
tiat reum ab illa inſtantia, ſupple libelli de mendacio, vt
etiam ſcribit Maran.hunc Rit.allegãdo in ſua pract.par.6.
8 memb.7.nu.3. † Formam autem tenendam circa ſcriben-
das iſtas reſponſiones, tam rei, ſi tenet, & poſſidet, quam
actoris in reſpondendo quo remedio vult vti, vide in fine
9 iſtius Rit.in verſ.& nota, vſque ad finem.† Aduerte tamen
tu actor, vt quando interrogaberis, quo remedio ex dictis
duobus vis vti non facilè eligas remedium d.l.fin.quia ad
hoc vt illa l. & eius beneficium locũ habeat, multa requi-
runtur. Primo enim requiritur, quod probetur reum tem-
pore quo negauit poſſediſſe, ipſumq; ſciuiſſe ſuam poſſeſ-
ſionem, aliàs ſi ignoraſſet, non diceretur conuinci de men-
dacio, vt dicit gl.& Bar.in eadem l.finali, nu.9.verſ.quęro
vtrum, Bal.in c.vaſſallus feudum ſciens, per illum tex.not.
ſi de feud.fuer.controu.inter dom.& agna.latè Rom.conſ.
70.viſis themate, nu.5.Aret.in d.§.omnium, nu.8.verſ.quę-
ro quid, & Iaſ.num.96. verſic.item aduerte. Secundo re-
quiritur, quòd talis negatio fuerit facta per reum ſuper li-
bello apto, alias ſi fuiſſet ineptus, non puniretur, vt dicit
Bald.in l.edita, col.pen.C.de edend. Alex.& Bart.in dicta
l.finali, in litera E, in verſic.transfertur, & Iaſ.in dicto §.
omnium, nu.97.verſic.item intelligatis. Tertio, quod reus
negauerit ſimpliciter ſe poſſidere, alias ſi negaſſet impli-
cite, nego narrata, prout narrantur, ſecus eſſet, vt dicit in l.
ſi dubitetur, §.ita demum, vbi etiam Imol. ff.de fideiuſſo.
Imol.in l.ſed hoc ita, ff.de re iudicata, & Iaſ.in prælleg.
§.omnium, num.98.verſic.item & vltimo. Quarto, requi-
ritur, quod negatio non fuerit reuocata ante litem conte-
ſtatam, alias ſi eſſet reuocata, dicta l.final. non haberet lo-
cum, quia actor nó eſſet grauatus onere probandi, vt dicit
Bald.in illa l.poſt gl.ibi, circa finem, ibi, item hoc verum,
Aret.in dicto §.omnium, nu.8.verſic.quæro quid, Iaſ.ibidẽ,
nu.99.verſ.& ex prædictis, & plenius Rom.in d.conſ.70.
nu.6.verſ ſecũdo principaliter, & conſ 59.ad diſcutiendũ,
nu.11.verſ. tertio principaliter. Ex qua ratione ſequitur, ꝙ
quotieſcunque actor non fuiſſet grauatus onere probandi,
dato ꝙ negatio non fuiſſet reuocata, diſpoſitio illius l.fin.
locum non haberet, vt ſcribit Rom.ponens in hoc exemplũ
in d.conſ.59.nu.9.verſ.dicendũ eſt. Sexto requiritur, quod
talis negatio non fuerit reprobata, ſeu annullata per iudi-
cem, tanquam facta forte ſuper aliquo articulo, vel inter-
rogatorio reiecto vti impertinẽte, vt latè exemplificando
tradit Rom.in prælleg.conſ.59.nu.10.verſ.ſecundo prin-
cipaliter.ratio eſt, ſecundum eum, quia ex confeſsione par-
tis per iudicis decretum reiecta, nullus effectus oritur, ne-
que parti prouenit vtilitas, vt ſcribit Inn.in c mulieri, de
iureiur. & ſatis commendat Bald.in l.ſi quis in hoc genus,
C.de Epiſc.& cler. Septimo requiritur, quòd talis negatio
facta fuerit interrogante iudice, non autem interrogante
parte, vt dicit gloſ.in d.l.fin.in verſ.non poſsidere, & Ang.
ibi ſequitur, nu.3.verſ.in gl.prima.
10 ¶ † Sexto nota ibi, & ſeruat ipſa Curia, quòd quãdo pro-
ceditur in vtili rei vendicatione, vt quando dico, reũ dolo
deſijſſe poſsidere, reus interrogatus ſuper hoc, nó tenetur
reſpondere aliud, quam ſi poſsidet, vel nó poſsidet, non au-
tem tenetur dicere ſi dolo deſijt poſsidere. Contrarium tñ
eſt de iure cõmuni, vt patet ex l.qui petitorio, in princ.vbi
hoc not.Ang.ff.de rei vẽd.& licet Bart.ibi videatur dicere
cõtrarium in illo verſ.vltimo not.dum dicit, quod vbi quis
interrogatur de re, quæ delictum ſuum continet, non tene-
tur reſpondere, tamen ibi eſt ſuperflua illa negatiua non,
& vult dicere, tenetur reſpondere, idque patet tum ex
2.repet.quam fecit ad illam l. in 2.lectura illius tit.vbi ea-
dem formalia verba ponit, ſine illa negatiua, tum etiam ex
theorica eiuſdem Bart. in l.Marcellus, §.qui rerum, nu.3.
11 verſ.ſecundo eſt videndum, ff rer.amot. † vbi Bart.in illo
art.an poſitioni criminoſæ teneatur quis reſpondere? dicit,
quòd vbi ſi crimen celaretur, faceret negantem locupletari
cum aliena iactura, tenetur quis interrogationi reſponde-
re, & ponit exemplum in l.quoties, § prætor. ff.de noxa.
vbi cogitur quis reſpondere an poſsideat, vel dolo fecerit
quominus poſsideret.
12 ¶ † Septimo nota ibi cætera vero, ꝙ procurator rei cõ-
uenti ſuper rei vendicatione, ſi interrogatur vtrũ ſuus prin-
cipalis poſsidet, vel non, debet circa hoc reſpondere ſim-
pliciter, quod poſsidet, vel non, & circa alia debet reſpon-
dere ſe ignorare, prout poſita ſunt in libello: ratio eſt, quia
ſi circa illud, vtrum tenet, & poſsidet, reſponderet aliter,
quam ſimpliciter, nunquam haberet beneficium l.fin.ff.de
rei vend. vt dixi ſupra in 5.not.in verſ.tertio requiritur.
¶ Octauo, & vltimo nota ex hoc Ritu, ꝙ reo conuento
rei vendicatione, negante ſe poſsidere, & actore eligente
velle vti remedio l.fin.ff.de rei vendic.dari debet libellus
mẽdacij infra terminum à iudice præfixum, vt hic dicitur.
Contrarium tamen videtur diſpoſitum de iure cõmuni, ſe-
cũdum Bart.in d.l.fin.nu.2.verſ.quæro vtrum, Bal.in l.fin.
col.pen. C.de exequut.rei iudicatæ, plene Rom.d.conſ.70.
nu.7. verſ.tertio principaliter, & Iaſ.in d.§.omniũ, nu.89.
verſ.& aduerte, allegant omnes gloſ ad hoc not.in §.illud
quoque, lo ſecondo, in gl.magna, in verſic.& legem, circa
finem, in auth.de trient.& ſemiſſ.vbi quod in translatione
poſſeſsionis facienda ex diſpoſitione dictę l.finalis, non eſt
neceſſe dari libellum. Dici tamen poteſt, ad euitandum
correctionem iuris communis, quòd libellus per hunc Rit.
requiſitus non eſt neceſſarius, poſtquam cõſtat de menda-
cio ad petendam translationẽ poſſeſsionis, vt Doct.loquun
tur in terminis iuris communis, ſed eſt neceſſarius antequã
conſtet de mendacio, ad hoc vt poſsit de eo apparere:
13 † intantum ꝙ alius eſt libellus porrigendus ſuper menda-
cio, de quo loquitur iſte Rit. alius eſt libellus porrigendus
ſuper translatione poſſeſsionis, poſtquam iam conſtat de
mendacio, de quo Doct.dicunt, ꝙ non eſt neceſſarius, quia
cum conſtet ex probationibus actoris de ipſo mendacio,
iudex ex ſuo officio id faciet ſine libello, vt gl.in d.§.illud,
dicit, & Rom.in d.conſ. idque maximè hodie procedit in
hoc Regno, in quo libellus in cauſis eſt ſublatus, vt dixi ſu-
pra in Ritu 283.
14 ¶ † Quæro primo in hoc Rit.qua forma erit conficien-
dus libellus in rei vendicatione? Breuiter, quamuis in hoc
Regno nõ requiratur, vt proximè dixi, nihilominus ad hoc
vt

vt ſcias primã petitionem bene ordinare, narrare, & concludere, vide Aret.& Iaſ.in d.§.omnium, qui late hoc tractant, ille nu.10. verſ.quæro ergo, & iſte nu.114.verſ.extra gl.& pract.Papien.in forma libelli in actione reali.

15 ¶ † Secundo quæro de vna quæſtione, quam habui in facto diebus præteritis, nunquid conuentus rei vendicatione poteſt opponere, quod nõ poteſt moleſtari eo, quia eſt infra tempus conficiendi inuentarium, iuxta l.fin.§.donec, C.de iure deliber. Breuiter dicas, quod non, eo quia iſta actione non quæritur quis, vt hæres, ſed tanquam quilibet poſſeſſor, & ita inter alias limitat. limitant illum §. Bald. Alex.& Paul.de Caſt.ibi in princ. & latius Roder.Suarez in l.poſt rem, ampliat.1.nu.7.fol.556.ff.de re iud. Eboli, die 11.Aprilis, in ſero Iouis ſancti.1560.Proſper Carauita.

RITVS CCCI.

IOanna ſecunda, Dei gratia Vngariæ, Hieruſalem, Dalmatiæ, Croatiæ, Romæ, Seruiæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Romaniæ, Bulgariçq; Regina, prouinciæ Forcalquerij, ac Pedemontis Comitiſſa, vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis tam præſentibus, quam futuris.

Conceſſiones, & gratias benemeritis fidelibus noſtris gratioſè conceſſas, licet perpetua firmitate conſiſtant, plerunque ad maioris cautelæ præſidium, non ſolum noſtrę confirmationis munimine roboramus, ſed libenti animo de nouo concedimus, atque damus, ſanè motæ nouiter ſupplicationibus Vniuerſitatis, & hominum Ciuitatis noſtræ Neapolis noſtrorum fidelium dilectorum per eorum ſpeciales Syndicos, ad noſtræ Maieſtatis præſentiam deſtinatos, humili cum deuotione porrectis, volenteſque cum eis benignè, & gratioſè agere, eiſdem Vniuerſitati, & hominibus præfatæ Ciuitatis noſtræ Neapol. omnes, & ſingulas franchitias, immunitates, exemptiones, priuilegia gratioſè factas, & facta, ac conceſſas, & conceſſa eis per claros memoriæ Dominos Reges, & Reginas prædeceſſores noſtros, à tempore ſcilicet Domini Regis Roberti octaui noſtri citra, per eorum literas, & priuilegia, & omnia ſingula in eiſdem literis, & priuilegijs contenta iuxta earum, & eorum continentias, & tenores, quos haberi volumus, de certa noſtra ſcientia præſentibus, pro ſufficienter expreſſis, ſpecifice declaratis, necnon & omnes conſuetudines, ſtatuta, ritus, & obſeruantias, & capitula antiquata tempore Regis Roberti, & ſucceſſiue vſque ad præterita tempora obſeruata in dicta Ciuitate noſtra Neap eius caſalibus, & pertinentijs omnibus, quæ hic etiam haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, in quarum, & quorum poſſeſſione, ſeu quaſi, ad præſens exiſtũt, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, ſpecialique gratia confirmamus, & ad maiorem cautelam de dicta certa noſtra ſcientia, de nouo concedimus, atque damus. Declarãtes tamen expreſſe, ac eadem ſcientia certa noſtra, earundem tenore præſentium, quod per huiuſmodi noſtræ confirmationis, & nouæ conceſsionis dictorum priuilegiorum, franchitiarum, immunitatum, & exemptionum, & omnium, aliorum ſuperius expreſſorum literas, ſeu priuilegium eiſdem Vniuerſitati, & hominibus per nos factas, ſiue factum nos, & noſtra Curia noſtrique in dicto Regno hæredes, & ſucceſſores non teneamur, nec teneantur ad ſolutiones prouiſionum quarumcunque pagamenti, ſeu ſolutionis, alterius cuiuſcũque, nec etiam per eas, vel ea volumus aliorum iuribus quomodolibet derogari, confirmantes, ac de nouo concedentes earundem tenore præſentium de dicta certa noſtra ſcientia iam dictæ vniuerſitati, & hominibus præfatæ noſtræ Ciuitatis Neapol. infraſcriptas alias gratias, & priuilegia, videlicet, quod ciues noſtræ Ciuitatis Neapolis, & habitantes in ea, & eius diſtrictu, non poſſint vocari, vel ad iudicium trahi ciuiliter, vel criminaliter, etiam ex delegatione, extra ciuitatem Neapol. ratione rei, ratione contractus, & ratione delicti.

SVMMARIVM.

1 *Meritis gratiã Princeps facit. remittitq; legales pœnas.*
2 *Merita ad gratiam conſequendam, qualia eſſe debeant.*
3 *Gratia benemeritis conceſſa, an poſſint per Principem reuocari? Excipitur cauſa publica vtilitatis. ibid.*
4 *Princeps concedendo, vel confirmando, iura tertij derogare non intelligitur.*
5 *Ciues Neapolitani, & habitantes ibi in omni cauſa trahunt, & non trahuntur, nu 6 cum ampliat. & limitat.*
7 *Ciuis Neapolitanus an foro alterius officialis poſſit conſentire?*
8 *Confirmatio quid, & quotuplex, & num. 10.*
9 *Confirmatio quando iura noua conceſſionis operetur.*
10 *Aliud eſt dare, aliud confirmare.*
11 *Confirmatio ex certa ſcientia fieri dicitur alio ex quinque modis. 12.13.14.15.*
16 *Ciuis Neapolitanus quis dici poteſt nouem modis. 17.18.19.20.21.22.23.24.25.*
20 *Sola domus comparatio ſine habitatione hodie an ſufficiet ad efficiendum quem ciuem Neapolitanum?*
26 *Differentia inter ciuem, & incolam.*
27 *Habitans ciuitatis Neapolis quis dicatur.*
28 *Verbum domus, habitationem ſignificat.*
29 *Incola, & habitans qui dicantur.*
30 *Habere domicilium, & habitare differunt.*
31 *Appellatione habitantium qui veniant.*
32 *Differentia inter habitantem, & habitatorem.*
33 *Habitans ciuitatis Neap. nunquid ſtatim omnibus eius priuilegijs gaudebit?*
34 *Differentia inter priuilegium fori, & alia priuilegia.*

NOta primo in princ. Rit. ibi, gratias benemeritis,
1 † quod gratiæ fiunt per Principem benemeritis ratio eſt, quia merita ſunt illa, propter quæ Princeps facit eas, immo remittit pœnas legales, vt probat tex.& ibi glo. & Doct.in §.ſed quod, princ. inſtit.de iure nat.& in catal. gloriæ mundi, parte 6. conſiderat.19. verſic.iſtud vero, & conſid.38.in fi. & Gramm.conſ.crim.29.nu.40. & dec.23. nu.15. Dicunt tamen Bald.& Salyc.in l.illud, C.de ſacroſanct.eccl. Alexand.& Iaſ.in l.ſi donatione, C.de collat.& Guliel.Benedict.in quæſt.de Epiſcopatu, nu.23. poſt repet.
2 c.Raynutius, de teſta. † quòd quotieſcunque merita ſunt cauſa alicuius conceſſionis, vel diſpoſitionis alias à iure prohibitæ, debent eſſe talia, quod ad ea non fuerit obligatus ille, in cuius fauorem conceſſum, vel diſpoſitum fuit, alioquin conceſsionẽ non facerent ſubſtinere, ſecundũ eos.

Secundo

Digitized by Google

3 ¶† Secundo not. ibi perpetua firmitate, quod gratiæ, & conceſſiones benemeritis fidelibus per Regem conceſſæ, dicuntur conſiſtere firmitate perpetua: ratio eſt, quia cum ſint conceſſæ benemeritis: videntur datæ ob meritorum ſeù ſeruitiorum remunerationem, & propterea tranſire in vim contractus, quo caſu communiter concluditur per Doct. quod per Regem reuocari non poſſunt, vt probat tex. quem pro hoc not. Angel. & Roman. ibi, in l. pater, §. fin. de don. & Bal. in l. ſi cum mitti, ff. de dol. not. idē Bald. in l. qui ſe patris, nu. 14. verſ. ſed Nicolaus, C. de bon. poſſeſſ. vnde lib. Innoc. in cap. quæ in Eccleſiarum, extra de conſtit. Bar. in l. hi qui. ff. de iure immun. Paul. de Caſt. in l. digna vox, C. de legib. Roman. conſil. 252. nu. 3. Alex. conſil. 101. vol. 1. conſil. 216. vol. 2. Fel. in cap. 1. col. 2. de probat. per gloſ. in cap. decet, de regul. in 6. Afflict. deciſ. 228. num. 10. & Capic. deciſ. 121. nu. 16. & dec. l. 166. cum alijs quos allegaui in pragm. per excellentem, §. 11. & de expreſſo conſenſu num. 64. de Sen. Conſ. Maced. niſi cauſa publicæ vtilitatis id vellet agere, vt dicit Afflict. in conſtitut. Regni priuilegia num. 2. verſic. ſed ſtat dubium per text. in l. quod ſemel, ff. de decret. ab ordin. facien. & alia quam plura quæ ipſe allegat,

4 ¶† Tertio not. circa fin. ibi, aliorum iuribus derogari, qđ princeps concedendo, aut confirmando nunquam intelligitur iuri tertij derogare, ad idē tex. l. quoties, C. de precib. impera. offeren. & l. final. C. ſi contra ius, vel vtil. public. cum ſimil. idq; etiam procedit, quamuis vellet id agere per viam legis, ſi tamen non ſubeſſet cauſa publicæ vtilitatis, l. venditor, §. ſi conſtat, ff. de commun. prædio. not. Innoc. in d. cap. quæ in Eccleſiarum, & Bart. in proœm. ff. & in l. 1. in fin. ff. de conſtit. princip.

5 ¶† Quarto not. in fine Rit. quod ciues Neapolitani, & habitantes in ea, ſpeciali priuilegio eiſdem conceſſo, nec ciuiliter, nec criminaliter vocari poſſunt extra ciuitatem Neapolis, etiam ex delegatione; ſupple Regia, ſiue ratione rei, ſiuè ratione contractus, & ſiue ratione delicti, & nedū conuenti habent priuilegium declinandi quemcunq; forum, & petendi ſe remitti ad Magnam Curiam, verum etiam conueniendo alios, non tenentur ſequi forum reorum, ſed poſsūt eligere tribunalia ciuitatis Neapolis, adeò quod dicuntur habere priuilegium electionis fori, & poſſunt in ciuitatem Neapolis trahere, & ipſi extra eam non trahuntur, vt patet inter priuilegia Neapolitanorum ad quæ latius te remitto, & ex Grammat. deciſ. 87. circa princip. & ita quotidie practicatur, & obſeruatur. † Amplia

6 primo prædicta procedere etiam ſi poſt delictum, vel cōtractum, obtentum eſſet priuilegium ciuilitatis Neapolitanæ, vt dicit Ioan. Andr. in cap. 1. de oblig. ad ratio. eſt de intentione Bart. quem ſequuntur communiter ſcribentes in l. 1. ff. de pen. & in l. cum quædam puella, ff. de iuriſdictione omn. iudic. habetur in l. ſi quis poſtea, ff. de Iud. & dixi ſupra in Rit. 66. in fine in eo qui poſt delictum fecit

7 ſe clericum. † Secundo amplia etiam ſi Neapolitanus ſemel conſenſiſſet foro alterius officialis, quam Ciuitatis Neapolis, quia non potuiſſet prorogare iuriſdictionem Iudicis non ſui in præiudicium vniuerſitatis Neapolis, cui per hunc Ritum conceſſum eſt, quod eius ciues, & habitantes non poſſint trahi in alijs tribunalibus, & pro hoc Bart. in l. priuilegio, num. 1. C. de decurio. lib. 10. vbi allegat l. aſſumptis in princ. ff. ad municip. item per aliam rationem quam reperi dediſſe D. Federicum Longum, laudatiſſimum fiſci patronum Regiæ Cameræ Sūmariæ in quibuſdam allegationibus alias per eum editis in fauorē notarij Gulielmi Siluij de ciuitate Melfiæ, quas habeo ad pēnam in 1. vol. alleg. fol. 344. verſ. præterea, dicit enim ipſe ibi, quod Regina Ioanna dum in hoc Ritu diſpoſuit, quod Neapolitani non poſſint alibi conueniri quam in ciuitate Neapolis, nullam penitus iuriſdictionem ipſis, nec alteri concedit, ſed ſolum cognitionem, & iuriſdictionem quo ad eos ſibi ipſi in ſuis tribunalibus Neapolitanis reſeruauit propter quod cum ſint ſub ipſo Rege relicti, & reſeruati, ſiuè velint, ſiuè nolint poſtquam ſunt Neapolitani, non poſſunt alterius iuriſdictionem prorogare, vt dicit not. Bald. in cap. Imperialem, §. fin. col. penult. de prohib. feud. aliena. per Federic. eſt de mente Innoc. in cap. cum M. Ferrarienſis, de conſtit. & in cap. inter dilectos, de exceſſ. prælator. Gulielm. Bened. in terminis in capit. Raynutius in verſic. & vxorem nomine Adelaſiam deciſ. 1. num. 54. de teſtam. & refert, & ſequitur Iacob. in l. 2. §. conuenire, ff. de Iudic. Limita primo prædicta non procedere quotieſcunque Neapolitani extra ciuitatem Neapolis delinquerent, vel cōtraherent tanquam Barones, quoniam tunc coram ordinario loci delicti, vel contractus poſſent conueniri per text. in cap. 1. §. fin. de priuil. in 6. per quem ita fuit in concilio alias deciſum, vt dicit Capic. deciſ. 59. & ſeruatur in pract. Secundo limita quotieſcunque priuilegium ciuilitatis Neapolitanæ eſſet obtentū poſt delictum commiſſum, vel contractum in fraudem iuxta l. fin. ff. de bonis eorum qui ſibi mortem conſcien. vt not. Bart. in d. leg. 1. ff. de pœn. & Oldrad. conſil. 4.

8 ¶† Quæro primo in hoc Ritu tractante materiam confirmationis priuilegiorum, quid eſt confirmatio, & quotuplex, quoad primum reſpondendo cum Hoſtienſ. Imol. & Dec. in rubr. de confirmat. vtil. vel inutil. dico quod eſt iuris prius quęſiti corroboratio, & ideò dicitur iuris prius quæſiti, quia vt dicit Bald. in l. nominationis, circa finē verſic. conclude, C. de appellat. confirmatio ſemper præſupponit aliquid eſſe prius, quod confirmetur: adeo quod ſecundum eund. ibid. in verſic. illud certum eſt, cōmenſuratur ad illud quod confirmatur, & non extenditur vltra quam actus confirmatus ſe extendat. Et eius natura eſt ſecundum eundem Bal. in l. aduerſus. in fin. C. ſi aduer. rem iudic. Cuman. conſil. 97. ſtante dicto ſtatuto Alexan. conſil. 122. viſo puncto, num. 21. vol. 4. & Cornel. conſil. 278. viſis conſilijs, vol. 1. addere confirmato, & non extēdere, niſi in ipſa confirmatione adeſſet clauſula ex certa ſcientia, quoniam tunc nedum daret robur actui confirmato, verum etiam ipſum extenderet, vt dicit ſingul. Bald. in cap. penult. col. fin. verſic. quæro ergo, de conſtit. Alex. d. conſil. num. 21. & Cott. in memor. in verſic. confirmatio fit, & omne obſtaculum tolleret, vt ſcribit Bart. in cōſil. 196. 2. col. verſic. ſuper ſecundo, & vt dicit Bald. poſt Cyn. in l. ex verbis, verſic. & inducit, C. de donat. inter

9 virum, & vxor. & Cott. vbi ſupra † quando actus qui confirmatur ex certa ſcientia alias eſſet nullus, talis confirmatio operaretur cauſam nouæ conceſſionis, & idem Bart. in l. & quia, ff. de iuriſdict. omn. iudic. Imol. in cap. inter dilectos, in gloſ. appellari, de fide inſtrum. & Dec. in præalleg. rubr. num. 6. verſic. & retenta, cum alias ſi non eſſet dicta clauſula, illa confirmatio nihil de nouo daret,

10 vt dicit Bald. in d. l. ex verbis, † quia aliud eſt dare, & aliud confirmare, sm̄ Dec. vbi ſupra nu. 3. per text. in d. cap. inter dilectos, & gloſ. in cap. veniens, §. nec obſtare de præſcriptio. Quo ad ſecundum, dico cum Dec. in præallegat. rubr. nu. 8. verſic. 3. & Cott. in memora. ſupra citat. quod confirmatio duplex eſt, vna quæ fit in forma communi, de qua loquitur text. in c. quia diuerſitatem de conceſs. præb. & c. illa, ne ſede vacante altera quæ fit ex certa ſcientia, de qua loquitur tex. in c. paſtor. §. præterea, de offic. deleg. & in clem. 1. de Iud. confirmatio in forma communi ſecundum eos, dicitur fieri tunc, cum fine cauſæ cognitione aliquid confirmatur, vt quando dicitur confirmamus tibi tales poſſeſſiones, vel tale officium, quod iuſtè poſſides, vel ſicut iuſtè poſſides. vt etiam not. Abb. in c. 1. & c. examinata, de confirm. vtil. vel inutil. conſ. 62. vol. 1. & conſ. 57. vol. 2. & Alex. conſil. 39. vol. 4. cuius confirmationis formā ponit Spec. in tit. de reſcript. præſent. §. ratione quoq;

11 formæ verſ. ſequitur videre. † Confirmatio vero ex certa ſcientia dicitur fieri altero de quinque modis, primo cum confirmans dicit ſe ex certa ſcientia confirmare, vt dicit gloſ. in clement. 2. de reſcript. Imol. in clement. præſenti eodem titul. & pulchrè Roman. conſil. 327. illæ ſunt in 2. col. Abb. in d. c. 1. & cap. examinata. Card. conſil. 44. quid ratificatio, & ſatis notat Dominus Felix de Rubeis

Digitized by Google

Sacri Regij Conſilij Conſiliarius in quibuſdam allegat.
quas alias fecit in fauorem Hectoris de Pacis, verſic. nec
ſimiliter, & ego habeo ad pennam in 2. volum. allegatio-
12 num. † Secundo cum tenor rei confirmatæ inſeritur, vt
dicit Specul. in tit. de inſtr. editio. §. nunc autem, verſ. itē
opponitur. Aret. conſil. 15. Reuerendiſſime Pater, verſic.
præterea certa ſcientia, & eſt text. quem Dec. in d. rubr.
allegat in capit. penult. de confirmat. vtil. vel inutil.
13 † Tertio quando cum cauſæ cognitione, vt tradidit Bal.
in d. l. ex verbis, Aret. conſil. 8. abunde col. 1. & 2. Barbat.
inter conſil. Alex. conſil. 124. ſcripſit Eccleſiaſt. vol. 4. &
14 Cott. in d. memora. † Quarto quando ſecunda iuſſio ema-
nat. vt not. Abb. in cap. porrecta de confirmat. vtil. vel
15 inutil. † Quinto cum apponitur clauſula non obſtante
ſecundum eundem Abb. in proxime allegat. cap. & Dec.
in d. rubr. num. 10. & iſtius etiam confirmationis formam
ponit Specul. in præalleg. tit. de reſcript. præſent. quem
16 vide. ¶ † Secundo quæro quiſnam dici poterit ciuis Nea-
politanus, & in hoc breuiter reſpōdendo, dico primo di-
ci eum qui in ciuitate Neapolis ortus eſt, vt probat tex. in
l. 1. in princip. ff. ad municip. & l. ciues, C. de incol. lib. 10.
intelligendo, vt dicit gloſ. in d. l. 1. ſiuè ipſe ortus ſit ibi, ſi-
uè eius pater, vt probat text. in l. aſſumptio. §. filius, ff. ad
17 municip. & l. municipes, ff. de verbor. ſignif. † Secundo
qui in eadem ciuitate manumiſſus fuit, d. l. 1. vbi etiam
18 not. Bart. num. 7. & d. l. ciues. † Tertio ille qui ab aliquo
Neap. adoptatus fuit, vt probat text. eiuſdem l. 1. vbi Bar.
num. 9. intelligendo tamen, vt dicit gloſa in dicta leg. ci-
nes, & eiuſdem l. ciues, & Bar. in d. l. 1. num. 9. donec du-
rat adoptio, & non aliter, vt dicit text. ad literā in l. ſed ſi
19 is, ff. ad municip. ¶ † Quarto ille qui ab ipſa ciuitate Nea-
polis in ciuem receptus eſt, vt quotidie videmus fieri per
ſpecialia priuilegia, quæ ciuitas ipſa, & aliæ concedunt, &
hoc probat text. in d. l. 1. cum ibi not. per Bart. num. 16.
ff. ad municip. Bart. conſil. 61. punctus talis eſt, & in l. 3. §.
hæc verba, ff. de negoc. geſt. pulchre Alex. conſil. 157. viſo
inſtrumento donationis, nu. 13. vol. 2. Dec. conſ. 352. col. 1.
& Afflict. deciſ. 384. num. 14. intelligendo ſecundum Bart.
& Alex. in dd. conſil. etiamſi ibi non habitet, & munera
non ſubeat, vt etiam dicit idem Bart. in d. l. 1. verſ. venia-
20 mus ad tertiam particulam nu. 16. in fi. ff. ad munic. † Sed
a hodie a iſta tolluntur in Ciuitate Neapolis, quia niſi ibi
quis habitet, & domum habeat, non recipitur in ciuem,
nec priuilegium ſibi conceditur, nam & ſola domus com-
paratio ſine habitatione nō ſufficit de iure, vt probat tex.
in l. libertus §. ſola domus, ff. ad munic. & gl. in c. ex parte
in verb. andegauenſ. de for. cōpet. Verum tamen eſt, quod
poſt receptionē in ciuē, & priuilegium ſibi conceſſum, ſi
non habitat per vnum, aut duos annos tantū adhuc priui-
legijs, & prærogatiuis Neapolitanorum gaudet, vt vidi in
multis cauſis electos ciuitatis Neapolis per fides ſcriptas
atteſtari, & firmat etiam in ſupra allegatis allegationibus
Dominus Federicus Longus folio 344. verſic. fauet quo-
21 que in fine. ¶ † Quinto ille qui in ea eſt electus ad aliquē
honorem, ſeù dignitatem puta, vt officialis ipſius, vt dicit
gl. in d. l. ciues in verſ. elect. in princ. per illū tex. quē ipſe
in illis verbis ita intelligit, ſed quia Bart. in d. l. 1. num. 16.
verſic. 2. not. ff. ad munic. aliter dicta verba intelligit, ſ. in
electione facta per receptionem de qua proximè dixi, &
eius intelligentia melior videtur iudicio meo, iſte quintus
caſus melius probatur in leg. pen. quā d. gl. alleg. eod. titul.
C. de incol. lib. 10. & hoc maiori ratione dicimus qđ Baro
eſt ciuis ſuæ terræ, vt etiā probat tex. in d. c. ex parte, im-
* mo primus ciuis * vt probat etiam Regia pragm. 5. in fine,
§. item perche li Baroni, in tit. de adminiſt. vniuerſ.
22 ¶ † Sexto ille qui in ipſa ciuitate vti miles ſtipendia mere-
tur, vt probat tex. in l. municeps, la 2. in fin. ver. ff. ad mu-
nicip. per quē etiā ita firmat gl. in d. l. ciues. Et ex hoc cre-
do procedere, qđ omnes milites Hiſpani qui ſunt in ciui-
tate Neapolis gaudent priuilegio Neapolitanorū, qđ not.
quando interrogaberis. Intelligendo prædicta ſecundum
Bar. in ead. l. municeps, ſiuè ſit miles armatæ militiæ, ſiuè
legalis, vt doctor, ꝙ quidem poteſt etiam trahi ad Docto-
res exteros qui in ſtudio Neapolitano cōducuntur ad le-
23 gendum, & ibi ſtipendia merentur. † Septimo ille qui in
ea eſt rector alicuius Eccleſiæ, vel prælatus, vt dicit Innoc.
in c. ex ore, verſ. item in caſibus, de priuileg. Bart. in d. l. 1.
nu. 13. verſic. quæro etiā, ff. ad munic. per tex. in c. cum nul
lus de temp. ord. in 6. facit tex. in d. c. ex parte de foro cō-
pet. & not. Abb. in c. quia in tantum, in fin. ver. extra de
24 præb. Octauo ille qui in ipſa ciuitate eſt monachus alicu-
ius monaſterij, vt dicit Bart. in ſæpius alleg. l. 1. nu. 14. ver.
ad propoſitam, ff. ad munic. ratio eſt, ſm̄ eum, quia ſicut a-
doptatus tranſit in poteſtatem adoptantis, & eiuſdem ci-
uitatis efficitur ciuis, vt ſupra diximus, eodē modo mona-
chus in poteſtatē capituli, & Abbatis, qui ſm̄ eum ibidem
num. 12. ſunt ciues ciuitatis, durat tamen iſta ciuilitas do-
nec monachus durat in ipſo monaſterio, & ipſo inde re-
25 cedente, finitur ſicut in adoptione concluſimus. † Nono
ſecundum Bart. in d. l. 1. nu. 13. ff. ad munic. illa mulier quę
virum habet Neapolitanum per tex. in l. fin. §. item reſcrip
ſerunt, ff. ad munic. ad idem tex. in l. cum quædam puella,
ff. de iuriſd. omn. Iud. & l. fęminæ cum ibi not. per Docto.
ff. de Senat. iſtud non puto verum, quia mulier per hoc nō
efficitur ciuis Neapolitana, vt dicit Bart. ſed incola tantū,
vt dicit ad literam tex. d. §. item reſcripſerunt, cum nulli
26 ſit dubium, † differentiam eſſe inter ciuem, & incolam, vt
probat tex. in pluries allegata l. ciues, C. de incol. lib. 10.
licet autem non ſit ciuis ſed incola, tamen gaudet eiſdem
priuilegijs quo alij ciues, vt dicit Bart. in tract. repræſal.
q. 5. quęſt. princ. Bal. in l. ciues, num. 4. C. de appell. Socc.
late conſ. 129. verſic. circa ſecundam vol. 1. Alex. conſ. 20.
in fin. vol. 2. & ſatis pulchrè Silua. conſ. 1. n. 105. quē vide.
27 ¶ † Tertio quæro in hoc Rit. quis poterit dici habitans
Ciuitatis Neapolitanę? text. in l. 1. §. hęc autem ver. habi-
tare, vſq; ad fi. ff. de his, qui deiec. vel effuder. & ibi Bar. vi-
detur dicere, quod is tantum qui in loco domicilium ha-
bet cum vxore, & familia iuxta, l. ciues, quam ibid. Bart.
allegat C. de incol. lib. 11. idem tex. in l. 4. §. totiens, ff. de
damn. infect. iunct. l. 1. §. domum, ff. de liber. agnoſc. dici-
tur enim in d. §. totiens, quod ſi aliquis debet citari ad do-
28 mum † verbum domus ſignificat habitationem, & in d. §.
domū, dr̄ qđ illa dr̄ eſſe domus alicuius in qua larē conſti-
tuit cū vxore, & familia, idē Bar. in l. 1. §. permittitur, nu. 7
ff. de liber. agnoſ. Rom. pulchrè conſ. 264. Fel. in c. qm̄ n. 2.
de offic. ordinarij, & alij quā plures quos citat Affl. deciſ.
29 384. nu. 11. & Gram. deciſ. 87. Adeo qđ ſm̄ iſta, † cū incola
dicatur ille qui in loco habet domiciliū animo ibi perpe-
tuò permanēdi, vt probat tex. in d. l. ciues, is tantū dici po-
terit habitans dictæ ciuitatis, qui eiuſdē eſt incola, tex. ve-
ro in l. lex Cornel. §. ſi tamen, verſ. ego puto, ff. de iniur. di-
cit, ꝙ habitans dicitur etiā ille qui in loco non habet do-
micilium, & exēplificat in ſcholari, idē gloſ. in l. 3. C. de in-
30 col. † vbi facit differentiam inter habere domiciliū, & ha-
bitare tantū. Vinc. in c. repellantur, quem ibi refert, & ſe-
quitur latiſſimè, & notabiliter Aret. verſ. quærit etiam hic
nu. 13. de accuſ. dicit ſimiliter, & quod ſatis dicitur habi-
tans, qui non paruo tempore manet, nec vti hoſpes, per
tex. in l. licet, §. in factū, ff. naut. caup. ſtabul. & idē Archid.
& Io. And. in c. penult. per illum text. de verb. ſignif. in 6.
vbi quod etiam in materia priuilegiatiua ille dicitur habi-
tans, qui in loco eſt ad tempus, dummodò non ſtet in lo-
co ad momētum temporis, vel paucis diebus, & quod ha-
bitans dicatur etiam is qui domicilium non habet firmat
Bar. conſ. 42. nu. 3. vbi de famulo qui ſtat ad ſeruitia dicit,
quod dicitur habitare, quia non momento temporis ho-
ſpitatur, ſiuè tantiſper iuxta verba, dictæ l. 1. §. hæc autem,
verſiculo habitare, ibi tantiſper, & idem ſatis pulchre
Napodan. in vltima conſuetudine Neapol. in verſiculo
habitatoribus, num. 10. & Afflict. in conſtit. quiſquis, tertio
nota.

ADDITIO.

a Sed hodie adde, quod per pragm. Don Petri de Toleto
editam anno 1539. Perche ſono molti, &c. Neap. ex pri-
uil. alibi habitantes non gaudent immunitatibus. C. P.

Digitized by Google

nota,num.6.per text.in l.eſt differentia,ff.in quibus cauſis pignus,vel hypoth.taci.contrah. vbi quod ſerui dicuntur habitantes,& tamen non habent domicilium, & ad idem potuerunt etiam allegare tex.in l.quæſitum,§.1.ff.deleg. 3.& iſta ſecunda opin.eſt verior ſecundum Aret.in d.cap. licet iura ſuper iſta materia loquentia ſatis ambiguè loquantur ſecundum eum. Intelligendo tamen, dummodò habitans maiore parte anni habitet, iuxta declarationem Regiæ Cameræ Summariæ, de qua faciunt mentionē Afflict.& Grammat.dd.deciſ.Non obſtant iura pro prima opin.alleg. qm̃ reſponderi poteſt, vt per Aret. in d.cap. ad quem te remitto,vel (melius iudicio meo) quod non ſunt contraria, dicunt enim eadem id ſolum, quòd habitare dicitur qui habet in loco domicilium,& hoc pluſquā verum eſt,ſed quod ſolum ille dicatur habitare nequaquā decidunt,& propterea ad alias leges id diſponentes recurrere debemus. Et ex iſta ſecunda,& veriori opin. ſequitur quod exteri qui habitant in ciuitate,vti ſcholares,vti Magiſtri Grammaticæ, veluti Artifices, dicuntur habitantes ipſius,& habitantium priuilegio gaudere debent per prędicta, & per text. admodum, not. in l. ſi vero plures,§.ſi

31 horrearius ff.de his,qui deiec.vel effude.† vbi omnes prædict.habitantium appellatione veniunt, cum illud edictū contra habitantes detur,l.1.§.ſumm.verſic. hæc eodem titul. & iſtis diebus euenit in facto in Regia Audientia Principatus citra, & Baſilicatæ in quodam homine qui vxorē ſuam tenebat in Ducatu Amalfiæ,vnde erat oriundus,qui tamen cum apotheca conducta maiore parte anni habitabat in terra Sancti Seuerini tanquam Artifex,& quandoq; declinabat ad videndum vxorem, & quia priuilegium Illuſtriſs.Don Cęſaris de Gonzaga vtilis Domini Sancti Seuerini loquitur,quod habeat merum,& miſtū imperium contra habitantes,cum ēſſem in dicta Audientia aduocatus fiſcalis,& peteretur remiſſio præfati hominis faciebam in eo dubium per iura præallegata, tandem ex prædictis fuit cauſa remiſſa, quia reperto tunc per me Aret.in d.cap. & Neap. cum Afflict. vbi ſupra acquieui,

32 & à dubio receſſi. † Aduerte tamen ſecundum Napod.& Afflict. ibidem, quod differentia eſt inter habitantem, & habitatorem,& ſi primus eſt,licet nō habeat domicilium, tamen ſecus in ſecundo,nihil allegant,ſed eſt text. in terminis,in l.1.§.hęc verba,verſ.habitare,ff.de his,qui deiec. vel effud.quæ omnia vti quotidiana bene nota.

33 ¶† Quarto iuxta præfata quæro nunquid eo ipſo,quod aliquis eſt habitans ciuitatis Neapolitanæ gaudebit omnibus priuilegijs,prærogatiuis,immunitatibus, & exemptionibus quibus ciues Neapolitani gaudent. Breuiter inſpecto iure communi,ex his,quæ dicta ſunt in quæſt.pręcedenti,eſſet dicendum quod ſic,ſed inſpecto noſtro Ritu ſecus eſt, nam vt ſatis clarè patet ex eo, dum loquitur de immunitatibus,priuilegijs,& exemptionibus, ſic generaliter non nominat niſi vniuerſitatem,& homines ciuitatis Neapolis,dum vero loquitur de priuilegio fori,nomi-

34 nat ciues, & habitantes, † & propterea videtur facere differentiam inter priuilegium fori, & alia multa priuilegia quibus Neapolitani gaudent, in tantum quod quæſt. præfatæ reſpondendo,ſic puto diſtingui debere,quod aut ſumus in priuilegio fori, aut in alijs exemptionibus, & priuilegijs. Primo caſu,eo ipſo quod aliquis eſt habitans gaudet,& gauderi debet tali priuilegio,quia ſic eſt de iure vt in præced.quæſt. tractaui tum etiam quia ſic Ritu. iſte determinat, Secundo vero caſu ſecus,quia niſi ſit homo Neapolitanus eiſdem non gaudet,vt hic patet, & confirmatur per Regiam pragm. Regis Ferdinandi,quæ incipit, pateat vniuerſis in titul.de immun. Neapol. vbi quod exteri habitantes in ciuitate Neapolis non aliter gaudent vti ciues omnib. priuilegijs,libertatibus, & exemptionibus, quam ſi vxorem duxerint Neapolitanā, & ibi domū ędificauerint,aut emerint,ſicq; videmus in pract. ſeruari in R. C. Sūmariæ,vbi non aliter obtinet quis decretū ciuilitatis Neapolitanę,quam ſi d. pragm. adimpleuerit,qđ nota. Salerni die 27. Maij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCCII.

Item quod Curia Capitanei Ciuitatis noſtræ Neapol.non poſſit cognoſcere de cauſis ciuilibus, nec ſuper tenoribus inſtrumentorum, ſed tantum habet cognoſcere de cauſis criminalibus iuxta antiquum ordinem antiquitus obſeruatū.

Nota ex hoc Ritu, quod antiquitus in ciuitate Neapolis erat Curia quæ regebatur per Capitaneum, & vt credo,erat illa quæ appellabatur Curia Vicariæ, in qua præſidebat dictus Capitaneus, differens à Magna Curia in qua præſidebat Magiſter Iuſtitiarius,& eius nomine Regens, vt de his duabus curijs latius dixi ſupra in Ritu primo in fine. Hodie tale officium in dicta ciuitate non præeſt in aliqua Curia, ſed cum Curia Vicariæ, & Magna Curia ſint vnitæ, & faciant vnum tribunal, vt in eodem Rit. primo dixi, extinctum eſt officium Capitanei in Curia,& ſolus Regens præeſt Magnæ Curiæ Vicariæ, de hoc Ritu tetigi aliquid ſupra in Ritu 109. in fin. verb. vide quæ ibi dixi. Salerni die 28. Maij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCCIII.

Item quod carcerarius quarumcunque Curiarum Ciuitatis noſtræ Neapol. non poſſit,nec debeat aliquid exigere à carcerato, vbi non pernoctauerit, in carcere, & ſi pernoctauerit, quocunque tempore ſteterit in carcere, habere debeat tarenum vnum Amalfiæ tantum, iuxta formam cap. Regni.

De materia iſtius Ritu. & eius intellectu, in illis verbis,iuxta formam cap. Regni,dixi plenè ſupra in Rit.43.ad ibi dicta te remitto. Salerni die 29.Maij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCCIV.

Item quod honeſtatis cauſa, mulieres Ciuitatis Neapol. citatæ pro teſtibus in cauſis ciuilibus, in quacunque Curia, & pro quauis cauſa coram Iudice ordinario,vel delegato,non compellantur ire ad iurandum, & ad deponendum pro teſtibus,ſed mittatur ad domum earum vnus ſcriptor ad recipiendum iuramentum, & examinentur in domo ſua, vel in alio loco honeſto iuxta antiquam obſeruantiam in talibus conſuetam,& ſic ſimiliter ſi dictæ mulieres litigarent in Curia,& eſſent citatæ ad reſpondendū ſuper articulis,in quibus fuerint citatæ ad reſpondendū.

SVMMARIVM.

1 *Practica pro examinandis mulieribus, honeſtis tamen in ciuilibus, & criminalibus in Regno, cum ampliat.*

2 *Mulieres vagari, nec virorum cœtui immiſceri oportet.*

3 *Omnes Curiæ Regni obſeruare tenentur, quod Magna Curia Vicariæ obſeruat.*

4 *Actuarius cuius expenſis mittendus ſit ad examinandum principales, remiſſiuè.*

Digitized by Google

NOt. ex hoc Rit. † quod mulieres Neapolitanæ, &
1 honeſtæ in teſtes citatæ pro cauſa ciuili non tenen
tur accedere ad Iudicem ad deponendum, & ſe ipſas exa-
minandum, & minime pro alia quacunq; cauſa tenentur
perſonaliter accedere ad deponendum, vt hic dicitur, ſed
in loco honeſto, vel domo ſua mitti debet actuarius qui
eas examinet. Et licet Ritus ſupra 142. diſponat quod
Iudex eo caſu debet accedere ad domos earum, vel locum
honeſtum, puta Eccleſiam: dici poteſt quod loquatur ge-
neraliter in omnibus mulieribus: iſte vero ſpecialiter in
Neapolitanis: vtcunq; tamen ſit, in pract. ſeruatur, quod
in ciuilibus mittitur actuarius ad earum domos, tàm in
mulieribus Neapol. quam exteris, tàm in ciuitate Neapo-
lis, quàm in alijs curijs Regni, & in criminalibus quãdoq;
accedit Iudex ad Eccleſiam, quandoq; actuarius iuxta na-
turam cauſæ, & qualitatem perſonarũ, qui actuarius etiã
2 aliquando accedit ad domos. † Ratio iſtius Ritus, &
etiam illius eſt honeſtas mulierum, vt tex. iſte dicit, & cõ-
ſtitut. Regn. mulieres, eas enim non conuenit vagari, nec
cętibus virorum immiſceri, vt probat text. in cap. mulie-
res, de iud. lib. 6. & latius Afflict. in dicta conſtit. mulieres,
1. notab. inquiens quod Iudices iuuenes malè ſeruant
iſta, & facile mulieres præſertim pulchras procurant ad
ſe venire, ſed eſt malefactum. Amplia hùnc Ritum ſecun-
dum Cauenſ. hic (vt etiam proximè dixi) in omnibus mu-
lieribus honeſtis etiam exteris, cum militet eadem ratio
honeſtatis, vt per eum hic, & ita videmus obſeruari in ci-
3 uitate Neapolis, & in omnibus curijs Regni, † quæ per ea
quæ dicta ſunt ſupra in primo Ritu. tenentur obſeruare,
quod ſeruat Magna Curia, maximè cum ſit iuris, vt fir-
mat Bartol. in l. ad egregias num. 3. ff. de iure iurand. Se-
cundo amplia ſecundum Bart. in ead. l. ad egregias. Iſern.
in conſtitut. Regn. in pecuniarijs, col. 2. in fine, & Ma-
rant. in pract. par. 6. in verſic. citatio, num. 27. verſ. 30. li-
mita etiam parte aduerſa abſente, & non citata, ſed vt di-
cit Abb. in cap. ſi qui teſtium, extra de teſtib. & Alex. ad
Bart. in d. l. ad egregias, iſta opin. (licet æqua) de iuris ri-
gore non procedit, quia ſicut vadit actuarius ad exami-
nandum mulierem, pari modo debet poſſe pars accedere,
quod mihi magis placet, & videtur tenere etiam Marant.
ibidem dum poſtea allegat Abb. in d. cap. ſi qui teſtium.

¶Secundo not. in fine Ritu. ibi, & ſic ſimiliter, quod mu-
lieres nedum quando vt teſtes citantur, non tenentur ac-
cedere ad ſe examinandum coram Iudice, ſed etiam quan
do citantur ad deponendum tanquam principales, & me-
lius ſcientes veritatem. ratio eſt quam ſupra dixi in prin-
4 cipio iſtius Ritu. † Cuius autem expenſis iſto caſu vltimo
mittetur actuarius ad eas examinandum tanquam princi-
pales, dixi ſupra in Rit. 153. Salerni die 29. Maij 1560.
Proſper Carauita .

RITVS CCCV.

ITem quod de accuſatione contumaciæ in citationibus in Magna Curia, ſoluatur tornienſis vnus tantum, iuxta antiquum ordinem, & obſeruantiam dictæ Magnæ Curiæ, & eodem modo de ſigillo magno citationum.

CIrca accuſationem contumaciæ de qua loquitur iſte Rit. habes Regiam pragm. 5. incip. ſuſcepti in titu-
lo de actuarijs, per quam mandatur ſolui vnum granum.
Sed hodie aliter ſeruatur, & extat pandecta Magnę Curię
Vicariæ nouiter impreſſa inter pragm. Illuſtriſs. Ducis de
* Alcalà in reformationibus Magnæ Curiæ * pragmat. 38.
incip. item diciamo, in ver. item per accuſatione de con-
tumacia, de offic. Magiſt. Iuſtit. per quam mandatur quod
pro accuſatione contumaciæ ad citationem ſuſtinendus
ciuitatem, & diſtrictum, ſoluatur vnum granum, tam per
ciues, quam per exteros, & extra Ciuitatem, & diſtrictum
per Neapolitanos grana duo cum dimidio, & per exteros
grana ſex. Intellige, pro prima contumacia, quia pro vltima, exteri ſoluunt grana decem, & ita etiam ſeruatur in Regia Audientia principatus citra, & Baſilicatæ, vbi dicta pandecta aderat antequam fuiſſet impreſſa. In alijs curijs Regni aliter ſeruatur, & quælibet ſecundum ſuos ſtylos. Quo ad ſolutionem ſigilli de quo etiam loquitur iſte Ritu. ſimiliter aliter ſeruatur, & pro ſigillo quod apponitur in mandatis cum clauſula iuſtitiæ, & bannis quæ quotidie ad partium inſtãtiam expediuntur, ſoluitur vnũ granum, pro ſigillo vero quod apponitur in prouiſionibus inhibitorialibus duo carleni. & pro executorijs virtute inſtrumenti accuſati iuxta formam Ritus, ſoluitur ſecundum quantitatem, à certa ſumma ſupra, & infra, & aliter Neapolitani, quam exteri. Salerni die 29. Maij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCCVI.

ITem quod vbi aliquis citatus, vel citata ciuiliter, vel criminaliter in quacunque Curia fuerit bannitus, vel condemnatus, ſeù bannita, vel condemnata, deinde ſe poſſunt præſentare eadem die, Curia ſedente pro tribunali, vel poſt leuatam, & nihil recipiatur pro præſentatione iuxta antiquam obſeruantiam Curiæ Vicariæ, & tempore præſidatus quondam Domini Ludouici de Obiecis.

DIxi de hoc Ritu ſupra in Rit. 93. in 3. notab. ibi vide. Scias tamen, quod id quod *hic dicitur de præſentatione*, vt nihil ſoluatur non ſeruatur, & *ſiuè præſentet* ſe quis Curia ſedente, ſiuè de ſero, *ſemper* ſoluit grana decem primo caſu, pro petitione præſentationis. Secundo caſu, pro illa cartula quam firmat Iudex manu ſua, vt dixi ſupra in d. Rit. 93. & ita etiam cauetur in pandecta Magnæ Curiæ Vicariæ, nouiter impreſſa in pragm. editis per Illuſtriſs. Ducem de Alcalà, in reformationibus Magnæ Curiæ pragm. 38. incip. item diciamo, verſ. item per la comparſa che ſi fa per li contumaci, in titulo de offic. Magiſt. Iuſtit. Hic non ſunt alia. Salerni die 29. Maij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCCVII.

ITem quod pro pręſentatione inſtrumenti, & prima citatione quę fit ſuper tenore inſtrumenti nihil exigatur, nec recipiatur: ſed pro interlocutoria ſoluantur grana decem.

ISte Rit. in eo quod dicit, quod nihil ſoluatur pro citatione, ſuper tenore inſtrumenti, & pro præſentatione ipſius: non ſeruatur, ſed vtroque caſu ſolui debent grana decem, quinq; pro citatione, & alia quinq; pro præſentatione inſtrumenti, iuxta formam Regiæ pragm. 5. incip. ſuſcepti, in tit. de actuarijs, ſed quia actuarij curiarũ omnia vſurpant, multoties exigunt grana decem pro quolibet ex dictis caſibus. Salerni die 29. Maij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCCVIII.

ITem pro ſindicatione omnium officialium ciuitatis Neap. interſint duo ſindici eligendi per vniuerſitatem, & homines Ciuitatis Neap.

VBiq; ſeruatur quod hic dicitur de electione duorum ſindicum, eligendorum per vniuerſitatem ad ſindicandum officiales, vt dixi ſupra in Rit. 195. q. 1. & quia ibi latè de hoc dixi, ad ibi dicta me remitto. Salerni die 29. Maij 1560. Proſper Carauita.

RITVS

RITVS CCCIX.

ITem quod Magiſtri Actorum, & Subactarij Magnę Curię non debeant per ſubſtitutum ſeruire, ſed perſonaliter debeant vacare in exercitio officiorum ipſorum non obſtantibus quibuſcunque literis, & priuilegijs factis, vel in antea faciendis, ſub quacunque forma, & expreſſione verborum.

Dixi plenè de hoc Ritu ſupra in Ritu. 2. in 5. nota. ideò ibi vide. Salerni die 29. Maij 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCCX.

ITem Iudices Magnę Curię tempore prolationis ſententiæ debeant taxare expenſas, & condemnare, & non reſeruare eis taxationem in futurum, & ita obſeruatur per omnes curias prout antiquitus ſolitum erat fieri, & etiam conſuetū.

SVMMARIVM.

1 *Practica ſuper taxatione expenſarum.*
2 *Iudex expenſarum condemnationem ſibi reſeruare non poteſt, ſed earum taxationem ſic.*
3 *Quis Iudex taxabit expenſas in ſententia reſeruatas.*
4 *Iudex ſucceſſor eſt eadem perſona cum prædeceſſore reſpectu officij.*
5 *Taxatio expenſarum nunquid diffinitiua, vel interlocutoria dicatur. Et ab ea an appelletur, remiſſiuè?*
6 *Iudex iniquè expenſas taxans, an poſſit reuocare, vel moderare?*
7 *Taxatio expenſarum antequam fiat, num partis citatio requiratur.*
8 *Taxa debet parti intimari, cuius appellatio ſuſpendit executionem.*
9 *Appellandi tempus quando currat.*
10 *Qua forma Iudices ad expenſarum taxationem procedent.*
11 *Munera aduocatorum non veniunt in expenſarum taxatione, & quare.*

DE intellectu iſtius Ritu. dixi plenè ſupra in Rit. 297 in princ. vbi etiam latè poſui materiam condēnationis expenſarum, & in Rit. 298. ad ibi dicta te remitto.

1 ¶† Nota ex hoc Ritu. quod antiquitus in Mag. Cur. Vic. primo taxabantur expenſæ, & poſtmodū de eis ſic taxatis fiebat condēnatio, quę practica ſumpta erat ex text. cap. conſtitutis, iuncta gloſ. in verſ. taxatione, extra de procur. vbi idē ad literā diſponitur. Sm̄ quam pract. idē Iudex taxabat, & condemnabat, & ita dicit Cauen. hic multoties ſeruari, licet vt plurimū contra hunc Rit. taxatio expenſarū reſeruetur. Hodie vero quicquid Cauen. dicat, Ritus iſte non ſeruatur, & taxatio expenſarum ſemper ſentētia condēnationis reſeruatur in omnibus curijs Regni, idq; tutius eſſe ſcribit Io. Faber in l. ſancimus, C. de Iud. & dicit cōmuniter, & quotidie ſeruari Manſuer. in pract. in tit. de expen. num. 8. verſ. item ſi Iudex. Marant. in pract. par. 6. actu vlt. num. 22. in fine, & Petr. Rebuff. in cōment. conſtit. Franc. tract. de expenſ. art. 5. gloſ. vnica, num. 12.
2 verſ. itē taxationē, & nu. 15. verſ. nec valeret, † nam licet Iudex non poſſit condēnationē expenſarum ſibi reſeruare, vt latè dixi ſupra in d. Rit. 397. q. 1. tamen taxationem earū bene poteſt ſibi reſeruare, vt dicit Bar. in l. fructus in fin. ff. de rei vendic. Bald. in auth. generaliter, nu. 11. verſic. item C. de Epiſc. & cler. Ant. de Butr. in c. grauis, in fin. de reſtit. ſpol. Hippol. in l. parte, nu. 73. ff. de quæſt. Pract. Papienſ. in forma libelli in actio. reali, in verſ. expenſis nu. 15 & Alex. conſ. 37. vol. 2. alias ſi non reſeruaret, non poſſet poſtea taxare, quia functus eſſet officio ſuo, l. 1. in princ. & ibi Paul. de Caſtr. ff. ad l. Falcid. not. Luc. de Pen. in l. vnica col. 3. q. 12. C. de ſumpt. recuper. & Petr. Rebuff. in loco præalleg. nu. 13. & ſecundum illam pract. Regni, & quæ vbiq; ex prædictis generalis videtur, ſeruant Iudices in fine ſententiarū dicere victum victori in expenſis condemnantes, quarū taxationem nobis, & noſtræ curiæ in poſterum reſeruamus, vt etiam ſcribit Lanfranc. in c. quoniam contra, in verſic. expenſæ, num. 10. verſic. quæro nunquid de probat. & Rebuff. vbi ſupra num. 12.

3 ¶† Quæro primo iuxta præfata, quis Iudex taxabit expenſas, quarū taxatio in ſententia fuit reſeruata? Bart. in l. ab executore nu. 10. & 11. verſ. item prędicto, ff. de appellat. & pract. Papienſ. in forma libelli, in actio. real. verſ. & expenſis nu. 16. & Lanfran. in d. c. qm̄ contra nu. 13. verſ. quæro quis, mouent iſtam quæſt. & ex eorū dictis elicitur iſta diſtinctio, quod aut ſumus in Iudice ordinario, aut in delegato, aut in arbitro: primo caſu, dicunt ipſi, quod ta-
4 xabit idem qui condēnauit, vel eius ſucceſſor, † qui eſt eadem perſona reſpectu officij, l. cum quærebatur, ff. de re iudic. & c. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. & ſequitur Pet. Rebuff. in loco ſupracit. nu. 24. dicens id maximè procedere ſtantibus dictis verbis ſententiæ, quarum taxationem nobis, & noſtræ curiæ, &c. Secundo, & tertio caſu, taxabit Iudex ordinarius, quia ipſi functi ſunt eorum officio. ad idem Bald. in l. terminato, nu. 10. & 11. C. de fruct. & lit. expen. & tex. in l. à Diuo Pio in princ. ff. de re iud. Verū ſi duraret adhuc tempus compromiſſi, poſſet arbiter taxare, sm̄ eoſdē Bal. & Lanfran. & ſi Iudex delegatus eſſet talis, qđ adhuc ſibi iuriſdictio remaneret ad ſentētiā exequēdā, idē eſſet sm̄ Bar. in d. l. ab execut. & Papiē. in loc. pręalleg.

5 ¶† Secundo quæro nunquid taxatio expenſarū dici poterit ſententia diffinitiua, an vero interlocutoria? & an ab eadem poterit appellari? & breuiter reſpondendo, quia de vtroq; dixi ſupra in Rit. 298. in 7. not. remitto me ad
6 ibi dicta. ¶† Tertio quæro nunquid Iudex poſtquā ſemel taxauit expenſas: videns ſe iniquè taxaſſe, poterit ipſam taxationem reuocare, & moderare? Innoc. in c. ſuper eod. in fin. qđ met. cau. dicit q̄ ſic, idē Bald. in l. eleganter, §. ſi quis poſt col. pen. ff. de condit. indeb. Iaſ. in l. 1. col. 2. C. de Iud. Rom. conſ. 358. in princ. Imol. in l. quod iuſſit num. 4. ff. de re iud. & Hippol. in pract. §. ſupereſt num. 23. Guid. vero Pap. ſing. 711. verſ. ſi Iudex tenet contrariū per authoritatē Innoc. relatā à pract. Papien. in forma libelli in actio. real. in verſ. & expenſis in fi. nu. 19. & idē Petr. Rebuff. in loc. præalleg. nu. 32. verſ. & ſi Iudex dicens ſeruari in Francia dūmodò taxatio fuerit conſignata parti. Ego autē arbitror nō eſſe recedendū à 1. opin. tū q̄a habet tex. pro ſe in d. l. qđ iuſſit, tū etiā quia Innoc. relatus à pract. Papienſ. allegatur in l. quod iuſſit, vbi non habentur eius ſcripta: propter quod credo, quod ſit litera deprauata, & quod vult allegare Imol. imò Papienſ. ibi videtur tenere primam opin. quia dicit quod ſententia taxationis, ſuſcipit vim interlocutoriæ, & iſtud credo verum.

7 ¶† Quarto quæro nunquid partis citatio requiratur antequam taxatio expenſarum fiat? Bal. in l. terminato, nu. 9 verſ. ſed nunquid, C. de fruct. & lit. expē. mouet iſtā quęſt. & tandē relatis aliquibus opin. & diſt. dicit, quòd aut in ſentētia principali aduerſarius non cōparuit, ſicq; in eius contumaciā fuit prolata, aut non. Primo caſu dicit ipſe, quod ſi fuit citatus ad ſententiam ad certam horam, requiritur noua citatio, quia prima eſt conſumpta, ſi vero ad diem, tunc quia citatio intelligitur facta cum ſuis acceſſorijs, & plenariè eſt interpretanda per l. final. C. de anna. exceptio. non eſt neceſſaria noua citatio, ſecundo caſu indiſtinctè tenet quod requiritur citatio partis, per l. de vnoquoque, ff. de re iudic. & idem etiam ſequitur Hippol. in l. patre vel marito, nu. 92. ff. de quæſt. & Marant. in practica, par. 6. actu final. num. 22. & ita ſeruatur. Et adde
8 † quod nedum requiritur citatio partis ad videndum taxatio-

Digitized by Google

xationem expenſarum, verum etiam poſtquã facta eſt ipſa taxatio, debet parti intimari, quia cum ab ipſa taxatione ſi Iudex exceſſerit in ea, appellari poſſit, vt dixi ſupra in Ritu.298.in 7.notab.& ponit Maranr.in loco proximè citato, * & ſi appellatum fuerit executio impeditur, vt tradit not. Rebuff.in tract.de ſent.execut.art.16.gl.7.nu.2. & 3.
9 † appellandi tempus non curreret, niſi à die intimationis, vel ſcientiæ, vt probat tex.in l. 1.§.final.ff. quando appell. ſit, & cap.concertationi, de appellat.in 6.quod not. quia habui in facto in hac ciuitate in cauſa Mag. Ioannis Comitis eiuſdem ciuitatis, & multi erant qui tenebant contrarium. * Et licet Petrus de Monteforte in opere Bart. de Capua conſtit.Regni pœnam exortum in verſ.in gloſ. magna dixerit non eſſe neceſſariam citationem, ſed poſſe taxari in abſentia, & exequi poſt decem dies, nec poſſe appellari, iuxta not. per gloſ. in l.ſi cum exceptione, §. hæc autem actio. in verſ. datum, in fine, ff. quod met. cauſ.non recedas à diſt.Bald. ſupra quo ad citationẽ prædictam, & quo ad executio. & appellationem non recedas à prædictis, quia Bart. in d.§.hæc autem non ſequitur illam gloſ. imò cõmuniter reprobatur, vt Alber. ibi latius dicit quem
10 vide. ¶ † Quinto quæro in hoc Rit. qua forma, & modo procedent Iudices ad taxationem expenſarum? Lanfranc. in ſæpius allegato cap. quoniam contra in verſ. expenſæ, nu.11. verſ. & notate.de probat.dicit quod primo Iudex debet taxare, ſecundo victor iurare illas feciſſe. Tertio Iudex declarando, condemnare: vt probat text. in authen. poſt iuſiurandum, vbi etiam Bald. not. C.de Iudic.& idem Maran.in pract.par.6 actu 9.num.33.Rebuff.vero in pręalleg.tract.de expenſ.art.5.gloſ.vnica, num.10.vol.3.quod in illo Regno Franciæ non ſeruatur talis practica, attenta forma dictæ authen.ſed iuxta formam, in l.ſancimus, C.de Iudic.quæ fuerat correcta per illam auth.practicatur ibi, adeò quod primo præſentatur liſta, ſeù nota omnium expenſarum quas victor feciſſe prætendit, ſecundo per eundem victorem iuratur fuiſſe illas expẽſas in illa lite factas, tertio per Iudicem taxantur non omninò iuxta partis aſſertionem, & notam: ſed pro viri boni arbitrio, inſpecta perſonarum, & cauſæ conditione, & qualitate, vt tradit Bart. in l.ab executore, quæſt.finali, ff.de appellat. nec aliter requiritur quod Iudex poſt taxationem condemnet, vt Lanfranc. dicit per dictam authen. quia iam facta eſt condemnatio, quando proceditur ad taxationem, & ſecundum iſtam practic. quam tradit Rebuff. etiam in hoc Regno obſeruatur, & proceditur. Et intellige, quod Iudex abſq; aliqua probatione, ex ſuo officio taxabit expenſas, conſiderata qualitate cauſæ, & temporis prolixitate, per l. non ignorat. C.de fruct.& lit.expenſ. dt dicit Bart.in l.1. in fine, ff.ſi quis ius dice. non obtempera. plenè Alexand. conſil.37. num.33.vol.2.& Rebuff. in loco prællegato,
11 num.25. † ſemper aduertendo, quod in honorarijs aduocatorum multa ſolent partes fundere quæ non veniunt in taxationem, ne homines facilè litigent, vt dicit Rebuff. & ſeruatur in hoc Regno, vbi non quantum promiſſum, aut ſolutum eſt aduocatis, taxatur, ſed quantum Iudici iuſtum videbitur. Salerni die 2. Iunij in die Pentecoſtes 1560. Proſper Carauita.

RITVS CCCXI.

ITem quod actorum notarij nihil exigere debeant pro ſcriptura ſententiarum. Item pro copijs proceſſuum, & aliarum ſcripturarum recipiendarum ex actis Curiæ ſoluatur tarenus vnus auri: videlicet pro ſingulis cartis octo, & qđ quęlibet facies dictarum cartarum contineat virgulos 25. & quod quilibet virgulus decem contineat partes. Et inſuper volentes cum eiſdem vniuerſitatibus, & hominibus præfatę Ciuitatis noſtræ Neapolis ad ſupplicationes eorum, & petitionem gratioſius agere: earum tenore præſentium de dicta noſtra certa ſcientia decernimus, ſtatuimus, volumus, & mandamus, quod nulla Curia Ciuitatis Neapol. tam ſcilicet Magna Curia Domini Magiſtri Iuſtitiarii Regni Siciliæ, ſeù eius Locumtenentis, ac Regentis Curiã Vicariæ, quàm Capitaneorum, vel aliorum Officialium habentium merum, & miſtum Imperiũ, cum gladij poteſtate de homicidio, & de damnis clandeſtinis contra vniuerſitatem, & homines dictæ Ciuitatis Neapol. ad pœnam, & damni ſatisfactionem damnum paſſo à malefactore procedere poſſint, ſed contra eundem malefactorem ſecundum iura communia Regni, & conſtitut. & capitula. Statuentes etiam inſuper, & decernentes, earundem tenore præſentium de dicta certa noſtra ſcientia, quod nulla curiarum prædictarum dictæ ciuitatis Neapolis, ex officio procedere poſſit de verbis iniurioſis ad denunciationem partis, ſed per libellum accuſatorium inſtitutum ſecundum conſtitut. Regni, & iura communia procedere debeat, atq; poſſit; in alijs vero criminibus, & delictis dicta Mag. Cur. Vic. procedere poſſit, & valeat non ex mero officio, ſed ad denunciationẽ partis, exceptis dumtaxat criminibus, & delictis vbi imponitur pęna mortis ciuilis, vel naturalis, aut membri abſciſſio, in quibus quidẽ caſibus per ipſam Mag.Cur. procedatur ſecundum iura communia Regni, conſtitutiones, & capitula; Curia autem prædicti Capitanei ciuitatis noſtræ Neapolis procedendo in criminalibus, & delictis contra quoslibet, per omnia ſeruent iura cõmunia Regni conſtitutiones, & capitula Ritib. obſeruãtijs, priuilegijs, literis, & reſcriptis quibuſcunq; pręſentib. fortè cõtrarijs ſub quacunq; forma, & expreſſione, verborũ etiã ſi de illis præſentib. eſſet ſpecialis mẽtio facienda, quibus in quantũ præſentibus refragãtur tenore pręſentiũ, & de dicta noſtra ſcientia totaliter derogamus, non obſtantib. quoquo modo, mandantes propterea pręfatis vniuerſis, & ſingulis alijs noſtris officialibus maioribus, & minoribus quocunq; nomine nuncupatis, ac officio, & iuriſdictione tangentib. eorũq; Locũtenentibus vbilibet in toto Regno Siciliæ, & præſertim in prouincia terræ laboris, pręfataq; noſtra ciuitate Neap. pręſentib. & futuris ad quos ſpectat, & ſpectabit quatenus forma præfatarũ literarũ, & priuilegiorũ pręfatorũ Regiarũ, & Regiorũ prædeceſſorũ noſtrorũ de præfatis franchitijs, priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus eiſdem vniuerſitati, & hominibus, (vt pręfertur,) conceſſarum, & conceſſorum, ac præſentium noſtrarum literarum per eos, & eorum quemlibet diligenter attenta, nec non, & attentis præfatis conſuetudinibus, ſtatutis, & obſeruantijs, & capitulis antiquis, illas & illa ipſi, & quilibet

Digitized by Google

quilibet eorum, officiorum ſuorum temporibus eiſdem vniuerſitati, & hominibus præfatæ ciuitatis noſtræ Neapolis, eodem modo, quo in ipſarum, & illorum poſſeſſione, ſeu quaſi ad præſens exiſtunt, necnon & præfatas omnes alias conceſſiones, & priuilegia, præſentibus noſtris literis expreſſas, & declaratas obſeruent inuiolabiliter, obſeruare, & obſeruari facere, ſicut habent gratiam noſtram charam, & beneuolam, nec contrafaciant præſentes, ſi prædicti, & ipſorum quilibet indignationem cupiunt euitare, eiſdem eadem ſcientia certa noſtra, ac ſub fidelitate earum, tenore præſentium ſimiliter, & bona fide eiuſdem vniuerſitati verbo, & fide Regalibus, pureq; ſub noſtra conceſſione ad omnẽ ipſorum de huiuſmodi noſtra confirmatione intime pro eiſdem requiſitionem; & voluntatem vniuerſitatis, & hominum, ſeu per præſentes literas præſentibus ſimiles, bulla aurei, fieri facere mandare noſtras lucidas, ſeu laudandas, in cuius rei teſtimonium præſentes literas exinde fieri fecimus, magno noſtro pendenti ſigillo iuſſimus communiri, quas pro validiori robore earum, dedimus, & ſubſcripſimus propria manu noſtra, Ritu, & obſeruantia noſtræ Curiæ contrario, nõ obſtante. Dat. in Caſtro nouo Neapolis, per manus noſtræ prædictæ Ioannæ ſecundæ Reginæ. Anno Domini 1420. die 19. Menſis Ianuarij. 12. ind. Regnorum noſtrorum anno ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Forma eorum, quæ actuarij pro ſententiarum ſcripturis exigere debent.*
2 *Valet conſequentia, actuarius, ergo latro.*
3 *Forma, ſeu taxa ſalariorum, quæ actuarij pro copijs actorum exigere debent.*
4 *Magna Curia dicitur Curia Magiſtri Iuſtitiarij.*
5 *Ciuit. Neap. & eius homines pro homicidijs, & damnis clandeſtinis, non moleſtantur ex priuilegio.*
6 *Nec vlla alia ciuitas, vel locus Regni pro eiſdem moleſtatur propter nouam contributionem Barricello, ſeu Capitaneo campaniæ, faciendam.*
7 *Pro verbis iniurioſis per Curiam ex officio ad partis denunciatam, non poteſt procedi, ſed per libellum, cum limitat.*
8 *Pro iniuria illata facto, competit recuſatio, non actio.*
9 *Iniuria facta Eccleſiaſticæ perſonæ, totam Eccleſiã tangit, Deoque facta dicitur.*
10 *Remiſſio pro damnis clandeſtinis facta Regno pro ſolutione facta Barricellis campaniæ, qualiter intelligenda.*
11 *Princeps iuri tertij præiudicare nunquam velle intelligitur, num. 14. Quod minime ſine cauſa facere poterit, ibidem.*
12 *Diſpoſitio Principis alterius dominium auferentis non ſeruanda.*
13 *Ceſſante cauſa, ceſſabit effectus.*
14 *Omnis redditus ad ius commune fauorabilis, receſſus vero odioſus.*
15 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
16 *Qui ad cuſtodiam tenetur, ſatis erit, ſi faciet, quod põt.*
17 *Formam, quam iniuriati libellando ſeruabunt.*
18 *Pro iniuria ciuiliter, & criminaliter agi non poteſt.*
19 *Iudex extimabit iniuriam ſuo arbitrio.*
20 *Iniurians nunquid iniuriato ad ſatisfactionem iniuriæ, vel honoris teneatur, ita quod poſſit de hoc à iudice in ſententia condemnari?*
21 *Caſus, in quibus homo homini iniuriarum actione teneri poteſt, remiſſiuè.*
22 *Verba aliquando iniuriam non ſonant, ſunt tamen in effectu iniurioſa, & ibi adducitur Salernitanorum prouerbium in hoc.*
23 *Iniuria num alio modo, quam verbis inferri poſſit?*
24 *Ponens famoſum libellum, an & quando pœna vltimi ſupplicij, & qua alia puniendus.*

PRincipium iſtius Ritus in alijs Ritibus impreſſis vſq; nunc non eſt impreſſum in forma Ritus, ſed vti rubrica alicuius Ritus ſequentis, ſed verè eſt Ritus, & pro Ritu allegatur per Afflict. in conſtit. Regn. cauſas alias. 8. not. num. 9. in fin. & Ioan. Anton. de Nigr. in cap. Regn. Item ſtatuimus, quod ſiue in Magna Curia, & eius diſpoſitio concordat cum d. cap. Item ſtatuimus, cum Regia prag. 5. incipien. ſuſcepti, in titulo de actuarijs, & alia ordinatione eiuſdem Regis, nuper impreſſa inter nouiſſimas pragmat. Illuſtriſſimi Ducis de Alcala, in reformationibus Sacri Conſilij, pragm. 25. incip. Magnæ Ritum, in titulo de officio Sacri Conſilij, vbi dictum capitulum ſeruari mandatur.

1 ¶ † Nota igitur primo ex hoc Rit. in ſui princip. quòd pro ſcripturis ſententiarum actuarij non debent aliquid recipere. Ratio iſtius Rit. & aliorum iurium ſupra citatorum eſt ſecundum Napodan. in d. cap. & Afflict. in conſt. Regn. pro ſcripturis, nu. 2. quia antiquitus actuarij habebant gagia à Regia Curia, vt etiam dixi ſupra in Rit. 9. in princ. & propterea iuſtum erat, quod eſſent contenti eorum ſtipendijs, ſed quia hodie talis ratio ceſſat, & actuarij emunt officia à Curia, vt etiam dixi in d. Rit. 9. merito neque capitulis præallegatis, neque dictarũ ordinationũ, & noſtri ritus diſpoſitio obſeruatur, ſed iuxta diſpoſitionem Ritus 25. quæ citat Afflic. in d. conſtit. pro ſcripturis, poſſunt actuarij exigere pro ſcripturis ſententiarũ, prout extitit laudabiliter obſeruatum. Eſt autem laudabiliter obſeruatum in Sacro Regio Conſilio, & Magna Curia Vicariæ, in cauſis ciuilibus, quòd à ducatis quinquaginta ſupra vſque ad ſexaginta, ſoluantur quinque carleni, & à ſexaginta vſque ad ducentum, carleni decem, à ducentũ vſque ad ſexcentum quatuordecim carleni cum dimidio, & à ſexcentum ſupra vſque ad quamlibet quantitatem, triginta carleni, niſi eſſet ſententia Magnæ Baroniæ, Comitatus, & alterius ſtatus, vel alicuius hæreditatis ducatorum decem mille, quoniam tunc ad arbitrium Sacri Conſilij, & eius Præſidentis ſolueretur actuarijs, vt patet ex pandecta Sacri Conſilij nuper impreſſa in dict. pragm. Illuſtriſſimi Ducis d. tit. de offic. Sac. Conſil. prag. 25. in fi. verſ. item per ciaſcuna ſentenza, & ex pandecta Magnæ Curiæ, pragm. 38. verſ. item per ragione della ſentenza, in tit. de offic. Magiſt. Iuſtit. mãdatur exigi per actuarios, pro ſcriptura ſententiarum, iuxta formam pandectæ Sac. Conſilij, & in cauſis criminalibus, licet nemo in Magna Curia, neq; in Audientijs Regijs Prouinciarum, abſoluatur per ſententiam diffinitiuam, ſed ſolum per decretum ordinetur liberari inquiſitum ſub fideiuſſoribus, de ſtando iuri, & ſe præſentando toties, quoties fuerit requiſitus, vt dixi ſupra in Rit. 248. q. 3. pro illo decreto ſoluuntur actuario tres carleni, ſi non factis defenſionibus interponitur, & ſi factis defenſionibus, nihil exigitur, vt nouiter per Illuſtriſs. Ducem de Alcala in dictis nouiſſimis pragm. ſancitum eſt in reformationibus Magnæ Curiæ pragm. 24. §. hoc capitulum, de offic. Magiſt. Iuſtit. ſed actuariorum incorrigibilis ad furandum habitus, nunquam ceſſat ab inquiſi-

Digitized by Google

quiſitis extorquere, & multo pluris quam dictum eſt exigere, tam in Magna Curia Vicariæ, quam in omnibus Cu-
2 rijs Regni, † quia valida eſt conſequentia, actuarius, ergo
a latro a (pace tamen bonorum dixerim.)

3 ¶ † Secundo not. ibi, item pro copijs, ꝙ per hunc Ritum data eſt actuarijs forma, & taxa, quam habent ſeruare circa eorum ſalaria pro copijs proceſſuum, & aliarum ſcripturarum, & iſte Rit. in hoc quotidie verſatur in Tribunalibus Regni per ora litigãtium, verum actuarij (qui ſemper omnia latẽter ad ſe trahunt, veluti per alluuionẽ, de quo in §. præterea, inſt. de rer. diuiſ.) continuo fraudẽ faciunt huic Rit. & ordinant eorum ſcribis, quod faciant literas magnas, vt cito impleant chartas, & copia proceſſus appareat chartoſa, ſed reddent rationem, qñ de his, & alijs pœnitentiã agere non poterunt, & ego ingenuè fateor, quod in hoc nihil mihi conſcius ſum, qm̃ quatenus ad meum officium aduocati fiſcalis ſpectauit, & ſpectat, ſemper contra ipſos exclamaui in Reg. Audientia Principatus citra, vbi ad præſens dictum officium exerceo, & continuò exclamabo. Scias tamen, quod in Magna Curia Vicariæ circa ſalaria actuariorũ pro copijs proceſſuum extat d. prag. 38. in verſ. item per la copia, per quam mandatur ſolui iuxta ordinem, & ſtylum Sac. Conſil. impreſſum in eiſdem nouiſsimis prag. in reformationibus Sacr. Conſil. dict. pragm. 25. §. ex prouiſione, verſ. item per le copie de i proceſſi, vbi actuarijs ordinatur, quod ꝑ quolibet tareno habeant dare decem chartas ſcriptas, ita quod quælibet charta cõtineat viginti virgulos, & quilibet virgulus quatuor partes, niſi aliter inter ipſos, & partes fuerit conuentum, quæ quidem taxa ſi rectè conſideretur in iſtam redit. Aduerte tamen, ꝙ licet iſte Rit. dicat, tam pro copijs proceſſuum, quã aliarum ſcripturarum, tñ nũquã fuit in obſeruantia, pro copijs ſcripturarum, quia pro eis arbitrariè ſoluitur, ſed ſolum pro copijs proceſſuum (vt omnibus notum eſt. (Limita iſtud non procedere in perſonis pauperibus, quoniam, vt latius diximus ſupra in Rit. 194. not. in verſ. ſecundo eſt, immunes ſunt a ſolutione ſportularum, tam iudicum, quam actuariorum.

4 ¶ † Tertio not. ibi, Magna Curia Domini Magiſtri Iuſtitiarij, quod Magna Curia dicitur eſſe Curia Magiſtri Iuſtitiarij, & idem ſupra in Rit. 68. circa fin. quod eſt cõtra aliquos iudices deridentes aliquos procuratores, dicentes in petitionibus, in Magna Curia Domini Magiſtri Iuſtitiarij. Intellige tamen hunc Rit. loqui eo reſpectu, quia in ipſa Magna Curia prę̨ſidet Magiſter Iuſtitiarius, & pro eo locumtenens, ſiue Regens, non autem, quod Curia ſit ſua, quia immo eſt Curia Regia, tum quia Rex, ſiue eius locumtenẽs generalis creat in ea Regentẽ, & Iudices, nõ aũt ipſe Magiſter Iuſtitiarius, tum ẽr, quia ipſe Rex nominando ipſum Magiſtrũ Iuſtitiarium, non dicit Magiſtrum Iuſtitiarium ſuæ Magnæ Curiæ, ſed noſtræ, vt patet ex conſt. Reg. ſtatuimus, vt magnæ, & conſtit. Magnæ Curiæ.

5 ¶ † Quarto not. ibi, de homicidio, & damnis clandeſtinis, quòd Ciuitas Neapol. & homines ipſius per hũc Rit. ſunt priuilegiati, quod pro homicidijs, & damnis clandeſtinis non poſſint moleſtari, neq; pro pœna Curiæ, neq; pro emendatione damni parti lę̨ſę̨. Ex quo ſequitur, quod in alijs vniuerſitatibus Regni, ius commune Regni eſt in contrarium, vt teneãtur ad pœnam Curiæ, & ſatisfactionem damni parti per conſtit. Regn. ſi damna clandeſtina, & conſtit. ſuper inciſionibus, iuncto cap. Reg. frequẽs, & ineffrenata, per quod etiam ad pœnam Curiæ vniuerſitates tenentur, vt latius per Gram. deciſ. 47. intelligendo tamen, quod vniuerſitates teneantur vltra damni emendationem, ad pę̨nam Curiæ in duobus caſibus tantum, poſitis poſtea per aliud poſterius cap. Regni, quod incip. clandeſtinis, & clarius notatis per Gram. in prætalleg. deciſ. nu. 2. videlicet, quando Vniuerſitates vellent occultare malefactores, aut officialibus ipſos quærentibus nollent exhibere, quia extra dictos duos caſus dictum capitulum vltra damni emendationem, nullam pœnam imponit, corrigendo in hoc dictum capitulum frequens, & vt atteſtatur ibi Gramm. facta diligenti perquiſitione in Sacro Conſilio, & Mag. Cur. Vicariæ, nunquam fuit reperta aliqua vniuerſitas condemnata ad aliquam pœnam Curiæ,
6 vltra damni emendationem. † Sed hodie nulla vniuerſitas Regni moleſtatur pro homicidijs, ſiue damnis clandeſtinis, eo quia annis ab hinc decem Regia Curia in ſingulis Prouincijs conſtituit Capitaneos, ſeu Barricellos campaniæ cum 50. hominibus cum vnoquoque, pro cuſtodia territoriorum, quibus omnibus ſoluitur ſtipendium per eaſdem vniuerſitates, quæ ſub hoc pacto conſenſerunt huic nouæ impoſitioni, & ſolutioni, quod ad cuſtodiam territoriorum non tenerentur, & proinde pro clandeſtinis non moleſtarentur, in tantum, quod quotieſcunque euenit aliquam vniuerſitatem moleſtari pro tali cauſa, ſi per eandem exponitur Illuſtriſs. Proregi Regni, & eius Collaterali Conſilio, illico expediuntur prouiſiones, ꝙ ſtante contributione, quam facit ſolutioni Barricelli campaniæ, non moleſtetur, vt pluries vidi expediri in multis cauſis vertentibus in Regia Audientia Principatus citra,
* & Baſilicatæ, * & nouiter videre poteris per prag. vnic. in tit. de damnis clandeſtinis.

7 ¶ † Quinto not. ibi, ſtatuentes etiam inſuper, quod pro verbis iniurioſis non poteſt per Curiam ex officio procedi ad denunciationem partis iniuriatæ, ſed per libellum inſtitutum ſecundum formam conſtit. Regn. & iuris communis, & idem etiam firmat Affl. per hunc Rit. in titu. de pace iuram. firma. §. iniuria, nu. 7. & Gram. dec. 37. nu. 22. & Pet. Foller. in frag. poſt pract. tit. de iniur. nu. 139. verſ. & eſt notãdum, & limitat Rit. iſte diſpoſitionem alterius Rit. ſupra 291. per quem dicitur, quod qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequitur, admittatur ad denunciandũ, vt ibi dixi in 2. not. Et adde, quod nedum nõ poteſt procedi ex officiò ad denunciationem partis, ſed nec etiam ad querelam, niſi querulans libellum porrigat, vt patet ex pandecta Magnæ Curiæ impreſſa nouiter in pragm. Illuſtriſs. Ducis de Alcala in reformationibus Magnæ Curiæ dicta prag. 38. verſ. item che neſſuno, vbi ordinatur actuarijs, ꝙ nõ debeant accipere querelas de verbis iniurioſis, & caſu quo acceperint, non poſſint aliquid conſequi pro eius caſſatura, neq; pro decreto, ſed teneãtur parti ad expenſas, & licet iſte Rit. videatur ſolum loqui in ciuitate Neap. & pandecta ſolum in Magua Curia, tamen per totum Regnũ idem ſeruatur, & ſeruari video. Et ideo Affl. in d. §. iniuria, & Gramm. in d. deciſ. dicunt, ꝙ ſtante hoc Rit. ita ſeruatur in Regno, & maxime in Ciuitate Neap. Maran. tameu in pract. par. 4. diſt. 1. verſ. ex prædictis. nu. 11. videtur contra hunc Rit. & præfata loqui, dum dicit quod in Regno eſt communis ſtylus Curiarum, quod in crimine iniuriarum ſolet procedi per libellum, & per querelam, & ideo Pet. Foller. ibi in apoſtill. ad eum dicit, ꝙ eius dictum contrariatur huic Rit. ſed ſaluari poteſt Maran. quia non loquitur in verbis iniurioſis, in quibus loquitur Rit. ſed in crimine iniuriarum, intelligendo in
8 alia iniuria, quam in verbali, vt infra dicam. † Limita primo hunc Rit. non procedere ſecundum Pet. Foller. ad Marant. in loco præalleg. nu. 166. vbicunque iniuria illata eſſet facto, qnoniam tunc quia competit accuſatio, & nõ actio, per l. iniuria, ff. de iniur. & l. lege Cornelia. §. ſi quis libellum, ff. eo. tit. & l. vnic. C. de famoſ. libel. etiam ſine libello per accuſationem, ſiue querelam procedi poteſt, ſed iſta limit. nõ eſt neceſſaria, quia Rit. noſter non loquitur generaliter in actione iniuriarum, ſed in verbis iniurioſis: & valde miror, quod ipſe non ponderauit hũc Rit. in hoc. Secundo limita, ſecundum Affl. in d. §. iniuria, nu. 8. quotieſcunq; iniuria fieret vaſſallo per eius Dominum, per cap. Regn. quod ipſe alleg. Tertio limita ſecundum eundem Affl. ibi, & Petr. Foller. ad Maran. in loco præalleg. nu. 13. ver. fallit quotieſcunque iniuria eſſet facta viduis,

---

A D D I T I O.

a Latro. Vide, quæ diximus ad Rit. 13. & 19. C.P.

duis,pupillis,eccleſiaſticis,& alijs miſerabilibus perſonis, quoniam tunc ex officio procedi poteſt per doctr.Bal.in auth.ad hæc,circa fin.C.de vſur.& in l. ſi quis in hoc genus, C.de epiſc.& cler.& per c.Regn.de iniurijs, vt etiã not.Maran.in pract.par.6.in tit.de inquiſitio. nu.141. &
9 ſeq.verſ.vndecimo inquirit, † vbi quod iniuria facta clerico,ſiue eccleſiaſticæ perſonæ,dicitur facta Deo, & totã Eccleſiam tangit,ſecundum glo.in cap.nonnulli, 3. q. 1. & Abb.in c.2.de for.comp.& c.cum ſit generale, col. 2. eo.tit.Sublimita tamen Pet.Foll.iſtã limit.in proxime citat.loco,& in fragm.poſt prac.crim.tit.de iniur. nu.141. verſ.illud adnotandum eſt, procedere in graui iniuria tm̃ p ea,quæ dicit Bal.in l.ſi quis in hoc genus,in fi.& Hipp. conſ.103.nu. 20. vbi quod ſtatutũ puniens offendentem clericum,cõprehendit ſolum inferentẽ ei grauem, & atrocem iniuriã,non autem leuem,ſed iſtã ſublimita.nõ puto veram,quia d.c.Reg.de iniurijs, loquitur generaliter,nec obſtat doctr.Bal.& Hippo.quia Bal.non dicit id,ad quod Hippo.ipſum allegat,vt videri poteſt, ſed quia tex. d.l.ſi quis in hoc loquitur de atroci iniuria, Bal.in fi.illius l.dicit,nota quod non omnis offenſa facta clerico,dicitur offenſa,ſed tantum atrox,ſupple quoad terminos illius l.loquentis de atroci iniuria,& iſta eſt intentio Bal.alias non rectè diceret,nec verum eſſet, quod clericus non dicitur offenſus,vel iniuriatus,niſi atrociter offendatur,vel iniurietur dictæ perſonæ, Curia ex officio procedere poteſt, & quotidie procedi videmus.

¶ Sexto not.circa finem,ibi,in illorum poſſeſſione, ſeu quaſi,quod priuilegiã omnia Neapolitanis conceſſa per hunc Rit.confirmantur, cum clauſula ſcilicet, eo modo, quo in poſſeſſione exiſtunt.

10 ¶ † Quæro ſatis neceſſario ad hunc Rit.ſupra in 4.not. dictum fuit,quod hodie in Regno vniuerſitates nõ moleſtantur pro clandeſtinis,ex cauſa ſolutionũ, quas faciũt Barricellis,nunquid tam pro pœna Curiæ,quã pro emẽdatione damni intelligetur, an vero ſolum pro pœna Curiæ,ſaluo adhuc remanente iure parti læſæ cõtra vniuerſitates,in quarum territorio damnum cõmiſſum fuit? Videtur primo,quod dicta contributio ſolutionis exoneret
11 vniuerſitates ſolum ad pœnam Curiæ, † quia iuri tertij nedum nũquam intelligitur Princeps velle præiudicare, vt probat tex.in l.2.§.ſi quis à Principe,cum concordãt. traditis ibi per gl.ff.ne quid in loco publico, ſed nec etiã poteſt id facere,etiã per viã legis abſq; cauſa,vt not. Inn. in c.quæ in eccleſiarum,de conſt.& Bar.in procem. ff. & in l.1.in fi.ff.de conſt.princip.pro quo l.venditor,§.ſi cõſtat.ff.commu.præd.adeo quod vt inquit Bald. in l. iubemus,in prin.C.de ſacroſan.eccl.late Fel.in d.c.quæ in eccleſiarum,& Affl.in conſt. Regn. inſtrumentorum, q.12.
12 verſ.ſed iuxta hanc,nu.15. † diſpoſitio Principis, per quã dominium alterius auſertur non eſt ſeruanda,neq; in foro fori,neq; in foro poli, contrarium tñ arbitror de iure verius, pluribus ex cauſis; prima, quia rectè poderando omnia iura Regni,quæ de hac materia loquuntur, nullibi reperitur,quod vniuerſitates teneantur ad pœnã Curiæ, vltra damni emendationem,ratione territorij non cuſtoditi: propter quod credo factum, ꝙ nunquã in Sac.Cõſ. & Magna Curia, vniuerſitas aliqua ad talem pœnam reperitur condemnata, vt atteſtatur Gram.deciſ.47.& licet per cap.Regn.quod incip.clãdeſtinis, circa fin. in duobus caſibus vniuerſitates teneãtur ad pęnam Curiæ, vt ſupra etiam dixi in 4.not.ſi rectè illud cap.conſideretur, in illis duobus caſibus,non tenentur ratione territorij non cuſtoditi,ſed quia ſcientes malefactores, vel penes ſe habentes,nolunt ipſos reuelare,& officialibus querẽtibus exhibere,quo ſtante pro vero,& veriſſimo, niſi contributionem,quã faciunt vniuerſitates Barricellis exonerarẽt eas ab emendatione damni, parũ eiſdem profuiſſet creari facere Barricellos pro cuſtodijs territoriorum,& de nihilo penitus eiſdem ſeruiret,& ſi diceretur, quod ſatis eiſdem prodeſſet,ſi in illis duobus caſibus, in quibus poſſent ad pœnam Curiæ teneri,non tenerentur. Reſpondeo, quod ego indubitanter teneo, ꝙ etiam hodie ſtante dicta contributione, vniuerſitates non ſunt exemptæ ab illis,quia Regia Curia,à cuſtodia territoriorũ exemit eas,non autẽ à delictis,prout eſſet propriè occultare malefactores, vel vel nolle exhibere. Secundo,quia dato,quod tenerentur vniuerſitates ad emendationes, & pœnas ob malam cuſtodiã, prout ex ſupradictis contrariũ patet apertiſſimè, cũ Regia Curia aſſumpſerit in ſe hoc onus cuſtodiẽdi,deputando in qualibet Prouincia ſuũ Barricellum, & milites,videntur ipſæ exemptæ ab omni eo, ad quod ratione
13 cuſtodiæ tenebantur, † quia cuſtodiæ cauſa ceſſante, ceſſat ipſius effectus,c.& ſi Chriſtus, in fi. de iureiur. c.cum ceſſante,in prin.de appell.& l.adigere,§.quã uis,ff.de iur. patr.cum ſimil.quæ latè cumulat Tiraq.in tract. ſuo ceſſante cauſa,in prin.nu.12. Tertio, quia vt inquit Iſern.in conſt.ſuper inciſionibus,circa fi.& in conſt.ſi damna clãdeſtina,non reperitur ſcriptũ de iure cõi,quod ſubditi teneantur ad cuſtodiã,ſecundum D.Th.in 2.2.q. 63. art. 7. Rex Regni,qui habet redditus,& prouentus, tenetur cuſtodire,& oẽs violentias,& latrocinia emendare, quo fit, quod cum d.conſt.& cap.Regn.quæ volunt contrarium, ſint contra ius cõe per iſtã contributionẽ redimus ad ius
14 cõe, † & oĩs reditus ad ipſum ius cõe eſt fauorabilis, receſſus vero ab eo odioſus, vt dicit Silu.Nupt.lib.6.nu.25. & conſ.12.inter conſ.Brun.nu.182.& Tiraq. in trac.ceſſ. cauſa,par.1.in verſ.neceſſitatis, nu.182.! & ſecundum iſtã vltimã opin.vidi ego literas Regij Coll.Conſilij tempore Reuerendiſs. Card. Pacechi anno Dñi 1554. 21. menſis Iunij expeditas,& regiſtratas in regiſtro partium octauo, fol.144.per quas ad inſtantiam vniuerſitatis Terræ Eboli ordinabatur Reg.Audientiæ Principatus citra, & Baſilicatæ,quod ſtante dicta cõtributione ſolutionis Barricelli,eandem vniuerſitatem non moleſtaret, tam pro pœna, quam pro damno,vt ex eis colligitur, & ẽt hodie videri
* poteſt, * quas literas inuenies impreſſas in d.prag.vnic.in tit.de dam.clandeſt. Non obſtat contrariũ ſupra allegatũ, quod iuri tertij Princeps non videtur, neq; poteſt præiudicare,qm̃ quoad ius tertij, circa damni emendationẽ nõ negarem,quod idem ius,quod competebat partibus læſis contra vniuerſitates, poſſet hodie competere contra Regiã Curiam eximentem Vniuerſitates a cuſtodijs territoriorũ,cum quoad cuſtodias præfatas, ipſa Regia Curia
15 ſit ſubrogata in locũ vniuerſitatum, † & ſubrogatum ſapiat naturã eius, in cuius locum ſubrogatur, per tex.vbi Bar.no.& cæteri ſcribentes in l.ſi eum, §.qui iniuriarũ,ff. ſi quis cautio. Verum quia Regia Curia,quæ hodie ex cauſa præfatæ contributionis tenetur ad cuſtodiã, vt dictum eſt,deputauit iam Barricellos, & homines in Prouincijs pro cuſtodia territoriorũ, arbitror, quod nec etiam ipſa cõueniri poteſt à partibus læſis ad damnorũ emendationem,quia vt inquit Iſer.in præalleg.cõſt. Regn. ſuper inciſionibus,circa fin.cum Prouinciæ Regni ſint multæ, & territoria ampla, & nemo poſſit tam perpetuè, tamquè continenter etiam arctum locum continuò ire quin poſſit ab alijs interpellari,vt inquit tex. in l.ſeruitutes,la 4.in prin ff.de ſeruitut.nõ eſt poſſibile taliter cuſtodire vnam partẽ territorij,vel prouinciæ, quin in alia latrones de-
16 prędentur,& occidant, vt clarum eſt,& propterea † qui tenetur ad cuſtodiã,ſatis eſt,ſecundum eum,ſi faciet quod poteſt.l.fi. C.de his,quib.vt indig.immo,& quod cõmodè poteſt,per l.nepos Proculo,ff.de verb.ſign.& c. faciat, 22. q.2.& ideo videmus, ꝙ à cõſtitutione facta de dictis Barricellis,cauſæ clandeſtinorũ penitus cõquieuerunt in hoc Regno,quæ omnia bene not. quia ad præſens lis eſt in limine in Reg.Audiẽtia Principatus citra, & Baſilicatæ,inter Illuſtriſs. Comitiſſam Pollicaſtri, actricem ex vna, & Vniuerſitatẽ Terræ Eboli ream cõuentam ex altera ſuper emendatione furti clandeſtini in territorio dictæ Terræ commiſſi in perſona cuiuſdam hominis, ſeu vaſſalli dictæ Comitiſſæ, qui ad eandem Comitiſſam aſportabat in Ciuitatem Neapolis quandam pecuniarum quantitatem.

17 ¶ † Secundo quæro,hic dicitur,quod libellus in actione iniu-

Digitized by Google

iniuriatum debet inſtitui ſecundum formã iuris cõis, & conſt. Regni, quęnam erit illa forma, quã iniuriati ſerua-
18 bunt circa hoc? Breuiter, † cum pro iniuria poſſit agi ciuiliter, & criminaliter, vt probat tex. in §. in ſumma, inſt. de iniur. not. per Affl. in c. 1. §. iniuria, nu. 6. de pace iura. firm. & Maran. in pract. par. 4. in princ. verſ. quia tamen, nu. 9. quotieſcunq; agitur ciuiliter, debent in libello dicere ſecundum eos, & iurare, ꝙ potius voluiſſet tot aureos de proprijs bonis amittere, quam talem iniuriam pati, petendo eundem iniuriantem in illis condemnari ſibi, ſecũdum diſpoſitionem iuris communis, per quod tota pœna applicatur parti, vt not. Bar. in l. iniuriã, ff. de iniur. Affl. & Maran. in dictis locis, ſecundum vero diſpoſitionẽ cõſtit. Reg. varietates pœnarum, cõdemnari ſibi ſolum pro tertia parte, alijs duabus partibus ipſi Curiæ applicãdis,
19 quo libello taliter inſtituto, † iudex poſtea taxabit illam quantitatem, quæ ſibi iuſtior apparebit, perſonarum loci, temporis, & iniuriæ qualitate penſata, vt dicit tex. in §. pœna, inſt. de iniur. & conſt. præalleg. varietates pęnarũ, condemnando ad eam partem iniuriantem, & diſtribuendo in ſententia modo quem dixi in Regno, vel alio modo extra Regnum, vbi ſeruabitur ius commune. Dicit tamen Marant. in loco præalleg. verſ. & hoc fuit inductum, nu. 10. ꝙ inſpecto iure communi præfato, ſecundum quod tota pœna applicatur parti, dicitur agi merè ciuiliter, ſed inſpecto iure Regni in d. conſt per quam pro duabus partibus applicatur Curiæ, dicitur iudicium mixtum, in tantum ꝙ ſi peteret iniuriatus totam pœnam applicari ſibi, libellus nõ procederet, ſecundum eum, ibid. nu. 11. Quotieſcunq; verò agitur criminaliter iniuriatus petet iniuriantem condemnari, & puniri, prout iura, & Regni conſtit. volunt, & mandant, vt ſcribit Affl. in d. §. nu. 6. & Maran. in loco præalleg. nu. 16. verſ. criminaliter, & eo caſu pœna erit extraordinaria, ſecũdum qualitatem perſonarum, loci, temporis, & iniuriæ, vt dicit tex. in d. §. in ſumma, l. ſi ff. de iniur. & l. pedius, §. 1. ff. de incend. rui. & naufrag. quamuis in Regno habeamus aliam conſt. quæ incipit, vt dignitatum, per quam certæ pœnæ determinantur quando criminaliter agitur, vt etiam Maran. dicit in loco proximè citato, & in tali iudicio criminali iniuriatus nõ extimabit iniuriam, nec aliud petet, quam quòd dixi, quia extimatio in tali iudicio pertinet ad iudicem, qui extraordinariè condemnabit, alias ſi pars ſecus faceret, libellus, ſiue querela non procederet, vt no. Maran. in præallega. nu. 12. verſ. ex prædictis infero.
20 ¶ † Tertio quæro, nunquid iniurians tenetur iniuriato ad ſatisfactionem iniuriæ, ſiue honoris, puta mentiendo, vel veniam petendo, aut famam reſtituendo, adeo quod ad id iudex debeat in ſententia ipſum condemnare? Maran. in pract. par. 4. in princ. nu. 17. verſ. ſed iuxta hoc, videtur firmare, quod ſic, nedum quoad primum, ſed etiam quoad ſecundum, & quod iniurians teneatur ad ſatisfactionem honoris, firmat Hoſt. in ſumma de pęnit. §. quibus, verſ. tu dic, D. Thom. in 2a2. q. 62. art. 2. Floren. 2. par. tit. 2. c. 2. §. 3. Par. in tract. ſynd. in verſ. compoſitio, §. quia plures, & Dida. Couar. in lib. variar. reſol. lib. 1. c. 11. verſ. iuſtiſſimum tamen, & probari poteſt ex cap. inter ſollicitudines, circa fin. de purgatione canonica, & c. peccatum, de reg. iur. in 6. Pet. vero Foller. in apoſtill ad Marant. loc. præallegat. tenet contrarium quoad id, quod dictum eſt poſſe iudicem ad talem ſatisfactionem condemnare, inquiens, quod ſatisfactio fieri conſueuit, cum partes inter ſeſe concordant, non autẽ cum in iudicio res agitur, quoniam tunc iudex non aliam pœnam imponet, quam quæ ſibi omnibus pẽſatis iuſta videtur, & quod Par. qui de iſtis ſatisfactionibus tractat, ita procedit, vt patet cuilibet legenti, & Hoſt. dictum, cum in foro conſcientiæ agit coram Sacerdote loquitur, & verum eſt, quam opin. ego veriſſimam puto, tam de iure, quàm de conſuetudine, quæ non ſeruet in ſententia condemnare ad ſatisfactionem honoris, & eam etiam tenet Did. Couar. loco præallega. nu. 4. verſ. verum, dum dicit, ꝙ iudices frequentius omittunt hoc in ſententijs, & aliam pęnam eorum arbitrio imponunt. Non obſtant tex. cap. inter ſollicitudines, & c. peccatum, quoniam licet aliquid videantur in argumen. probare, tamen de ſatisfactionibus honoris partium non loquuntur, & quando id dicerent, expreſſè de iure canon. procederent, quæ benè not. quia facilè quotidie eueniunt, & poteris interrogari. In Hiſpania tamen per l. 2. tit. 9. lib. 8. ordin. aliter eſt ſtatutum in ſex tantum verbis iniurioſis, vt dicit Didac. Couarr. loco proximè citat. in princ. cap. 11. nu. 2. & Petrus à Plaza in epitom. delictorum, lib. 1. cap. 1. nu. 2.
21 ¶ † Quarto quæro, in quibus caſibus homo homini teneri poteſt actione iniuriarum, Matthęus de Afflic. in tit. de pac. iuram. firm. in §. iniuria, nu. 23. verſ. & ideo quęro latius ſuper hoc ſcribens enumerat multos, & pene infi-
22 nitos; ideo ad eius dicta te remitto. † Scias tamen vltra eum, quod nedum cũ expreſſim iniuria dicitur, actio iniuriarum locum habet, verum etiam cum aliqua verba proferuntur, quæ quoad corticem iniuriam non ſonant, & in effectu iniurioſa ſunt, vt ſcribit Card. in c. ex literis, 3. not. nu. 1. de conſuet. Io Neuiz. in ſua ſilua lib. 4. nu. 76. Petr. de Rauen. in alleg conſuet. inter ſuum Alfab. col. 34. fol. 171. & Petr. à Plaza in epitom. delictor. præalleg. cap. 1. nu. 13. vbi exemplificat in eo, qui dicit alicui mulieri, tu es vna bona mulier, firmat Ang. in l. veſtem. ff. de eo, qui dicit, doleo, quod fuiſti verberibus affectus, & Soc. conſ. 6. vol. 1. vbi de eo, qui dicit alicui, tu es bonus homo, & com
* muniter intelligitur, quod appellat ipſum cornutũ. * Salerni etiam ſunt aliqui, qui ſub ſpecie *pietatis iniuriant* alios dicendo talis eſt perſona ſatis prudens: ſed doleo, quod ei ſucceſſit illud ſiniſtrum, quod à tali fuit multis verberatus, vel quod eius vxor fuit inuenta cum tali, vel alia ſimilia dicendo, de quibus non eſt mirum, quia, vt inquit Luc. de Penn. in l. 2. col. 4. C. de exact. tribu. lib. 10. Prouerbium eſt Salernitorum mel in ore, & paſtorium in manu.
23 ¶ † Quinto quæro, in hoc Ritu ſit mentio de iniuria verbis tantum illata, nunquid non alijs modis iniuria infertur? Breuiter dicas, quod ſic, & ideo iniuria non tantũ verbis infertur, vt hic dicitur, & probat tex. in l. *ſi non* cõuicij, C. de iniur. & l. eum qui nocentem. & l. *item apud* Labeonem, ff. eod. tit. & c. cum te, a. b. extra de *re iud.* verum etiam facto, vt patet ex l. lex Cornelia, & toto tit. ff. de iniur. not. Dida. Couar. loco præalleg. in princ. & Pet. à Plaza in epitom. delict. c. 1. in prin. & per totum. Item ſcriptura, vt probat tex. in l. 1. §. ſiquis libellum, & l. lex Cornelia, §. ſi quis librum, ff. de iniur. & totus titul. C. de
24 famoſ. libell. † Scias tamen, quod licet ponens famoſum libellum, pœna vltimi ſupplicij puniatur, per l. 1. C. de famoſ. libel. tam ſi contenta in libello ſint vera, quam ſi ſint falſa, vt ſcribit Roman. conſ. 96. num. 3. verſ. ſecundo vero caſu, poſt Glo. in d. l. 1. Dida. Couar. d. cap. 11. nu. 6. verſ. ſecundo eadem, & Pet. à Plaza d. cap. 1. nu. 5. tamen vt inquit ibi glo. 1. quam ſequitur ibi Petr. Cyn. & Ang. procedit quotieſcunque in libello eſt deſcriptum delictũ, pro quo diffamatus veniret puniendus pœna mortis, alias ſecus eſſet, & pœna iudicis arbitrio imponeretur, ſecundum Gl. & Doct. præalleg. & nouiſſimè ſatis pulchrè Petr. à Plaza in loco præalleg. cap. 3. nu. 2. vbi de hoc latius tractat. Et per iſta ad laudem Omnipotentis Dei, ac Glorioſiſſimę Virginis Marię, cuius hodie feſtum celebramus, ſit impoſitus optatus finis commentarijs ſuper Ritibus Magnæ Curiæ Vicariæ. Eboli, die 15. Menſis Auguſti. 1560. *Proſper Carauita.* V. I. D.

Digitized by Google

RITVS MAGNAE CVRIAE VICARIÆ REGNI NEAPOLIS,

Cum expoſitionibus eximij Iuris Vtriuſq; Doctoris, Domini Annibalis Troyſij, Ciuis Cauenſis.

Perquàm vtilibus, ac neceſſarijs, maximè in tribunalibus: Quibus accedunt Appendices Ioannis Michaelis Troyſij I.V.D. Et Hieronymi de Lambertis.

Denuò nouiter emendatiores facti, & à quamplurimis, quibus antea, impreſſorum in Curia, ſcaturiebant erroribus, repurgati.

RITVS PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Ritus huius voluminis, & omnia, quæ in Magna Curia ſeruantur, in cæteris Curijs Regni ſeruari debent.*
2 *Verbum, edicto, pro lege exponitur.*
3 *Curia quælibet ſuos Ritus, ad cauſarum ordinationem habet.*
4 *Iudex appellationis quem ſeruabit Ritum, ſuæ Curiæ, vel iudicis à quo?*
5 *Milites etiam ſuos habent Ritus.*
6 *Ritus diffinitio.*
7 *Magna Curia caput, domina, & fons aliarum Curiarum.*
8 *Stylus Curiæ ſeruandus pro lege.*
9 *Stylus quando ad cauſarum deciſionem poſſit allegari.*
10 *Stylus in quo à conſuetudine differat.*
11 *Stylus an ius faciat?*

IOanna ſecunda, &c. In tex.
1 ibi, quod omnes, &c. † not.ex
a tex.isto *a* quòd omnes Rit.
deſcripti in hoc volumine
debent in Magna Curia ſer-
uari, & conſequenter in
quauis Curia Regni† *b* Nea
2 politani, vt probat tex.in §.
b fi. inſt.de ſatiſd.per quem
tex.ita dixit And.de Iſer.in
conſt.Regn.ſi quis in poſte-
rum, in 4.col. probat etiam
tex.in conſt.Regn. nihil veterum, in fi.& conſt.Regn. Ma
gnæ Curiæ, in princ. & probatur ex illo verbo poſito in
tex. Ritus prædicti, ſcilicet conſtitutionum edicto, &c.
quia illud verbum edicto, exponitur, ideſt lege generali,
vt probat tex.iuncta glo.in verſ.oraculo, in l. digna vox,
C.de leg.& l.hac edictali, C.de ſecund.nupt.quod verum
eſt quoad litis deciſionem, ſecus vero quoad litis ordina-
3 tionem, † quia quoad ordinationem litis vnaquæque Cu
c ria habet ſuos Ritus *c* ſecundum Matth.in d.conſt.nihil,
in fi.dicentem fuiſſe declarationem Bart. de Capua, facit
tex.in l.3.§.fi.ff.de teſtib.
4 ¶ † Quid autem in iudice cauſæ appellationis, an de-
beat ſeruare Ritus ſuæ Curiæ, vel Ritus Curiæ iudicis, à
quo? vide glo.in c.licet Canon. de elect. in 6. & in l.ſan-
cimus, C.de ſacroſan.eccl. Fel.in c.fin. 2. col. verſ. quarto
limita.de conſt. Matth.in conſt.ſi quis. Cap.in dec.86.nu.
19.per Alex.in l.2.in fi.ff.de leg.2.
5 ¶ † Etiam milites habent ſuos Rit. per conſtit. Regni
hoſtici excep.& ibi per ſcribentes, in fine tex.ibi, decerni-
mus, &c.

¶ Nota clauſulam decreti annullatiui, concordat tex. in clem.1.§.1.extra de conceſſ. præb.

¶ Et de non obſeruantia Rituum antiquorum, vide per Matth.in conſt.Regn.humanitate, 5. nota. in tex.ibi, ſtatuimus, &c.

¶ Adde, quod tale verbum indicat authorem velle promulgare noua iura, vt probat glo. in cap. vt litigantes, in verſic.ſtatuimus, extra de offic.ord.in 6.& in clem. fin. de reſcrip.ſecundum Abb.& alios in cap.decernimus, in fin. extra de iud.

a † ADDE, quòd Ritus eſt lex non ſcripta, §.ex nō ſcri-
6 pto, inſt.de iur.nat.gent.& ciu. & dicitur quaſi rectus, &
ſi non rectus dicitur corruptus, Iſer.in conſt.ſiquis in po-
ſterum, 6.col. Io.Mich.Troy. I.V.D.
b † ADDE, quòd Magna Curia Vicariæ eſt caput, & do-
7 mina aliarum Curiarum Regni huius, quia eſt Curia Re-
gia conſt.appellationum tempora, Matth.in conſt.in pe-
cuniarijs, 2.vol.immo ſupremum tribunal, idem Matth.in
d.conſt.appellationum, 6.not.& eſt velut fons à quo cæ-
teri riuuli deriuantur, d.conſt.nihil veterum, & in iuriſdi-
ctionem Regiam commendatam, vt pote, vt membra Re-
gis, potius quam propriam, & ipſi ſoli, & prouin. Iuſtitia-
rijs antiquitus concedebatur merum, & mixtum impe-
rium, gl.in procem.conſt.in ver.gladijs, & intus alias Cu-
rias, tāquam iuſtitiæ ſpeculum, in conſt. Magn. Curiæ, im-
mo luminare maius, in conſt.ſeq. Io.Mich.Troyſ.
c ¶ † ADDE, quòd Ritus, & etiam ſtylus Curiæ ſeruan-
8 dus eſt. Bart.in l.iuriſperitos, in fi. ff.de excu. tut. & Fęlix
Malleolus in tract.de matr.num.6.dicit, quòd ſicut ſtylus
9 Curiæ Romanæ ſeruatur pro lege, ita & alij. † Et quādo
ſtylus poſſit allegari ad deciſionem cauſarum, vide Io.de
10 Monta.in tract.de parlamentis, in Add.nu.8. † Et in quo
ſtylus differat à conſuetudine Pau.de Caſt. in l.1.nu.2.C.
11 de ſacroſan.eccl. † & an faciat ius, apoſtillam ibid. alle-
gantem plures quotas: in Sacro tamen Conſilio Neapo-
litano longeuus ſtylus facit ius, Afflict.in prælud.conſtit.
not.9. Ioan. Michael.

RITVS II.

SVMMARIVM.

1 *Ordo ſeruandus.*
2 *Inſtrumenta duo ſi in vna charta ſcripta reperiantur, quod primo ſcriptum cenſeatur.*
3 *Quietationibus duabus factis, num duplicata ſolutio cenſeatur?*
4 *Bonorum obligatione facta pluribus, cuius hypotheca ſit.*
5 *Inſtrumenta duo ſi ſtipulata ſint à diuerſis notarijs eadem die, quod prius præſumendum, remiſſiuè. Et de prioritate horarum, ibidem.*
6 *Et quid de inſtrumentis habentibus ordinem à natura*

Digitized by Google

7 *Ordo facit conditionem.*
8 *Concurrentibus patre, & matre ad accuſandum de morte filij, quis præferendus.*
9 *Rex in Regno an propriè fiſcum habeat?*
10 *Ordo iud cy vnde ortum habuit.*
11 *Ordo quid ſit, pluraque de ordine, & quod aliquando non ſeruetur.*
12 *Inſtrumenta duo coram eodem notario, iudice, & teſtibus confecta, diuerſa ſi reperiantur, quando pro vno cenſeantur.*

1 IN primis, quia, &c.) In tex. ibi, ordo. † *a* Nota ordi-
a nem debere ſeruari, adde tex. & ibi not. in auth. in med. lit. non fieri ſtatus §. fi. l. 1. ff. de orig. iur. in l. fi. ff. de hæred. inſt. l. reg. §. ſi quis, & ibi Bar. ff. de iur. & fact. igno. habetur per Bar. in l. ambitioſa, antepen. col. ff. de decr. ab ord. fac & in 2. in princ. ff. de tranſac. Car. in clem. pen. in fi. extra de elect. per Can. in cap. pen. in fi. extra de cler. coniug. Bar. & Bal. in 1. conſt. C. §. quibus, per Alex. conſ. 19.
2 col. fi. 1. vol. & in conſ. 72. 2. vol. † & in tantum ordo ſeruandus eſt, quod ſi reperiuntur duo.

¶ Inſtrumenta ſcripta in vna carta, primo ſcriptum intelligitur primo celebratum, ſecundum Bar. & Bald. in d. §. quibus, & Bald. in l. de rebus, C. de donat. ante nupt.
3 probat tex. in l. ſi quis, § initium, ff. de eod. † vbi vide Alex. de duabus quietationibus factis, an cenſeatur duplicata ſolutio, & tex. in l. quotiens, ff. de vſufr. & etiam
4 in eadem ſcriptura ſeruabitur ordo, † hinc eſt, quod ſi in eodē inſtrumento obligaſti bona tua Titio, & Seio, quod hypotheca Sei erit poſterior tanquam vltimo nominati, & ita dixit Ang. in auth. de hæreſ. & fal. §. etenim, vbi latè de materia, per Doct. in l. 2. §. prius, ff. de vulg. & pup. & per Fel. in c. dilecta, ver. ordo, extra de reſcrip. Quid autē
5 ſi reperiuntur † duo inſtrumenta eadem die ſtipulata, & confecta a diuerſis Notarijs, quo caſu nō poteſt de prioritate conſtare, pro quo erit præſumendum? vide Bar. latè, & alios, maximè Soc. in l. 1. in prin. ff. ſol. matr. vbi ponit regulam, & fallentias, & ibi reperies. Quid ſi probetur prioritas per horam? vide etiam per gl. in l. ſi ex pluribus, ff. de ſol. per Bald. in l. Imperator, ff. de ſtatu hom.
6 ¶ † Et quid ſi inſtrumenta *b* habent ordinem a natura,
b puta, quia vnum continet debitum, aliud quietationem, vel vnum habitum, aliud priuationem, qd præſumitur pro habitu, ſecundum Cyn. Bal. & alios in l. cum proponatis, C. de codicil. & in d. §. quibus, vide Socin. in d. l. 1. & Matth. in deciſ. 387. pen. col.

c ¶ Quod facit ad quæſtionem, quid ſi tres ſunt ordinati ad officium hoc ordine, ſcilicet primus, & ſi primus non erit, ſecundus, & ſi ſecundus non erit, tertius; primus acceptauit, & ſic fuit ſecundus excluſus, & per excluſionem ſecundi, tertius volebat admitti, ex quo purificata fuit conditio in perſona ſecundi excluſi, per quam videtur, quod tertius debeat admitti. In contrarium dicitur per rationem quia.

7 ¶ † Ordo facit conditionem, & per acceptationem primi, cæteri ſunt excluſi, ſecundum Bald. & Inno. l. cum in teſtamento, ff. de hæred. inſt. habetur per Aret. in l. quandiu, in 4. col ff. de acq. hæred.

8 ¶ † Quid enim ſi pater, & mater concurrunt in accuſando de morte filij, quis ipſorum præferatur, & certum eſt, quod pater tanquam primo nominatus a conſt. Regni ſummo periculo, & ibi hoc not. Matth. in 9. nota. & idem de iure communi, ſecundum Salyc. in l. vxor. C. qui accuſ. non poſſ. & per rationem, & iura prædicta. Et adde prædicta his quæ dixi in commento Prag. Regn. quæ incipit,
9 Statuimus, in tex. ibi, fiſci, &c. † Adde an Rex in hoc Re-
c gno habeat fiſcum, *c* propriè loquendo, vide per And. de Iſer. in prælud. conſt. & ibi Affl. in 15. q.

a ADDE, quòd † ordo iudicij habuit ortum in paradiſo.
10 Spec. in procœ. §. cæterum, & ſeruatur inter dignitates, ita
11 Bar. Brixien. in tract. de reſcript. 3. q. num. 4. † Et quid ſit ordo, Rol. in tract. flos teſtamen. rub. 5 & plura de ordine, vide per Nic. Boerium tract. de ord. graduum vtriuſq; fori. Aliquando tamen ordo non ſeruatur, vt puta in notorio, ſecundum Bar. in l. ſcriptus hæres. ff. de relig. & ſump. fun. & Petrum tract. ſynd. in verſ. notorium, & Spec. in titu. de de noto. crimine. Io. Mich.

b ADDE, † quòd ſi reperiuntur duo inſtrumenta, vnum
12 poſt aliud ſcriptū corā eiſdem iudice, notario, & teſtibus, videlicet, primum venditionis, ſecundum de mutuo, cenſentur vnum, Bald. in l. Sempro. de leg. 2. & poſt eum Affl. in conſt. diuæ memoriæ, nu. 7. & poſt nu. 54. Ioan. Mich.

c ADDE Bar. in rub. de iur. fiſc. & poſt eum Franc. Lucani in tract. de fiſco, & eius priuil. in 1. q. num. 6. 1. volum. Ioan. Mich.

RITVS IIII.

SVMMARIVM.

1 *Non potens prohibere, non incidit in pœnam, non reuelando, cum fallent.*
2 *Epiſcopus coniurationem contra temporalem dominum non reuelans, qua pœna puniendus.*
3 *Quis reuelare ſecreta, quando teneatur, & qua pœna reuelans puniatur.*
4 *Delicta enormia in clerico, quæ.*
5 *Caſus, in quibus punitur affectus, non ſecuto effectu.*
6 *Pœna ſacerdotis confeſſionem reuelātis, & alia ſimilia circa idem.*

1 ITem, quod adde † præter terminos huius ritus, ſi ali-
a quis ſciret aliquem commiſiſſe enormia, *a* non tenetur ad pœnam ex ſola ſcientia, non reuelando, ſi non poſſit prohibere per regulam, l. culpa caret, ff. de reg. iur. & in l. in delictis, in prin. ff. de noxa. habetur per Bar. in l. vtrū, ff. de parri. dato, quod non reuelaſſet, ſecundum glo. in l. culpa caret, vide per Abb. Panor in c. 1. 2. col. extra, de reſtit. ſpol. & hoc eſt regulare. Sed fallit, quādo delictum eſſet committendum contra eum, cui conſcius delicti erat ſubiectus, vt in patre, & filio, in ſeruo, & domino, in vaſſallo, & domino, vel vaſſallus domino, cap. 1. §. præterea, quæ ſit prim. cau. benef. amit. quæ intellige ſi poteſt probare, tex. & glo. quæſi. 7. plerunque, Alex conſ. 55. 4. vol.

¶ Clerico, & Epiſcopo, & clerico parochiali, & hoc ſequuto maleficio.

¶ Præter in vaſſallo, & Principe, quia tunc ſecus per l.
b quiſquis. *b* C. ad leg. Iul. maieſt. & 6. q. 1. §. rerum. verſ ſi quis cum militibus, vide plenè per Abb. in d. cap. 1. & per
2 Old. in conſ. 43. † Sed qua pœna punitur Epiſcopus non reuelans coniurationem contra Dominum temporalem,
3 vide Lud. Rom. in ſing. ſuis, fol. 21. † Et an alio caſu quis teneatur reuelare ſecreta, vide per Inno. in c. officium, extra de pœn. & remiſſ. per Abb. in c. qualiter, & quando, lo primo, extra de accuſ. in cap. ſi ſacerdos, de off. ord. & in cap. dilectus, extra de exceſſ. præl.

c ¶ Quia alias reuelans ſecreta *c* aliena, ſine iuſta cauſa, tenetur pœna falſi, l. 1. §. is qui, ff. de falſ. & per Aret. in tract. malefic. in verſ. ſic falſario, & etiam tenetur actione in factum, & iniuriarum, ſi iniuriandi animo fecit, ſecundum gl. in l. in lege, §. ſed & ſi quis, ff. ad leg. Aquiliam, per text. ibi.

a † QVÆ ſint delicta enormia, maximè in clerico, vide
4 Cępol. conſ. 1. 4. col. Ioan. Mich.
5 Quia † eſt vnus de caſibus, in quo punitur affectus, nō ſequuto effectu.

b ADDE, † alios, qui notātur in l. ſi quis non dicam ra-
6 pere, per glo. & Doct. C. de epiſ. & cler. & alium per nouellam pragm. punientem mittentes ictus baliſtarum, & archabuſiorum pœna mortis, etiam non ſequuto effectu, & Hypp. in l. qui falſam ad l. Corn. de falſ. qui ponit regulam in fallentijs, & limitationibus. Ioan. Mich.

c ADDE

Digitized by Google

c ADDE, quòd in Sacerdote reuelante ſecreta confitentis,eſt alia pœna, per cap. omnis vtriuſque,de pœn. Et quid in conſiliarijs Regum, & alijs reuelantibus ſecreta Regum, & quid in teſte deponente in ſecreto, & poſtea reuelante,vide Iſer.in c.1.quibus modis ſeu.amit.4. & 5. Ioan. Mich.

RITVS VIII.

SVMMARIVM.

1 *Duo officia incompatibilia eodem tempore,quando quis exercere poſſit.*

1 IN tex.ibi,duo officia,&c.) de iſta materia,† an & quãdo quis poſſit exercere duo officia incompatibilia,vel non,vno & eodem tempore, vide tex. & quæ ibi habentur per Alberic.de Roſ.Bart.& alios Doct. in l.2. ff. de adoptio.per Bar.in l.iubemus,§.ſanè,C.de ſacroſan.eccl. per glo.in l.comperimus,C.de prox.ſacro.ſcri.& in l.hac parte,eod.tit.

ADDE quid in beneficijs,& dignitatibus, Abb.in cap. ad hæc,cum cap.ſeq.& cap.de multa,& quæ ibi no. de præb.& dign. Io. Mich.

RITVS X.

SVMMARIVM.

1 *Miſerabiles perſonæ quæ ſint,& nu.ſeq.*
2 *Vidua diues luxurioſè viuens,an priuilegio miſerab perſon. gaudeat, & nu.7.*
3 *Pauper quis dicatur,& nu.6.*
4 *Modus probandi paupertatem.*
5 *Miſerabilis perſona iudicis arbitrio iudicabitur.*
8 *Vidua inhoneſtè viuendo,expellitur à conuicinia.*
9 *Pauper diuiti quando præferatur.*

a IN tex. ibi, miſerabilium. a de iſto Ritu fuit memor
1 Matth.in 23.rubrica conſtit. Regni, † quę autem ſint perſonæ miſerabiles,vide per Matth. de Afflict. in conſt.
2 Regn.quæ incipit lege præſenti,in 3.notab. ibi vide, † an vidua diues gaudeat priuilegio huius Ritus,& quid de
9 de Caſt. C.de litis conteſt. † & inducitur,per duas vices, gl.in auth de teſt.§.quia vero,in princ. Iſer.in c.1.de his, qui feu.da.poſſ.nu.4. Et quid de ſtylo, vide quæ addidi in 1.Ritu. Ioan.Mich.

c † ADDE ,quod iuramentum facit valere actũ omni me-
10 liori modo,quo poteſt,Bar.& alij ſcribentes in l.1.§.ſi quis ita, ff.de verb. obl. firmat Mar. Ant. Bauerius in tract.de vir.iur.in princ.fol.48.3.vol.tract. vbi poteris videre innumerabiles virtutes,& effectus iuramenti. Ioan.Mich.

d † ADDE, quod geminatio, vt plurimũ aliquid opera-
11 ratur,l.baliſta,ad Trebell.& ibi Bart.& Pau.de Caſt.apoſtill.& alij ſcribentes,per Hipp.in l.1.§.quæſt.ff.de quæſt. vbi ponit quatuordecim caſus, qui effectuantur per geminationem, & pleniſsimè per Ant.Corſet.in tract.de verb. gemin.fol.92.2.vol.tract.qui enumerat ſeptuaginta ſex effectus geminationis,quos vide. Ioan.Michael.

RITVS CXXXV.

SVMMARIVM.

1 *De idoneitate fideiuſſorum, remiſſiuè.*
2 *Idonei fideiuſſores qui non ſint.*

1 ITem,quod dictus,&c.In tex.ibi idonei.† De idoneitate fideiuſſorũ,vide tex.& quę ibi habentur in l.ſi vero,
2 §.qui pro rei qualitate ff.qui ſatiſd. cog. † In tex.ibi clerici,adde quod etiam de iure communi clerici non ſunt idonei fideiuſſores,nec ſcholares,milites,minores,nec mulieres,vel alij priuilegiati,vt habetur in l.1.& 2. & in l.ſi fideiuſſor.ff.eod.tit.& per Doct.ibi, maximè Alex.de filiofamilias, quod non eſt idoneus fideiuſſor, habes de iure communi in l.filiusfamilias,& ibi Bal. C.de fideiuſſor. vide per Bal.in l.fin.C.ad Maced.

RITVS CXL.

SVMMARIVM.

1 *Si teſtes extra Regnum nominati, non examinantur, qualiter de iure communi,& Regni prouiſum ſit.*

ITem niſi eſſent,&c.) Ad iſtum Ritum, vide quod aliter fuit poſt ipſum prouiſum per Regiam prag.Regis Ferdinãdi primi,quæ incipit,Si quis petierit,& adde hic,quæ ibi dixi,& vide aliam nouellam prag.quæ eſt in vſu.& in-
1 cip.aliqui, &c. † quæ iubet fieri depoſitũ quindecim ducatorum,quando allegantur teſtes extra Regnum, & caſu quo non examinantur,depoſitum diuiditur inter Curiã,& partem,vide eam.De iure vero communi aliter prouiſum fuit,vt per gl.in c.ſtatutum,§.fin.de reſcript. in 6. habetur per Iaſ.in l.2.in princ.pen.col. ff.ſi quis iuſd. non obtemp.

RITVS CXLI.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ criminales, quæ ſint.*
2 *Dieta legalis quæ.*

ITem,quòd Curiæ,&c.) In principio textus ibi crimina-
1 libus, &c. † adde, quæ ſint cauſæ criminales, tex. &
2 quòd ibi no.Bar.& Doc.in l.agraria, ff.de term. mo. † In tex.ibi dieta legalis,de dieta legali,vide tex.& quę ibi habentur per Doct.in l.1.ff.ſi quis caut. In tex.ibi ſenes,&c. vide per Doct.in l.ad egregias,ff.de iureiur.per Matth.in conſt.Regni in pecuniarijs, & quæ late dixi in commento pragmaticæ,quæ incipit reſponſionibus, & vide infra Ritum,qui ſequitur.

RITVS CXLIII.

ITem,quod ſi detur.) In fine Ritus,adde quod iſte Ritus eſt conformis iuri communi,vt probat tex. & ibi notat Bar.in l.ſi quando,C.de teſt. habetur per Bar. in l.2. §.fin. ff.ſi quis in ius vocat.non ier.Et de citatione facta die non feriata pro feriata, in l.1. §. nunciatio. ff. de operis noui nunciat.& per Doct.ibid.

RITVS CXLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Dictum clerici ad deponendum admiſſi, quando valeat.*
2 *Cauſa ciuilis, quæ dicatur.*
3 *Cauſa criminalis, quæ dicatur.*

1 ITem,quòd clerici,&c.) † Sed quid ſi clericus ſecularis, aut regularis fuit admiſſus ad deponẽdum in cauſa ciuili,& depoſuit,an valeat dictum eius,vide Abb.in c.1.extra de iuram.cal. Abb.& Aret.in c.cum nuncius, extra de teſti. Aret.conſ.160.num.12.de quo vide Tho.Gra.conſ.3.
2 † Adde,quòd cauſa ciuilis dicitur *a* quando agitur ad ali-
a quid applicandum parti, ſecundum gl.& Bar.in l.prætor, ff.de ſepul.viol.& Spec.in tit.de contu. §.ſequitur alia ci-

Digitized by Google

uilis,verſ. ſi vero. Secus ſi agitur ad aliquid applicandum
3 fiſco,l. Agraria, & ibi Bar. ff.de term.mo. † Dicitur cauſa etiam criminalis quando præſentatur inſtrumentum ſecũdum formam Ritus, vt decidit Matth.in deciſ.324. in tertio dubio per Ritum infra,qui incipit,item nota,in contrarium videtur Ritus infra incipiens, item ſeruat, ſub rubrica,quòd non admittatur procurator.

a ADDE.Quæ dicitur cauſa ciuilis,quæ criminalis,& quę mixta,vide ſupra,quæ addidi in Rit.57. Ioan.Michael.

RITVS CXLV.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes quando poſt terminum examinari poſſint.*

1 Item ſi detur,&c.)† Adde,an quãdo teſtes poſſunt examinari poſt terminum,poſuit gl.plene,& ibi per Scribentes in cõſt.Regni in pecuniarijs,vide quę dixi pro intellectu iſtius Ritus in prag. Regni incip. reſponſionibus,& ibi reperies,quid ſi teſtes poſt primum terminum, aut poſt publicationem,ſuperuenerunt.

RITVS CXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Audientia teſtium in repulſa an committenda?*

2 *Senex in qua ætate dicatur.*

1 Item curia,&c.)† De commiſſione teſtium in repulſa nota iſtum Ritum, quia contra ipſum videtur ſentire Matth.in conſt.Regni in pecuniarijs, 3.col.ver. tertio quæro, immemor forte iſtius, vbi dixit poſſe audientiam teſtium in repulſa committi ſolum contra perſonas,tu dic poſſe committi curialibus curiæ, vt iſte Ritus permittit.
2 In tex.ibi, ſeruũ, † adde,quod ſenex dicitur ille,qui eſt in ſeptuageſimo anno ætatis ſuæ, ſecundum Doct.Abb.in c.ſi qui teſtium,extra de teſt.& Matth.approbat in conſt.Regni in pecuniarijs,in 6.col. dixi in prag. Regni reſponſionibus,2.col.

RITVS CXLVII.

SVMMARIVM.

1 *Citatio requiritur in petitione teſtium examinandorum.*

1 Item ſi,&c.) † Ibi parte præſente, ſupple ibi per contumaciam ſcilicet præcedente citatione, quæ requiritur,quando teſtes petuntur examinari,l.ſi quando, C. de teſt.c.1 nomine domini,extra eod.tit. in fi.tex. ibi iur. cal.vide in l.2.C.de iureiur.propter cal.dan.

RITVS CXLIX.

SVMMARIVM.

1 *In teſtibus deponentibus attenditur tempus,& dies iuramenti.*

2 *Teſtes ſi in congruo loco iurarunt, depoſueruntq; in non congruo,valet eorum depoſitio.*

3 *Teſtes ad deponendum die feriata cogi non poſſunt, cum limit.*

1 Item quod.)† Adde,quod cum iſto Ritu concordat gl. in cõſt.Regni in pecuniarijs. Et nota,quod ex iſto Ritu cum ſequenti videtur colligi,quòd in teſtibus deponentibus attenditur tempus, & dies iuramenti ſi iurauerũt infra terminum,vel dies iuramenti fuit feriata. Et ſi iurauerunt infra terminũ etiam die non feriata, poſſunt deponere poſt terminum etiam die feriata. Sic etiam dicimus,
2 † quòd ſi iurauerunt in loco incongruo,& depoſuerunt in loco congruo,valeret eorum depoſitio,clem.1. de off.deleg.habetur per Spec.in tit.de off.deleg. §.1.verſ.ſed nunquid,per Bar.in l.ſi quando, C.de teſt. & in l.qui bona,§. qui damni. & ibi per Alex. ff. de dam. infec. per Bar. & Alex.in l.1.§.ſi ſeruus,ff.de quæſt.Rom.conſ.443.Eſt bene
3 † verum, quòd die feriata teſtes non poſſunt compelli deponere,ſecundũ Pau.de Caſt.& alios in l.1.ff.de fer.quod
a limita,niſi cauſa eſſet talis in qua feriæ non obſtarent a ſecundum dom.Alex.ibi.

a ADDE Feriæ non obſtarent,vt puta ſi procederetur cõtra famoſos latrones, & in alijs atrocibus delictis, vide quæ addidi ſupra in Rit.48.& 41.nu.19. Ioan.Michael.

RITVS CLI.

SVMMARIVM.

1 *Audientia teſtium an in criminalibus committatur, remiſſiuè.*

2 *Dieta quid, remiſſiue.*

1 Item curia,&c. † De iſta materia commiſſionis audiẽtiæ teſtium,& an poſſit committi in criminalibus, vi-
2 de per ſcribentes in conſt. Regni in pecuniarijs. † In tex.ibi dietam,de dieta,vide in l.1.per ſcribentes,ff.ſi quis cautio.

RITVS CLIII.

SVMMARIVM.

1 *Egregia perſona,quæ dicantur.*

2 *Examinator ad quarum perſonarum domum eſt mittendus.*

3 *Et an tunc aduerſarius ſit monẽdus;& cuius ſumptibus.*

1 Item ſi Epiſcopus.) In tex.ibi egregia perſona, † adde, quæ dicantur perſonæ egregiæ,vide per Doct.in l.ad egregias,ff.de iureiur. & idẽ intellige in teſtibus exa-
2 minandis, quando teſtes ſunt perſonæ egregiæ, † quia eis mittitur examinator ad eorum domum,& non ſolũ egregijs,ſed etiam perſonis pauperibus, qui per verecundiam non poſſunt in iudicio comparere.Et etiam mulieribus,& quampluribus alijs, de quibus per Moder.d.l.ad egregias, vbi vide an aduerſarius debeat moneri, vt ibi vadat ad vi-
3 dendũ iuramenta ipſorum. † Et cuius ſumptibus mitti debeat,vide ibi,& per Matth. in conſt.Regni partes in iudicio, in 3.q.& de extenſione d.l.ad egregias, an habeat locum in alijs perſonis,quam expreſſis in ea,vide per Hipp. in l.edictum,pen.col.ff.de quæſt.

RITVS CLVI.

SVMMARIVM.

1 *Senex qua in ætate dicatur.*

1 Item ſeruat,&c. † In tex.ibi ſenſum, adde quòd ſenex dicitur ille,qui eſt in anno ætatis ſuę ſeptuageſimo ſupra, ſecundum dom. Abb. in c.ſi qui teſtium,extra de teſt. & per Matth. in d.conſt.in pecuniarijs,6.col. In tex. ibi valetudinariorum,vide per Doct.in l.quæſitum,ff.de re iudic.& vide Ritum ſequentem.

RITVS CLVII.

SVMMARIVM.

1 *Examinatio teſtium regulariter non committitur.*

2 *Literati qui dicantur.*

1 Item ſeruat ipſa curia,&c.)† In tex. ibi regulariter, vt habetur in l.iudices,& per ibi poſita,C.de fide inſtr.& in conſt.Regni in pecuniarijs,& vtrobique per ſcribẽ-
2 tes.In tex.literati,&c.† vt ſunt iuris periti,& tabelliones, & alij, vt credo ſimilem peritiam literarum habentes, vt habetur per Doct.in l.ſicut,C.de fide inſtr.

RI-

Digitized by Google

RITVS CLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio teſtium examinationis alibi ad partis inſtantiam, alij intimatur.*

1 ITem ſeruat, &c.) † Adde quòd quando committitur examinatio teſtium alibi ad inſtantiam vnius, commiſſio debet intimari alteri, quód vadat illuc, vbi examinatio committitur ad videndum iurare teſtes, vt probat tex. in l. iudice, C. de fide inſtr. & ibi not. Doct. habetur per Bart. in l. generaliter, in fi. C. de reb. credit. & in l. cum ab initio, C. quemad. teſtam. aper. per Aret. inſtit. de act. §. quædam, fin. col. vide quæ dixi in prag. quæ incipit, reſponſionibus.

RITVS CLX.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor habilis ad conueniendum eſſe debet.*
2 *Facilitas conueniendi multis conſideratur modis.*

1 ITem quod nullus, &c.) In tex. ibi, ſed habiles ad conueniendum, &c. † fideiuſſor debet eſſe habilis ad conueniendum, vt probat tex. in l. 2. in princ. ff. qui ſatiſd. cogan. 2 † Et facilitas conueniendi conſideratur ratione loci forte munitiſſimi, ſecundum Guli. & Bar. in d. l. 2. Et etiam ratione perſonæ, vt ſi eſſet vnus notarius cauilloſus multum, ſeu alius homo potens, vt probat tex. in l. 1. in fi. ff. de alie. iud. mut. cau. facta, & in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, §. 1. ff. de verb. oblig. & habetur per Bar. in d. l. 2. Item ſi eſſet priuilegiatus, quia ratione priuilegij eſſet inhabilis ad cõueniendũ, vt in clerico, & alijs, de quibus habetur in l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & ibi Bart. & Doct.

RITVS CLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Debitor quis dicatur, & num. 3. & 5.*
2 *Exigere quid ſit.*
3 *Fideiuſſor debitoris appellatione continetur.*
4 *Practica ſuper præſentatione inſtrumenti debiti contra fideiuſſorem.*
5 *Creditor an dicatur, cui ex delicto debetur.*
6 *Ceſſionarius an dicatur creditor? & num. ſeq.*
7 *Statutum loquens de ceſſionario, quando locum habeat in credi.tere.*
8 *Ceſſionarius an via executiua poſſit agere?*
9 *Requiſita vt inſtrumentum dicatur.*
10 *Debitor inſtrumentum non ſolemne in ſui præiudicium pro vero fateri poteſt.*
11 *Debitum ſi non per ſcripturam, ſed per teſtes probaretur, fuiſſetque poſtea guarentigiæ præceptum factum per notarium, nunquid poſſet liquidari ſecundum formam Ritus 166.*
12 *Inſtrumenta publica quæ dicantur, & num ſeq.*
13 *Ficta ſtipulatio in cauſa dotis à lege inducta executioni non demandatur.*
14 *Inſtrumentum vt liquidari poſſit, validum eſſe debet.*
15 *Inſtrumentum conditionale, purificata conditione, an liquidari poſſit ſecundum formam Ritus 166.*
16 *Guarentigia habet vim confeſſi.*
17 *In iudiciali confeſſione non requiritur cauſa.*
18 *Si in inſtrumẽto aliquid incertum cum intereſſe promiſſum fuerit, an inſtrumentum cum intereſſe ſimul liquidabitur?*
19 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quando obſtabit inſtrumento liquidando, cum limit.*
20 *Debitor creditori, & venditor emptori inſtrumentum facere compelluntur.*
21 *Et an iydem liquidum facere cogantur.*
22 *Inſtrumentum quod & quando liquidum dicatur.*
23 *Satisfactio quomodo intelligitur.*
24 *Cauſa ſuper liquidatione inſtrumenti eſt criminalis.*
25 *Exceptio compenſationis an opponi poſſit, quando inſtrumentum eſt liquidum? & num. 38.*
26 *Iuramentum ſeruandum eſt in ſpecifica forma.*
27 *Iuri ſuo quilibet renunciare poteſt.*
28 *Exceptiones quamplures poſt liquidationem inſtrumenti opponi poſſunt.*
29 *Opponens exceptiones, an cauſam in vinculis dicat?*
30 *Iudex laicus an de inſtrumenti vſurarij oppoſitione cognoſcat?*
31 *Modi probandi falſitatem, & num. ſeq.*
32 *Inſtrumentum de parte falſum, nunquid totum falſum cenſeatur?*
33 *Inſtrumentum literis non intelligibilibus ſcriptum, vel contra formam ſtatuti non valet, & etiam ſi correſſum fuerit, num. 38.*
34 *Quæ opponi poſſent contra inſtrumentorum falſitatem, & inualiditatem.*
35 *Inſtrumentum guarentigiatum quid, remiſſiuè.*
36 *Inſtrumentum liquidum quid.*
37 *Notarij guarentigiæ præceptum ex priuilegio habent, & quando fieri poſſit.*
38 *Geminationis virtus, remiſſiue.*
39 *Opponi poteſt contra inſtrumentum, quod caret ſubſcriptione notarij, anno, & indict.*

1 ITem, quòd ſi qui debitores, &c.) † Adde, quòd debitor dicitur à quo inuito exigi poteſt l. debitori, ff. de verb.
2 oblig. l. Marcellus, ff. de reg. iur. † Exigere nanque eſt ab
3 inuito extorquere, l. fideicõmiſſa, §. ſi rem, ff. de leg. 3. † Et comprehenditur fideiuſſor, l. & magiſter, ff. de ſol. l. ſi fideiuſſor. in princ. ff. de leg. 1. per quæ iura ita concluditur cõmuniter per Doct. in l. 1. ff. ſi cert. pet. vbi vide per Alex. in
4 fi. col. & probatur in tex. iſtius Ritus. Et nota, † quod quãdo præſentatur inſtrumentũ contra fideiuſſores non opus eſt, quod creditor oſtendat inſtrumentum debiti in caſu quo forte poſt inſtrumentum debiti interceſſit fideiuſſor per aliud inſtrumentum publicum, ſi in inſtrumento fideiuſſionis ſit clara mentio debiti, ſecundum Bal. & Ang in l. ſciendum, ff. de verb. oblig. quod eſt ſingulare, ſecundum Alex. ibi. An autem in realibus ſit dare creditorem, & de-
5 bitorem. Et † an creditor dicatur ille cui debetur ex delicto? vide in locis prædictis per Doct. Comprehenderetur etiam hæres debitoris ſub iſto Ritu ſecundum Bar. Ang. & Doct. in l. poſtulãte, ff. ad Treb. niſi obſtaret alius Ritus, qui infra ſequitur, & incipit. Item ſeruat ipſa Curia, quod ſi debitor qui Ritus prohibet inſtrumentum præſentari contra heredem debitoris. Debitor autem non dicitur, qui debet aliquid cauſa conditionis implendæ, ſecundum Bar. in
6 l. ſtatu liberos, ff. de ſta. lib. Et an † ceſſionarius dicatur creditor, vide per Alex. poſt alios in d. l. 1. ff. ſi cer. pe. & in l. ſi ſic, §. ſi quis ita, ff. de leg. 1. Rom. in conſ. 38. & cõſ. 142. vbi videntur concludere, quòd ſic, & dicit Rom. in d. conſ. 142. quod de hoc eſt caſus in l. 2. C. de donat. Et ideo
7 † ſtatutum loquens de creditore, habet locũ in ceſſionario ſecundum ipſos, niſi appareret aliam eſſe mentẽ ſtatuti, contra tamen eos facit tex. & quod ibi no. gl. & Bal. in l. plane, ff. fam. ercisc. quæ videtur loqui in actione reali ceſſa, quo caſu, an dicatur creditor ceſſionarius, vide in locis
8 prædictis. An † autem poſſit via exequutiua ceſſionarius agere ſecundum iſtum Ritum? Matth. videtur dicere, quod non, in conſt. Regni eos, qui ſcienter, in 10. q. de iſta quæſtione vide, quæ dicam infra in Ritu qui incipit, item ſeruat. &c. ſub rub. de præambulis, nu. 282. in tex. ibi publica
9 inſtrumenta, † ad hoc, vt dicatur inſtrumentũ, vide requi-

Digitized by Google

ſita poſita per Matth.in cōſt.Regni Baiulos omnes,nu.19.
& in conſt.inſtrumentorum robur,in princ.& in dec.183.
10 † Poteſt autem debitor in ſui præiudicium fateri pro ve-
ro inſtrumentum non ſolēne, iuxta theoricā Inn.in c.cum
venerabilis,extra de excep & ibi per Abb.& Fely.pro qua
conſuluit Alex.conſ.34. verſ.ſed dixi, 3.vol. ita Bal. in l.ſi
cum,C.de cond.ob cau.ſecus autē ſi illud fateretur relati-
uè ad inſtrumentum, ſecundum Rom.conſ.294. Sed pone,
11 † pro debito non eſſet facta ſcriptura,ſed probaretur de-
bitum per teſtes,& poſtmodum fuiſſet factum præceptum
a guarantiæ a per notarium ; his omnibus redactis an poſſit
liquidari ſecundum formam iſtius Ritus? & videtur,quòd
ſic,authoritate eius,quod ſingulariter dixit Ang.in l.fin.C.
de edicto diui Adri.toll.vbi hoc dixit pūctualiter,& dixit
eſſe mirabile, & ſingulare , ſed eius dictum impugnat ibi
Alex.per doctr.Bar.l.3.C.de pign.penult.col.quem vide,
dicit tamen poſſe ſaluari Ang. in caſu quo teſtes poſſunt
recipi lite non conteſtata,ſcilicet valetudinarij,& de pro-
ximo receſſuri.Sed ego dico,quòd in terminis iſtius Ritus
12 non poteſt habere locū doctr. Ang. † quia in Regno in-
ſtrumenta publica dicuntur ea de quibus eſt confecta ſcri-
ptura cū requiſitis de quibus per Matth.poſt Andr. in cō-
ſtit.Baiulos omnes,in 2.carta.& in conſt. inſtrumentorum
robur.primo nota.poſt gl.in l.generali , C.de tabu.lib.10.
& Abb.in c.1.extra de fide inſtr. & iſte Ritus requirit pu-
blica inſtrumenta apparere de debito cum iuramento, &
appoſitione pœnæ ad hoc,vt poſſint liquidari, igitur, &c.
pro quo facit id,quod dixit Fely.in cap.ex parte , lo 2.ex-
tra,de off.de leg.vbi dixit , quod ſi per ſtatutū prohibetur
opponi exceptio contra inſtrum.publ. Opponitur tamen ,
quod non eſt inſtrumen.publ. Et per iſta videtur poſſe fir-
13 mari id quod dixit Imol. in l 1. ff. ſol. matr. † quòd ficta
ſtipulatio inducta a lege in cauſa dotis nō poſſit exequu-
tioni demandari ſecundum formam ſtatuti , mouetur per
tex.& quæ ibi habētur per Bar.in l.1.ff.de his,quę in teſta.
dele.vbi dixit , quod ſi inſtr.liquidum eſt deperditum , &
probatus eſt tenor per teſtes, licet debitū poſſit peti , non
tamen poteſt peti exequutio ex forma ſtatuti . Nam inſtr.
dicitur illud quod cōtinet id,quod legi poteſt,ſed ficta ſti-
pulatio legi non poteſt ſecūdū ipſos,igitur, &c.de quo ar-
ticulo vide plene per Alex.in l.iuriſgentium,§.quod fere,
ff.de pact.& in d.l.1.& in l.1.in fi.ff de leg.2. poſt Bar.ibi
per Ant.de Burr.in c.translato,extra de conſt.Et intellige,
14 † quod etiam inſtrumentum debet eſſe validū ad hoc , vt
poſsit liquidari ſecundum formam iſtius Ritus, ſecundum
Bart.in l.non putauit,in §.non quæuis,ff.de bon.poſſ.con.
tab.& Bald.in l.etiam, 2.col.in princ. C.de exequ.rei iud.
& in l.hac edictali , §.quam obſeruationem , C.de ſecund.
nupt.& in l.abſentis,C.ſi cer.pet.& in rub.C.de conſt pec.
& in l.ſi non ſortem,§.indebiti,ff.de cond.indeb. ita etiam
conſuluit Cor.conſ 284.nu 9.lib.4. & ſumitur ex iſto Rit.
in verſ.alios defectus, & vide Rit.ſequentem,qui requirit
b inſtrumentum eſſe liquidum, b cum quo concordat Bal.in
l.2.fi.col.C.de exequut.rei iud. & Bart.in l.proinde,§.no-
tandum,ff.ad l.Aquil. & Alex.conſ.188. 2.col.verſ.venio,
15 2.vol. Quid autem † ſi inſtrumentum eſſet conditionale,
& conditio eſſet purificata,an poſsit liquidari ſecundū for
mam iſtius Ritus ? & videtur,ꝙ ſic,per doctr.Bal.in l.cum
teſtamēto,circa fin.C.de teſta.manu.pro qua cōſuluit Dec.
conſ.46. 3.col.in princ.1.lib.& Aret.conſ.32.1.col. Socin.
conſ.4.1.vol.Alex.conſ.90.3.col.3.vol.Cor.cōſ.112.1.vol.
Dec.conſ.107.1.vol.quod non credo habere locum in ter-
minis iſtius Ritus, ex quo obſeruantia Magnæ Curiæ, quæ
infra ſequitur,requirit quod inſtrumentū ſit liquidum,ſine
alia probatione , vel petitione danda ad probandum liqui-
ditatem: ſed in quæſtione prædicta eſſet neceſſe verificare
purificationem conditionis, ſecundum prædictos, per tex.
in l hoc iure,ff.de verbor.ſignif. per quem tex.ita declarat
Iaſ.in l.1.ff.de edend. ita etiam conſuluit Socin. conſil.51.
incip præſtantiſsime, 1.vol. igitur,&c.niſi in caſu,quo per
aliud inſtrumentum probaretur purificatio conditionis ,
quia forte admitteretur ad præſentandum dictum inſtru-
mentum : moueor per id , quod dicta obſeruantia dicit ,
permittendo procedi poſſe ad interrogationem quando
vnum inſtrumētum eſſet liquidum per reſpectū ad aliud ,
ſic etiam in caſu quo purificatio conditionis probaretur
per inſtrumentum deberet poſſe procedi ad præſentatio-
nem ipſius inſtrumenti conditionalis purificata,& proba-
ta conditione,vt ſupra per Doct.Bal.in l.fin. C.de fal.cau.
adie.leg.Sed quid ſi in inſtrumento nō liquido apponitur
pactum exequutiuum? vide per Bar.in l.3.C.de pign.verſ.
tertio principaliter quæro,Aret.conſ.32. 1.col. Et quid ſi
inſtrumētum liquidum habet pactum excluſiuum exequu-
tionis in futurū,vide per Socin.in l.pecuniam , ff.ſi certum
pet.& in l.quibus diebus,§.quidam Titio ff.de cond.& de-
mon.per Ang.conſ.203.per Bart.in l.Iulianus, ff.de cond.
indeb.Et adde vnū notabile verbum Alex.in l.ſicut , C.de
repud.hæred.videlicet,quòd ſi inſtrumentum liquidum nō
haberet cauſam ; haberet tamen exequutionem paratā ſe-
cundum forma ſtatuti,mouetur quia ſecundum Bal. ibid.
16 † guarentigia c habet vim confeſſi in iudicio , † Et in iu-
c diciali confeſsione non requiritur cauſa ſecundū Cyn. in
17 l.1.C.de confeſſ.& Abb.in c. ſi cautio 3.col. de fide inſtr.
vbi etiam per Fely.habetur per Alex.in l.fin.§.in cōputa-
tione,C.de iur.delib.maximè ſi inſtrumentum contineret
iuramentum,ſecundū Rom.conſ.373.incipien.in caſu pro-
poſito,&c. circa medium,verſ.cæterū, & Ioan.Bapt.in re-
pet.l.admonēdi,in 7.car.ff.de iureiur. Hyppo.in l.1.§.prę-
terea,15.col.ff.de quæſt.Quia iuramētum ſupplet cauſam
ſecundum ipſos,& ideo poſſet liquidari ſecundū formam
18 iſtius Ritus. † Sed quid ſi promiſſum non fuit intereſſe,
ſed aliquid incertum in inſtrumento,an poſſit illud inſtru-
mentum liquidari,& eodem tempore liquidari intereſſe ?
iſta quæſtio ponitur per Bart.in l.1.in fi.ff.de leg.2. & in l.
1.de eden.& ibi per Iaſ.Bal.conſ.393,2.lib.Rom conſ.76.
pen.col.Alex.in l.certi conditio,in princ.in 3.col.ff.ſi cer.
pet.vbi etiā per Iaſ.in 7.col.& in l. iuriſgentium , §.quod
fere,ff.de pact.& ibi per Modern.per Alex. cōſ.187.2.lib.
ibi videtur concluſum magis communiter,quod ſic , quo-
rum deciſio poſſet procedere niſi obſtaret ei prææallegata
obſeruantia Magnæ Curiæ, quæ requirit inſtr. liquidū de
per ſe,ſine alia probatione , vel petitione ad probandum
19 liquiditatem . Quid autem † ſi inſtrumentum , quod pe-
titur liquidari ſecundum formā iſtius Ritus, cantat de cō-
feſſione debiti promiſſi,& non de reali numeratione,an ſi
infra biennium præſentatur ſecundum formā iſtius Ritus,
obſtet exceptio non numeratæ pecuniæ ? & videtur,quod
ſic,per ea quæ voluit Bal.in l.qui pecuniā,ſi cert.pet.Cyn.
Bal.& Alex.in l.in contractibus, in princ. C.de non num.
pecu.per Iaſ.in d.l.qui pecuniam,concludentes exceptio-
nem non numeratæ pecuniæ habere locum contra inſtru-
mentum confeſsionatum , quòd habet exequutionē para-
tam,habetur etiam per Matth. in conſt. Regni cauſas pe-
nult.colum.in fi.quod limita, niſi confeſsio eſſet geminata
d d per tex.& ibi Bart.in l.cum fidē, C.de non nu.pec. & in
l.1.C.de plus pet.per quem tex.ita dicit gl.Bal. & Ang. in
l.contractibus,§.ſed quoniam,C.de eo.& Cap. in dec.19.
20 † Quęro inſuper,quia clarū eſt iure,quod debitor poteſt
compelli ad faciendum inſtrumētum creditori de debito ,
vt firmat gl. & Abb. Panormit. in c.ſignificauit , extra de
teſt.& Bart.in l.ſi finita,§.elegāter,ff.de dam.infect. Aret.
in l.2.in princ.in 3.col.ff.ſol.matr.Lucas de Pen.in l.ne ca-
ſu,C.de diſcu.lib.10.ſi mauit Matth.in conſt.Reg. baiulos
omnes pen.col.in princ. Et idem in venditore,qui tenetur
facere inſtrumentum emptori de re vendita,arg.l.ſicut da-
21 tam,C.de lib.cau. † an iſti ſcilicet debitor,& venditor te-
neantur facere inſtrumentum liquidū , quod haberet exe-
cutionem paratam per iſtum Ritum? Ang.ſingulariter in l.
omnibus,ff.de iud.dixit,quòd non,per rationē,quia ius de-
bitoris efficeretur deterius,& vide per Alex. in §.elegan-
ter.Et adde,quod iſte Ritus conſeruatur contra clericum,
ſecundū Bald.in l.cunctos populos, C.de ſum.Trin.& Fide
Cath.6.col.verſ.ſed hic, licet Bart.videatur ibi tenere cō-
trariū,& non bene,ſecundū ipſum,per rationes,de quibus
ibi

Digitized by Google

ibi per eum, etiam ad inſtantiā alterius clerici in forō canonico, ſecundum ipſum; ita decidit Compoſtell. Io. And. & Ant. de Butr. in rubr. extra de conſuet. probat tex. in l. 3. §. fin. ff. de teſtib. cōſuluit Alex. cōſ. 163. incip. viſo proceſſu, 1. col. verſ. attento, 2. vol. firmat Matth. in cōſt. Regni ſi quis in poſterum, 1. not. 7. q. Sed quid ſi clericus habet inſtrumētum liquidum contra laicum, an poſſit ipſum præſentare contra laicum, ſecundum formā iſtius Ritus? & videtur, quod ſic, per ea quę dixit Bal. in l. cūctos populos, in 7. col. C. de ſum. Trin. vbi adducitur quamplures aliæ authoritates. An autem in terminis iſtius currat inſtantia? vide, quæ habentur per Iaſ. in l. properandum, in princ. in 2. col. in fin. C. de iudic. Et quia in ſequenti obſeruantia dicitur, quod
22 inſtrumentū debet eſſe liquidum, † quæro, quod, & quando inſtrumentū dicatur liquidum? vide per Bal. in l. 2. in fi. C. de exequu. rei iud. & ibi per Alex. in apoſtil. & in cōſ. 90. pen. col. 3. lib. & in conſ. 25. 3. col. 2. lib. & conſ. 188. 2. vol. per eundem Bal. in l. ſi quidem, C. de except. per Aret. conſ. 32. in princ. Soc. conſ. 4. 1. volum. in tex. ibi, ſatisfeciſſe.
23 † Adde, quod ſatisfacere, intelligitur quocunque modo obligatio creditoris ſit ſoluta, probat tex. in l. ſolutionis, & in l. ſatisfactio. ff. de ſol. puta ſi ſoluit creditori creditoris ſui, quia liberatur à ſuo creditore, per tex. & quæ ibi habentur per Alex. in l. ſolutum, §. ſolutam, ff. de pign. act. & ibi per Bart. in princ. & idem in ſimilibus, vt habetur per Bart. & Doct. in l. non ſolum, in §. fin. ff. ſolu. matr. conſuluit Corn. conſ. 52. & conſ. 79. 1. vol. & conſ. 111. 4. vol. Dicitur etiam ſatisfactum, ſi creditor ſua voluntate habuit promiſſorem eius, quod ſibi debebatur, ita conſuluit Corn. conſil. 169. fin. col. 2. vol. Qualitercunque enim eſt creditori ſatisfactū, ſecundum Dominum Abbat. in c. præterea, extra de vſur. In tex. ibi, iuramenta, &c. adde, quod Matth. in deciſ. 324.
24 in 3. dub. & in deciſ. 64. firmat, quod † cauſa ſuper liquidatione inſtrumenti eſt criminalis: in contrarium videtur Ritus expreſſus infra, qui incipit, Item ſeruat ipſa Curia,
25 ſub rubr. quod nō admittatur procurator. † Sed quæritur, an poſtquā inſtrumentum eſt liquidatum, poſſit opponi ex-
e ceptio compenſationis? *e* Et in hoc conſidera verbum ſoluere, poſitum in tex. quo conſiderato, videtur dicendum, quod
f non, *f* ſtante inſtrumento iurato, in quo ſolutio promiſſa
26 fuit, quia † iuramētum debet ſeruari in forma ſpecificata, per tex. cum gloſ. & ibi per Doct. c. ad noſtram, de iureiur. lo primo, ita conſuluit Alex. conſ. 91. 2. col. 2. vol. contrarium firmauit Bar. & Ang. Raphael in l. amplius, ff. rem rat. hab. & Ang. in l. ſi conſtat, C. de compen. & Alex. conſ. 12. pen. col. eodem volum. ſibi contrarius. Quo verò ad verbū ſatisfactio, de quo in tex. dicitur, quocunque modo obligatio ſoluta eſt, vt probat text. in l. ſolutionis, & in l. ſatisfaction. ff. de ſolutio. cum alijs ſupra ad hoc allegatis, tunc in caſibus, in quibus compenſatio oppoſita ab homine fit ipſo iure, iuxta tex. & quæ ibi habentur in l. ſi conſtat, ſufficeret ipſam opponere, iuxta tex. & quæ ibi habentur in l. fin. C. eo. niſi inſtrumento liquidato eſſet renunciatum compen-
27 ſationi. † Quia iuri ſuo quilibet renunciare poteſt, l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. cum ſimilibus. Et multæ aliæ
g exceptiones, *g* † opponi poſſunt poſt liquidationē inſtru-
28 menti, maximè exceptio cedendarum, & acceptilationis, de quibus per Bart. & Alex. in l. 1. §. parui, ff. quod vi, aut clam, & in d. l. amplius. Et collige ex fine iſtius Rit. ibi, & ſi
29 debitores, &c. † Opponens exceptionem falſitatis, inualiditatis, & defectus inſtrumenti, quod debet cauſam in vinculis dicere contra opin. Matth. in cōſtitutionibus Regni inſtrumentorum robur, in 3. no. dicentis contrarium,
30 ſed nihil allegat. † Quid enim ſi opponitur cōtra inſtrumentum liquidum, quod eſt vſurarum, an iudex laicus co-
h gnoſcat? *h* vide per Bald. in l. quotiens, C. de iudicijs, ſequentem diſtinctionem Bar. ibidē. In tex. ibi falſitatis, &c.
31 † Adde modum probandi falſitatem inſtrumētorum, per Spec. in tit. de probat. §. 3. verſ. inſtrumentorum, & in tit. de inſtrument. editio. §. 8. & §. 9. & in tit. de probat. §. 3. Quæ falſitas non præſumitur. vide per Alex. in l. iuriſgentium,
32 §. fere, ff. de pact. † Et an ſi in vna parte inſtrumentum probatur falſum, cenſeatur falſum in totum, gl. & Doct. in l. ſi ex falſis, C. de tranſact. & Paul. de Caſtro in conſil. 138. & dicit Bald. in dicta l. ſi ex falſis, verſic. vlterius quæritur, quod ſi inſtrumentum eſt falſum in fideiuſſione, ſiue pœna, non cenſetur falſum in principali. Et de modo probandi falſitatem inſtrumenti, vide per Abb. in cap. tertio loco, extra de probationibus, & in l. iubemus, in fine, C. de teſtamentis, & in l. Imperator, ff. de ſtatu hom. & vide Alexan. conſil. 13. 4. parte, per Doct. in cap. fraternitatis, extra de teſtib. per Felyn. in cap. fraternitatis, de hære. & in l. quicquid aſtringendæ, de verb. oblig. vbi Bart. Ang. & Alex.
33 dicunt, inſtrumentum † ſcriptum literis non intelligibili-
i bus, *i* non valere, & idem ſi inſtrumentum *k* eſſet, ſiue ap-
k pareret contra formam ſtatuti, ſecundum Dom. Card. in clement. 1. §. 1. in fi. quæſt. extra de exceſſ. prælat. & conſequenter hodie cōtra formam conſtitutionis Regni, & ideo non diceretur inſtrumentum publicum, & per conſequens non eſſet locus præſentationi, & liquidationi, ſecundum
34 formam iſtius Ritus. Et de his, quæ poſſunt opponi † contra inſtrumenta ad eorum falſitatem, & inualiditatem, vide per Doct. maximè Bald. in l. in exercendis, C. de fide inſtrument. non etiam opponitur, quod continet pactum nudum, ex quo cenſetur literis veſtitum, & ideo præſentaretur ſecundum Rit. authoritate Bal. in l. 2. in fi. C. de exequutione rei iudic. Et ſi inſtrumentum eſſet confectum extra Regnum, & contra exterum præſentaretur ſecundum Rit. per not. per Bart. in l. 1. C. de ſum. Trinit. & ibi Bald in conſ. 453. Corn. in conſ. 152. 1. volum.

a † ADDE, quid ſit inſtrumentum guarentigiæ, vide Bart.
35 & ibi add. in l. error, nu. 2. & Iaſ. pen. col. C. de iu. & fact. ignor. & Alex. in l. 3. C. de reali. ger. Ioan. Michael.

b † ADDE liquidum. Adde quid dicatur inſtrumentum
36 liquidum, per eundē authorem in prag. odia, antepen. car. Ioan. Mich.

c † ADDE, quod notarius facit præceptum guarentigiæ
37 ex poteſtate ſibi data in priuilegio, quia aliàs non poſſet, per not. per Bart. in l. fin. C. vbi, & apud quem, & in l. à diuo Pio, §. ſententia, in fi. ff. de re iudic. contra opin. Pau. in l. 1. de iud. & ſit in mere confeſſum, ſecundum Iac. Butr. in l. 2. §. actor. C. de iuram. calum. vbi infert, quòd non fit contra fratrem confeſſum, ſecundum Ant. de Butr in repert. in litera C. nu. 214. in verſic. guarentigia, per ſcripta per Can. in c. cum ſecundum, de hære. in 6. per Bald. in add. Spec. in tit. de appell. §. item quæritur, & in l. iubemus, §. ſane, C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. ſi quis maior, C. de tranſact. Hieronymus.

d ADDE iuramentum. Adde eundem authorem ſupra in Rit. 129. & quæ addidit max. Mar. Ant. Baue. de virt. iur. Ioan. Mich.

e † Adde geminata. Adde videndum de virtute gemina-
38 tionis Ant. Corſetum in tract. de virt. gemin. & quæ addidi ſupra in Ritu 129. nu. 14.

f ADDE compenſationis. Adde, quod licet non habeat locum compenſatio, admittitur reconuentio incontinenti probanda, Bald. in l. fin. de compenſ. Ioan. Michael.

g ADDE Aret. conſil. 99. Hieronymus.

h ADDE an ſi contra inſtrumentum opponitur, quod teſtes ſubſcripti nō ſunt omni exceptione maiores, an debeat liberari fideiuſſoribus, & nō dicere cauſas in vinculis? vide Affl. in conſt. Reg. inſtrumentorum, in 3. not. Hieronymus.

i ADDE cognoſcat, vide quę addidi ſupra in Rit. 57. num. 2. Ioan. Mich.

k ADDE non intelligibilibus. Adde, quòd idem videtur ſi in aliqua ſui parte eſſet corroſum, ſiue deletum, quod no poſſit oculis corporeis legi, niſi per coniecturam, quia tunc non poſſet præſentari ſecundum formam Rit. facit optimè tex. in l. 1. ff. de his, quæ in teſtam. delen. quem tex. ad hoc ponderauit legendo Dominus meus, Dom. Loyſius Grillus de Salerno. Ioan. Michael.

l † ADDE, quod contra inſtrumentum oppo. quod caret
39 ſubſcrip. notarij, anno, & indictione, gl. 1. l. generali, C. de tab. lib. 10. l. in nomine Domini, C. de off. præ. Afr. auth. de ann.

Digitized by Google

ann.in princ.col.6.23.diſt. c.in nomine Domini,& his deficientibus, non dicitur inſtrumentum, l.contractus, C.de fide inſtr.habetur per Can.in c.cum P. extra eo. per ciuil. in l.hac cõſultiſſima,de teſta.per Alex.conſ.142. 2.volum. & talia deberent ſcribi per longum,per gl. in conſt.Regni conſuetudine poſſunt talia inſtrumenta impugnare, ſecundum Matth. ibi.

RITVS CLXVII.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum etiam liquidum, elapſis diebus viginti praſentari non poteſt.*

2 *Inſtrumentum liquidi debiti conditionem, liquidari non poteſt, nec paratam habet executionem.*

3 *Conditio inſtrumenti iudici liquidanda.*

4 *Ex duobus inſtrumentis iunctis, probabitur vnum liquidum.*

NOta quod.) In tex.ibi not.quod,&c. ex iſto tex.no-
1 tatur,† quod inſtrumentũ etiam ꝙ ſit liquidum,non poteſt præſentari, ſecundum formam Rit. ſi ſunt tranſacti anni viginti à die natiuitatis actionis contentæ in dicto inſtrumento,& ad effectũ cognoſcendi,quãdo ſit nata actio, vt videatur ſi ſunt tranſacti anni viginti,vide Cyn.l.1.C.vt actio ab hæred.& contra hæred. & Bart.in l.ita ſtipulatus, in 17.col.ff.de verb.oblig. & ibi per Alex.& alios, & in l. interdum,ff eod.habetur per Matth.in deciſ.279.per Bald.
2 in l.exceptionem, C. de prob.† In tex. ibi item intelligitur, &c. adde, quod ſi inſtrumentum debiti liquidi cõtinet conditionem,nõ habet exequutionem paratam, nec poſſet propterea liquidari ſecundum formam Ritus per nota.per
3 Innoc.in c.quia extra,de iud. † quia conditio debet liquidari iudici,ſecundum Bal.in l.cum teſtamento,C.de manu. teſt.& Alex.& alios in l.fin.§.1.ff.de vulg.& pup. ita conſul.Dec.conſ.107.fin.col.& conſ.46.3.col.1.vol. & in ipſa liquidatione oblata deſuper petitione debet pars citari, ſecundum Bal.in l.per diuerſas,in 10.q.C.mand.& Dec.in d.conſ.107.cum concord.ibi allegatis per eum,quod vetat præſens obſeruantia: vide quę dixi ſupra in Rit.164.nu.20. quibus adde,quòd per petitionẽ præambulam videtur eſſe liquidam eo caſu cõditionem per Rit.infra nu.281. & ipſa liquidata,ſecundum eius ordinem,liquidari inſtrumentum ſecundum Ritum, & credo quod ita ſeruatur. In tex.ibi, poteſt etiam,&c.adde Bal.in l.fin. C.de fal.cau.adiect.leg.
4 in princ. vbi † dixit, quòd ex duobus inſtrumentis ſimul iunctis probatur aliquod liquidum, quod ex vno ſolo non probaretur, & dicit notandum ad exequutionẽ inſtrumentorum liquidorum. de materia adde videnda notata per Bart.& quæ ad eum addit Alex.in l.proinde,§.notandum, ff.ad leg.Aquil.& Cap.in deciſ.48.num.2.& 3. & quæ dixi in prœg.odia,4.carta,in fin.ver. & ibi dicitur.

RITVS CLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Præuentionis materiam remiſſiue, & num.3.*

2 *Hæres creditoris beneficium ſtatuti loquentis in creditoris fauorem habet.*

3 *Præuentio per citationem quando inducatur.*

NOt.quod illa,&c.)In prin.Ritus ibi per citationem
1 præuentus, de materia † præuentionis vide prag. Regni,quæ incipit,Malitijs,& quæ ſuper ea ſcripſi,quibus adde ibi dum per me allegatur Matth.in deciſ.18.aduerte quia eſt in deciſ.387.& proceſſit errore impreſſoris, & in fi.commen.vbi allegatur lex pupillus. Adde Matth.in deciſ.138.3.col.in fi.tex.adde Imo.in l.ſi ſic,§.fin.ff.de leg.1.
2 vbi voluit, quod † hæres creditoris habet beneficiũ ſtatuti exequutiui in fauorem creditoris loquẽtis, & hoc cadit, in fine tex.obſeruantiæ præcedentis.De materia præuentionis, vide quæ dicam infra in Rit.qui incipit,Item quod
a quando contigerit,ſub rubrica de præuentione, a † vbi de-
3 clarabo,quod per citationem inducitur præuentio, quãdo citatio continet continenda ex quibus citatus poterit reddi certus de his ad quæ citatur, ſecus ſi cõtineret, quod citatus compareret ad recipiendum libellum, quia tunc nõ inducitur præuentio per iura ibi alleganda, vbi vide per quæ optime prædicta probantur.

a ADDE, quod eſt in Rit.num.185. Ioan.Mich.

RITVS CLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Practica quod veniens cum ſacco paratus non exigatur de pœna, vnde ſumpta.*

1 VBi autem citatus,&c.)In tex.ibi ſacco paratus,† credo,quòd iſta practica fuit ſumpta ex tex.& gl. in c. apud miſericordem.32.q.1.vide,quę dicam infra in Ritu, qui incipit, Item,quod ſi aliquis nu.170.

RITVS CLXX.

SVMMARIVM.

1 *Suſpicio fugæ ad capturam ſufficiens poſt inſtrumentum ſuperuenire debet,non ante, cum limit. & nu.12.*

2 *In dubio præſumitur ignorantia creditoris, onuſq; ſcientiam probandi cui incumbat.*

3 *Dans creditori doloſum promiſſorem, habet contra ſe actionem de dolo,teneturque ad intereſſe.*

4 *An creditoris iuramento ſit ſtandum, quod ſuſpicionis cauſa ſuperuenit.*

5 *Qualiter fugitiuum quem eſſe probetur.*

6 *Suſpicio fugæ pro modico debito non allegabitur,nec quando pignus adeſt, & num.13.*

7 *Contrahens cum aduena, ſcienſque receſſurum,nunquid eum capi faciet?*

8 *Captura ob fugæ ſuſpicionem & die feriato, & à iudice incompetenti fieri permittitur. num.12.*

9 *Iudex, quando familiam ad ſuſpectum capiendum concedit, eum non citat.*

10 *Captura ſi poſt non iuſtificabitur,erit nulla, captuſque relaxandus: & ſi aufugeret, nemo pro eo tenetur: & etiam ſi ipſe redire iuraſſet, ibidem.*

11 *Curia quando a captura incipiat.*

12 *Pactum in inſtrumento, quod non ſoluens capiatur propria creditoris authoritate,an valeat? & num.ſeq.*

13 *De modico non curandum.*

1 ITem no.&c.)In tex.ibi poſt confectionem, &c. † Not.
2 quòd ſuſpicio fugæ debet ſuperuenire a poſt cõfectionem inſtrumenti,concordat tex.cum ibi not. per Bar.in l.ſi creditores,ff.de priu.cred & in l.is à quo,in fi.vbi per Bar. ff.vt in poſſ.le. & in l.ait prætor, §.ſi debitores, ff.quæ in fraũ cred.& ibi per Bart.no. Ang.in l.ſi ab arbitrio, ff.qui ſatiſd.cog.habetur per Imo.& Alex.in l.2.in prin.in 4.col. ff.ſol.mat.per Ang.in l.nemo carcerem,C.de exact.tribu. lib.10.& in d.l.ſi is à quo,per Bart. in l.fin. C.de ſponſ.in l.quęſitum,de pi.& in l.qui bona,§.de illo,& ibi Ang.ff.de dam.infe. in tantum, quòd ſi ante ſuberat ſuſpicio,non eſt ſufficiens ad capiendum,& captus deberet relaxari, ſecũdũ Ang.& Pau.de Caſt.in d.l.ſi ab arbitrio. Limita tamen multum notanter,quod ſi tempore contractus cauſa ſuſpicionis ſuberat, & creditor illam ignorabat, quòd perinde iudicabitur ac ſi poſtea ſuperueniſſet,ita no.Alex.in d.l.2. in princ.in pen.col.allegat Bar.in l.fin.C.de ſpon. Et dixit
2 Bal.in d.l.fin.per tex.ibi in ver. probatum fuerit,quod † in dubio

Digitized by Google

dubio præſumitur ignorantia creditoris,& onus probandi ſcientiam incumbit debitori,& idẽ voluit Bal.in l.ſi legibus, C.de epi.aud.firmauit Alex.in d.l.2.pen.col.quod no.multum. Secundo limita,niſi dolo debitoris creditor inductus fuiſſet ad ſecum contrahendum , quia tunc perdet beneficium dicendi,quod cauſa ſuſpicionis ſuberat tempore cõtractus,ita dixit Pau.de Caſt.in l.etiã,§.1.ff.ſol.mat. quod ſequitur Alex.in d.l.2.qui dicit ſimiliter eſſe notãdum. Et
3 no. † vnum contra mercatorem doloſum, qui dat ſuo creditori promiſſorem, qui incontinẽti eſt fugam arrepturus, quod contra ipſum datur actio de dolo,quamuis primæua actio fuerat extincta per dationem promiſſoris , & ad intereſſe tenetur,ſecundum Bal.& Ang.in l.ſi cum dotem,§. ſi mulier, lo primo, & ibi per Alex. ff.ſol. matr. & dicunt probari in l.ſub prætextu.la prima,C.de tranſa.& in gl.d.
4 §.ſi mulier. An autem † ſtetur iuramento creditoris,quod cauſa ſuſpicionis ſibi peruenit? vide per Bart. in l.ſolent,ff. de alim.& cib.leg.& per Alex.in d.l.2.in pen. col. in tex.
5 ibi fugitiuum , &c. † qualiter autem probatur, quem eſſe fugitiuum,Doctores varia dixerunt,tamen magis communis concluſio videtur eſſe , quòd ſolo iuramento probatur quoad effectum capiendi,propter periculũ fugæ,ita quòd poſtea iuſtificetur captura coram iudice per coniecturas ſaltim,vt habetur per Alex.& Iaſ.in d.l.2.in princ.antep. col.per Par.de Puteo in tract.ſynd.in verſ.captura . Et ad-
6 uerte,† quòd pro modico *b* debito ſuſpicio debitoris alle-
b gari non poteſt,ſecundum Bal.in auth.ſed iam neceſſe, C. de don. ante nup. ita firmat Paris in d. ver. captura , nec etiam ſi creditor incumbit pignori,ſecundũ Bal.in l.credi-
7 tor,la ſeconda,ff.ſi,cer.pet. † Sed pone , quòd aliquis contraxit cum aduena,quem debet ſcire receſſurum,an ipſum recedentẽ poſſit capi facere? Bart.in d.l.ait prætor,§.ſi debitore,ver . quæritur,ſentit,quòd non,quia cauſa recedendi ſuberat à principio contractus , quia tanquam aduena poterat recedere , ſed Bal.in rubrica, C.de reuo. his,quæ per frau.ſunt alie.in 2.col.ver.ſed vlterius, dicit contrariũ per rationes de quib.ibi per eum,quẽ ſequitur Ro. in l.2. ff.ſol.mat.vide per Alex.in d.rub.in apoſt.ad Bal.in d.ver.
8 vlterius, poteſt tamen † in caſu præmiſſo captura fieri die feriato etiã in honorem Dei,ſecundum Bart.in d.§.ſi debitorem.ſ.vt captus ducatur ad iudicem, non autẽ , vt iudex cognoſcat de meritis cauſæ,ſecundum ipſum,ita etiã dixit Ang.in d.§.ab arbitrio,vbi dicit,quod etiam lite pendente,poſſet procedi ad capturam,ſuperueniente cauſa , vide eum etiam ſi eſſet dies dominicus,vt conſuluit Pet.de Ancha.in eius conſ.121.quẽ referunt Moderni poſt Bart.in d.
c §.ſi debitorem. Ac etiam per iudicẽ incompetentem, *c* & talis captura non redarguitur propter iudicis incompetẽtiam,ſecundũ ipſos habetur plene per Deci.conſ.75.1.vol. & per Card.Zabarel.& Barb. in c.cũ non ab homine, extra de iudicijs,in tãtum, quòd iudex ſecularis poteſt capere clericũ in flagranti , vt poſtea ipſum dimittat ad ſuum iudicem,ſecundum Ioan.And.poſt Innoc.in c.vt famæ,extra de ſent.excomm.& in d.c.cum non ab homine,& Bar. in l.ſi quis in ſeruitute,ff.de fur. Bal.in l. ſi qua per calumniam,C.de Epiſc.& cler.& in l.1.C.de ſer.fug.per Mod.in l.de pupillo,§.meminiſſe,ff.de ope.no.nũcia.& per Alex.
9 in l.2.ff.de iuriſd.omn.iud. Quando autem † iudex concedit familiam ad capiendum ſuſpectum,non citatur ille,qui capi iubetur,ne inſtruatur ad fugam,ſecundũ Bart.in d.§.ſi debitorem,& Bal.in l.creditor,la 2. ff ſi cert.pet. & in l.ſi quis curialis,C.de Epiſc.& cler.& merito iſte Ritus prouidet in caſu ſuo,quod ſimul citetur,& capiatur.In tex.ibi duo teſtes, &c. adde , quòd licet iſte Ritus non procedat
10 vltra , † tamen captura debet iuſtificari poſtea , quia ceſſauit timor fugæ,alias erit inutilis,ſecundũ Doct.in d.l.2. ff.ſol.mat.habetur per Rom.conſ.241.& conſ.416.Pau.de Caſt.conſ.39.per Alex.conſ.19.3.vol.ſequitur Fel.in c.dilecti,verſ.ordo,vlt.col.extra de reſcriptis,in tantum,quòd ante omnia eſſet relaxandus, ipſa captura non iuſtificata , vt ſupra ſecundũ Bal.in l.plerique,ff.de in ius voc.& Ang. in d.l.ſi ab arbitrio.Et ſi aufugeret ipſa captura non iuſtificata commentarienſis eius fideiuſſor non tenetur, ſecundum Ang.in l.quæ ſub conditione,§.fin.ff. cond. inſt. Et ſi iuraſſet redire ad carceres, & relaxatur ſub iuratoria cautione,redire non tenetur ad eoſdẽ carceres tanquam iniuſtos,ſecundum gl.no.in d.c.paſtoralis,in verſ.violentiam , extra de ſent.& re iud.ita conſul.Alex.conſ.144.incipien. poſt reditum,2.vol. de quibus fuit memor Matth. in cõſt. Regni caſtellani,& ſi debitor eſſet ex re. ſimiliter iſte tex. vendicat ſibi locũ,vt egregie cõſuluit Alex.conſ.64.3.vol.
11 † ¶ In tex ibi præſentato inſtrumento,&c.Concordat tex.in l.per hanc,C.de erog.mil.anno.& in l.litibus,& ibi Bart.C.de agri.& cenſi.habetur per Mattheſil. in tract.de carcere, habetur etiã per Modernio.in d.§. ſi debitorem , & per Ang. in l. nemo carcerem , C.de exact. tribu. per Imo. in l. Imperatores , ff.de appell. de materia habetur plene in d.§.ſi debitorem, & in d.l.2. in princ. per Cano. in d. c. cum non ab homine , per Par. in d.verſ. captura .
12 † Incidenter quæro,an valeat pactum,quod ſolet apponi in inſtrumentis,quod debitor non ſoluens in termino poſſit capi per creditorẽ propria authoritate ? vide per Alex. in l.alia §.eleganter,ff.ſol.matr.

a ADDE ſuperuenit poſt , &c. Adde plene cumulata in hac materia per Ioan.Bapt.de Caccialupis in trac.de deb. ſuſpe.& fug.ſol.223.9.vol.tract.& Lanfran. in c.quoniam contra, in verſ.recuſationes , nu.13. & apoſtill. ibidem in verſ.quia forenſis . Ioan.Mich.

b ADDE,quia de modico non eſt curandum,l.ſi oleum,§. fin.cum l.ſequenti,ff.de dolo, ff.cõmod.l.in rebus, §.poſt, l.ſcio,& de contrah.empt.l.res, ſed contra,ff.de iudicijs,l. ſi debitor,iuncta gl. & de damno infecto , l. ſi proprietarius. Ioan.Mich.

c ADDE, quod non ſolum per iudicem incompetentem , ſed etiam per alium poteſt capi debitor ſuſpectus de fuga, Bar.in allegato §.debitorẽ, & apoſtil. in eo etiam ſi debitor eſſet clericus Abb.& alij ſcribentes in d.c.cum non ab homine,de iud.& apoſtil.ibidem, & Iaſ.in l.vinum , nu.5. ff.ſi cer.pet. Ioan. Michael.

RITVS CLXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Maſculus, & fœmina in oblatione facienda non differũt.*
2 *Pecunia coram notario,& teſtibus numeranda,& num. ſequen.*
3 *Solutionem de nocte recipere quis non cogitur.*
4 *Oblatio iudicialis,liberationem inducit.*
5 *Offerens pignora,liberatur, & qualiter,cum limit.*
6 *Oblatio poſt lit.conteſt. an ſufficiat, vel depoſ. & conſignari debeat?*
7 *Depoſitio, ſeu conſignatio creditori ab extraneo facta , quando debitorem liberet, cum limit.*
8 *Oblatio verbalis tantum quando ſufficiat.*
9 *Offerens quibus in caſibus iudicium ſubire non teneatur.*

ITem,quod ſi aliquis,vel aliqua,&c.) Et bene dixit,vel
1 aliqua,quia † maſculi,& fœminę circa oblationem faciendã non differunt,vt probat tex.& quæ ibi not.Bar. in l.fin.ff.de leg.commiſſ. & in l.cum ſeruus, ff.de cond.&
2 demonſt. vbi dicit Bart.quod notarius , † & teſtes debent cognoſcere quanta ſit pecunia exiſtens in ſacculo , ipſam ſcilicet numeratã,allegat tex.in l.1.§.iſta,ff.depoſ.& idem dixit Bal.in l.ſi ex cautione,in 7.quæſt.C.de non num.pec. & ideo dixit Bart.infra cautius eſſe, quod numeretur corã teſtibus, & deinde ponatur in burſa, & depoſitetur : bene
3 facit id,quod dixit gl.& Ang.in l.more,ff.de fer. † vbi dicunt, quod quis nõ cogitur recipere ſolutionem de nocte, ne decipiatur, & quod etiam conſuluit Rom. conſ.352. in princip. ſcilicet , quod non ſufficit pecuniam offerri ſuper tapeto, niſi ſit numerata, mouetur per dicta iura , habetur plenẽ per Alexand.in l.ſi mora,ff.ſol.matr. & ex prædictis confir-

Digitized by Google

confirmari poteſt intellectus,qui datur ad doctrinam Bar.
4 in l.qui rem, §.fin.ff.de pign.act. † vbi dixit, quod oblatio
iudicialis inducit liberationem, quam doctrinam ſequitur
Bald.in l.inuicem, C.de compe. & l.fin. C.de commu.ſer.
manu. vt intelligatur ſi habet pecuniam in manu, ita de-
clarat ipſemet Bar.in l.itē liberatur, §.qui paratus, ff.qui-
bus modis pign.vel hypot.ſol. allegat tex.in l.ſi peculium,
in fin.ff.de ſtatu liber. & in l.fundum, ff.de reſcind.vendit.
pro iſta declaratione cōſuluit Corn.in conſ.85.nu.8.1.vol.
& eo caſu purgatur mora,vt probat tex.in l.interdum,
§.fin.ff.de verborum oblig. & ibi Bar.in fi.& in l.ſi ſeruus,
5 §.ſequitur,ff.eod.tit. † Et offerens eo modo pignora,libe-
ratur,ſecundum Bar.in l.ſi debitor,ff.de ſol.ſequitur Aret.
in l.ſi ſeruus, ff.de vulg. & pupill. non tamen perpetuo li-
beratur,quia tenetur ad pecuniam debitam, ſed vt pigno-
ratitia agere poſſit,& non denegatur creditori petitio pe-
cuniæ,ſecundum ipſum, ita etiam declarat ſing. Bald.in l.
acceptam, in 4.oppo. C.de vſur. Quæ tamen limita, niſi
creditor, cui fit obligatio in iudicio, ſit abſens, quia tunc
requiritur conſignatio, & depoſitio, vt probat tex. in l.ſi
reus paratus,& ibi hoc not.Bal.ff.de procurat.refert,& ſe-
quitur Aret.in d.l.ſi ſeruus,ff.de vulg.& pup. Sed ſi credi-
tor eſſet præſens, & acceptaret oblationem verbalem in
iudicio factam, tunc debitor debet realiter ſoluere, aliàs
nihil ſibi prodeſſet iudicialis oblatio, ita ſing.dixit Bart.in
l.fin.ff.de diſtra.pignor. quem ſequitur Imol.& Alex.in d.
l.ſi mora,ff.ſol.matr. & inſuper dixit Bart.in d.l.fin.prædi-
cta habere locum,quādo debitum eſt liquidum,ſed ſi eſſet
illiquidum,puta propter implicationem rationis,tunc de-
bitor poteſt coram iudice interpellare creditorem, vt po-
nat mercatorem ad calculādum rationem inter ipſos,quod
creditor differens facere in mora conſtituitur,ſequitur Bal.
in l.1.C.ne.li.ter.prouoc. gloſ.& ibi Bal.in d.l.acceptam,
plenè per Iaſon.in l.prætor, §.ſiue autem,ff.de noui oper.
6 nunciat.cum remiſsionibus ibi traditis per ipſum. † An au-
tem poſt litem conteſtatam ſufficiat oblatio, vel debet de-
poni,& conſignari,vide per Bart.& Alex.in d.l.interdum,
§ fin. & in l.ſed ſi alia,ff de conſtit. pec. & in l.ſi inſulam,
7 ff.de verb.obligat. vbi plene. † Et nota,quod ſi depoſitio,
& conſignatio fieret creditori ab extraneo, debitor libe-
ratur, ſecundum gloſ.quam ibi ſequitur Bart.in l.ſolutio-
ne, ff.de ſolu. per tex.in l.qui decem, §.cum mihi, verſic.
quemadmodum,ff.eod tit. ſequitur Bald.in l.obſignatione,
C.eodem, Bald.& Angel.in l.tale pactum, §.penult. ff.de
pact. Bald.in l.acceptam,penult.quæſt. C.de vſur.vbi limi-
tat, niſi eſſet neceſſaria recognitio iuris creditoris, vt in
a feudatario, & emphyteota, a quia tunc mandatum requi-
ritur,vide plene per Iaſon.in l.2.C.de iure emphyt.nu.77.
& 78. Vide etiam de iſta oblatione tertij per Aret.in dicta
l.ſi ſeruus,ff.de vulgar. & pupillar. vbi notanter loquitur:
8 † ſufficit autem oblatio verbalis,quando offertur fundus,
aut alia res immobilis,vel etiam mobilis,& non conſigna-
bilis,vt equus, &c. vt habetur per gloſ. Bart.& Bald.in d.
l.acceptam, habetur plene per Alexand.in dicta l.ſi mora,
vel niſi pecunia eſſet alibi ſoluenda, ſecundum Bald.in d.l.
9 acceptam.† Quibus caſibus offerens non tenetur iudicium
ſubire, per tex.in l.ſi reus paratus, ff.de procurat.

a ADDE, quod licet emphyteota de iure communi non
ſoluēs canonem per triennium in profanis, & per bienniū
in rebus eccl. cadat à iure ſuo, l.2. & ibi Scribentes, C.de
iur.emph. attamen per iſtum Ritum hodie videtur proui-
ſum in Regno, quod in profanis comparendo in vltimo
peremptorio cum ſacco paratus ſoluere, purgat omnem
moram, licet in contrarium videatur deciſ. Afflict. 174.
Ioan.Mich.

RITVS CLXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Faciens pro aliquo inſtrumentum liquidum, contra eum liquidare non poteſt.*

1 ITem ſeruat.)In tex.ibi heredem,&c. † adde etiā,quòd
ſi procurator, vel inſtitor faceret inſtrumentum debiti
liquidum pro ſuo damno, non poſſet contra dominum li-
quidari tale inſtrumentum, licet liquidum, ſecundum
Matth.in deciſ.64.

RITVS CLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Citatio partis in quibus probationibus requiratur?*
2 *Regula l.ſi quando, C.de teſtib. limitatur.*

ITem ſeruat, &c.) Vide de hoc alium Ritum ſupra ead.
car.qui incip.item ſeruat, quòd ſi debitor. In tex. ibi
1 qualcunque probationes,† adde quòd in his probationi-
bus non requirit citatio partis,vt declarat Matth.in conſt.
Regni,eos qui ſcienter, verſ.quarto quæro,& ibi vide,iſta
prag.habuit originem, per cuius doctrinā datur intelligi,
2 † quod in hoc limitatur regula l.ſi quando, C.de teſt.&c.
in nomine Domini,extra eodem, vt veritate dicam infra
in Rit.282.

RITVS CLXXXVI.

ITem,quòd vbi,&c.)Vide, quæ dicam de iſto Ritu in-
fra in eadem carta,in Ritu, qui incipit, Item, quòd
quando,& quæ dixi ſupra Rit.2.nu.6.

RITVS CLXXXVII.

ITem quæcunque,&c.) In tex.ibi poſsidens &c. de iſta
materia vide tex. & quæ ibi habentur per Doct. in l.
ſciendum,ff.qui ſatiſd.cog.in tex.ibi, ſuſpectus de fu-
ga, adde de hoc, quæ fuerunt dicta per me ſupra in Rit.
Item not.quod quando,&c.nu.168.

RITVS CLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Modus probandi inſtrumentum extra Regnum confectum.*

ITem ſeruat,&c.)In princ. tex. adde, quod de iſto Ritu
fuit memor Matth.in conſt.Regni inſtrumentorum ro-
1 bur.in 9.q. † vbi diſputat iſtum Ritum, & dat modū pro-
bandi inſtrumentum confectum extra Regnum,vt ſcilicet
officialis dictæ ciuitatis in qua inſtrumentum eſt confectū,
fidem faciat qualiter ille, qui ſcripſit inſtrumētum eſt pu-
blicus notarius,& ita dicit ſeruari de more in Regno.

RITVS CLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Prauentio fit per citationem.*
2 *In prauentione dies,non hora conſideratur.*
3 *Debitor à creditore in iudicij aſſecuratione conuentus creditorem ſuper inſtrumenti caſſatione,an præuenire poſſit?*
4 *Prauentio præter formam Ritus 189 an inducatur?*
5 *Differunt petere in genere, & in ſpecie.*
6 *Satisfacere ideſt quocunque modo obligationem ſoluere, & num ſeq.*
7 *Debitor probans ſoluiſſe creditori ſui creditoris, liberatur.*
8 *Debitor liberatus tempore, ſatisfacienti aſſimilatur.*
9 *Volens prauentionem facere, ad quid teneatur.*
10 *Probationes legitimæ quæ.*

Item,

Digitized by Google

ITe.x.,quòd quando contigerit fieri præuentionem, &c.)
1 Adde quòd † præuentio fit per citationes, vt probat
tex.in l.ſi quis poſtea,ff.de iud.& in l.incola,la 2. cum
gl ff.ad municip. ita Bal.in l.ſi pluribus,ff.de leg.1.& pro-
bat præcedens Ritus, qui incipit, Item, quod vbi facta eſt
2 præuentio,&c.Adde,ꝙ in prǽuentione † cõſideratur dies,
& non hora,qua præuenit, ſecundũ Matth.in deciſ.287.&
probat Rit.ſupra ea.carta,qui incipit,Item ꝙ vbi facta eſt
præſentatio,in fi.nu.182.& in d.deciſ.287.reperies ratioẽ
in qua potuit eſſe fundatus dictus Ritus loquens de horis.
3 † Et an debitor conuentus à creditore ſuper aſſecuratione
iudicij,poſſit præuenire ſuum creditorem ſuper caſſatione
4 inſtrumẽti, vide Matth.in deciſ.294. † Et ſi præter formam
hic traditam expediretur citatio,puta ſi citetur creditor ad
recipiendum libellum,ſiue petitionem ſuper prǽuentione,
tunc per talem citationem nõ induceretur præuentio,quia
eſſet generalis citatio.
5 ¶ † Et aliud eſt velle petere aliquid in genere, aliud eſt
petere in ſpecie,ſecundum Paul.& Alex.in l.ſed & ſi quis,
§.quæſitum,ff.ſi quis cau.vt concludit Matth.in dec.294.
6 ¶ In tex.ibi,ſatisfactum,&c.† intellige quocunque mo-
do obligatio ſit,ſecundũ Abb.in c.præterea,extra de vſur.
ita probat tex.in l.ſolutionis, & in l.ſatisfactio.ff.de ſol.&
in l.ſoluturus,ff.de verb.ſign.habetur per Bart.in l.itẽ libe-
ratus,§.qui paratus,ff.de diſtra.pign. Et tã ſi ipſa obligatio
eſſet ſoluta ipſo iure, quã ſi ope exceptionis debitor eſſet
liberatus, & probatur in tex. ibi, alias legitimas proba-
tiones.
7 ¶ † Et ideo ſi debitor probaret ſoluiſſe creditori ſui cre-
ditoris,eſſet liberatus,per tex.& ibi habetur per Alex.in l.
ſolutum,ff.de ſol.& in l.ſolutũ,§.ſolutã,ff.de pig.act.& ibi
per Bart.in princ.& idẽ in ſimilibus caſibus,per ea quę ha-
bentur per Bart.& Alex.in l.non ſolùm,§.fin.ff.ſol.mat. ita
conſuluit Cor.conſ.52. in princ. & in conſ.79.1.vol. & in
conſ.211.4.vol. Et ſi creditor ſua voluntate promiſſorem
reciperet,debitor eſſet liberatus,ita cõſuluit Cor.cõſ.169.
8 fin.col.2.vol. † Et idem ſi debitor eſſet tempore liberatus,
quia ſimilis eſt ſatiſfacienti,vt probat tex.in l.ſi pupillus,in
fi.ff.de adminiſt.tut.firmat Matth.in dec.139.3.col.& vi-
de prag.Regni, quæ incip.Malitijs, & quæ ibi ſcripſi,pro-
9 uidentem,quod volens † præuẽtionem facere,debeat præ-
ſtare fideiuſſoriam cautionem de ſoluẽdo debitum,& pœ-
nam in caſu ſuccumbentiæ, ſupple ſi fuerit petita per par-
tem aduerſam,vt probat gl.in l.vniuerſa, C.de prec.Imp.
offer.per quam glo.ibi decidit Pau.de Caſt.quem ibi com-
muniter ſequuntur Doct. & loquitur in ſtatuto, ita etiam
conſuluit Alex.in conſ.205. in 2.volum.
10 ¶ In tex.ibi,legitimas probationes,† quæ autem ſint le-
gitimæ probationes,vide per Alex.in l.3.§.dato,ff.de iure-
iur.per Felyn.in rub.extra de probationib.cum remiſſioni-
bus,de quibus ibi per eum, &c.

RITVS CXCII.

SVMMARIVM.

1 *Populi appellatione qui contineantur, & num.12.*
2 *In quibus caſibus quilibet de populo poſſit accuſare.*
3 *Accuſare quid ſit.*
4 *Denunciare quid ſit, & num.13.*
5 *Differentia inter denunciationem, & accuſationem.*
6 *Appellatione ſuorum, quæ perſonæ veniant, & num ſeq. & num.13.*
7 *Amicus ſingularis inter ſuos numeratur. Amicus amici negocia perire non permittit. Amicitia ex conuerſatione naſcitur.*
8 *Vxor de iniuria viri non accuſat, præter mortem.*
9 *Pupilli an inter tutoris coniunctos connumerentur?*
10 *Coniũctus ante principalem ad accuſandum nõ auditur.*
11 *Iudex de delicto non inquirit, non citato prius offenſo.*
12 *Crimen publicum ſemper durat.*
13 *Denunciationis quatuor ſpecies.*

ITem, quod nullus, &c.) In tex.ibi, nullus de populo,
1 adde ꝙ iſtud verbũ † populus,eſt quid generale conti-
2 nens & nobiles,& ignobiles,a vt probat tex.inſt.de iu.
nat.gent.& ciuil.§.plebs autem,& ibi gloſ. & ſcribentes.
2 † Caſus autẽ in quibus quilibet de populo poteſt accuſare,
vide per Bart.in l.pen.§.ad crimen,ff.de publ.iud. per Bal.
in rub.C.qui accuſ.nõ poſſ.per gl.& Bar.in l.1.§ huius ſtu-
dij,ff.de iuſt.& iure,& in l.ſeruum quoque,§.publice,ff.de
procur.& in l.licet,eod.tit.per Bal.in l.reos,C.de accuſ.&
ff.de popu.act.per totũ, habetur per Matth.in conſt.Regni
3 vſurariorum. † Accuſare autẽ eſt, aliquem reum criminis
in libello deferre ad vindictam,ſecundum Azon.in ſumm.
de accuſ.& Hoſt.in ſumma,eiuſdem tit. probatur in l.cum
rationibus,C.qui accuſ.non poſſ. & per hæc eſt expoſitum
verbum accuſandum,poſitum in tex.noſtro.
b ¶ In tex.ibi,ad denunciandum,b † adde,ꝙ denunciare,
4 eſt crimen deferre apud competentem iudicem, ſecũdum
Salyc.in l.eã quidem,C.qui accuſ.nõ poſſ.& Gan.in tract.
malef.in tit.quo.de crim.cog.per denun. vide in l.ab accu
ſatione,ff.ad Turp.& Spec.in tit.de denunc.§.1.per Bar.in
l.is cui reus,ff.de publ.iudic. & in l.Diuus, ff.de cuſt.reo.
5 † In quibus autem differt denũciatio ab accuſatione, vide
per Matth.in d.conſt.vſurariorum, 2.carta, vide in d.l.is,
qui reus,Bal.& Salyc.in d.l.ea quidem,Aret.in tract.malef.
in verb.necnon, cum verbo ſequenti. Et vltra dicta per di-
ctos Doct. vide aliam differentiam inter accuſationem,&
denunciationem, quia accuſator ſe ſubſcribit ad pœnam
talionis, ſed denunciator non, ſecundum Bald.in l.editas,
C.de eden.
6 ¶ In tex.ibi,ſuam,ſuorũq; iniuriam, † adde ad declara-
tionẽ illius verbi ſuorũ,quę perſonæ veniant appellatione
c ſuorum, c vide quæ habentur per Bart.& Alex.in l.2.ff de
accuſ.clarius per Abb.& Fely.in c.de cętero,extra de teſti.
& in c.cũ dilectus,extra de accuſ. per Aret.in l.1. C.vnde
vir.& vxor.cũ remiſſionibus ibi traditis per eos, tangit gl.
in c.1.§.hoc autẽ,qui feu.da.poſſ.in vſib.feu. & vide apoſt.
poſt Abb.in d.c.de cætero, vbi per Abb. reperies numera-
tas infraſcriptas perſonas,videlicet, parentes,patronæque
liberi, frater,ſoror,ſocer,vxor,ſocrus, gener,nurus, vitri-
cus,nouerca,& priuignus,& dixit ſin. Bal.in l.1.in 12.col.
7 C.qui accuſ.non poſſ. † quod ſingularis amicus inter ſuos
numeratur,& ipſum ſequitur Alex.poſt Bart.in l.non ſolũ,
§.qui alieno,ff.de procur. Amicus autem dicitur,qui non
permittit negocia amici perire,ſecundũ gl.in l.non ſolum,
§.ſed ſi ego,& in l.is,qui amicitia,ff.de neg geſt. Amicitia
autem ex conuerſatione naſcitur,& nata augetur,ſecundũ
Bal.in c.1.in princ. de prohib.feu.alie.per Fed.allegat tex.
in l.cũ allegas,C.de caſtr.pecul. Quid autem de filijs natu-
ralibus, ſiue ſpurijs, vide per Bart.in d.l.2.ff.de accuſ. per
Bal.in d.l.1.C.qui accuſ.non poſſ.in 12.col.cum ſeq.& ibi
vide quid de compatre,& commatre. Et quia dixi,ꝙ vxor
connumeratur inter ſuos, ſecundum dom.Abb.vbi ſupra,
8 adde,quod † de iniuria illata viro,vxor non accuſat, præ-
9 terquam de morte,ſecundum Bald.in d.l.1.in 13.col. † Et
licet inter coniunctos tutoris cõnumeretur pupillus, tamẽ
hodie diſplicuit Abb. vt ipſe dicit in c.de cætero,cum quo
concordat Bal.in l.Senatus,in princ.C.qui accuſ.non poſſ.
per rationem, quia tutor pupilli, ſiue curator minoris po-
tius admittuntur tanquam habentes expreſſum mandatum,
quam tanquam perſonæ coniunctæ habentes tacitum, ſe-
cundum Bal.in d.l.qui dicit aliud notabile verbum, videli-
10 cet, quod ſemper in caſibus prædictis debet † principalis
explorari, ſi vult accuſare: nec ante auditur coniunctus,
11 quemadmodum dicimus de iudice, † qui non inquirit de
delicto,niſi prius citetur offenſus an velit accuſare, allegat
gl.in c.presbyter,in verſ.vel colligitur,2.q.1.quod eſt not.
ſecundum ipſum. Quid autem ſi tutor negligit accuſare,
12 vide ibi per eum. † Et nota vnum, quod licet per iſtum
Ritum ſit arctata accuſatio publica ad certas perſonas, ta-
men ſemper durat crimen publicum,ita dixit Bald.in rub.
C.qui accuſ.non poſſ. in fine, &c.
a ADDE, quod appellatione populi veniunt non ſolum
nobi-

nobiles,& ignobiles,ſed etiam Senatores, Inno.in c.ſedes,
de reſcript. Ioan.Michael.

b ADDE denunciandum.† Adde,quod quatuor ſunt ſpe-
13 cies denunciationis,nam alia eſt euangelica,alia canonica,
alia regularis,& alia iudiciaria ; Angel.in verb.necnon ad
denunciam,verſ.ſed quæro quot ſunt. Io.Mich.

c ADDE appellatione ſuorum . Adde Io.Rayn.in tract.
ſuitatis,& extraneitatis,in fi. 8.vol.tract. Io.Mich.

RITVS CXCIII.

Item ſi quis,&c.)In tex.ibi,accuſauerit,vel denunciaue-
rit,&c.quid autem ſit accuſare,vel denunciare,vide re-
lata per me ſupra in præced.Ritu:& de materia huius Rit.
vide alium Rit. infra ſub rub.de eo, qui prius Curiam adi-
uit,&c.Regis Roberti inter capitula regni,quod incip. in-
iunxit nobis,&c.& literam Reginæ Ioannæ, quæ incip. le-
giſlatoris eſt , inſertam inter Ritus in fine in voluminibus
antiquis,& credo, quòd nõ ſit inſerta in hoc volumine er-
rore impreſſoris,quæ eſt magis lata,& declarat , quòd cu-
ria intelligitur adita per citationem , vel denunciationem
ſaltim annotatam penes acta.

RITVS CXCIX.

SVMMARIVM.

1 *Contra vſurarium manifeſtum proceditur abſque partis inſtantia.*
2 *Vſurarius manifeſtus quis dicatur , & num.12.*
3 *Poteſt quis ad vſuras per ipſum non extortas teneri.*
4 *Vſurarium manifeſtum eſſe, an per librum priuati probetur?*
5 *A crimine manifeſti vſurarij qui , & quomodo excuſaretur.*
6 *Et qui à falſi pœna excuſantur.*
7 *Vſurarius manifeſtus condemnatus , ad appellationem non admittitur.*
8 *Repulſa quãdo concedatur in crimine manifeſti vſurarij.*
9 *Conſtitutio Reg. vſurariorum in quo corrigatur per Ritum 196.*
10 *Vſura diffinitio duplex , & num.12.*
11 *Quæ requirantur in accuſatione vſuraria prauitati.*
12 *Contractus vſurarius qualiter probetur, multa in materia vſuræ ibidem.*
13 *Communis error, facit ius.*

Item,quod nullus,&c.)Aduertatur,quod iſte Ritus cum
alio ſimili, qui infra ponitur, fuit declaratus per quan-
dam Regiam literam inſertam inter pragmat. Regni,
quæ incip.Ludouicus,&c.cui prag. multa addidi pro eius
declaratione:vide ibi dicta per me: poſtea ſucceſſit prag.
Caroli Quinti Imperatoris,quæ incipit,vſurarum etia,&c.
per quam limitatur iſte Ritus,& conſimilis, vt non proce-
1 dant in † vſurario manifeſto , contra quem mandat dicta
prag.procedi ſine partis inſtantia prohibens expreſſe vſu-
rarios manifeſtos poſſe ſe iuuare auctoritate huius Ritus,
2 nec dictæ literę. Et hinc ſumpta occaſione,† quęritur quis
dicatur vſurarius manifeſtus, reſponde , quod dicitur ille,
qui tenet bancum publice ad vſuras , ſecundum gl. in c.1.
in verſ.manifeſtos extra de vſur.in lib.6. Et idem ſi mutuat
ad vſuras in camera cuilibet volenti , ſecundum Bar.in l.2.
ff.de furt.allegat tex.in arg.in l.palã,ff.de ritu nup. in prin.
& in l.3.in princ.ff.ad Maced. & ſi de his fuiſſet confeſſus,
ſeu conuictus .ſ. mutuaſſe ad vſuras , diceretur manifeſtus
vſurarius,c.fin.de vſur.in lib.6.habetur per Bar. in d.l.2. &
per Aret.inſti.de act.§.ex maleficijs. poteſt etiã per teſtes
2 probari , quẽ eſſe manifeſtum vſurarium a ſecundum Bal.
in l.hæredes palam,ff.de teſt.in princ.& in l.ſcripturas,C.
qui poti.in pig.habe.quia ſufficit teſtes ſcire aliquem repu-
tari vſurarium manifeſtum,licet nõ viderint fœnerari, ſe-
cundum Bal.in l.1.fin.col.C.de teſta.ordi.Dicitur etiã ma-
nifeſtus vſurarius omnis ille , qui vt vſurarius publicus ab
Epiſcopo eſt declaratus,ita firmat Ang.in conſ.10.1.col. in
fi.& Bal conſ.17.3.lib. & licet quis in teſtamento fateatur
ſe vſurarium, non per hoc dicitur vſurarius manifeſtus ſe-
cundum Bald. in l.1. 2.col.in fine,C.de fal.c.ad.leg. quod
videtur contrarium dictis per Bart. in dicta l.2. ff. de furt.
cogita ſi Bald. loquitur quoad iudicium Eccleſiæ,cum etiã
ſi codices rationum fuerint detecti poſt mortem teſtato-
ris, ſecundum ipſum,& vide Bald.& Modern in l.poſthu-
mo,in fin. C.de bonorum poſſeſſ. contra tab. niſi dixerit ,
ſe extorſiſſe à Titio, & a quampluribus alijs , ſecundum
Bald.ibidem, & idem ſcilicet, vt dicatur manifeſtus, ſi di-
xiſſet ſe teneri ad vſuras per ipſum publice extortas , ſe-
3 cundum Modernos in d.l.hæredes palam,† per rationem,
quia quis poteſt teneri ad vſuras , non tamen extortas per
ipſum , habetur per Felyn. in cap.auditis, de præſcript. in
2. col. de manifeſto vſurario , vide latè per Alexand. in
apoſtil.ad Bart.in d.l.2.ff.de furt. per Angel. in dicto con-
ſilio 10. & in quæſt. quæ incip. Aſtenſis miles,per Abbat.
conſ.22. 1.volum, & conſ.2. 2.volum.per Felyn. in d.cap.
4 auditis , pen.col. † Et an per ſcripturam libri priuati pro-
betur quem vſurarium manifeſtum ? vide per Archidiac.
in cap.qui ſincera. 45.diſtinct. Bald. in dicta l. ſcripturas ,
Card.in cap.cum in diœceſi,extra de vſur.& in conſil.81.
5 † Excuſaretur autem ab iſto crimine , ſi quis feciſſet con-
b tractum, qui communiter b æſtimaretur licitus , licet in ſe
fuiſſet vſurarius , ſecundum Bart. multum notanter in l. 1.
§.apud,ff.de ædilit.edict. Et forte etiam excuſarentur ſim-
plices ruſtici,& mulieres,quia in ijs nõ præſumitur fraus,
ſecundum Bald. ſingulariter in l. cum allegas , in 3.col. in
6 princ.C.de vſuris, ſicut dicimus in ſimili † in falſi pœna ,
a qua prædictæ perſonæ excuſantur , ſecundum Angel. in
authent.de teſtib. §.& licet, & Bald.in l.1.ad finem , C.de
fide inſtrument, ita conſuluit etiam Cœpol.conſil.21.vlti-
ma col.habetur per Bart.in l.quotiens,§.1.ff.de hered.inſt.
Socin.in l.ſi is,qui,§.vtrum,6.col.ff.de reb.dub. Hippol.in
7 l.de minore, in princ.in 17.col.ff.de quæſt. † & poſtquam
quis eſſet vt vſurarius manifeſtus condemnatus,non admit
teretur ad friuolam appellationem , vt probat text. & ibi
per Abb.in c.quam perniciosum, extra de vſur.ſecus ſi ap-
pellatio eſſet iuſta alia ratione, quam vt manifeſtus fuiſſet
condemnatus, ſecundum ipſum. Item adde,quòd in ma-
8 teria illius Ritus, & circa prædicta † conceditur repulſa ,
ſecundum Abb. in d.cap.quam perniciosum, in fi. quando
per teſtes repulſatos crimen vſurarum non probatur,ſecũ-
dum And.de Iſer.in conſt.Regni vſurariorum,& ibi ipſum
ſequitur Matth. per tex.in conſtit.Regni proſequentes , &
9 arg.tex.in l.ſi prætor,§.Marcellus,ff.de iud. † Et aduerte,
quod per iſtum Ritum, & dictam nouam prag. corrigitur
d.conſt.Regni vſurariorum, permittens inquiri in iſto cri-
mine vſurarũ,vt declarat ibi Matth.in gl.in ver.fraudandi,
licet poſt ipsũ ſuperuenerit dicta noua prag.Imperatoria,
quam ſupra retuli: in alijs autem remanet diſpoſitio dictæ
conſtit.pro cuius intelligentia quęritur,an dicta conſtitutio
habeat locum in alio contractu , quam mutuo ? illam quæ-
ſtionem formauit Matth.in d. conſtit.in 4.col.8.not. Ante-
quam referam eius deciſionem, debes ſcire quid eſt vſura,
quæ nihil aliud eſt,niſi lucrum ex mutuo, ita not.Io.Andr.
in reg.peccatum,de reg.iur.in 6. in mercur.& in cap.con-
10 queſtus,de vſur. † Alibi dicitur, quod vſura eſt quicquid
accedit ſorti. 14.q.6.cap.vſura,l.fin.§.præterea, C.de iure
dot. habetur per Abb.conſ.114.2.vol.his relatis,in quæſtio-
ne propoſita dicit ibi Matth. per multa argumenta , quòd
d.conſtit. habet locum etiam in alijs contractibus , verum
dicit ipſe,quod iudex eccleſiaſticus ante debet iudicare
contractum eſſe factum in fraudem vſurarum , & deinde
11 iudex ſecularis procedere poteſt ad punitionem , † iuxta
dictam conſtit. Requiruntur autem in accuſatione vſurariæ
prauitatis ea, quæ habentur in l.libellorum , ff.de accuſat.
ſecundum Ritum poſitum ſub rub.de offic.aduoc.& procu.
in fine, incip. Item quod in huiuſmodi,&c.

ADDE

Digitized by Google

12 ADDE † quod contractus probatur etiam vſurarius ex
a præſumptionibus, & coniecturis, Iaſ. in l. prætor ait, §. prætor ait, nu. 27. ff. de eden. adde eundẽ in l. licet Imperator. ff. de leg. 1. nu. 10. & in l. quotiens, C. de Iudic. & licet vſuræ ſint prohibitæ, aliquo tamen caſu poſſunt capi. idem in l. cunctos populos, C. de ſumma Trinitate, & fide Cathol. nu. 50. de quo recurrendum eſt ad fin. extra de vſur. & ibi ſcrib. ſed quid ſit vſura, vnde dicatur in quibus cõmittatur, quot ſunt eius ſpecies, qualiter peccatur, quare prohibeatur, vtrum vllo caſu permittatur, vtrum accipere mutuum ad vſuras ſit peccatum, vtrum ex diſpenſatione quis poſſit ſine peccato fœnerari, quomodo vſurarius detegatur, & quæ ſit eius pœna de iure canon. per Laurentiũ de Rodulph. in tract. vſur. in princip. & per totum, adde Ambr. de Vignate, Gulielmum Guidonẽ, & Anton. in tractat. de vſur. quinto volum. tractat. Io. Mich.

13 ADDE † quia communis error facit ius, l. Barbarius, ff. de
b offic. præt. l. 3. in fine, ff. de ſuppell. leg. Io. Mich.

RITVS CXCVII.

SVMMARIVM.

1 *Adita curia quando, & quomodo dicatur.*
2 *Aliud eſt agere, aliud agere velle.*
3 *Prius ideſt per diem, hora non eſt in conſideratione.*
4 *Caſus in quibus non poteſt procurator interuenire.*

1 Item, &c.) † Adita curia dicitur per comparitionem, l. ſi conuenerit gloſ. 2. ff. de iuriſd. omn. Iudic. vbi Bart. & Alexand. §. ſi vero in auth. de exhib. re. Quis autem dicatur accuſator fuit latè dictum ſupra. Sed pone, quod quis non accuſauit, ſed dixit in iudicio ſe velle accuſare (vt communiter ſolet fieri) videlicet quando citatur aliquis, quod compareat in curia ad recipiendum libellum accuſatorium, an dicatur adita curia, & dubium facit,
2 † quia aliud videtur agere, & aliud agere velle, ſicut aliud petere velle, l. amplius, ff. rem rat. hab. ſed videtur dicendum quod ſic, vt probat text. in l. miles, §. ſocer. ff. de adult. iuncta gloſ. in verſic. ſocer. vbi dicit Iureconſultus, quod quis teſtatus fuit ſe accuſaturum, & ſupplet gloſ. non dato libello, & poſtea dicit, & maluit ab accuſatione deſiſtere, & ſic qui dicit ſe accuſaturum, accuſare dicitur, & ibi hoc not. Bart. in verſic. no. quod &c. probat etiam text. in c. licet, & ibi hoc not. Abb. in verſic. not. vlterius, extra de accuſ. & idem ibi ſequitur Felyn.
3 ¶ In text. ibi prius, &c. † intellige verbum, prius, ſcilicet per diem, vt declarat alius Ritus infra ſecus ſi eſſet adita curia per horam, quia hora non eſt in conſideratione ſecundum Matth. in deciſ. 387.
4 ¶ † In text. ibi interuenire procurator. Caſus autem in quibus non poteſt interuenire procurator, vide per Bart. & alios in l. pen. §. ad crimen, ff. de publ. Iud. & in l. ſeruũ quoq; §. publicè, de procurat. habetur per Barthol. Veronenſ. in conſil. 47. 48. & 49.
¶ In text. ibi fideiuſſoria cautione, &c. intellige ſi ipſa
a fideiuſſoria cautio fuerit petita a per notata, per gloſ. & Doctor. in l. vniuerſa, C. de precibus Imperat. offer.

a ADDE, & ſi eam poteſt interuenire, alias non tenetur, niſi ſub iuratoria cautione, & obligatione omnium bonorum, facit text. in l. de creationibus, C. de Epiſc. Aud. & l. cum non facile, ff. ſi cui pluſquam per l. Falcid. cum ibid. not. & plenè per Hipp. in l. 1. §. præterea num. 13. cum tribus ſeq. ff. de quæſt. Io. Michael.

RITVS CCI.

SVMMARIVM.

1 *Filijs familias in criminalibus an paternus conſenſus præſtandus.*
2 *Et an eidem minori accuſato ſufficiat paternus conſenſus?*
3 *Procurator legitimè conſtitutus idem operatur, quod curator.*
4 *Confeſſio minoris in criminalibus in iudicio fieri. Et tortura inferri ſine curatore an poſſit?*

1 Item ſeruat, &c.) † Credo, quod iſte Ritus fuit factus ad ſedandas opiniones Doctorum diuerſimodè loquẽtium circa conſenſum paternum præſtandum filiofamil. in cauſis criminalibus de quibus per Bart. in l. pen. §. fin. ff. de verb. oblig. & in l. inter liberas, §. fin. ff. de adult. & per Bald. in l. pen. §. fin. C. de bon. quæ lib. per Gand. in tract. de accuſ. in princ. Ang. in tract. maleſ. verſic. necnon 16. car. in fin. & inſtit. de pa. po. §. ius autem per Petr. de
2 Anchar. conſil. 73. † Et an ſi filiusfamilias accuſetur, & ſit minor, ſufficiat patris conſenſus, & quod non ſufficiat firmauit Bald. in d. §. final. colum. final. per text. in l. clarum, C. de aucto. præſta. & ibi vide per Bald. vide per Matth. in deciſ. 208. & in conſtit. Regni minorum iura. 6. not. Hippol. in l. 1. in princ. 5. col. verſ. 8. quarto, & in l. de minore in prin. pen. col. ff. de quæſt. vbi decidit vnum
3 verbum, quod † idem operatur procurator legitimè con-
4 ſtitutus, quod curator, & ibi vide. † Quid de confeſſione minoris facta in iudicio criminali ſine curatore an valeat, & dicunt quod non. Et etiam an in tortura inferenda minori debeat interuenire auctoritas, & præſentia curatoris? vide eoſdem.

RITVS CCIII.

SVMMARIVM.

1 *Ex delicto duplex oritur actio.*
2 *Parte deſiſtente, curia ad vindictam procedit.*

1 Item ſeruat, &c. In text. ibi deſiſtere, &c. † Nota quod ſi denunciator deſiſtit, curia procedit in cauſa ad vlteriora, & eſt ratio, quia ex delicto duplex oritur actio,
2 vna curiæ, & altera parti, & ſi pars deſiſtit, eius deſiſtentia, & remiſſio ſibi tantum nocet, ſed curia procedit in cauſa pro vindicta publica. argum. text. in l. qui cætu, §. qui vacantem, ff. ad leg. Iul. de vi publ. & in l. iuriſgentiũ §. ſi paciſcar, ff. de pact. per quæ iura ita dicit Bart. in l. iniuria, §. vſq; adeo, ff. de iniur. & in l. 1. §. ſi ea ff. de vent. in poſſe. mitte. Aret. in §. furtum, lo. 1. inſtit. de oblig. quæ ex del. naſc. Pat. in tract. ſindic. in verſic. inquiſitio in fine.

RITVS CCVII.

Item ſeruat.) De materia iſtius Ritus, vide Bart. in l. de vno quoque, ff. de re iudic. & in l. furioſo, eodem titulo per Soccin. conſil. 12. primo volum.

RITVS CCXX.

SVMMARIVM.

1 *Purgatio contumaciæ continet tria.*
2 *Pœna contumaciæ in ciuilibus, & criminalibus quæ.*
3 *Mulier non eſt idonea ad fideiubendum.*

1 Item ſi aliquis, &c.) In text. ibi purgauerit, &c. † purgatio contumaciæ continet tria, quę debet facere contumax, ſoluere pœnam curiæ in qua eſt contumax, reficere expenſas parti ad cuius inſtantiã fuit poſitus in con-
2 tumacia, & præſtare cautionẽ a de iudicio ſiſti, ita declarat Spec. in tit. de ſatiſd. §. 1. in fi. habentur per Doct. in l. finita §. Iulianus ff. de dam. infect. in c. quoniã frequenter, §. in alijs ext. vt lite non cont. & in c. cõtingit extra de do.

Digitized by Google

&c. cont. per Matth. in conſtit. Regni ſine reali, 3. & 5.
2 nota. † Quæ autem ſit pęna contumaciæ in criminalibus,
&c ciuilibus: habetur in conſtit. Regni pœnam, & ibi per
ſcribentes, per Matth. in conſtit. Regni contumaces in 1.
not. Credo quod vnaquæq; curia circa hoc habet ſtatuta
b particularia ſiuè ſtylum, *b* † mulier autem nō præſtat cau-
3 tionem fideiuſſoriam de ſtando iuri ſecundum Specul. in
d. §. 1. in fin. intellige quod non eſt idonea ad fideiuben-
dum, vna cum alijs perſonis de quibus in l. de die §. 1. ff.
qui ſatiſd. cogan. Et de refectione expenſarum, vide per
Bart. & Bald. in l. ſancimus, C. de Iud. per Doct. in l. con-
tumacia, ff. de re iudic. And. de Iſern. in ſuo repertorio a-
ctor, & reus. De fideiuſſione mulieris prohibita extat no-
ua pragm. Caroli V. Imperatoris prohibens mulierem in-
tercedere pro alio, & renunciare Velleiano.

a ADDE ſi inuenerit fideiuſſ. alias iurat, prout ſupra in
Ritu 139. addidi Io. Michael.

b ADDE Stylum vide, quæ addidi ſupra in primo Ritu,
& in Ritu 129. Io. Michael.

RITVS CCXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio neceſſaria qua.*
2 *In quibus caſibus quis de iure ceſſionem facere teneatur.*
3 *Cauſa lucratiua, qua dicatur.*
4 *Titulus dotis, quando cauſa lucratiua dicatur.*

ITem quod ibi, & priuilegiatus, &c.) In text. ibi cauſa
1 neceſſaria, &c. † Adde quod ceſſio neceſſaria dicitur
quam quis habet neceſſe facere neceſſitate, ſcilicet iuris ſe-
cundum Bald. in l. fin. in princ. ibi ex hoc C. de iure dotiū.
2 † Caſus autem quibus quis de iure tenetur ad faciendam
ceſſionem vide per Bart. & Doct. in l. Modeſtinus, ff. de
ſol. & in l. pen. & fin. C. manda. In tex. ibi lucratiuo, &c.
3 † Dicitur autem cauſa lucratiua quando ex donatione
capitur l. 1. C. de impo. lucr. deſc. & ibi Luc. de Penn. l. eum
qui. §. 1. ff de pub. l. Iulianus §. ſi fundum, ff. de actio. empt.
4 † Item titulus *a* dotis dicitur cauſa lucratiua, l. fin. §. de
a his quæ infra, cred. cogita ſi poteſt eſſe verum ad prædi-
ctum effectum per text. in l. pro oneribus, C. de iure dot.
Et idem in legato, quod eſt quædam donatio l. legatum, ff.
de leg. 2. vide gloſ. inſtit. de leg. §. 1.

a ADDE quod titulus dotis quo ad mulierem, eſt lucrati-
uus, vt in allegato §. quia ſocero, & ibi Bart. & idem Bart.
in l. melius §. duobus, num. 16. de leg. 2. quo autem ad virū
eſt onerosus d. l. pro oneribus C. de iur. dot. & l. ex promiſ
ſione, ff de action. & oblig. & non ſolum quo ad virum,
ſed etiam quo ad filios Bart. in l. ſi conſtante, num. 64. 65.
66. 67. ff. ſolut. matrim. vide apoſtil. ad Bart. in d. l. ſi à ſo-
cero ex quibus patet, quod reſpectu viri, poteſt habere lo-
cum hic Ritus in cauſa dotis, & nō reſpectu mulieris, iux-
ta terminos prædictorum iurium. Io. Michael.

RITVS CCXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus minor, & vidua qui dicantur.*
2 *Deque ipſorum priuilegijs.*

1 ITem clericus, &c.) † quis autem dicatur pupillus quis
a minor, quæ ve mulier vidua *a* vide quæ plenè ſcripſi in
2 pragm. quæ incip. Curſu dilationis penult. colum. † & de
priuilegijs ipſorum habetur in l. 1. C. quando Imper. inter
pupill. & vid. & per Matth. in conſtit. Regni ſtatuimus,
la ſecunda, in ſeptimo not. vbi vide quando poſſunt de-
clinare forum ad declarationem ſupradictorum Rituum,
vide dicta per me ſupra in Rit. 70.

a ADDE vidua. Adde quæ per auctorem ſupra Rit. 19.
num. 2. & quæ ibi addidi. Io. Michael.

RITVS CCXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecularis de clericatu cognoſcere non poteſt.*
2 *Clericus in minoribus vxoratus, quando clericali gaudeat priuilegio. Et à quibus abſtinere ſe debeat.*
3 *Poteſtas ſecularis de clerico in quibus caſibus cognoſcit.*
4 *Habitus, & tonſura in quibus conſiſtat.*
5 *Clericus portans habitum, & non tonſuram, vel è contra, an clericali gaudebit priuilegio?*
6 *Clericus coniugatus, an coram Iudice laico, de cauſa merè ciuili conueniri poſſit?*
7 *Vxores coniugatorum clericorum num ſint priuilegiatæ?*
8 *Priuilegium clericale qualiter probetur.*
9 *Monachum quem eſſe qualiter probetur.*
10 *Literis teſtimonialibus Epiſcopi fidem facientibus quē eſſe clericum, quando credatur.*
11 *Clericus à Iudice laico citatus, vt compareat, vel non, conſiderandum qualiter in citatione nominatur.*
12 *Iudex laicus clericum aſſaſſinum, abſque degradatione punire poterit.*
13 *Clericus propter ſindicatum, quando coram laico Iudice conuenatur.*
14 *Clericus regulariter coram ſeculari Iudice non conuenitur, cum 21. fallent.*
15 *Clerici etiam volentes, coram Iudice ſeculari non poſſunt conueniri, cum 32. fallent.*
16 *Talis quis præſumitur, in quali habitu reperitur.*
17 *Habitus non facit monachum.*
18 *Virginem, ſeu cognitam à viro eſſe mulierem qualiter probetur.*
19 *Clerica quid ſit, quidue ſignificet.*
20 *Probationes per teſtes, & ſcripturam æquiparantur.*
21 *Caſus in quibus requiritur ſcriptura.*
22 *Profeſſio monachatus qualiter fiat. Et per eam monaſterium acquirit ius in monacho.*
23 *Clericus citra ſanguinis pœnam accuſans, ſi corporaliter Iudex punit, irregularis non fit.*

ITem ſeruat, &c.) In principio Ritus adde, quod ſi ca-
a pitur clericus à poteſtate ſeculari, *a* & allegat ſe cleri-
cum, & oſtendat ſibi literas clericatus, quod debet ipſum
1 remittere ad ſuum Iudicem, † quia quamuis poteſtas ſecu-
laris non poſſit cognoſcere de clericatu, tanquam de re
ſpirituali cap. ſi Iudex laicus, in princip. extra de ſent. ex-
commun. in 6. tamen quo ad inſtructionem ipſius Iudi-
cis ſecularis, ne incidat in canonem, ſi quis ſuadente dia-
bolo, ſufficit oſtenſio literarum clericatus, ita ſingul. dixit
Bald. in l. ſi qua per calumniam, C. de Epiſcop. & cleric.
cuius doctrinam conſulendo approbauit Barthol. Veron.
alias Cępoll. in conſ. 11. 2. colum. verſic. & prima. Et tunc
quando remittitur, non eſt opus citari aduerſarium, ſecun
2 dum ipſos arg. text. in l. ſi quis inficiatus, ff. depoſit. † Item
debes ſcire, quod clericus in minoribus conſtitutus vxo-
b ratus habens vnicam, & virginem ſi accedit in habitu *b* &
tonſura, gaudet priuilegio clericali cap. 2. de foro com-
pet. cap. 1. de cler. coniug. & debet ſe abſtinere à nego-
tijs, & armis ſecundum gloſ. 32. diſtinct. cap. ſi quis, &
gloſ. in cap. tuæ 20. quæſt. 1. Innoc. in c. fin. extra de vita,
& honeſt. cler. Io. Mo. & Gemi. in c. 1. de cler. coniug. ſi ca-
pitur à poteſtate ſeculari, & allegat ſe clericū coniugatū.
3 † Poteſtas ſecularis poteſt cognoſcere ſi contraxit cū vni-
c ca, & virgine *c* ſecundum Rot. in ſuis deciſ. de foro com-
pet. quam allegauit ad hoc propoſitum apoſtil. Alex. in
l. 2.

Digitized by Google

l.2.penult.col.ff.ſi quis in ius voc.non ier. Et ſimiliter qñ
capitur clericus per poteſtatem ſecularem cognoſcit,an
incedit in habitu, & tonſura, quia hoc eſt ſibi notorium,
ita dixit Dom.de S.Gemin.in d.c.1.in fin.in final. verbis,
refert,& ſequitur Soccin.tanquam no.in conſ.122 antep.
4 colum.1.volum.† & adde,quod habitus,& tonſura conſi-
d ſtunt in clerica *d* & veſtibus,ſecundum Gemin.in d.c.1.&
5 Bal.in d.l.ſi qua,verſ.vlterius quæro,† & ibi dicunt,quod
ſi portans habitum,& non tonſuram,vel è contra,non
gaudet priuilegio clericali,allegant tex.in d.c.ſi Iudex lai-
cus,de ſent.excom. in 6.& dicunt eſſe notandum, ſm̃ Io.
6 Andr. † ſed incidenter quæritur, an de cauſa merè ciuili
clericus coniugatus poſſit conueniri coram Iudice laico?
reſpondeo, quod ſic, quia priuilegiatus eſt in cauſis cri-
minalibus criminaliter, ſiuè ciuiliter motis, & non in ci-
uilibus ita decidunt Io.And.Io.Cal.& Gemin.in d.c.1.§.j.
de cler.coniug.cap.ordo,in 6.licet ſecus ſit in alijs clericis
etiam in minoribus conſtitutis per d.c.ſi diligenti,ita cõ-
7 ſuluit Hippol. de Marſil. in conſ.57.1.vol. † & an vxores
dictorum clericorum ſint priuilegiatæ,& quibus priuile-
8 gijs vide latè per Gemin.in d.c.1.§. fin. † & inſuper ad-
de, quod priuilegium clericale probatur per inſtrumentũ
e clericatus,& per teſtes *e* qui viderunt ipſum clericari tex.
eſt in c.tuæ,extra de cleric.peregr.ord.& not.gl.in d.cap.
ſi Iudex laicus,in verſ. fecit propè finem not.Cyn. in d.l.
ſi qua per calumniam ante finem, ita conſul. Bart. Veron.
in conſil.11. probatur ẽt clericatus per argumẽta.c.inter
quatuor,& ibi gloſ.eod.tit.2.q.7.§.diffinitiua,verſic. nul-
lus homicidarum,& 22.q.1.¶ verſ.dicit dominus,27.q.1.
verſ.nec aliqua,arg.l.iudicia,C.de rei vend. & extra de
f præſumpt.c.literis,ac etiam per vnum teſtem *f* ſm̃ Bald.
multum ſing.in c.licet vniuerſis extra de teſt.& in cap.ve-
niens,eod.tit.ita firmat Hippol.Marſil.in l.1.§.idem Cor-
nel.ff.de quæſt.Iaſ.in l.admonendi,ff.de iureiur. in 7.col.
& Afflict.in conſtit.Regni, quæ incip. apoſtatantes in 3.
9 colum.† In monacho qualiter probetur quem eſſe mona-
g chum *g* vide in cap.pen.& vlt.& ibi Can.extra de regul.
& trant. ad rel. De materia tamen vide notanda conſilia
10 Cepol.11. & Alex.8. 1.vol.& Cap.deciſ.161.† Sed an
credatur literis teſtimonialibus Epiſcopi facientibus fidẽ,
quod talis ſit clericus.Innoc.in cap.poſt ceſſionem, extra
de probat.& Bal.in d.l.ſi qua per calumniam,in verſic.ſed
pone decidunt,quod non,ſecus ſi Epiſcopus interlocutus
fuit,illum eſſe clericum, & de his fidem facit ſeculari, ſm̃
ipſos,quos vide in fi.tex.ibi iura canonica refragantur,&
verum eſt quod iſti Ritus refragantur iuri canonico.
11 † Quia aut clericus citatus nominatur in citatione cleri-
cus,& tunc quia de carentia iuriſdictionis notoriè con-
ſtat:non tenetur comparere, cap.ex literis, extra de offic.
deleg.c.fin.extra de foro compet.c.veniens,& ibi not.glo.
extra de accuſ.ita dixerunt Paul.de Eleaz. & Petr. de An-
char.in clem.1.extra de exceſſ.prælat.Bar.& Ang.in l.3.ff.
de Iudic. aut citat ipſum tanquam laicũ non exprimendo
ipſum clericum,vt docet Bar.in l.3.& ſolet alibi practica-
ri,& tunc licet Bar. ibi dicat, quod ſi eſt contumax, quod
eius contumacia mulctatur, tamen communiter Cano. in
d.cap.ſi diligenti tenent,quod non. Imò totus proceſſus
eſt nullus, ita firmat Thom.Grãmat.voto 18. & voto 27.
etiamſi cõmuniter reputabatur laicus, & detecto clerica-
tu,erit nullus,ita concludit Thom.Grammat.per multa
iura in ſuo prædicto voto 18.quamuis Card. in d.clem.1.
aliter dixerit,& vltra allegata per ipſum in d.voto,ego al-
lego Io.Andr.in reg.ſcienti in Mercur.& Petr.de Anchar.
in d.clemen. vbi hoc dicunt ad literam,ita etiam conſuluit
Cornel.in conſ.37.nu.7. 1.vol. de his plenè habetur in c.
at ſi clerici, extra de Iudic. & in præalleg.c.ſi diligenti,&
propterea bene dicit text. quod rarò fiunt proceſſus, &
quamuis dicatur in tex. quod multoties finitur proceſſus,
& declaratur illum eſſe clericum, credo quod ſeruat Ma-
gna Curia in caſibus à iure permiſſis,vt eſt ſupra declara-
tum, & vide ſupra alium Ritum in rubr. clericis citatus,
incip. item ſi aliquis,&c. & alium Ritum ſequentem, qui
loquitur de clerico coniugato; cuius priuilegium per Cu-
riam eſt ſublatum, quod eſt contra dictum c.1. quatenus
Ritus intelligeretur de clerico coniugato cum vnica, &
virgine,ſed ego intelligerem illum Ritum de bigamis,vel
de clerico coniugato cum vnica,& virgine,qui non vadit
cum habitu,& tonſura,ſm̃ Ant.in cap 1. de apoſta.ad hoc
ne Ritus ille ſit contrarius diſpoſitioni d.c.primi,cui Rit.
12 ille derogare non potuiſſet per iura vulgaria. † Poſſet ta-
men Iudex laicus punire aſſaſſinum clericũ abſq; degrada
tione, ſecundum Gemin. in c. pro humani extra de hom.
in 6.Capyc.deciſ.122.nu.5.& firmat Grammat.in voto j.
h nu.4. *h* licet non alleget D.Gemin.vbi ſupra.Et idem in
clerico incorrigibili ſecundum Dom.vbi ſupra allegat Io.
13 Ant. in c. cum non ab homine,extra de iudicijs.† Item
clericus officialis conuenitur in ſindicatu eius officij ha-
biti à domino temporali coram ſindicatoribus laicis,vide
Par.de ſindic.in ſuo tract.in verſ.clericus.Ita etiam ſi eſſet
feudatarius laici cap.verum, extra de foro compet.
14 ¶ † Et *i* adde quod prima regula eſt quod clerici non
i poſſunt coram ſeculari de crimine conueniri, nec valet
conſuetudo contraria, ſiuè agatur ciuiliter, ſiuè crimina-
liter,nec poſſunt perſonaliter, aut pecunialiter condem-
nari à ſeculari,iſta regula fallit prim. niſi Papa conceſſiſſet
de clericis certi loci poteſtatem laico. Secundo fallit in
K clerico *k* falſum deponente, quia exequutione reali pu-
nietur,perſonalis autem reſeruaretur Epiſcopo,& eodem
modo in expenſis in cauſis ciuilibus litigans,& idem de
vtente falſo inſtrumento, idem quando nollent in ciuili-
bus deponere,quia poſſent à ſeculari per atteſtationem
æqui,vel aliam leuem coërctionem cogi.Tertio deficiente
poteſtate Eccleſiaſtica,quia tunc ſecularis poterit punire
maximè facientes ſciſma in Eccleſia Dei,ſi Eccleſia nõ poſ
ſet illos corrigere. Quarto fallit in actualiter degradato,
quia effectus eſt de foro ſeculari,de quo per Luc.de Penn.
in l.2.C.de priu. ſchol. Quinto fallit in clerico verbaliter
depoſito, & incorrigibili excõmunicato, & contumaci a-
nathematizato,quia à ſeculari cõprimitur abſq; degrada-
tione actuali.Sexto fallit in ioculatore etiã in ſacris cõſti-
tuto,qui monitus 2.vel 3.non deſiſtit,nã ipſo iure eſt pri-
uatus ſuo priuilegio.Septimo in coniugato non deferente
veſtes,& tonſuram clericalem.Octauo in clerico in mino-
ribus conſtituto,qui duas vxores habuit, aut viduam, vel
corruptã ſecus de monacho, vel conſtituto in ſacris, quia
priuilegiũ clericale non amittit.Nono in macellatorib. &
tabernarijs, quia ſi tertio moniti, nõ deſiſtunt,vel talè of-
ficiũ reaſſumpſerint pſonaliter exercẽdo puniuntur à lai-
co maximè coniugati,non coniugati,ſi incedunt ſine ha-
bitu,& tonſura. Decimo ex delegatione ſedis Apoſtolicæ
ad hoc. Vndecimo qñ poſt capturã à laico aſſumpſit habi-
tũ clericalẽ,ſecus ſi ante iudiciũ inchoatũ, qđ intellige, vt
cognoſcat de cauſa,& nõ de perſona ex quo clericatus il-
lum omninò eximit à laici poteſtate, qđ extendas etiã ad
profeſsũ. Duodecimo in Francia eſt præſcriptũ in fractio-
ne ſaluęguardię.& etiã in portatione armorũ offenſibiliũ.
Tertiodecimo,qñ clerici offenderẽt officiales Regios,quos
modos vide in Bar.in l.vni.ff.ſi quis iudi.non obt.puta in
omni genere cõtumaciæ impeditiuę partes Iudicis,& eius
officiũ,vt non veniẽdi,non pariẽdi,non reſpond.Itẽ prop-
ter offenſam in perſonã officialis.Quartodecimo,vbi cle-
rici vellent vſurpare iuriſdictionẽ Regiã, quia tunc mul-
ctantur à laico,15.ratione alicuius artis,vel officij,quo ca-
ſu ſi in eo deliquit etiã ſuperior,licet laicus cognoſcit 16.
fallit in clerico officiali laicorũ ratione eius adminiſtratio-
nis 17.in clerico aſſaſſino,qui criminaliter punitur à laico
18.in clerico,qui poſt aſsũptũ clericatũ immiſcuit ſe enor-
mibus,& ſæuis,& diu in illis perſeuerauerit habitu,& tõ-
ſura dimiſſis idẽ de buffonib.ſeu hiſtrionib.& galiofardis,
qui per annũ illã artẽ exercuerũt,19.in clerico,qui relicto
ordine clericali, & habitu in apoſtaſia tanquã laicus con-
uerſatur,20.in clerico in minorib.conſtituto,qui effectus
ex lex exercet arma,21. fallit in clerico arma militaria de-
ferente,qui ſi tertio monitus,non deſtiterit omne priuile-

I gium perdi*.¶Secunda regula *l* ciuilis eſt † clerici in cau-
15 ſa ciuili etiãſi volentes,de iure non poſſunt corã ſeculari Iudice conueniri contraria conſuetudine nõ obſtante,fallit primo in cauſa ciuili, vt qñ inter duos vaſſallos tractatur quis ipſorũ ſit potior in feudo , quo caſu laicus dominus eſt Iudex,qđ non procedit,quando ageretur criminaliter,vel ciuiliter de delicto. Secundo fallit in Epiſcopo, vel clerico habente iuriſdictionẽ tẽporalẽ iure feudi, nã dato,qđ vaſſalli ſint clerici,tamen ad ſuperiorẽ appellabitur,qđ non procedit , ſi Epiſcopus habet hoc ex collatione cũ reſeruatione alicuius ſeruitij à dño temporali,vel ab
m eo iuriſdictionẽ recognoſcit . Tertio fallit *m* in cauſa reconuentionis,qđ non procedit,quãdo in fraudẽ hoc fuiſſet actũ,vt ibi reconueniretur,idẽ ſi laicus procuraſſet cõueniri,idẽ ſi conueniret pro re famoſa,vel iniuria laicum, idẽ ſi cauſa tangeret rẽ ſpiritualem,vel illi annexã,idem ſi reconueniretur de crimine,idẽ ſi veniret reſtringẽda perſona clerici,in quibus caſibus laicus non habet iuriſdictionem. Quarto fallit in actione reali,vel hypothecaria,pro qua sm̃ multos conuenitur corã laico,tamen in contrariũ eſt cõmunis opinio . Quinto fallit qñ clericus laudatur in auctorẽ,quia tenetur de euictione,nam tenetur coram ſeculari cauſam agere,& defendere. Sexto fallit quando clericus efficeretur hæres laici cum quo cauſa erat inchoata, quia tenetur proſequi cauſam corã Iudice defuncti, & eſt opinio æquior,licet multi contra . Septimo in emancipatione,quæ debet fieri coram laico . Octauo in inſinuatione nominationis quæ ſimiliter debet fieri corã laico. Nono fallit in inſinuatione teſtamenti,quando per ſtatutum deberet fieri. Decimo fallit ſi clericus,vt tertius vellet impedire executionẽ ſententiæ laici,quia coram eo,&c. Vndecimo vbi vellet contradicere publicationi teſtamenti in quo eſt hæres inſtitutus laicus, ſi habet intereſſe , tenetur contradicere corã laico . Duodecimo fallit in confectione inuentarij per laicũ citatis creditoribus,ſi clericus ſit creditor,ſeu legatarius tenetur corã Iudice inuentarij cõparere. Decimotertio in clerico ſucceſſore prædoni.Decimoquarto in clerico depoſitario ex ordine Iudicis ſecularis , & idem in ſequeſtris. Decimoquinto ratione adiuncti, & cauſæ connexitatis ; vt ſi vnus ſit clericus cum tribus fratribus laicis conuentis,trahitur coram ſeculari . Decimoſexto fallit ratione reconuentionis . Decimoſeptimo ratione abſurditatis euitandę,quia vnus iudicaret aliter,quã alter. Decimo octauo ratione adminiſtrationis, puta datis plurib.tutorib.quorũ vnus erat clericus . Decimo nono ratione vniuerſitatis,data maiori parte conuentorum laicorũ,conueniuntur etiã clerici corã laico. Vigeſimo ratione reclamationis à laudo ſuper cõpromiſſo facto per clericũ,& laicum,quo caſu clericus reclamans,debet adire Iudicẽ laicũ. Vigeſimoprimo,sm̃ aliquos in hypothecaria reſpectu bonorũ propriorũ ipſius clerici,qđ an ſit verum, non firmo. Vigeſimoſecundo ex delegatione per Epiſcopũ facta laico cognitionis cauſarũ ciuiliũ,& pecuniarũ. Vigeſimotertio in appellatione à banno facto per laicũ ſuper bonis clerici. Vigeſimoquarto ſi dubitatur , an ſit clericus vel cõi opinione reputatur laicus citatus à laico , non cõparens poteſt puniri, & condẽnari in expenſis,qđ extẽde etiã ad clericũ certũ,qñ ex facie citationis apparet cauſa, propter quã concluderetur citantẽ habere iuriſdictionem in eum. Vigeſimoquinto in poſſeſſorio ſi allegat ſe turbari ab alio clerico,vel laico,& intentat interdictũ retinendæ ad quod etiã ſunt capitula Regni ad Regale faſtigiũ, finis præcepti charitas,& alia,& procedit tã ſi contra clericum quã ſi contra laicũ,&c.& idẽ ſi intentaretur c.re integrãda,etiã ſi circa recuperationẽ cũ talia poſſeſſoria habeant plurimũ facti. Vigeſimoſexto in proprietatib.omniũ beneficiorũ quorũ collatio ſpectat ad Regẽ. Vigeſimoſeptimo pro reparatione Eccleſiæ sm̃ aliquos . Vigeſimoctauo pro cenſib.& tributis pro quib.non ipſi,ſed eorũ res videntur conueniri. Vigeſimonono in prouiſione tutelæ. Trigeſimo in curatore clerici minoris litigãtis corã laico. Trigeſimoprimo in clerico negociatore, quia de eius negotijs tenetur ad gabellas,& alia,vt laicus. Trigeſimoſecundo in clerico patiente ſe condẽnari,& executionẽ à laico cõmitti, quia licet poſtea alleget priuilegiũ condẽnatur tamen ad expenſas,& non declinans forũ laici,venit puniendus arbitrio Iudicis tanquam tranſgreſſor,&c.qđ extenditur ad concubinas eorũ de quibus etiã Iudex laicus cognoſcere non poteſt,niſi in notorijs,idẽ extenditur ad vxorẽ clericorũ incedentiũ in habitu,& tonſura,idẽ ad familiã clericorũ,idẽ ad heremitas,idem ad rectores hoſpitaliorum de licentia Epiſcopi ædificatorum promittentiũ caſtitatem, idem ad fratres tertij Ordinis,& hic attende opportunè, qđ in concernentibus litis ordinationem,vt dationem libelli,inſtantiã,& ſimilib.in præmiſſis caſib. ſeruabitur ius laicorũ in deciſorijs,ſi ratione contractus,& tunc sm̃ ius loci contractus,ſi ratione delicti,locus delicti,ſi agitur de re ius loci,in quo res ſtat,ſi vero eſſet ſtatutum reſpiciens perſonã,nõ ligaret clericum,de quo vide plenè per Andr. de Iſern.in conſtit.Regni ſi quis in poſterum,per Ang. in authen.vt cler.apud propr.Epiſc.Philipp.in c.2. de arbit. in 6 & omninò Fely.in c.Eccleſia S.Mariæ, extra de conſtit.in 7.concluſ.col.17 Abb.ibid.& c.licet extra, & c.qđ clericus,extra de foro cõpet.& in cap.cũ ſit generale, vbi Moder.eod. tit.Paul.de Caſt.in lege priuilegia,& in auth. caſſa.C.de Epiſc.& cler.Andr.in cap.1.de his qui feu.dar. poſs.col.2.Alex.conſ.5.in 5.vol.& conſ.136. 2.volum.vbi in illis,hæc quia notabilia,inſerui per concluſiones veras, Cæſar Petrinus de Neapoli.

a ADDE A poteſtate ſeculari. Adde, ſ. in habitu ſeculari, ſecus in clericali,quia talis quis eſſe præſumitur , in quali habitu reperitur,c.ſi vero,lo 2.& cap. in audientia, & ibi Abb.de ſent. excomm.text. & ibi Bart. in l.Item apud §.ſi quis virgines,ff.de iniur.ſecus ſi capitur de nocte,quia tũc indiſtinctè poteſt capi,& præſentari Epiſc.idẽ Abb.in d.c. ſi vero de ſent.excom. facit ad ſupradicta alleg. c. ſi Iudex laicus,& quæ ibi ſcribuntur de ſent.excom.in 6. Io. Mich.

17 † ADDE In habitu. Adde quod ſine videtur, idem quia
b habitus non facit monachum, cap.porrectam, & ibi gloſ. & Abb.de regular.ex. Io. Mich.

18† ADDE cũ vnica,& virgine,ſed in iſto caſu, ſ*c*t, an fuerit
c virgo,quomodo probatur virginitas, cap.propoſuiſti, de probationib. dicit quod adhibentur ſeptẽ mulieres ad inſpiciendũ corpus,&c.ſed qualiter probatur quod cognita à viro fuit virgo tẽpore coitus primę vicis,gl.in c.ſatis 33. q.5.dicit quod probatur per inſpectionẽ linteaminũ primæ noctis concubitus,quã ſequitur Abb.in d.c.propoſuiſti,& Alex.in d.l.item apud §.ſi quis virginem,ff.de iniur. quamuis Aret.in c.hæc Imago,eod.c. & quæ,& refert etiã Panorm.in d.c. propoſuiſti, dicit quod hæc ſunt quædam media, nam mulier millies cognita , bene ſcit inuenire remedia, vt appareat virgo in prima nocte , quod etiam innuit gloſ.in d.cap. propoſuiſti , ibi quia oculus, & manus obſtetricum ſæpè fallitur. Io. Mich.

19 † ADDE quod clerica eſt abraſio capitis,& ſignificat de-
d poſitionem omniũ temporalium , & parũ capillorum circumcirca ſignificat,quod aliquid pro ſuſtentatione retinere debet,12.quæſt. 1.cap.duo ſunt genera. Io. Michael.

20† ADDE quod probationes per teſtes,& ſcripturas æqui-
e parantur c.cũ Ioannes heremita,& ibi glo.in verſ.quodlibet inſtrumentũ de fide inſtrũ.ſed priuilegiũ videtur vnus de caſibus in quib.requiritur ſcriptura,c. porro,de priuil.
21 gloſ.in c.1,§.poſtquam de cenſ. in 6. quæ † gloſ. cumulat 34. caſus in quib.requiritur ſcriptura,quibus adde trigeſimumquintũ, ſcilicet quod ordinaria iuriſdictio nõ poteſt probari,niſi per publicum inſtrumentum, Iaſon in l.more num.33.ff.de iuriſdict.omn.Iudic. Io.Michael.

f ADDE per vnũ teſtẽ,adde Petrũ Girar.in ſing.49. & Io. de Arno. præceptorẽ meum in ſuis cõment.118. Io.Mich.

g ADDE capitulo primo eodem titulo de regularibus in ſexto,& eodem libro cap.vnico,& ibi gloſ.in verſic.ta-
22 citam , de vot. & vot. redempt. † in quibus improbatur quod profeſſio monachatus fit tacitè in monaſterio per moram illic factam cum habitu, eo maximè vbi non ſunt

habitus

Digitized by Google

habitus diſtincti, quia poſt annum nouitiatus fit profeſſio Panorm. in ſupradicto cap. antepen. cum ſeq. extra de regular. & per profeſſionem monaſterium acquirit poſſeſſionem in monachum, idem Panorm. & Felyn. in c. ſuper de teſt. Io. Mich.

23 † ADDE quod ſi clericus accuſat citra pœnam ſangui-
h nis, & officialis punit accuſatum corporaliter, accuſans non eſt irregularis Afflict. in conſt. eos, ibi ſed iuxta hoc, & ibi, ad ſecundum.

i ADDE Bart. in l. diuus, ff. de ſal. per Afflict. in deciſ. 230. & in conſtit. eos, verſ. 6. quæro vbi habetur de materia Hieronymus.

k ADDE quod iſta regula, & regula præcedens cum earũ fallentijs, & earundem corroborationibus ponuntur per Stephanum Aufrer. præſidentem parlamenti Tholoſani in tract. de poteſt. ſecul. ſuper Eccleſ. & è contra vbi ſatis abunde. Ioan. Michael.

l ADDE quod clericus reconuentus non renunciat ſuæ cauſæ, vt euitet reconuentionem ſecundum Bald. in auth. & conſequenter penult. col. C. de ſent. Afflict. deciſ. 173. Hieronymus.

RITVS CCXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecularis, an de excommunicationis exceptione cognoſcere poſſit?*
2 *Excommunicatus nunquid compenſationem poſſit opponere?*
3 *Excommunicatus agere non, ſed excipere poteſt.*
4 *Solutio pro facto habetur.*

1 ITem quod in quibuſcunq; &c.) † Sed an de exceptione excommunicationis poſſit Iudex ſecularis cognoſcere, & dicendum erit quod non, ſecundum Petr. de Anch. in cap. canonum ſtatuta, in 5. quæſt. extra de conſt. & Specul. in tit. de compet. iud. adi. §. 1. ver. 2. & Ant. de Butr. in cap. tuam extra de ord. cog. pen. col. quos ſequitur Alex. in l. Titia, pen. col. ff. ſol. matr. quod videtur prima facie eſſe contra iſtum Ritum in fine vbi permittitur probatio excommunicationis in promptu in Magna Curia, ſed ego intelligerem prædicta procedere de iure communi in ordinaria cognitione, ſecus in incidenti, & ſummaria, ita videtur loqui iſte Ritus, quia caſu ipſo non denegatur cognitio ipſius Iudici laico etiam, quod ſit ſpiritualis ad defectum impediendi iudicium, ita videtur notare Specul. in titul. de primo decreto, §. reſtat. verſ. quod ſi agatur, nota etiam Bal. in l. fi. C. de Carb. edi. & in authen. et qui. C. de bon. aut. iud. poſſ. Specul. in tit. de rei vend. §. nunc dicamus, verſ. ſed nunc incidentes, habetur per Bald. in l. quotiens, C. de Iud. & in d. l. Titia, refert & ſequitur Rom. conſ. 299. poſt princ. & hinc ſumpta occaſione quæ-
2 ro, † an excommunicatus poſſit opponere compenſatio-
3 nem † cum non poſſit agere, ſed excipere, c. cum inter, extra de exceptione, Bar. in l. amplius, in fin. ff. rem rat. hab. dicit, quod non, idem firmauit Bal. in l. cum Papinianus in fi. C. de int. & Iacob. de Aret. & Bald. in l. quoniam, C. de adul. Poteſt tamen excipere, & dicere ego non ſoluo tibi, quia tu non ſoluis mihi, & ſic ſtat per te quo minus
4 tibi ſoluam, † Igitur ſolutio habetur pro facto ſecundum Ang. in dicta l. quoniam, quem refert, & ſequitur Soccin. in l. iure ciuili, ff. de condit. & demonſt. quod eſt notandũ, quia licet non poſſit opponere compenſationem (vt eſt dictum ſupra) tamen per prædicta poteſt ſe tueri modo quo ſupra.

RITVS CCXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Denunciare, & accuſare quid. Et de differentia inter vtrunque.*
2 *Requiſita in accuſatione vſurariæ prauitatis.*
3 *Accuſatio de vſuraria prauitate, num ſit cuilibet de populo prohibita?*

ITem quod nullus, &c.) In text. ibi denunciandum,
1 † Adde quod denunciare eſt crimen deferre apud competentem Iudicem, ſm̃ Sal. in l. ea quidem, C. qui accuſ. non poſſ. & Gan. in tract. malef. in tit. quomod. de crim. cog. per denunc. per Gul. de Cun. in tract. male. in tit. de denunc. & in l. ab accuſatione, ff. ad Turpil. & Specul. in tit. de denunc. §. 1 Bar. in l. diuus, ff. de cuſt. reo.

¶ In tex. ibi accuſandum. Adde quod accuſare eſt aliquem reum criminis in libello deferre ad vindictã ſm̃ Azor. in ſumm. de accuſ. & Hoſt. eod. tit. probatur in l. cum rationibus, C. qui accuſ. non poſſ. In quibus autẽ differant accuſatio, & denunciatio. vide per Matth. in conſt. Regni vſu-
2 rariorum 2. car. † Et in accuſatione huius criminis debent poni requiſita per legem libellorum, ff. de accuſ. ſm̃ Ritũ
3 ſuprapoſitũ ſub rubr. de offic. aduoc. & procur. fiſci, † & in hoc eſt correcta d. conſtit. Regni vſurariorum, ſ. qđ per iſtum Rit. & per c. Regni prohibita eſt cuilibet de populo accuſatio de vſuraria prauitate, ſicut permittebat d. conſt. vt declarat Matth. in d. conſtit. vſurariorũ, & Par. in tract. ſindic. in verſ. inquiſitio in fin. princ. & poſt iſtum Ritum emanauit quædam litera Regia inſerta in volum. pragma. in qua multa addidi, vide ibi dicta per me, nouiſſime ſucceſſit nouella pragmat. Caroli V. Imperat. inuictiſsimi, cui D. N. Ieſus Chriſtus faueat: quæ incipit, vſurarum etiam, & capitulo per quam confirmatur d. conſtit. Regni vſurariorum contra vſurarios manifeſtos tantum, & mandat eos non poſſe ſe iuuare diſpoſitione Rit. & cap. Regni ſupra nominatorum, vt in ea legitur. De vſurario manifeſto vide quæ dixi ſupra in Rit. qui incip. Itẽ quod nullus, &c. ſub rubr. non poteſt quis accuſare, &c. Ritu. num. 192.

RITVS CCXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Materia productionis ſcripturarum, ante & poſt concluſ. remiſſiuè.*
2 *Perſonæ priuilegiatæ quæ remiſſiuè.*
3 *Sufficit quandocunque de veritate conſtare.*

1 ITem quod in quacunq;, &c) † Materiam productionis
2 a ſcripturarum ante concluſionem, vel poſt vide per Andr. de Iſern. in conſtit. Regni iuriſperitorum, & quę ibi habentur per Matth. & per Felyn. in c. cum dilectus, extra de fide inſtrum. per Bar. & alios in l. admonendi, ff. de iur. iur. per Matth. late in conſtit. Regni lite legitimè conteſtata, 13. not. vbi declarat omnes iſtos Rit. ibi vide
2 cauſa breuitatis, in fine tex. ibi perſonæ priuilegiatæ. † Adde, & vide de perſonis priuilegiatis quæ habentur in l. 1. C. quando Imper. inter pup. & vid. & in c. ſignificantibus extra de offic. deleg. & vbique per Doctor. & vltra eos cumulata per me in pragm. Regni quæ incipit curſu dilationum, ego vidi ſeruari etiam in Sac. Reg. Conſil. quod recipiuntur quandocunq; & de ipſis ſcripturis habetur ra-
3 tio, † quia ſufficit quandocunq; conſtare de veritate per cap. Regni deteſtantes, & per primam pragmat. & ſic contra iſtos Ritus.

a ADDE Lanfran. in cap. quoniam contra in verſ. inſtrumentorum productiones, & ibidem Felyn. extra de probation. Ioan. Michael.

RITVS CCXLII.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum quando in actis præſentatur debet pars citari, cum limit.*

ITem ſeruat, quod dato termino, &c.) Adde q̃ per iſtum Ritum limitatur communis concluſio quæ ſe habet, q̃d
1 quando, † præſentatur inſtrumentum in actis debet pars citari, alias non facit præiudicium non citato, de qua per Bald. in l. ſi quando in fine, C. de teſti. & in l. Iudices, C. de fide inſtrumen. & in l. ſancimus, penult. col. C. de iudic. & per Matth. in conſtit. Regni baiulos omnes in 17. colum. &

Digitized by Google

& in conſtit. Regni cordi nobis in 13. notab. Limita vt non habeat locum quando præſentatur inſtrumentũ infra terminum datum ad probandum, & cum iſto Ritu in hoc concordat id quod dixit Angel. in l.properandum, in §.ſi autem, C. de Iudic. & Bald. in l.fin.2.col.C.qui admit. & Bart.in l.item illa 2.col.ff.de conſtit. pec. & iſtam limitationem ſequutus fuit Matth. in d.conſtit. cordi. & non allegauit iſtum Ritum.

RITVS CCXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ciuilis, & criminalis, quæ dicatur.*
2 *Dieta vulgaris quæ dicatur.*

1 Item quod cauſæ, &c.) † Adde quod cauſa ciuilis dicitur quando agitur ad aliquid applicãdum parti ſecundum gloſ. in l.prætor.ff.de ſepulc.vio. & ibi per Bart.per Specul.in tit.de conuum.§.ſequitur verſic. alia ciuilis, & verſ. ſi vero. Alias ſi ageretur ad aliquid applicandum fiſco, ſiuè ad vindictam diceretur cauſa criminalis, l.agraria, ff.de ter.mo. & ibi Bart. vbi vide per Doctor. in text. ibi per
2 vnam dietam vulgarem, † Adde quod dieta vulgaris dicitur ſecundum conſuetudinem regionis, vt not. gloſ. in c. nonnulli, extra de reſcript. habetur per Doctor.in l.1.ff.ſi quis caut.

RITVS CCXLIV.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa feudalis quæ ſit.*
2 *Feudum quaternatum quid ſit.*
3 *Inſtantia cauſarum feudalium, an ſit triennalis? Et quid ſi lata fuerit ſententia feudalis poſt ſupradictum terminum, ibidem.*
4 *Feudi diffinitio.*

Item quod inſtantia, &c.) In text. ibi feudalium, &c.
1 † Adde quod cauſa feudalis dicitur in qua de feudo tractatur ſiue non quaternato, vt probatur in conſtit. Regni contingit interdum in princ. & in cap.1.iuncto fin. & ibi
2 Andr.de Iſern.de feud.cognit.in vſibus feud. † Et quid ſit
a feudum *a* quaternatum, vide per Afflict.in conſtit. Regni
3 ſtatuimus in 4. nota. In text. ibi per annum. † Adde quod de iſto Rit. fuit memor Matth. in conſtit. Regni hac leg. in 2.col. per quem Ritum corrigitur in hoc Regno generalitas, l.properandum, in princ.C.de Iudic. quatenus ſtatuitur terminus triennalis inſtantiæ cauſarum ciuilium, vt non comprehendat cauſas feudales tam in cauſa principali, quam appellationis; vt in text. illo habetur. Sed quid ſi poſt terminum ſtatutum per iſtum Ritum, eſſet lata ſententia in cauſa feudali, an valeat? vide per Matth.
4 in d.conſtit.hac leg.in 2.col. † Feudum autem dicitur eſſe quoddam beneficium, quod ex beneuolentia alicui datur cap.1.§.fin.quib.cauſ feud.amitt. habetur per Bal. & Modern.in præud.feud.& cognito quid ſit feudum, ſcies quę ſit cauſa feudalis de qua in Rit.50. vbi vide.

RITVS CCXLV.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta producuntur vſque ad concluſionem.*
2 *Teſtes non producuntur regulariter poſt public.*
3 *Appellatione inſtrumentorum veniunt teſtes.*
4 *Iudex facultatem habet dilationem breuiandi. Et quære, & num.6.*
5 *Inſtantia ſi erit breuis, vt in nundinis, an peti, & concedi poſſint dilationes iuſtæ, inſtantiã excedentes?*
6 *Iudex dilationes in totum auferre non poteſt.*
7 *Dilationes inſtantiam à lege, vel ſtatuto inductam non tranſibunt.*
8 *Inſtantia in quibus emergentibus non currat.*
9 *Sententia lata poſt tempus præfixum à Ritu 245. an ſit nulla?*
10 *Subrogatũ natura eius in cuius locum ſubrogatur, ſapit.*
11 *Lex apponens temporis menſuram, inſtantiæ tempus apponere videtur?*
12 *Elapſo tempore inſtantiæ, an poſt per ſententiam cauſa poſſit terminari?*
13 *Dilationes nunquid arbitrariæ?*
14 *Iudex, an ex officio ad ſententiam procedere, & alia facere poſſit.*
15 *Statutum, ſi dicat cauſam infra certum terminum committi, intelligendum ſi à parte petitur.*
16 *Officium Iudicis niſi petenti non impartitur.*

Item quod termini, &c.) In princ. text. adde quod ſi eſſet datus terminus ad producendum teſtes, in eodem termino non comprehenditur productio inſtrumentorũ
1 nec è contra. † Et ratio eſt, quia alia eſt regula circa productionem inſtrumentorum, quæ poſſunt produci vſque
a ad concluſionem, *a* c.cum dilectus, extra de fide inſtrum.
2 alia circa productionẽ teſtium, † qui non poſſunt regula-
b riter produci poſt publicatum *b* c.teſtib.in fin. & c.fraternitatis, extra de teſtib. ita ſignanter dixit Specul. in tit. de dilat.§.fin.verſ.item not.& Bal.in l.ſi ex falſis, C.de tranſ. in 2.col.& in l.1.ff.de fide inſtr.& ibi per Alex.per Bal. in l.1.C.de iur.calum.per Paul.de Caſtr.& Alex.in leg.oratione, ff.de ſer.habetur per Abb.Panor.in c.peruenit nu.j. extra de teſti.cog. Quod videtur verum ſi dilatio eſſet data poſt publicatum: ſecus ſi ante, ſecundum Ioan.de Imo. licet ſub dubio in d.l.oratione, quem refert ibi Alexan.& dicit probari in d.c.peruenit in verſ.cauſa cognita, vbi idẽ
3 Imol.ſic firmat: quamuis regulariter. † Appellatione inſtrumentorum veniant teſtes, vt habetur in d.l.1.ff.de fide inſtrum.& per gl.& Doct.in d.l.ſi ex falſis habetur per Canon.in c.peruenit, & in cap.forus, extra de verb.ſignif. &
c in l.in exercendis, C.de fide inſtrum. *c*

¶In tex.ibi labi tempus, &c. adde gloſ.iuncto tex.& quę ibi habentur per Doct.in c.de cauſis, extra de offic.deleg. & in c.ſuper eo.lo 2.extra de appell.Specul.in tit. de
4 dilat.c.1.verſ.ſed pone, & ibi Io.Andr.per quem tex. † & iura prædicta datur facultas Iudici breuiandi dilationem, ne inſtantia labatur cauſa indeciſa. ¶ Sed iuxta prædicta
5 quæritur. † Quid ſi inſtãtia eſſet breuis, vt accidit in nundinis, & cõtigerit peti iuſtas dilationes excedentes tẽpus inſtantiæ: an ſint cõcedendæ? & videtur dicendũ quod ſic, arg.tex.in l.mortuo, ff. de Iud.& per ea quæ not. Cyn. in l.petendæ, in fin.C.de tẽp.in integ.reſtit. & l.interdũ, &
6 ibi per Pau.de Caſt.ff.de Iud. quia licet † Iudex poſſit breuiare dilationes, tamen non poteſt eas in totũ auferre ſm Spec.in d.verſ.ſed pone, ſed Imol.in c. de cauſis, extra de
7 offic.deleg.dicit, † ꝙ dilationes ſunt ita moderandæ, quod non tranſeat inſtantia inducta à lege, ſiuè à ſtatuto, vide per Petr.de Anch.in clem.j.de for.cõpet.Bar.in extrau.ad repri.in verſ.per edict.Bal.in l.1.in princ.C.de dilat.Imo. in leg.qui ante calendas, ff.de verb.oblig.Alex.in l.2.in fi. ff.de appell.recip.& Matth. in conſtit.cauſa alias, & dixit Gul.de Cu.in l.properandũ, C.de Iudic.& Bald.in leg. &
8 poſt edictũ §.1.ff.de Iudic. † quod in emergentibus nõ currit inſtantia, in emergentib.dico ante litẽ conteſtatã; vt ſi diſputaretur de mãdato, ſiuè procuratorio, qđ eſt ſingul. not.ſm ipſos, ſed quia ſtatutũ eſt tẽpus ad decidendũ cau-
9 ſam quæritur, † quid ſi ſentẽtia eſſet lata, poſt tẽpus præfi-
d xũ in iſto Rit. an valeat vel ſit nulla? *d* Et vr̃ dici poſſe nullã, etiamſi ſit lata infra tẽpus præfixũ inſtantiæ de iure cõi per not.per Io.And.in add.Spec.in tit.de Iud.deleg.§.reſtat, verſ.quid ſi in ſtatuto, per rationẽ quia tẽpus per hos Rit.ſtatutũ inſtantiæ eſt ſubrogatũ in locũ tẽporis præfixi inſtantiæ de iure communi ſecundum Io.Andr. in addit. Specul.in titul. de appell. in §. nunc breuiter verſic. licet autem in addit.magna ante fin. habetur per Doctor. in d.cap.de offic.deleg.& in cap.ex ratione, extra de appell.

Quia

Digitized by Google

10 † Quia ſubrogatum ſapit naturam eius,in cuius locum
ſubrogatur,l.ſi eum,§.qui iniuriarum, ff. ſi quis caut.&
cap. eccleſia. extra, vt lit. pend. ſed dicta ſententia lata
poſt tempus præfixum inſtantiæ de iure communi, erit
nulla,ſecundum glo.communiter approbatam in d.l.pro-
11 perandum,in prin.igitur,&c. † nam quando lex apponit
menſuram temporis, ſi loquitur in rem (vt ex textu ſu-
pradictorum Rituum colligitur) videtur opponere tem-
pus inſtantiæ,ſecundum Bald.in l.obſeruare, §.proficiſci,
in 3.q.ff.de offic.proconſ.& in l.fin.C.vt infra cer.temp.
vide tamen per Doct.in d.l.properandum, & Matth. in
conſtit.Regn.hac lege,& Par.de Put.in tracta. ſynd.in
verſ.inſtantia,Pau.conſ.328. per Alex. conſ.104.in prin.
12 in 5.vol. † Sed quid ſi per fruſtratorias dilationes vnius
partis tempus inſtantiæ labatur, an poſt tempus poſſit
cauſa terminari per ſententiam, vide glo.in l. intra vtile,
in fi.princ.ff.de mino.in c.cum venerabilis, extra de ex-
cep.& ibi per Cano.per dominum Iaſ. in d. l. properan-
dum, in princip.in 2.not.in tex.ibi arbitrio iudicis, &c.
13 † Adde,quod licet per iſtum Ritum dilationes ſint arbi-
trariæ: tamen per pragm. Regn. quæ incip. comparente
reo,ſtatuitur terminus quinque dierum, ad probandum
exceptiones dilatorias ante litis ingreſſum, & in cauſa
principali quindecim dierum ad probandum poſt litem
conteſtatam,vt in alia ſequenti pragm.quæ incipit, poſt
prædictas,quæ ſeruantur tanquam iura nouiſſima in Re-
14 gno,in quibus vide,quæ ibi ſcripſi. † Adde etiam, quod
iudex poteſt ex officio procedere ad ſententiam,ne inſtan
tia labatur,vt probat tex.iuncta glo.in l.vbi pactum,C.de
tranſact.per quem tex.ita not.dixit Bart.in l. Seius, ff. ad
leg. Falc.quē ſequitur Alex. in d.l.properandum, in prin.
inſa.col.& in d.l.vbi pactum.Quæ autem iudex ex officio
facere poſſit in cauſis ciuilibus,vide per Alex. in l.1. C.vt
quæ deſunt aduoc.& in l.4.§.hoc autem,ff.de dam.infec.
15 ¶ In tex.ibi,partibus inſtantibus,&c. † Adde,ꝙ ſtante
ſtatuto quòd cauſa committatur intra certum terminum,
quod intelligitur ſi fuerit petitum,ſecūdum Ant. de Butr.
in c.pen.extra de iudic.& Ang.in conſ.140.quod facit ad
Regiam pragm.quæ incip.odia litium, &c. quæ loquitur
de compromiſſis fiendis infra duos menſes inter coniun-
ctos,quia intelligitur ſi fuerit petitum, faciunt, quæ ha-
bentur per glo.& Docto.in l.vniuerſa,C.de prec. Imper.
offer.quę concordant cum iſto tex.ex quo habetur,quòd
iudex ad partis inſtantiam non debet permittere labi tē-
pus inſtantiæ, licet ex officio etiam poſſit terminare cau-
ſam.Sed non cogitur,quia non quicquid,&c.l.non quic-
16 quid,ff.de iudic. † quia officium iudicis non impartitur,
niſi petenti,vt habetur in d.§.hoc autem,& ſentit Barto.
in d.l.Seius.

a ADDE vſque ad concluſionem. Adde,quæ ſupra in
Rit.23.dixi. Io.Mich.

b ADDE poſt publicatum, an & quando teſtes poſſint
produci,& recipi poſt publicatum, & poſt concluſum,
latè per Hypp.in l.1.§.ſi quis vltro,nu.9.cum plur.ſeq.&
nu.45.& 46.ff.de quęſtio. Io.Mich.

c ADDE Lanfranc.in c.quoniam contra,in verſ.inſtru-
mentorum productiones,in princ.de prob. Io.Mich.

d ADDE nulla,quid reddat ſentētiam nullam,vide quæ
addam infra in Rit.285. Io.Mich.

RITVS CCXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa criminalis quæ,& quando ſtrictè dicatur.*
2 *Pecunia pro teſtium extra Regnum examinatione depo-
ſita,quando inter Cur.& partem diuidenda.*

1 Item,quòd cauſæ criminales, &c.) † Adde,quod cauſa
a criminalis *a* dicitur, quando pœna applicatur fiſco,
l.agraria,& ibi Bart.ſl.deter mo.l.prætor,ff.de ſepul.viol.
Item quando in libello dicitur,accuſo, &c. tunc dicitur
criminaliter agere,ſecundum glo.in rub. C.quando ciuil.
actio præiud crim.habetur per Panor.in c. ſeries,extra
de teſti.Licet ſtricte dicatur cauſa criminalis,quando agi-
tur ad punitionem corporalem, ſecundum glo.in l.ſi qua
per calumniam,C.de epiſc. & cler. & Bar. in d.l. prætor.
2 † In tex.ibi,extra Regnum,&c.Adde nouellam pragmat.
Regis Catho. quæ mandat deponi certam ſummam pecu
niæ: quando petitur examinatio teſtium extra Regnū,
& ſi nō examinantur,quia diuiditur inter partem,& Cu-
riam pecunia depoſitata,vide eam.

a ADDE eundem authorem ſupra in Rit.57. & ibi ſcri-
pſi. Ioan.Mich.

RITVS CCXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia in ciuilibus, & criminalibus, quantum durat.*
2 *Inſtantia per triennij lapſum de iure canonico non perit.*

1 Item ſeruat,vt inſtantia, &c.) † *a* Adde,quod iſte
a Ritus concordat cum tex.& his,quæ ibi habentur in
ſuperius allegata l.properandum,de iudic.vbi eſt ma
teria iſta,quantum durat inſtantia in cauſis criminalibus,
& ciuilibus,vbi vide.

a ADDE † quod inſtantia non perit de iure can.per la-
2 pſum triennij,tex.& ibi Abb.in c.cum olim 2.de priuil.
& in c.pen.de iud.& Scriben.vtroque loco, & apoſtil.ad
Abb.in d.c.cum olim. Io.Mich.

RITVS CCLI.

SVMMARIVM.

1 *Appellatus quid facit, appellante non proſequente ap-
pellationem.*
2 *Appellatio poteſt de iure communi actuario præſentari.*
3 *Tempus appellandi de iure canonico, ciuili, & munici-
pali.*

1 Item ſi appellans,&c.) † Quid autem poſſit facere
appellatus, quando proſequitur cauſam appellatio-
nis,vide tex.& quę ibi habentur per Panor. & Mo-
der.in c.ſępe contingit,& in c.reprehenſibilis,extra de
appell.in tex.ibi,præſentatione,&c.

2 ADDE, quod de iure cōmuni appellatio poteſt actua-
rio pręſentari, vt habetur in auth.quæ ſupplicatio, C.de
prec.Impe.offer.& ibi per Bar. & Bal.habetur per Alex.
in l.1.§.libelli,ff.de appell.& in conſt.Regn.appellationū
3 tempora. † In tex.ibi,quocunque iure,&c.
ADDE, quod de iure canonico ſtatuitur tempus ap-
a pellandi *a* in c.ei,2.q.6.cap.cum ſit Romana,extra de
appell.& in c.ex ratione, eod. tit. de iure ciuili ſtatuitur,
in auth.ei qui, C.de temp. appell. & in auth. de his, qui
ingrediuntur ad appellandum, §.1.col.5. In Regno vero
per conſt.appellationum tempora, & ibi per Scribentes,
& in pragm.Regn.quę incip.appellationum tempora,
vide quę ibi ſcripſi.

a ADDE clem.ſicut,de appell.quę dicit,quòd appellans
debet infra anni terminum facere litem, niſi ex cauſa, &
ibidem d.Card. Io. Mich.

RITVS CCLII.

Item ſi contingat, &c.) In text.ibi,aut quæ ſupplica-
tio,quæ eſt ſituata ſub rub.C.de precib. Imper.offer.
Quę cautio præſtatur, ſi ab aduerſario petitur,iuxta
ea, quæ habentur per glo. & Docto. in l. vniuerſa reſcri-
pta, C.eod.titu.

RITVS CCLIII.

SVMMARIVM.

1 *In cauſa appellationis, an procedatur ſine litis conteſtatione de iure communi.*

ITem in eiſdem,&c.) In tex.ibi,litis conteſtatione,&c.
1 † An autem de iure communi in cauſa appellationis
2 procedatur ſine litis conteſtatione, *a* ſi volumus lo-
qui de iure canonico,vide in c.interpoſita , extra de ap-
pell.per Imo.in cap.Raynutius,in glo.in verſ.conteſtata,
extra de teſtam.per Old conſ.12.de iure ciuili,vide tex.&
ibi Bar.& Alex.poſt ipſum in l.cum anterioribus,§.illud,
C.de tempo.appe.in Regno ſeruatur iſte Ritus , ſecũdum
quod declarat Afflic.in conſtit.Regn.dilationes,in 3.& 5.
not.& quid in interloquutoria,vide in cap. per tuas , ex-
tra de appell.
a ADDE ſine litis conteſtatione,adde Lanfran. & ibi
apoſt.l.c.quoniam contra,in verſ.interloquutoriæ,& ap-
pell.nu.140. Io.Mich.

RITVS CCLVII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non fit gratia retardandi exequutionem,ſed reuocandi ſententiam.*
2 *Appellatio de iure canonico,etiam in minimis non prohibetur.*

ITem in cauſis,&c.) adde, quod iſte Rit. quãuis dicat,
1 ꝙ non appellatur, † intelligitur ad effectũ retardandi
exequutionem,& non appellatur ad effectum reuocandi
ſententiam,ſiue decretum latam,ſeu latum de duabus vn-
cijs ſi fuiſſet lata,ſiue latum iniuſtè; ita declarat Afflic.in
ſua deciſ.161.vbi etiam declarat ſequentes Ritus, & de
decreto affirmatiuo emanauit Regia pragm.Regis Ferdi-
nandi Primi,incip.Magnæ Curiæ, quæ ſimiliter intelligi-
2 tur. † De iure vero canonico appellatio non prohibetur
etiam in minimis,per tex.& quæ ibi habentur per Doct.
in c.de appellat.extra de appellat.

RITVS CCLIX.

SVMMARIVM.

1 *Appellari de iure communi ab aliquibus caſibus non licet.*
2 *A decreto Curiæ ciuili,vel criminali,num appelletur?*

1 ITem non appellatur ab omnibus.&c.) † In tex.ibi,de
iure communi habetur in l.2.C.quo.app.non reci.&
per tot.tit.in l.1.C.de rapt.virg.per glo.& Doct. tex.
eſt,& ibi habetur per Doct.in l.conſtit.ff.de appell. habe-
tur per Matt.in conſt.Regn.humanitate,& in conſt. pœ-
na eorum,& in conſt.paternorum. Adde c. Regn.plerũq;
2 contingit. † In tex.ibi,ipſius Curiæ,&c.
ADDE, quod iſte Ritus obſeruatur in Magna Curia,
& pro eo ita fuit deciſum ſecundum d.Ant.Cap. in deciſ.
144.& habetur per inſignem do.magnum Criminaliſtam
Tho.Gra.in voto 2.nu.9.& quid in ſupplicatione,aut in-
terloquutoria,vide Capyc.in deciſ.144.

RITVS CCLX.

SVMMARIVM.

1 *Tempus legitimum eſt 50.dierum.*
2 *Proceſſus ſi poſt legitimum tempus præſentabitur, ante tamen declarationem deſertionis, an ex eiſdem actis reuidebitur?*
3 *Iudex ad quem,an poſſit tempus abbreuiare?*

ITem ſeruat ipſa Curia,quòd quando,&c.) In tex. ibi,
1 legitimum tempus, † adde,quòd tempus legitimum
2 eſt quinquaginta dierum *a* per conſt. Regni appellatio-
num tempora,& per pragm.Regni,quæ ſimiliter incipit,
2 appellationum tempora, vide ibi dicta per me, † & adde,
quod ſi proceſſus non eſſet præſentatus infra dicta tem-
pora contenta in d.conſtit. & prag. ſed eſſet præſentatus
poſt terminum prædictum,antè tamen quam eſſet decla-
ratum appellationem eſſe deſertam,quod cauſa ipſo pro-
ceſſu,ita refert Matth.eſſe de more Sacri Conſilij in deciſ.
143.& verum eſt,quia ita practicatur.
a ADDE, † & an iudex ad quem poſſit breuiare dictum
3 tempus,ex qualitate rei,& loci? dic ꝙ ſic,Affl.in d. conſt.
appellationum tempora 3.& 8.nota. Ioan. Mich.

RITVS CCLXI.

VBi vero,&c.) Vide ſupra car.præcedenti alios ſimi-
les Ritus ſub rubr.de appell.cum aliquibus additio-
quas ibi edi,& adde c.Regni plerunque,&c.

RITVS CCLXII.

SVMMARIVM.

1 *Quis iudex de iure communi exequutioni ſententiam mandabit in ciuili,& criminali.*

1 ITem ſeruat ipſa Curia , &c.) † adde, quis mandabit
exequutioni ſententiam de iure communi, iudex à
quo,an iudex ad quem? vide per Barto.in l.eos,in fin.
prin.& in l.præcipimus,C.de app.& in l. à Diuo Pio, in
princ.& ibi per Doct.ff.de re iud. per Bal. in l. tale pactũ,
§.qui prouocauit , ff.de pact. & Cano. in cap. paſtoralis,
extra de offic.deleg.Et quid in criminalibus,vide per Bal.
in d.§.qui prouocauit. & in l.addictos, C.de appell. & in
auth.ſi quis litigantium.

RITVS CCLXV.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ ſuſpicionis quæ ſint,& nu. 7.*
2 *Sententia lata per iudicem recuſatum,an nulla?*
3 *Suſpicio, an iuramento probetur.*
4 *Iudex,an poſſit in totum recuſari, vel dari adiunctus de iure ciuili,& canonico?*
5 *Exceptio recuſationis, quando, & quo ordine opponitur.*
6 *Recuſatio indifferenter allegata non valet.*
7 *Officialis ſi accuſatur ſuſpectus,an finito officio,& confirmatus, ſuccedat vt ſuſpectus.*

ITem ſi contingat,&c.Ioanna,&c) adde, quod iſte
Ritus eſt in viridi obſeruantia, & continuò practica-
1 tur. † Quæ autem ſunt cauſæ ſuſpicionis , vide in c.
cum ſpeciali,& in c.poſtremo,extra de appellat. vbi per
2 Doct.& maximè per Philip.de Fran. *a* habetur,per Fel.
in c.tanquam , extra de offic.deleg.per Par. in tract. de
ſynd.in verſ.ſuſpicio,habetur in l.apertiſſimi,& in l.ſi. C.
de iud.vide quæ ſcripſi in pragm. quæ incip.reſponſioni-
2 bus,vlt.car. † An autem ſententia lata per iudicem recu-
ſatũ ſit nulla, vide per Doct.in d.c.cum ſpeciali, per Alex.
3 in l.quia poterat,ff.ad Trebell. † Et an ſuſpicio probetur
iuramento,vide glo.Bald.& Angel. in d.l.apertiſſimi,&
4 Alex.in l.ſi fideiuſſor,§.fi.ff.qui ſatiſd. cog. † Et an iudex
poſſit

Digitized by Google

poſſit in totum recuſari,an debeat ſibi dari adiunctus, vide per Bal.in d.l.apertiſſimi diſtinguentem, aut recuſatur ille,qui eſt iudex ex prorogatione, & tunc ante litem conteſtatam,recuſatur in totum,aut eſt iudex ordinarius, & datur ſibi adiunctus Epiſcopus, niſi ratione præcedentis aduocationis,& eo caſu recuſetur,& idem vbi ſuſpicatur, quod nō ſit ſibi contrarius, per iura ibi allegata per eum, & hoc de iure ciuili.De iure vero canonico ordinarius recuſatur, ſi in recuſatione inſeritur legitima cauſa recuſationis,c.2.requiris,extra de appell.ſecundum ipſum. Seruata forma alterius cap. Regni,quod incipit, Prolixitatem,&c.ad car.22.in noua impreſſura,quod approbatum
5 videtur in hoc cap. † Sed quæro, quando poteſt opponi exceptio recuſationis, & quo ordine ponitur per Inn. in c.inter monaſterium, extra de re iud.per Bar. in l.quidam conſulebat,ff.eo.per Bal.in d.l.apertiſſimi,qui concludūt, quod opponi debet antequam conſentiatur in iudicem, ſcilicet,ſi tunc ſubeſt cauſa ſuſpicionis, ſed ſi orietur in processu cauſæ,tunc quandocunque oriatur, opponi po-
6 teſt,ſecundum ipſos. † Et adde verbum notandum, quod ſi recuſatio indifferenter allegatur,videlicet,allegando ſuſpectos omnes,&c.quod recuſatio non valet, ita dicunt Ray. Bal.& Imo.ac Mode.in l.hoc modo, ff.de cond.&
7 demonſt. † Sed quid ſi officialis fuit ſuſpectus, finitoque eius officio,an ſi ſucceſſit etiam ſuſpectus, & videtur dicendum,quod ſic,ſi ſuſpicio inhæret dignitati,alias ſecus, ita decidit Alex.in d.conſ.cum ſpeciali,12.col. de vtroque tamen vide Dom.meum Anto.Capyc.in deciſ.138. nu. 6. cum ſequen.
a ADDE, quia Philip.enumerat quadraginta cauſas ſuſpicionis,adde Spec.in tit.depoſition.§.7.& Steph. Aufr. in tract.de recuſ.9.vol.trac.qui enumerat nonaginta cauſas,propter quas quis recuſatur, vel ſuſpectus allegatur, idem Spec.in tit.de off.deleg.§.ſupereſt. Io.Mich.

RITVS CCLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Abſens quis dicatur, & nu 6.*
2 *Iudex ſi in cauſa, excuſatione non obſtante, procedit, proceſſus nullus.*
3 *Si quis excuſatur, quia alibi ex alia cauſa carceratur, quid iuris.*
4 *Abſentia malitioſa,quando, & quæ dicatur.*
5 *Perſonæ coniunctæ quæ dicantur.*
6 *Abſens quinque modis dicitur.*

ITem ſi aliquis,&c.) In tex.ibi,excuſetur, adde, quòd cum iſto Ritu concordat tex.in l.pen.§.ad crimen,& quod ibi not.Bar.in 3.col.verſ.quæro primo, in fin. ff. de publ.iud.& Bal.in l.reos,in fin.col.C.de accuſ.

¶ In tex.ibi,coniunctam perſonam, &c. & idem ſi per ciuem idoneum excuſetur, vt in ſeq.Rit.quos ſimul examinabimus.
1 ¶ In tex.ibi, abſens, &c. adde, quod abſens a dicitur
a ille,qui reperitur extra territorium tempore,quo citatur, ſecundum glo.in l.hæres abſens,ff.de iud. glo. in auth. de fideiuſſ.§.1.ſuper verſ.præſentes,in fin.& in l.2.§.fi. in fi. de duo.reis. Etiam ſi territorium,in quo citatus reperitur eſſet ſubditum ius dicenti,ſecundum Bart. id quod dicit probari in d.§.1.puta,ſi vnus Præſes haberet ſub ſe plures Ciuitates.

¶ In tex.ibi,ad Sāctum Iacobum, &c. ſupple idem eſſe ſi haberet alias ſimiles excuſationes,vt in ſequen.Ritu, & idem ſi eſt vltra mare,vt in alia peregrinatione,ſecundum Bald.in d.l.reos,fin.col. verſ.ſi impediretur tranſire per iter.vt not.Inno.in c.veniens,extra de accuſ.vel ſi fuit ſibi mandatum,ꝙ non tranſiret per illum locum, propter eius inimicos, ſecundum Matth.in prælud. conſt. Regn. 12.q.verſ.quintum exemplum,& idem dicas in quolibet alio iuſto impedimento, ſecundum Bar. in l.2. §.fin.in 1. quæſt.ff.de cuſto.reo. & in extrauag.ad repri. iter neglexerit,& in l.pen.C.quom.& quando iud.& in l.2.in fi.ff. de in ius voc.Io.de Imo.& Alex.in l.quæſitum, ff. de re iud. Et talis excuſatio abſentiæ ex cauſa neceſſaria opera-
2 tur, † quod ſi iudex procedit vltra, non obſtante excuſatione proceſſus,& ſententia eſſent nulli, conſtito poſtmodum iudici de impedimento, vt communiter concluditur per Doct.in d.l.quæſitum,habetur etiam per Bar.in d.l.pen.§.fin.ff.de cuſt.reo. & in l.ſeruum quoque,§. publicè,ff.de proc.& in l.2.§.ſi quis in iudicio,ff.ſi quis cau. & in l.liberto, §.fi.ff.de neg.geſt. per Mat.in d.ver. quintum exemplum.
3 Et quid ſi excuſatur quis, quia eſt carceratus alibi ex alia cauſa, vide per Alex.in d.l.quæſitum, & per Matth.in d.loco,in fin.verbis.In tex.in fin.tex. adde ibi malitioſè,
4 † quod malitioſa abſentia dicitur, quando quis poſt citationem receſſit,& ſe abſentauit,vt probatur in c.ſi aduerſarius,& ibi hoc no.Abb.in pen.col.extra de eo,qui mitt. in poſſ. cau. rei ſer. vbi etiam dicit ſecundum Innoc. ibi, quòd quoties qui tenetur aliquid facere, & abeſt, præſumitur malitioſè abeſſe,vt in exemplo clericorum,qui tenentur reſidere in Eccleſia; & viro, qui tenetur habitare cum vxore,& hoc quando ex iuſta cauſa agitur contra iſtos,vt per Abb.ibi,quem vide, & vide alium Ritum infra,qui incip.die 21.&c.
5 ¶ Quæ autem dicantur coniunctæ perſonæ. b Pro de-
b claratione ſequentis Ritus,vide in l.1.§.fin.cum l. ſeq. ff. de poſthu.& in l.ſed & hæ.in prin.ff.de proc.vide infra Rit.286.in fin.
a ADDE abſens. † adde, quod abſens a dicitur quinq;
6 modis, nam vna eſt abſentia probabilis,& neceſſaria, vt in milite; ſecunda eſt probabilis tantum, vt in ſubdito; tertia eſt neceſſaria tantum in relegato; quarta eſt voluntaria,vt in mercatore;quinta eſt,vbi per contumaciam; ita d.Nepos à Montealbano in ſuo tracta.excep. ſub rub. contra diffini.ſententias,in princip.fol.177. 9. vol. tract. Ioan.Mich.
b ADDE coniunctæ perſonæ. Adde Barto.in l.2.& ibi Alex.remiſſiuè,ff.de accuſ.vbi etiam, qui ſint proximiores,& Panorm.latè in cap.nonnulli, §.ſunt & alij,num. 10.de reſcript.& per eundem autho.in prag. odia litium. Ioan.Mich.

RITVS CCLXVIII.

ITem ſeruat ipſa Curia, &c.) In tex. ibi, formam iuris communis,de qua in l.1.ff.ſi quis caut. & ibi habetur per omnes Doct.& vide ea,quæ dixi ſupra in iſta materia in Rit. 162.

RITVS CCLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio in criminalibus per procuratorem an admittatur.*
2 *Procurator in crimine læſæ maieſtatis an poſſit comparere.*
3 *Procurator ſi ad excipiendum fuit admiſſus, nunquid acta cum eo facta valeant.*
4 *Procurator ſi in criminalibus admittitur,& de mandato dubitatur,promittet de rato.*

1 DIe 21. &c.) adde, quod ſecus videtur dictum per Bar.& Doc.in l.pen.§.ad crimen,ff.de pub.iud.& in l.ſeruum quoque,§.publicè,ff.de procu. Bar. Veron.in
2 conſ.147.cum ſequen. † Et quid in crimine læſæ maieſtatis,an poſſit comparere procurator, vide Capyc.in deciſ. 143.& quid pro muliere,vide in conſt.Regni generalia
3 iura,& ibi per Scribentes. † Sed quid ſi procurator fuit admiſ-

Digitized by Google

admiſſus ad excipiendum pro parte citati acta facta cum
eo valeant, Afflic. decidit, quod ſic, in 15. rub. conſt. Regni
in 1. lib. nu. 9. allegat glo. in l. quãuis, la prima, C. de adul.
& ea, quæ habentur in c. 1. de iud. in 6. & in l. licet, C. de
procurat. ſed Bal. in d. l. quamuis, reſtringit illam glo. vt
ſi procurator fuiſſet admiſſus acta valent, liquidato tamẽ
negocio, & ita etiam Bar. Ang. & alij intelligũt, vide eos,
& per illa vide ſi poteſt iſte Rit. limitari in caſu, quo pro-
4 curator fuiſſet admiſſus. † Et nota vnum, quod in caſibus
in quibus procurator admittitur in criminalibus, ſi dubi-
tatur de mandato, debet cauere de rato, ſecundum Bald.
in l. non ſolum, §. fin. ff. de procurat. vide Cap. in deciſ. 5.
vbi ponit exemplum de ſyndico, ſeu procuratore vniuer-
ſitatis, per ea, quæ habentur per Barto. in l. 2. §. fin. ff. de
accuſ. in fin. tex. adde, quæ fuerunt dicta ſupra proxime in
Rit. incip. Itẽ ſi aliquis, vbi de accuſationibus fuit dictũ.

RITVS CCLXX.

SVMMARIVM.

1 *Pro periurio non eſt locus foriudicationi.*

ITem ſeruat, &c.) In tex. ibi, pro periurio, &c. adde Af-
flict. referendo Bart. de Capua in conſtit. Regni gran-
1 dis, in 3. col. firmauit, † quòd pro periurio non eſt locus
foriudicationi, & idem dicit in conſtit. eos qui, 4. col. verſ.
octauo quæro, immemor iſtius Ritus, licet ſecus dixerit in
conſtit. pœnam eorum, nu. 22.

RITVS CCLXXII.

ITem q̃ vbi, &c.) adde videndum Par. de Puteo in trac. ſynd. qui late loquitur in verſ. compoſitio, & nouellã prag. Caroli V. Imperat. quæ incipit, & ne ſperata, & quæ dicam infra in ſeq. Rit.

RITVS CCLXXIII.

ITem quod, &c.) De intellectu illius Rit. vide Matth. in deciſ. 287.

RITVS CCLXXIV.

ITem Curia ipſa, &c.) Vide nouam pragmat. Caroli V. Imperatoris, quæ incip. & ne ſperata, &c. de qua dicam infra proxime in Ritu.

RITVS CCLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Commutatio pœnæ in quibus delictis, officialibus Regijs, irrequiſito Rege prohibetur, & nu. 5.*
2 *Delicta pœnam mortis naturalis infligentia, quæ, & num. 33.*
3 *Affectus quando non ſecuto effectu puniatur, & nu. 22.*
4 *Delicta in quibus pœna mutilationis membri locum habet.*
5 *Commutare pœnam in delictis grauibus ſoli Regi, & Coll. Conſ. reſeruatum eſt, & nu. ſeq.*
6 *Iudex augere & minuere pœnam, cauſa cognita, poteſt.*
7 *Qualitates delictorum ſunt in magna conſideratione pro augenda, vel minuenda pœna.*
8 *Committens homicidium ſine dolo, culpa tamen, mitius punitur, & nu. 35. & 36.*
9 *Doli capax quis, & quando dicatur.*
10 *Pœna minoratur in committente delictum ex iuſto dolore.*
11 *Vulneratus vulnerantem fugientem ſi occiderit, an de homicidio ſit puniendus.*
12 *Vulneratus ab vno lætaliter, ab alio paruo vulnere, ſi moriatur, paruo vulnere vulnerans, homicidij pœna non tenetur.*
13 *Delictum mitius punitur per lapſum temporis.*
14 *Minoratur delictum ratione ſenectutis.*
15 *Pœna mortis quis ex præſumptionibus non damnatur.*
16 *Titius percuſſit Caium cum baſtono, non animo occidẽdi, ſed moritur, nunquid occiſi pœna teneatur.*
17 *Committens homicidium mandato tyranni, morti non traditur.*
18 *Nobilis mitius quam plebeius punitur regulariter.*
19 *Nobilis furtum committens, furca ſuſpendendus.*
20 *Pœna augetur in verberante armatis gentibus. Taliterque verberando nunquid foriudicabitur? ibidem.*
21 *Pœna minus morte qualiter intelligitur.*
22 *Ictus baliſtæ, ſcopettæ, & archibuſij pœna mortis naturalis punitur, etiam non ſecuta percuſſione, & ſupra num. 3.*
23 *Ictus ſagittæ cum arcu ad nocendum, nunquid puniatur, vt ictus baliſtæ, & ſimilibus.*
24 *Arcus baliſtæ appellatione non venit.*
25 *Statutum odioſum, an & quando reſtringendum.*
26 *Ictus cum arcu punitur extra ordinem.*
27 *Quod contra ius commune eſt, reſtringendum eſt.*
28 *Præſtans opem proijcienti ſagittam, an eadem pœna puniatur? Et de pluribus ſimilibus.*
29 *Præſtans ſimpliciter opem, mitius quam principalis regulariter punitur.*
30 *Mittens ictum baliſtæ, ſi in vnius iudicis eſt territorio, ille contra quem mittitur, in alterius, quis iudex de hoc cognoſcet?*
31 *Ictus baliſtæ, & ſimiles ante nouam pragmat. qualiter puniebantur.*
32 *Noua pragmatica de ictu, an ad mandantem etiam extendatur.*
33 *Aliquis extra territorium delictum ictu baliſtæ, & ſimil. commiſit, reuerſus in patriam, an puniri de eo poſſit.*
34 *Habens arbitrium ſecundum ius ſe regulabit.*
35 *Infans, & furioſus æquiparantur.*
36 *Dormiens, vel ebrius delinquendo, an puniendi?*

ITem, q̃ nullus, &c.) In tex. ibi, accuſatus, &c. adde,
q̃ ſuperuenit nouella pragm. Caroli Quinti Impera-
1 toris inuictiſſimi, quæ incip. & ne ſperata, &c. † per quã
prohibetur officialibus Regni commutatio pœnæ in de-
lictis, in quibus infligitur pœnæ mortis naturalis, vel mu
tilationis membri, niſi ex eius circunſtantijs, & qualita-
tibus aliter fuerit viſum Proregi, & Collaterali Conſilio,
quo caſu commutatur pœna ad triremes Regias in per-
2 petuum. † Quæ autem ſint delicta infligentia pœnam
a mortis *a* naturalis, vide conſt. Regn. terminum vitæ. &
ibi per Scribentes, & per Afflict. in conſt. iuſtitiarij, in 6.
not. vide cap. Regn. incip. ad hoc, & duos caſus nouiter
ſancitos per nouellam pragm. dicti Imperatoris, quæ in-
cip. contra autem, videlicet, contra bancherios fallitos,
non ſatisfacientes eorum creditoribus intra terminum
in eadem pragm. ſtatutum, & alia, quæ incip. ad reſtrin-
3 gendum contra vtentes ſcoppettis, archibuſijs. † Iſti pro-
ijcientes contra aliquem, etiam non percutientem, vt his
b caſibus incidant in pœnam mortis naturalis. *b* Et tex.
de iure communi, & ibi habetur per Doct. in l. 1. in princ.
4 de ſicar. & in l. 3. C. de epiſ. aud. † Delicta autem in qui-
bus pœna mutilationis manus debetur, ponuntur in cõ-
ſtit. Regn. ſi quis aliquem, & in conſt. eos, qui ſcienter, &
5 ibidem per Scribentes. † Et nota, quod ex illa noua prag.
datur arbitrium Proregi, & Collat. Conſil. commutandi
pœnam

Digitized by Google

pœnam in delictis ingerentibus pœnam mortis,aut mu-
tilationis membri ex circunſtantijs,& qualitatibus ipſo-
rum delictorum,concordat text. & quæ ibi habentur per
6 Bart.in l.hodie, ff. de pœn. vbi probatur, † quod iudex
habet arbitrium augendi,& minuendi pœnam cauſa co-
c gnita in delictis, in quibus pœna eſt ordinata, *c* per tex.
in l.quid ergo,§.pœna grauior,ff.de his,qui not.infa.&
dixit Bald.in conſ.vlt.in 3.lib.allegans Iac.de Aret. in l.1.
§.ſed ſi claua,ff.ad leg.Iul.de ſica.ꝙ ſi habens lanceam in
manu,percuſſit cum haſta,& erat ſibi liberum percutere
cum ferro,& ex percuſſione, ſequuta ſit mors, percutiens
non tenetur pœna mortis,& in hoc datum eſt arbitrium
à iure Præſidibus Prouinciarum,ſecundum qualitatem
delicti,per tex.in d.l.hodie,quod arbitrium in Regno re-
ſeruatum eſt ſoli Proregi,& Collat.Conſilio per dictam
no.pragm.concurrentibus circunſtantijs,& qualitatibus
7 delictorum, † quæ qualitates valde ſunt in conſideratio-
ne,etiam de iure communi pro arbitrio augendi, vel mi-
nuendi pœnas,vt ſenilis ætas,bona ſunt ſi ſemel deliquit,
ſecundum Io.de Amicis conſ.88.vt etiam probat text. in
l.aut facta,§.qualitate,de pœn.& poteſt poni exemplum
8 in varijs caſibus, † & primo, quando homicidium com-
d mittitur ſine dolo, *d* ſed culpa, tunc licet committens
non puniatur pœna mortis; tamen mitius punitur, ita
dixit Lud.Rom.in l.in actionibus.ff.de in lit.iur.Bar. &
Alex.in l.1.§.1.ff.ſi quis teſt.li.eſſe ius.fue.firmat Alex. in
conſ.76.in c. viſa inquiſitione, 1. vol. & conſ. 140.incip.
videtur,&c.in 2.vol.Matth.in rub.d.conſtit. terminum
vitæ,vt in eo,qui appoſuit funiculum in feneſtra,cauſa
capiendi ingredientes ad furandum, & ſtrangulatus re-
pertus fuit ita ingrediens ſm̃ ipſos: ſecundo in infante
homicidium committente cum dolo,dico de infante doli
capace,qui licet pœna mortis non puniatur,per tex. in l.
infans,ff.ad leg.Corn.de ſicar.& in clem.1.extra de hom.
per quæ iura ita limitat Matth.d. conſt. terminum, in 7.
fallen.tamen punitur,ſed mitius, ſecundum domi. Abb.
in c.1.extra de delict.puer.ita declarat Hippol. in d.l. in-
fans,in 2.col.verſ.fateor,& hoc opera.vt qualitas ætatis.
9 † Quando autem dicatur infans doli capax, & qualiter
probetur,poſuit Archid.in c.illud 15. quæſt.2.& Io. de
Ana.in c.2.7.col.de delic.pue. ad quos ſe remittit Hipp.
in d.l.infans,2.col.& dicunt,quod doli capax dicitur in-
fans,quando proximus eſt pubertati, vel ille quieſcit di-
ſcernere inter bonum,& malum,& hoc verius.in delictis
10 ſecundum ipſos. Tertio † in committente delictum ex iu
ſto dolore,quia tunc ſimiliter pœna minoratur, vt pro-
bat tex.in l.ſi adulterium,§.Imperator, ff.de adult. ſecun-
dum Luc.de Penn.in l.ſi apparitor,C.de cohot.7.col. lib.
12.& Abb.in c.olim ex literis,extra de reſcript.per illum
tex.& in cap.dilecti,vlt.col.extra de excep.& ibi per Fel.
ita conſuluit Alex.conſ.76.1.vol.& conſ. 140. 2. vol. ha-
betur per Matth.in conſt. Regn. ſi maritus, in princ. per
Luc.de Penn.in l.error,C.de caſt.pec.l.1.lib. 12. firmauit
Hipp. in d.l.1.in princ.in 9.col.ff.de ſica. etiam Aret. cõſ.
80.etiam ſi dolor,ſeu iracundia prouenerit aliter,quam
ex facto offenſi,ſecundum Lud.Rom.in l.cum mulier, ff.
ſolu.matr.per tex.no.in l.lex Iulia,in fin. ff.ad leg. Iul. re-
pet.quod dictum pro valde nota. reaſſumpſit Felyn.in c.
dilecti,8.col.verſ.ſecunda declaratio,de except.ita conſu-
luit Pau.de Caſt.conſ.192.incip. in cauſa carceratorum,
vlt.col.refert,& ſequitur Hippol.in d.l.1.in princ.9. col.
& in d.§.diuus,& ſuo ſingu.270.probat tex.in l.diuus,ff.
ad leg.Pomp.de par.& ibi per Hippol. vbi probat, quod
pater occidens filium propter adulterium commiſſum in
perſonam nouercæ,non punitur pœna mortis,ſed mitio-
11 ri pœna, quia motus iuſto dolore. † Ex quibus etiam
infertur ad aliam qualitatem, ſcilicet, quod ſi vulneratus
inſequitur vulnerantem,qui poſt vulnus fugiebat,& eum
interfecit,quod non punitur pœna homicidij, quia po-
tius homicidium dicitur culpoſum, quam doloſum in
non temperando ſuum dolorem receptum per vulnus,
ita ſingu.dixit Iaco.de Aret.relatus per Ant.de Butr.&
Abb.Sicu.in cap.olim,lo primo,extra de reſt.ſpol.refert.
& ſequitur Hippol.in d.l.1.in princ.in 7.col.ff.de ſica. &
Fely.in d.cap.dilecti,extra de exceptio.Matth.in d.conſt.
12 terminum vitæ,in 12.fol. † Item ſi vnus vulnerauit le-
thaliter,& alius cum haſta lanceæ, vel cum paruo vulne-
re,& vulneratus mortuus eſt,quòd percutiẽs paruo vul-
nere,nõ tenetur pœna homicidij,ſed arbitrio iudicis pu-
nitur,ſecundum Iaco.de Are.in l.1.§.ſed ſi claua, ff. de
13 ſica. † Præterea quando ſunt elapſi anni decem à tem-
pore commiſſi homicidij,tunc homicida mitius punitur,
vt probat tex.iuncta glo.in l.ſi quis diutino,ff.de pœ.per
quem tex.& per alia ibi adducta per ipſum,ita concludit
Matth.in deciſ.187.ita firmauit Hyppo.in ſing. 454. in-
cip.curſus temporis,habetur per Pet.de Anch.& Rocch.
in c.fi.extra de conſue.per Sal.in l.rerum,ff.ad leg.Iul. de
14 vi. † Item pœna minoratur ratione ſenectutis, l.2. ff. de
termin.moto,l.ſi quis,§.agnoſcitur,ff.ad Syllan. 26. q.7.
cap.tempora.& ibi gl.ita dixit Dec. in l.ſi fugitiui, 5.col.
15 C.de ſer.fugit. † Item & alio caſu,ſcilicet, ſi aliquis ve-
niret condemnandus de homicidio ex præſumptionibus,
non imponeretur pœna mortis,ſed mitior pœna, ſecun-
dum Inno.in c.quia veriſimile, extra de præſump. quod
dictum tanquam ſingul.approbant Doct. in c. afferte,eo.
tit.Bal.in l.non eſt veriſimile,ff.quod met.cauſ. & in cap.
1.in fi.quibus mod.feud.amitt.in fi. & ibi Afflict. & in l.
eius,§.1.in fin.ff.de teſtib. Abb. in cap.auditis,extra de
præſcr.Ant.de Butr.& Abb.in cap.quanto, extra de præ-
ſump.Pau.de Caſt.in conſ.199.incip.viſa inquiſitione,
Oldr.conſ.192.viſo diligenter,&c. & propterea cõſuluit
Pau.de Caſt.conſ. 192. incip. in cauſa incarceratorum
16 † quod ſi aliquis percuſſit aliquem cum baſtono, animo
ipſum baſtonãdi,& ex illa percuſſione mortuus eſt, quod
non punitur percutiens de occiſo,ſed mitius punitur, &
ratio eſt, quia non deliquit ex propoſito quoad homici-
dium,& ſic ceſſat qualitas doli,quod conſilium refert, &
ſequitur Aug. in add.ad Ang.in tract. malefic.in verſ.ap-
penſatè,& Hypp.in ſuo ſing.nu. 176.& in d.l.1.§. diuus,
ff.de ſicar.& ibi vide multa adducta per ipſum in iſta ma-
teria,quando iudex habet arbitrium augendi,& minuen
di pœnam propter qualitates occurrẽtes in delictis, quæ
poſſunt ſatis prodeſſe,pro intellectu dictæ nou.pragmat.
& intelligas in caſibus,in quibus dixi,& dicam mitius pu
niri,ſcilicet minus morte naturali, ſecundum Bald.&
17 Imo.in d.l.ſeruos, per illum tex. † vbi ponunt exemplũ
in committente homicidium mandato tyranni, quòd nõ
traditur morti,ſed mitius punitur. Qualitas etiam nobi-
18 litatis † operatur, vt mitius puniatur nobilis,quam ple-
beius,vt habetur per Matth.in proœ.conſt.§. his itaque,
in 6.not.& in conſt.minoribus,in 2.not.3. quæſt. & Th.
Gram.in voto 23.nu.22.ego addo tex.& ibi hoc not.Bal.
in d.l.ſeruos, C. ad leg. Iul.de vi. & ibi etiam Salyc. &
tex.in l.pedius,ff.de incend.rui.nauf.& in l.3.§.pen.ff.ad
leg.Iul.de ſica. Et de nobilitate vide plenè per Salyc.in d.
l. ſeruos, vbi dicit, quòd aliquando pœna augetur in
19 nobili, quod approbatur per conſtitut. Regn. † quia
nobilis furtum committens furca ſuſpenditur, licet in
alijs delictis decapitetur,vt in conſt. Regn. proſequentes,
20 in fi.& ibi gl.& Matth. † Augetur etiam pœna contra
baſtonantem aliquem,cõgregatis gentibus armatis, licet
alia pœna non aucta puniatur baſtonator ſolus. Et an
quando congregatis gentibus baſtonauit, poſſit foriudi-
cari? vide de vtraque Tho.Gram.in voto 15.nu.20.
21 Et quatenus dixi ſupra,ꝙ mitior pęna,intelligitur mi-
nor morte.Adde,quod non intelligitur in corpus,ſed pę-
na erit pecuniaria,ſecundum Thó. Gram.in voto 23. nu.
20.allegat tex.& ibi per Doct.in l.adulterium, §.Impera-
tores,ff.de adult.& in l.ſi quis, §.ſi tamen, ff. ad Syllan.
& in l.Gracchus,C.de adult.& hæc notabis pro intelle-
ctu dictæ nouæ pragm.de arbitrio Proregis loquentis,vi-
de Capyc.in deciſ.27. num. 14. qui ponit alium caſum,
quo pœna poteſt commutari, ſcilicet, in ſpontè confeſſo
22 homicidium ad ſui defenſionem. † Reſtat aliquid dicere
ad

Digitized by Google

ad intellectum alterius nouæ pragm. præalleg. loquentis
de ictu baliſtæ, ſcopettæ, & archibuſij, vt ictus puniatur
pœna mortis naturalis, etiam quod non ſit ſecuta per-
cuſſio, pro cōcordi allego tex. in l. 2. ff. de ſicar. & id quod
dixit Ang. in l. 1. §. fin. ff. quod quiſque iur. vbi dixit, quod
conatus punitur eadem lege, qua punitur actus, ſi in lege
23 ſit mentio de conatu. † Sed quid ſi quis vſus eſt arcu mit-
tendo ictum cum eo ad nocendum cum ſagitta, an punia-
tur pœna impoſita per dictam nou. pragmat. & videtur
24 dicendum, quòd non, † quia arcus non venit appellatio-
ne baliſtæ, vt probatur in l. fin. ff. de iu. immun. & ibi hoc
25 not. Bar. pro quo facit, † quia ſtatutum odioſum non
extenditur de vno ad aliud in pœnalibus, ſed reſtringitur
ad caſum ſuum, cap. odia, de reg. iur. l. quicquid aſtringen-
dæ, ff. de verb. oblig. ita dixit Bal. in l. 3. C. de epiſc. aud. &
in l. 3. C. de hæred. inſt. & Card. in clem. 1. q. 1. extra de
conſang. & affinit. conſuluit etiam Hippo. in conſ. 6. lib. 1.
etiam ſi eſſet eadem ratio in vtroque caſu, ſecundum glo.
Bart. & Ang. in l. furti, §. fin. ff. de his, qui no. infam. & di-
cunt illam glo. eſſe communiter approbatam, ita etiam
conſuluit Bar. Cępol. in conſ. 2. in 3. col. in princ. per tex.
in l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. geſt. & in l. 1. §. is, qui nauē,
ff. de exercitoria, l. hodie, & l. ſi de interpretatione, ff. de
pœn. quod ſequitur Gram. in voto 9. in fi. Contra prædi-
cta videtur facerè doctr. ſing. Bar. in l. quemadmodum, in
1. col. C. de agric. & cenſ. lib. 11. vbi ſingu. dixit, quod licet
ſtatuta pœnalia non extendantur tanquam odioſa: tamē
poſſunt extendi, vbi faciendo extenſionem delicta non
remanerent impunita, quod dictum ſequitur Auguſt. in
add. ad Ang. in tract. malefic. in verſic. che hai tradita la
patria, 2. cart. in add. t. incip. tu tamen, & Alex. conſulen-
do, prout refert Hippol. in conſ. 32. num. 6. 1. vol. cumque
dicta noua pragm. ſit ſtatuta ob delicta punienda (vt in
ea legitur) ideo videtur debere extendi ad vtentem arcu
ad nocendum, ſed videtur poſſe reſponderi, quod dicta
doctr. Bart. habet locum, quando mittens ictum, ſi non
puniretur pœna dictæ nouæ pragmat. non puniretur
alia pœna.

26 ¶ Sed ego dico, quod talis ictus cum arcu eſt punibilis,
c & e punitur extra ordinem, per tex. in l. 1. ff. de extraor.
crim & in l. aut facta, §. euentus, ff. de pœn. per quæ iura
ita dixit Ang. in d. l. 1. §. fin. ff. quod quiſque iur. & Specu.
in tit. de accuſat. §. 1. verſ. quid ſi, & ideo ceſſat ratio Bart.
& ſequentium, per quam voluit fieri extenſionem ne de-
licta remaneant impunita, quia etiam non facta exten-
ſione dictę nouæ pragmaticę, ictus cum arcu ſine percuſ-
27 ſione punibilis eſt, per prædicta. † Præterea dicta noua
pragm. eſt contra ius commune, vt infra dicetur, ideo re-
ſtringenda, Bar. & Bal. in l. 1. C. de ſumma Trinit. & con-
ſuluit Corn. conſ. 94. num. 9. 2. vol. & conſ. 247. num. 44.
28 conſ. 133. lib. 2. † Iterum quæro, an dicta noua pragmat.
extendatur ad præſtantem opem, ᵕvt ſi quis præſtiterit
opem proijcienti ſagittam, puniatur eadem pœna com-
mittentis, & videtur quòd non, mouetur per no. per Bar.
& Ang. in l. is qui opem, ff. de fur. vbi dicunt, ꝙ fur non
eſt, qui præſtat opem furto; percuſſor non eſt, qui pręſtat
opem percuſſori; & homicida non eſt, qui præſtat opem
homicidio; & ideo præſtans opem non comprehenditur
in ſtatuto loquente de principali delinquēte, quos refert,
& ſequitur Hipp. in conſ. 7. nu. 52. lib. 1. ita etiam decidit
Matth. in conſt. Regn. ſi quis aliquem, 2. not. in fin. Tum
maximè, quia loquitur in perſonam dict. nou. pragmat.
quo fit, vt non comprehendatur præſtans opem in ea, vt
ſingū. declarat Bart. in d. l. is qui opem, & ibi clarius Ang.
pro iſta opin. conſuluit Barth. Veronen. conſ. 36. incip. re-
quiſitum, fin. col. & Hipp. in conſ. 47. 2. col. num. 3. 1. vol.
29 † Tum etiam, quia ſimpliciter præſtans opem mitius pu-
nitur, quam principalis delinquens, ſecundum Salyc. in l.
1. C. de rap. virg. Hipp. in d. conſ. num 8. cum ſeq. 1. lib.
30 Cępol. quæſt. 27. requiſitus, vlt. col. † Inſuper quæritur,
pone, quod mittens ictum cum baliſta, ſtat in territorio
vnius iudicis, ille contra quem mittitur, ſtat in alio terri-
f torio, quis iſtorum iudicum puniet *f* tale delictum, &
quis locus ponendus eſt in accuſatione? & dicendum pu-
to, attento, quòd noua pragm. loquitur in perſonam, quia
ponit mittentem ictum, quod debeat conſiderari locus,
in quo ſtat mittens ictum, per ea, quæ not. Bar. in l. libel-
lorum, 2. col. verſ. vlterius quæro, ff. de accuſa. & Floren.
in l. ait lex, ff. ad leg. Aquil. Cyn. & Bal. in l. 1. C. vbi de
cri. agi opor. & Ant. de But. in cap. fin. extra de foro com-
pet. vbi vide Fely. Abb. in c. parentibus, extra de priuileg.
& Barto. in l. ait lex, §. 1. ff. de adult. ideo debet puniri per
31 iudicem loci, in quo ſtat mittens ictum. † Et ſcias, quod
ante ſancitam dictam nouam pragm. ille, qui proijciebat
ſagittam cum baliſta, non ſequuta percuſſione, non pu-
niebatur pœna capitali, neque pœna manus, ſed extra
ordinem, ſecundum And. de Iſer. & Matth. in conſt. Re-
gni aſperitatem, 3. col. allegantem Ang. in d. l. 1. §. fin. ff.
32 quod quiſque iur. † Et an dicta noua pragm. extendatur
ad mandantem proijci, vt ictum puniat proijcientem?
videtur quod non, per prædicta, facit glo. in l. 1. §. ſupra,
ff. ſi pars hære. pet. & Salyc. in l. non ideo, 13. col. in princ.
l. qui accuſa. vbi dicunt, quod eſt diuerſa qualitas in
vtroque, & ideo videtur, quod puniatur extra ordinem
ſecundum ictum, & Affl. in conſtit. Regn. omnis noſtri, 4.
33 not. verſ. ſed ego. † Et ideo, quia eſt exaſperata pœna, ſi
delictum ictus cum dictis inſtrumentis eſſet commiſſum
extra territorium, an puniretur delinquens reuerſus in
patriam per iudicem domicilij, vide Bar. & Bald. in l. cun-
ctos populos, C. de ſumma Trinit. & fide cathol. & alios
Doct. de quibus per Matth. in conſtit. Regni incip. eos, 6.
col. 10. quæſt. & in conſtit. homines, 2. not. Petrum Phi-
lip. Cor. conſ. 89. 3. vol. & conſ. 152. 1. lib. nu. 3. & Bald. in
l. ſi quis non, antepen. col. verſ. & prædictæ, C. de epiſc. &
cler. vbi ponit caſum, quando puella eſt capta in vno ter-
ritorio, & in alio cognita, vtriuſque territorij iudex pu-
nit, & ſimiliter in proijciente cum baliſta, vide Affl. in §.
iniuria, de pac. iur. fir. de remiſſione vide Afflict. in conſt.
Regni Capitaneorum, 3. col.

a ADDE Guliel. Bont. qui enumerat omnes caſus, in qui-
bus imponitur pœna mortis, tam de iure ciuili, quam
Canon. in quodam ſuo tract. inſerto, poſt tract. de ſynd.
Ang. de Peruſio lib. 10. tract. Io. Mich.

b ADDE naturalis. Adde alium contra prouocantem
aliquem ad duellum per aliam nouellam pragmat. etiam,
quod non ſequatur effectus duelli. Io. Mich.

c ADDE ordinata. Adde, quod idem videtur, vbi non
eſt ordinata, facit tex. iuncta glo. 1. l. nemo martires, C. de
34 ſacroſan. eccl. † & habens arbitrium debet ſe regulare
ſecundum ius, facit tex. in l. ſi libertus, de oper. liber. glo.
in tex. in clem. paſtoralis, §. cæterum, de re iud. Barto. in l.
Titia, §. Imperator, in fi. ff. de leg 2. Abb. in c. 1. de conſtit.
licet ibi impugnetur per ſcribentes. Io. Mich.

d ADDE ſine dolo, ᵕvt puta infante, & furioſo, qui
35 † æquiparantur per Iuriſconſul. in l. 1. §. adipiſcimur, ff.
36 de † acquir. poſſ. ſed quid in dormiente committente
delictum in ſomnijs? vide Barto. in l. vt vim, num. 5. ff. de
iuſt. & iur. Bar. in l. 1. antepen. colum. C. vnde vi. & Alex.
in d. §. adipiſcimur, no. & quid in ebrio, Barto. in §. delin-
quunt, l. reſpiciendum, de pœn. dicit, quod teneatur, con-
tra quam doctrinam tenuit Dom. Io. Cola de Vitarijs de
Salerno, legendo d. §. adipiſcimur, inferendo de furioſo ad
ebrium, ſcilicet, quòd non teneatur pœna corporali, per
ea, quæ dicit Alex. in d. §. delinquunt, & latè Ludo. Rom.
in l. 1. ff. de verborum obligat. & Ang. & Augu. in tracta.
malefic. ver. ſcienter, doloſè, &c. in verſic. ſed quis pro-
pter ebrietatem, ᵕvbi tam de ebrio, quam dormiente
Ioan. Mich.

e ADDE cap. cæterum, de iud. & cap. Regn. item ſtatui-
mus.

f ADDE, quod eandem quæſt. format Affl. in vſib. feu.
in tit. de pac. iur. fir. §. iniuria, 4. not. nu. 79. ad quam facit
glo. ſi. per c. finem, in conſt. damna. Ioan. Mich.

Digitized by Google

RITVS CCLXXVII.

SVMMARIV.

1 *Quis alieno ſigillo de iure communi poteſt ſigillare.*

1 ITem Curia,&c.) In tex.ibi,alieno,&c.† adde,quod de iure communi quis poterat alieno ſigillo ſigillare, faciendo expreſſam mentionem de hoc,vt probat tex.& ibi no.Bar.in l.ad teſtium,§.ſi ab ipſo, ff.de teſt. & in §. poſſunt,inſt.eo.tit.habetur per Bart. in l. ſi procuratorem, 2. col.ff.de proc.Bal.in l.ſi.in fi.C.de iu.delib. Inno. in c. ſignificauit,extra de appell.vbi per Philip.Fran.& per Docto.maximè Io.And.in c.2.de fide inſtrum.

RITVS CCXXXI.

ITem ſeruat,&c.) In tex.ibi,repulſam,&c.de iſta materia repulſæ,vide quę latè dixi in prag.Reg.quæ incip. curſu dilationis.In tex. ibi, de falſo, &c. de iſta materia vide dicta per me in alia pragm.quæ incip.teſtem falſum, quæ hic cauſa breuitatis non repeto.

RITVS CCLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Impertinentium materia,remiſſiuè.*

1 ITem ſeruat,&c.) †De materia impertinentium, *a* quo
a ad iſtum Ritum,vide,quæ dixi in pragmat. Regni incip.ſæpe contingit, &c. quæ hic breuitatis cauſa non replico.In tex.ibi,authen.ſi teſtes, &c. adde, quæ habentur in c.repellantur,& in c.inquiſitionis, & in c.cum P. tabellio.extra de accuſ.& in auth.ſi dicatur,C.de teſtib.

a ADDE Bar.& alios Scriben.in l.per hanc,C.de temp. appell.vbi quando contrarij, & quando impertinentes. Ioan. Mich.

RITVS CCLXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Feriarum materia,remiſſiuè.*

1 ITem ſeruat, &c.) † In tex.ibi, honorem Dei. De iſtis ferijs videatur in l.1.ff.de fer.& in l.omnes, C.eod.& in c.ſi.extra eo.in quibus locis habetur latè per Doct.& dictum eſt ſupra Rit.117.nu.1.cum ſeq.

RITVS CCLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Pars contra quam eſſet liquidandum, an citanda in liquidatione inſtrumenti.*
2 *Ceſſionarius nunquid præambulam petitionem offerre poſſit, ceſſionem verificare, inſtrumentumque liquidare.*
3 *Ceſſionarius in rem ſuam eſt procurator,& creditor.*
4 *Exempla non arctant generalitatem antepoſitam.*
5 *Principalis creditor,& ceſſionarius habent idem ius executiuum.*
6 *Ius executiuum in hæredem, & ceſſionarium pariter tranſit.*
7 *Ceſſio loco traditionis habetur.*
8 *Argumentum à ſimili validum eſt in iure.*
9 *Hæres cum ceſſionario pacificantur in liquidatione.*
10 *Hæres hæredis an inſtrumentum præſentabit cum petitione præambula.*
11 *Hæres hæredis verus eſt hæres.*
12 *Statutum de hærede loquens,in vero locum habet.*
13 *Hæredis appellatione qui veniant.*

1 ITem ſeruat,&c.) In text.ibi, liquidare, &c. † An in iſta liquidatione debeat pars citari, contra quam intendit liquidare inſtrumentum? Matth. in conſt. Regn. eos qui,in 4.colum.videtur dicere,quòd non, & nihil allegat, ſed mihi videtur dicendum contrarium, fretus authoritate Bald.in l.2. in fin.colum. verſic. ex ijs, C. de exe. re. iud. vbi dixit, quod in liquidatione inſtrumenti pars aduerſa citanda eſt, quia cauſæ cognitionem requirit, & idem firmat in l.per diuerſas, 9.quæſtio. C. mand.
2 † Sed pone pro declaratione iſtius Ritus, an ceſſionarius poſſit offerre petitionem præambulã, & verificare ceſſionem legitime factam, & deinde liquidare inſtrumen-
a tum *a* debiti ſecundum formam præſentis Ritus? & dubium facit,quia Matth.in conſtit.eos qui, in 10.quęſt. firmat ceſſionarium non poſſe liquidare inſtrumentum debiti ſecundum Ritum,per plures rationes: & prima, quia ante omnia debet conſtare de ceſſione, & quod fuit facta ex cauſa onoroſa citato debitore, vt per Bald. in d. l. per diuerſas, in 10. quæſtio. cum alijs allegatis ibi per eum de cauſa onoroſa, melius allegaſſet Ritum infra num.286. Item alia ratione, quia iuramentum non fuit
3 præſtitum de facie ad faciem, † licet ceſſionarius ſit procurator in rem ſuam,per quem concludit, vt ſupra fretus authoritate Bened.de Bart.in tracta. de guaren. allegantis tex.in l.ſi mulier,§.ex aſſe,ff.de iu.dot. Quibus non obſtantibus,videtur dicendum, quod legitimus ceſſiona-
b rius *b* poſſit offerre petitionem præambulam, & liquidare ceſſionem ſibi legitimè factam,quemadmodum & hæres ſeruata forma iſtius Ritus, & pondera text. huius Ritus in principio ibi, quod quando creditor; & poſt medium ibi,alius creditor,&c. nam ceſſionarius creditor eſt,vt concludunt Doctor.communiter in l.1.ff.ſi certum petatur,habetur per Alexan. in l.poſtulante, in fin. ff. ad Trebellian.& Matth.fatetur in d. conſtitu. eos, namque creditori permittitur per iſtum Ritum petitio præambula ad liquidandum inſtrumentum, ergo & ceſſionario ad liquidandam ceſſionem ſibi legitimè factam, qua liquidata præſentare poteſt inſtrumentum debiti ſecundum formam Ritus contra debitorem ſibi ceſſum.Non obſtat, quod Rit. noſter videtur ſe reſtringere ad hæredes, quia hoc videtur poſuiſſe exempli gratia, vt oſtendatur per
4 dictionem ſimilitudinariam poſitam in textu, † exempla non arctant generalitatem antepoſitam,vt eſt text. inſtit. de gradi.§.hactenus,& in l.damni,ff.de damn.infec.& in l.1.deijcitur,ff.de vi,& vi arma.cap. 1. extra ne cler. vel mon.ita conſuluit Corn.conſ.88.& conſ.195. 3. volum. bene facit id,quod dixit Barto. in l.1.in verſiculo quæro, ex forma ſtatuti,ff.de actio.& obligat. & Bald. in l. ex legato, in fin. C. de leg. & in l. 1. ff. ſi certum petatur.
5 † Vbi dicunt,quod ius exequutiuum,quod habet principalis creditor ex forma ſtatuti ratione guarentigiæ, habet etiam & ceſſionarius, hoc idem firmat Cyn. Bart. & Alex.in l.ſi.§.fin.ff.de leg.primo,Pau.de Caſt. & Alexan. in d.l.poſtul.qui dicit hanc eſſe communem opin. quam optimè probat tex.in d.l.ab Anaſtaſio, in verſ.in alium creditorem, C.mand.& ibi hoc not. Bald.in 3.nota. pro
6 iſta parte conſuluit Rom.in conſ.38. † Nam quemadmodum ius exequutiuum tranſit in hæredem, ſecundum Bald.in cap.1.§.ſi vero,de pace iuram.firm. in vſib. feud. quem ſequuntur Ang.& Alexan.in l.ſi ita ſtipuler, ff de verborum oblig.ita & idem ius tranſit in ceſſionarium, ſecundum Barto.& Imo. in l.1. §. ſi vſufructuarius, in princip.ff.de oper.nou. nunciat. & eſt communis opinio
7 ſecundum Alexan.ibi,& in d.l.ſi ita ſtipuler. † Per ceſſionem namque transfertur dominium, & ceſſio loco traditionis habetur,vt no.in l.fin.ff.de donat.habetur per Bal.

Digitized by Google

in d.l.per diuerſas, 11. quæſtio. & ſimiliter transfertur dominium in hæredem, l.a Titio, ff.de fur. cum ſimilibus, & ideo data paritate, & ſimilitudinem etiam importat illa dictio alius, poſita in tex vt not.per Abb. in cap. mulieres, extra de ſenten. excommunicat. & per Bario. &
8 Bald.& Alex in d.in l.ſi fugitiui, C.de ſeruis fugit. † quod argum. à ſimilitudine validum eſt in iure, ſecundum Bald. in l.conuenticulam, C. de epiſcop. & cleric. in 2. colum. habetur in l.1.ff.de offic.eius cui man. eſt iur. in l. 5.C.de interdictis, gloſſ. Bald. & Imol. in l. ſi ſocer, in princip.ff. ſoluto matrimon. Videtur igitur concludendum, quod ſub illo Ritu comprehendatur & ceſſionarius, vt poſſit & per petitionem præambulam liquidare ceſſionem, & deinde præſentare inſtrumentum ſecundum formam Ritus contra debitorem ſibi ceſſum. Non obſtant allegata per Matth. & primo non obſtat doctr. Bald.in d.l.per diuerſas, in 10.quæſt.quatenus dicit, quod debet liquidare ceſſionem ſibi factam ex cauſa oneroſa ceſſionarius citato debitore, quia hoc fateor, vt fiat in petitione præambula citato debitore, quemadmodum poteſt facere hæres, qui liquidat primo ſe hæredem citato debitore, ſecundum Bald.ibi, & in l.2.in fin. C. de exe.re.
9 iud. † vbi Bald.parificat in iſta liquidatione hæredem, & ceſſionarium, ergo ſua doctrina facit pro ceſſionario, & non contra, quod videtur fateri Matth.in d. conſtitu. in ſuperioribus verbis, dum allegat legem is poteſt, ff. de acquiren. hæred. non obſtat etiam, quod iuramentum non ſit præſtitum de facie ad faciem ceſſionarij, & debitoris, quia hoc non dicitur in Ritu ſi qui debitores, ſed ſolum ibi dicitur, quod inſtrumenta, quæ præſentantur, contineant iuramenta, aut pœnas pecuniarias. Præterea in hærede minime iuramentum fuit præſtitum ſibi, & tamen admittitur ad liquidandum, & præſentandum, cum petitione præambula, ergo idem in ceſſionario per prædicta. Non obſtat doctr. Benedicti de Bar. quia tex. §. ex aſſe, quem ipſe allegat, non probat id, ad quod allegatur per ipſum, nam ibi ideo prohibetur delegatio fideicommiſſi in aliam perſonam, quam fideicōmiſſarij, quia obſtat voluntas teſtatoris, vt declarat ibi Bar. qui allegat tex.in l.ſ.d ſi ante, in verſ.quia non reſtituitur hæreditas, vt teſtator rogauit, ff.ad Treb.erit bene verum, quod ſecundū do.Matth.in d.conſt.ceſſionarius non poſſet liquidare, & præſentare inſtrumentum contra debitorem ſibi ceſſum aliter non liquidata ceſſione per petitionem præambulā. Item in fauorem ceſſionarij videtur facere obſeruantia Magnæ Curiæ, quæ eſt poſt Rit.ſi qui debitores, vbi in fine dicitur, quod vnum inſtrumentum poteſt liquidare alternum, vt in hærede, &c.

10 ¶ Sed an hæres hæredis poſſit cum petitione præambula præſentare inſtrumentum ſecundum Ritum, & vi-
11 detur, quòd ſic, † quia hæres hæredis teſtatoris eſt hæres. l.fin.C.de hæred.inſt.l.paterfam.ff.de vulg.& pup.nam hæres hæredis verè, & propriè eſt hæres, ſecundum Bald. in d.l.fin.21.q.& directè ſecundum glo.in d. l. paterfam.
12 † Et ſtatutum loquens de hærede, habet locum in vero hærede, ſecundum Bal.in rub.extra de cauſa poſſ. in fi. &
13 Alex.in conſ.82.ver.præterea, 2.vol. † Et qui veniant appellatione hæredis, vide in d.l.paterfam. maximè per Iaſ. & Alex.in l.quædam, §.nihil, ff.de eden. & in l. quod dicitur, ff.de verbor.oblig.& in l.Gallus, §.etiam, ff. de lib. & poſth. Et quid de hærede pro parte, quod ſic, quia hæres eſt, l.in conditionibus, §.fin.ff.de cond.& demonſt.vide per Doct.in l.quoties, C.de hæred. inſtit.

a ADDE, vt per Marant. in ſua practica in 6. parte, folio 54.num. 6. qui videtur ſub dubio tenere contra. Hieronymus.

b ADDE ceſſionarius. Adde, quod idem videtur in legatario, cum in re ſibi legata hæres cenſeatur, l.id tempus, §.fi.ff.de vſu.l.in compenſationibus.& ibi Bart. de verb.ſign. Affl.deciſ.44.& 249.& Iaſ.in l.ſi fundum, de leg.1.nu.40. Ioan.Mich.

RITVS CCLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Iudicia claudicare non debent.*
2 *Satiſdatio ad creditorum requiſitionem præſtatur.*
3 *Conceſſio moratoria nunquid teneat, creditoribus ſatiſdationem non petentibus.*
4 *Satiſdatione non petita, nec data, decurſa ſalui conductus dilatione, & creditori non ſatisfacto, an debitor bonis cedere poſſit.*
5 *Creditori ſatiſdationem petenti debitor nō præſtat, quia non reperit, an dilatione gaudeat?*
6 *Priuilegium lex eſt.*
7 *Impetrans moratoriam facultatibus idoneus, petita à creditoribus fideiuſſione, an dare eam teneatur.*
8 *Argumentum à communiter accidentibus valet.*
9 *Quando pro actu perficiendo aliquid à lege pro forma requiritur, ſi in ſpecie non fiat, per æquipollens adimpleri non ſufficit.*
10 *Fideiuſſoria cautio etiam per reſcriptum non remittitur.*
11 *Dilatio ſimpliciter conceſſa, nunquid ad iuratum debitum ſe extendat.*
12 *Moratoria aduerſus dotem, nunquid impetretur.*
13 *Moratoria principali conceſſa, an fideiuſſori proſit?*
14 *Si renunciatum ſit impetrandæ moratoriæ cum iuramento, nunquid vti poterit abſque periurij metu.*
15 *Priuilegium moratoriæ ad hæredes non tranſit.*
16 *Priuilegia ius tertij, quanto minus poſſunt, lædere debent.*
17 *Saluus conductus, an poſſit in criminalibus concedi.*
18 *Socij qui dicantur.*
19 *Saluus conductus pro debitis conceſſus ad criminales cōdemnationes ſe extendit.*

1 ITem quia, &c.) In tex.† ibi, claudicare, &c. concordat tex.in c.cum inter, extra de excep. & in c. nouit, extra de iudic.& in l.non debet, ff.de reg. iur. & in l. fi.ff.de rer.diuiſ. In tex.ibi, morator a, adde tex.in l. quoties, & in l.vniuer. C.de prec.Imp.offer.canonizata.21.q. 2.c.vniuerſa. In tex.ibi, ad omnem requiſitionem, nota, quod
2 † ſatiſdatio de qua in tex.præſtatur ad requiſitionē creditorum, concordat tex.& quod ibi no.glo.& Doct. in d.l.vniuer.latè per Hipp. in l.vnius, §.cogni.de quæſtio. vbi ad-
3 ducit multa ſimilia. † Sed quid ſi creditores non petunt ſatiſdationem, an conceſſio moratoriæ teneat? & videtur quod ſic, ſecundum gl.Bar.Bal.& Pau.de Caſt. in d.l.vniuerſa, quia creditores non petendo ipſam, videntur illi renūciare, per tex.in l.ſi quis in conſcribendo, C.de pact. cum in eorum fauorem ſit inducta, vt colligitur ex tex.præſen-
4 tis conſt. † Sed pone, quod nō petita, nec data eſt ſatiſdatio, & decurſa eſt dilatio, de qua in ſaluo conductu, aliter non ſatisfacto creditori, an debitor poſſit bonis cedere? do.Matth.diſputauit iſtā quæſt.in deciſ.378.& poſt multa firmauit, quod non poſſit bonis cedere, per gl.in l.fi. C.qui bo.ced.poſ.quā ibi approbat Bar.& alij, & in l.alia, §.eleganter, ff.ſol.matr.& ibi vide per Alex. aliquos caſus, in
5 quibus ceſſio nō prodeſt.† Sed pone, quod creditores petunt ſatiſdationē, & debitor factâ diligenti perquiſitione, iuxta ea, quæ habentur in auth.generaliter, C.de epiſc.& cler.& in l.1.ff.qui ſatiſd.cog.ipſam non præſtat, quia eā nō reperit, an gaudeat dilatione? Bal.in l.dedi, in prin.ff. de cond.ob cauſam, decidit, quod omnino debeat ſatiſdare, etiā ſi eādem non inuenit, per tex.in d.l.vniuerſa. vbi idē ibi firmat, ſed cōtra videtur firmare Cyn.in d.l.vniuerſa, in 2.q.ſcilicet, quod debitor exigitur ſtatim deducta vtilitate medij temporis, per tex.in l.ſi conſtante, §.quoties, ff.ſol.

Digitized by Google

ff.ſol.matr.quam opin.ſequitur Alex.in d §. quotiens, & licet aliqui dicant,quòd §. quotiens, loquitur in dilatione legali, tamen dilatio, de qua in tex. noſtro legalis dici poteſt tanquam à Rege conceſſa ex diſpoſitione legis
6 vniuerſa, & huius conſtitutionis, † cumq; priuilegiũ lex eſt,c.priuilegia,3.diſt.l.1.ff.de cõſt.& licet præſtatio fideiuſſionis videatur inducta in tex. noſtro pro forma, per ea,quæ habentur per Doct.in l.2.ff.de lib.& poſth.vbi dicunt,ꝙ quando lex,vt ſtatutum mandat aliquid fieri,& ſi non fit,annullat actum, tunc videtur illud requirere pro forma,tamen à forma receditur propter neceſſitatem, ſecundum Bald.in l.1. C. vt quæ deſunt aduo. habetur per Alex.& Soc.in d.l.1. ff.de lib. & poſth. & propterea opi-
7 nio Cyn.videtur æquior. † Sed quid ſi impetrans moratoriam,eſt idoneus facultatibus,& petatur fideiuſſio à creditoribus,an debeat ilam præſtare? & videtur,quod non, per tex.in l.de creationibus,C.de epiſc.& cler.& in l.quicunque,cum ibi no.per Bar.C.de fun. pat. lib. 11.& in l. priuatæ,C.de muri.lib.10.per quæ iura Pau. de Caſt. in l. 1.ff.qui ſatiſd.cog.& in l.diuortio.§.interdum,ff.ſol.mat. dixit, quod ſi quis ex forma ſtatuti tenetur dare fideiuſſorem,quod ſit facultatibus idoneus,& non ſuſpectus,ſi deficiat,non tenetur fideiuſſorem præſtare,ita conſuluit Roma.in cõſ.67.incip. viſo themate,& Alex.conſ.37. incip. viſo,& opportunè,5.col.verſ.facit,&c.2.vol. ita firmatur Iaſ.in d.l.1.poſtpoſita opin.Alex.& Aret.ibi, tamen non credo prædicta habere locum in terminis iſtius cõſt. quia Pau.& ſequaces loquuntur de ſtatuto ſimpliciter loquente de eo,qui tenetur præſtare fideiuſſores,& deinde dicũt ſi eſt idoneus,& nõ ſuſpectus, quod in poſterum deficiat, ſed obtinentes moratoriam dilationem communiter ſolent eſſe ſuſpecti,& inhabiles ad ſoluendum debita,vt experientia docet,& propterea non videntur poſſe adduci
8 prædicta ad euitandum dictum fideiuſſorem, † cum valeat argumentum à communiter accidentibus, ſecundum glo.& Bal.in l.cum dotis,C.de iur.dot. & in l. conuenticulam,C.de epiſc.& cler.& auth.habita,C.ne fil.pro pat. in l.neque,C.de prob.& in l.neque,C.de nupt. tum etiã, ꝙ in tex.noſtro videtur inductum pro forma, quòd præ-
9 ſtetur fideiuſſio, † & quando aliquid à lege in actu perficiendo requiritur pro forma,ſi illud non fit in ſpecie, nõ ſufficit impleri per æquipollens,per ea,quæ voluit Bal. in c.1.in verſ.tertio de mili.vaſal.qui cont.eſt, gl.in cle.1. in verſ.tertiam,extra de vit.& honeſt.cler.Bald.in auth. qui ſemel,4.col.C.quo.& quan.iud.Bar.in l.non ſunt liberi, ff.de ſtat.hom.& Do.Ant.de Butr.& Imo.in c.ex tuæ, extra de cler.non reſid.Ant.de But.in c.fi.de dila. & in cap. quoniam,§.ſi vero,extra,vt lit.non cont.Io.And. in add. Spec.in tit.de cler.non reſid.Imo.in l.ſi finita, §.ſi plures, 16.col.ff.de dam.infec.plene per Alex.in d.l.1. ff. de libe. & poſthum.Iaſ.in l.cum hi,§.ſi prætor, ff.de tranſact.per Matth.in conſt. Regn. ſi quis in poſterum, poſt princip. & propterea non ſufficere facultates petentium ſaluum conductum,quia nõ eſſet adimplere tex.noſtrum in ſpecie,ſed per æquipollens,quod vetant prædicta,& quod ſit pro forma inducta fideiuſſio in tex.noſtro, probatur per verba ipſius ibi,quia ſi non præſtatur,annullatur effectus ipſius: nam quando lex aliquid requirit in actu, & ſi non fit illud,vltra procedit annullãdo actum. Tũc intelligitur illud requirere pro forma,ita not.dixit Bal. in d.l.1.quem ibi ſequitur Alex.& Aret.& cõſuluit Alex.cõſ.35.in prin. 4.vol.igitur opus eſt,vt præſtetur fideiuſſio formiter.
10 ¶In fi. tex. † Nota,quod fideiuſſoria cautio non poteſt remitti per reſcriptum,etiam ſi in reſcripto eſſet clauſula derogatoria,concordat glo.in d.l.vniuerſa,& per iſtam conſtitutionem corrigitur in Regno dictum Bald. in d.l.
11 vniuerſa, in fi.qui videtur dixiſſe contrarium. † An autẽ dilatio ſimpliciter conceſſa extendat ſe ad debitum iuratum, vide per Abb.in c.1.extra de his, quæ fi. à ma. parte cap.& in cap.conſt.de reſcrip.per Alex.conſ.205. 2. vol. conſ.104.1.vol.per Iaſ.in l. quotiens, C. de prec. Imper. offer.& in l.fin.C.ſi contra ius,vel vtil.pub.per Matth.in
12 deciſ.5. † Aduerſus autem dotem videtur, ꝙ non poſſit impetrari moratoria dilatio fauore dotis,ita firmat Ioan.
13 Bapt.de S.Blaſio in tract.de priuil.do. priuileg. 279. † Et an conceſſa moratoria principali proſit eius fideiuſſori? vide per Cyn.Bar.& Bal.in d.l.quotiens, & in l. cum filius,§.ſtipulatio,ff.de verb.obl. & ibi per Alex. vbi dicit, quod ſi fideiuſſor ſoluit pendente dilatione, an repetat à
14 principali. † Et quid ſi cum iuramento eſt renunciatum impetrationi moratoriæ,an poſſit impetrans ea vti ſine metu periurij,vide per Cyn. & Salyc.in l.fi.C.ſi cont.ius, vel vtil.pub.Pau.de Caſt.in l.fi.ff.qui ſatiſ. cog.per Oldr.
15 conſ. 92.poſt medium,per Iaſ.in d.l.fi. † Et vtrum priuilegium moratoriæ tranſeat ad hæredes,& videtur, ꝙ nõ, per ea,quæ dixit Io.de Imo.in l.maritum, ff. ſol. matr.ibi dixit, ꝙ ſi concedatur priuilegium debitori,vt nõ teneatur reſpondere ſuo creditori, ꝙ intelligitur donec viuit
16 debitor,per rationẽ, † quia priuilegia debent intelligi,vt lædant ius tertij,quanto minus poſſunt,arg.tex. in l. nec auus,C.de eman.liber.& l.2.§.merito,& §.ſi quis à principe.ff.ne quid in lo.pub.& in c.cum dilectus,extra de conſue.Et ideo non fieret etiam cõtra hæredes retorquentio,ſecundum Pau.de Caſt.in l.pen.§.quod autẽ, ff.quod quiſque iur.licet contra principalem ſic. Et priuilegium moratoriç ſe extendit etiam contra futuros creditores,vt
17 habetur ibi per Doct.maximè per Alex.quẽ vide. † Sed an in criminalibus poſſit concedi ſaluus conductus, gl. in auth.de mand.prin.§.neq;,col.3.& in l.is qui reus,in vlt. glo.ff.de publ.iud.videtur ꝙ non.Et ſi concedatur,an debeat ſeruari,& quid ſi cum iuramento? vide per Bar.& Alex.in d.l.is qui,pen.col.& in l.2. §. non fuit, ff. de dol. plenè per do.Vital. in libel.clauſ.in cla. nil noua.ap.pen. ver.nih.nouari ſecuritate pend.in 10.col. Et ſi cõceditur
18 alicui,& eius ſocijs. † Qui dicãtur ſocij,vide per Bart.& Ang.in l.1.ff.ad leg.Iul.maieſt.& in l.vtimur, ff.de ſepul. viol.vbi reperies quid de Iudęo,& Saraceno,adde Bal. in l.Spadonem,§.ſi autem,ff.de excuſationib: tut. Et ſi ſaluus conductus,ſeu moratoria ſit conceſſus, ſeu cõceſſa cũ aliqua qualitate,dicta qualitas debet probari, ita conclu-
19 dit Matth.in deciſ.377. † Et inſuper adde, quod ſaluus conductus conceſſus pro debitis ſe extendit ad cõdemnationes criminales,ita conſuluit Bar.in conſ. 169. Quid.n. ſi nõ apparet ad cuius inſtantiã ſit conceſſus ſaluus cõductus,quid de iure præſumatur? vide Cap. in dec.4.nu.20.

RITVS CCLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ritus 288. an locum habeat in criminalibus.*
2 *Quod in Magna Curia ſeruatur,in toto Regno ſeruari debet.*
3 *Solemnia iudiciorum,quæ.*
4 *Manu Regia,quando procedi poſſit?*
5 *Iudex arbitrium habens perſuaſiuæ probationi credere poteſt.*
6 *Pacto nudo ius non patrocinatur.*

ITem,ꝙ deteſtantes,&c.) Iſtud c. poſitum inter hos Ri-
1 tus, † an habeat locum in criminalibus, & dicit Par. de Put.tract.de ſynd.in ver.ſen.ver.an per d.c.quod non, & idem Matth.in dec.250.& in conſt.Regn. lite legitime conteſtata,in 6.not.poſt quod c.emanauit quædam litera Reginæ Iſabellæ,quæ incip.Iſabella,&c.vt infra eſt ſituata,& prouidet etiam in criminalibus,eam vide,quia tempore Par.& Matth.non erat inſerta in volumine. Et licet præſens c.ſit directum ad Magn.Curiam,ſiue Regentem
2 ipſius, † tamen id quod in Magna Curia ſeruatur, debet ſeruari in omni Curia Regni,arg.tex.§.fi.inſt.de ſatiſ. ſecundum And.de Iſer.in cõſt.Regn.iuris peritorũ, pen. col.& Par.in loco præallegato,& ita ſeruatur per totum Regnum,multa ſcripſi de d.c.in 1.prag.Regni, vbi vide.

§ In tex.ibi,ſolemnitatis, &c. † Quæ autem ſint ſolemnia iudiciorum,vide dicta per Bart.in conſt.ad reprimendũ, & in l.prolatam,vbi etiam per Doct. C. de ſent. habetur per Scribentes,maximè Altenſem in clem.ſæpè, extra de
4 verb.ſign. In tex.ibi,pura ſubſtãtia, &c. † adde, quod per iſta verba poteſt procedi manu Regia, ſecundum Bart. in d.conſt.ad repri.in verſ.videbitur,Bal.in l.nemo, C.de ſent.& in l.ne quicquã,2.col.ff.de off. proconſ. & in c.2. de nou.for.fide.in vſi.feu. & Iaſ.in l.certi cõditio,§.ſi nũmos,ff.ſi cert.pet. Hinc dixit Bal.in l.ſolum, in fi.C.de te-
5 ſtib. † quod iudex,qui habet arbitrium,poteſt credere probationi perſuaſiuæ , quem ſequitur Aret. in conſ.61. in fi.& conſ.84.pen.col Iaſ.in d.§. ſi nummos, 7. colum. Quid autem ſi probatio continet pactum nudum, vide per Bal.in d.l.nemo,vbi dixit, quòd non valeret ſentẽtia,
6 † quia pacto nudo ius nõ patrocinatur , quãuis in Regno procedatur ſecundum veritatem , vide ad hoc etiam Bal. in l.iuſtitia,ff.de iuſt.& iur.Bar.in l.quintus, ff.mand. Io. And.& Ant.de But.in c.2.extra de iur.calum.& in c.dilecti,extra de iud.& Bal.in c.ñ.de no.for.fidel.in fi.& dom. de Ro.concl.33.quid autem in Curia mercatorum , vbi procedit de veritate, vide per Bar.in d.l.quintus. In tex. ibi,ritè,& rectè. De iſtis dictionibus vide in l. iuſtè poſſidet,per Alex.ff.de acq.poſſ.In fi.tex.ibi,priuilegia,& c.de his , vide in conſt.Regn.vt vniuerſis , & in conſt. proſequentes,& ibi per Scribentes.

¶ Additio.& vide omnino de intellectu huius prag.d. Par.de Put.in trac.ſynd.in 2.quinterno,in c.an delictum capitale,&c.qui dictum capitulum deteſtantes , per multas quæſtiones gloſſauit.& declarauit.

a ADDE ſeruantur. Adde, quia eſt caput, &c. vide quæ ſcripſi de Magna Curia in 1.Rit. Io.Mich.

RITVS CCLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Libellus ineptus,quando dicatur,& nu.2.& 3.*
2 *Inquiſitio inepta,quando,& quæ dicatur.*
3 *Ineptitudo libelli in concluſione cognoſcitur.*
4 *Libellus nullus quis ſit. Et quando non valere dicatur.*
5 *Proceſſus nullus,quando citatio nulla.*
6 *Nullitas cauſata,quia in diebus in Dei honorem feriatis proceſſum,nunquid valideturr.*
7 *Statuto iuris ſolemnitates remouente,diebus in Dei honorem feriatis procedi poteſt.*
8 *Iudicium ex tribus conſtat perſonis.*
9 *Libellus ineptus,an poſſit ſaluari per clauſulam , peto mihi ius,&c.*
10 *Libellus omni modo eſt ſuſtinendus.*
11 *Nullitates reddentes proceſſum nullum, & ſupra nu.5.*

1 ISabella,&c.) In tex.ibi,ineptitudine libelli. † adde , quod
2 libellus dicitur ineptus, *a* quando malè concludit,ſecundum Bal.in l.fi. C.de in integ. reſt. vide Corn. conſi. 121.incip.quanquam,primo lib.etiam dicitur ineptus libellus,quando peruertitur ordo, ſecundum Barth. Veronen. conſ. 12. in princ.idem ſi continet cauſam ineptam ſecundum Alex.in l.1.ff.de eden. & in l.edita, C. eo. & idem ſi continet malam cauſam,ſecundum Bald. in l.per
2 diuerſas.C.mand.11.q. † Quid ſi inquiſitio ſit formata de delicto vno tempore commiſſo, & probetur de alio tempore,an inquiſitio ſit inepta? vide per Bar. & Salyc. in l.pen. C.de accuſ. Dicitur etiam ineptus libellus,quando continet defectum apparentem, ſecũdum Inn. in c. 1. extra de off.vic.& Bal.in l.ſi defunctus, C.de ſuis , & legi.
3 in fi. † & ineptitudo libelli in concluſione cognoſcitur, ſecundum Ant.de But.in cap.ſuper literis , extra de reſcr. Cyn.in d.l.edita,Bal.in l.fi.C.de reſtit.in integ. Bart. in l. Aurelius,§.idem quæſiuit,ff.de lib.leg.in l.qui interrogat, ff.de petit.hæred.& dicitur ineptus libellus , quando petitur res mortua,ſecundum Ang. & Alex. in l. ſtipulationes non diuiduntur,ff.de verbor.oblig.Bar.& Alex.in l.ſi
4 ſeruũ,§.fin.ff.eod.tit † In tex.ibi,de nullitate, dicitur autem libellus nullus,quando eſt ſine cauſa, & talis nullitas reddit proceſſum nullum de iure communi, ſecundum glo.ſing.& ibi per Alexan.in l.2.§.circa, ff.de doli excep. & tamen quod deciditur ſecundum veritatem per ſupradictum capitulum,item ſi continet falſam cauſam, ſecundũ Bal.in l.fi.in prima opin.ff.de edi.diu .Adr.toll.proba-
5 tur in l.1.§.1.ff. ſi menſor falſum modum dixerit. † Item non valet libellus ſuper contractu ſimulato , ſi in eo non apponatur ſpecies ſimulationis,ſecundum Barto.in conſ. Petrus Nicolæ.Pau.de Caſt.in l.iuriſgen. §. dolo, ff. de pact.& Bal in l.ab Anaſtaſio, C. mand. & idem in libello ſuper vi turbatiua , in quo debet poni ſpecies turbationis,ſecũdum Inn.in c.licet cauſam, extra de prob. & Bal. in d.l.ab Anaſtaſio. Item non valet libellus agentis petitione hæreditatis,quia tenetur ad collationem,ſi ipſam non offert , ſecundum Pau.de Caſt.in l. filiæ, C. de colla. vbi dixit,quòd non valet etiam libellus emptoris agentis ad rem emptam non oblato pretio , probatur in l. Iulianus,§.offerri,ff.de act.empt.non valet etiam libellus in quo creditor petit ſibi dari bona debitoris in ſolutum,ſecũdum Bar.in l.pro debito, C.de bo.auct.iud.poſ.& alias nullitates libelli , vide per Spec.in tit.de libel. concep. in prin.& in §.iuſta.In tex.ibi,totum proceſſum,puta quando proceſſus eſſet factus non oblato libello , ſecundum Pau.de Caſt.in conſ.5.& Fely.in cap.ex reſcripto,extr.de
b iureiur.De alijs nullitatibus *b* proceſſus,vide in l.prolatam,C.de ſenten.per glo. Bart. & omnes Doct. ibi,& per Doct.in clem.ſæpe,extra de verb.ſignif.& in c.1.& 2. extra,vt lit.non conteſt. Item proceſſus eſt nullus, ſi citatio ſit nulla,§.fin.inſt.de pœna te.litig.per quem tex.ita dicit Bal.in l.teſtamenta,C.de teſtam.vide Fely. in c. quoniam
6 contra,in 6.col.verſ.citationes, extra de prob. † Quod ſi eadem nullitas cauſatur,puta quia fuit proceſſum diebus feriatis in honorem Dei , an eo caſu proceſſus validetur, per tex.illius literæ, ſiue per cap. deteſtantes , & videtur dicendum,quòd ſic,per ea,quæ dixit Bart.in l. filiusfam. ff. de don. & in l.milites, C. de teſtam.milit. quem ſequitur Par.de Put.in tract.ſynd.in verſic. ſententia , verſicu.
7 vtrum iudex, † vbi dixit , quod remotis ſolemnitatibus iuris per ſtatutum,poteſt procedi diebus feriatis in honorem Dei,contrarium firmauit idem Barto. in conſtitu.ad reprimẽ.in verſ. figura,& Imo. in d.l. filiusfam.cum alijs Doct.allegatis per Alex.in d.l.milites, quos ipſe ſequitur per tex.in d.clem.ſæpe, & cũ eo pertranſit ibi Iaſ.& Dec. per multa medi ,quod videtur verius, per iura eorum.
8 ¶In tex.ibi,quæ perſonas litigantium, &c. † Quia iudicium cõſtat ex tribus perſonis, videlicet, iudice,actore,
c & reo. *c* l.in tribus,& l.inter litigantes , & ibi Bar. ff.de iud.inſt.de interd.§. retinendæ,in tex. ibi, iuriſdictionis, aut iudicis, &c. Puta,quia caret iuriſdictione , l.ſi quis ex aliena,ff.de iud.l.ſi ex quacunque,ff.ſi quis in ius voc. nõ ier.extra territorium. ff.de iuriſd. omn. iud.l. ſolemus, §. latrunculator , ff.de iud.& in conſtit. Regn. exceptionis, cum ſimilibus exceptionibus , concernentibus iudicis iuriſdictionem , & perſonas litigantium , de quibus in l. ita demum , & ibi per Doct.C.de procu. aut procuratorem, & tutorem,ſiue curatorem eundem litigantium,vt in l.licet,C.eo.& in d.l.ita demum,puta quia ſunt minores,aut ſerui, vel ſimiles his , quibus caſibus iudicatur ſecundum veritatem,vt in tex.habetur. Et quid ſi defectus eſt in citatione,vide Marſil.in conſ.64.1.vol.

a †ADDE ineptus. Adde an libellus ineptus poſſit ſalua-
9 ri per clauſulam,quæ quotidie ſolet apponi in fine , videlicet,peto mihi ius,& iuſtitiam miniſtrari , vide Iaſ. in §. omnium, nu.149.inſt.de act.Dec.in l.petens,num.4.C.de pac.& Alex.in l.2.§.prius,nu.19.ff.de vulg.& pup. ſubſt.
10 & † libellus debet ſuſtineri omni modo , quo poteſt etiã per impropriationem verborum,idem Iaſ.in l.2.§. & harum,de verb.oblig.nu. 31. Io.Mich.

ADDE

Digitized by Google

b † ADDE nullitatibus . Adde Spec.in tit.de ſenten. §.
11 iuxta,qui enumerat decem nullitates, quæ ipſo iure red-
dunt proceſſum nullum,& 40.per Nepotem à Monteal-
bano in ſuo tract.excep.in rub.contra diffinitiuas ſenten-
tias,fol.177.9.vol.tract. Ioan. Mich.

c ADDE cap.forus,de verb.ſign. vbi eſt, & quartum re-
quiſitum,ſcilicet ex tribus teſtibus,& ibidem,quod nego-
cium, &c. Io. Mich.

RITVS CCXC.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio actionis in tertium,quo iure,quibusuè caſibus cõ-ceſſa,& prohibita.*
2 *Ritus noſter 290. de quo iure ceſſo loquatur,principali-ter, vel acceſſoriè.*
3 *Clauſula,quod plus valet, donat, quando ſimulationis præſumptionem inſurgere faciat.*
4 *Ceſſio iuris eſt odioſa, & quare.*
5 *Machinatio dolum importat.*
6 *Ceſſione iurium ex neceſſaria cauſa facta, regulariter fraus,& ſimulatio non præſumitur.*
7 *Ceſſio, vel legatum miſerabili perſonæ factum præſu-mitur ob piam cauſam.*
8 *Perſonæ miſerabiles quæ dicantur.*
9 *Priuilegia 57.paupertatis,remiſſiuè,vſque ad nu.23.*
10 *Copia proceſſus pauperi danda eſt abſque ſalario.*
11 *Afflictio non addenda afflicto.*
24 *Paupertatis incommoda multa,& 18.*
25 *Egeſtas eſt diſciplinæ nouerca.*
26 *Pauper effectus propter ſuam culpam, perdit omnia paupertatis priuilegia.*
27 *Paupertas pluribus probatur modis.*
28 *Ceſſio iurium perſonæ coniunctæ facta ſimulata non præſumitur.*
29 *Conſanguinitas facit ceſſare dolum,& fraudem.*
30 *Conſanguinitas cum paupertate præſumi facit legatũ ob piam cauſam.*
31 *Conſanguineis ſubuenire tenemur.*
32 *Coniuncta perſona quæ dicatur.*
33 *Baſtardi,& ſpurij,an coniuncti dicantur?*

ITem,quod nullus,&c.) Pro declaratione iſtius textus,
1 adde,ꝙ † de iſta materia ceſſionis actionis habetur in
l.pen.C.mand.ex cuius legis prouiſione fuit prohibita
ceſſio actionis in tertium,præter certos caſus in eadem
lege exceptuatos,vt ibi in verſ.exceptis,&c. & alios ean-
dem rationem habentes,ſecundum Bart.ibi, & alios Do-
cto.poſtmodum ſuperuenit lex fin.C.eod. per quam fuit
prouiſum,quod ceſſio non poſſit fieri partim ex cauſa
oneroſa, & partim ex cauſa lucratiua, & voluit eo caſu
præſumi ſimulatam, per ſupradictum Ritũ aliter fuit pro-
2 uiſum,vt in eo legitur. † Et nota,ꝙ dictus Ritus loquitur
de iure principaliter ceſſo,vt declarat Io.de Amic. in cõſ.
ſuo 24.4.col.verſ.non obſtat,qui nihil allegat, ſed proba-
tur in d.l.pen.in princ.non autem loquitur in caſu, quo
acceſſoriè fieret ceſſio iurium, prout communiter hodie
fit quaſi in omni contractu,ſecundum Bar.in l.ſi pro re,§.
fi.ff.de euict.& in d.l.pen.& Bald.in l.cum ſucceſſores, C.
de euict.ita etiam experientia docet, ſecundum ipſum
Ioannem in d.conſ.fi.col.verſ.præterea adde,Abb.in c.ex
parte.4.col.ante fi.extra de alie.iud.mu.ca.fa. vbi dicit,
nota,quod clauſula,quæ ſolet apponi in contractu, ſcili-
cet,quia ſtatuto prædicto ſolet addi,quod plus valet do-
a nat,&c. a † quod ex illa clauſula inſurgit præſumptio ſi-
3 mulationis,non intelligas in omni contractu,ſed tantum
4 in contractu ceſſionis actionis, † quæ eſt odioſa, cum ſo-
leat fieri in præiudicium tertij,& ideo in alijs contracti-
bus,in quibus incidenter apponitur dicta clauſula, nõ in-
ducit præſumptionem ſimulationis,ſecundũ ipſum, quia
ſi bona fide venderetur,donaretur,ſeu alio legitimo titu-
lo alienaretur nomẽ debitoris,regulariter valet alienatio,
iuxta tex.in l.nominis,C.de hære.vel act ven. & in l. no-
mina,ff.eo.& in d.l.pen.C.mand.ſecundum do.Abb.in d.
c.ex parte,& de hoc non videtur loqui iſte Rit. quia ali-
ter dicendo ſequeretur tantarum legum correctio,contra
l.præcipimus,in fi.C.de app. & in l.ſancimus, C. de teſt.
Sed loquitur,quando facta eſt ceſſio principaliter,& non
ex cauſa neceſſaria in fraudem eius,contra quem fit, cum
præſens Rit.& tota iſta materia fundetur ad euitandum
fraudes,& ſimulationes,vt firmat idem Io.de Amic. in d.
conſ.24.& voluit glo.in d.l.pen.verſ.ceſſiones, & ver. in-
5 hiantes,& in d.l.fi.in verſ.machinationes: † nam machi-
natio dolum importat,iuxta tex.in l.1.§.dolum,ff.de dol.
& in l.1.C.de plus petit. & in proœ.cle.§. 1. prædicta
6 ſingu.nota pro declaratione huius Ritus. † Quando au-
tem fit ceſſio iurium ex cauſa neceſſaria, vt in exemplis po
ſitis in d.l.pen. verſ.exceptis,& habetur per Dyn. & Bar.
in l.ſeruum,§.equum,ff.de proc.non præſumitur fraus,&
ſimulatio,ſecundum Bar.& Doct.in d.l.pen.& Abb. in d.
c.ex parte,niſi de dolo,& fraude probetur, nam tunc in-
fringeretur ceſſio,aut per d.l.pen.& fi.aut per titulum de
alie.iud.mu.cau.fa.aut per tit.ne lice.poten.aut per tit.de
litigio.ſecundum diuerſitatem contractuum, iuxta glo.&
7 doctr.Abb.in d.cap.ex parte. † Item non præſumitur ceſ-
ſio ſimulata,& fraudulenta, quando fit perſonæ miſerabi-
li,quoniam tunc præſumitur facta ob cauſam piam, licet
non haberet aliam cauſam neceſſariam, & eo caſu ceſſio
valeret, ſecundum Matt. in conſt. Regn. ſtatuimus, in 7.
col.q.6.ſicut dicimus de legato facto perſonæ miſerabili;
quia cenſetur factum ob cauſam piam, ſecundum Bald. in
8 auth.ſimiliter,C.ad leg.Falcid. † Quæ autem ſint perſo-
næ miſerabiles,ponitur in l.1. C. quando Imperat. inter
pupill.& vid.& ibi per Doct. habetur per Canoniſtas in
cap.ſignificantibus,extra de offic. deleg. plenè cumulaui
in prag.Regn.quæ incip.curſu dilationum,in fi. & ibi di-
ctis adde,ꝙ inter pſonas miſerabiles numeratur pauper,
ſecundum Io.And.& Abb.Pan.in d.c.ſignificantibus, vi-
de per Matth.in d.conſtitu.ſtatuimus,& in deciſ.257.&
in conſt.Regn.omnes noſtri,in 2.not.& in cõſt.mulieres,
9 in fi. † Vbi enumerat 44.priuilegia paupertatis, ſecundũ
Luc.de Pen.in l.fi.C.qui nu.libe.Tu autem adde 45. vide-
licet,quòd contra pauperem appellantem non currunt
fatalia,ſecundum Inn.& Bald.quos refert Fely. in d.c. ſi-
gnificantibus,probatur in l.ſi procurator, §. ſi ignorãtes,
& ibi per Bar.& Moder.ff.mãd.habetur per Bal. in cõſ.5.
10 lib.3.& eſt 46. † ſcilicet quòd pauperi appellanti danda
eſt copia proceſſus ſine ſalario, vt probat tex. cum glo. in
11 l. tam dementis,in fi.C.de epi. aud.ratione, † quia non
debet addi afflictio afflicto,ſecundũ gl.ibi ita firmat Affl.
12 in conſt.Regni appellationum tẽpora in 5.no. † 47. quia
permittitur matri pauperi impunè proſtituere filiam,ip-
ſa filia cõſentiente,licet alias matri non permittatur pro-
ſtituere filiam impunè,quia truncatur ſibi naſus, ſecundũ
13 Regni conſt.incip.matri quam,la 2.& ibi Affl.nu.48.†.ſ.
b quòd per clauſulam,non obſtante, b non tollitur priuile-
gium conceſſum cauſa paupertatis, ſecundum Cyn. in d.
l.1.C.qua imper.in pu. & vi. quod dictum pro nota. ex-
tollit Mar.Laud.in tract.de priu.§.39.ſecundum Fel.in c.
14 nõnulli,extra de reſcr.in verſ.teſtant.&c. † 49 quia pau-
per non præſtat cautionẽ Mutianã,ſecundũ Bal. in auth.
15 cui relictũ,C.de indi.vidui. † 50.In teſte paupere, qui ꝑ
verecundiam non poteſt in iudicio comparere ad depo-
nendum,quia mittitur actuarius ad eius domum, ita not.
16 Alex.de Imo.in l.ad egregias,ff.de iureiur. † 51.videlicet,
ꝙ vendita re duobus,illa eſt potior,qui in poſſeſſione re-
c peritur,l.quotiens,c C.de rei vẽd.quod non habet locum
in paupere tanquam priuilegiato, quia ſi primo emit
pauper,præfertur ſecundo ementi poſſidenti, ſecundum
glo.not.in l.ſiue autem,§.ſi duobus,ff.de public.& ibi per

Digitized by Google

17 Doct.firmat Hippol.Mar. in ſuo ſing. 81. † 52. per prag. nouellam incip. vſurarum voraginem, mandantem procedi contra vſurarios manifeſtos ex officio ratione pau-
18 pertatis. † 53. quia permittitur pauperibus facere collegium, ſecundum Imo. in c. inter. extra de dona. habetur
19 per Alex. poſt Barto. in l. ſodales, ff. de col. illi. † 54. quod quis ſtipulatur abſenti pauperi, ſecundum Bald. in l. illud, C. de ſacroſan. eccl. Iaſ. in l. ſtipulatio, §. alteri, ff. de verb.
20 oblig. † 55. quia pauper euitat caducitatem in re emphyteotica, de quo vide per Iaſ. in l. 2. C. de iu. emph. num. 64.
21 † 56. quia pauper euitat periurium, ſecundum glo. in c. breui, extra de iureiur. Bal. in c. 1. §. porro, quæ fuit prima cau. amitt. be. Fely. in c. 1. extra de iureiur. Affl. in côſt. eos,
22 qui. † 57. adde aliud, quòd ponit Afflict. in deciſ. 57. fin.
23 col. videlicet, † quod perſonæ miſerabiles habét quæſtiones iudicis rei, quando reus habet plures iudices, quia pauper non ſoluit collectam, l. fin. & ibi Barto. C. qui. mun lib 10. & l. inductiones, C. de anno. & trib. eod. lib. nec ad onera perſonaliter, nec ad ſumptus burſales, d. l.
d inductiones, Bald. de *d* pa. conſt. §. nos, de c. delendus ab extimo, Bald. in authen. defuncto, vlt. colum. C. ad Ter-
24 tull. † Econtra paupertas habet multa incommoda. Primum, quia paupertas facit quandoque debitorem ſuſpectum, l. ſi creditores, ff. de pri. cre. Secundo facit teſtem inhabilem, l. 3. ff. de teſt. §. ſancimus, in auth. eod. tit. Tertio facit eum ab honoribus remoueri, l. ad ſubeunda, C. de decur. lib. 10. Quarto facit pauperem delinquentem perſonaliter puniri, ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi quis, §. 2. l. 1. in fi. ff. de pę. & l. in ſeruorum, §. fin. ff. eod. Quinto, quia pauper cogitur ſatiſdare, l. de creationibus, C. de epiſc aud. l. ſciendum, ff. qui ſatiſdare cogan. Sexto facit fructus ſequeſtrari, eod. tit. l. fideiuſſ. §. fin. Septimo nocet in adop. faciendis, l. nec ei, §. 1. ff. de adopt. Octauo nocet in tranſactione alimentorum, in l. cum ij, §. ſed & perſonarum, ff. de tranſa. Nono præiudicat in proponenda actione de dolo, l. non debet, ff de dolo. Decimo nocet in accuſationibus, l. alij, l. nonnulli, cum l. ſeq. ff. de accuſa. Vndecimo pauper non ſolum audiri contemnitur, cum non habeat quid offerat, ſed etiam contra veritatem opprimitur, 11. quæſt. 3. cap. pauper, §. nec latet in auth. vt omn. ob. iud. pro. Duodecimo exequutores iudicum, qui cauſas præparant. non debent eſſe pauperes, in auth. de iud. §. ijs qui. Decimotertio pauper, licet doctiſſimus, tamen debet abſtinere à magiſtratus officio, ſecundum Boetium, de di-
25 ſciplina ſcholaſt. † O quam abſurdum eſt magiſtratus egeſtas, cum egeſtas ſit nouerca diſciplinæ. Decimoquarto, quia vt plurimum à cunctis ſpernitur, 93. diſt. cap. diaconi, ff. de mune. & hono. l. ſcripto, in princ. l. ad ſubeunda, C. de decur. lib. 10. Eccleſia. cap. 13. vnde illud, ſi fueris diues, multos numerabis amicos, ſi fueris pauper, nullus amicus erit. Decimoquinto, pauper timore paupertatis præſumitur peccare de facili, l. fin. C. de ſpecta. Decimo ſexto, præſumitur malum de paupere, cui non eſt victus ſufficiens, in auth. de defen. ciui. poſt princ. Decimoſeptimo, in caſu l. ſed ſi proponatur, ff. de in diem adie. Adde Decimooctauo, quod pauper habens officium, præſumitur illud affectare, l. ſpadonem, §. ſi non, & ibi Bart. ff. de
26 excu. tur. † Limita autem omnia priuilegia paupertatis, niſi quis eſſet effectus pauper propter ſuam culpam, quia tunc perderet omnia eius priuilegia ei conceſſa propter paupertatem, ita multum not. decidit Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum, extra de conſtit. quem ſequitur
27 Iaſ. in auth. res quæ, C. commu. de leg. † Probatur autem paupertas pluribus modis, & ſignanter per famam, ſecundum Bald. & Ang. in l. ſi vero, §. qui pro rei qualitate, ff. qui ſatiſd. cog. & Bald. in l. paupertas, ff. de excuſ. tuto. & alios modos, vide per Barto. & alios in l. ſi conſtante, ff. ſol. matrim. & in l. qui accuſare, ff. de accuſ. ſecundum
28 Bart. ibi. † Item valeret ceſſio iurium, principaliter facta perſonæ coniunctæ, & non præſumeretur ſimulata, ſeu fraudulenta, ſed facta præſumitur obrentu ſanguinis, ita dixit Dyn. in l. patrem, ff. quæ in frau. credi. Cyn. & Bald. in d. l. pen. C. mand. in 19. q. & per prædicta ita conſuluit Ioan. de Amic. in d. conſ. 24. verſic. & tanto, tu adde Petr. de Bellapert. & Cyn. in l. qui ſtipendia, C. de proc.
29 Nam conſanguinitas facit ceſſare dolum, & fraudem, vt not. Barto. & Docto. in l. tranſactionem, C. de tranſac. & in l. frater a fratre, ff. de cond. ind. b. & Bald. in l. Poſſ., C. de his quibus vt indig. & in l. 1. C. ſi quis aliquem teſt.
30 prohi. ita conſuluit Dec. conſ. 36. 1. volum. † Et conſanguinitas cum paupertate operatur, quod legatum factum conſanguineo cenſetur factum ob cauſam piam, remota fraude, ita Bald. in authen. ſimiliter, C. ad legem Falcid. immo præſumi debet, quod ſit factum ob cauſam neceſ-
31 ſariam per rationem, † quia tenemur ſubuenire conſanguineis, & nobis coniunctis, vt probat text. in capit. non ſatis, 86. diſt. & not. glo. in cap. omnino, 31. diſt. & in cap. 1. extra de cohab. cler. & mul.
32 Et quæ dicatur coniuncta perſona, & vſque ad quem gradum, vide tex. & quæ ibi habentur per Doct. in l. ſed & hæ. ff. de proc. per Bart. & Alexan. in l. 2. ff. de accuſ. remiſſiue per Alexan. in l. exigendi, C. de procura. per gloſſ. Inn. Abb. & Felyn. in c. nonnulli, §. ſunt & alij, in fin. extra de reſcript. per Barto. & Alexan. in l. cum acutiſſimi,
33 & ibi per Moder. C. de fideicomm. † Et ibi quid de ſpurijs, & baſtardis, an dicantur coniuncti, vide per Dyn. in conſi. 16. incip. diligenter conſideratis, Pau. de Caſt. conſ. 69. habetur in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. & in l. cui eorū, §. affinitatis, ff. de poſtul. per Bar. & Alex. in l. cum alienam, C. de leg. & in Specula. de coniuncta perſona, in princ.

a ADDE, quod plus valet donat, &c. Adde, quod per iſta verba videtur venditor donare in parua, non autem in magna quantitate, niſi ſciuiſſet valorem rei, Bart. in l. 2. C. de reſcinden. vend. num. 14. & in l. ſi quis cum aliter, ff. de verborum obligat. attamen ad euitanda remedia l. 2. & aliarum cautius eſt, vt dicatur, & quod plus valet, ad quamcunque quantitatem aſcendens, ſiue magnam, ſiue paruam, donat, &c. idem Barto. in d. l ſi quis, ſed Dom. Ioan. Cola de Vicarijs de Salerno vera iuris lucerna, legendo d. l. ſi quis, dixit, quod pluries conſultus, fecit apponere in inſtrumētis, videlicet, & ſciens vēditor dictam rem plus dicto pretio valere, attamen illud plus, quod valet cuiuſcunque quantitatis etiam magnæ, donat, &c. & hæc eſt diſtinctio Barto. in dictis conſil. vbi diſtin. aut venditor ſciuerit, aut ignorauerit valorem rei venditæ, &c. Ioan. Mich.

b ADDE non obſtante. Adde, quæ dixi in Rit. 46.

c ADDE alias limitationes ad d. l. per Alex. conſ. 25. in fin. 3. lib. & Ang. conſ. 106. in fin. Hippol. Mar. in ſing. 28. Hieronymus.

d ADDE, quod in cauſa pauperis proceditur ſummariè, pro quo facit dictum Barto. in tracta. de carce. in fin. nam quia pauperi remittitur mulcta, ſecundum And. in cap. 1. §. ſed nec. quæ ſit prima cauſa ben. amitt. 2. colum. Ioan. Mich.

RITVS CCXCI.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres in Regno, quæ cum mundualdo contrahunt.*
2 *Mulier in dubio iure Longobardo viuere in Regno cenſetur.*
3 *In Regnis Siciliæ quadruplex ius ſeruatur, & quod primum in ordine.*
4 *Ordo literæ ſeruandus, & vbi.*
5 *Mundualdus legitimus quis erit.*
6 *Contractus mulieris cum iuramento ſine mundio tamē, in quibus caſibus teneat.*
7 *Mulier ſi litigat in foro Epiſcopi, quod ius circa eius contractus validandos ſeruabitur.*

8 *Statu-*

Digitized by Google

8 *Statutum Curiæ mercatorum eſt validum in omni foro.*

9 *Mulieribus iure Longobardorum viuentibus, læſis an reſtitutio in integrum concedatur?*

10 *Mulier ſi per procuratorem contrahat, an mundius requiratur?*

ITem quod curiæ,&c.) In text. ibi Longobardo iure,
1 &c. † Adde quod in Regno mulieres contrahentes
debent habere mundualdum quod prouiſum fuit per ius
Longobardorum. Quia dicunt mulieres, quod morimur
ſine mundio ſicut moritur piſcis ſine aqua,l.in lōgo.qual.
mul.alien. permitt. ita dixit Matth. in conſtit. Regni iu-
riſgentium 5.col.verſic.quid autem, & in deciſ. 260. poſt
2 princ. † Et in dubio mulier cenſetur viuere iure Longo-
3 bardo, † quia in Regnis vtriuſque Siciliæ. Primo ſerua-
tur ius conſtit. Secundo conſuetudines rationabiles. Ter-
tio ius Longobardum,quo prouiſum fuit de mundio mu-
lieribus d.l.1. Quarto,ius Romanum, vt in conſtitut. Re-
gni puritatem, & ibi notat Matth. in 6. notab. quodque
4 deſignat ibi ordo literæ. † Qui ſeruandus eſt l.hæredes §.
fin. ff. ad Trebell. l.quotiens ff. de vſufruct. gloſ. final. 24.
quæſt.1. cap.alienus,habetur per Matth. in conſtitut. Re-
gni ſpeciale. Et prædicta in contractibus, in teſtamentis
vero videtur idem vt concludit Matth. in dicta deciſ.260.
& in conſtitut. Regni inſtrumentorum, in 2.notab. in 1.
quæſt. in iudicijs vero ſeruabitur iſte Ritus, tamen in iu
5 dicijs, vt plurimum mulieres viuunt iure Romano. Et
quis erit legitimus mundualdus mulieris. Luc. de Penn.
in l.quicunque in penult. colum. C.de re milit. lib.12.di-
xit quod ſi habet patrem, & fratres ij erunt mundij le-
gitimi, ſi vero ipſi deficiunt, erit vir, & hoc videtur fir-
maſſe Matth. in deciſ. 260. in fin. illud firmat Alex. de
Imol.in conſil. 106. in fin. in 2.volum. gloſ. not. in l.vel-
les,C.de reuoc. donat. in verſic. ſed ſecus, & ibi hoc not.
Bald. quod communiter ſeruatur, facit text. in cap. mu-
lieres 23.quæſt.5. ita etiam conſuluit Corn.in conſil.254.
6 num. 20 primo volum. † an autem contractus mulieris
initus cum iuramento ſine mundio, firmetur iuramento,
attento quod in Longobarda non fit mentio de iuramen-
to,& videtur quod ſic, per ea quæ not. per Doct.maximè
Paul. de Caſtr. in auth. ſacramenta pub. C. ſi aduer.ven-
dit.Anton.de Butr. Imol. & Abb. in cap. cum contingat,
extra de iureiurand. vbi concludunt quod ſi mulier non
poteſt contrahere ſine conſenſu propinquorum, & con-
trahit cum iuramento ſine illorum conſenſu valet con-
tractus, ita conſuluit Socc. in conſ. 77. antepenul. colū.
primo volum. Corn.conſil.35. 2.colum.& conſil. 180. in
3.volum.& conſil. 121. 4.volum. Alex.conſil.29. vltima
colum.verſic. ad quartum 3. volum. Et ſic etiam ſi con-
trahit mulier ſine mundio matrimonio. Aut ſi contrahit
ſuper dote, valet contractus per ea quæ adducit Cornel.
conſ.254.num.6. primo volum. Item poteſt ſine mundio
contrahere in ſui fauorem, ita conſuluit Soccin. conſ.80.
num.9. 4. libro. Item ſi contrahit ad pias cauſas, proba-
7 tur per adducta per Corn.conſ.256.num.6. libro 4. † Sed
pone quod mulier litigat in foro Epiſcopi, & in iudicio
fuerunt producti contractus initi per mulieres ſine mun-
dio, an circa validitatem dictorum contractuum in eodē
foro ſeruetur ius Longobardum,& Regni conſtitutiones
illud approbantes, & videtur quod ſic per gloſ. in l. ex
ea ff. de poſtul. & per illud quod dixit Bald. in l penult.
8 C.de conſtit. pecc. vbi firmauit, quod † ſtatutum curiæ
mercatorum validans ſcripturam ipſorum,erit validum
in omni foro etiam Epiſcopi, refert, & ſequitur illud di-
ctum Iaſon in l.quædam,§. nūmularios, ff. de edendo, &
in l.admonendi,decima carta,in princ. ff.de iureiur.bene
faciunt ea,quæ communiter concludunt Doct. in cap. Ec-
cleſia Sanctæ Mariæ, extra de conſtitut. Vbi concludunt
quod in foro canonico in deciſorijs ſtatur ſtatutis laico-
9 rum in cauſa laici.† An autem iſtis mulieribus viuentibus
iure Longobardorum, ſi læduntur in iudicio, concedatur
reſtitutio in integrum? vide conſtitutionem Regni ob-
ſcuritatem,& ibi per Andr. de Iſern. & Matth. latè, vbi
etiam ponunt quid in mulieribus viuentibus iure Roma-
no,vel iure Francorum. Et in conſtitut. Regn. mulieri-
bus, vbi habes quod per modicam læſionem in iudicio
paſſam per mulierem non reſtituitur mulier, & ideò de-
bet mulier probare ſe non modicè læſam, & tunc Iudex
10 ex æquitate reſtituit eam, vide ibi. † Et an mundius re-
quiratur ſi mulier contrahit per procuratorem, & an in
conſtitutione procuratoris, vide per Socc. conſil. 112.
colum.8. & conſil. 172. colum. penult 1. lib. Et quid ſi
addit hæreditatem in d.conſil. 112. col.7. 172. col. 6.

RITVS CCXCIV.

SVMMARIVM.

1 *Tutor pupilli nomine agens, ſe tutorem docere ante lit. conteſt. debet.*

2 *Solemnia in tutore quæ dicantur.*

3 *Proceſſus contra pupillum, & eius tutorem ſolemnibus non adimpletis, eſt nullus.*

4 *Cautela ad validandum proceſſum nullum ex defectu legitimæ perſonæ.*

1 ITem ſeruatur quod cum, &c.) In princ. text. † Adde
quod tutor agens nomine pupilli, debet ante litem
conteſtatam,docere ſe tutorem,& hoc eſt de iure commu-
ni per text.in l.fin. C.de tutor.qui ſat.non dedер.l.veteris,
C.arbitr. tutе. ita dixit Specul. in titul.de acto.verſic. ſed
pone 2.in titul. de procur. §.fin.verſic.an autem,& de in-
ſtrum.edit.§.nunc dicamus,verſic. ſed quid,Bart. in l.tut.
ff.de adminiſt. tutor. quia eidem incumbit onus proban-
di ſe tutorem,vt habetur per Alexand. in l.illa, ff.de verb.
oblig.In Regno tamen ſeruabis iſtum Ritum, in text. ibi
2 ſolemnibus, &c. † Adde quod ſolemnia dicuntur copia
tutelæ,& inuentarij facti per tutorem de bonis pupilli,
ſecundum Bart. & Bal. in l. ſi tutor. C. in quibus cauſ. in
inte. reſt. & caue quia non dabitur copia totius inuenta-
rij ne manifeſtentur bona pupilli, ſed ſufficit copia prin-
cipij,& finis vt oſtendat ſe inuentariū feciſſe ſm Bal.in d.
l.ſi tut.& Bar.in l.tut.qui.ff.de admi.tut.& in l.2. C. qua.
3 & quibus quar. pars de. lib. 10. † Quia proceſſus factus
contra pupillum,& eius tutorem non implentem ſolem-
nia,erit nullus,& ideo credo quod fuit prouiſum per iſtū
Ritum contra tutorem non docentem de ſolemnibus,qđ
non admittantur iura pupillorum per ipſos producenda,
& erit periculo ipſorum tutorū, quia remouebuntur, vt
ſuſpecti, l. eum qui. & ibi Bart. & Doctor. C. de procur.
l.fin. C.de adminiſt. tutor.gloſ.in l.ſi tutor. ff. de ſuſpect.
4 tut.l.1.in princ.ff.de adminiſt.tuto.† Et ad validandum
proceſſum nullum ex defectu legitimę perſonę datur cau-
tela ſumpta ex doctrina Bart.in l.mutari, ff. de procur. &
in l.ſi vt proponis C.quo.& qua. Iud. Vt petatur dari cu-
ratorem liti, cum quo omnia acta facta vſque ad dilatio-
nem curatoris, reiterentur vnico contextu, & fertur ſen-
tentia ſecundum probata, ita refert Matth. fuiſſe practi-
catum in Conſil. deciſ.262.& per prædicta ita conſuluit
Decius, conſil.549. finali columna.

RITVS CCXCV.

SVMMARIVM.

1 *Verbum ſtare, intelligendum eſt de ſtatione perſonali.*

ITem quod, &c.) Adde ad iſtum Ritum pragmat. Re-
gis Ferdinandi Primi glorioſiſſimi, quæ incip. Regiæ
digni-

dignitati, & quæ ibi dixi, quibus adde ex quo in ea legi-
1 tur, debent ſtare ad ſindicatum, † quod videtur debere intelligi de ſtatione perſonali durãte termino ſindicatus, ita intelligit Bald. verbum ſtare in l. 1. C. de leg. & ibi Angel. & Bart. in l. ſi quis ita ff. de cond. & demonſt. vbi dicunt verbum ſtare quod importat ſtationem perſonalem.

RITVS CCXCVI.

SVMMARIVM.

1 *Relatione cauſæ facta poſt concluſum in cauſa, reſtitutio in integrum non admittitur.*

1 Item quod in quibuſcunque, &c.) † Adde quod iſtum Ritum decidit Matth. in deciſ. 1 4. verum ſecundum ipſum, ſi poſt concluſum in cauſa, eſſet facta relatio cauſæ, non admitteretur petitio reſtitutionis in integrum ſecundum Andr. & Matth. in conſtit. Regni obſcuritatẽ, & in deciſ. 191. in fin. & ita vidi ſeruari contra iſtum Ritum.

RITVS CCXCVII.

IN prima cauſa, &c.) Adde quod iſte Ritus communiter non eſt in obſeruantia, ſed ſeruatur contrarium, quia ſemper quod videbitur Iudici condemnare ad expenſas, etiam in prima cauſa factas, poterit ſecundum iura, & conſtit. Regni, & ſi contrario vſu abijt l. de quibus, ff. de leg. §. penult. inſtit. de iur. nat. gen. & ciu. extat Rit. infra 306. qui corrigit iſtum.

RITVS CCC.

ITem ſeruat, &c.) In text. ibi hanc practicam, de materia huius Ritus extat cap. Regn. quod incip. conuentus, &c. & conſtit. Regn. incip. eorum fraudibus, & ibi habetur per Andr. de Iſern. & Matth. de iure vero communi habetur in l. 1. C. de litig. in l. ſed ſi lege, §. conſuluit, & in l. fin. ff. de petitio. hæred. & in auth. de mona. §. ſi vero his, per Bart. in l. 3. C. de pignor. per Bald. in l. 2. C. de alien. Iud. per Alex. in l. a Diuo Pio, §. ſi ſuper, ff. de re iudic.

RITVS CCCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres per citationes vagari non conuenit.*
2 *Mulieres in criminalibus agunt, & conueniuntur per procuratores.*

ITem quod honeſtatis cauſa, &c.) Adde quod iſte Ritus debet vbique ſeruari quamuis loquatur de mulieribus Ciuitatis Neapol. tantum. Et hoc ratione honeſta-
1 tis ſuper qua fundatur iſte Ritus, † quia non conuenit mulieres vagari per ciuitates nec cœtibus virorum miſceri, cap. mulieres, extra de Iudic. lib. 6. & conſtit. Regni incip. mulieres, & ibi per Matth. in conſtit. generalia iura. 6. nota. Et videtur quod idem ſit dicendum in criminalibus propter generalitatem dictorum iurium, & dictæ rationis, in qua fundatur iſte Ritus, ſcilicet hone-
2 ſtatis, vt ſentit Matth. in d. conſtit. generalia iura, † & iſta ratione in criminalibus agunt, & conueniuntur per procuratorem ſpecialem, dicta conſtit. generalia, & per Andr. in repert. actor, & reus in verſ. mulieres, in principio.

RITVS CCCX.

SVMMARIVM.

1 *Taxatio expenſarum, non condemnatio in ſententia reſeruatur.*

1 Item Iudices, &c.) † Adde quod communiter hodie in Regno præcedente condemnatione ad expenſas. Taxatio vt plurimum reſeruatur, licet multoties in eadem ſententia in qua fit condemnatio taxentur ſecundũ iſtum Ritum, condemnatio autem expenſarum reſeruari non poteſt ſecundum Bald. in l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ. penul. colum. verſ. quarto quid, & per iſtum Ritum corrigitur Ritus ſupra num. 293. & ibi dixi.

ET per iſta expeditum eſt hoc opuſculum ad ſupplectionem Rituum Magnæ Curiæ Vicariæ, ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vnius deitatis, ac glorioſiſſimæ Matris Virginis Mariæ, noſtræ ſemper aduocatæ, à quibus ſi quid boni in eodem opuſculo retuli, proceſſiſſe fateor, non quod iuris peritis ſtudioſis fuerit neceſſarium (quibus aperta ſunt iura) ſed communicare cupiui meas vigilias volentibus illas, cum charitate, & benignitate recipere, vt protegant ac illud defendant. Et ſi quid in ipſo imperfectum relatum fuit, illud imbecillitati mei intellectus imputent, ſaltim ex eo aperta eſt via reperiendæ veritatis, & perfectionis, qua dixit Io. Andreas in addit. Specul. in proœm. poſt ſua ſcripta, multum reſtat in opere perfici, & Seneca in Epiſt. 65. nulli enim præcluditur via per mille ſecula aliquid addendi, nihil enim in humanitate reperitur perfectum propter ingenij mortalis exiguitatem, vt dicit Imperator in l. 2. §. ſi quid, & §. ſed & ſi quis, C. de veter. iure enucleand. cui finem impono, ſub inuocatione præſidij coram Omnipotenti Deo Beatorum Benedicti Confeſſorum, ſub cuius protectione ſum, & Franciſci de Paula: Ego Annibal Troyſius ciuis Cauenſis, ſub Anno Incarnationis Dominicæ, 1542. die primo menſis Nouembris. In quo Feſtum omnium Sanctorum apud Chriſticolas veneratur qui me, & omnes fideles Chriſtianos protegant foueant, atque regant. Amen.

Digitized by Google

IOAN. FRANCISCVS SCAGLIONVS V. I. D. NEAPOLITANVS

Super aliquibus Ritibus Magnæ Curiæ Vicariæ;

Et obſeruationes ipſorum Rituum prout hactenus eadem Magna Curia vidit obſeruari.

RITVS PRIMVS INCIPIT IOANNA.

SVMMARIVM.

1 *Ritus quis dicatur.*
2 *Ritus ſunt nulli qui non reperiuntur aſcripti in his Ritibus, niſi poſt hos Ritus fuiſſent introducti.*
3 *Ritus iſti in deciſione cauſarum habent locum in cæteris curijs Regni.*
4 *Ritus pro lege habentur.*
5 *Ritus confirmant proceſſum.*
6 *Ritus dicitur practica à curia confirmata.*
7 *Vbi de Ritu Iudex dubitat poteſt ſe informare.*

1 RITVS † dicitur mos ſiuè
conſuetudo in adminiſtran-
dis officijs comprobatus;
ſtylus variè apud Gramma-
ticos ſumitur, nam quando-
que ſignificat æneum inſtru-
mentum quo in albo, ideſt
inceratis tabulis antiquitus
ſcribebatur, & demum in
ligneis libellis, negociatores
ſcribunt, & hos libellos ha-
bent venales Teutones, quã-
doque pro ſtructura orationis, aliquando pro punitione,
& reprehenſione, & quandoq; pro ſtylo cenſorio quo pro
ſcripti notabantur, vt Beroſius Cornucopius col. 9.36. nu.
2 michi 52. dicitur in primo Ritu, † quod cæteri Ritus præ-
ter hos ſint irriti, & nulli, & conatur ſubuenire non ſolũ
proceſſibus officialium ipſius Reginæ, ſed proceſſibus fi-
delium ſuorum, & ſic aliorum habentium caſtra, & vaſſal-
los, & illa dictio maximè implicat affectionem quam de-
bet habere præcipuam in vaſſallis demanialibus, & præ-
ſertim Neapolitanis, vbi frequentius habitabat, quare ex
3 natura magis afficit propinquos quàm remotos, † & ex
hoc ſumitur fidele argumentum quod iſti Ritus vendicãt
ſibi locum in toto Regno, & pro hoc allegatur Andreas
de Iſernia in conſtitutione Regni ſiquis in poſterum in 4.
4 colum. & † in Magna Curia habentur pro lege, idem
in curia Romana, vt tenet Specul. in tit. de teſte, §. 9. verſ.
deinde, & de reſcriptis §. 4. in princ. & confirmat proceſ-
ſus, & Aufrerius in deciſ. Tholoſ. 115. Felyn. in cap. 3. in 6.
colum. de reſcript. Bald. in l. 2. C. quæ ſit longa conſue-
5 tudo, † & dicitur ſecundum eundem Bald. practica à cu-
6 ria confirmata, etiam † vbi quæſtio aliqua emergit de
7 ſtylo † poteſt Iudex ſe informare, ita dicit Iacobinus de
S. Geo. in l. de quibus, ff. de leg. & non ligat alios, niſi tantũ
in ea curia, qua vigẽt, vt Bald. in l. certum in 3. colum. C.
vnde cogna. Et de Ritu, & ſtylo vide Caſſaneum in proe-
mio conſuetudinũ Ducatus Burgũdiæ nu. 8. & omnib. di-
ctis locis præfati Bal. Aufrer. Andr. ac Caſſan. tenẽt quod
Ritus habent locũ in eiſdẽ curijs in quib. vigent, tu vero
dicas, quod iſti Ritus quo ad ordinẽ proceſſus non ſeruan
tur in alijs curijs, niſi quoad deciſionem cauſarum.

SVMMARIVM.

1 *Officialis magiſter, ſtipendiarius agrimenſor, an poſſit alium in locum ipſius ſubſtituere?*
2 *Officialis mortuus qui erat ſupernumerarius, numerus redditur ad priſtinum.*
3 *Officialis mortuus, ſi ſubrogatus in locum ipſius erit vltimus, non ingreditur locum defuncti.*

In 3. Ritu qui incipit in primis quia.

MElius eſſet ſi audires Imperatorem in authentico,
vt Iudices ſin. quoquo ſuffrag. §. eos autem, vbi
dicit quod illi qui ſine mercede ſumunt adminiſtrationes,
præ omnibus ſtudium habere decet, fiſcalia vigilanter in-
ſpicere, & indeuotos quidem, & egentes neceſſitate cum
omni exigere fortitudine, & in nullo illæſos, neque pro
hoc ipſo lucrum aliquod omninò conſiderantes, deuotis
autem paternæ ſe exhibere, deinde noſtros ſubiectos re-
ſeruare vndiq; ſine violentia, nihil ab vllo eorum perci-
pientes, ſed æqui ſint in iudicijs, exequentes delicta, in-
noxios cuſtodientes, reis autem pœnam imponentes ſe-
cundum legem, & tales conſiliarios ſumentes, qui circa
eos ſint, & hic eſt verus ordo, ſed vbi aſſentiremus etiam
cum Iuſtiniano in authentico de Iudicibus, & vt nullate-
nus cum iuramento eligantur. A *Zenone* piæ memoriæ
ſcripta eſt lex de iudiciorum ordine, & Iuſtinianus reper-
to ordine Iudicum confuſo, exiſtimauit non oportere ha-
bere nomina quorundam Iudicum, ll. in eruditorum, ſed
aſſeſſores per quos eorum præſentiam compleant, ad finẽ
vt vbi negarent ſcire id quod iuſtum eſt, illud vtiq; aliun-
de mendicarent, & eos eligendos curauit habentes atte-
ſtationem, qui communes omnium erunt Iudices, tanquã
vndique electi, & expenſato cauſarum multarum aut plu-
1 rimis exercitatos ſingulis, † & an iſte poſſit officium per
ſubſtitutum exercere? dic quod ſic, niſi exigat eorum
officium induſtriam perſonæ, Bart. in l. habentes, C. de
præpoſitis agentium in rebus, & maximè vbi per ſubſti-
tutum poſſet conferre iuriſdictionem. Nec magiſter poſ-
ſet legere per ſcholarẽ, Veron. in l. ſi quis ſic, ff. de verb. ſi-
gnif. Nec deſtinatus ad ſoluendũ ſtipendia, ad videndũ cõ-
finia, ad menſurandũ, niſi conſenſerint partes not. in l. 1. §.
ne autẽ, C. de caduc. tol. gl. in c. fin. extra de offic. deleg. &
idẽ Cauenſ. in Regia pragm. nouella. Itẽ mandamus, quod
habentes, ſub rubr. officiales non poſſunt ſeruire per ſub-
ſtitutos, & de num. officialium, extat etiam Regia nouella
pragm. quæ incipit, itẽ mandamus, ſub rubr. in M. C. octo
2 iure actuarij, &c. † & quid ſi Rex addidit ſupernumera-
riũ, eo mortuo, vbi cauetur qđ nõ ſuperaddatur alius, an
poſſit ſuperaddi? dic qđ non, & ſuperadditio eſt nulla tex.
3 eſt in l. comperimus, C. de prox. ſacro ſcrin. lib. 12. † vbi
Ioannes de Platea, dicit quod ſi ſubrogatur aliquis in lo-
cum primi præmortui, erit tamen vltimus in ordine licet
obtineat locum in priuilegio primi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Officialis tenetur ſecreta in ſecreto tenere.*
2 *Officialis reuelans qua pœna puniatur, & n.4.*
3 *Officialis non reuelans tractatum contra Reges qua pœna puniatur.*
5 *Secreta quæ dicantur.*
6 *Antiani reuelantes ſecreta vniuerſitatis, priuantur officio.*
7 *Actuarius an poſſit ſe intromittere de facto alterius?*
8 *Actuarij qui non dant numerum contumaciarum faciunt litem ſuam.*
9 *Conſiliarij prohibentur vota eorum publicare.*

In tertio Ritu qui incipit item qui omnes officiales Curiæ.

1 OFficiales † Curiæ tenentur in ſecreto ſecreta curiæ
2 tenere, &c. † & quid ſi reuelauerint, puniuntur attenta natura cauſæ, & criminis videlicet pœna capitis l. omne delictum, §. exploratores, ff. de re milit. quandoque
3 pœna exilij l. placet in fin. C. de ſacroſanct. Eccl. † item contra non reuelans conſulta contra Regem punitur pœna capitis, & publicationis bonorum c. Regni, quod incipit nuper apud Tranum, in quo non ſolum cauetur quod tenetur reuelare, ſed capere proditorem, vel vbi non poteſt reuelare, nec capere, tenetur acclamare: ecce proditorem Regis, ecce proditorem Regis, & conſtitutio Regni quæ incipit, diſputare, ſub rubrica, vt nullus ſe intromittat,
4 † & an reuelans conſilium Regis inimicis Regis incidat in crimen maieſtatis, ſeu falſitatis, ita tenet Angel. in conſil 256. col. 9 quod incipit, quia conſultiſſima l. ſi quis aliquid, ff. de pœnis, l. 1. C. de cōmer. & mer. Andr. de Iſern. in c. 1. quibus mod. feud. amit. & Matth. ibid col 3. verſic. vltimo, & plura alia ad hoc congerit D. Hieronymus Gigas in tract. criminis læſæ maieſtatis, quæſt. 221. & refert Valerius Maximus, de cauſa Iudæorum, quod tempore Tarquinij ſuperbi, qui reuelauit librum religionis fuit
5 aculeo inſutus, & in mare deiectus. † Secreta dicuntur, ea quæ vulgus ignorat Bald. in verbo credentiam, de pa-
6 ce conſtant. † & quid ſi Antiani reuelant ſecreta vniuerſitatis, priuantur officio eorum, ita tenet Bald. in titulo de pace tenen. la. In verbo in nomine Chriſti, & idem
7 in tit. quibus mod. feud. amit. † Et an vnus actuarius poſſit ſe intromittere de eo quod ſpectat ad alium? dic ſecundum Bart. in l. in prouincijs, C. de actuar. & num. lib. 12.
8 † & quid ſi actuarij non dant perceptori prouentuum Magnæ Curiæ numerum contumaciarum faciunt litem ſuam, ita tenet Bart. in l. qui numerarij, eodem titul C.
9 libr. 12. † item conſiliarij prohibentur publicare eorum vota, vt in pragm. nouella, quæ incipit, cum vero, & propalatione, & hoc ſub pœna priuationis eorum officiorum, limitatur in Ritu 4. ſuper quo gloſſator dicit multa quæ hic non repeto.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quando interponatur, & quando currit dies appellationis interponenda.*
2 *Primum fatale currit die interpoſita appellationis?*
3 *Proceſſus incipit ab apertura.*
4 *Fatalia quare ſic dicuntur.*
5 *Secundum conceditur ex cauſa.*
6 *An partes poſſint prorogare terminum interponendæ, introducendæ, & proſequendæ appellationis?*
7 *An termini appellandi, & proſequendi poſſint arctari?*
8 *Quot modis appellatio deſeritur.*
9 *Quæ cauſæ impediant deſertionem.*
10 *An partes poſſint acquieſcere, & parere quod appellatio deſerta diſcutiatur.*

In Ritu ſexto, qui incipit item quod cauſa.

1 APpellatio interponitur † infra decem dies, authentica hodie C. de temp. appellar. conſt. Regni, quæ incipit appellationum tempora, & currit a die ſcientiæ, eſt primus terminus, ſeu primum tempus, ſeù prima inſtituta appellationis, & ab eo die interpoſitæ appellationis, ſeù
2 interponendæ † currit primum fatale, & ſic dicitur terminus, ſeù ſecundum tempus exercendæ appellationis l. 1. C. de temp. appell. Bald. in l. fin. C. de temp. appellationū in ſecunda colum. verſic. redeo ad primum, & Bart. in au-
3 thentica ei qui. eod. tit. † ſed proceſſus incipit ab apertura, quoniam tunc dicitur Iudex cognoſcere glo. in d. l. fin.
4 §. illud, & Guido Papa quæſtio 58. fatalia dicuntur, quia perueniunt ſicuti mors ex negligentia appellantis, & dicuntur a fluendo, & quod fluunt in fatum, quoniam fatū eſt mors, ſicuti vltima dies anni dicitur dies fatalis in quo inſtantia perijt, vt idem Bal. in d. l. fin. in 3. col. verſic. Mo-
5 do reſtat, † & ex cauſa conceditur ſecundum fatale per legem, nam ex capite reſtitutionis conceditur tantum pro tanto, authent. ei qui. vbi Bald. C. de temp. appell. An
6 partes † poſſint prorogare terminum interponendæ appellationis dicit Bal. in authentica ei qui. in fine quod nō, quia non poſſunt facere quod iuriſdictio deuoluatur ad non habentem iuriſdictionem l. priuatorum, C. de iuriſd. omn. Iudic. item non poſſunt facere partes, quod ſentētia non tranſeat in rem iudicatam, vt not. in l. ſi diuerſa, C. de tranſact. & an poſſint prorogare tempus proſeqnendæ appellationis, quod ſic l. quod ſi nolit, §. qui ita ff. de ædilitio edict. niſi proſequutio eſſet prius conſumpta, & per conſequens deſerta appellatio, extra de offic. deleg. cap. ſignificantibus, & Bald. vbi ſupra, & Cyn. in d. authentica,
7 ei qui. & Guido Papa conſil. 38. Nedum inferioris, & † an poſſint arctari dicti termini per Iudicem, niſi quando ei liqueret de cauſa, ita Bald. vbi ſupra, licet ſecus de iure canonico, vt in cap. cum ſit Romana, extra de appellatio.
8 & proinde appellatio † tribus modis deſeritur, primo qn̄ non introducitur infra terminum quinquaginta dierum enumerandorum á die interpoſitæ appellationis, vt in d. l. fin. Bald. & idem Guido Papa eod. conſil. num. 7. ſecundo dicitur deſerta ob lapſum primi fatalis, tertio ob lapſum ſecundi fatalis, vt tenet idem Guido Papa ead. deciſ. num. 2. & nullo iure excuſaretur pars, vbi ſola facilitate,
9 vel imperitia ſe excuſat, † quia requiritur quod interceſſerit iuſta cauſa impeditiua, & ſine culpa appellantis, ſequitur hoc Alex. poſt Bald. in auth. ſi appellatione, C. de tempor. appellat. in conſil. 19. vbi dicit ſtare per partem vbi bis non allegauit, ſed proteſtatus eſt de impedimento coram Iudice per l. fin. §. illud, C. de tempor. appellat. facit text. l. quibus diebus, ff. de cond. & demonſt. clem. ſi appel-
10 lanti, de appellat. Rota deciſ. 65. nu. 3. † Vnde etiam ſi deſerta appellatione, ambo acquieſcunt proceſſui, ſententia eſt nulla, vt tenet idem Guido Papa conſil. 38. nu. 3. Intantum quod nec etiam nullitates diſcuti poſſunt. Guido Papa conſil. 83. num. 9. verſic. cum ergo, quia qui non eſt Iudex in negocio principali facit deſertionem haberi, ac ſi nunquam fuiſſet appellatum, Guido Papa conſ. 69. nu. 13.

SVMMARIVM.

1 *Officialis quando poteſt recedere ab officio.*
2 *Cauſa legitima recedendi quæ ſit.*

In Ritu ſeptimo qui incipit item quod nullus.

1 AN officiales † poſſint recedere ab officio, & ciuitate in qua exercent officium ſine licentia locumtenentis? iſte Ritus dicit quod non, idem ſtatuit pragmatica nouella quæ incipit, prohibemus etiam quod nullus officialis, & cap. Regni quod incipit. Item quod prædict. cart. 35. & pragmatica Regis Catholici, quæ incipit prudentia

dentia rerum car. 3. & eſt iuris l. vnica, vt Iudices, tàm
2 ciuiles,quàm criminales co. † poſſunt ex cauſa proficiſci notatur in l. 1. ff. de offic. eius,cui mand. eſt iur. cauſa iuſta eſt infirmitas, legatio,& commiſſio Principis, vt notatur in authentico vt deter. ſit num. §. illud .

SVMMARIVM.

1 *Officialis non poteſt exercere duo officia.*
2 *Officialis non poteſt exercere tutelam,procurationem, baliatum.*
3 *Officialis olim,& hodie excuſatur à tutela præterquam in proprijs filijs.*
4 *Officialis non poteſt eſſe arbiter.*

In octauo Ritu qui incipit item quod nullus officialis .

1 NVllus † officialis poteſt duo exercere officia,ſed vno debet eſſe contentus. Adde etiam quod hodie per Regiam pragmaticam Imperat. Caroli Quinti nullus Cõſiliarius Regius, & Officialis exercens iuriſdictionem, ſeu
2 adminiſtrationem pecuniæ † poteſt eſſe baiulus neque tutor,ſeu procurator alicuius, ſeu aſſeſſor, & conſultor auditor ad exercendum iuriſdictionem intra nec extra Regnum ſine licentia Illuſtriſſ. D. Viceregis in ſcriptis obtenta, quæ incipit. Addentes inſuper, idem erat iuris ne pollueretur dignitatis cingulus vilitate officij, & puniebantur pœna exilij l. ſi quis decurionem, C. de decur. lib.
3 10. † nec alia officia poterant acceptare l. omnes omnia, C. eod. titul. olim excuſabantur etiam à tutela præterquã à tutela propriorum liberorum, l. adminiſtrantes, §. qui corporis, ff. de excuſ. tutor. idem in exactore l. 1. C. de ex-
4 cept. lib. 11. † Item etiam nec poſſunt eſſe arbitri, vt in pragmatica nouella Regis Philippi edita ſub præſidatu Illuſtriſſimi Domini Don Bernardini de Mendotia.

SVMMARIVM.

1 *Aerarius primo fuit vocatus quæſtor.*
2 *Officium ærarij dicebatur quæſtorium.*
3 *Quæſtura erat prima ſenatoris dignitas.*
4 *Ad quæſtorem ſpectabat erogare pecuniam publicam.*
5 *Attributa pecunia erat illa, quæ conſignabatur alicui ſoluenda, hanc attributionem pecuniæ aſſignata, vt hodie officiales Regij habent loca à quibus pecuniam ſtipendiorum habent.*
6 *Quæſtores ærarij, qui.*
7 *Tribuni ærarij, qui.*
8 *Coactores ærarij, qui.*
9 *Pecunia emendarum,mulctarum,pœnarum, & contumaciarum debet venire ad manus perceptorum.*

In nono Ritu qui incipit item quod locumtenens, Iudices,Magiſtri Actorum, & ærarius,&c.

2 CAuetur in hoc Ritu a quod præfati Locumtenens, Iudices, Magiſtri Actorum,& ærarius, in fine cuiuſlibet menſis faciant diuiſionem prouentuum, & ſoluant cuique ratam ſecundum morem antiquum,de quo non habemus notitiam,& poterat eſſe,quod illi officiales non habebant certum ſalarium, ſed inter ſe diuidebant prouentus, prout eſt in pluribus curijs huius Regni. Sed vt non ſit tibi penitus incognita antiquitas,ille ærarius mul-
1 tis diuerſiſq; modis fuit vocatus,& † primo fuit vocatus quæſtor à quærendis pecunijs,& ſic de hoc fuit inſcriptus
2 titulus de officio quæſtoris,† & officiũ dicebãt quæſtoriũ. Liuius lib. 10. Itaq. capitũ, quęſtoriũ quæſtorq; ibi panſa occiſus,Cicero pro Planco,Theſſalonicam me in quæſtorium perduxi, & ij habebant lictores veſtem, & inſignia quęſtoria,vt idem Cicero meminit vbi ſupra,& Aſconius
3 in diuinationem † hæc erat inquit prima Senatoris admi-
4 niſtratio † quæſtorem fieri in prouincia,curam gerere publicæ pecuniæ in vſus diuerſos erogandæ, & Cicero in
5 prætura vrbana ne diutius teneam, inquit pecunia † attributa numerata eſt, profectus eſt quæſtor in prouinciã, qui vrbani quæſtores erant, ij ærarium curabant eiuſque pecunias acceptas,& expenſas referre in tabulas publicas conſueſcebant,dicuntur quæſtores ærarij ij qui mulctarum,ideſt emendarum receptores vocantur,& antiqui-
6 tus vrbani dicebantur, & munera multa obibant † tribunos ærarios vocamus ſolutores ſtipendiorum , eratque ærarium primo Romanorum temporibus in æde Saturni
7 collocatum dicunturq; † coactores ærarij illi qui cogunt
8 debitores fiſci ſoluere,& † habet antigraphos , ideſt contra ſcriptores præſentarum publicarum,quos hodie cre-
9 dentieros vulgo vocamus,& † ad eorum manus exequutores pœnarum,& contumaciarum, tenentur conſignare pecuniam ſub pœna dupli , & ſi is qui ſoluit non curauit pecuniam peruenire ad manus eiuſdem,perdit pecuniam, vt cauetur in Regia pragmatica nouella quæ incipit. Et quia ad hæc, ſub rubrica perceptores prouentuum, & quod iſtæ pœnæ debent aſſignari ærario , cauetur in authentico de inceſtis nuptijs, §. ſancimus igitur de cætero, ibi ſimul autem,& ea quæ nomine dotis data ſunt,ei in nullo potiri, ſed ea omnia ærario aſſignari.

SVMMARIVM.

1 *Iudices de quibus poſſunt habere aliquid pro laboribus.*
2 *Iudices nec munera,nec candelas capere poſſunt.*
3 *Pœna eſt exilij, & quadrupli hodie.*
4 *Iudices baiulorum de conſuetudine capiunt pro examine, & pro decretis, & alijs.*

In Ritu 14. qui incipit item quod Iudices ipſarum Curiarum.

1 IVdices Magnæ Curiæ pro † ſubſcriptione eorum manus,& deciſione cauſarum, ac pro ſententijs prohibebantur olim aliquid capere, & extorquere ; Excepto pro tricesimis,& examinatione teſtium , hodie prædicta ſunt omnia ſublata in Magna Curia intus ciuitatem , extra habent dietas pro examine teſtium,& hoc prouenit,quoniam Imperator noſter auxit ſalarium , & prohibuit præfata fieri,vt in pragmatica nouella, quæ incipit, & quia
2 præcipua iura. † Item alibi prohibuit munera,vt in pragmatica quæ incipit quis neſcit munera, & alibi candelam accipi,vt in pragmatica,quę incipit,& vt etiam vaſſallos, & maximè vbi conſtitutum eſt ſalarium,alias licet quantum inculpabilis antiquitas diffiniuit, à ſpontaneis po-
3 tiuſquam ab inuitis † ſub pœna exilij , authentico , vt Iudices ſine quoquo ſuffragio , quæ omnia non habere locum in Iudice baiulorum , qui de conſuetudine certa
4 emolumenta capit † quia non habent conſtitutum ſalarium , & dicuntur extorquere prohibita à iure intuitu officij , & puniuntur pœna quadrupli , cap. ad hoc , ſub rubrica de duplicandis gagijs cap. vulgaris fama proloquitur,§. ſi autem à priuatis .

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus fiſci vbi poteſt aduocare non debet deſerere cauſam.*
2 *An poſſit contra fiſcum aduocare.*
3 *Non debet litem per calumniam mouere.*
4 *Eoque abſente non debet locumtenens cognoſcere.*
5 *Tranſmittit ſalarium ad heredes.*
6 *Præfertur cæteris aduocatis.*

7 Im-

Digitized by Google

7 *Immunis eſt à muneribus.*
8 *Durabat officium primo per annum.*
9 *Sedebat in ſalutatione principis inter comites.filij illuſtrabantur in folis clariſſimorum.*
10 *Aduocatus fiſci poteſt interuenire in receptione teſtium in tortura, & in votando.*
11 *Aduocatus in cauſa propria habet ſalarium.*
12 *Prohibitus aduocare poteſt conſulere in camera.*
13 *Impeditus à clientulo debet habere ſalarium.*
14 *Aduocatus in eadem cauſa non poteſt eſſe Iudex.*
15 *Aduocatus non poteſt aduocare contra Regem.*

In Ritu decimoctauo qui incipit, item quod Aduocatus Fiſci.

1 ADuocatus † fiſci vbi poteſt aduocare non poteſt prętextu ſalarij, non ſoluti cauſam deſerere, l. 1. C. de
2 aduocat. fiſc. † & an poſſit aduocare contra fiſcum dic, quod vbi eſt generalis, quòd non, ſecus ſi particularis.
3 In alijs cauſis l. potes. eodem titul. † & licet non debeat omittere vllam litem; non debet aliquam litem per ca-
4 lumniam mouere, l. fiſci eodem titulo † eoque abſente non debet locumtenens cognoſcere de cauſis fiſci, l. fin. eod. tit. limitatur hæc regula non habere locum in cauſis agnatorum, & filiorum, l. petitiones, C. de aduoc. diuerſ.
5 iudic. & † vbi moritur infra annum tranſmittit ſalarium
6 ad hæredes l. poſt duos C. eod. tit. † præferunturque cæteris aduocatis in ſedendo, & deambulando, & incedendo l. ad ſimilitudinem, eodem titulo, & eorum offi-
7 cium primo † durabat anno l. ſancimus eod. titul. † ſunt
8 immunes à multis muneribus, l. ſancimus vt aduocatis, & l. cum aduocato, eodem titulo, & intantum fuerunt grati Imperatori quod Kalendis Ianuarij ſedebant in genera-
9 li † ſalutatione inter Comites Palatinos: recipiebant ſtrenam, eorumque filij in ſola clariſſimorum inſcribebantur l. laudabile vitæ, C. de aduocat. diuerſ. Iudicum,
10 & † an Aduocatus fiſci poſſit interuenire in receptione teſtium in tortura, & in votando. Matth. in conſtit. Regni, quæſtionem, num. 3. ſub rubr. de quæſt. inter fiſcum, & priuatum mouend. tenet quod non, & allegat Paul. de Caſtr. in l. minimè, & l. legis curſus ff. de leg. & Bart. in l. cuſtodias, ff. de public. Iudic. in l. poſtulauerint, §. quęſtionis, ff. de adulter. in l. 2. C. de ſacroſanct. Eccleſ. notat. in cap. ſecundo, & capitulo paſtor. de Iudic. & Bald. in lege nullum, in lege ſi quando, C. de teſtibus, quoniam Iudex debet deliberare remotis aduocatis. Item Bald. in l. proximè ff. de ijs, quæ in teſtam. delen. verſiculo deinde nota in alio, & non poſſet Iudex habere conſilium aduocati ad diffinitiuam ſententiam, niſi ad ſe informandum, propter affectionem, quam habet ad cauſam, immo reuelando committeret crimen falſi, & perinde iudicium præiudiciale non poteſt haberi cum parte, ſed colloquialem tantum, & informatiuum, vt tenet Bald. in l. cum quidam, §. non diſtinguemus, in fine ff. de arbitr. & tunc quando conſilium non eſt auctoritatis, quod verbum Baldi mouet me, quod Magn. Fiſci patronus poſſet interuenire ad hunc finem, quia eius conſilium eſt auctoritatis, & interuenit pro Rege, qui poteſt eſſe Iudex etiam in cauſa propria, vt tenet Alexand. conſil. 34. in primo volumine, & in eo nulla cadit affectio, ſed cogitat.
11 ¶ † Et an Aduocatus priuatus poſſit habere ſalarium, ſi aduocauit in cauſa propria, quod ſic. Bartol.
12 in l. ſi ſtipulatus ff. de fideiuſſ. & ſi promiſit † non aduocare, poteſt in camera conſulere, Bartol. in leg. pri-
13 ma, §. poſtulare, ff. de poſtul. † Item ſi fuit impeditus à clientulo non aduocare, nihilominus debet habere ſalarium, Ioan. Andr. in regula beneficium, numer. 10. in ſexto.
14 ¶ † Aduocatus etiam cauſa in eadem non poteſt eſſe Iudex, vt tenet idem Ioan. Andr. in regula cum quid in
15 ſexto. † Aduocati non poſſunt aduocare contra Regem ſuum l. moris eſt aduocationibus, ff. de pœnis, & Boer. deciſ. 8. in prima parte.

SVMMARIVM.

1 *Vſura quid eſt.*
2 *Fœnus quid eſt.*
3 *Vſura eſt latro legalis.*
4 *Quot modis capitur vſura.*
5 *Quotuplex ſit vſura.*
6 *Prohibita è quo iure eſt vſura.*
7 *Piratica vſura.*
8 *Vbi quæſtiones vſurariæ terminentur.*
9 *Prohibetur per ſe, vel per alium facere vſuram.*
10 *Iudæis quare conceditur.*
11 *Appellatio admittitur.*
12 *Teſtes ſingulares probant.*
13 *Crimen eſt publicum.*
14 *Poteſt procedi quando ex officio.*
15 *Quando dicitur vſurarius.*
16 *Vſurarij hæres ab agendo non repellitur.*
17 *Vſurarius manifeſtus, qui dicitur.*
18 *Quid de dantibus animalia ad menandum, quid de cambijs, quid de grano in herba.*

In Ritibus 20. & 21. qui incipiunt. Item quod huiuſmodi cauſa. Item, quod procurator Curiæ.

1 VSura † eſt quicquid percipitur vltra ſortem dicitur ab vſu, à Latinis, à Parthis, à Græcis, à morſu ab
2 Hebræis, fœnus † à fœtu eo, quod parit contra naturam, Ariſt. Politicorum, libro primo cap. 7. & Suidas ex Ariſtophane in nubibus ait eſſe beluam, quæ per dies, & menſes aliquid amplius argenti ſemper parit, ſerpente tempore, & Bernardus in libro primo de cura rei familiaris diſtinctione prima, & Salycet. in authent. ad hæc,
3 C. de vſur. quæſtio. 24. † dicit, quod vſura eſt latro legalis prædicens, quid intendit rapere, & ſimilis eſt morſu aſpidis. Exod. 22. Deuteronom. 23. & Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum, 5. capit. morſus enim aſpidis inducit ſomnum, & ſuauitate ſoporis moritur: ſic vſura parit beneficium, & mox per omnes facultates decurrit, & totum conuertit in debitum, & vſurarius eſt vermis totum patrimonium rodens, Bald. conſil. 449.
4 vſura largè † capitur pro omni augumento, & acceſſione ſortis in quantitate conſiſtens ex quacunque cauſa alia, quam ex mutuo debita l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de action. emption. l. curabit, l. fructus, C de vſur. etiam dotis, & ſuſceptorum onerum eius, l. cum poſt, §. vſuras, §. in domum, ff. de iur. dot. cap. ſalubriter, extra de vſur. & in iudicijs bonæ fidei debetur ex mora, vt in venditione legat. & fideicom. l. qui ſolidum, ff. de legatis ſecundo, l. mora, ff. de vſur. quandoque capitur largiſſimè pro omnium ſuperabundantia, ſiuè debeatur quantitas, ſiuè non 14. quæſtio. 3. tertio capitur ſtrictè pro eo, quod accedit vltra ſortem, vt in mutuo, l. ſi tibi decem, ff. de pact. l. rogaſti §. ſi tibi ff. de rebus credit.
5 ¶ † Aliàs propriè dicitur vſura formalis, quæ capitur propter ipſum officium mutationis, & non ex alia iuſta cauſa. Aliàs capitur propter indemnitatem mutuantis, & impropriè; Aliàs dicitur vſura recompenſatoria, vt per Modeſt. in conſuetudinibus Pariſ. §. 1. gloſ. final. num. 20. Alias dicitur mentalis, quæ non obligat proximum ad reſtituendum, ſed ad ſolam pœnitentiam, Paulus de Eleazar. in clement. 1. de vſu, & Car. in cap.
6 conſuluit, extra de vſur. † eſt prohibita de iure diuino.
Leuit.

Digitized by Google

7 Leuit.c.25. † Dicitur piratica,vbi venditur tempus, & qui
data dilatione cũ fideiuſſore, vendunt merces longe pluris
ſupra iuſtũ pretium,eaſq; per ſe,vel per interpoſitas perſo
nas reemũt viliori pretio,deinde illas cariori pretio reuen
dunt,& iſti ſunt meri latrones,vt apud Ariſtophanem,Non
es fur,inquit,ſed latro:& dulcibus verbis mutato vultu,flẽ-
tes,ad lachrimas cocodrilli reſpiciũt. Innocẽtius,& Io.de
Ligna.in c.in ciuitate, dicunt,ꝙ ſi venduntur redditus,non
habita relatione ad rem,cõtractus eſt illicitus, ſed ſi primò
conſtituitur cenſus,& demũ venditur,valet,vt tenet Laur.
de Rodulph.in tract.de vſur.par.2.q.12. & Aret.conſ.152.
viſo themate , & pro correctione vſurariorum , emanauit
conſt.Reg.quæ incipit,Statuimus,quæ fuit Regis Rogerij,
8 & ſequitur alia,quæ fuit Federici:† prima cauetur,ꝙ quę-
ſtiones vſurariorũ terminentur in Curia Regia,& idem ca-
uetur in cap.3. c.in omnibus,c.in manifeſtis,extra de vſur.
per Papã Alexandrũ III. verum in Curia Regia ſecundum
conſtitutiones Regias,in Curia Romana ſecundũ canones
9 † prohibetur vſura per ſe, vel per aliũ in magnis,vel par-
uis , vel minimis ſub pœna publicationis omniũ omnibus
10 bonorum.Daturq; cuilibet † deferendi crimen huius tan-
11 quã publicum.† Iudæis cõceditur vnam ex decem lucrari
in anno,pœna quãdoque apponitur in fraudem vſurarum,
quando nõ intereſt, l.Iulianus,§.reſpondet,ff.de act.empt.
& ad finem vt ab eis auferantur bona, debent damnari, &
12 † vbi nõ fuerint coniuncti,& cõfeſſi,admittuntur ad appel
13 landũ: † & quid ſi teſtes ſunt ſingulares deponẽtes de di-
uerſis perſonis, And.in conſt.vſurariorũ, tenet,ꝙ probant,
14 c.noui.car.35.† contra vſurarium manifeſtũ poteſt proce-
di ex officio,c.Regni,Item quòd officiales,car.35.dicitur
15 † vſurarius,qui emit vilius,vt carius vẽdat,vel ante tẽpus,
c.pro bono publico, aliàs incipit, Curiam habẽtes,car.24.
16 † vſurarij hæres non repellitur ab agendo. Cagnolus.

¶ In l.ex qua perſona,ff.de re iud.licet contrarium dicat
Dec.quod tenetur in foro poli,non in foro fori, conſ.111.
Et ſi quis dicat,quod vſura non eſt peccatum, efficitur hæ-
17 reticus,clem.1.de vſur. † Vſurarius manifeſtus dicitur,qui
18 tenet bancum in publico. † Quid de dantibus animalia ad
menandum vbi communicatur damnum, & lucrum? con-
tractus eſt licitus, Io.de Imol.in cap.fin.de vſur. verſ.de-
cimo quæritur. Quid de cambijs,& de ijs,qui emunt gra-
num in herba? vide eundem in d.cap.finali.

SVMMARIVM.

1 *Tubitta dicitur præco,& debet eſſe idoneus.*
2 *Citatio per edictum quomodo fiat.*
3 *Tubitta nõ poteſt vocare aliquem,niſi de mãdato iudicis.*
4 *Carceratus non poteſt banniri.*
5 *Vniuerſitas quomodo citanda.*

In Ritu 38. qui incipit, Item quòd dictus Tubitta.

1 DE Tubitta † habemus tex. quod debet eſſe idoneus,
auth.de iudicib.§.ij qui cauſas. aliàs dicitur præco,
cuius miniſterio vtimur in vocandis perſonis per edictum,
2 auth.qui ſemel,C.quomodo,& quando iudex. † & citatio
per edictum fit more ſolito, & in locis vbi maior pars cõ-
gregari ſolet, 2.conſt.codicis, §.fin.ibi in verbo ex more,
3 & notatur ad reprimẽdum in verbo edictum.† & Tubitta
non debet vocare aliquem, niſi de mandato iudicis, parte
inſtante, l.properandum, §. & ſi quidem, C. de iudic. &
4 † vtrum carceratus poſſit banniri? dic, quod non. Bald.de
pace tenen. §.eius,verſic.5. an debeat quis banniri, col.4.
5 † Vniuerſitas quomodo citatur? dic, quod citatur in locis
ſolitis, & more ſolito, vbi maior pars congregari ſolet:
vide in prag.diſpen.litium, & Bar.in l.1. §.quod nemo, &
poſt eum Bal.& Bar.in l fin.ff.quod cuiuſque vniuerſitatis,
& Dec. poſt Bart. & Cagnolus poſt Dec. in l. non poteſt
dolo,ff. de reg.iur.

SVMMARIVM.

1 *Capere quis neminem poteſt, & detinere vltra duos dies.*
2 *Capi debet de conſilio aſſeſſoris.*
3 *Capi poteſt in alieno territorio.*
4 *Carceratus quantum ſoluit pro portello.*
5 *Carceratus ſi aufugit,incurrit crimen leſæ Maieſtatis.*
6 *Capi non poſſunt familiares officialium,ſine eorũ licẽtia.*
7 *Carcerari quando aliquis poſſit.*
8 *Cuſtodes paſſuum,& graſſia,quando poſſunt capere animalia, homines, & victualia.*
9 *Cuſtodia fiat à Curia ſumptibus ipſius Curiæ.*
10 *Carcerari in ciuilibus quando poſſit.*
11 *Capitanei non capiant ſalarium vltra taxatum.*
12 *Nec detrudant aliquem in carcerem ſine licentia.*
13 *Exequentes non capiant arma à domo capti.*
14 *Exequentes in alieno territorio, an teneantur petere licentiam.*

In Ritu 39. qui incipit.

1 CApere † neminem poteſt, vt illũ detineat,ſed vt prę-
ſentet iudici , aliàs puniretur vbi detineret illũ vltra
duos dies,c.contra effrænatas, & c.amplius,ſub rub.de nõ
capiendo, & Andr.in conſt.Iuſtitiarij per Calendas, qui ſi
in pecuniaria cauſa obtulerit cautionem idoneã,debet ſub
ea habilitari,c.ſtatuimus,vt nullus officialis, aliàs punitur,
c.itẽ iuſtitiarij,l.neminem,C.de exhib.reis,Io.And.& Inn.
2 in c.quoniam cõtra,de teſtib.† & carcerari debet de con-
3 ſilio aſſeſſoris,c.itẽ prædicti iuſtitiarij,car.mihi 45. † Item
delinquens poteſt capi in alieno territorio per ſpatiũ mi-
4 liariorũ quindecim,c.iam diu.car.24.† Carceratus vbi de-
tinetur vltra diem, ſoluebat primo tarenũ vnum , c.magi-
ſtro iuſtitiario,car.18.& Ritus item,quod carcerarius, car.
5 mihi 12.hodie grana treſdecim car. † Et ſi aliquis frange-
ret carceres,tenetur crimine læſæ Maieſtatis: ſed hoc quo-
modo intelligitur, vide Iaſ.in l.1.§.is videtur,ff.ſi quis ius
dic.non obtemp. num.3. & plura conſilia , & vota eximij
quondã D.Thomæ Gram.& variè reperitur deciſum ſecũ-
6 dum diuerſitatem factorum.† Prętereà nemo capiat fami-
liares officialium, ſine eorũ mandato, etiam occaſione ar-
7 morum,c.itẽ ſtipendiarij,car.7.† Nec eſt carcerandus ali-
quis antequã conſtet de criminę,l.nullus, C.dę exhib.reis.
8 † Cuſtodes paſſuum graſſię nõ capiant homines,animalia,
victualia,nec redimi illos faciant, cap.item,quia cuſtodes,
car.9. & quæ cœperint,mittant Curiæ Regiæ,c.item præ-
9 dicti magiſtri paſſuum,eo loco.† & pro cuſtodia carcera-
torum , & captorum ſoluatur cuſtodia à Regia Curia.
10 † Carcerari in cauſis ciuilibus nemo poteſt niſi facta di-
ſcuſsione bonorũ,Bar.in l.tutor,§.tutores, ff.de ſuſpec.tut.
11 † Capitanei,& alguzerij nõ debent capere vltra ſalarium
taxatum in pandecta,vt in prag.nouella,quæ incipit,Et ad
12 tollendã. † Nec poſſunt detrudere aliquem in carcerem
ſine licentia,Bar.in l.omnes,C.de cohor.princ.& cornicu.
13 lib.12.† Item exequentes non debent capere arma ex do
mo capti, ſub pœna priuationis officij, & furti, extat Re-
14 gia nouella prag.quæ incipit,Capitanei,car.30.† Exequẽs
mandata Regia,an teneatur Baroni in terris ſuis dio,quod
non , ſecus in alijs exequutoribus , qui tenerentur crimine
vſurp.iuriſ. Bal.in l.prohibitum,C.de iure fiſc.lib.10.Boer.
in q.8.in 1.par.nu.6.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium quando extenditur ad habitantes.*
2 *Priuilegiatus vt trahat priuilegiatum , exigitur quod perhorreſcat.*
3 *Priuilegium ad beneplacitum non poteſt reuocari.*
4 *Quando facienda eſt remiſſio de loco ad locum.*
5 *Sortitur forum ratione delicti.*
6 *Baro debet remittere delinquentes ad officiales proprios , licet ratione ſuperioritatis cœperit illos.*

Digitized by Google

7 *Remiſſio fit vbi petitur.*
8 *Clericus debet remitti abſque requiſitione.*
9 *Priuilegio cum clauſula, non obſtantibus, an poſſit derogari.*
10 *In conceſſione noua gratia ſunt vocandi, qui lædi poſſunt.*

In Ritu 46. qui incipit, In primis cum non humanæ, ſub rubr. quod omnes regnicolæ, vel habitantes.

FAcit pro hoc Ritu, alius Rit. qui incipit, Ioanna ſecũda,
1 car. 12. † & priuilegium ratione rei contractus delicti
2 extenditur ad habitantes, † & ſi cauetur, ꝙ non trahat priuilegiatus priuilegiatũ, intelligitur, niſi perhorreſcat, extat
3 Rit. qui incipit, Quod nullus, car. 9. † Item priuilegiũ conceſſum ad beneplacitum, non poteſt reuocari per generale priuilegiũ, & maxime vbi eſt conceſſum ad ſeruitia, vt notatur per gl. & Andr. in conſt. Reg. quæ incipit, Item quod nullus Comes, & trahitur ad incolas, vt tenet Bart. in tract. repræſ. in quæſt. 1. iuxta princ. & ſequitur Pau. de Caſt. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure, & Ang. in tract. malefic. in ver. de Bononia, & facit tex. in l. ciues, C. de app. & Caſſan.
4 §. 8. car. 118. nu. 8. rubr. 3. de fideiuſſ. † Item eſt facienda remiſſio de loco ad locũ, l. 1. ff. de iuſt. & iure, §. quod autem,
5 auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr. † & efficitur ratione delicti illius iuriſdictionis, auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi oport. & idcirco vt ſit ſolatium offenſis in eodem loco, l. capitalium, §. famoſos, ff. de pœn. Item in loco delicti facilius fiunt probationes, §. hæc cõſiderantes, auth. vt omnes
6 obed. iud. prou. † adeo quod ſi Baro ratione ſuperioritatis capiat aliquem in caſtro, ſuper quo habet ſuperioritatem, tenetur illũ remittere, not in l. fin. vbi Bal. C. ſi à non comp. iud. cap. tuæ, vbi gl. extra de proc. & Io. And. in l. ſtatutum, §. contrahentes, de foro comp. in 6. vbi Iacob. de Beluiſo
7 in ſua pract. crim. † & huiuſmodi remiſſiones fiunt vbi petuntur, l. 3. ff. de off. præf. vrb. & l. fin. ff. de cuſt. reo. l. ſolent,
8 l. fin. ff de offic. præf. vigil. † Clericus debet remitti abſque requiſitione, not. in auth. vt cler. apud propr. Epiſc. §. illud
9 palam, c. vt famæ, extra de ſent. excomm. † Et vtrum priuilegia conceſſa cum clauſula, non obſtantibus, poſſint per aliam derogari, quod non, quaſi effectus cuiuſcunque priuilegij, aut reſcripti ſubſequendi in futurum ſit ſublatus, l. placet, ff. de lib. & poſthum. & not. in l. ſi ſeruitus, in 2. reſponſo, ff. de ſeruit. ruſt. præd. l. ſi mihi, & tibi, §. in litibus, ff. de legat. 1. quia ius mihi quæſitum, ſine facto meo mihi auferri non poteſt, l. ſi poſt mortem, in fine, ff. de bon. poſſ.
10 contra tab. vbi Bald. 20. quæſt. † & hoc, quia in conceſſione nouæ gratiæ ſunt vocandi, qui ex hoc læduntur, l. in concedendo, ff. de aqua plu. arc. aliàs nihil in præiudicium eorum ageretur, l. 1. C. quom. & quando iudex.

SVMMARIVM.

1 *Nemo poteſt propria authoritate de iniuſtitia iudicis ſe vendicare.*
2 *Magna Curia conſueuit comminare prouiſiones, quod infra duos menſes expediat cauſam.*
3 *Cognitio retardata, & denegata iuſtitia ſpectat ad Magnam Curiam.*

In Ritu 47. & 48.

1 NEmo poteſt † propria authoritate ſe vendicare de iniuſtitia iudicis, vt in pragmatica Ferdinãdi, quæ incipit, Ad audiẽtiam noſtram, ſub rubrica prohibitio repræſaliarum, ſed recurrat per viam denegatæ, & retardatæ iuſtitiæ ad ſuperiorem c. de ſtatu. gl. And. & Matth. in conſtit.
2 iuſtitiarij nomen, & normam, † & Magna Curia conſueuit comminare prouiſionẽ, quod infra duos menſes expediat cauſam, alias auocabitur, vt notat eximius Tho. Gram. conſ.
3 28. nu. 1. † & hoc eſt vnum, quod ſpectat ad cognitionem Magnæ Curiæ, vt notatur in d. c. de ſtatu.

SVMMARIVM.

1 *Sola Magna Curia cognoſcit de præſentatione inſtrumentorum.*
2 *Baro vbi poteſt cognoſcere, ſi præuenit, vtrum debeat cauſa ad ipſum remitti.*
3 *Princeps non poteſt aliquid concedere in præiudiciũ tertij.*
4 *Reſcriptum impetratũ contra ſtylum Curiæ eſt falſum.*

In Ritu 54.

1 SOla † Magna Curia cognoſcit de pręſentatione inſtrumentorũ, & hæc eſt vna de præeminẽtijs Magnæ Curiæ, & vbi conceditur priuilegiũ Baroni cũ clauſula derogatoria, & priuatiua Ritus Magnæ Curiæ, vtrũ poſſit impedire præſentationẽ Magnæ Curiæ per viam præuentionis,
2 & petere remiſſionẽ, † vel vbi præuenit Magna Curia impedire præſentationem præſentando priuilegium, hæc materia, & quęſtio fuit in pluribus cauſis tentata, & pendet lis ſub iudice, vt in cauſa Mag. Don Troyli de Spes, cũ Georgio Spata, & hactenus per Sacr. Conſil. cauſa tãdem relata per Magnificum Bartholomeũ de Maſſa in duabus aulis, vnius nõ fuit deciſa, vbi plures practici, & curiales examinati depoſuerunt, quòd Magna Curia eſt in poſſeſſione etiã contra dictos priuilegiatos, & proinde tanti patres nõ auſi ſunt hanc molem ſubuertere, eſſet enim Ritũ Magnæ Curiæ obliterare, & arguendo ad partes, vbi ſcholaris haberet ordinarium iudicem, rectorem ſcholariũ, & per ſtatutum, Epiſcopum, an ſit derogatũ conſuetudini per ſtatutũ, adeo quòd rector cognoſcere non poſſit Bar. in l. viros, C. de diuerſ. off. lib. 12. tenet, ꝙ non, & not. in c. 1. de cõſue. lib. 6. & Dec. conſ. 3. à fortiori, vbi ſtatutum diſponeret, quod lis nõ poſſet cognoſci, niſi per rectorẽ, Bar. in l. ex eo, C. de agen. in reb. lib. 12. in contrarium facit, quòd huiuſmodi ſtatuta concedi nõ debent, nec literę, nec reſcripta, quibus tollatur iuriſdictio ordinaria, c. fin. extra de reſcr. Nam ordo iuris confunditur, ſi ſua vnicuique iuriſdictio nõ ſeruatur, c. peruenit. 11. q. 1. Io. Fab. in §. 1. inſt. de attil. tuto. & remittũtur vaſſalli petentes remitti ad ſuos iudices competentes, tenet Io. Fab. in §. 1. inſt. de vſuc. huiuſmodi pręeminentia dicitur potius arrogãtia, vt dicit Pet. Iacob. in tit. de condit. ex leg. in §. quadrupli. Secundo facit, quod vbi Princeps concedit iuriſdictionem, nunquam intelligitur cõcedere priuatiuè, & annullatiuè, tenet Geminianus in c. ſi ciuitas, §. fin. de ſent. excom. in 6. & Oldr. conſ. 17. in cõtrarium, quòd eſſet verum oppoſitum vbi præcederent verba ſolum incluſiua, non excluſiua, & priuatiua iuriſdictionis, idem Oldr. conſ. 253. prope finem, concludo, quòd vbi dat iuriſdictionem Baroni, & aufertur Magnæ Curiæ, debet remitti cauſa ad
3 Baronem circumſcripta pragmatica, item † iuriſdictio non poteſt concedi in præiudicium tertij, l. 2. §. ſi quis, verſ. merito, ff. ne quid in loco pub. idem Matth. in cõſt. Regni vaſſallus à domino, in 7. not. & Dec. conſ. 10. verſ. contrarium, facit id, quod notat Magna Curia, & in c. fin. de foro comp. in 6. col. & propterea pręualet illud, in quo ſpecialius extat
4 priuilegium. † Item priuilegium impetratum contra ſtylum Curiæ, præſumitur falſum, Felyn. c. 2. extra, de reſcrip. Item ſententia, Guido Papa quæſt. 292. fallit dicta regula vbi Princeps reſcriberet ex certa ſcientia, l. in re mandata, C. mand. quia in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, & ad prædicta vide Caſſan. in rubr. 13. tit. des foreſt paſturagge, & riueres, nu. 20. & 21. & in verſ. vidimus ſupra.

SVMMARIVM.

1 *An clericatus poſſit probari per teſtes.*
2 *Clericus, vt clericus citatus ſi ſit contumax, contumacia eſt nulla.*
3 *Clericus quando teneatur comparere.*
4 *Iudex laicus in tribus caſibus poteſt procedere contra clericum.*

In

Digitized by Google

In Ritu 65.

1 AN clericatus poſſit probari per teſtes? † quod non, te-
net Guid.Pap.q.49.nu.3.licet cōtrarium pluries fue-
2 rit iudicatum, de quo latius dicam in ſuo loco. † Clericus
ſi citatur tanquam clericus, contumacia eſt nulla, Bal.in c.
ſi clericus,de pace ten. & Iaſ.in l.ex quacūque,ff.ſi quis ius
3 dic.non obtemp. † Et quando teneatur comparere lege §.
4 ſi quiſquam aliquem,in auth.de ſanct.Epiſc. † Iudex laicus
in tribus caſibus poteſt procedere contra clericū,videlicet in cauſa meri poſſeſſorij, c.charitatis affectus, c.finis præcepti charitas,not.in cap.tua,de decim.il primo,Gui.Papa quæſt.72. Idem tenet Io.Faber in l.ſi qua per calumniam, C.de Epiſc.& cler.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio quomodo procedit.*
2 *Reconuentio non habet locum coram arbitro.*
3 *Reconueniri clericus an poſſit coram iudice laico.*
4 *Fallit ubi procuraſſet conueniri in fraudem clericatus.*
5 *Reconuentio non habet locum in cauſa criminali.*

In Ritu 67.

1 REconuentio † quomodo procedit, Lapus allegat. 3.
2 † Reconuentio non habet locū coram arbitro, l.eſt
3 receptū,ff.de iuriſd.omn.iud. † & an clericus poſſit reconueniri corā iudice laico, Fel.in c.at ſi clerici,extra de iud.
4 in 6.col. vbi tenet,ꝙ ſic. † Niſi procuraſſet laicus à clerico
5 conueniri in fraudem. † Reconuentio in cauſa criminali
nō habet locum etiam vbi ſola pœna infamiæ veniret imponenda, & pecuniaria, notat.cap.vnico, de cler.coniug. & deciſ. Thol.95. vbi Aufrer. plenè examinauit hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Peremptorium edictum, quod dicatur.*
2 *Citatio generalis, & ad conſtituendum procuratorem inſtructum, quando poteſt expediri, & quomodo debeat citari.*
3 *Terminus primo erat arbitrarius, & concedebatur vni, deinde alteri.*
4 *Terminus hodie eſt communis, & certus.*
5 *Terminus prorogatur ſecundum diſtantiam locorum, & ex alijs cauſis.*
6 *Terminus non prorogatur extra Regnum, niſi facto depoſito.*
7 *Actor, & reus quid facere teneantur in termino.*
8 *Terminus quomodo impeditur currere.*
9 *Terminus non currit, vbi ius partis non eſt factum deterius.*

In Ritu 69.

1 PEremptorium edictum dicebatur,† ꝙ perimeret iudicium,ſeu diſceptationē,& vltra non patiebatur aduerſarium tergiuerſari,l.& tertium,ff.de iud. & per id cominabatur iudex ſe cogniturum,& pronunciaturū etiam parte abſente,veluti hodie ſub his verbis: Si ſenſerit ſe grauatum compareat tali die, alias in cauſa procedetur,abſentia non obſtante, & hoc non procedit ſine diſtinctione, quoniam aut citatur ciuis in loco iudicij, & comminatio iſta non operatur, niſi quod prætextu contumaciæ poſſit procedi ad plenum actum,videlicet, vel cōdemnari ex primo decreto,vel dari terminus in contumaciam, etiam in alijs
2 debet iterum citari,l.de vnoquoque, ff.de re iud. † aut forenſis,& extra,vel vltra dietam.i.miliaria viginti,& in dicto caſu ſit citatio generalis ad omnes actus, quæ eſt hoc
64 ¶ †,Reſtat ſolum loqui de præambulo , & ad euidentiã huius articuli eſt præmittendũ,quod inſtrumentum tranſit in ſucceſſorem,l.ſi cum,vbi Pau.de Caſt.de fideiuſſ.& not. in l.in iudicio,ff.fam.herciſc.l.ſi à Domino, §.ſi à filiofam. ff.de petit.hæred.eodem num.& art. vt in eiſdem legibus, & per Doct.plenius,& hic nõ inſiſto,& proinde vbi agitur de præſentatione inſtrumenti per hæredes defuncti ſit preambulum,quod tamẽ fieri poteſt per eos,in quos ipſo iure actio trãſit,vt notatur in l.2. C.de pact.inter empt.& vẽd. & in eo caſu cum nõ agatur de præiudicio tertij,nõ exigitur citatio partis, ita tenet Alex.in l.de vnoquoque,ff.de re iud.verſ.item fallit quantũ ad eum,& eo maxime vbi certus eſt,quod ille,qui petit declarari ſe hæredem,non habet contradictorem,ſecus eſt ſi appareat cõtradictor, quia iuris ordo eſt ſeruandus,vt tenet Dec.in l.bonorũ,nu.25.26. & 27.C.qui admit.& in repet.eiuſdem l.nu.61.& 62.ergo vbi non habet contradictorẽ,& agitur contra tertium,non de directo ſuper petitione hæreditatis , ſed ad declarationẽ talis hæredis poteſt in præparatorijs iudex interloquendo declarare eum hæredẽ,& ita not.in d.l.de vnoquoque, & in l.ſæpe,ff.de re iudic.& per Abb. & Fel.in c.quamuis, extra de re iud.& per Bart.& cæteros in l.Papinianus,§.ſi ex cauſa,ff.de inoff.teſt. per Bal.in l.ſi qui homicidij cauſa, de accuſat.& in l.ſi ab eo,C.quom.& quan.iud.& in l.nam ita diuus,ff.de adoptionib.& in l.ingenuum,ff.de ſta.hom. & per Alex.in l.ſi patronus,§.ſin.ff.ad Trebell. & non immerito,quia filius eſt hæres ipſo iure. Item filius nõ tenetur iurare fidelitatem, cum ſit vna,& eadẽ perſona patris, & filij, vt tenet Barbat.in tract.de præſtantia Card.par.1. q.1.col.9.verſ.ſexto Cardinalatus. & licet hoc reprobetur à Tiraq.in repet.l.nonnunquã,de reuoc.don.in prin.nu.17. quoad ea , quæ concernunt animam , nihilominus quoad obſeruantiam continuatur in filium,et hæredem dictum iuramentum,et proinde vbi certus eſt iudex,quod non habet hæres contradictorem , poſſit fieri in quolibet ſucceſſore, et conſueuit vt in informatione capienda in materia præambuli , probari quòd ille mortuus eſt ab inteſtato dicto filio,et tali exiſtente in gradu proximiori narratis gradibus , in quibus non eſt alius , niſi dictus proximior , qui prætendit ſuccedere,et ſic dicitur præambulum decretum, quoniam præcedit, et præambulat ante præſentationem inſtrumenti,et eſt præparatorium iudicium ad exequutionem inſtrumenti, in quo iudicio nec requiritur libellus, vt notat Bald.in colum.ſin.l.1. C.quando fiſcus,vel priuatus. in quo iudicio tanquam præparatoria ad iudicem exequutionis ſufficiunt præſumptiuæ probationes,vt tenet Baldus in l.quo tempore,C.de teſtam.milit.colum.3.verſic.tertio quæro,& Bart.in l.theſaurus , ff.ad exhib. & coram iudice præſentationis inſtrumenti ſit exequutio , præſentatio inſtrumenti eſt loco libelli,vt tenet Bald.in l.ab exequutore, in 1.colum. verſic.extra quæro , C. quorum appellat. non recipiantur . & ſic conſueuit opponi illi prædicta incontinenti iudice ſedente pro tribunali:alias non admitteretur, idem Bald. vbi ſupra in 3.colum. verſic.ſed nunquid exceptio nullitatis.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Vidua quæ dicatur.*
2 *Miſerabilis qui dicatur.*
3 *Vidua agendo, priuilegio vtitur.*
4 *Quando poteſt variare.*
5 *Quando præſentat inſtrumentum quid facit.*

In Ritu 230.

VLtra cap.conue.procuratorem, in hoc Ritu notanter
1 valde, q † vidua vt virgo tractari debet, §.optimum,
auth.de non elig. ſecund. nub. vidua dicitur vxor capti ab
hoſtibus, l.vxores eorum, ff.de diuer. & interim etiã virgo
deſpõſata per verba de futuro tractatur vt vidua, ita tenet
And.in conſt.ſtatuimus vt Magnæ Curiæ, idẽ Soc.& cæteri
in l.cũ quædam puella, ff.de iuriſd.omn.iud.in contrarium
tenet Ang.in l.ſi quis poſtea, ff.de iud. Abb.& Ant.de But.
in c.propoſuit, de foro comp.Oldr.conſ.4.& cæteri in l.1.
2 ff.de pœn. † & dicitur miſerabilis, vt orphani, & pupilli,
c.ex tenore, extra de don.inter vir.& vxor.& Spec. in tit.
de inſtr.editio. §.nunc vero aliqua, ver. & ſcias, quando
ſunt inopes; ſecus quando ſunt diuites, idẽ tenet Alex.cõſ.
121.item dicuntur miſerabiles ſenes decrepiti, diuturno
morbo fatigati, & omnes quibus mouetur natura ad miſe-
randum propter enormẽ iniuriam, etiã ſi diuites ſint, tenet
Azo.in l.vnica, quando imp. inter pupil. & vid. & ſic quæ
dicatur vidua, vide Bal.in l.eã quidẽ, C.de teſt.milit.Guid.
3 Pap.q.5.6. † vidua, & pupilli ſi agunt contra fiſcũ, ceſſat
priuilegium, ſed procurator Cæſaris erit iudex cõpetens,
4 l.ſi vt proponis, C.de bon.proſcri. † & poteſt vidua varia-
re, & vbi variauerit, poteſt iterũ variare, dicit Bal.in auth.
habita, C.ne filius pro patre, quòd nõ, idẽ Mattheſ.per l.1.
C.de aſſ.r.toll.& Bal.in l.quicquid, col.4. ff.de verb.obl.
& in l.edita.C.de eden.& Tiraquell.in l.boues, §.hoc ſer-
mone, in 1.reg.nu.24.ff.de verb.ſign. & Archidiac.in c fi.
de except. in 6. & fingitur eſſe in primo matrimonio do-
nec ſecundo non nupſerit, eiſdemque priuilegijs claret, &
gaudet, l.quoties, de priui.ſchol.C.lib.12.& in prouincijs
ſupplent Iuſtitiarij, & oppreſſos liberant, 23.q.5.cap.Reg.
in Magna Curia Magiſter Iuſtitiarius, ſeu eius Locumte-
nens, c.Regn.quia nulla, car.20. cap.pridem per diuerſas,
car. 22. & cognoſcunt de iniurijs, & violentijs commiſſis
in perſonis eorum, cap.de ſtatu. ibi, item habeas ſic curã,
car 30. hoc idem in pauperibus, cap.de violentijs, car.15.
5 † & vbi volunt, præſentant inſtrumentum, declarant quã-
titatem, & ſe obligant ad pœnam, vt in Ritu, qui incipit,
Item ſeruat ipſa Curia, quòd creditor, car.11. fallit hoc in
contractu paterno, & vbi conuenti prędicti volunt decli-
nare forum, renuncient iuri communi, vt in Ritu, qui inci-
pit, Item ſi pupillus, car.9. & debent comparere perſona-
liter, & declinare forum, vt in Ritu, qui incipit, Si qua mu-
lier, car.9.

SVMMARIVM.

1 *Concluſio quid operatur.*
2 *Recognitio ſigni quando fiat.*

In Ritu 236.

1 COncluſio excludit † productionem ſcripturarum, niſi
fuerit facta cum reſeruatione, Cappel.Tholoſ.q.14.
reſcinditur vbi ille, contra quem fit, admittitur ad exami-
nandum, Rot.deciſ.5.& Abb.in c.cũ dilectus, de fide inſtr.
2 Recognitio † ſigni, & aliarum ſcripturarũ poteſt fieri poſt
concluſionẽ, Rot.deciſ.6.& vbi iurauerunt teſtes infra ter-
minum, recipiuntur, & poſt terminum, & in actu cõcluſio-
? nis, niſi terminus fuerit datus ad probandum, & probatum
habendum, Lud.Rom.in l.Antiſtius, ff.de acquiren.hæred.
verum poſt terminum admittuntur per viam reſtitutionis
in integrum, vt not.in l.quandiu, ff.de acq.hæred. in cauſa
criminali ſemper, vt in alijs Ritibus dixi.

SVMMARIVM.

1 *Infra quot dies poſt concluſum in cauſa debet iudex ex-
pedire cauſam.*

In Ritu 243.

1 POſt concluſum in cauſa, iudices † infra decem dies
debẽt cauſam expedire: hoc recipit interpretationem
ex cauſa, & ex loco, & perſonis, & ex multitudine cauſarũ,
vt in conſt.Reg.quæ incipit, Vniuerſos, & ſingulos, idẽ fuit
prouiſum per Regem Catholicum in anno 1510.in ordina
tionibus Sacri Conſilij, idem in anno 1539.vt in prag.quæ
incipit, Similiter mandamus, fuit prouiſum per ſuam Maie-
ſtatem Cæſaream, & procedit vbi concurrit voluntas iudi-
cis, alias remanet in arbitrio iudicis, quod regulari debet,
vt ſuggerunt dicta iura.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quid ſit, & quid operetur, & ad quos interpo-
natur, & quæ debeat continere.*
2 *Pronunciatum quando dicatur.*
3 *Appellatio à quo die currat, infra quot dies interpona-
tur, & quod tempus ad proſequendum, & præſentan-
dum proceſſum, & coram quo fiat præſentatio.*
4 *Computatio quæ ſit, quomodo intelligatur, & an habeat
cum ſententia?*
5 *Reclamare, eſt ſuperiores adire.*
6 *Deſertio appellationis nullitatis.*
7 *Appellatus etiam deſerta appellatione proſequi poteſt
appellationem.*
8 *Nominati audiuntur in appellatione.*
9 *Mater poteſt pro filio appellare.*
10 *Sequeſtratio fructuum quando fieri poteſt.*
11 *Si ſententia tranſit in rem iudicatam, & admittitur.*
12 *Infra biennium reclamare.*
13 *Appellatio non excludit, ſed ſuſtinet ius offerendi.*
14 *Proceſſus ſi non præſentatur infra 50 dies videtur in Sa-
cro Conſilio.*
15 *A quibus appellatur, & non retardatur exequutio.*
16 *In appellationibus cauſarum feudalium Magna Curia
non ſe intromittit.*
17 *Appellans olim quomodo venire debebat, vt obtineret li-
teras inhibitoriales.*
18 *Qui poteſt interpretari ſententiam.*
19 *Milites obſeruant ſolemnia appellationis.*
20 *Breuiori via proficiſcens, ſi impeditur, ſibi aſcribitur.*
21 *Appellatio aduerſus iuramentum.*
22 *Proteſtatio conſeruat ſubſtantiam.*
23 *Vbi cauſa per alium non agitur, nec appellatio detegitur,
quam iniquitas retractauit.*
24 *Qui fruſtra appellat, punitur.*
25 *Appellatio non priuat iudicem quin in alia cauſa non co-
gnoſcat.*

In Ritu 260. & ſequentibus, ſub rubrica de appellationibus admittendis.

1 APpellatio † eſt remedium condemnationis quo ex-
tinguitur pronunciatum l.1.§.fin.ff.ad ſenat.Turpil.
dixi pronunciatum proprie pro eo pronunciato, quo fuit
2 pronunciatũ † ab eo qui ius pronunciandi habebat, l.pro-
nũciatum, ff.de verb.ſig.item appellatione corrigitur ma-
le pronunciatum.l.1.ff.de appel.eſt etiam iuſtum auxiliũ,
l.ſerui, ff.de appell. Appellatio eſt interponenda ad ſupe-
riorem, quia ſi ad inferiorem non valet d.l.1. §.ſi quis ap-
pellatione. Appellatio principaliter debet tria continere,
ſcilicet à quo, ad quẽ, & à qua ſententia, ead.l.§.fin.& om-
nis

Digitized by Google

nis cuius intereſt appellare poteſt l.ab exequutore, §.1.ff.
de appell.& currit à die ſcietiæ,d.§.1.& d. appellatio po-
teſt fieri viua voce d.§.fin.l.à ſententia, §.fin. & procedit
3 etiã ſine cauſa,l.appellanti, eod.tit.† appellans habet decẽ
dies ad appellandũ,authen hodie, C.de appell. l.interlo-
quutoria authen.ſignificauerunt,de teſt.& currit à die ſen-
tentiæ,& ſcientiæ,l.1.§.biduũ.ff.quando appellandum ſit.
Et habet quinquaginta dies ad præſentandum proceſſum,
conſtitutio Regni appellationum tempora, & annum ad
proſequendum,& ex iuſta cauſa,alium annum, & ſic bien-
nium,auth.ei qui,C.de temp.appell.præſentatio proceſſus
poteſt fieri coram notario actorum,l.eos,§.1.C.de appel.
4 † Quid in computatione, dicitur, quòd non habet cũ ſen-
tentia etiam quare fit per perſonam publicam approbatã,
per rationalem,ſed indiget confirmatione, & vbi non fue-
rit confirmata,non tranſit in rem iudicatam, niſi poſt tri-
ginta annos, ſed vbi admittit non admittenda,poſſunt re-
tractari vſque ad viginti annos,vt tenet Bar.in l.inſtar, C.
de iure fiſci,lib.10.per l.1.C.de apoc.publ. l.calculi, ff de
adminiſtr.rer.ad ciuit.pertin.& vbi facta relatione, & in-
timata aſſignatur dies ad diſcutiendum capita relationis,
debet expectari,l.de vnoquoque, ff.de re iud. Alij tenent
contrarium per l.2.§.de frumẽtaria, ff.de admi.rer.ad ci-
ui.pert.& Ang.in l.1.§.Marcellus,ff.ſi cui pluſquam per l.
Fal. & in Regia Camera nuncupatur huiuſmodi relatio ſi-
5 gnificatoria à ſententia † Regia ſupplicatur, ſeu reclama-
tur,authen.quę ſupplicatio,C.de precib.Imp. offer. & per
reclamationem non ſuſpenditur pronũciatum,imò preſti-
6 ta cautione exequitur,Capy.deciſ.202. † & appellatio li-
cet deſeratur, non propterea prohibetur dicere de nulli-
tate per viam querelæ,& recurſus,vt tenet Dec.in c.cũ ſit
Romana,extra de appell.l.ſi expreſsim,§.fin.ff.de appell.
& relat. & Guid. Pap. tenet contrarium in conſ.28.nu.3.
& conſ.158.& conſ.93.ibi Deci.loquitur per viam recur-
ſus querelæ,hic Guido Papa,quando appellauit,& incidẽ-
ter dixit de nullitate,quę etiam deſeritur,niſi facto partis,
vel iudicis fuerit impeditus, aut caſu, & fortuna, Old.
conſ.73.& Dec.in c.ex ratione,extra de app.& vbi deſe-
ritur appellatio, non poſſet iudex à quo exequi ſentent iã
niſi appellatione declarata deſerta,ſed Ritus Magnæ Cu-
riæ extat in contrariũ,vt in ſequentib. ritib. et comproba-
tur iſte Ritus per teſtimoniũ l.tempora fatalia,C.de temp.
appell.Ant.de But.in c.ex inſinuatione,extra de appell.et
Rom.ſing.162. et quælibet contradictio habetur loco ap-
pellationis,l.ſi quis ex litigãtibus,C.de epiſ.aud.et Dec.in
c.ad audientiã.extra de appell.item vbi ſuperior commit-
tit cauſam, inferior non poteſt ſe intromittere, c. vt no-
7 ſtrum, extra de appell. Appellatus † poteſt proſequi ap-
pellationem poſt annum,vel biennium,c.ex parte, de re-
ſcript.l.petendæ,C.de temp.in integr. reſtit. ſententia ap-
pellationis debet continere condemnationẽ,vel abſolutio-
nem,l.cum apud Sempronium,ff.iudicatum ſolui,et appel-
latio ſuſpendit exequutionẽ,Socy.in l.Iulianus,nu.11.ff.de
cond.et demonſtr.ſententia lata actis non diſcuſsis non te-
net Bar.in l.prolata,C de ſenten. et interl.omn. iud. et fa-
uẽdum eſt appellationi,ita quod defendatur à deſertione,
8 Cagnol.in l.quoties nihil, ff.de reg.iur. † et nominati au-
diuntur in appellatione quando plures fuerant condẽnati,
l.ſed ſi apud acta, §.illud, l.ſcio §. quæſitum ff.de appell.
appellatur à quocunque in cauſa criminali l.non tantum,
ff.de appell.et ex neceſsitate appellatio poteſt fieri coram
notario l.cum quidam,ff.de appell.et appellans ſeruet de-
bitum hònorem iudici à quo c. vt debitus honor,extra de
appell.et l.illud.ff.de appell. et vbi cõdemnatus præcone
compellente ſoluit, reformata ſententia reſtituitur ſolu-
9 tum l.cum ex cauſa, ff.de appell.item † mater poteſt ap-
pellare pro filio,l.1.ff.de appell.recip. appell. interpoſita
omiſſo medio remittitur ad proprium, et immediatum iu-
dicem appellationis,l.Imperatores, ff de appell. et iudex
10 appellationis vbi † timet fructus dilapidari faciet ſeque-
ſtrationẽ,d.l.Imperatores,§.fin. nihil debet innouari pen-
dente appellatione l.1.ff.nil noua.penden.appell. ſentẽtia
lata contra mortuum eſt nulla,l.Paulus, la prima, ff.quæ
11 ſenten.ſine appell.reſcin.et quid ſi ſententia tranſit † in rẽ
iudicatam,& appellans admittitur ad probandum,& pro-
bat,reuocatur ſententia Abb.in c.cum contingat. de offic.
deleg.& non dicitur ſententia contra ſententiam, vt tenet
Bal.in l.1. C.quorum appell. non recip.à ſententia Regia
12 poteſt † reclamari infra biennium gl.in l.vniuerſa, C.de
precibus Imperat.offeren.Capic.deciſ.169. Ritus 248.ap-
pellationi expreſſe in criminalibus renunciari non poteſt,
Matth.deciſ.78.& ſuſpenditur in fructibus,& intereſſe,&
in expenſis, Matth. deciſ.77. & Ritus,qui incipit, Item ſi
contingat car.10.Bar.in l.prætor ait,§.iuſſus, ff.de appell.
& interlo.& ſi procurator non appellet,& non eſt ſoluen-
do,admittitur principalis ad appellandum infra decẽ dies
enumerandos à die ſcientiæ,Matth. deciſ.344.& appella-
13 tio † ſuſtinet ius offerendi in cauſa adiudicationis, Matth.
14 deciſ.157.appellatio † etiã quod ſit deſerta in Sacro Con
ſilio ob non præſentationem proceſſus infra quinquaginta
dies, reuidetur ex eiſdẽ actis,niſi fuerit præuentus,Matth.
deciſ.79. tẽpus fataliũ currit à die interpoſitæ appellatio-
nis,Bar.in l.cũ anterioribus,§.illud, C.de temp.appell.&
Andr.in d.conſtit.appell.tempora,proceditur ſine libello
in cauſa appellationis extat Ritus,qui incipit. Item in eiſ-
dẽ curijs,& gl.in l.fin.§.illud,C.de temp. appell. & Guid.
Pap.q.58. verum pendente appellatione poſſunt expenſæ
taxari,Lapus alleg.82.Dec.in c.paſtoralis,§.verum, extra
de appell.& in eis ſemper debet condemnari, Bar.in l.tu-
tores,§.tutor,ff.de adminiſt.tut.Ritus,qui incipit.Item iu-
15 dices † car.12. appellari non poteſt ab aſſiſtentia ad finẽ
retardandę exequutionis,vt in Regia pragmatica,quæ in-
cipit Magnæ Curiæ Ritum.Item à ſententia dotis alimen-
torũ, vt tenet Ioan.Bapt.Caccialupus in c.per veſtras, de
donat.inter vir.& vxor.fol.mihi 102.col.3. verſ. aduerte,
prope fin.Appellatio procedit abſque litis conteſtatione,
l.cũ anterioribus,§.illud,C.de temp.appell. & ſufficit pri-
ma cõteſtatio litis, in qua effectus procurator dominus li-
tis ipſe appell. & poteſt per procuratorem appellare,l.ab
exequutore,§.fin.ff.de appell. & relatio. & quod in cauſa
appellationis non requiratur litis conteſtatio, extat Ritus
250.& Andr.in conſt.Regni,quę incipit dilationes,appel-
latio in cauſa momentaneæ poſſeſſionis non ſuſpẽdit exe-
quutionem præterquam in fructibus,& intereſſe Bal. in l.
vnica,C.ſi de momen.poſſ.fue appell. & Matth. dec.279.
Publico,& manifeſto debitori denegatur appell.l.vt publi
carum,C.quorum appell.non recip.& vbi ſtat per princi-
pem,quod non cõmittatur appellatio non currunt fatalia,
Matth.deciſ.78.omnia acta debere tranſmitti,l.nec cauſas,
C.de appell.Guid.Pap.q.425. 440.920. exceptio dolo fa-
cis petere, quod reſtiturus es aduerſus ſententiã oppo-
nitur,l.1.C.de re iud.l.fin.l.ſi cũ nulla, ff.eod.tit.c.aliqui-
bus, extra eod.tit. in cauſis ſummarijs proceditur ex non
ſcripto Auth.niſi breuiores,C.de ſent.ex bre.recita. Ritus
252.253.c.de appellationibus extra de appell.Appellatio
à ſententia ſubreptionis conceſſionis non ſuſpendit exe-
quutionẽ,c.vulgaris fama.carta 31. Ab exequendo, & de-
creto,quod exequatur non appellatur l.ab exequutore,C.
de appell.Alex.conſ.95.in 2.vol. Capic.deciſ.34. Interlo-
quutoria debet reuideri ex eiſdem actis niſi fuiſſet lata in
contumaciam,vel ſaperet vim diffinitiuæ,Bar.in l.ait præ-
tor,nu.4.ff.de minor.& in l.quod iuſſit,ff.de re iud.Non ad-
mittitur appellatio ab annona, ab apertura teſti. à perpe-
tuo edicto,à venditione pignoris cõuentionalis,l.fin. ff.de
appell.à ſententia principis,& præfecti prætorio, Capic.
deciſ.3.à crimine læſæ maieſtatis idẽ dec.130. l.1.ff.à qui-
bus appell.non licet. Non appellãt publici latrones,vt no.
in l.edicto,§.ſin autem,C.de edi.diui Adriani toll.cõuicti,
& confeſsi non appellant,l.obſeruare, C.quorum appell.
non recip.& no.in l.obſeruare,ff.de off.præſid.Non reſti-
tuuntur pupilli,& reipublicæ aduerſus libertatẽ,l.illud,§.
ſciendum,ff.de appellationibus,el ſecundo,& vbi non ad-
mittitur appellans,debet appellare à non admiſsione Ca-
pic.deciſ.34.Appellatio reſtituit cauſam ad terminos litis
conte-

Digitized by Google

16 conteſtatæ,idem Capic.deciſ.28. † In appellationibus re-
rum feudalium non ſe intromittit Magna Curia in Ritu,
qui incip.item ſeruat ipſa Curia cognoſcere, car.10.olim
in annonis fuit per Regē Catholicum prouiſum, quod ap-
pellantes non admitterētur niſi præſentatis appellatione,
& literis dimiſſorijs vna cum ſententia, & hodie receſſit
17 ab aula † ex abuſu. Item ſi appellatur à ſententia Magnæ
Curiæ,quæ eſt infra ſummam ducatorum centum, & con-
firmatur, non auditur vlterius reclamando, & ita fuit per
Sacrum Conſilium declarata dicta prag.& obſeruatur ho-
die. Nemo facultatem interpretandi ſententiam habet niſi
18 † Præſes,& Procurator Cæſaris,ac Sacrum Conſiliū,l.ab
exequutore, ff.de appell. & relat. Præſentia arguit ſcien-
19 tiam,l.ab exequutore,§.1.verſ.edita. Hæc militibus † ſo-
lemnia,& appellandi tempora remittuntur, quoniā ſi non
appellant, non admittuntur, nēc audientur, l. qui ſuſpe-
ctum, ff.de appell.& relatio. vbi iudex remiſit cauſam ad
Principem,poteſt circūducere,& caſſare acta remiſſionis,
& cognoſcere de cauſa,l.ad principem,ff.de appell.& mi-
nor effectus maior per reſtitutionem poteſt proſequi ap-
pellationem interpoſitam ab eius curatore,l.negociorum,
20 §.curator,ff.eod.tit.breuiori † via,& in via facere,& im-
pedıri prohibentur appellantes,l.Imperator,ff.de appell.
ſeruus appellare pro domino non poteſt, l. creditor eod.
21 tit. appellatio † admittitur aduerſus iuramētum d.l.§.iuſ-
ſus. & an tutores finita tutela cogendi ſint finire appella-
tionē? dic quod non, d.l.creditor,§.fin. Imperator poteſt
committere cauſam appellatione remota,l.1.§.fin.ff.a qui-
bus appell.non lice.& Imo.col.17. Non dicitur ſententia
ſub cōditione,l.1.§.biduum,ff.quando appell.ſit pro teſta-
22 mento † conſeruat ius, & ſi docuerit de non receptione
admittitur,item ſupponitur principi,l.ei cuius,ff.de appel.
recip.& proinde cōſueuit in literis inhibitorialibus, quod
iudex à quo,non admittit ex tali cauſa,l.ſciendum,ff.eod.
appellans debet inſtare inſtanter,& inſtantiſſimè,l.1.ff.de
li.dimiſſ.& Alex.in l.properandum,§.fin.C.de iud.& vbi
23 † cauſa per aliū agi non poteſt,nec etiā appellatio agi po
24 teſt,l.1.§.fin.ff.an per alia cau.appell. † Qui fruſtratoriā
interpoſuit appellationē ſoluit pœnam ex ſtylo Sacri Con-
ſilij,& per pragmaticam de modo procedendi, & tenetur
reficere expēſas domino,l.1.ff.ſi tutor,vel curator appell.
Appellatio non priuat iudicē quin non poſſit in alia cauſa
contra eundem procedere,l.1.ff.apud eum à quo appella-
tur alia cauſa agi.comp.

SVMMARIVM.

1 *An, & quando admittatur excuſatio aduerſus citatio-
nem ad informandum.*
2 *Quando dicatur abſens.*
3 *Contumax quomodo habeatur pro confeſſo.*

In Ritu 264.

1 POſt commiſſum flagitium † ſi fuit viſus eodē die, vel
ſequenti,non admittitur excuſatio abſentiæ,cap.poſt
commiſſum à delinquēte flagitium, car.23.de infirmitate,
& alijs cauſis ſupra diximus in Ritu,qui incipit, itē ſeruat
2 ipſa curia,quod petitio excuſationis. Et quando † dicatur
abſens,vide Ioan.Fabrum §.1.nu.10.inſtit. de vſuca. & de
modo excuſandi,vide pragmaticā Reginæ Ioannæ,quę in-
cipit, Ferdinandus pro Sereniſſima Regina, & vbi vocatur
puerpera ſtatur dicto duarum obſtetricum, vt tenet Bart.
Veronenſ.in l.pueri, ff.de verb. ſign. & quomodo probe-
tur infirmitas, vide Bar. in l.contumacia, in §.fin. & in l.
quæſitum,ff.de re iud. Abſentes,& fugitiui fiunt cōtuma-
ces,& contra eos poteſt procedi ad foris iudicationem,vt
no.in conſt pœnam eorum,& quando ad condemnationē
eſt tex.& gl.in l.apparitor, C.de cohort. lib.12. & leg.ad
Commentarienſem,C.de cuſt.reo.l.ne diu, C.de pœn. gl.
in c.qualiter,& quando,extra de accuſ.in l.abſentē, C.de
pœ.& in pœna extimationis,& infamiæ,& vſque ad rele-
gationem incluſiue,idem de conſuetudine Regni Franciæ
3 contumax † habetur pro confeſſo, nec poſtea auditur de
crimine, vt in dicta conſtit. & notat Bar. in l.diuus, ff.de
cuſt.& exhib.reo.

SVMMARIVM.

1 *Periurium quid ſit, & quomodo puniatur.*
2 *Intellectus ad conſtitutionem eos,qui ſcienter.*
3 *A periuro non recipiatur verum iuramentum.*
4 *Dicitur iuramentum illicitum.*
5 *Non dicitur deierare.*
6 *Princeps num poſſit remittere periurium.*
7 *Quomodo puniatur periurus.*
8 *Periurus an perdat cauſam.*

In Ritu 365.

1 PEriurium punitur,† & vbi ſcienter quis peierauerit in
iudicio,& extra iudiciū obtruncatione manus,conſt.
Regni eos, qui ſcienter, ſed vbi extra iudicium,vel iudex
defert iuramentum, & reperitur deinde peierasſe non pu-
nitur obtruncatione manus,vt tenet Andr.in tit.de cōſue.
recti ſeu c.quicunque.6.q.1.hæc duo contraria reſolue,vt
per Andr.in d.conſt. eos qui ſcienter, & crederem,quod
2 † loquitur in teſte, qui depoſuit cum iuramēto in iudicio,
vel extra, & fuit iudicatum ſecundum eius depoſitionē, &
contra teſtes ſunt plura prodita remedia,vt ſe abſtinerent
à falſa depoſitione,& hactenus non ſufficiſit, & ſic loqui-
tur l.2.C.de iureiur.& l.nullum,C.de teſt.& Andr.in conſt.
3 edictorum.† A periuro nō admittatur,nec recipiatur am-
plius iuramentum,c.literas, extra de præſump. c.qui per-
4 iurat.22.q.5.dicitur iuramentū † illicitū reſpectu rei,ſi illa
res eſt illicita, quæ iuratur, 22.q.2.c.2. reſpectu perſonæ,
vt in impubere,22.q.5.c.paruuli, c. nullus, reſpectu cauſæ
exemplū ſi ad rumorem populi iurauit.22.q.4.c.cuiuſque,
ratione modi vbi temere, & præter neceſſitatem indiffe-
renter iuratur,22.q.4.c.2.ratione temporis, 22.q.5. c.de-
creuit,& licet iuramentum non obliget,tamen ad cautelā
debet ſe abſolui,c.cum quidam,extra de iureiur.22.q.4.c.
5 ſacramentum,16.q.4.c.quicunque. † Non dicitur deiera-
re,qui ex iuſta cauſa deferit ſacramentum,l.vltima, ff.qui
ſatiſ.cog.Item neceſſitas,& difficultas excuſat à periurio,
c. querelam, c.breui. extra de iureiur. ebrius ſi inter vina
iurauit non dicitur periurus,22.q.2. c.vnuſquiſque,periu-
rus efficitur infamis,vt no.in l.ſi quis maior,C.de tranſact.
6 6.q.5.c.5.quicūque, nec † Princeps poteſt remittere per-
iurium, quia iuramentum, & votum ſunt de iure naturali
7 c.& ſi expreſ.extra de iureiur.ſi teſtis † deierat,& cogno-
ſcitur ex officio punitur extraordinariè,ſi per accuſationē
ordinariè,vt tenet Petrus de Bellaper.in d.l.nullum,C.de
teſt.c.quia,5.q.6.& Cyn.in d.l nullum,qui iurat ſoluere in
termino,& ſoluit poſt terminum,non dicitur periurus, vt
no.32.q.1.c.apud miſericordem,& Innoc.in c. ſignifican-
te,extra de pign. & ſi deierat ignoranter non punitur, vt
in Lōbarda,de teſt.69.l.1.12.q.1.c.dixit, ſed Princeps an-
te iuramentum poteſt tollere effectus iuramenti, vt notat
Bald.in l.non dubium, C.de leg.& And.in conſt.diuæ me-
moriæ,de reuoc.alien.& in prag.Senatuſconſ.Velle. & de
8 edicto in filiumfamilias,& alibi,periurus,† an perdat cau
ſam,vide Saly.in auth.qui iurat, C.de bo.auth.iud.poſſid.
hæc regula fallit in filio inquiſito, quoniam non punitur
pœna conſtitut.eos,qui ſcienter, vt notat Bart.in l.1.C.de
hæred.inſt. & Alex.in addit.ad Bart.in l.1.ff.de bon.eorū,
qui ſibi mor. conſciue. num.1. & extat iſte Ritus Magnæ
Curiæ, & qui deierat extra contractum, punitur extra
ordinem, Cappella Tholoſ.deciſ.17. accuſat. periurij eſt
criminalis, Matth.deciſ 64. & extat Ritus Magnæ Curiæ,
qui incipit, Item ſeruat ipſa Curia,cart.7. & vbi mendax
in vno,non valet in alio, & maximè eſt,quando eſt periu-
rus in ſubſtantialibus, cap.fraternitatis, extra de hæret.&
Bald.in rubr.de controuer.inueſt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Citatus ſuper tenore libelli, debet habere paratos libellos.*

In Ritu 266.

1 QVando vocatur † ſuper tenore libelli, dic quod debet eſſe paratus, aut citatio ſeruiat loco libelli ſi conuentus remanſit contentus, alias decreuit iudex, quod ad primam detur libellus, vel recta curia, & in hoc verſatur officium aſſeſſoris, l. 1. ff. de off. aſſeſſ.

SVMMARIVM.

1 *Compoſitio quando fieri poſſit.*
2 *Remiſſio quid operetur, & quando intelligatur facta.*

In Ritu 267.

1 PArte concordata † faciliores ſunt iudices ad componẽdum, Matth. in conſt. Regni ſi quis aliquem, nu. 13. an cogi pars poſſit, dic quòd non, ſed ſuaderi, Bal. in l. omnia, §. qui es, ff. de off. præfe. præt. Fel. in rub. de tregua, & pace, in c. ſuper quæſtionum, de off. deleg. & valet cũ carcerato, Guid. Pap. q. 236. 253. & quæ requirantur ad componendum, vide c. ad peruerſorum, ſcilicet, quod vulnus non ſit lethale, quòd inde nõ remaneat mutilatio membri, cõcurratq; bona fama inquiſiti, & quod delictum probetur, vt in Ritu item, quod nullus accuſatur, car. 11. & Paris de Put. in tract. ſynd. in verb. inquiſitio. & Matth. dec. 287. hodie procuret fieri inconſulto Rege, ſeu eius Locumtenente, vt in Regia nouella pragmatica, quæ incipit. Et ne ſperata, c. ſi quis contriſtatus, 90. diſt. & an poſſit fieri ſine remiſſione partis, vide Ioan. And. & Imo. in c. Odoardus, extra de ſol. & quando ſit iuſta cauſa, vide Ang. in l. ſenatus, ff. de accuſ. & vbi ceſſat intereſſe partis an poſſit indulgeri pœna. Ita fuit obſeruatum tempore Tumultus. An ſufficiat remiſſio in mortis articulo, dic quod ſic, l. 1. §. ꝙ ius publicum, ff. de iuſt. & iur. & Bar. in d. §. per ius publicum, & Alex. in additio. ad Bar. in l. non ſolum, §. iniuria-
2 rum, ff de iniurijs. † An ille, qui remiſit iniuriam, videatur remiſiſſe damna, quod non, tenet Bal. in l. ſi tibi, §. quędam, ff. de pact. & Matth. in d. cõſt. ſi quis aliquem, nu. 3. item ad præfata, & an quãdo poſſit indulgeri ſine remiſſione partis, Andr. & Matth. in conſt. quę ſint regal. in verb. & bona committentium, & Iaſ. in l. fin. ſi contr. ius, vel vtil. publ. & in l. dãnoſa, & in l. reſcripta, C. de prec. Imper. offeren. vbi Bal. & in l. qui crimen, & in l. accuſationes, tenet contrarium dicens, quod licet ceſſet intereſſe, non deſinit ius vindictæ.

SVMMARIVM.

1 *Sigillum Regis, & Baronis quid ſit, & de falſificantibus ſigilla.*

1 DE ſigillo Regio, † & ſigillo Baronis, & qua pœna puniatur, qui ea falſificauerit, vide c. Regni, quod incipit, Regis Caroli damna infligentia, & c. ſi quis literas, ſub rubr. de falſ. l. 1. §. qui in rationibus, ff. ad l. Corn. de falſ.

SVMMARIVM.

1 *Repulſa quid.*
2 *An in repulſa committatur audientia teſtium.*
3 *Repulſa non competit fiſco.*
4 *Repulſa ſcripturarum.*

In Ritu 276. & tribus alijs ſequentibus.

1 REpulſa poteſt concedi † etiam elapſo termino vbi teſtes recipiuntur facta concluſione, idem ſi repetun-
2 tur, c. ne peremptionis, car. 19. in cauſa † repulſæ non cõmittitur audientia teſtium, gl. in verb. quo quidem, conſt. in pecuniarijs, terminus repulſæ odioſus, & currit de momento ad momentum, gl. & Doct. in l. 3. §. minorem, ff. de mino. & in l. qua ætate, ff. de teſt. & Nicolaus de Neap. ff. de excuſ. tut. & Ang. in l. ſi quis ita, ff. de condit. inſt. Inquiſitus poteſt infra primum terminum reprobare teſtes, dummodo renunciauerit futuræ repulſæ, licet contrariũ teneat Philippus Francus in allegat. 102. §. teſtes, verſ. tertio quęritur, limitatur niſi habuerit teſtes pro repetitis legitime citatis, & examinatis, vt nota. in c. qualiter, & quando, el ſecundo, §. ſi vero, de accuſ. & abuſus iſte eſt peruertere iuris ordinem, c. exhibita, de iud. an, & quando admittatur repulſa poſt concluſum in cauſa; vide notata in c. præſentium, de teſt. & Lanfranc. in c. quoniam contra, in verſ. te-
3 ſtium, col. 12. de probat. † Repulſa non competit fiſco, ſed parti facienti partem in iudicio, vt tenet Paris de Puteo in tract. ſyndicatus, car. mihi 57. col. 1. in 4. folio, & de forma articulorũ in cauſa repulſæ, vide gl. in c. 2. §. teſtes, in verb. nomina, dum dixit, quod committitur, niſi ſint duo teſtes examinandi tantum pro quibus conſueuit committi indiſ-
4 ferenter, ſed vbi † conceditur repulſa elapſo termino an poſſit reprobare, & impugnare ſcripturas, dic quod ſic, niſi fuiſſet idem terminus datus ad repulſandum, & impugnandum, & fuit pluries id notatum in Sacro Conſilio, vt refert Capic. deciſ. 63. & repulſa petita, & nõ conceſſa in prima inſtantia, poteſt concedi in ſecunda, vel ex capite falſitatis, cum ſubornatione, vt refert Matth. deciſ. 266. quid in ſcripturis productis poſt publicationem, vide Matth. deciſ. 115.

SVMMARIVM.

1 *Filius repræſentat perſonam patris.*
2 *Præambulum.*

In Ritu 282.

1 FIlius repræſentat † perſonam patris, not. in l. fin. C. de hæred. inſt. & continuatur ac communicatur ei omne ius patris, l. in ſuis, ff. de lib. & poſth. & ſola declaratio exi-
2 gitur in filio conue. † dicitur præambulum, & nihil innouat, & proinde huiuſmodi declaratio non indiget tela iudiciaria vbi nõ eſt contradictio, Oldr. ibi, & iuris præſumptione filius eſt hæres, & non admittit probationẽ in contrarium, eſt gl. iuncto tex. §. ſãcimus, in auth. vt ij, qui obligatas, coll. 6. & Bal. in l. apud hoſtes, col. 2. C. de ſuis, & legit. & ſic de plano procedit in filio, & deſcendentibus ex eo. & in hęrede inſtituto præambulum abſque difficultate.

SVMMARIVM.

1 *Saluuſconductus moratoria, concurrentia quid ſint, & an impediant exequutionem.*

In Ritu 283.

1 SAluumconductum, † ſeu concurrentiam, quæ dicitur moratoria quinquennalis, vel quantũ creditores conceſſerint, procedit etiam in chirographarijs, & pręiudicat hypothecarijs, quia eſt modicum præiudicium, vt tenet Bar. in l. reſcriptum, ff. de pact. & ita fuit pluries iudicatũ referente M. V. I. D. Domino Felice de Rubeis, in Sacro Conſilio, & aduerte, quod ceſſante cauſa ſaluiconductus, ceſſat & ſaluus conductus, vt tenet Tiraqu. in tract. ceſſa. cauſa in 1. par. nu. 230. literæ quinquennales non impediũt exequutionem ſententiæ Sacri Conſilij, Guid. Pap. q. 97. nec extenduntur ad creditores futuros, idem q. 109. nec poteſt concedi per aduocatum fiſci, Matth. deciſ. 4. & ſi fuit dilatio conceſſa per creditores, non prohibetur iterum concedi, vt tenet Tiraquell. in l. boues, §. hoc ſermone, nu. 90. de verb. ſign.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſuper quibus omnibus, & eorum ſingulis quid operetur.*

In Ritu 284.

1 ILla verba in libello † poſita,ſuper quibus omnibus, &
eorum ſingulis,&c.ſupplet defectum narrationi,& ſe-
queretur condemnatio,vt tenet Pract. Papienſis de forma
inquiſi.In verbo ſuper quibus, & Bart. in l.Senatus, ff.de
accuſ.& Bal.in l.2.C.de proba.Alex.in conſ.121.in 1.vol.
Soc.conſ.188.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Ceſsio lucratiua quando dicatur.*

In Ritu 286.

1 CEſsio lucratiua dicitur †etiã quãdo colore eſt titu-
lus quęſitus,l.Sulpitius,ff.de don.inter vir.& vxor.
& quando cedit poſt certamen, & motam litem condem-
natur ad expenſas,l.quidã hiberus, ff.de ſeruit. vrb. præd.

SVMMARIVM.

1 *Curator quibus datur.*

In Ritu 287.

1 CVrator † datur minori, muto,ſurdo, fatuo,prodigo,
infirmo,& hære.Iaſ.in l.cum deliberant,& l.ſequẽ-
ti,ff.de cur. fur. & vbi ceſſaret cauſa propter quam datur,
ceſſaret curatio.ita tenet Tiraqu.in tract.ceſſ.cauſa,nu.70.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus qualiter debet fieri.*
2 *Abſolutus non poteſt amplius moleſtari.*
3 *Quanto tempore debet morari in ſyndicatu.*
4 *Quando ratio reddi debeat.*
5 *Quid ſi officialis permiſit carceratos ire libere.*
6 *Illa verba, Al ſindicato te volemo,an inferant iniuriã?*

In Ritu 291.

1 SYndicus † debet cõgregari more ſolito de licentia ſu-
perioris,l.actuarios,C.de nu.lib.12.& Bart.in l.in om
2 nibus,ff.ad Treb.& vbi fuit abſolutus,† nõ poteſt amplius
moleſtari,Ang.in l.iubemus,C.ad leg.Iul.rep.& Bald.in l.
obſeruare,§.proficiſci,ff.de off.procoſ.& c.Reg.itẽ ſtatui-
mus, ꝙ tam Iuſtitiarij, car.13. vbi cauetur, ꝙ ſi officialis
3 per annũ ſtetit in officio, debet morari in ſyndicatu † per
40.dies, ſin minus, pro rata temporis,& interim nõ debet
promoueri ad aliud officiũ, ne fiat confuſio adminiſtratio-
nis,c.itẽ quod parti officiales,& Iuſtitiarij,car.36.& Paris
in tract.ſyndicatus, in verb. ſyndicatur, car.mihi 38. nu.4.
4 † & huiuſmodi ratio debet reddi in fine anni,Bart.in l.ne-
minem,C.de ſuſcep.& archa.& §.iubemus,auth.de colla.
& Bart.in l.reſcripto,§.debitores,ff.de mun.& hon.& vbi
cõtrouertitur de adminiſtratione,ſeu liberatione,probari
debet,l.fin.C.de profeſſ.& med.& quilibet ſponte offerre
debet ſyndicatũ, c.2.lib.1.Regum, ibi, Loquimini de me.
& præfati poſſunt abſolui à prioribus dictæ ciuitatis, Bal.
in l.mancipia,C.de ſer.fug.niſi eſſet culpabilis,vt in addit.
Alex.ſuper l.ambitioſa,ff.de decr.ab ord.facien.& vbi ad-
miniſtrauit,ibi tenetur reddere rationẽ,§.ſi quis autem,in
auth. vt iud.ſine quoquo ſuffr. Quid ſi permiſit iudex car-
5 ceratos ire liberè,† tenetur in ſyndicatu,l.ne quis receptã,
ff.de cuſt.reo. Et caueãt actores,& rei,eorũq; procurato-
6 res,& aduocati dicere illa verba,† Al ſindicato vi aſpetto,
quoniã non erũt impunes, Bart.in l.ſi tutor,ff.de auth.tut.
& vbi aufugit,debet reduci ad ſtandũ ſyndicatui,gl.iuncto
tex.in l.ſiue ex prætoriano,C.de exc.& exact.lib.12.

SVMMARIVM.

1 *In quibus caſibus poteſt procedi contra clericum.*
2 *Clericus vt clericus citatus non cogitur comparere, ſecus vt laicus.*
3 *Laicus nominans clericum, an declinet forum.*
4 *Clericatus an poſſit probari per teſtes.*
5 *Vbi negatur ciuis, quid faciendum.*

In Ritu 295.& 297.

1 IVdex † laicus in quibus caſibus poteſt procedere cõtra
clericum,dicit gl.c.tuam,el primo,extra, de decim. &
2 Guid.Pap.q.73.& vbi † citatur vt clericus, non efficitur
contumax,§.ſi clericus de pace tenen.& Iaſ.in l.ex quacũ-
que ff.ſi quis ius dic.non obt. & §.ſi quis contra clericum,
authen. de ſanct.epiſ. & quando debeat gaudere beneficio
clericatus,And.de Iſer.in conſt.apoſtatantes,& vbi laicus
3 † nominat clericũ declinatur forum Ang.in l.ſicuti, §.Im-
4 perator,ff.de accuſ.Clericus an † poſſit probari per teſtes
Guid.Pap.q.498.nu.3.& in recõuentione quid iuris,Lapus
alleg.3. & an iudex laicus poſſit cognoſcere de clericatu,
Io.Faber in l.ſi qua per cal.C.de Epiſc.& cler. & de ciuili-
tate adeſt prag.quæ incipit,Ferdinandus vniuerſis, car.20.
5 qui ſi † negatur ciuis probet,l.1. ff.de prob. & Bal.in l.no-
mina,de pace conſtan.& vbi ceſſat habitatio,ceſſat & pri-
uilegium, gl.& Doct.in l.2.C.de Epiſc.& cler.& Tiraq.in
tract.ceſſ.cauſa,in 1.par.num.104.& idcirco ſcholaris non
dicitur ciuis, quis modo habet annũ eſſe ciuẽ, Ang.in l.lex
Cornelia,ff.de iniu.habitare dicitur,qui maiori parte anni
habitat, Bart.in l.cũ dilanionis, §.Sabinus,ff.de fund.inſtr.
& inſtrum.leg.Napod.in conſuet.pupillus,in rubr.de in in-
teg.reſt.& Andr.in 10.col.tit.qualiter vaſ.deb.iur.fidel.

SVMMARIVM.

1 *Carceratur de mandato iudicum.*
2 *Carceratus quid ſoluit.*
3 *Si frangit carceres, & fugit.*
4 *Cura, & regimen carceratorum.*

In Ritu 299.

NEmo carceretur,niſi Iudicis præcedente cõmiſſione,
1 † l.neminẽ,C.de exhib.re.& Io.Andr.& Imo.in c.
quoniam contra,de prob.c.item,quod prædicti Iuſtitiarij,
2 car.33.nec detineatur vltra diem,† & primo detentus ſol-
3 uebat tarenum vnum c.magiſter iuſtitiarius, car.8. † & ſi
frangit carceres, vel facit aufugere carceratos cum con-
ſpiratione,tenetur crimine læſæ Maieſtatis, Iaſ.in l.1. §.is
4 videtur,ff.ſi quis ius dic.non obtem.& in eorũ † cura adhi-
betur Phiſicus Medicus,& alter Chirurgicus,vt in nouella
pragmatica,quę incipit,pro cura pauperum. Item nec co-
gantur ſoluere vltra debitum modũ, vt in pragmatica no-
uella,quæ incipit,item volumus,& mandamus,& ſi carce-
rarius paſſus eſt inferri ferrum venenatum, puniendus eſt
arbitrio Iudicis l.carceris,ff.de cuſt.reor.

SVMMARIVM.

1 *In quibus caſibus poteſt ſubſtitui, & quod in omnibus, præterquam in caſibus prohibitis.*
2 *Item vbi exigitur induſtria perſonæ, & confertur iuriſdictio.*
3 *Fallit niſi partes conſentiant.*

In Ritu 305.& 306.

1 IN quibus † caſibus poſſit ſubſtitui,dic in omnibus prę-
2 terquã in caſibus prohibitis, † & in caſibus in quibus
requiritur induſtria perſonæ,Bar.in l.habentes,C.de præp.
agent.in reb.Item vbi conferret iuriſdictionẽ.Veronenſis,
in l.ſi quis ſit ff.de verb.ſign.exemplũ in ijs, quæ indigent
induſtria perſonæ ad videndum ſtipendia,ad menſurandũ,
ad videndum faciem loci,ad ponendum confines, vt not.
3 in l.1.§.ne autem,C.de caduc.toll.† fallit vbi conſentirent
ambæ partes gl.in c.fin.de off.deleg.

IE-

Digitized by Google

IESVS.

ORDO IVDICIARIVS PRO TYRONIBVS.

Iudicium

FAciunt tres perſonæ neceſſariæ, videlicet Iudex, Actor, Reus.

Iudicium pleniſſimum

FAciunt Iudex, Actor, Reus, & Nuncius, Actuarius, Aduocatus, Procurator, exequutor, manus militaris.

Incipit iudicium.

AB actione, qua experimur, libello, comparitione loco qualis libelli, ſupplicatione, & mandato, ſiue citatione.

Libellus continet

CAuſam, rem, perſonas, tempus, & locum.

Cauſa

OBligationem propter quam, & actionem qua experimur.

Rem

QVæ petitur, aut factum, aut aliquid aliud.

Perſonæ erunt

ACtor, qui agit. Reus contra quem agitur. Iudex coram quo agitur.

Tempus

INfra quod, vel in quo compareat moderãdum arbitrio Iudicis ſecundum diſtantiam locorum in quo habebit rationem itineris per terram, ad rationem viginti miliarium pro ſingulis diebus, per mare ad rationem quinquaginta miliarium, & vbi non exprimitur, intelligitur arbitrio Iudicis.

Exemplum in tempore

VBi per terram diſtaret locus iudicij à loco in quo eſt citandus reus per cẽtum miliaria, Iudex debet dare dilationem quinque dierum, vbi per mare duorum dierum, niſi repugnaret acceſſus maris.

Locus

IN quo reus compareat, vt ſit & tutus, & iudex competens illius loci, cum quælibet iuriſdictio præter voluntariam, circumſcribatur loco, & quòd ſit honeſtus.

Arma Actoris ſunt

LIbellus, ſupplicatio, comparitio, mandatum, citatio, quæ continet intentionem actoris claram, qua reus veniens poſſit deliberare, & hinc primo in initio dabãtur induciæ, ſeu dilationes deliberatoriæ viginti dierum, hodie arbitrantur per iudicem.

Arma rei ſunt

EXceptiones quarum quædam ſunt dilatoriæ, quædam peremptoriæ, quædam anomalæ, & quælibet ipſarum circumſcribuntur tempore.

Dilatoriæ

DIfferunt iudiciũ, quo minus perueniatur ad litis conteſtationem, & hodie ad dationem termini, & ſunt veluti legitimationis perſonæ, cautionis expenſarum, declaratoriæ intentionis, veluti quando libellus eſt obſcurus, generalis, incertus, ineptus.

Exemplum.

OBſcurus propter verba, quæ ſunt apta cõprehendere diuerſam ſententiæ interpretationem.

Generalis, propter rem, quæ petitur in genere, vbi in ſpecie peti deberet per ſuas circunſtantias, confines, qualitates, & quantitates.

Incertus, quando continet conditiones, alternationem, vel dies incertos, & dubios.

Ineptus, quando continet non aptam formam, vel conceptionem, vel eſt ſibi contrarius in eodem libello, & præcedit concluſio narrationem.

Et iſtæ exceptiones habent inſtantiam

A Die porrecti libelli vſque ad dationem termini, qui eſt loco litis conteſtationis, nam hodie in qualibet contradictione fit conteſtatio litis, & ſic datio termini eſt finis excluſiuus exceptionum dilatoriarum.

Peremptoriæ exceptiones ſunt veluti

IVſiurandum, periurium, ſolutio, res iudicata, pactum, conuentio, tranſactio, & ſimiles, & iſtæ non excluduntur litis conteſtatione, nec per dationem termini, ſed quãdoque diſcutiuntur illico, & tunc perimunt iudiciũ, quandoque reſeruantur ad merita, & efficiuntur anomalæ ex quo nõ ſunt ſimplices perẽptoriæ, nec ſimplices dilatoriæ.

Terminus

EST principium inſtantiæ, quæ erit in cauſa criminali duorum annorum, in cauſa ciuili trium annorum, & in ciuilibus cauſis perpetuatur citatione ad dicendum per aliud triennium, expedita infra primum triennium, vel ſuſcitatur precibus porrectis Principi, ſolutis, & refectis expẽſis contra quem ſuſcitatur, niſi eſſet pupillus, vidua, mulier, eccleſia, vel aliæ perſonæ, quæ haberẽt reſtitutionem in integrum. In criminalibus non perpetuatur, ſed prorogatur infra biennium per memoriale oblatum Principi.

Terminus hodie in Regno iuris

EST viginti dierum, & vbi ſit nominatio, erit quindecim dierum, quoniam ſi per nominationẽ reſeruatur in vno, quia prorogatur terminus iuxta diſtantiam locorum, ſcilicet attribuendo cuilibet dietæ miliariorũ viginti dies quinque, & ſic fit dinumeratio, dũmodo quòd facta dinumeratione non excedat dilatio ſpatium trium menſium, in alio grauatur, quia de viginti diebus detrahuntur quinque, & nominãs ſi non vtitur nominatione, refrenat ur eis calumnia pœna contenta in pragmaticis.

Dicitur iſta dilatio probatoria

INfra quam actor fundat ſuam intentionem, & tres ſuas extenſiones, & in ea producunt articulos, exceptiones, poſitiones, defenſiones, teſtes, ſcripturas, & quilibet ipſorum vtitur diligentia in examinando, dãturque dilationes ad dandum liſtam ſuſpectorum locorum officialium examinatorum citantur teſtes, & ſumptibus producentis examinantur. Inſtruuntur ſuper articulis, coguntur mulcta indicta, & pignoribus captis, & alijs remedijs iuris, & omnia fiunt ſecretè vſque ad publicationem cauſæ.

Citatio ad publicandum non habet

TRiduum, ſed ſolum prima citatio habet triduum, & citatio teſtium in quibus accuſatur prima contumacia, & vltima in citatione ad publicandum, ſi citatur hodie, & nihil dicit, fit ſequenti die publicatio, et quandoque cum reſeruatione ex cauſa.

Publicatio

FIt cum termino iuris, qui erit in prima dilatione probatoria octo dierum ad capiendum copiam, & octo ad per-

Digitized by Google

percunctandum, infra quos quælibet partium poterit deliberare ſi indiget repulſa, & impugnatione ſcripturarum publicarum, ſeu concomitantia etiam publicarum, & publicantur examinationes factæ ſecrete, effectuſq; publicationis erit, quòd dato, quòd inſtantia pereat, non pereunt probationes, ſed habentur ac ſi eſſet ſcriptura publica, & vbi deliberauit de repulſa, & impugnatione.

Terminus repulſæ iuris

ERit medietas primi termini, & ſic in termino viginti dierum erit terminus decem, & ſic in alijs terminis, & breuiatis arbitrio iudicis ſecundum naturam iudicij, & fiet nominatio ſi indiget, & examinabit, vt ſupra.

Terminus beneficij erit

IDem, ſcilicet decem dierum, vel medietas primi termini, & hoc in primo beneficio. Quia in ſecundo beneficio, erit terminus iuris medietas primi beneficij, & ſic quinque dierum, vel breuior, prout breuior fuit primus terminus cauſæ.

Terminus repulſæ iuris

ERit quinque dierum, & ſic medietas primæ repulſæ, vel breuior, prout fuerit breuior terminus repulſæ, & in omni termino poteſt fieri nominatio, ſed non in omni nominatione committitur audientia teſtium, niſi in cauſis conſiſtentibus infra ſummam quingentorum aureorum ciuilibus, ſecus in cauſis criminalibus, & excedētibus ſummam ducatorum quingentorum, & feudalibus, & in repulſa præterquam pro duobus teſtibus, pro quibus conſueuit committi.

Citatio ad concludendum ad primam

COncluſio eſt terminus excluſiuus omnium probationum, & vbi fit cum termino iuris, intelligitur cum termino quatuor dierum ad producendum ſcripturas, licet de conſuetudine in iudicijs practicauimus produci vſque ad introductionem cauſæ.

Citatio ad dicendum in iure, & in facto, ad primam,

ET in hoc termino citati cum eorum aduocatis informant Magnificos Iudices, & dant allegationes.

Introductio cauſæ eſt, & fit

VT non perimatur inſtantia in ciuilibus tantum, & quādo introducitur, fit relatio omnium meritorum cauſæ, & excluduntur perſonæ, quæ habent beneficia à petitione beneficiorum, ſi illa non petunt in Sacro Conſilio infra viginti quatuor horas, prçterquam pupilli, quos ſemper vſquequo notatur cauſa conſueuit Sacrum Conſilium admittere.

Sententia

QVa finitur inſtantia, & ſopitur quæſtio intentata, & eſt terminus excluſiuus exceptionum.

Decem dies ad appellandum

QVi currunt quando non eſt procurator in cauſa, & fertur in contumaciam à die ſcientiæ vbi eſt procurator, & legitur pro tribunali ſedente, currunt die quo legitur, & imputatur ei qui malum eligit procuratorem, licet poſſit habere recurſum contra procuratorem quando eſt ſoluendo, quando non eſt ſoluendo, reſtituitur, & hoc in inferioribus, ſecus in Sacro Conſilio vbi ſemper leguntur, & habet biennium ad reclamandum.

Appellatur

AB inferiore ad ſuperiorem, reclamatur ab eodem ad eundem, & ſi non appellatur infra decem dies in inferioribus tribunalibus tranſit ſententia in rem iudicatam, in ſuperioribus, ſi non reclamatur infra biennium, & ſi non reclamatur infra decem dies, qui obtinuit non tenetur præſtare cautionem in caſu retractationis.

Sententia ſuperiorum

EXequitur non obſtante reclamatione interpoſita infra decem dies, ſecus in alijs inferioribus, quæ ſuſpendit per appellationem, prçterquam in aſſiſtentia, & in momentanea poſſeſſione, & in duabus relationibus conformibus in ſummarijs cauſis, & infra duas vncias.

Appellatio

SI fit infra decem dies, appellans habet alios quinquaginta dies ad præſentandum proceſſum, & annum ad proſequendum appellationem, connumerandum à die interpoſitæ appellationis, qui dicitur primum fatale reſpectu vltimi diei anni, qui eſt fatalis, & quo petitur ſecunda inſtantia, & proceſſus appellationis incipit ab apertura, & ab eo die dicitur, quod iudex ad quem incipit cognoſcere, & in reclamationibus connumeratur à die quo committitur cauſa, quoniam conſueuit vbi non eſt facta exequutio, quando reclamatur, & porrigitur ſupplicatio prouideri annotetur dies, & facta exequutione prouidebitur.

Ex cauſa

DAtur biennium vbi quis proteſtatur, & petit infra primum fatale ſecundum fatale, ideſt ſecundum annum, & caueant practicantes facere dictas proteſtationes, & petitiones, & porrigere ſupplicationes petendo cauſam expediri, & facere introduci, & vti omni diligentia.

Apertura fit in cauſa appellationis

CVm termino iuris, ſcilicet, ſexdecim dierum, octo ad recipiendum copiam, & octo ad percunctandum, niſi breuiorem terminum impartitus fuerit iudex, quo termino elapſo, actor, vel reus, qui bene ſentit de cauſa ſua cū cauſa reducatur ad terminos litis conteſtationis, & ad priſtinum ſtatum, vbi habetur per aperturam, ac ſi omnia merita facta coram primo iudice eſſent publicata, facit citare alteram partem ad concludendum, & vbi decreuit velle terminum, terminus iuris in appellatione erit arbitrarius, ſed conſueuit eſſe decem dierum, licet poſſit dici viginti, poſtquam per ſecundam inſtantiam reſtauratur prima, niſi dicatur, quòd omnes termini poſt primam dilationem, habent medietatem primæ dilationis, & ſic conſueuit fieri, cæteri termini, & actus procedunt, vt in prima inſtantia. Et præfata dixi, & appoſui cauſa tyronum venientium ad practicam, non illorum, qui ſunt magiſtri, & ſciunt penitus prædicta, in quibus ſi quid erraui, relinquo illa correctioni eorum, qui melius ſciunt prædicta, à quibus cupio ediſcere.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
IN COMMENTARIA
Doctiſsimorum Iuriſconſult.
DD. PROSPERI CARAVITAE
EBOLITANI,
ANNIBALIS TROYSII CAVENSIS, ET FRANCISCI SCAGLIONI.

A

A Littera quare ſalutaris, C. triſtis, in addit. C.P. ritu 239. fol. 229
Captura quando incipi poſſit, Cauenſ. Rit 39. num. 1 47
A citatione incipere quando ſit neceſſe. Carau. Ritu. 167. num. 10 156
A communi opinione non eſt recedendum, Carau. Rit. 260. num. 15 248
A crimine manifeſti vſurarij quis, & quomodo excuſetur, Cauenſ. Ritu 199. num. 5 348
A decreto curiæ ciuili, vel criminali, num appelletur? Cauenſ. ritu 259. num. 2 356
A falſi pœna qui excuſentur? Cauen. ritu 199. num. 6 348
A nimia taxatione appellari poteſt Cara. rit. 298. nu. 22. 308
A periuro num recipiatur verum iuramentum, Scagl. rit. 265 num. 3. 384
A præcepto debitori confeſſo facto num liceat appellare, Carau. ritu 256. num. 5 240
A quibus appellatur, & non retardatur exequutio, Scagl. in ritu 260. num. 15 383
A ſententia abſolutionis in criminalibus quando non appelletur, & ratio quare, Carau. ritu 258. num. 1 242
A ſententia contra homicidam lata an liceat appellare, Carau. ritu 259. num. 1 244
A ſententijs Baronum ad Magnam Curiam appellatur, Carau. ritu 52. num. 3 69
A ſententijs a duabus vncijs infra non appellatur cauſa executionis retardandæ, Carau. rit. 87. num. 6 181
A tormentis, ideſt à pronunciatione ſiue decreto quem eſſe torquendum, an appelletur, Carau. Ritu 259. nu. 9 244
¶Ab interlocutoria, cum diffinitiua non ſperatur, licet appellare, Carau. ritu 256. num. 3 240
Ab interlocutoria de iure canonico appellatur, de iure ciuili vero non, antè diffinitiuam, Carau. ritu 264. nu. 6 253
¶Abſens præſentibus non præſtat impedimentum regulariter, cum exceptionibus Carau. ritu 207. num. 7 203
Abſens quis dicatur Cauenſ. ritu 266. num. 1 260
Abſens quinque modis dicitur, Cauenſ. vbi ſup. num. 6 357
Abſens quando quis dicatur, Scagl. rit. 264. num. 2 384
¶Abſenti conſignare, vendere, locare, & ſtipulari etiam poſſumus, Carau. ritu 44. num. 8 54
e . De ſent. excomm. in ſexto. Hæc gloſa, haud probat regulam præfatam, ſed gloſ. in clement. 1. verſ. 3. de vita, & honeſt. cleric. & inibi expreſſius Abb. num. 9. & cap. ex tuæ poſt num. 4. de cleric. non reſid. Præterea cum abſens clericus, ſi neſcitur, vbi ſit, debeat tribus edictis
25 citari ante priuationem, iuxta tenorem dicti cap. ex tuæ, non vtique tunc ſufficeret vnica, & peremptoria per Io. Andr. ad ſpecul. in rubr. de cler. non reſid. verſ. circa ſecundum, & Abb. adducto num. 4. & conſil. 67. condeſcendo num. 2. volum. 1. ac Felyn. in cap. conſuluit poſt num. 13. de offic. del g. quod etiam habet locum in alijs tribus caſibus. Quos adducit Felyn. in loco nuper citato, & omnes prædicti caſus reſtringunt regulam illam, & conſtitutam ab eodem Felyn. inibi num. 13. Quod vni-
26 ca citatio, & peremptoria regulariter ſufficiat pro tribus, & comprobatur ex text. in l. ad peremptoriam, ff. de iud. & cap. de illicita 24. quæſt. 3. tradit Fuſchus ſingul. incipiente, citatio peremptoria, hinc eſt, quod in vnica citatione debet exprimi illud verbum, peremptorium, quod ſi trina foret, non opus eſſet, illud in vltima explicare, vt inquit Butr. in cap. quoniam num. 1. de electio. in 6. & Archid. in cap. conſtitutionem, verſic. vna pro omnibus de ſent. excommun. in 6. Cum vero citatio eſſet in perſonā exequuta, illa profectò haberet vim citationis peremptoriæ, vt affirmat Guid. Pap. deciſ. 225. viſo ergo in fine, per Innoc. in c. ad petitionem de accuſat. Abb. Ioan. Hieron. Campan.

f . Perſonaliter citandus. Hanc materiam congruentiori loco explicabo in Ritu 17. ibi dicturus, quando citatio debeat eſſe perſonalis, & quādo ſufficiat, vt illa fiat domi.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Notandum eſt in hoc Ritu, ibi dum dicit, quod citatio fieri poteſt die feriata, vt citatus feriato die minimè comparere teneatur, vt de iure communi comprobat Brun. in conſ. 119. num. 2. vol. 2. & de iure huius Regni Neapolitani comprobant Foller. in practic. crimin. in verbo, vel eos verbaliter citari faciat num. 34. Lallus de Tuſcia in conſtitut. Regni baiulos omnes num. 6. & alij penes Viuiū in deciſ. 274. num. 13. qui ſic in facti contingentia refert deciſum in Regia Audientia Apuleæ per textum in Ritu 116. vbi cumulatiſſimè Carauita refert iſtam eſſe cōmunem

Digitized by Google

nem opinionem DD. & an, & quãdo poſſit fieri commiſ-
ſio, vel exequutio citationis die feriata, Bart. in l. 1. §. nun-
ciatio num. 30. ff. de noui operis nunciatione.

Huic Ritui, addo quod citatio decerni, & etiam exequi
per edictum poteſt die feriato, vt habetur notatum per
Crauet. in conſ. 1. num. 260. Mant. in ſing. 46. Caſſador. in
deciſio. 5. de dol. & contumac.

Item quando aliquis eſt citatus pro vna die, & eo caſu
illa dies ſit feriata, citatus tenetur comparere prima die
ſequenti non feriata. Vide Bald. ſingul. 174. Barthol. de
Cap. ſingul. 12.

Inſuper citatus die feriata in his, quæ poſſunt expediri
ea die debet comparere Bart. in l. ex quacuuque num. 15.
ff. ſi quis in ius vocatus non ierit.

Citatio facta die feriata ob neceſſitatem hominum ad
diem non feriatam valet, ſecus ſi fiat in die feria ta in ho-
norem Dei Bart. in l. 1. §. nunciatio nu. 30. ff. de nou. oper.
nunciat. vide eundem in l. 10. C. de ferijs, & Balb. in deciſ.
169. quæ doctrina, an procedat inſpecto Ritu dubitari
poteſt, ſed verius puto quod per Ritum hunc tollatur
huiuſmodi diſtinctio cum æquè per illud permittatur ci-
tatio exequi die feriata, ac die dominico, & ſic licet
ſit feriata ad honorem Dei.

Sciendum eſt etiam ſecundum Carauitam in Ritu 116.
num. 3. quod cum tractatur àn dies citationis ſit feriatus,
vel non, attenditur locus vbi citatio eſt facienda, & non
locus iudicij, in tantum, quod ſi in loco iudicij eſſet fe-
ſtum, & in loco citationis non citatio valeret, licet ſecus
è conuerſo, vt etiam dictus Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ
116. apertè dicit, & etiam approbat Ritus 117.

RITVS II.

ITem ſi reus eſt citatus ad totam cauſam, & die
ſtatuta neuter comparet, non circumducitur
a citatio, *a* ſed actore poſtea comparente, proce-
detur in cauſa abſque alia citatione in contuma-
ciam illius vſque ad ſententiam, niſi de benigni-
tate expectetur, vel de nouo citetur.

SVMMARIVM.

1 *Dictio item eſt continuatiua præcedentium.*
2 *Citatio quando dicatur facta ad totam cauſam.*
3 *Citationis forma ad totam cauſam.*
4 *Acceſſus non tutus quomodo probandus.*
5 *Citatio vt circumducatur duo requiruntur, & num. 6.*
6 *Citatione præcedente ad totam cauſam, ritè deuenitur*
ad ſententiam.

ISte Ritus ponit regulam, & deinde, exceptionem à re-
gula ſecunda, ibi niſi, & ſeipſum ſummat.
1 ¶Item. Dictio iſta, eſt continuatiua præcedentium.
Panorm. in cap. paſtoralis §. item cum totum, 2. not. de
offic. deleg. & quod repetat ſuperiora. Andr. de Iſern. in
rubr. Epiſcopum, vel Abb. fol. mihi 16. col. 1. poſt princip.
per text. in l. in repetendis, & in l. iterum, ff. deleg. 3. &
quod ſit continuatiua præced. Bald. in cap. 1. §. item de
feud. guard. fol. mihi 9. colum. 1. & quod repetat Phylipp.
Deci. conſ. 423. num. 3. poſt princip. allegar. Bartol. in
l. item in poteſtate, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. hoc
idem ſentit not. Paul. de Caſtr. conſil. 88. viſo legato nu. 1.
vol. 1. ſecundum nouiſs. impreſs. & ibi plenè per totum
con. & Alex. conſil. 117. primo volum. colum. penult. poſt
verſic. ſed in propoſito, ſed hic ponitur continuatiuè, nam
in primo Rit. poſuit obſeruantiam circa decretationem,
& exequutionem citationis, in iſto continuando ponit
de circumductione citationis, & quod hic ſumatur conti-
nuatiuè, & non repetitiuè, probat not. Theorica Bart. in
l. 1. in princ. ff. de pub. & vectig. dicens, quandoq; per di-
ctionem, item adijcitur præcedentibus noua oratio, in ſe
perfecta omni perfectione, & tunc non inducit repetitio-
nem, ſed continuationem, ff. de iniur. l. item apud Labeo-
nem, in princ. cum alijs iuribus ibi alleg. ita eſt in iſto ri-
tu, quia per prædictam dictionem, item adijcitur præce-
dentibus noua oratio, in ſe perfecta omni perfectione,
ergo non inducit repetitionem præcedentium qualitatũ,
ſequitur Socc. conſil. 10. col. 6. literis A, & B, vol. j.
2 ¶Ad totam cauſam. Et dicitur citatio ad totam cau-
ſam facta, quando quis citatur, vt veniat ad reſpondendũ
libello, & ad omnes, & ſingulos actus ſucceſſiue vſque ad
diffinitiuam ſententiam hæc forma traditur in conſil. Fe-
der. de Sen. 171. inci. caſus talis eſt licet ſub alio num. all. à
Panorm. in cap. expoſuit nobis, colum. 3. de dilat, & à Soc.
in alleg. tract. art. 20. quæſt. 16. verſ. circa tertiam, alia fuit
Zabar. quam refert Panorm. in alleg. cap. expoſuit, vide-
licet, compareat tali die, & demum ſingulis diebus, hora
iuridica vſque ad ſententiam incluſiuè, has ambas formas
impugnat Panorm. vbi ſupra, & finaliter concludit quod
aut talis citatio generalis ad totam cauſam fit in præſen-
tem, & non valet, aut fit in abſentem, maximè de longin-
quo, & tunc aut non comparet, & poteſt procedi ad vl-
teriora, prout qualitas cauſæ patitur ſine noua citatione,
b *b* cum videatur contumax in tota cauſa, aut comparuit,
& tunc citatio arctat, vt non recedat de loco iudicij, niſi
ſaltem dimittat procuratorem, cum de facili non poſſint
citationes de longinquo geminari. Soccin. vero vbi ſupra
diſtinguit tres caſus poſt aliorum opiniones relatas.
Primus quando comparens per ſe, vel per legitimum pro-
curatorem eſt in loco iudicij, & hoc ſcitur, ita quod de
facili poteſt de nouo citari, & hoc caſu debet ad ſingulos
actus de nouo citari, & ſic illa citatio ad totam cauſam per
comparitionem, & exiſtentiam in loco, dicitur euaneſce-
re: & procedat opin. Feder. de Sen. Secundus caſus, quãdo
certum eſt quod citatus poſt primam comparitionem re-
ceſſit ad partes, nullo dimiſſo procuratore, qui pro ipſo in
ſua cauſa habeat reſpondere, & remittit ſe ad ea quę infra
ſe dicturum procedendo ſpopondit. Tertius vero caſus
eſt, quando actor, vel Iudex dubitat an citatus ad compa-
rendum, & reſpondendum receſſerit, vel non receſſerit
de loco, tunc Iudex per nouam citationem factam per
præconem, ſeù per edictum, vel literas ad hoſpitium, vbi
fuit, ſi illud ſcitur, & in loco iudicij, & ad conſanguineos,
ſeù amicos, ſi comparebit bene erit, alias præſumetur illi-
centiatus diſceſſiſſe, & procedetur ad vlteriora iuxta for-
mam mandati, & etiam ad ſententiam diffinitiuam, ſi hoc
comprehenſum fuit in citatione, & qualitas cauſæ patia-
tur. Alex. vero in l. qui ante calendas, col. 3. verſic. item in
quantum de ver. ob. dicit, quod ad euitandam neceſſitatẽ
multarum citationum quando citandus eſt de longinquo,
eſt remedium, quod fiat citatio generalis ad omnes actus
quæ fieri poteſt, vt per Innoc. in cap. conſuluit, de offic. de-
leg. verũ ꝙ d. citatio non debet fieri niſi ex cauſa, vt quãdo
citandus eſt de longinquo, c. cum ex literis de in integ. reſt.
& ſi ſemel citatus comparuit, non debet vlterius procedi
ad aliquem actum ſine noua citatione, per alleg. conſ. Fe-
der. vt ibi per eum, & formam citationis ad totam cauſam
3 & generalis, vide per text. cap. cum dilecti, & c. fin. de dol.
& cont. & talis generalis citatio non debet per verba ſe-
quẽtia reſtringi, quia principium generale inſpicitur l. re-
gula, §. & licet, ff. de iure, & fact. igno. not. Phylip. Deci.
conſil. 449. viſis duobus concilijs, col. 1. num. 4. & practi-
cam Curiæ Romanæ, vt prius perſonaliter citetur, & po-
ſtea prædicta in Audientia contradictarum vide per Paul.
de Caſtr. in l. & poſt edictum, in fin. ff. de Iudic. prout re-
4 fert Phylip. Deci. conſ. 460. nu. 25. vbi etiam qualiter con-
ſtare debeat de non tuto acceſſu, & formas per extenſum
vide in alleg. tract. Socc. art. 20. quæſt. 4. & ſi fiat contra
abſentem de longinquo, omnia exprimi debeant, ſecus ſi
contra præſentem in loco iudicij. Ioan. de Anania in cap.
licèt, poſt princip. de accuſat. hodie vero per formularia

Digitized by Google

taliter conſultum eſt quod de his hæſitari non poteſt, quia
pleniſſime omnia continent, vt patet ex eis, & per cita-
tiones in Curia Romana decreta, de quibus in plurimis
Rotæ deciſionibus vna ſimul remiſſiue collectis, ad. do.
Felyn. in cap. ad petitionem col. 10. de accuſat. & in rubr.
de citationibus in nouis deciſ. repetuntur octodecim, ex
quibus qualiter intelligantur iſta verba, ad totam cauſam,
facillime colligitur, & omninò vide deciſ. Rom. 435. in
nou. incip. fuit dubitatum.

¶Non circonducitur. Ideſt tollitur, ita Panorm. in cap.
conſuluit, in gloſ. 2. de offic. delegat. pro iſto ritu eſt deciſ.
Rom. 345. impetrans commiſſionem in nou. in formis, &
ratio eſt, quia ad hoc vt citatio circunducatur duo debent
5 concurrere. Primum, quod citatus pareat, & ille ad in-
ſtantiam cuius fuit citatio decreta, & exequuta non com-
pareat l. & poſt edictum, prælleg. §. 1. ff. de iudicijs, per
quem text. ita concludit Phylip. Dec. in alleg. cap. conſul-
uit in fine, de offic. deleg. & iſte Ritus loquitur nemine
comparente in termino, & ſic perdurat citatio, ideo non
requiritur alia, vt eſt text. in alleg. c. conſuluit, & de ma-
teria circunductionis, plenè per Felyn. Phylip. Dec. & a-
lios in alleg. cap. conſuluit, & per Paul. de Caſtr. Ang. &
alios in l. ad peremptorium l. & poſt edictum ff. de iudic. &
an teneatur illa die videlicet 10. comparere, vel die ſeq.
aut præcedenti, Bart. in alleg. tract. q. 8. concludit quod il-
la 10. die debeat comparere, quia illa vltima dies compu-
tatur in termino, per text. in l. antepen. ff. de in ius voc.
& in l. cum ita §. 1. in princ. ff. de adult. licet ritus Magnæ
Curiæ Vicariæ de contumacijs accuſandis incip. item
ſeruat ipſa Curia quod contumacia, fol. 103. col. 3. loquens
de teſtibus velit quod accuſari debeat proxima die qua
ipſi teſtes debuerunt comparere, & Matth. de Afflict. in
conſtit. Regn. edictorum q. 8. num. 27. lib. 1. dixit quod
requiritur inſiſtentia actoris coram Iudice ne citatio cir-
cunducatur per alleg. l. & poſt edictum, & quod hodie in
Mag. Cur. Vic. eſt obſeruantia quod ſi actor accuſat primã
contumaciam, & ſtat per vnum mẽſem nihil dicit, citatio
eſt circunducta, ſed extra ciuitatem ſi actor nihil dicit per
c duos menſes c ſimiliter circunducitur, & diſtingue pro
intelligentia quod poſt iſtam generalem citationem exe-
quutam, aut cõparet in termino in citatione pręfixo actor
tantum ad cuius inſtantiã eſt citatio decreta, aut reus tan-
tum, aut neuter: Primo caſu facta inſiſtentia, & accuſata
contumacia per actorem prout requirit, Matth. in alleg.
conſtit. Edictorum, quia ritus non ſpecificat ſpecialiter ad
quid fiat iſta citatio, ſed ſolum quod citetur ad totã cau-
ſam, & propterea cenſetur generalis ad totam cauſam,
prout exprimit in princ ibi ad totam cauſam, & virtute
huius generalis citationis ex quo citatus non comparuit
poteſt procedi ad omnes actus, etiam vſq; ad ſententiam
diffinitiuam incluſiuè, ſi erit talis cauſa in qua poteſt pro-
cedi lite non conteſtata, ita Bart. in extrauagan. ad repri-
mendum in verbo ſuper dicto crimine, per illum tex. not.
in alleg. c. conſuluit, de offic. deleg. in c. eum qui de dol. &
cont. lib. 6. in nouella circa fin. probat tex. in l. conſenta-
neum, C. quom. & qñ Iud. refert iſta, & ponit iſtum ritũ,
& rit. 17. infra item ſi citatus in proprijs verbis, & termi-
nis, Paul. de Caſtr. in conſ. 254. videtur dicendum dictam
vol. 2. in nouiſs. impreſs. in quo clarè, & eleganter loqui-
tur pro intelligentia iſtius ritus, & 17. infra. Secundo ca-
ſu quando reus tantum, & tunc citatio ipſo iure non cir-
cunducitur ſeù tollitur, ſed habet reus duplex remedium,
primum, vt faciat declarari terminum circunductum,
ſeù ſublatum, & ſe abſolui ab illa citatione, & contumacẽ
in expenſis condemnari, & caueat ne recedat illicẽtiatus,
quia ſi recedit nedum non recuperabit expenſas, ſed acto-
re veniente, & docente de legitimo impedimento poſſet
petere expenſas à reo qui propria auctoritate illicentiatus
receſſit, ita Innoc. in alleg. cap. cõſuluit, quod merito not.
eſt, & referr, & ſequitur ibi Panor. col. 3. in princ. tanquã
notabile dictum, hoc tamen vltimum limitabis, videlicet
quod poſſit illicentiatus recedere quando reus ſtetit per
totum tempus quo Iudex pro tribunali ſedit, & receſſit
nihil dicendo, & ſic non eſt tractandum an ſec erit gratiã
necne de expectando contumace, ita limitat, & intelligit
Phylip. Dec. iſtud primum remedium referendo Panor. in
all. cap. conſuluit, col. 5. poſt princ. Secundum erit reme-
dium, vt faciat ſe abſolui ab inſtantia iudicij, l. properan-
dum, C. de Iud. c. quod fieri, 3. q. 3. & aduertendum quod
non parui refert inter primum, & ſecundum remediũ, nã
vt abſoluatur à termino non requiritur alia citatio abſen-
tis, nec pereunt alia acta litis ſi qua ſunt, iuxta c. cauſamq;
lo 3. & ibi not. de teſt. (vbiq; ſint acta litis, & quæ cauſæ)
ſed ſolum tollitur ille terminus præfixus, & hoc in ſacro
Conſilio, in cauſa commiſſa Mag. D. Antonio Baratutio
vno ex Regijs Conſiliarijs practicaui, ſed vbi abſoluitur
ab inſtantia requiritur citatio, & debet iterum abſens ci-
tari, & debet in hoc caſu eſſe trina citatio ſecundum In-
noc. in cap. ad petitionem, de accuſ. quia pereunt omnia
acta litis, ideſt ordinatoria proceſſus, & non deciſoria, vt
in alleg cap. cauſamq; & in dicta l. properandum, & opor
tebit de nouo incipere cauſam, non pereunt tamen acta
cauſæ, vt ſunt atteſtationes ſeù depoſitiones teſtium, con-
feſſiones; & ſimilia, vt not. Bart. in l. cum lite mortua, ff. iu-
dic. ſol. & talis abſolutio ab inſtantia peti poterit, & ante
litem conteſt. & poſt. authent. qui ſemel, C. quom. & qñ
Iud. & tenet Innoc. in all. c. conſuluit, prout refert, & ſe-
quitur ibi Panor. all. col. 3. & licet all. auct. qui ſemel, par ſi
faciat, probatur tamen Panor. ſententia in auth. quod fie-
ri cap. de dilat. & defenditur ab oppugnatione Petr. de
An. vt ibi per nouiores, & clarius per Panor. in c. cauſam
vlt. & pen. col. de dol. & cont. vbi dixit reum habere qua-
tuor remedia, quæ poterunt facillimè videri, tertio caſu,
quando neuter comparet obſeruabitur iſte ritus, & deciſ.
D. de Rot. 345. all. in princ. iſtius verb. circunducitur, &
not. hanc diſt. quia nõ ita ab alijs cumulatã, & declaratam
reperies pro intelligẽtia iſtius ritus, quã intelligas, prout
loquitur, videlicet quando citatio fit ad totã cauſam quæ
erit generalis, vt ſupradictum eſt, ſed quando fit citatio ad
audiendam ſententiam, vel ad alium actum per Iudicem
expediendum, debet citari ad certam diẽ, & horã, & illa
die, & hora actus debet expediri, iux. tex. all. c. conſuluit,
alias non tenere actus, prout concludit Paul. de Caſt. in
all. conſ. 254. 2. vol. ante fin. & citatio circunduceretur ſi
non compareret die perẽptorij, & accuſabit contumaciã
verbo, vel facto, inſiſtendo, ſcilicet, vt concludit Andr. de
Iſern. in c. 1. col. 5. verſ. ſed an die perẽptorij de contro. in-
ter vaſſ. & ali. de benefic. fol. 76. col. 3. cir. me. & ibi plenè
de materia, & dicetur infra iſt rit. 17. præall. & vide ritum
Magnæ Curiæ Vicariæ incip. item ſeruat dicta curia in
citatione, fol. 103. vlt. col. ante fin.

¶Niſi de benignitate. Iſta verba ſumpta ſunt à deciſ.
Rom. 345. in no. præal. quæ fundata ſunt in all. c. conſuluit
quæ no. quia declarant quanta attribuatur poteſtas circa
acta litis Iudici, parcere .n. poteſt contumaci, tam in ex-
pectando, & prorogando quã in interum citando, ſed in
expẽſis ſoluẽdis comparẽti ratione contumaciæ ipſius nõ
comparẽtis, iux. no. in c. querelam, de proc. nõ poteſt gra-
tiam facere. Panor. poſt gl. in verſ. niſi gratiã all. c. cõſul-
uit, quẽ ſequitur ibi Phyl. Dec. & conſ. 34. vlt. col. vbi poſt
Bal. in c. conquerẽte, col. 1. de reſti. ſpol. dixit quod ſi vnus
denarius deficeret quod non auditur contumax, quod no.
quia iſtę expẽſæ debẽt ſtatim refici, & proderunt his qui-
bus in medio litis deficit pecunia, prout dixit D. Fed. in c.
2. ante fi. & ante ver. clauſula ſaluo iur. de libel. obla. Phyl.
Franc. c. pia. §. ſi quis igitur 2. not. de except. lib. 6. Fely. in
c. ſignificauerunt, col. 5. de teſti. Bal. in l. eum quẽ temere
ff. de Iud. & in l. ſancimus in 2. op. C. eod. tit. & pro iſta
dictione, niſi vide plenè a me cumulata in meo repertorio
ſupra in litera N. in dictione, niſi Albericus Oliu.

a ANN. Citatio. Hoc videtur aduerſarij Iuri communi,
6 quo ſi actor, ac reus citatus non comparet, circunducitur
citatio, vt affirmat Luc. de Penn. in l. hac leg. verſ. de hoc
etiam C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. & Rot. deciſ. 744.
nota, quod ſi auditor, ſiuę 6. de iudic. in antiq. & addit. ad
deciſ. 33. quando committitur, ſiuę 2. nu. 20. de reſcrip. in
nou.

Digitized by Google

nou. ſed aduertendum, q Rit.iſte loquitur, cùm neuter
compareret in die contenta in citatione; ſed poſtea infra
breue tempus, & paucos dies compareret actor, vt ex eius
lectura patet, quòd verò Luc.affirmat, procedit, cum neu-
ter illorum vnquam compareret, vel ſaltem per longum
tempus. Abb.Ioan.Hier.Camp.

b Sine noua citatione. Idque adeo verum, vt etiam ad ſen
7 tentiæ prolationem procedi poſſit abſque alia noua cita-
tione ad ſentētiam. Si primò fuit citatus ad omnes actus,
& euaſit contumax, Aluar.in cap.1.verſ.ſeptimo hic finit
lex, per Bar.in l.deſertorem, §.ſi ad diem, ff.de re milit. Ca
ſtrenſ.in l.ad peremptoriam, num.6.ff.de iudic. & tenuit
Rot.teſte Serafino deciſ.514.nu.7.par.1.& deciſ.259.nu.
8.par.2.in deciſ.diuerſ.vbi affirmat fuiſſe per Rotam reie-
ctam hanc nullitatem adductam ex defectu citationis ad
ſententiam, ex quo aderat citatio generalis, quæ ita fieri
poteſt, vt concludit ex aliorum authoritatibus Cappell.
Tholoſ.deciſ. 428. Item fuit quæſitum; Quinimmò licet
ſoleat Rot.denuò citare reum per audientiā contradicta-
rum ad ſingulos actus, id tamen non eſt de neceſſitate, ſed
potius de vrbanitate, iuxta deciſ.Rotę 245.licet in cauſis,
ſiue 10. de re iudic.in nou. Veſtr. in praxi Romana lib. 4.
Rubr. de dolo, & contum. verſ. quòd ſi actor, ideoque ſi
prædicti termini omitterentur, non vtique vitiaretur
proceſſus, vt idem Veſtrius adiungit, & Bellam.deciſ.310.
fuit citatus, prædicta vero ſubſiſtere videntur quoties idē
cauſæ Commiſſarius procedit, ſed ſi eo abſente, aut defun
cto ſubſtitueretur, alter eſſet ſanè contumax ſemel ſaltem
citandus, iuxta opinionem Archid.in cap.caueant. 3.q.9.
quamuè vti æquiorē tenuit Regiū Conſiliū, teſte Minad.
deciſ. 28. Do.de Franch. deciſ.457.nu.3.& ſequitur Ro-
uit.ſuper pragm.4.incipi. reo, ſub rubr. de ordin. iudic.
tametſi alia, & contraria extet opinio, quæque fortaſſe ve
rior de iure ſtricto appareat. Abb.Io. Hier.Camp.

c Per duos menſes. Io.Ant.Barius in addit.ad Afflict.in
conſt.Regn.Rub.95.de exord.præparat.Iudic.lib.1. & in
conſt.reorum fraudibus, rub.41.lib.2.reſcripſit quaſi hæc
formalia verba poſita hic à Commentatore à verſic. non
circunducitur. Abb.Io.Hier.Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Pro huius Rit.intelligētia eſt ſciendū, quod circūducitur
citatio, ſi actus faciēdus vna die, fit altera, ita Gram.cōſi.
ciuil.78.in fi.& 102.nu.24.ſiue fiat ante, ſiue poſt, latiſſimè
Gabr.concl.1.de citat.nu.116.& 448.

Ad iſtū Rit. adde, quod citatio circunducta eſt inualida
citatio, quia habetur, ac ſi nunquā eſſet facta, Bal.in l.fin.
verſ.in ead.gl.ff.de eo, per quē fact.erit, de Frāch. dec.232
nu.4.vbi ex hoc infert, quod citatio circunducta nō indu-
cit contumaciam, nec litis pendentiam, nec aliquē horum
effectum, & idem dicit Afflict. in deciſ.366. nu.14.

Citatio autem facta ab actore, quādo circundatur, vide
de Franch.deciſ.471.vbi hoc explicat.

RITVS III.

ITem præmittitur citatio partis ad allegandū
cauſam rationabilem. Quare declarari non
debeat ipſam incidiſſe in pœnam excommuni-
cationis ſynodalis, vel iuris communis.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio nihil tribuit nouum, & nu.13.*
2 *Pœna ipſo iure impoſita non debetur, niſi præcedat de-
claratio, & nu.14.*
3 *Excōicatio incurritur ipſo iure, licet abſit declaratoria.*
4 *Excommunicatus non vitandus ante denunciationem.*
5 *Citatio anteire debet declarationem pœnæ incurſæ.*
6 *Declaratio excommunicationis incurſa eſt nulla, ſi ci-
tatio non præceſſit, & nu.7.*
8 *Excōmunicatum denunciatum, qui non tenetur vitare.*
9 *Contemnere quid ſit, & quando dicatur aliquid factum
ex contemptu.*
10 *Monitiones contra detinentes, vel ſcientes, qn̄ ferendæ.*
11 *Monitiones iſtæ, quando teſtem etiam ſcientem non li-
gent, & nu.17.*
12 *Excommunicationes de iure communi incurrendæ,
quot, & quæ ſint, & nu.19.*
15 *Appellatio ſuſpenſiua non conceditur ab excommuni-
catione, ſed ab ipſius declaratione.*
16 *Monitorias generales pro ferenda excommunicatio-
ne, quis poſſit concedere.*
18 *Principalis an teneatur reuelare veritatem ad excom-
municationem vitandam.*

1 DEclarari. Declaratio illud, quod eſt oſtendit, & ni-
a hil de nouo tribuit, *a* l.adeo, §.cum quis, ff.de
acquir.re.do.l.hæredes palam, §.ſi quid poſt, in fin. ibi,
nihil enim, nunc dat, ſed datum ſignificat, ff. de teſtamen.
& propterea declaratio iuris, quæ debet ab officialibus
fieri, nihil noui debet inducere, ſed ius, prout eſt ſignifi-
cata, ita Phili.Dec.in cap.paſtoralis.§.verum, no.3. de
app.& conſ.25.col.pen.ver.ſuadetur iſta, & licet præmit-
ti debeat citatio, & Ritus dicit, hoc non fit, vt citatus ſe
emendet de actu geſto, ſed forte vt oſtendat an inciderit
in pœnam, vel non ita intelligas, glo.in clem.præſenti,
de conſ.prout declarat Felyn.in c.cum olim, col. 10.in fi.
de re iud.& tex.cap.licet Epiſcopus.de præben.lib. 6. quē
intelligit Fel.in al.c.cum olim, col.7.ante fi. quando poſ-
ſet eſſe dubium de iure poſſidentis, alle.in cap.fin.de elec.
lib.6.ſed pro intelligētia Ritus pone regulam, quòd om-
nia iura Canonica, quæ dicunt ipſo iure, vel ipſo facto
aliquem puniri confiſcatione bonorum, vel quacunque
2 alia pœna, non aliud requirunt, quam declarationem iu-
dicis de commiſſo crimine, & ſtatim ſuccedit pœna, etiā
ſi in ſententia non exprimatur, ſed ante talem declarato-
b riam pœna non poteſt effectum ſortiri, *b* cap. cum ſe-
cundum, de hæret.lib. 6.§.notandum, ver. nam facit qui-
dem, 2.q.3. Bal. in auth.hoc amplius, C.de fideicomm. &
in cap. 1.de feud.ſi cul.non amitt. Specul. in tit. de loca.
ver. nunc aliqua ver. num.47. Ita concludunt DD. poſt
Archid.& Io.And.in cap.prohumani, de homi.lib.6.Bar.
in l. eius qui delatorem, ad finem princip. ff. de iur. fi.
Fel.in c.1.col.15.ver.non obſtat, de conſt.in c.inquiſitio-
nis, col.2.verſ.in contrarium, de accu.& in c. Rodul. col.
26.ver.ſed declaratoria, de reſcript.vbi plenè Andr. de
Iſer.in conſt.Regn.ſi vaſſallus, col.2.in fin.ver. ſed ſi eſſet
caſus, fol.161.& plenius c.fin. col. pen. verſ. hoc quidem
eſt regulare, quo tempore miles, fol.27. col.2.circa med.&
deciſ.Ma.385.ante fin.& in conſt.Regn.violentas, fol.74.
vlt.col.nu.5.lib.1.& c.bona proditorum, mihi num.171.
fol.74.col.3.& Philip.Dec.conſ.327.pen.col.ver. præte-
rea dato, & Lapus alleg.127.in fin. Hanc regulam primo
amplia in re Eccleſiæ data ſub conditione à laico, quæ
quamuis ob non ſeruata pacta ipſo iure debeat reuerti ad
laicum, tamen antequam reuertatur, requiritur declara-
toria ſuper non obſeruantia, ita Fel.poſt Panorm.in cap.
verum, col.5.ver.quinta declaratio, de for.compet. Secun-
do amplia, quòd ſi aliquis fuit bannitus, & diffidatus iux.
c.prohumani, de homi.lib.6.& c.felicis, de pe. eo.lib. &
mandetur cancellaria banno.requiritur, quòd declaretur
bannum cancellatum, intantum, quòd ſi ante declaratio-
nem fuerit interfectus, non punitur interficiens, de quo
vide Philip.Dec.in al.conſ.327.pen.col. Tertio amplia,
quod quamuis emphyteota per triennium non ſoluendo
canonem incidat ipſo iure in commiſſum, cap. potuit lo-
ca.l.2.C.de iu.emph. tamen ad hoc, vt cadat, requiritur
declaratio directi domini, & hanc dixit eſſe communem
ſententiam Iaſ.in al.l.2.nu.5.C.de iur.emph.cæteras am-
plia.vide per Fel.in al.cap.Rodulphus, col. 27. de reſcrip.
& ibi proſequere quatuor limitationes iſtius regulæ, &
ſignanter ponderabis quartam limitationem, circa me-
3 dium, vbi quòd excommunicatio à iure inflicta ipſo iure
affligit, & inhabilitat quoad omnes ſuas potentias illum
contra quem fertur abſque alia declaratione, per c.paſto-
ralis, in fi.de appel.& trahit ſecum executionem, & tamē
aliter de excommunicatione loqui oportet, quia prædicta
proce-

Digitized by Google

procedunt reſpectu ipſius excommunicati, ſed vt ab alijs
euitetur opus eſt ſententia declaratoria, ita Pet. de An.
conſ.189.tribus de cauſis motus per al.cap.cum ſecundũ,
de hære. Fel.in c.2.col.2.verſ.& ex dictis, de ſponſa. & h-
cet de iſta ſententia Pet.de Ancha. olim hæſitaretur, ho-
die nouiſſimè canonizata eſt in Concilio Baſilienſi,ſeſſio.
c 20.fol.26.cuius eſt initium,ad euitandũ ſcandala, c quod
decretum ſeſſionis ſemetipſum limitat, excipiendo illum,
quem conſtiterit incidiſſe in excommunicatione, ita vt
nulla poſſit tergiuerſatione celari,& ſic excipit omnem
notoriè excommunicatum, & iſta eſt veritas ceſſionis
prædictæ,cuj inhæret Fel.vbi ſupra,prout patet in origi-
nali 20.ſeſſione,quæ eſt penes me ſub fol.26.præalleg. im-
preſſa Mediolani die 20.Iunij 1511. & quòd ante publi-
4 cationem, & denunciationem excommunicatus non ſit
euitandus,vltra Felyn.vbi ſupra,etiam quòd ſciam ipſum
excommunicatum, vide per eundem Fel.in cap. cum non
ab homine,col.5.in fi.de iud.in cap.ad probandum,4.col.
cir.med.de re iud.& Inno.in cap.cum olim,el primo,an-
te fi.de priuil.& librum nouiſſimè impreſſum ſacerdota-
lem fol.51.& talis denunciatio fieri debet in loco, vbi ſũt
hi,qui debent excommunicatum euitare, vt per Andr. de
Iſern.in conſt.Regn.homines,extra Regnum,fol.116. &
iſta tanquam arcana,& recondita,non à me dicta tanquã
nouarum rerum inuentore,ſed vt rara,& notanda recon-
das in ſcrinio pectoris,quia ſunt de pane lucrando, &
quòd non requiratur declaratio,quando factum eſt noto-
rium,taliter,quòd non poſſit aliqua tergiuerſatione cela-
ri,Panorm.in c.cum non ab homine, col.antepen.& pen.
de iud. vbi de notorio incorrigibili, & ſimiliter quando
ſententia trahit ſecum exequutionem, vt puta, quòd ſit
inteſtabilis,quòd ſit infamis,&c.pro quibus vide Gemin.
in c.fęlicis,col.2.verſ.vnde dicit, de pęn. lib.6. & in cap.
vbi periculum,§.præterea,de elect.eod.lib. ex quibus ha-
bes regulam ampliatam, & limitatã reſpectu declaratio-
nis fiendæ,& pro pleniori intelligentia Ritus facio aliam
regulam ſecundum Ritum,videlicet, partem citandam
5 eſſe,antequam fiat declaratio pœnæ incurſæ,hanc regulã
probat gl.in verſ.conſtiterit,clem.præſenti,de conſt.gl. in
clem.2.in eo.verſ.de pe.Imo.poſt Card. in c.extirpandæ,
col.7.de præben.Rot.in no.deciſ.54.ſi petatur, vbi datur
ordo qualiter procedendum ſit, quæ deciſ.eſt repetita in
antiqu.deciſ.504. nota ſi petatur,& in tantum regula eſt
vera,quòd licet excommunicatio ſine citatione, & abſq;
iuris ordine prolata teneat,licet iniuſta,c.ſacro. de ſentẽ.
excom.c.1.& §.cum ergo,11.q.3.(quod dixerunt verum
Dom.de Ro.deciſ.139.in antiq.quando proferatur ab Or
6 dinario,ſecus ſi à delegato,) tamen in declaratione, ſi non
citatur pars,ipſa ſententia declaratoria excommunicatio-
d nis à iure incurſæ eſt nulla. d Imo.in al.cap.extirpandę,
col.6.plenè per Fran.de Are.conſ.165.col.10.verſ.ſecun-
dæ obiectioni,cuius eſt initium,ſicut Io.Limitatur tamen
primo iſta regula,niſi eſſet ſuſpicio fugæ, vt per Panorm.
in al.cap.cum non ab homine,colum.penul. in prin. quia
tunc non requiritur citatio. Secundo limitatur,vbi deli-
7 ctum ponitur pro indubitato, & nõ habeat diſcuti factũ;
propter quod quis dicitur excommunicatus, ſed declara-
tur, vt magis innoteſcat,ad effectum, vt euitetur, non
oportet eum citare,Panor.in cap.peruenit,de appel.Lud.
Rom.conſ.482.in caſu præmiſſo,ad fi. Bellamer. dec.411.
cuius eſt initium,denunciatio. Tertio limita, niſi eſſet da-
tus terminus ad ſe defendendum,quia illo elapſo exeque-
tur pœnam abſque alia declaratoria,Gem.in c. ordinarij,
§.quòd ſi forte,de off.ord.lib.6.& licet Ordinarius extra
ſuam diœceſim non poſſit aliquem excommunicare,quia
extra territorium ius dicenti non paretur impunè,c.2.de
conſtit.in 6.in fin.tamen declarare quem excommunica-
tum etiam extra ſuam diœceſim poterit, Io.An. in c. vo-
uit,de offic.lęg.Fel.in c.2.col.12.poſt num.16.de libel.ob.
& in cap.qualiter & quando,lo primo,col.16.poſt princ.
de accuſ.quod verum intelligo, quando factum eſt taliter
notorium,quòd etiam ſit notoriè inexcuſabile,quia tunc
non requiritur citatio,prout voluit Fel. in al. cap. cum
olim,col.11.in prin.de re iud.alias quia extra territorium
nõ poteſt citationem decernere, cum ſit actus iuriſdictio-
nalis, prout fuit concluſum in primo Ritu, non poſſet
etiam declarare quem excommunicatum, quod no.quia
non tactum ab aliquo,vide Fel.in c.fi.col.2. poſt princip.
vbi ponit regulam cum fall. de fo. comp. de citatione ex-
8 tra territorium,& Rocch.in repet.cap.fin. q.13. de con-
ſue.& multi etiam excommunicatum, & denunciatum
euitare de iure non tenentur, qui numerantur in c. quo-
niam multos,11.q.3.quem tex.limita primo,quòd non
licet his,qui continentur in al.c.quoniam, communicare
in contemptum clauium. Secundo, nec contra præceptũ
ſuperioris. Tertio,nec in diuinis. Quarto,nec in crimine.
Quinto,nec nimis aſſiduè. Sexto,ſi fuiſſet excommunica-
tus cum participantibus,de quibus limit. vide Fel.in cap.
à nobis,col.4.poſt nu.11.de excep.& inuenies ibi Felyn.
dicentem,quòd in illo tex.cap.quoniam, Papa fecit de
9 peccato non peccatum,& quid ſit contemnere, & quan-
do fieri dicatur ex contemptu, vide Fel.in c.cum quidam,
col.4.nu.7.de iureiur.in c.1.fall.3.in fin.de conſt.col.8.&
in c.cum illorum,in fin.de ſent. excom. vide infra in Rit.
18. in gloſſ. in verſ.excommunicatur, & iſta ſeruient ad
multa,ideo no.& quid ſi per vim communicauero excõ-
municato,an incurram,vide Ana.in cap.1.vlt.col.de ſor-
tile.& Fel.in al.cap.cum quidam,pen.col. & pro materia
declarationis plenè Fel.in al.cap.Rodulphus,col.26.cum
ſeq.de reſcr.in cap.2.col.12.cum ſeq.de lib.obla.in c.qua-
liter & quando,lo primo,col.15.cum ſeq.de accuſ.in cap.
2.col.1. in prin. de ſponſ. & inuenies declarationem ali-
quando permiſſam, dummodo declarando ſit congrua
verbi,& orationis expoſitio,ſecus ſi vim verborũ diſtra-
heret, vel offenderet, & quòd declaratio non tranſit ad
ſucceſſorem,cum conſiſtat in animo, & vt nihil deſit, ſi
teſtator dicat ſe debitorem in aliqua quantitate quam re-
liquit ſuo creditori, & dę quantitate vult ꝙ debeat ſtari
dicto ipſius creditoris, creditor in declaratione facienda
non tenetur iurare, nec in tali declaratione facienda de-
bent citari hæredes debitoris, Alex. conſ.54.alias 196. ſe-
cundam alium nume.cuius eſt initium,circa id,quod vol.
2.quod alleg.addi.ad Io.And.ſuper Spec. in tit. de inſtru.
edi.in tract.de vlti.volun.execu.nu.48. in ver. ſacramen-
to,in 2.par.fol.262.col.1.& Fran.de Are.conſ.26.& nedũ
debet citari pars quando certa eſt perſona citanda ante
declarationem,ſed etiam quando neſcitur quis detineat
10 res ſuas,poteſt Epiſcopus, ſeu Vicarius ad inſtantiam pe-
e tentis concedere monitorias generales e contra detinen
tes,ſeu ſcientes detineri,vt infra certum tempus debeant
reſtituere,ſeu reuelare, alias termino elapſo procedere ad
excommunicationis ſentẽtiam generalem proferendam,
pro quarum generalium monitionum validitate,& quòd
perſonæ incertæ,& non nominatæ ligentur Eccleſiaſtica
cenſura,eſt tex.cap.2.§.1.de conſtit.lib.6. & quamplures
tex.alle. per DD.de Rot. deciſ. 444. in no.cuius eſt initiũ
extra Rotam, & etiam concedi poterunt contra teſtes,
qui veritatem ſciunt de aliquo negocio, & eorum nomi-
na ignorantur,vel ſciuntur,& deponere nolunt, cap. di-
lectorum, in fin. de teſt. cog. c.cum cauſamque,de teſtib.
Panorm.in cap.conſtitutis,el 1.num. 4. & clarius in cap.
ad noſtram,el ſecundo,num.3.de iureiur. vbi in ſpecie
dixit,quòd eſt bona practica, quando teſtes ignorantur,
quòd fiant monitoriæ generales, qui teſtis ſi aliquid nedũ
11 ſic generaliter monitus, ſed etiam in ſpecie ſcit, & illud
f probare non poteſt, f non tenebitur reuelare, nec cen-
ſuram aliquam incurret, Felyn.in c.de cætero, col.fin. de
re iud. Alex.conſ.51.cuius eſt initium proſpectis, col.13.
vol.4.& tales monitoriæ non poſſunt expediri ad inſtan-
tiam excommmunicari, Panor. in cap. nouit,col. 9.in 2.
addit.de iud.& hanc opin.dicit ibi Aret.eſſe communem,
in 5.colum.nec pro re leui concedi debent, puta pro vna
gallina,& id quod dicitur,quòd tanto maiori excommu-
nicatione quis dignus eſt,quanto pro minori re contem-
nit,

nit,quia ſi in minori,quid in maiori?de quo per glo.ſing. in ver.videbatur,in cap.duo ſunt,96.diſt.de qua meminit Panorm.in cap.ſane,lo ſecundo,in not.de offic.deleg.intelligitur in contumacia in non comparendo pro reſeui, quod bene not.dixit Panor.in c.1.col.3. in fi. de iud. & differentiam inter contumaciam in non veniendo,& in non agendo,vide per Bald.in l.diffamari, colum.2. in fin. C.de inge.& manumiſſ.& per Philip.Dec.conſ.34. vltra Panorm.in proxi.alleg.cap.1.de iud.col.3.& ibi Dec.in lectu.1.num.7.vbi etiam dicit, quod vera contumacia eſt in non comparendo,ficta,ſeu quaſi contumacia in non parendo.& idem repetit in alleg.conſ.34.colum.pen. nec concedi debent, quando in ſe crimina continerent, vt puta,qui cognouit carnaliter talem mulierem;illud reuelare debeat,Sozi.conſ.118.viſis narratis,col.4.& 5. & licet præparantis,& præparati idem ſit iudex, Iaſ.in l.quotiens,C.de iudi.Philip.Dec.in rubr.extra eod.tit. Fely. in c.1.col.12.de iureiur. & per cõſequens eccleſiaſticus poſt reuelationem poſſit procedere ſuper negocio principali, hoc non habebit locum, quando prius lis pendebat corã ſeculari,l.vbi cęptum,de iudic.Panorm.& Præpoſit.in c. lator,col.2.verſ.item nota,qui fil.ſint legit.de quibus monitorialibus plenè per Bart.Bal.Ang.Alberic. Salyc.& Pau.de Caſt.in l.in ciuilem, C. de furt.relatos per Dom. Io.Neuiz.in ſylua nupt.fo.11. cum ſeq. & præmiſſa tanquam practicantibus parum cognita, habeas familiaria, quia coronaberis in palatijs.

¶ Synodalis. Quæ ſint excommunicationes,quæ continentur in conſtitutionibus ſynodalibus, collige ex conſtitutionibus, quæ in fine huiuſcemodi noſtri præſentis operis plenè collecta, annotataq; perſpici poterunt.

12 ¶ Iuris communis. Quæ,& quot ſint excommunicationes,quas de iure communi quis incurrit, vide 32. per glo.in ver.canonis,in cap.eos qui, de ſenten. excommu. lib.6.& 50.per glo.in ver.excommunicationis,in clem.1.
g de ſent.excommun. de quibus etiam per Hoſtienſ. g in ſumm.eod.tit.de ſent.excom.§.3.in prin.& quia ponuntur paſſim in ſummis,ſufficiat tantum illas memoraſſe. Albericus Oliua.

13 ANN.Tribuit hãc regulam,probat Nauar.conſ.10.nu.
a 1.de ſent.excom.in impreſſis Cremonæ, ſed in impreſſis Venetijs hoc anno 1600. eſt conſ.3 incip. Iudices quidã, Dec. in l.edicta actio,nu.47.C.de eden. & Moneda. deciſ. 264.alias inter Dominum Antonium,in fine, vt lite pendente, Abb.Ioan.Hier.Camp.

b ¶ Sortiri, namque regula eſt, quòd pœnam à ſtatuto,
14 vel lege impoſitam,ſiue parti,ſiue fiſco ſoluendam,nemo perſoluere compellitur, etiam in foro conſcientiæ, niſi declaratoria præceſſerit,ex glo.notab. in cap.fraternitas, 12.q.2.quam communiter approbari, ſcribit Menchia. de teſtam.par.1.§.10.nu.662.ſequitur Gome. in §.ex maleficijs,num.14.Inſtit.de actio. Simanch. de cathol. inſtit. tit.9. à nu.107. Molin.de iuſt.& iur.tract.2. diſp. 95.& Couar.in rubr.de ſponſal.par.2.cap.6.§.8. nu. 10. ſubdẽs neque Theologos diſſentire, & ipſe cæteris luculentius declaro in meo diuerſor.ſeu prompt.Iur.Canon.rubr. de perſonis proh.promou. cap. de excomm. verſ. fructibus, hæc tamen regula coarctatur in multis caſibus,ac præſertim in tribus;primo in conuentionali; ſecundo in cenſuris,& tertio in teſtamentarijs, quos aliqui ex antedictis authoribus commendant,& præter eos Anchar. probat limitationem de pœna conuentionali in regula poſſeſſor poſt num.21.verſ.tertio quæritur,de regu.iur.in 6 ſequitur Dec.in cap.1.poſt num.73.de conſtit. ibique Fel. poſt num.46.dummodo pars illam petierit à debitore,Corn. conſ.69.de duobus poſt num 39.volu.2 Alias verò limitationes tradit Caietan.in ſum. verb.pœna,& Cagnol.in Reg.quod à quoquam,nu.21 ff.de reg.iur. Abb.Ioannes Hier. Camp.

c ¶ Ad euitanda ſcandala. Circa intelligentiam huius conſtitutionis copioſè ſcribo in diuerſo. ſeu Promptuar.Iur.Canon.Rubric.de Priuileg.Clericorum,cap.1. verſic.ſed ne dum breuis eſſe laboro, Abb.Ioan. Hieron Camp.

d ¶ Eſt nulla. Ratio verò ea mihi videtur, quam refero in meo Diuerſor.rubr.de perſon.prohib prom. C.de ex-
15 com.verſ.fructibus,circa medium, dum probo non concedi appellationem ſuſpenſiuam à ſententia excommunicationis per cap.paſtoralis,§. verum,de appell. & c.15. cui §.fin.de ſent.excomm. in 6.concedi tamen à declaratoria ipſius incurſus cenſurarum,per gl. communiter receptam in c.cupientes,§. quòd ſi per viginti. verſ.priuatus,de elect.in 6.adeo, quod pendente appellatione poſt declaratoriam excommunicationis, de cuius validitate iuſtè dubitatur, nihil excommunicato obſit declaratio præfata per Nau.conſ.10.num.4 & conſ. 12. num. 2. de ſent.excommu.in impreſſis Cremonæ, ſed in impreſſis Venetijs hoc anno 1600 eſt conſ.3.num.4.& conſ. 6. nu. 2.allegatomet Rit.& Rot.deciſ.2.num. 5. de dol. & contum.in nou. Zabar.clem.1. §. 1.in fin. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.Dec.c.reprehenſibilis num.20.cum ſeq de appel. & Fel.in cap.Rodulphus,num.43.de reſcrip. atque ideo, ſi interim celebret,non incurrat irregularitatẽ,ex Nauar. in cap.cum contingat cauſa 15.remed.2.num.5. de reſcr. in ſumma cap.23.num.104 verſ.ſuccedit, Achil.de Graſſ. deciſ.370 licet excommunicatus. ſiue 4.num.7.de ſenten. excõmmu.& ſuccurrunt, quæ ſcribit Toletus in ſum. lib. 1.c.8.nu.8.ac rationem diuerſitatis illic ſubiungo, quia excommunicatio,ſiue iuſtè,ſiue iniuſtè feratur eſt timenda,C.de ſacro.de ſent. excommu. Sed declaratoria ipſius incurſus cenſurarum dependet à facto, in quo quidem iudex errare potuit, ex Felyn. in cap. præterea, num.5. verſ.& ideo,de ſponſal. ideo illam non ſuſpendit, hanc verò maximè, ob idque opinor hanc ob cauſam neceſſariò eſſe præmittendam citationem,quotieſcunque facienda eſt huiuſmodi declaratio,vt pars ipſa valeat facti veritatem oſtendere,ac de eo informare iudicem,ne in eo erret. Abb.Io.Hier.Camp.

16 Monitorias generales. Quando,& à quibus ſint huiuſ-
e modi monitiones concedendæ iuxta hodiernum vſum, & Canones Concilij Trident. non paucis explico verſiculis,ſed copioſè declaro in meo Promptua.Iur. Canon. rubr. de perſon. prohib.prom.cap. de excommunicato,à verſ.monitio autem. Abb.Io Hier.Camp.

f Probare non poteſt. Hoc dictum arbitror melius decla-
17 randum,& ſit concluſio,vt excommunicatio prolata aduerſus ſcientem aliquid,nempè, à quo fuerit commiſſum furtum,non incurratur ab eo,qui ſcit, ſed certus ſit id plenè non poſſe probari,eo quod ipſe tantum eſt illius conſcius,ex Nauar.in c.inter verba,11.q.3.concluſ.6.nu. 23. & in Manual.cap.17.nu.135.Hieron.Paul. Barchin. in ſua pract.Cancel.fol.mihi 119. verſ. quantum ad id, & Grat.in ſuis deciſ.aureis lib.4.cap.8.num 31. nam cauendum eſt dicere in quenquam,quod alijs documentis conuincere non poteſt, ex quo ipſi ſoli non creditur, vnde fruſtratoria eſſet ſua denunciatio,cap.placuit, 6 q.2. & concinit Cardin.poſt glo.in cap.nerui, verſ. à tranſgreſſionis,13.diſtin. Felyn.in cap.de cætero,num.17. de ſent. & re iudic. & ſuccurrit tex.in cap.plerumque,in princip. 2.quæſt.7.& notata à Bann.in tract.de iuſt.& iur. quæſt. 70 artic.1. ver. ad quartum; eorum tamen reſolutio reſtringitur in eo, qui impedimentum matrimonij non ignorat, quia reuelare tenetur, tametſi ſolus illud ſciat, eius etenim dictum ſatis eſt ad impediendum illius contractum,ex c.ſuper eo,el ſecundo,de teſtib.cap.præterea, el ſecundo,de ſponſal.Specul.in titu.de teſte, §.reſtat,nu. 9.verſ.decimotertio,& Nauar.cap 22.num. 83. Præterea non ligatur prædicta cenſura excommunicationis, qui tametſi committentem illud non ignoret, nihilominus pertimeſcit reuelare ob periculum perſonæ propriæ, vel bonorum, quod ſibi propterea immineret, aut etiam ſi iam dictum periculum deeſſet,non ideo ad reuelationem teneretur antequam illum fraternè correxerit ex reſolutione Nauarr. Paul. Gratt. & Glo.adductis in locis. & colli-

Digitized by Google

colligitur ex verbis conſultò apponi ſolitis per Cancellariam Apoſt. in præfa. literis, nempè contra iniquitatis filios, detentores, ac temerè, & malitioſè occultantes, vel nequiter detinentes, quæ indicant Pontificem nullam habere intentionem ligandi eos, qui non iniquè, aut temerè veritatem celant. Quinimò non erit ſuperuacaneū ſi adiungam quæſitum illud pernecesſarium, & à paucis benè cognitum, vtrum principalis teneatur veritatem
18 detegere, ſi excommunicationem iſtam vitare concupiſcit, & veram conſtituo reſolutionem in præſenti dubitatione, quòd excommunicatio prolata contra ſcientem furem, aut aliam rem, non obligat principalem occultum, contra quem nulla adſunt indicia, quod ſi eſſet prolata contra ſcientes, & detentores, eſſet profectò ille exemptus ab onere reuelandi, non tamen ab onere reſtituendi, atque ideo niſi reſtituat, incidat in præfatam excommunicationem, nam quiuis occultus delinquens poteſt per excommunicationis pœnam compelli ad reſtitutionem faciendam, quamuis non ad detegendum ſe ipſum, vt rectè colligitur ex Caietan. ad Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 69. artic. 1. & 2. verſ. tertio, quod auctor dicit, Nauarr. in ſum. cap. 17. num. 100. Gratt. lib. 4. deciſ. aurear. cap. 8. num. 18. & Tolet. in ſum. lib. 5. cap. 27. in fin. ſicuti neque illam incurrit, qui excommunicatur, niſi debitum ſoluerit, ſed parere nequeat, quia non ſit ſoluendo, quinimò excommunicatio genericè contra ipſum prolata, illum tunc non arctat ad comparendum coram iudice, quod ſi nominatim, teneretur profectò illum adire, rationemque ſuæ excuſationis afferre, aliter excommunicatus eſſet propter inobedientiam, vt Tolet. affirmat adducto cap. poſt num. 10. Abb. Io. Hier. Camp.

19 Per Hoſt. in ſum. eod. titu. Excommunicationes latas à
g iure fuiſſe duas, & triginta deſumptas à lib. 6. Decretaliū, & quinquaginta collectas ex clementinis, dicit, & eas collegit gloſ. in cap. eos, de ſenten. excommun. in 6. & in Clement. 1. alleg. tit. & antea Hoſt. alias triginta tres collegerat in ſumm. de ſent. excommu. num. 3. ex libro decretalium, & decreti, ex quo facilè quiſquam (ex ſententia Nauarr. in ſumm. cap. 27. num. 49) poteſt intelligere, quam parci fuerint antiqui Patres in excommunicando, & quàm largi recentiores, cum ad annum vſque 1398. quo promulgatus eſt ſextus, vix inuenirentur triginta ſex caſus, qui in pauciores, quàm vigintiſex redigi poſſunt, & exinde octuaginta duo alij caſus colliguntur ex ſexto, & clementinis, poſtea vero per Bullam Cœnæ, per extrauagantes impreſſas, & non impreſſas, per Conſtitutiones Synodales, & Prouinciales, per viſitationes, reſeruationes ſecularium, & Religioſorum pene innumeræ, quas idem Nauarr. illomet capit. congeſſit à nu. 55. vſque ad num. 151. & breuioribus verbis Frater Ioan. Baptiſta Antoni. Eugubin. in Catecheſ. Neapol. lib. 3. cap. 3. cum alijs treſdecim capitulis ſubſequentibus. Abb. Ioannes Hieron. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Quo ad id, quòd dicitur debere præmitti citationem antequam deueniatur ad declarandum quem incidiſſe in cenſuras, adde gloſ. in Clement. præſenti, de cenſibus, & in Clement. 1. de appellat. Rota in deciſio. 504. in nouis. & in deciſio. 54. & ratio eſt, quoniam ſemper vbi agitur de declarando incurſu pœnarum, exigitur partis citatio, vt per Cappell. Tholoſa. in deciſio. 440. & per Achill. in deciſio. vnica de pœnis, quod procederet etiam ſi pœna eſſet ipſo iure inflicta, Grammat. in deciſ. 5. de cuius dicti ratione videndus eſt Magon. in deciſio. 9. & an tali declaratione admittatur appellatio, videnda omnino eſt pulcherrima deciſio eiuſdem Achill. 4. de ſenten. excommun. & Verall deciſ. 90. par. 2. vbi nonnulla valde conducibilia ad hoc.

RITVS IIII.

a Item requiritur citatio partis condemnatæ ad videndum taxari expenſas. a

SVMMARIVM.

1 *Iudex non condemnans victum in expenſis petitis, facit litem ſuam.*
2 *Expenſarum condemnatio fieri poteſt, etiam ſi illa non ſint petita*
3 *Expenſarum taxatio poteſt in diffinitiua reſeruari, non autem condemnatio. & nu. 15.*
4 *Contumax debet re ipſa antequam audiatur, ſoluere expenſas taxatas.*
5 *Expenſa multipliciter conſiderantur in iure.*
6 *Expenſas regulariter perſoluere debet, quid petit fieri, ob quod expenditur.*
7 *Expenſa facta in reaſſumptione inſtrumenti an perſoluenda à debitore.*
8 *Expenſis, cuius ire debeat Miniſter ad examinandum principalem abſentem.*
9 *Locans operas, nec integras praſtans, quid agendum.*
10 *Nomen debitoris quid comprehendat.*
11 *Expenſa factæ pro Aduocatis ſunt taxandæ. & nu. 20.*
12 *Expenſarum condemnationem an victor petere poſſit, ſi nihil de eis dictum ſit in diffinitiua.*
13 *Expenſarum liquidatio peti coram eodem iudice vtrū poſſit.*
14 *Expenſarum taxatio vtrum requirat nouam citationem;*
16 *Fideiuſſor de iudicato ſoluendo non citatur in ſententia, eaque contra ipſum executioni mandatur.*
17 *Expenſarum taxationem poteſt iudex à quo facere, & pendente appellatione.*
13 *Iudex appellationis poteſt condemnare etiam in expenſis factis in alijs inſtantijs.*
19 *Iuſtam cauſam litigandi, quando aliquis dicatur habere.*
21 *Appellari permittitur ab ipſius taxationis expenſarum exceſſu.*

Condemnare. Iuris regula ſatis vulgata eſt, victū victori in expenſis debere condemnari, l. properandum, §. ſin autem alterutra, C. de iud. c. fin. de dol. & contu. c. calumniam, de pœnis, l. eum quem temere, ff. de iud. & in tantum eſt vera regula, quòd ſi iudex, qui debuit partem
1 condemnatam etiā in expenſis condemnare, & illud omiſit, ſi hoc fuit petitum fecit litem ſuam, Bart. in l. 4. §. in hoc autem col. fin. q. 5. ff. de dam. infect. Bal. in l. fin. verſ. quæro an per ſolam, C. quando prouo. non eſt neceſ. ſecus ſi non fuit petitum, & ita intelligo Regiam prag. de præuentione facienda, cuius eſt initium, malitijs litigantium, ibi, prius præſtita cautione, videlicet, ſi fuerit petita, non obſtante opinione Pau. de Caſt. in l. vniuerſa, ante fin. C. de precibus Imp. offer. qua voluit cautionē eſſe præſtandam parte petente, vel non petente, quā non puto veram per illā dictionem prius, in prag. cōtentam, quia inducit formam, vt per Fely. in c. cum dilecta, col. 9. verſ. ſextum ſignū, de reſcript. & in cap. paſtoralis, col. pen. verſ. ſeptimo quia, de except. & pro materia, quando iudex facere debeat aliquid parte petente, vel nō petente, vide Hip. de Mar. in l. vnius, §. cogniturum, per. 4. col. ff. de quæſt. poſt Felyn. in c. ſi autem,
2 de reſcript. & Philip. Dec. conſ. 405. poſt med. & etiam ſi expenſæ non fuerint petitæ, poterit iudex partem cōdemnare: & eſt ratio, quia ea quæ emergunt poſt litem conteſtatam, ſpectāt ad iudicis officium, l. ædiles, la prima, §. fin.

ff. de

3 ff.de ædil.edi.vt per Bar.in alleg.§.hoc autẽ.Et licèt iudex
poſsit in diffinitiua ſententia ſibi reſeruare taxationem ex-
penſarũ,non tamen condemnationem,glo.in l.terminato,
C.de fruct.& lit.expen.quã communiter ſequuntur Doct.
Panor. poſt Io.And.in c.1.col.7.verſ.venio ad tertiam,de
ſequeſt.poſſ.& fruct.& quod requiratur citatio partis cõ-
demnatæ, iuxta formã iſtius Rit.firmat Iaſ.in auth.ſed ho-
die,C.de iud. contra Bald.in l.ſancimus,C.eod.tit.& facit
deciſ.Rom.299.licet quo.in no.

¶ Taxari. Ideſt extimari, & econtra dicimus extimari,
ideſt,taxari.gl.in verſ.extimatione,in l.ſãcimus,C.de iud.
& pro practica iſtius Ritus oblata petitione cum liſta ex-
penſarum,quę petuntur taxari per illum,qui obtinuit par-
tem ſibi aduerſam in expenſis condemnari, & illa citata
iuxta formam iſtius Ritus,ſiue comparuerit,ſiue nõ, iudex
taxabit,& moderabitur expenſas,deinde victor iurabit il-
las taxatas expoſuiſſe,nouiſſime præſtito dicto iuramẽto,
iudex declarabit condemnando partem ad ſoluendas ex-
penſas ſic moderatas,taxatas,& iuratas, & in iſta taxatio-
ne index habebit reſpectum ad quantitatem,& qualitatem
cauſæ ad moram,quam victor traxit in loco iudicij,ad qua-
litatem perſonę,ad conſuetudinem fori,ſeu loci in quo iu-
dicauit,& ſi pars prius iurauit,& poſtea iudex taxauit,ini-
que fecit,ſed nulliter non proceſſit, & propterea oportet
appellare,ſecundum quòd no.Panor.in c.1.ante fin. de ſe-
que.poſ.& fru.quem ſequitur Barb.in addi.ad Bal.in auth.
ſed hodie, alias nouo iure, alias poſt ius,in litera F, C.de
iud.licet contrarium notauerit do. Ant. in al. c.1. & Lan-
franc.in repe.c.quoniam contra,in ver.de expenſis,col.2.
ver.quære iterum, de prob.erit ergo talis ordinis præpo-
ſteratio,& ſententia contra ius partis,& nonnulla,& pro-
pterea appellandum,& colliguntur præmiſſa omnia in al.
auth. poſt iuſiurandum extra no. per Panor. in al. c.1. per
Lanfran.in al.ver.de expenſis per Innoc.in al.c.fin. de his,
quæ vi me. cauſa fiu. per Alb. de Ro. in l.terminato,C.de
fru.& li.expen.per Spec.in tit.de expen. §.fin. & intelligo
præmiſſa quando in ſententia diffinitiua quis in expenſis
condemnatur,ſecus in expenſis ratione contumaciæ, quia
in illis iudex non poteſt taxando,vel moderãdo contuma-
ci parcere,ita Alb.de Roſ.in al.auth.ſed hodie, & notauit
ſupra in proxi.præced.ver.in fi. Secundo intelligo nõ pro-
cedere pręmiſſa quando victor vult expenſas probare,Pa-
nor.in al.c.1.col.pen.de ſeque.poſ.& fru.Iaſ.in al.auth.ver.
limita tamen,& eſt conſtitutio regni inci.diuorum princi-
pum,fol.42.col.4.lib.2. vide Alex. conſ.37. alias 179.vlt.
col.ante fin.vol.2.Spec.in tit. de exce. §.viſo. ver. quod ſi
reus,fol.103.in 2.par.& not.in c.pia,de exce.lib.6.in cap.
frequens,de reſt.ſpol.eo.lib.in c.conſtitutus, de proc. in l.
ſancimus,C.de iud.in c.querelam,de proc. Maz. in conſt.
reg.accuſatorũ,lib.2. fol.24. & in deciſ.70. & 71. Hoſt. in
4 ſum.de do.& contu. verſ qua pœna,& poſtquam expenſæ
reficiendæ à contumace ſunt taxatæ,realiter debent ſolui,
nec ſufficit depoſitum facere,vt voluit notan. Bal. in auth.
qui ſemel.col.pe.verſ.quæro nũquid,C.quomodo,& quã-
do iud.quem refert,& ſequitur Philip.Dec.in conſ.34.vlt.
col.verſ.poſtremo non omitto,quod perpetuo no. tanquã
practicabile,& vide Luc. de Penn. in l.1. C.de ſumpt. re-
cup.lib.10.fol.mihi 130.

b Expenſas. Intellige de his,quæ fiunt in litigijs, b & quia
5 multifariæ,multiſq; modis fit mentio in iure de expenſis,
collige infra,& recondas,nam aliquando petuntur expen-
ſæ funeralium prælati, de quibus in c.1. de ſolu.& Philip.
Dec.conſ.157.in princ.aliquando expenſæ factæ in conſe-
quenda,& manutenenda dignitate eccleſiaſtica,Soci.conſ.
15.col.8.ver.tertio probatur, & conſ.29.col.1.ver.circa
primum,vol.1.aliquando petuntur expenſæ erogatæ in in-
firmitate,vel funere vxoris,de quibus per Ang.inſt.de act.
§.fuerat,col.7.fol.160.aliquando factæ per Regẽ in caſtro
pro defenſione, & recuperato caſtro, vtilis dominus illas
non reſtituet Regi.Fran Cre.ſing.25.aliquando de expẽſis
in veſtibus lugubribus poſt mortem mariti,& de ornamẽ-
tis pro vxore paratis,de quibus per Alex.in l.ſi vſufructus,
§.dos legata,ff.ad l.fal.& in l.penul.§.ſeruus, ff.ſol.mat.&
Ioan.Lup.in repet.rubr.de donat.inter vir.& vxó.fol.3.&
6.vlt.col.& quod expenſæ funeris, & infirmitatis æquipa-
rantur,Bal.in l.in reſtituenda, C.de peti.hæred. Alex.in l.
6 fin.§.in computatione,C.de iur.delib. aliquãdo dubitatur
cuius expenſis aliquid ſit fiendum,& regulariter, qui petit
aliquid fieri ſoluet expenſas, & quòd producẽs iura ſua in
iudicio,non teneatur parti copiam fieri facere ſuis ſumpti-
bus,quia probatio fit iudici,& non parti, & faciens quem
carcerari,tenetur ſoluere Nuncio à communi deputato,&
non communi,& quòd debitori carcerato expenſas faciet
qui carcerare fecit, ſi non habet debitor vnde, & quòd ſi
quis dubitat offendi,& petit familiam à iudice, debet dari
ſumptibus petentis,& quòd fideles Regis non tenentur ſe-
cũ equitare eorum ſumptibus, niſi feuda,quę ab eo tenent
ſufficiant ad ipſos ſumptus,& cuius expenſis viuat præſtãs
operas promiſſas, & ſi Scriptor Apoſtolicus habet refice-
re literas propter errorem cauſatũ cauſa abbreuiatoris,re-
ficientur expenſis abbreuiatoris, & conducens aliquem in
dietis,debet in eundo, ſtando, & redeundo ſubminiſtrare
expenſas de conſuetudine,ſecus de iure, & ſi Vicarius,fi-
nito officio nollet tunc ad domum redire,ſed alio tẽpore,
tenetur Poteſtas ad expenſas itineris,dũmodo non longio-
ris,& ſi in via derobaretur, non tenetur conducens,& cõ-
ducens aduocatũ extra locum,tenetur ad expẽſas itineris,
& patronus defendens eccleſiam, illã defendet ſumptibus
eccleſiæ,hæc omnia vltimo loco relata cumulat Fel.in c.1.
col.3.& 4.& ſeq.de libel.obla.& vltra ipſum Ang.inſti.de
actio.§.fin.in fi.& ſi pupillus petat ſumptus victus, & litis
ab aduerſario, Bart. & Bal.in l.Imperatoris, ff.de tute.&
ratio diſtra Alber.de Roſ.in l.fi.C.de ordi.cogni.& quòd
motor, vel proſequens inquiſitionẽ condemnabitur in ex-
pẽſis,ſi inquiſitus fuerit abſolutus,Hippo.de Marſ. in l.pa-
7 tre,col.3.& 4.nu.18.& 19. ff.de quæſt. fol.30. & an refici
debeant expenſæ factæ in reaſſumendo inſtrumẽto, Alex.
in l.Ariſto.nu.5.ff.de acqui.hæred.in l.vbi pure, poſt prin.
ff.ad Senatuſcõſ.Trebel.fol.123.& in l.domus, ff.de leg.1.
& Fel.in c.1.col.15.in fi.verſ.tertio declara nu.22. de pro-
bat.& Ang.in l.eos,in fi. C.de vſur.& de ſalario non pro-
miſſo famulo,Federic.de Sen.conſ.218. & ſi promiſi decẽ
Sacerdoti cũ ero diaconus,& deinde nolo effici Sacerdos,
an debeatur ſalarium,Bar.in l.1.§.diuus,col.2.verſ. ſi vero
debetur ex contractu,ff.de var. & extraordi. cogni. & ibi
8 Bald.& ſi mittetur ad abſentem, vt reſpondeat libello, vel
deponat,fiet,& mittatur expenſis abſentis, Pau.de Caſt.in
l.ſi actor,ff.de procur.Panor.in c.dilectus,col.2. de procu.
niſi habuerit ſpeciale mandatũ procuratorium,Fel.in cap.
paſtoralis, col.2.de iudic.Maz.deciſ.177. & quod ſamulo
ægroto teneatur dominus facere modicam expenſam, &
non magnam, Bart.in l.ſi cũ dotem.§.ſin autem,in fi.ff.ſol.
matr. & de famulo ægroto offerente operas ſuas ceſſante
infirmitate,Pau.de Caſt.in l.ſi vno,§.item cum quidã,verſ.
vltimo, gl.ff.loca. Felyn.in c.ex reſcripto,in fi. de iureiur.
& quod famulo infirmo nõ debeatur ſalarium, Alex.in alleg.
§.ſin autem. col.2.ſol.matr. & ſi feci expenſas, quando ſit
mihi licita retentio rei ratione expenſarum iure factarum,
Iaſ.in l.ſi non ſortem,§.ſi centum,in fi,ff.de cond.indeb.&
an ſalarium pro rata temporis debeatur, Bald.in l.ædem,
col.3.verſ.ſed pone,C.locati, & Bart in l.ſi vno,§.itẽ cum
quidam,ff.eo. & pro debitore carcerato,ſi nõ habet vnde,
vide conſtit.Reg.humanitate,ante fin.fol.mihi 32. & ſi per
9 totam diem operam nõ præſtitit, locans operas,quid fien-
dum,Bald.in l.qui operas,ff.locati. & qualiter intelligatur
dies in locantibus operas,Philip.Dec.in c.conſuluit,col.4.
in princ.de off.deleg.& vnde dicatur dies, Fel.in c.perfo-
diens,col.2.in princ.de homic.& refectio ferramentorum
fiet expenſis fabri,glo.in verb.ſumptus,in l.quoniam,C.de
teſtib. & quid interſit inter expenſas, damna, & intereſſe,
Socin.conſ 4.nu.14.vol.4. & qualiter fructus intelligantur
deductis expenſis, Fel.in c.ad noſtrã.1.& 2.col.de iureiur.
& in c.ad aures.col.10.verſ.duodecima cõcluſio,de reſcr.
tract.de peſte, Io.Franc.fol.125.verſ.ſed quia,ibi, ſecundo
intel-

Digitized by Google

10 intelligi.& ꝙ nomen debitoris intelligatur tantũ quantum ex eo conſe qui poterit,deductis expenſis, Bart.in l.1.in fi. de impenſ.in reb.dot. vbi tex. quæ dicatur expenſæ voluntariæ, neceſſariæ, & vtiles, & ſi pro expenſis, & inte reſſe promiſi ſtare iuraměto creditoris,an poſſim reuoca re ante declarationě faciendam à creditore, Iaſ.in l.ſi ab arbitro, col.2.ff.qui ſatiſd.cog.Et iſta dicta ex varijs lectionibus,& lucubrationibus ſic conglutinata ſæpiſſimè inſeruient, nec inuenies alibi reducta,omnibus etiã moderniſſimis perquiſitis,à quorũ nullo me habuiſſe vnquam reperies, & quãdo ipſorum laboribus vtor, eos allegare non erubeſco, ne ſim par furi,laudě alienã tacendo,vt dixit Bal.in prælud.feud. ante fin.& experientia docet,& intelligas Rit.ſic generaliter,prout loquitur,tam de expenſis ratione cõtumaciæ,quã ratione victoriæ, quem ita intelligit Iaſ. in alleg.auth.ſed hodie,verſ.nunquid autě,C.de iud.& vide deciſ.Rot.403.

11 in no.incip.fuit dubitatum vtrum. & quod in taxatione expenſarũ, taxantur etiam expenſæ pro aduocato,& procuratore,& quot eſſe debeant pro aduocato, & procuratore in Vrbe,vide deciſ.Bellam,437.incip. ſuper. Alb.Oli.

2 AN. Ad videndum taxari expenſas. Huius Rit.vniuerſam materiã expenſarũ rectè dilucidari poſſe nõ arbitror,

12 niſi diſtinguatur,ꝙ aut victus nõ fuit ipſa ſententia diffinitiua condẽnatus in expenſis,& victor inſtetit illũ fore condemnandum,earumq; fieri taxationem,aut etiã in expenſis damnatus fuit per ipſam diffinitiuã ſententiã,& eas taxari petitur.Primo quidě caſu tractari de expenſis,earũq; repetitione non amplius poſſe exiſtimo,iuxta l.terminato,C.de fruct.& lit.expen.& Bald.in l.ſancimus,nu.18.C.de iudic.

13 quod tamen verum coram eodem iudice, per Bal.in l.fin. nu.1.verſ.oppono,C.quan.prouoc.non eſt neceſ.corã alio enim, & ſuperiore haud quaquam ille prohibetur eas petere,& petitas proſequi, ex Innoc.in c.ſæpe, poſt nu.1.de appell.idq; tum per appellationě à victo interpoſitam,cui ipſe appellatus poteſt inhærere, tum per propriam, ſi ille non curet appellare, vt cõcludit Rot.deciſ.353.ſi auditor, alias 47.de appell.in nouis, eas præterea petere victori licet coram ipſo ſuperiori iudice, cũ deſerta eſt appellatio, dummodo corã eodem cœpta fuerit cauſa,per c.ex parte, de reſcript. & notabiliter tradit Cornel. Brederod. in ſuo amplo tract.appell.par.2.tit.40.verſ.deſerta appellatione, inibi reſpõdens omnibus rationibus, quæ poſſent aliquatenus

14 aduerſari.Quod autem controuertitur à Doctoribus, requiratur ne noua citatio in condemnatione expenſarum non refragatur concluſioni iam conſtitutæ in primo caſu. Siquidem procedit cũ reus citatus pro negotio principali, nec comparuit, & in eius contumaciam proceditur, poſſit etiã in expenſis tunc damnari tãm in ſententia diffinitiua, quã antea in multis caſibus,iuxta terminos Doctorũ, quos refert Maran.in ſuo ſpec.par.6. verſ.& demũ fertur ſententia,nu.36.& 38.& ipſe dico inferius Rit.18.& Cara.ſuper Rit.Mag.Cur.298.& illo quidě caſu aliqui credũt veriorě ſententiam negatiuã,ne ſit neceſſaria noua citatio in expẽſarum condemnatione propter contumaciam, vt Bal.cẽſet in l.ſancimus,nu.17.ibiq; Cyn.quæſt.13. C.de iudic. & alij plures,adeo quod illa communis reputatur,vt inquit Dec. in c.de quo vult Deo,prima lect.num.198. de iud.ſed alij opinantur,veriorě eſſe affirmatiuam,vt Iaſ.in ead.l.nu.10. & Dec.in alleg.cap.num.200.verſ.poſtremo,cuius reſolutionis ea eſt ratio,quia contingere poteſt,quod nõ comparuerit iuſto detentus impedimento, ob quod in expenſis, quia nõ eſſet con lẽnandus,ideoq; citandus. Quando verò (& ſequitur ſecundus caſus)fuit etiam per diffinitiuã condemnatus in expenſis, nõ dubium quin valeat coram eodě Iudicě Victor proſequi illarũ liquidationem, nedum ſi in ipſa diffinitiua iudex ſibi reſeruauit earum taxationem, ac etiam ſi nõ reſeruauit,tametſi cõmunis practica ſit, vt etiã ſibi inibi retineat, ex Bar.in l.terminato,nu.2. C.de fruct.

15 & lit.expen. Sed ſi Iudex in diffinitiua reſeruaſſet ſibi expenſarũ condemnationem, aut parti petitionem earum in futurum, exiſtimant aliqui non propterea licere amplius eidem iudici in expenſis condemnare: quibus præeminent Cyn.in ead.l.terminato, verſ.breuiter,& Innoc.in c.finem litibus,de dol.& contum. gl.tamen inibi,& Bar.nu.1.aſſeuerant contrarium, eorũq; reſolutioni concinunt illiuſmet tex.verba,ipſaq; animo meo ſedet ex rationibus per eundě Bar.adductis.In Regno tamen prohibetur in ſententijs expenſarũ condemnationem reſeruari ex prag.24.ſeu prima, ſub rub.de expen.incip.Temeritatě litigãtium,quæ aſtipulatur cõcordanti Ritui Magnæ Curiæ Vicariæ exordienti, Item ꝙ Iudices Magnæ Curiæ, quem ad hoc allegat Foll. in conſt.præſenti,nu.19.ſub rub.de iuſt.& iur. quotieſcunque autem expenſarũ taxatio fieri poteſt, neceſſariò in ea requiritur noua citatio ex diſpoſitione huius Rit. qui profectò à iuris diſpoſitione abhorrere nõ videtur,per ea,quę ſcribit Dec.in adducto num.200. & Bald.in d.l.terminato, nu.7. Nicol.Ant.Grau. in addit.ad pract.Veſtr.lib.8. c.fin. nu.35.Maran.in ſuo ſpec.verſ.& poſt omnia aduerte circa execut.poſt nu.21.verſ.& quid in taxatione, & Brederod. in tract.appell. 2.par.tit.40. verſic.item an in taxatione, & huius citationis tenorem poſuit Veſtr. relato verſ.his peractis, fideiuſſori verò de iudicato ſoluendo non erit hæc

16 citatio notificanda,cum taxantur expenſę ex Bal.conſ.46. notandum eſt nu.3.vol.3. nec quidem ſine ratione id accidit,nam ſententia lata contra principalem afficit fideiuſſorem iudicatum ſolui,& cõtra eum exequutioni mandatur, quamuis non citatum,nec vocatũ ad tale iudicium,nec nouus requiritur proceſſus,ex l.1.vbi omnes,præſertim Bart. nu.2.ff.iud.ſolui.gloſ.pen.in l.fin.vbi Cyn.nu.3.C.de vſur. rei iud. Bal.in l.duobus,§.igitur ſi quis,ff.de iureiur.& l.1. nu.13.C.de conuenien.fiſci debit.lib.10. Fel.in c.quamuis, nu.15.in fi.de re iud.Alex.in l.ſæpe,nu.27.ff.alleg.tit.gl.in c.vnico,verſ.pergrauatur, de iniur.& damno dato, in 6. ac Dominus meus de Franch.deciſ.400. facta executione, nu.1.& 4. Qui Doctores conſtituunt etiã differentiã inter fideiuſſorem iudicij, & cõtractus, rationemq; diuerſitatis referũt,quod fideiuſſor iudicij fingitur vnà cum principali cõdemnatus,atque ideo aduerſus eũdem ſtatim executioni mandatur ſententia lata contra principalem,quod nõ fit cõtra fideiuſſorem contractus ex Bald.in adducto §.igitur ſi quis . alia ratio eſt Cyn.in alleg.l.fin. & Bart.in d.l.1. ne res diutius protrahatur,& in infinitum abeat: ac tertia Fel. in d.c.quamuis, quod iudicium non agitur cũ fideiuſſore, & quibus per indirectũ fit præiudicium ratione cauſæ nõ ſunt citandi, niſi poſtquã comparuerunt,& contradixerũt.

17 Ad taxationem verò expenſarũ vt redeam, arbitror non eſſe obliuioni tradendum, quod taxationě in ſententia reſeruatam,poteſt facere,& liquidare etiam iudex à quo, & pendente appellatione,quod tueri nititur, Inno.in c.ſæpe, poſt num.1.de appell.Gui.Pap.ſing.349. appellatio nõ impedit, addit.ad repert.Milis, in verb.appellatio manifeſtè friuola,Rebuff.in l.quod iuſſit,nu.155.ff.de re iud.Hipp.in l.patre,nu.73.ff.de quæſt.Rot.deciſ.13.ſi iudex,ſeu prima, nu.4.vt lite pend.in nou.& deciſ.90 nota,quod vbi iudex, ſeu 25.de re iud.in antiq. Cappel.Thol.dec.466.an iudex, Caualcan.deciſ.fiuiz.15.num.25.Lapus alleg.82.in cauſa, nu.7.Franciſcus de Amicis conſ.55.in cauſa,num.12.Anna ſing.31.Fel.conſ.13.tertius caſus,nu.2. Pet.Duena reg.42. num.18. Manfred.lib.2. concluſ.ſuper attent. concl.73. & concl.119.atque alij,quos cõgerit Lancell.de atten par.2. c.12.limit.11.tametſi ipſe videatur ab hac reſolutione proſilire,& potius in cõtrariam partem propendere, attamen primam omnino verã exiſtimo, eo quod minimè cenſetur aliquid innouare iudex ille, ſed potius declarare pronunciatum, vt ipſe Lapus,Fely.& Duen.affirmant: non tamen nego quin aliquæ reſtrictiones huic reſolutioni congruãt, & ſint tradendę;ac primum illam concluſionẽ comprobat vſus Rotæ,niſi præfatus iudex, à quo fuit appellatũ,dederit apoſtolos reuerentiales,quia tunc nec taxationě antedictam,neue aliã debet facere innouationem,iuxta d.c.636. ſi Dominus Auditor,ſeu 43.de ſent.& re iudic.in antiq. & iſtud donec cauſa fuerit finita per tres inſtãtias, atq; antea, ſi hæc taxatio fieret,reuocaretur profectò per modũ attentatorum,ex deciſ.831. Dic,ꝙ ſi feratur,ſiue 46.de ſent.& re

Digitized by Google

re iud.in antiq.Præterea limitatur quoties per iudicem appellationis fuiſſet inhibitum iudici à quo nō ſolum ne innouet,ſed amplius ne in cauſa ſe intromittat, per Caraui.ſuper Rit.298.Item ſeruat ipſa Curia,poſt nu.24.quē ſequitur Lancell.adducta limit.poſt nu.7. ac demū reſtringitur, vt licet poſſit ille hanc taxationē facere,non tamen poſtea valeat procedere ad illarū executionem , vt concludit vir ille eximij ingenij Scipio Rouitus nuper prag. temeritatem litigantium, quæ eſt prima ſub rubr.de expenſ.num.6.

18 Quinimmo licet ex iuris diſpoſitione poſſit iudex appellationis cōdemnare tam in expenſis corā ipſo factis, quàm in alijs præcedentibus inſtātijs,vt concludunt in cap. ſæpe de appell.Innoc.poſt nu.1.Abb.nu.23.& Dec.nu.33.atque alijs præteritis, ſcripſit Pet. de Anchar. in c.fin. poſt nu 2. verſ.aduerto tamen de appell.in 6.& Affl. in conſt. Regni, diuorum, poſt nu.3.rubr.42.lib.2.adeo quòd ſi ſimpliciter ipſum victū ad expenſas condemnauit,intelligatur nō tantum damnaſſe in factis coram ipſo,verum etiam coram iudice à quo,vt tuetur Dec.in c.reprehenſibilis, num.22. de appell. Fel.in c. ſignificauerunt nu.7. de except. & affatim Menoch.in tract.præſumpt.lib.2. præſumpt.88. nihilominus Rota taxationem iſtā fieri non permittit in ſuo Tribunali,niſi earum,quas victor in cauſa corā eo vertente fecit, præterquam ſi per commiſsionē daretur poteſtas, prout fit quotidie iuxta deciſ.735.nota,quod quādo,ſeu 44. de ſent. & re iud.in antiq.quæ poteſtas ſubtractis ſolet cōcipi verbis, Omnes,& ſingulas expenſas taxet, & moderetur,quæ refert Veſtr.in adducto §.fin.verſ.generalis vero,& in Regno Neapolitano extat memorabilis diſpoſitio in hac re , vt qui in principali cauſa nihil probauit, & ſuccubuit , atque expenſarū condemnatus ad remedium appellationis nullatenus admittatur,niſi prius expenſas legitimè taxatas re ipſa ſoluerit, præſtita tamen idonea cautione per aduerſariū de ijs reſtituendis,cùm per iudicem appellationis iudicatum fuerit eas reſtitui debere , niſi in prōptu ipſe appellās docuerit ſe impeditum in probationibus faciendis, vt eſt prag.2.incipiēs,Qui in cauſa,ſub rubr. de expenſ.vbi Comment.nu.1.ſubiungit , tunc non eſſe admittendum ad appellandum,ſi altera pars oppoſuerit,& petierit illū non admitti ad tale remediū,niſi refectis expenſis, per Bart.in l.1.§.1.ff.ad Trebell.Condemnari autem per Rotā paſſim ſolet quiuis victus victori iuxta deciſ. Caſſad.13. nu.2. de reſcript.eſtque diſpoſitio iuris in l.properandū,§.ſin autem alterutra,C.de iud.dummodo temere litigauerit,l.eum quē temere,ff.de iud.& Rolan. à Valle conſ.41. habita num.2.

19 vol.3. quæ quidem lex videtur excuſare ab iſta condēnatione, vbicunque victus iuſtam habuiſſet litigandi cauſam, & cōcinit tex.in l.qui ſolidum,§.etiam,ff.de leg.2. & c.1. in fi.de elect.in 6.ac late Tiraquell.de retract.cōuent.§.1. gl.2.nu.58. Sed quādo cenſeatur aliquis habere iuſtā cauſam litigādi ſcribunt Soc.regula 30.lit.E.Dyn.in regu.cum quis, de reg.iur.in 6.Lanfranc. in c. quoniam contra, verſ. expenſæ de probat. Dec.in regula , qui in alterius à nu.7. ff.de reg.iur. Iaſ.in l.properandum , §.ſin autem alterutra nu.8.de iud.atque ex his, & aliorum grauiſſimorū Doctorum ſcriptis congeſſit decem cauſas Menoch. tract. de arbitrar. iudic.lib.2. caſu 277. ac præcipua ab omnibus illa commendatur cauſa quoties ſuccumbens habuit opinionē alicuius Doctoris pro eo ſentientis, quorum ſecutus ſentētiam ita pluries iudicauit Senatus Luſitan. teſte Ant. Gama deciſ.38.Franciſcus Fernandez nu.3.ſed Romana Curia,& præſertim Rota huiuſmodi excuſationem prouenientē ex iuſta cauſa nunquā conſueuit admittere , niſi in vnico tantummodo caſu,ſi ſuccumbens alterā prius reportaſſet ſentētiam ad ſui fauorē, vt atteſtatur Veſtr. in praxi lib.8.c.2. verſ.fin.quod ex illius vſu neque ſemper procedit,at cū ex nouiter tantum deductis reuocaretur , non autem ſi ex eiſdem actis,vt idem Veſtr.illic ſubijcit, & extat Rotæ deciſ. 251.licet ſentētia,ſeu 10.de dolo,& contum.in nou.& alia Caputaq. 340. ſeu prima expenſæ, par.1.& ſuccurrunt notata per Mattheſi.ſing.81.nota regulam , cum vero alicubi per ſtatutum præciperetur, vt victus cōdemnaretur victori in expenſis,tunc non excuſaretur litigans ex iuſta cauſa , vt affirmat Ang.in auth.de exhib.reis,in princ. Hippol.de Marſil.ſingul.207.victus victori,conſ.37.viſo tenore nu.9. conſ.44.quoniam nu.27.idem in l.patre nu.19.22.& 27.ff. de quæſt.in rubr.de fideiuſſ. nu.32. in praxi crimin. §. opportune nu.43. Franc.Cremon.ſing.121. habens iuſtā cauſam,& Alex.conſ.183.viſo puncto nu.9.vol.5.idque ea ratione,vt dicatur aliquid addidiſſe vltra diſpoſitionem iuris communis. Et propterea cùm in Regno extet conſtitutio Diuorum Principum,mandans victum victori condemnādum,nemo quidem poterit ab illarum ſolutione excuſari, etiam ob iuſtam cauſam ad litigandum ductus, vt ſuper illa conſt.affirmat Affl.poſt nu.2.tametſi addat,id male ſeruari in Regno , Concilio ſemper abſoluente victū litigantem ex iuſta cauſa ; quare adiungit illam conſtitutionem omnes iudices ligare pręter ipſum Regem, eiuſuè Cōſiliū. Sed hodie clarum eſt,quod ſemper,& ab omni iudice venit in hoc Regno abſoluendus ab expēſis,qui ex iuſta cauſa litem proſecutus eſt,per prag.temeritatem litigantium ; cuius ſupra memini , & eius vigore eſt introductum, vt in principio litis ad petitionē conuenti teneatur actor præſtare cautionē de reficiendis expenſis in caſu ſuccumbentiæ,vt ſuper ea annotauit Scipio Rouitus,ad quā præterea ſatiſdationē expenſarum tenetur etiam clericus cum actor eſt in foro laicali iuxta deciſ.4.Minad.quidam clericus.

Hæc autem condemnatio non ſolum debet cōtinere expenſas iudiciales iuxta l.properandū,§ ſin autē, C.de iud. ſed alias factas in viaticis per l.eum quem ff.alleg.tit.iudi-
20 ciales autem complectuntur etiam ſalaria Aduocatorum, Procuratorū,Sollicitatorū, teſte Veſtrio in ſua praxi, lib.8. §.2.circa fin.& deciſ.Bellam.437.ſuper interlocutoria , id tamen niſi ipſemet victor in hac ſua cauſa patrociniū ſibi ipſi præſtitiſſet, vt eſt dec.Rotæ 533.an ducens, ſeu 47. de ſent. & re iud. in antiq. aut niſi præfati gratuito propter amicitiā inſeruierint,præterquam quod ſi animo remunerandi ſalarium eidem remiſerint,iuxta aliā Rotæ dec.534. Sed quid ſi habuit,ſiue 38.& 48.de ſent.& re iud.in antiq. & ambos præfatos caſus ita determinauerat antea eadem Rota teſte Biſigneto dec.5. de procurat. ac deinde Ioſeph Ludouic.dec.Peruſina 101. Sed in tribunali Auditoris Ca-
21 meræ nunquam potui cōſequi expenſas pro aduocatis, & procuratoribus factas . Appellari autem à ſententia taxationis expenſarum non prohibetur,dummodo ab ipſius taxationis exceſſu appellatio interponatur, ex Inno.in c.fin. nu.4.ver.taxatione,quodmet cauſ.Lanfranc.in c.quoniam contra verſ.expenſæ de probat.& cōcludit Magon.in dec. Rot.Lucenſ.16.nu.11. cum ſeq. eas tamen debet iudex taxare expenſas,quæ factæ ſunt iuxta conſuetum modum ex Bar.in l.properandū,§.& ſiquidem nu.7. C. de iud. ac diſtinctius loquendo,concludo in hac taxatione expenſarum venire nedum expenſas neceſſarias, ſed vtiles, non tamen ſuperfluas,habito reſpectu ad qualitatem cauſæ, & perſonarum,& conſuetudinem fori,ob idque ſi pars oneraret ſe multis aduocatis, ipſoſque maxima cum impenſa adduceret, nō vtique illarum vlla haberetur ratio in liquidatione, vt reſoluit Ioan.Faber in ſuo Breuiario, C.de iud.nu.15.& melius in §.hæc autē nu 3.inſtit.de pœn.temer.litig. Quæ autē ſint impenſæ neceſſariæ,quæ vtiles, quæq; volūtariæ, tradunt omnes in l.1.ff.de impenſ.in reb. dotal. facien. & l.cum certum , C. de rei vend. ac Rolan. à Valle conſ.28. quoniam nu.8.vol.1.inibi ſubiungens, quæ illarū ſint reſtituendę,& aliqua Rebuff.conſ.149.Sereniſſimus nu.3.cæterum,qui alia hic non delibata voluerit non ignorare in hac materia expenſarum,præſertim iudicialium, adeat Couar. in tract.pract.quęſt.c.27.& Luc.de Pen.in l.1.C.de ſump. recuperan. lib.10. ſed facere non valui quin primoribus ſaltem labijs deguſtarem , extremiſque digitis attingerem aliqua ad expenſas victus , atque diurnarios ſumptus ſpectantia, cum & illa omnibus ſanè apprime ſint pernecceſſaria,& propterea cunctos populos admoneo,& conſulo,vt illas ex redditibus quiſque metiatur, ſicuti & Imperator admonet in §.1.in fi.verſ.ſed ex ijs in auth. vt determin.ſit

Digitized by Google

num.cleric. vbi gl. notabiliter ſubnectit pauperē fieri non poſſe,qui hoc dictum amplexetur,inde recte conſuluit Vlpian.in l.ius alimentorum,ff.vbi pupill.educ.debeat,ne iudex alimēta pupillis ita decernat,quæ vniuerſum redditum patrimonij abſorbeant,ſed tā moderatè,vt ſemper aliquid in fine anni ſuperſit. Quod ſi Parthenopeæ vrbis Proceres, atque habitatores omnes penſitarent,ſæpe, quæ rimarentur,non vtique expenſarum quantitas ad tam multam immēſitatem aucta eſſet,nec creditores iam vndique eos vrgerent,aut vſurę,ac nouiſſima inopia ſuperueniens emerſa eſſet tanta,vt neque creditores inueniantur,propter incredulitatem eandem,nō etenim aduertunt,quam facile periclitetur etiam magnitudo ſubſtantiæ tranſcendens cum non menſura rei,ſed propria animi magnificentia fiunt impēſæ, cui profecto conſilio ſi pauliſper Neapolitani incūberent, omnium ſanè locorum ciuibus ditiores eſſent, eiſque bonorum aceruus influeret in domum,ſine fraude,nemini patrata iniuria,& quamuis illud verè dictum extet,vt ſtulta, ſtultùs loquatur, nō tamen hoc meū ſalubre conſilium paruipendant,quippe ſæpe etiam eſt holitor opportuna locutus,quem verſiculum olim prouerbio fuiſſe celebratum refert Gellius lib. 2. noct.act. c.6. quo quidem admonemur non eſſe faſtidiēdam ſalutarem ſententiam,propter auctoris humilitatem, nam fieri nonnunquam cernimus, vt aliquis infimæ ſortis, ac notatæ vir, aut minime doctus dicat aliquid haud quaquam aſpernendum etiam ſummis viris. Abb.Io.Hier.Camp.

a Intellige de ijs,quæ fiunt in litigijs. Ex hoc verſu vſque ad finem digreditur Commētator ad extraneas materias, in quibus ipſe poſſem quamplura notatu digna, nec inutiliter adiūgere,ſed ea præterire cogor, quia tempus vnius mēſis mihi aſſignatum in recollectione harum annotationū non patitur,vt in eis diutius immorer,nec typographus permittit me tam longioribus verſibus vti, non enim vult, vt iſthæc mea ſcripta excedant, impleantque plura, quàm decem folia. Abb.Io.Hier.Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Ratio iſtius Ritus,vt ſcilicet,quod requiratur citatio partis condemnatæ ad videndum expēſas taxari, deſumitur, quia agitur de ipſius partis præiudicio, quo caſu vtique ſemper requiritur citatio,ad tex.& quod ibi notatur in l.de vnoquoque,ff.de re iud.quod procedit etiam ſi præiudiciū eſſet minus graue,vt exempli gratia in prolatione ſentētiæ ab obſeruatione iudicij, Rom.ſing.403.late alios referens, Gabr.concl.1.num.79.de citationibus.Secus quando eſſet actus,qui nullum præiudicium afferret,cum inde damnum aliquod quis non patitur, tunc non eſt neceſſaria citatio, Inno.in c.humilis,de maior.& obed. Marſil.ſing.30. Port. alios referens concl.43.verſ.17.lib.1. Balb.deciſ.258.

RITVS V.

ITem ſi clericus citatur in Curia ſęculari,ſi ſua intereſſe putauerit,& comparens,alleget ſua intereſſe, & petat ſe remitti ad proprium iudicē, ſolet remitti, & ipſa Curia, ſcilicet Archiepiſco-
a palis cognoſcit: *a* ſed ſi in Magna Curia Vicariæ reconueniatur clericus, non audietur in conuētione, niſi ſe defendat in reconuentione, iuxta ritum ipſorum.

SVMMARIVM.

1 *Ordo confertur per tonſuram clericalem.*
2 *Sacerdotes vtrum veniant appellatione vniuerſitatis.*
3 *Comparens pro ſuo intereſſe, quid docere habeat.*
4 *Clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe, non arctat citatum ad comparendum.*
5 *Citatus cum clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe, dicitur reus voluntarius.*
6 *Intereſſe in negotio qui dicatur habere.*
7 *Cautione præſtita de iudicio ſiſti,an cenſeatur prorogata iuriſdictio.*
8 *Laicus ſtatim debet remittere clericum, cui ei fuit exhibita fides de clericatu.*
9 *Remiſſio clerici eſt facienda cum actis.*
10 *Reconuentio contra clericum coram laico debet vlterius progredi,tametſi ille deſiſtat in conuentione. De totaq; hac reconuentionis materia remiſſiuè,num.11.*

ISte Ritus diuiditur in tres partes. Secunda ibi, & ipſa Curia. Tertia ibi,ſed ſi in Magna.& quælibet pars infrade per ſe clarè declarabitur,quamuis aliquantulum obſcurè loquatur.

¶ Si clericus. Appellatione clerici hic venit etiam Sacerdos, nam clericus proprie dicitur, qui in ſortē Domini vocatus eſt, & Domini partem habet,cum dicantur clerici à cleros græce,latine ſors. Iſid.in lib.7.ethym.c.12.fol.40.
1 & tranſumptiue habetur in c.cleros, 21.diſt. Et quod Pſalmiſtatus dicatur prima tonſura, & per illā clericalis ordo conferatur,& poſſit à Presbytero conferri, eſt tex. iuncta glo.in c.cum contingat,in fi.dē æta.& qual.& per talē primam tonſuram, ſeu pſalmiſtatum conſequitur immunitatē eccleſiaſticam, gl.in verſ.tonſuram,in c.nullus Epiſcopus, de temp.ord.lib.6. ſed largo ſumpto vocabulo veniūt omnes,in quacunque dignitate ſint poſiti. Panor.in rub.de vi. & hon.cler.in fi.in c.1.verſ.vltimo colligūt,de iur.calum. in c.humilis,vlt.col.de ma.& obed.& Fel.in proœ.decret. col.11.in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ, col.28.nu.43.de conſt. in cap.fin.col.1.de ſimo.& in c.tua nos,in princ.de iureiur. Bal.in l.ſi nondum,in princ. & ibi add.in lit.F, C.de fur.& ſer.cor.& in c.1.de mil.qui arm.bel.depo.Philip.Dec.cōſ. 275.nu.1. & Vinc.Hercula.in reſponſ.impreſſ.in fi.in lect. Infor.vbi plene,& an clerici veniant appellatione prouincialium,Lud.Ro.conſ.180.& ſing.ſuo 440.alias 441.incip. habeo caſum,& Fely.in cap.Eccleſia ſanctæ Mariæ,col.35.
2 nu.51.de conſtit. Et an appellatione vniuerſitatis veniant Sacerdotes,Oldr.cōſ.32. & an appellatione ciuium veniat officialis, & quod ſit caput ciuium, Bald.in l.obſeruare,§. proficiſci, q.8.ff.de off.proconſ. Pan.in c.1.not.1.de vit.& hon.cler. & Panor.in alleg.rub.de vi.& hon.cler.meminit noſter Tho.Gram.voto ſuo 33.nu.3.& ſeq.plura cumulās.

¶ Si ſua putauerit intereſſe. Comparēs pro ſuo intereſſe,
3 in primis habet ſummariè docere,ꝙ ſua interſit, Innoc.in c.veniens,lo 2.& ibi Felyn.col.5.verſ.quinta concluſio,de teſti. & per eundem in c.ex parte,col.2.nu.5. ibi in eadem gl.eod.tit.in c.cū ſemper,2.not.de off.deleg.in c.exhibita, in princ.de iud.in c.cum M. col.16.de conſt.in c.ſuper his, 8.col.ver.modo aduerte,de accuſat.& hoc ad effectum vt admittatur in ſua cōparitione, & petitione, vt remittatur, vt dixit Ang.in l.adoptio.ver.denuo videris,ff.de adoptio. quem refert,& ſequitur Fely.in c.cum ſuper, col.7. ver.& dicit,eleganter Ang.de re iudic. tamen quando eſt citatus clericus ſimpliciter,& ſpecialiter,fallit ſupradicta concluſio,quia omnis citatus audiendus eſt tanquā legitimus contradictor, gl.in c.exhibita,in ver.excommunicationem, de iud.quam alleg.Fel.in c.cum inter,col.8.poſt nu.11.de except.in c.præſentium,col.3.ante nu.8.de teſti.& abſque eo quod probetur intereſſe,debet admitti, quia per talem citationem videtur eius perſona approbata, & legitimata, Hipp.de Marſi.in l.qui ignorans, col.2.nu.7. ad l.Corn.de fal. fol.29.col.1. & iſta fall.ſimiliter limitatur, quando in citatione fuiſſet appoſita clauſula,ſi ſua putauerit intereſſe, prout loquitur iſte Rit. nam tūc debet docere,ſaltem ſummarie,de ſuo intereſſe, Hipp.vbi ſupra,Fel.in alleg.cap.cū inter,col.9.nu.12.verſ.limita ſecūdo,de excep.Ro.dec.53. in antiq.incip. nota, ꝙ vbi ſunt citati, & Doct.de intereſſe ſummarie petere remiſſionē, vt tradit Alex.in l.iſt prouinciali.§.ſi in publico,in fi.ff.de no.ope.nunc. faciunt nor.per Panor.

Digitized by Google

Panor. & poſt eum per Soc.in c.quoniam frequenter, §.in alijs,col.9.& 10. verſ.& faciunt hæc ad quæſtionem;vt lit. non conteſt. Alber.de Roſ.in l.non ſolum,§.quod vulgo,ff. de vſucap.& per And.de Iſern.in c.1.verſ.rei autem,in fi. de inueſt.de re.alie.fac. eſt tamen verum, quòd virtute di-
4 ctæ clauſulæ, ſi tua putaueris intereſſe, non arctatur citatus ad comparendum,& non comparens non erit contumax, vt concludunt Alex.& Fely.vbi ſupra,qui dixit, quòd cautela eſt,dicere in citatione, quòd ipſe putat ſua intereſſe, ſed falſò,& tunc arctatur,& non veniens,erit cōtumax,facit deciſ.Matth.de Affl.2. & quamuis ad comparendū non arctet,tamen inducit ſcientiam litis,& taliter citatū afficit quòd poſtea non poterit impedire ſententiæ exequutionē, Pau.de Caſt.in l.à diuo Pio,§.ſi ſuper rebus, col.2. nu.7.& ibi d.c.pro concordia,ff.de re iud.& in l.cum filius, col.1. in fi.ff.de verb.obl. quod dixit eſſe ſingulare, & quotidianū,& obtinuiſſe in facto contra Aduocatos male auiſatos, & cum difficultate obtinuiſſe,propter ignorantiam multorum,quibus fuerat cauſa commiſſa,qui dicebantur valētes, & nō erant,quam doctrinam Pau.de Caſt.allegat Philipp. Dec.conſ.348.col.vlt. verſ.venio ad ſecundum, de veritate cuius doctrinæ vide per Alex.in alleg.§. ſi ſuper rebus, col.5.poſt nu.14.& Docto.in c.quamuis,de re iud. & Philipph.Dec.conſ.272.num.3. vbi,quòd præiudicabit quoad præſumptionem,quæ habebit vim ſemiplenę probationis, & per Pet.de Anchar.conſ.21.in princ. incipien. pro ſolutione, quo vero ad illud an dicatur citatus ſi ſua putauerit intereſſe neceſſarius, vel voluntarius reus, dic prout not. Philipp.Dec.in alleg.c.cum inter,col.6. de except. videli-
5 cet,quod illa conditio reducitur ad voluntatē citati,& ſic in effectu citatus videtur, ſi voluerit comparere,& dato, quòd probet intereſſe,nihilominus vo untarius, & nō neceſſarius erit reus, quia conditio nō refertur ad veritatem intereſſe,ſed ad voluntatē citati,& ad illud,quod putauerit citatus,& videtur quædam requiſitio,quæ fieri poteſt etiā in caſu in quo non poteſt fieri citatio,alleg.not.per Innoc. Ant.de But.& Panor.in c.cū nobis,de elect.nec omitto diſtinctionem eiuſdem Philip.Dec. ibi,col.5.videlicet,quod quando plures certi,ſeu nominatim citantur, dicentur rei neceſſarij, aut generaliter per edictum citantur quicūque contradicere velint,iuxta c.fin.de elect.lib 6.& comparētes erunt voluntarij,prout etiam concludit Ioan.de Imol. poſt Innoc.in c.dilecti,col.2.nu.5.de except.& Iaſ. in l.de pupillo,§.ſeruo,col.2.ante fin.de noui oper.nuncia. repetētes cautelam Fely.vt dicatur,ſed falſò,&c. & iſta omnia ſigna pro intelligentia capitulorum Regni, ad regale faſtigium,fol.mihi 78.finis præcepti charitatis, fol. mihi 89. omnis prędatio eo.fol.charitatis effectus,fol.eod.pro quibus omnino vide Panor.in c.2.ar.2.col.vſque ad 4. de iur. cal.Bal.in l.fin.col.2.in princ.C.de edict. diui, & Philipp. Dec.conſ.220.in fi.& 241.& Fely.in c.Eccleſia Sanctę Mariæ,col.20.in fi.de conſtit. & ille dicetur habere intereſſe,
6 qui pro ſuo proprio nomine agere poteſt,vel excipere,l.1. §.ſed alius,ff.quan.appellan.ſit.Fely. in c. inſuper col.1. in fi.de teſt.& ibi,maxime in fi.de principali, & ſecundario, ſeu mediato,& immediato intereſſe, & de intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, poſt gl.in c. conqueſtus,de vſur.quod poſſit peti poſt,& non ante moram, Panorm.in conſ.38.incipien.illud de iure quæritur,& hoc etiā de iure canonico procedat plene per Fely.poſt Theologos in c.P. & G.de off.deleg.in princ. & quòd in ſolito negociare ratione lucri ceſſantis,intereſſe peti poſſit,ſecundum communem opin.plene per Philipp.Dec.conſ.441.dubio 2.& pēdēte ſolutione rei venditę,quod poſſit aliquid peti ratione intereſſe,per eundē conſ.312.nu.4.& conſ.119.dubio 2. & qualiter probetur intereſſe per eundē conſ.322.2.dubio.

¶ Et comparens alleget ſua intereſſe. Quod facere debet,ſaltem ad euitādum periculum exequutionis, de quo in proxima gl.dixi ſecundum opin.Pau.de Caſt.vel expenſarum condemnationem, quā facere poſſe iudicem ſæcularē affirmat Bellam.deci.Ro.226.incip.in cauſa mea, per c.exceptionē,de except. quam Dec.refert ibi Fel.in princ. quā per plura reprobat Philip.Dec.conſ.441.nu.2. & maxime ratione defectus iuriſdictionis, quia nullo modo etiā incidenter iudex laicus poterat eſſe iudex clerici,cuius cōſilij memor fuit noſter Tho.Gramm.voto ſuo 27.nu.4.& 5. plura cumulans, licet non faciat mentionem alleg. deciſ. Bellam.& quia fatetur Deci.in alleg.conſ. quod corā iudice eccleſiaſtico ſi laicus actor conſtito de clericatu deſtitit,poterit obtinere condemnationē expenſarū, tutius erit comparere iuxta ritum noſtrum,nam quiſque debet compare citatus,priuilegiū ſuum allegaturus,l.ſi quis ex alien. ff.de iud.not.in c.præterea,de dilat. in c. cum in iure peritus,de off.deleg.& Fely.in c.veniens, in fi. de accuſ. verſ. vltimo poſita,& ſupra verſ.in ea.gl.

¶ Ad proprium iudicem. Scilicet ſuum immediatum,cuius iuriſdictionem effugere,& in non ſuum conſentire,etiā ſi eccleſiaſticæ iuriſdictioni præſit, ſine iudicis voluntate
7 non poteſt,c.ſignificaſti, de foro compet. & an per cautionem de iudicio ſiſti cenſeatur iuriſdictionē prorogaſſe vide in deciſio.Maz.133.& ſi in dicta obligatione iurauit,an virtute iuramenti compellatur, Ant.de Butr. in c.1. col.16. fol.6.col.1.de iud.& ſi nō ſubditus prorogabit iuriſdictionem Epiſcopi, ab eius ſententia non appellabit, Alber.de Roſ.in l.epiſcopali,C.de epiſc.audien.& in foro conſcientię quis dicatur proprius iudex,vide in c.omnis vtriuſque, & ibi Panor.col.2.verſ.quæro quis de pœ.& remiſſ.& pro materia prorogationis vide cap. P.& G. de offic.deleg. & Philipp.Dec.conſ.394.nu.5.& ſeq.& quòd cenſeatur facta prorogatio ſecundum qualitatem iudicis, per eundē conſ. 25.col.3.& in fi.nam ſi à ſententia illius iudicis cuius prorogatur iuriſdictio non poteſt appellari, cenſetur facta prorogatio cum illa qualitate.

¶ Solet remitti. Facta ſummaria fide de tali quali intereſſe, prout dixi ſupra in gl. ſi ſua putauerit, vt concludit Fely.in c.cum ſuper,col.6.in fi.de re iud. affirmans ſufficere intereſſe apparenter,licet non exiſtenter,vbi alleg. Zabarel.dicentem ibi,deinde Innoc.ad hunc effectum eſſe ſignandum cētum manibus,quia per illud clauſit ora Aduocatorum tenentium oppoſitum,prout etiam dicimus quod
8 facta fide iudici ſæculari de clericatu, ſtatim debet remittere clericum,Feder.de Sen.conſilio 126.& 236.circa medium,verſ.ob quam cauſam, & probat tex. c.ſi iudex laicus,de ſent.excomm.lib 6.§.& ſi notorium,& ibi Scriben. & pro remiſſione ſemper vide Ioan.de Neuiza.in tract.ſiluæ nuptia.fol.13.& Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ incipien. item ſi aliquis clericus citatus, fol. mihi 101. col.1. quem Ritum in eo, quòd dicit, iudicē ſæcularem cognoſcere de clericatu,intellige prout dicit Bal.in l.ſi qua per calumniā col.2.C.de Epiſ.& cler. quod producetur inſtrumentū ſeu litera clericatus,vt ſic ſit excommunicatus ſi detinuerit eū, & in tali oſtenſione inſtrumenti non oportet aduerſarium citari, quia non ſit in modū probationis,ſed inſtructionis, vera enim probatio clericatus non poteſt fieri coram alio, quam Epiſcopo,& Andr.de Iſer.in tit.quę ſu.reg.ver.contrahentiū,col.2.in fi.fol.105. & no. & diligenter ſigna iſta verba Bal. nedum pro intellectu Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, ſed ad comprobationem iſtius gl. & maxime verba Bal.vbi ſupra in verſ.ſed ponamus,quòd eſt captus,vbi firmat,quòd præcedere debet ſummaria informatio ante remiſſionem,de qua etiam per Doct.in c.1.de off. or. in materia implorationis auxilij brachij ſecularis,& per Fely.in c.cum ſit,col.6.in princ.de foro compet. per Petr. de Anchar.conſ.382.incipien.retento ordine,col.pen. in 4.dub. per Thom.de Ferra.cau.53.per Alex.in l.Titia, col.4.verſ. vnum perpetuo nota.ff.ſol.matr.per Andr. de Iſer. in c.1. col.pen.in fi.de controuer.inter vaſſ.& ali.de benefic. fol. 76.& in conſtit.Regn.poſt machinam in princ.
9 ¶ Cognoſcit. Facta tamen remiſſione, etiam cum actis corā ſæculari iudice factis,vt per Bal.in l.eos, §.ſuper his, C. de appell. dicentem debere intelligi de actis factis antequā ſciret illum eſſe clericum, quia poſtea iudex ſi procederet,deberet puniri,nec tenebit ſtatutum quo iudex ſæcularis impetranti inhibitionem à iudice eccleſiaſtico, cui

Digitized by Google

cauſam remittit, præcipit, & ſtatuit terminũ infra quem ſe debeat expedire, Fely. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, col. 54. verſ. & adde, quòd de conſtitutionibus.

¶ Reconueniatur clericus. Circa iſtam reconuentionem varij varia dixerunt, & non immerito, ſi propter dubias, & varias opiniones Magna Curia Vicariæ fecit ritum, de quo fit mentio in iſto Ritu, qui Ritus Magnæ Curiæ incipit, itẽ quod clericus, fol. mihi 102. col. 2. & pro varietate iſtarum opin. illis relatis dixit Panor. in c. at ſi clerici, col. 7. de iud. attendendam eſſe conſuetudinẽ loci, quæ licet non valeat quãdo eſt oneroſa eccleſijs, tamen in iſto caſu propter dubium inter Doctores tenet, ita punctualiter decidit Philip. Dec. in alle. c. at ſi clerici, col. 15. in fi. ver. ex prædictis, qui etiam col. 13. dixit, quòd pro affirmatiua, videlicet, quòd valeat reconuentio in cauſa mere ciuili, eſt communis opi.
10 quã ipſe ſequitur, & fuit in Sacro Conſilio deciſum, quod ſi clericus in foro ſæculari egit, & fuit reconuentus, etiam quòd velit à conuentione deſiſtere, iudex ſæcularis procedet in reconuentione, prout atteſtatur do. Ma. de Affl. dec. 173. & reconuentionem non habere locum in cauſa appellationis firmat Rota deciſ. 61. inci no. quòd in cauſa, in antiq. quam opi. poſt longam diſcuſſionem defendit Maria. Soc. in c. 1. fall. 21. fol. 150. col. 1. 2. & 3. de mut. pet. & ibi pleniſſime pro materia, & maxime in 7. fall. in qua tenet, quòd ſi cauſa principalis eſt ſummaria, & recõuentio ordinaria, quòd nihilominus procedit reconuentio, fol. 145. per totũ, quod nota pro materia capitulorum Regni, in quibus ſummarie proceditur iuxta formam dictorum capitulorũ, quia ex nota. ibi apparet, quòd in illis habebit locum reconuentio, & erit maximi momenti, & tamen in Rota Romanæ Curiæ ſi impetraui commiſsionem, & obtinui reum citari, nõ poſſum recõueniri ſine noua cõmiſsione ex vſurpatione Rotæ, cum de iure aliter videtur dicendum, vt per Rotam deciſ. 598. ſi quis impetrat, in antiquis. Albericus Oliua.

a AN. Cognoſcit. Materia clerici in Curia ſeculari ſi ſua intereſſe putauerit, luculenter explico in meo diuerſ. iur. Canon. rubr. de priuil. cler. c. 2. verſ. conſuetudo vero, circa fin. Quod verò attinet ad ſecũdam partem huius Ritus de
11 mutua petitione, (quæ paſsim reconuentio appellatur) vtrum clericus reconueniri corã laico permittatur, quibuſve in cauſis, aut rebus concedantur, aut denegentur mutuæ petitiones, atque alia multa huc ſpectantia diſcutit, & cæteris copioſius Soc. in tract. de mut. pet. cap. ex literis poſt nu. 27. verſ. & ſi clericus, Dec. Barbat. & alij in c. at ſi clerici de iudic. atque ipſe plena manu declaro in adducto c. 2. verſ. in cauſa igitur reconuentionali, vniuerſum autem tractatum circa exemptionem clericorum à foro laicali plenè explico in eod. illo cap. cuius materiam agnoſco non poſſe hic paucis reſtringere verbis, ac propterea duxi ſatius eſſe omnia hoc in loco ſilentio inuoluere. Abb. Ioan. Hieron. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Ad materiam præſentis Rit. dum loquitur de citatione clerici facta à iudice ſeculari, cum clauſula, ſi ſua intereſſe putauerit, an ſupradicta citatio valeat, vidend. eſt Gramm. in deciſ. 70. & latiſſime tradita per Comment. c. Reg. & de forma qualiter ſit formandũ edictum, Affl. in deciſ. 2. & 24. Et an dicto modo emanáta dicatur arctatoria, vidend. eſt notabiliter Verall. in dec. 113. & idem Gramm. in dec. 78. & de modo qualiter fiat in Gallia, Guid. Papa in deciſ. 1. deciſ. 71. & 89 Franc. March. in deciſ. 190. volum. 1. & 215. volum. 2. & qualiter in Hiſpania, Aluar. Valaſc. in deciſ. 92. Mynſing. obſer. 7. cent. 2. & de obſeruantia aliorum Italiæ locorum v dend. Theſaur. iu dec. 32. & 117. Cacher. in deciſ. 116. Et an clericus ſupradicto modo citatus, teneatur comparere, videnda ſunt notata communiter in l. ſi quis aliena, ff. de iudic. & tradita per Mynſing. cent. 6. obſer. 66. Et an comparendo, ſit ſuo iudici remittendus, videndus eſt Capyc. in deciſ. 8. & Caputaq. citata deciſ. 113.

RITVS VI.

ITem denuncians, ſeu accuſans in Curiã Archiepiſcopali ſolet ſe obligare ad certam
a pœnam pecuniariam de probando. a

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio quid ſit.*
2 *Inſcriptio ad pœnam talionis quo iure ſit ſublata.*
3 *Carceratus quãdo ſit fideiuſſoribus relaxandus, et nu. 11.*
4 *Officialis regulariter non eſt ſuſpendendus ab executione officij, donec pendet inquiſitio ratione officij.*
5 *Diſpenſatio obtenta ab homicidio non præiudicat impetranti antea ſuum beneficium, vacans ob illud homicidium.*
6 *Denunciatio multiplex.*
7 *Inquiſitio quid ſit.*
8 *Clericus torqueri non poteſt, ſi infamatio abeſt.*
9 *Iudex eccleſiaſticus quando poſſit imponere pœnam pecuniariam.*
10 *Epiſcopus poteſt condemnare ad perpetuum carcerem, cum reſeruatione minuendi.*
12 *Criminoſus vtrum pendente iudicio intentato contra ipſum, valeat beneficia reſignare, impetrans beneficia alterius ob illius priuationem, vtrum illo interim decedente, præfata conſequatur beneficia, num. 13.*

HVic Ritui eſt conformis conſtitutio ſynodalis, nu. 55. cuius eſt initium, nec calumniantium.

¶ Denuncians, ſeu accuſans. Tribus modis procedi poſſe in Curia eccleſiaſtica declarat tex. in c. qualiter, & quãdo, lo ſecondo, §. ad corrigendos, de accuſ. videlicet, per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem. & accuſationẽ legitima præcedere debet inſcriptio, de qua in cap. tuæ, de procurat. denunciationem vero, charitatiua correctio, de qua in c. nouit, de iud. inquiſitionem autem, clamoſa inſi-
1 nuatio, de qua in c. Deus omnipotẽs, 2. q. 1. accuſatio enim eſt alicuius hominis apud iudicẽ competentẽ, inſcriptione interueniente, legitime facta delatio, in leg. aliud eſt accuſare, quam reum criminis aliquem per libellũ deferre, vel facere ad vindictam, vt per Hoſt. in ſumma, tit. de accuſat. in princ. quem allegat Angel. de malef. in verſ. necnon ad querelam, verſic. & ſubdit, hic ſubiungens, quod accuſans primo iurare debet, ꝙ non animo calumniandi reum accuſat, all. Bar. ita voluiſſe in l. is qui reus, verſ. ſed quæro quomodo eum, ſupra, ff. de publ. iud. & in l. 1. C. de iur. calum. ſecundo ſe ſubſcribere debet ad pęnam talionis, l. 3. C. qui
2 accuſ. non poſſ. & ibi Scriben. & licet de iure ciuili ex generali cõſuetudine inſcriptio ad pœnã talionis ſit ſublata, vt eſt gloſ. magiſtra in l. 2. C. de fi. inſtr. prout firmat Alber. de Roſ. in l. fin. C. de accuſ. quem refert Matth. de Afflict. in conſt. reg. peſſimam, col. 3. not. 8 nu. 9. fol. 73. col. 2. li. 1. & per Ang. in alleg. tract. & verſ. ibi, ſecũdo requiritur, & ibi per Aug. tamen de iure canonico ſeruatur, de quo dic, vt in Rit. 8. infra, eod. per tex. alleg. C. qualiter, & quando, lo 2. cap. quiſquis 2. q. 8. c. licet Heli. de ſimo. confirmat Ang. in alleg. tract. de malef. in eod. verſ. necnon ad querelã, verſ. de iure canonico vidi, & licet ad petitionem non legitimi accuſatoris reus ad iudicium non ſit trahendus, cum de legitimatione perſonæ ſit prius quærendũ, c. 1. & ibi Fely. in princ. de accuſ. tamen ſi per partem, nec per iudicem non legitimus accuſator non fuerit repulſus, tenebit quod actũ eſt, non obſtante, quod iudex ex officio debuit repellere, quia non ſequitur, ergo non valet, quod actũ eſt, gl. in verſ. criminalis, ante fin. c. 1. de iud. lib. 6. Io. de Ana. in all. cap. 1. 2. not. ver. quid autẽ ſi inhabilis, de acc. dec. Ro. 151. & 485. in no. quod fateor verum, donec fuerit oppoſitũ de inhabilitate, quia poſt oppoſitionẽ non tenebit, quod actum erit, Fel. in c. meminimus, col. pen. verſ. vltima cõcluſio, de accu. & ibi alleg. Bald. in l. ita demum, col. 1. in fi. C. de procur. dicen-

Digitized by Google

dicentem, hanc eſſe cõmunem opinionem, quos refert, &
ſequitur Philipp.Dec.conſ.469 in fi. incip.viſa inquiſitione
formata, vbi dixit, hanc eſſe cõmunem,& veriorem opin.
& alleg.Rom.conſ.215.incip.duo ſunt. & firmat hoc vlti-
mum dictum,pro quo eſt tex. c.pia,de except.lib.6. Et ita
iudicaui in cauſa mihi commiſſa à Reuerendiſs. D. Ioanne
Yuarta,Epiſcopo Sanctæ Agathę Gothorum,& quòd accu
ſare volens,tria facere debeat, videlicet,libellum offerre,
ſe expreſſe ad pœnã talionis obligare, & fideiuſſorem de
lite proſequẽda dare,probatur in l.qui crimen,C.qui acc.
non poſſ. ſequitur Io.de Ana.in rub.de accuſ.in fi.no tamẽ
debet citari reus accuſatus, niſi primo accuſans legitima-
uerit perſonam ſuam: & licet hoc ſit de iure, per l.2.C.de
exhi.& intro.re. tamen attẽdi debere ſtylum Curiæ voluit
D.Ant.de Butr.in alleg.c.1.de accuſ.quẽ refert,& ſequitur
Io.de An.ibi, 3.not. fortius dixit Panor.in c.licet,1.not.de
accuſ. & ibi Felyn. quòd de conſuetudine Romanæ Curiæ
illa l.ſecunda nõ ſeruatur,& quod non ſeruetur de conſue-
tudine, Spec.in tit.de accuſ.§.1.col.2.verſ.his igitur conſi-
3 deratis. Et ſi citatus venerit, & propter cõmiſſos exceſſus
incluſus fuerit in carceribus pœna debita caſtigandus, &
de parendo iuri fideiuſſoriam dederit cautionem,relaxari
debet,niſi exceſſus, vel alia cauſa rationalis eũ ſuaſerit de-
tinendum,hic eſt tex.in c.ſi clericos,de ſent.excomm. pro
cuius tex.intelligentia,& practica diſtingue, quòd aut pro
crimine pro quo eſt carceratus eſt pœna certa, & deter-
minata,aut eſt arbitraria,primo caſu ſubdiſtingue,aut pœ-
na determinata eſt corporalis, & tunc non eſt relaxandus
fideiuſſoribus, quia non eſt in poteſtate eorum iudicatum
ſolui,quia exequutio eſt fienda in perſona: aut venit impo
nẽda pœna pecuniaria certa,& tunc accuſatus fatetur cri-
men, & eſt ſtatim condemnandus, & non dimittendus, l.ſi
confeſſus,ff.de cuſt.reo.lib.2.C.eod.tit.aut non confitetur,
ſed denegat,& tunc fideiuſſoribus relaxabitur,qui debent
promittere de præſentando,& iudicatũ ſolui,l.1.ff.de cuſt.
reo. & tenebũtur fideiuſſores illum præſentare vbicunque
perſona eius erit neceſſaria, ſi iudex vellet ipſum interro-
gare, vel torquere. Et pro practica iſtius præſentationis
nota,ꝙ ſi promiſi reum præſentare iudici, per primã præ-
ſentationẽ ero liberatus,gl.in verſ.exhibuerit, in l.duobus,
§.1.ff.de iureiur.Fel.in c.fin.col.2.in fi.de treg.& pac. & ſi
fuit additum,toties quoties, per binas præſentationes libe-
rabor,Ang.in l.ſi finita,in princ.& ibi Alex.de dam.infect.
Matth.de Afſl.dec.46.in fi. vbi plurimæ remiſſiones, Alex.
in l.ſi vero,poſt princ.in add.in lit.C,ff.qui ſatiſd.cog.Lud.
Rom.conſ.137.& ſi non fuerit dictum. & quandocunque
tenetur vſque ad ſententiam tantum,Franc.Cre.ſing.11. &
ſi infra octo dies promiſi præſentare, & non fuerit additũ,
abſque aliqua requiſitione,non tenetur præſentare,niſi re-
quiſitus,Philip.Dec.conſ.2.vol.2.& 405.col.2.Iaſ.in l.vni-
uerſa,nu.6 de prec.Imp.offe.& ſi Curia ſemel reum cepit,
& carcerauit,& aufugit,an ſim liberatus, Ma.deciſ.130.&
non præſentans, tenetur ad pœnam fiſco, & parti ad in-
tereſſe,per eundẽ deciſ.234.Secundo vero caſu principali
quando pœna eſt arbitraria debet cõſiderari qualitas cri-
minis, & conſuetudo iudicis,& fori, vnde ſi eſt veriſimile,
quòd veniret imponenda pœna corporalis, non erit rela-
xandus,ſi pecuniaria, dic vt ſupra in verſ. aut venit impo-
nenda pœna pecuniaria, de quo plene per Cyn. & Bal. in
l.2.C.de exhib.re.& ibi Bal. plene quomodo debet detine-
ri,ſi in carceribus,ſi debet ligari,& poni in cippis,vinculis,
vel catenis, vel manicis ferreis, & ſi debet haberi ratio, ſi
eſt perſona vilis,& ponenda in carceribus,ſi nobilis,& de-
tinenda in palatio,& pro iſta diſtinctione,& doctrina pra-
cticabili ſemper videas Io.de Ana.in c.fin. ante fin. de ac-
cuſ.& Cald.conſ.3. de appell. quod omnino vide pro illo
membro quando negat accuſatus,& Matt.de Afſl.in conſt.
ſi quis clericus,ante nu.7.lib.1.fol.146.& accuſatus de cri-
4 mine cõmiſſo ab officiali circa officium ſuum, quod regu-
lariter non fit,pendente accuſatione, ſuſpendendus ab exe-
quutione officij ſui,c.nonne,7.q.4. Gemin.in c.1.de accuſ.
lib.6. intãtum quòd Prælatus,qui veniret omnino priuan-
dus, ſi ante accuſationem feudum apertum infeudaret, te-
nebit infeudatio,Aluaro.in cap.1.in fi.hic poteſt eſſe ti.qui
ſuc.te.poſt Bald.& Io.An.in c.quia propter, de elect.quæ
regula fallit in crimine ſimoniæ, cap.accuſatum,de ſimon.
ſecundo fallit,data criminis enormitate,vel ſcandalo,quia
tunc deberet ſuſpendi,glo.in c.presbyter ſi à plebe,2.q.5.
Panor.poſt Io.And.in alleg.cap.accuſatum,& in c.inter,de
purg.can.vide Cappel.Tholoſ.dec.370. incip.itẽ fuit quæ-
ſitum ſi aliquis,& ibi plenam addi. Et adde practicabilem
quæſtionem,Titius accuſatus de homicidio à Sempronio,
qui Sempronius obtinuit à Sede Apoſtolica,quòd ſequuta
ſententia priuationis ſibi beneficium conferatur,pendente
b accuſatione moritur Titius,*b* an habeat locũ cap.ſi hi,con-
tra quos,vt lite pend.lib.6. & concludas non habere locũ
d.cap. adeo quod Sempronius non poterit conſequi bene-
ficium,quod non erat ſuum,licet ſibi debitum,vt per gl.in
ver.finita alleg.cap. ſi hi, per Philipp.Dec.conſ.300. nu.7.
vbi alleg. gl.in verſ.debitum,in clem.auditor, de reſcript.
vide deciſ.Cappel.Tholoſ.436.item fuit quæſitũ an ſi con-
tra,& ibi addi.& vltra Dec.verior ratio eſt,quia vacat per
mortem, & non per priuationem, ar.c.ſuſceptum, 1.& 2.
reſp.de reſcript lib.6.& mandabatur per priuationem ſibi
conferri. Et pone,quod interim ciuiliter,& nõ naturaliter
Titius moriatur,puta per ceſſionẽ,ſeu renunciationem,quę
eſt mors ciuilis reſpectu beneficij, de qua per Lud. Rom.
conſ.374 præſens eſt quæſtio,Fel.in c.licet vndique,col.2.
de off.deleg.dec.Rot.in no.376. fuit dubitatum an habeat
locum cap.ſi hi præalleg.& conclude,quòd non,ſi ignorãs
talem impetrationem renũciauit,ſecus ſi ſcienter, ita addi.
in alleg.deciſ.Capp.Tholoſ.436.alleg.Ant.de But.conſ.43.
aggrediar ſecundum,&c. & deciſ.Ro.5. de re iudic incip.
accuſatus coram Ordinario,in collect. per Bernard.de Bi-
ſigneto,alias in antiquioribus,& Fely.in c.in noſtra,corre.
32.de reſcript.vbi hoc non dicit:tu adde eundẽ Felyn.in c.
ſciſcitatus,col.2.verſ.adde etiam,& col.3.in fi.eod.tit.& in
c.inquiſitionis,col.2.& 3.de accuſ. & in c.cæterum,col.6.
poſt princ.de reſcrip.vbi ꝙ ſi priuãdus ex cauſa homicidij
pendente accuſatione ad inſtant.accuſantis,qui impetrauit
5 ſibi prouideri de beneficio ſecuta priuatione,obtinebit ſe-
cum diſpẽſari ſuper dicto homicidio,nõ præiudicabit talis
diſpenſatio impetranti,& accuſanti, alleg Cald.cõſ.12.de
reſcr.& Zabar.conſ.33 in hac dubia cauſa,& Fran.de Are.
cõl.7.procedẽdũ eſt breuiter,tu adde Cald.cõſ.2.& lib pe.
Panor.in c.at ſi clerici,§.de adult.col.pen.de iud.Tho.Fer-
ra. cau.44. in qua docet, beneficia debere reſignari ab ho-
micida,& poſtea à Papa impetrare habilitationem,vt non
obſtante homicidio poſſit beneficia ibi conferenda legiti-
me,& canonice retinere,& recuperabit beneficia reſigna-
ta ab amico,ſi tamen Papa committeret exequutori, quòd
ſe informet ſi Titius commiſit tale delictũ, & cõſtito,quòd
Titium priuet beneficio,& illud cõferat Sempronio,etiam
ſi delictum ipſo iure non induceret priuationem, prout in-
ducit c.1. de homi. lib.6. & per ſimoniacam prauitatem,
prout not.Fel.in c.ſciſcitatus,præal.2.col.de reſcrip.tamen
priuabitur,& fiet collatio Sempronio, ita Fely.in c.cũ à no
bis,col.3.verſ.4.not.de teſt.& in c.inquiſitionis,col.3.ver.
2.not.de accu. hodierna vero practica in Vrbe introduxit,
vt volẽs accuſare Titium de homicidio prius impetret be-
neficia Titij vacatura per priuationem faciendam,& quòd
interim ſi Titius velit reſignare,quòd non valeat reſignare,
niſi in fauorem impetrantis, & ſignatura ſolet apponere
clauſulam,lata prima ſententia contra Titium, adeo quòd
ante primam ſententiã Titius poterit reſignare, & quãdo-
que conceditur,quòd ſiue per priuationem facienda, ſiue
per reſignationem forte ſequendam,ſiue per mortem Titij
accuſandi,ſeu quouis alio modo vacabit,quod tibi cõfera-
tur,& eris tutus,& vide gl.in Reg. Cancellariæ Apoſtoli-
cæ nu.64.item voluit,quod ſi reſeruetur beneficiũ, quæ ſa-
tis confert ad præmiſſa vna cum gl.in reg.27.Cancellariæ
Apoſtolicæ poſt medium,ver. aliqui curioſi, de ſubrogan.
collitigan.vbi clarius Archid.in c.quia res, 11. q.1. col.2.
& gl.fin.c.fin.de cri.fal.& pro complemento iſtius gl.not.

Digitized by Google

quod mortuo accuſatore perit omnis inſtantia iudicij, &
extinguitur omnis actio, & alia quæcunque acta, C.ſi re.
vel acc.mor.fue.l.fin §.1.& ibi gl.Hippol.de Marſ.in l.fin.
nu.28. ff.de quæſti. vbi quod non poterit procedi ad con-
demnationẽ cõtra accuſatum, licet mortuo reo ſint plures
caſus, in quibus poſt mortem procedatur in crimine læſæ
Maieſtatis, & alijs collectis per Hippol.de Marſil.in l.ac-
cuſatio,col.2.ad l.Cornel.de fal. Ritus ergo iſte, vltra illa
tria de iure communi requiſita, videlicet, libelli oblatio,
inſcriptio ad pœnã talionis,fideiuſſionis de lite proſequen
da datio, requirit, & addit, ꝙ debet accuſans ſe obligare
de probando. Dixi ſupra,denunciationẽ præcedere debe-
re charitatiuã correctionẽ,propterea nota, ꝙ denunciare,
eſt crimen alicuius deferre apud competentẽ iudicem ſine
inſcriptione legitima ad pœnitentiã peragendam, vel ad
6 aliam legitimã pœnam ſubeundam: hanc diffinitionẽ po-
nit Hoſt.in ſum.tit.de denũc. ſequitur Ang.in tract.malef.
in verſic.necnon ad denunciationem, vbi dixit,plures eſſe
ſpecies denunciationis, aliam euangelicam,aliã canonicã,
aliam regularem,aliam iudicialem,alleg.Salyc.in l.ea qui-
dem,C.de accuſ.Bar.in extrauag.ad reprimend.in ver.per
denunciationem,& Canoniſtas in alleg.c.nouit,de iud.ſed
quia Rit.iſte tractat de iudiciali denunciatione, quæ aliàs
dicitur canonica, quæ tendit ad pœnam legitimam impo-
nendam,& non ad ſpiritualem pœnitentiam peragendam,
ad quam euangelica denunciatio,prout concludit Hoſt.in
alleg.ſum.ver.quis poteſt denunciare, ibi,ego audeo aſſe-
rere,&c. ideo dico,ꝙ regulariter qui poteſt accuſare, po-
teſt denunciare,ita Saly.in alleg.l.ea quidem,quem refert
Ang.in all ver.necnon,col.2.in princ. inferens,ꝙ denũcia-
tio iſta ſolum operatur, ꝙ iudex inquirit ſuper maleficio
denunciato,prælleg.l.ea quidem,& qualiter cognoſcatur
quando denunciatio tendat ad correctionẽ, & quando ad
pœnam imponendam, Io.Cal.conſ.3.incip.petit Abbas,de
accuſ. dixit,quando ex forma denunciationis concluditur
ad depoſitionem, tunc eſt criminalis,& tendit ad pœnam,
ſed quando ad remotionem erit ciuilis, etiam ſi crimen,de
quo tractatur,ſit graue,cum tendat ad correctionẽ:ad quã
denunciationẽ criminum Sacerdotis etiam laicum debere
admitti concludit Io.de Ana.in cap.cum P.ante fi.ver.not.
quod iudex,de accuſ.licet regulariter ad accuſandum non
admittatur,& fiet etiam denũciatio per literas, licet ſecus
ſit in accuſatione,Fel.poſt Pan.in c.licet,1.not.de accuſat.
& non debet denunciatio recipi ſine nomine denunciato-
ris,cum idẽ ſit denunciatio,quod accuſatio,Matth.de Affl.
in conſt.reg.literas, poſt princ. & no.4.li.1.fol.105. Dixi
7 etiam inquiſitionem præcedere debere clamoſam inſinua-
tionem, propterea dico cũ Hoſt.in alleg.ſum.tit.de inquiſ.
quod inquiſitio eſt alicuius criminis manifeſti, ex bono, &
æquo,iudicis competẽtis canonice facta inueſtigatio,nam
ſæpe poſt denũciationẽ deuenitur ad inquiſitionem,quæ fit
quandoque aliquo proſequente,ſeu promouente ipſam,
quandoque ex officio ſuperioris, fama quaſi deferente, vt
per Spec.in tit.de inquiſitione,§.viſo igitur,in princ.quan-
do fit ad alicuius querelam,tunc nõ eſt proprie accuſator,
licet inſtiget iudicẽ vt inquirat,quia nõ ſe inſcribit,nec alia
facit,de quibus ſupra in princ.iſtius Ritus dixi, & tamen ſi
inquiſitio non probatur,abſoluetur inquiſitus,& querulans
tenebitur pœna Turpilliani,& condemnabitur in expẽſis,
ac ſi principaliter accuſaſſet,& accuſationẽ non probaſſet,
vt eſt tex.iuncta gloſ.in l.1.§.incidit,ff.ad Turpill.& plene
proſequitur Ang.de malef.in verſ.necnon ad querelam, in
princ.Card.Zab.in cle.exiui,§.fin.q.4.de verb.ſign.vbi ple
nè Alex.conſ.11.circa primum,2.dub.vol.1. & præcedere
debet inquiſitionem infamia de his delictis, de quibus eſt
inquirendum, Spec.in tit de inquiſit.§.1.in princ. Andr.de
Iſer.in c.ſi verò,§.publici latrones,de pac.ten.fol.60. & in
conſtit.humanitatem,poſt princ.fol.146. & ſi clericus non
8 erit infamatus de delictis,de quibus inquiritur,nunquam,
etiã ex mille indicijs, poterit torqueri,ita Abb.anti.in c.1.
de depoſi. Doct.in c.cum in contemplatione, de reg.iur.
Tho.Gramm.voto 11.nu.15. & inquiſito dari debet copia
inquiſitionis articulorũ de fama,& quod edi debeat locus,
& tempus,Bal.in l.2.not.2.C.de eden.& in l.edita,in repe.
Padua.col.5.verſ.nono opponit,eod.tit.plene per Fel.in c.
qualiter,lo 2.præal.§.debet,col.2. verſ. extra gl. de accuſ.
& licet hoc ſit de iure, tamen per Rit.8. infra corrigitur,
qui vult,quod l.libellorum, non ſeruari debeat in foro ec-
cleſiaſtico in inquiſitione tantum,& iſte Ritus debet attẽdi
ſeruari,& danda etiam ſunt inquiſito nomina, & dicta te-
ſtium ſimul,vt cõcludit Fel.in alleg.§.debet, col.2.ver.no-
ta ſecundo,quod verum dicit Doct. in ſpeciali inquiſitio-
ne,& non in generali,vel in ea,quæ fit ſine accuſatore, in-
ſtigatore,vel denunciatore,quia tunc nõ datur copia, Fel.
in alle.c.qualiter,lo ſecundo col.4.in fi.ver.ſed ad vnũ ad-
uerte. Et nouem differentiæ,quãdo iudex procedat ex me-
ro officio,vel aliquo poſtulante,notãtur per Ioan.de Ana.
in alleg.c.qualiter,lo ſecundo poſt princ. per Ang. in alle.
tract.de malefi.in ver.nec non ad querelam, & quia quan-
do per viam inquiſitionis proceditur, mitior pœna venit
imponenda,non immerito, quando conſtat de delicto per
viam inquiſitionis, cum prolato in maioribus criminibus
adulterio, quod poſſit Epiſcopus moderare pœnã in pro-
latione ſentẽtiæ,concludit Fel.in alle.c.qualiter,col.4.ver.
vtrum Epiſcopus, & plene de moderatione pœnæ, & de
pluribus quoad pœnam,per eundem in alle.c.qualis, §.ad
corrigendos,col.6.verſ.circa quartum, & col.ſeq.vbi po-
nit,quæ ſunt iuſtæ cauſæ mutandi pœnas,& in col.8. dixit,
quod iudex mutans pœnam ſine cauſa, efficitur infamis,
quod not.& vide gl.fin.c.2.de delic.pue.Archid.in c.ſi vos
23.q.5.Paris de Put.in tract. ſin. fol.9. c.an ſi poteſtas, &
aliquos caſus in quibus ordinarius procedere poteſt ad in-
quirendum, infamia non præcedente, vide per Innoc. &
Docto.in c.ad noſtram, lo ſecondo de iureiur. & in c.cum
in diœceſi de vſur. & ſi inquiſitus petierit prius debere
procedi ſuper infamia,qualiter delegatus, & qualiter or-
dinarius procedet, vide Panor. in c. cum oporteat,col.3.
verſ.& ad prædicta,de accu.
9 ¶ Pœnam pecuniariã. Quod iudex eccleſiaſticus poteſt
imponere pœnam pecuniariam, ſi illa magis timetur, &
maxime vbi à iure non eſt certa pœna ſtatuta,gl.2. in c.li-
cet,de pœn.Io.An.in c.1.de homic.lib.6. Fely. poſt Panor.
in c.irrefragabili,§.cæterum,verſ.prima concluſio, de off.
ordi.per quatuor col.vbi limitat illud pluribus modis, &
primo.ſi Epiſcopus per ſtatutum velit imponere pro quo-
libet delicto pœnam pecuniariam,quia non poteſt,ſecun-
do,niſi extra iudicium vellet prælatus pro delicto pœnam
exigere,quia non poteſt, tertio, niſi eſſet prælatus inferior
ab Epiſcopo, quia non poteſt pœnam iuris commutare in
pecuniariam,& quod contra voluntatem illius,qui ex for-
ma ſtatuti incidit in pœnam corporalem,poſſit iudex mu-
tare pœnam,Franc.Crem.ſing.102.& quod Epiſcopus poſ-
ſit in ſententia quando condemnat aliquem ad perpetuum
carcerem,ſibi reſeruare facultatem minuendi pœnã, Bal.
in auth.interdicimus,in fi.C.de Epiſ.& cler.& in caſu quo
10 poteſt Epiſcopus per ſtatutum pœnam pecuniariã appo-
nere,quod poſſit illam ſibi retinere,& etiam quando illam
per ſententiam imponit,honeſtius tamen faciet pro euitã-
da ſuſpitione cupiditatis,& auaritiæ,ſi illam deputabit ad
pium vſum,niſi ipſe Epiſcopus euidenter indigeret,vel ni-
ſi imponat pœnam damnum inferenti, quia tunc damnum
paſſo applicabitur,hæc Fely.in præall.§.cæterum,vbi pro-
ſequitur an proprie Epiſcopus dicatur habere fiſcũ dicens,
quod quicquid ſit de iure,hodie de conſuetudine generali
Epiſcopus habet fiſcũ,quę omnia diligenter reponere mo-
nuit tanquam penitus nouiſſima,& alibi non reducta, etiã
per moderniſſimos Apoſtillatores,adde Gemin. in c.quo-
niam quidem, vlt. col.18.diſtin. & quòd pœnam à ſtatuto
impoſitam minuere non poſſit,Tho. Fer. cau.14. in quinta
illatione, & quòd pœna conuentionalis in contractu non
prorogetur ad aliam partem, per Philipp. Dec. conſ.414.
nu.8.& quod clericus talem pœnam conuentionalẽ petere
poſſit,Soci. conſ.253. in fi.vol.2. nec poſſit cum aliena ia-
ctura ditari,Philipp.Dec. conſ.273. in fi. & quando pœna
cum

Digitized by Google

cum intereſſe concurrat, Mat.de Affl. deciſ.135. vbi facit mentionem de ſtilo Sacri Regij Concilij Neapolitani, & quod pęna omnium bonorum ſit quaſi maior pœna mortis.Hip.de Marſ.in l.furem,ad l.Cor.de ſic. fol.13.& quòd in foro pęnitentiali,ſeu conſcientiæ non habeat locum pęna,ſed ſatis eſt,quod Sacerdos imponat pęnitentiam eſt gl. ſing.in c.fraternitatis, in fi.12. q.11. quam pro ſing. alleg. Panor. in c. Rainald.in ver. adijciens, de teſt.in c.pleriq; col.vlt.ver.alia quæſtio.de immu. eccl.in proœ. greg. rex paci.col.3.& in c.1.col.4.in fi.de cōſt.quam gl.Fely.in all. c.1.limitat pluribus modis,& primo,in pęna impoſita à iure ipſo facto,quia illa procedit in foro conſcientiæ, ſecus ſi ab homine,maxime per l.cōmiſſa,ff.de pub. ſecundo,niſi reus condemnatus pro delicto, quia tenetur in foro conſcientiæ ſoluere condemnationem,tertio, quando pęna nō deſcendit à l.ſed ex partium cōuentione, quod intelligitur quando pęna conuentionalis deberetur laico, ſed non Sacerdoti,iuxta no.per Soc.in all. conſ.253. licet Fely. in infra.all.col.non dicat,quarto,quādo pęna legalis eſſet ſubrogata loco inæſtimabilis, & impoſſibilis intereſſe, puta pro membro debilitato, vel truncato, quia tunc debetur, quinto,quando præſtatur damnum paſſo ſine lucro damnificantis, quas limi. vide per Fely.in alle.c.1.col.15.& 16. de conſt.& an prima limit.ſit vera,& plenius per d. gl. & limi.præal.vide per eundē Fel.in c.audiuimus,de ſim.Phil. Dec.in al.c.1.col.8. verſ. quinta concluſio de conſt. & pro 2.limi.vide And.de Iſer.in conſt.Reg.violentias,Hipp.de Marſ.in l.ſi finita §.Iulianus,col.32.fol.52.col.3.ff.de dam. infec.in l.ſi inſulam,col.antepen.nu.38.folio 59.ff.de verb. obl.& in cōſ.47.nu.10.vol.4. vide ſupra in dictione pœna. Albericus Oliua.

a AN.Diſpoſitionem huius Ritus non admittit vſus eiuſdē Curiæ multis ab hinc annis probatus, vt permulti illius Curiæ Actuarij, & iudices me non ſemel certiorē fecerūt, neque ipſe vnquam practicaui, dum inibi Aduocatus munere,ac deinde Iudicis officio fungebar,cū Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Neapolitanæ eram, quem poſtea canonicatum ſpontè dimiſi,Romam,vt peterem, ac perdurum Aulici exercitium, vt experirer, indeq; coactus fui Neap. regredi,vt Illuſtriſſimo, ac Ampliſſimo Cardinali Sanctæ Seuerinæ parerem,in hoc Regno cauſa exercēdi generale pro eo munus negotiorum geſtoris,& agētis,ex prædictis credo potius voluntarium,quam neceſſarium,aut vtile: quicquid ſuper hoc Ritu commentatus eſt Oliua, eo tantum excepto,quod nu 3. delibauit circa carceratorū relaxationem ſub fideiuſsione, pro cuius materiæ clariori co-
11 gnitione addo videndum Bar. in l.1.nu. . . .ff.de cuſtod.& exhib.reor.Fely.in c.fin.nu. . . .de accuſ.Boſſ in tit. de carcer.fideiuſſ.cōmit.Iul.Clar.in §.fin.q.46.a nu.6. & Foller. in ſua praxi crimin.Dialogica 1.par.2.par,rubr. examinati liberent,ſub fideiuſſ.quæſt.mihi 152.atque alijs luculētius, & accuratius Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cent.4 caſu 303. Ex quorum ſcriptis inter cætera eam vnuſquiſque colliget veriſsimam, & communem diſtinctionem, vt non ſit relaxandus, vbicunque pro crimine illo imponitur pęna corporis afflictiua.ſed vtique relaxentur,cùm non venit infligēda pœna corporalis, cuius diſtinctionis partes ampliat, & limitat Menoch. loco cit,omittit tamen an ipſa ſeruanda ſit etiam in cauſa appellationis, ideo recurrendum eſt ad Anan.conſ.1.nu.1.vbi additio Bolognini nu.13.& Calder. conſ.3.de appell.ſed cùm eſt imponenda pœna relegationis,vel exilij,an ſit relaxandus fideiuſſoribus in controuerſiam ducitur à Doctoribus allegatis per Boſſ. in citata rub. nu.6.vbi ipſe videtur propendere in partem negatiuā,tanquam exilium afficiat corpus, huius tamen quæſtionis veritas non eſt in Regno hæſitanda, cum peculiaris in eo extet determinatio, vt ſit fideiuſſoribus committendus, quicunque criminoſus, præterquam in decem caſibus contentis in conſt. humanitate, atque etiam hodie omnis delinquens, qui plectendus non venit pœnā mortis naturalis, aut ciuilis,vel abſciſſionis membri,eſſet relaxandus ſub fideiuſſoria cautione,vt concludit per cap.Regni,ab illo inchoandum gl.in d.conſt.verſ.dixerūt,& Affl.nu.20. Commentator ſuper eodem illo c.nu.7.vbi etiam notat, & Carau.ſuper Ritu 41.Item ſi accuſetur nu.14.adiungens vigore prædicti c.hoc veriſſimum in Regno quotieſcunque venit imponēda ſolum pœna relegationis,eſt tamen verum, quod per nouiſſimam Prag.Ducis de Alcala præcipitur,ne poſſit carceratus committi fideiuſſoribus, quotieſcunque venit puniendus pœna mortis naturalis,ciuilis,abſciſſionis membri,triremium,& relegationis,etiam ſi vellet retinere Palatium pro carcere,niſi relata cauſa in banca, & approbata per Regentem, & iudices, atque audito fiſco, vt eſt prag.8.ſub rubr.de off.iuſt ſeu Mag.Cur.& incipit,pro cura pauperum,§.Item vogliamo,ex ea tamen apparet,quod non prohibetur habilitatio in prædictis caſibus,ſed tantum ne vni iudici id liceat.

Cùm verò eſt quis pro delicto inquiſitus, & carceratus ob quod meretur pœnam corporalem,& ſupra relegationē non datur ex iuris diſpoſitione fideiuſſoribus pendente inquiſitione,vt inquit Affl.in eadē conſt.humanitate, nu.1. ſed per humanitatem eiuſdem conſt. vt antea dixi, datur vtique fideiuſſoribus quouſque de prætenſo delicto cōſtiterit, præterquam in decem caſibus in ead. conſt. relatis, ſed quando de crimine conſtare dicatur ad finē ne poſsit in hoc Regno carceratus relaxari ſub fideiuſsione, maxima eſt inter Regnicolas controuerſia,ſiquidem Affl.in all. conſt.nu.22.ver.rurſus quæro,affirmat, quod videtur ſufficere ſemiplena probatio, & indicia ad torturam vigore illius conſt. ſed vigore all. c.ab illo inchoandum, non niſi plena probatio impediat hanc relaxationem, ob eamque liceat illum detinere in vinculis, & propterea iſtud c.corrigat relatam conſt.& hoc verum, quamuis præfatū c.interpretati ſint ſapientes Regni etiam ſi non plenè,ſed ſemiplenè conſtiterit, & per indicia ad id ducti per Rit. M.C. 40. & 41. nam ſubiungit præfatos Ritus annullatos fuiſſe per Reginam Ioannam ſecundam,atque ideo inquit,ceſſare illorum prudentium interpretationem,ſed Foll.in praxi crimin. Dialogica rub. examinati liberentur, poſt nu.16. tuetur præfatos Ritus cum relata intelligentia de ſemiplena probatione ſeruari,ex auctoritate Luc. de Pen.& Ioan. Epiſ.Theatini ſuper all.c.Regni,& inibi ſequitur Sebaſt.de Neap. ac de conſuetudine ſeruari, vt ſemiplena probatio delicti grauis impediat illum dari fideiuſſoribus, concludit additio ad al.c,poſt nu.50. Ab.Ioan.Hier.Camp.

b Moritur Titius. Duo ſunt,quæ inter alia ex his,& ſequē-
12 tibus Comentatoris verſibus eliciūtur vtiliora dubia,quæque copioſius ſubſcriptis cenſui explicare verbis, alterum eſt,vtrum qui commiſit delictum nullā inducens priuationem beneficiorum ipſo iure, ſed per ſententiam valeat ſua beneficia reſignare pendente iudicio contra ipſum intētato de crimine? & poſſe inquit certi iuris eſſe Gabriel.cōſ. 196.exiſtimo nu.11.vol.1.id etenim firmauerant antea gl. in c.2.verſ.finita,vt lite pendente in 6.Rebuff.tract.de pac. poſſ.nu.263.in praxi ſuper regula de ſubrog.collitig. gl.9. nu.5.& reg.de infirmis reſignāt.gl.12.nu.19.Probus ad Io. Mona.in c.Apoſt.nu.10.de re iud.in 6. Caual.dec.Fiuizan. 44.ſub nu.12.lib.1. & in repertorio verſ. clericus poteſt, Tho.Ferr.ſin.44.Io.Bap.Ferret.conſ.89.nu.3.lib.1. & cōſ. 283.nu.4.lib.2.Foll.pract.cr.canon.in vlt.par.nu.32.& reſolutum per Rotam in vna Parmen.Parochialis corā Domino de Rubeis 12.Iunij.1562.ac tandem Lancellott.trac. de attent.par.2.c.5 nu.6.omnino vidēdus,& Moder.tract. de reſig.benefic.lib.3.q.16. nu.1. iſti enim aliquas ampliationes,ac limitationes adducunt ad præfatam concluſionē, atque omnium præcipua illa videtur ampliatio, quæque ſemper in facto contingere ſolet, vt ſubſiſtat etiam ſi Papa illa antea contulit alicui iuxta morem Curiæ,tanquam vacatura per priuationem ob illud delictum, dummodo criminoſus ille tempore renunciationis ignorauerit præfatā collationem,ſecus autem ſi ſciuerit, vt præter ante dictos Lancell.& Modern.dixerunt Burr.conſ.43.caſus nu.2.& 3. Bonr. deciſ.205. hic videntur nu.8. Aufre. ad Dec. Capp. Tho.437.an ſi contra poſt,nu. 5.Gomeſ.in al.Regula Cancell.

Digitized by Google

cell. de annali poſſeſſione q.42. nu.4. verſ.& tamen, Rota dec.5.de ſent.& re iud.in antiqu.Roſſiniac.tract.de beneſ. c.21.nu.1.& 2.Gammor.in tract.de auth.leg.à later.lib.10. de diſpen.nu.336.Mandoſ. in tract. ſignat.grat. rub.priuationes verſ.inſuper cum ſeq.& cōciunt, quæ ſcribit Boer. dec.2.videtur nu.5.& Ana c.3.de colluſ. & Barba.cōſ.11. poſt nu.16.vol.1.His tamen tēporibus ſolet aliquando decretum concedi in clauſulis ſupplicationum expediendarū ob alterius priuationem, quod ſi contingat priuādum beneficium in alterius fauorē,quam ipſius, qui per priuationem impetrauit reſignare, ſeu cedere, aut alias illud quomodolibet dimittere etiam in manibus S.ſuę,quod ex nūc, prout ex tunc,& è contra,huiuſmodi reſignatio, ſeu ceſſio in Oratoris,& non alterius fauorem facta,& admiſſa ſit,ac de illo,eidem Oratori prouiſum eſſe eo ipſo cēſeatur,plerunque verò iſta deleri,nonnunquam limitari his,vel ſimilibus verbis additis,videlicet,(& poſt ſententiā,) vt ſcribit Mandoſ.tract.ſignat.grat.rub.priuationes,ver.decretum.

Alterum verò eſt dubium, neque exiguum,cum ſcilicet criminoſus vita functus pendente iudicio priuationis con-
43 tra ipſum intentato,vtrum valeat eius beneficia conſequi, qui illa à Summo Pontifice obtinuerat tanquam vacatura ob delictum? & negatiuam partem amplexata eſt Rota dec.491.Titius erat ſiue vltima,vt lit.pēd.in nou.Cappell. Thol.deciſ.437.an ſi contra nu.1.Gomeſ. in reg. de annali q.42.ver.ſed modo,Roſſiniac.tract.de beneſ.c.21. num.7. Gondiſſal.tract.de legat.par.1.q.14.col.15.Grati.in eodē tract.nu.321.vſque ad nu.351.ac primum ſuadet illa ratio, quod vacat per obitum,non autem per illius priuationem, cuius vigore iam dicta beneficia ſibi fuerunt collata,arg.c. ſuſceptum 1.& 2.de reſcript.in 6.non ſecus ac reſpōdetur in caſu contrario, cum prouiſio facta fuit ob vacationem prouenientem ex morte naturali, ne extendatur ad vacationem inductam ex morte ciuili,vt reſoluit Thom.Faſtolus dubio 47.die Mercurij,nec vlla debet conſtitui differētia,an deuolutio narretur certo modo, aut in impetratione per priuationem, vt ſcribit Mādoſ.in tract.ſignat.grat. rub.certo modo verſ.nec debet, ſed quotieſcunque impetratio fit certo modo, apparet ex mēt illis verbis certo modo, cenſeri conceſſionem, & collationem factam cum vacat per illum tantum expreſſum modum,idcirco ſit idem omnino concludendum in hac impetratione per priuationem,quę eſt vna ſpecies priuationis certo modo.His equidem poſſem nonnulla ſubnectere,ni ſatius eſſe duxerim ſilentio inuoluere,cum iſthæc dubitatio his temporibus non tam frequens ſit, ob clauſulam illam, in huiuſmodi literis cōſuetam apponi,ſiue alio quouis modo,&c. præterquam per obitum obtinentis, vt teſtatur Mandoſ. adducta rubr. verſ fin quæ profectò expreſſe excipit vacationem obuentam ex morte naturali. Ab.Ioan.Hier.Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Pro huius Ritus coronide ſciendum eſt, quod accuſans aliquem de iure cōmuni debebat ſe inſcribere ad pœnam talionis, ſi non probauerit id, propter quod illum accuſauerat,toto tit.de accuſat.& inſcript. latè Menoch.de arb. iud. caſu 322.lib.2.cent.4. Duen.reg.27.Scaccia de iudic. cap.51. Sed de iure huius Regni Neapol.huiuſmodi pœna receſſit ab aula,& loco talionis fuit ſubrogata pœna vnius vnciæ per Rit.M.C.V. quæ pœna adhuc in deſuetudinem abijt,vt per Gramm.in deciſ.39.Bene verum,quod calumnioſè,& falsò aliquē accuſans,condemnatur ad expenſas, teſte eodem Gramm.in cit.deciſ.39. per tex.in l.licenter, C.de excuſ.tut. Et ſi quis accuſauerit aliquem de delicto, quod non probauit, tenetur actione iniuriarū, Campag.in cap.Reg.incip.Accuſatorum temeritas, nu.19. Sed hodie raro,aut nunqā accuſatores condemnantur ad expenſas, ne terreantur querelātes,& deſiſtāt ab accuſando.Et quid in deſiſtente,an condemnetur ad expenſas,vide Baiard.ad Clar.q.58. num. 15. vide etiam Caualc.de brachio Regio parte 5.ſub num.48.

Qualiter denuncians,& non probans puniatur,ſi vis late videre, lege Clar.in ſua pract.crimin.in q.7. & affluenter tradit Farinac.quem mihi ad hoc allegauit, dum hæc ſcriberem,adoleſcens omni honore dignus, D.Ioannes Maria Nouarius in ſua practica crimin. quæſt.16. & de iure canonico latiſſime de denunciatione, & denunciatore vide Foller.in pract.crim.can.verſ.denunciatione facta.

RITVS VII.

Item inquiſito ſolet dari iuramentum, cum interrogatur ſuper capitulis inquiſitionis faciendæ ex officio, licet nullus præceſſerit pro-
a ceſſus ſuper infamia, *a* & tenetur inquiſitus dare fideiuſſorem de ſe præſentando, alioquin de Curia non diſcedet.

SVMMARIVM.

1 *Forma iuramenti præſtandi interrogato ſuper capitulis.*
2 *Inquiſitio infamia, & traditio capitulorum non eſt de ſubſtantia inquiſitionis, & num. 3.*
4 *Inquiſitus quando teneatur iudici fateri veritatem.*
5 *Aduocati quam peſſime ſe gerant, dum conſultant inquiſitis ſubticere veritatem.*

Iſte Rit.habet quatuor partes. Secunda,ibi, licet nullus. Tertia, ibi, & tenetur. Quarta, ibi,alioquin, in prima parte ibi.
1 ¶ Dari iuramentum. Scias formam iſtius iuramenti eſſe triplicem, videlicet, ꝙ iuret, quod ſuper his, quæ ſcit, vel credit,exceptis occultis criminibus, quod meram, & plenam dicet veritatem, de qua in cap.qualiter, & quando, lo primo,de accuſ.Secunda,quod ſuper ſtatu Eccleſię plenam,& meram dicet veritatem. Tertia,vt ad inquiſita veraciter reſpondeat,de quibus in c.cum dilecti filij,eod.tit. de accuſ. & ibi Panor.in fi.Fely.poſt Ioan.de Ana.col.5.in fin.ver. not.10. & concludit ibi Panor. primam formā ſeruandam per tex.alleg.cap.qualiter,in fi.Hoſt.verò in ſum. tit.de inquiſit.§.& qualiter procedatur,ibi eſt tertia,dicit, ꝙ iurabit plenam dicere veritatem in ſpeciali inquiſitione, in generali verò,ꝙ dicet veritatem plenam,quaſi dicat,nil celabit de veritate, & meram .i. ſine adiunctione falſitatis ſuper omnibus his,quæ ſcit,vel credit in ſua Eccleſia reformanda tam in capite, quam in membris, exceptis omnino occultis, vel quòd ad interrogata reſpondebit, & in eo.§. verſ.ſed ſecundum Goffredum, dixit,ꝙ in generali,& ſpeciali inquiſitione inquiſitus iurabit dicere veritatem,Spec. verò in tit.de inquiſit. §.viſo igitur, col.6.verſ.inquiſitores quoque, dixit,in inquiſitione a reo non eſſe exigendū iuramentū in ſpeciali inquiſitione, quia non tenetur inquiſitus contra ſe iurare: & remittit ſe ad tit.depoſiti.§.7.verſ.19. in 2.par.vbi plenè, ad tollendum ergo iſtas varias opiniones,ſeruabitur Ritus dirimens illas: vel poterimus dicere, Ritū intelligi in generali inquiſitione, nemine proſequēte, quia tunc omnes præalleg. concordant,quòd debet iurare inquiſitus,& hoc declarat illud in iſto Ritu contentū,videlicet, ex officio, nam licet pars denunciet,vel accuſet,dicitur nihilominus iudex procedere ex mero officio nobili,& denunciās, vel accuſans dicetur ſtimulus inſtigans iudicem, vt not.Caccialup.Lancell. & Clau.in l.imperium, col.4.ff.de iuriſd.om.iud. prout refert, & alios cumulando ſequitur ætate noſtra peregrinus D.Io.de Neuiz. in tract. ſiluæ nuptialis,fol.12 col.1. verſ.& licet, & vltima verior erit expoſitio, & concordabit cum iure communi, quod expedit, c.cum expediat,de ele.lib.6.

¶ Super capitulis. Et in ſecunda parte ſuper infamia. Licet de iure infamia procedere debeat, & ſuper ea prius informatio capitu.& capitula ſpecificata danda ſint inquiſito,tamen ſi abſque eo, ꝙ capiatur informatio ſuper infamia,

Digitized by Google

mia,& abſque eo quòd tradantur capitula proceſſum fuerit,& non fuerit oppoſitum,vel contradictũ,ſeu appellatũ, nõ propter hoc vitiabitur proceſſus, c.qualiter,lo ſecõdo, §.debet, de accuſ.c.1.& 2. eod.tit.lib.6. not.Doct.in c.fin. in fi.de purg can.& propterea dixit Philip.Franc.in alleg. c.2.in princ.de accuſ.lib.6. ꝙ inquiſitio infamiæ, & tradi-
2 tio capitulorum non eſt de ſubſtantia inquiſitionis, immo poſſunt omitti,& nõ ſolum expreſsè,ſed tacitè, & pro clara doctrina iſtius infamiæ,& capitulorũ traditione ſemper vide Spec in tit.de inquiſi.in 4.parte,§.viſo,col.7.verſ.hac igitur via.& pro formandis capitulis vide practicam capitulorum formandorum per eundem Specu.in 1.par. tit.de teſte,§.nunc tractandum,col.8.verſic porro in cauſa,& ſic præceſſerit,vel non infamia,ſeruabitur ritus:& quando capitula tacite,vel expreſſe fuerint remiſſa, vel non tradita, non propter hoc vitiabitur proceſſus , parte inquiſita non opponente, vt ſupra dictum eſt,faciunt not.in rit.6.verſic. denuncians, ibi, quod fateor verum,&c.poſt princ.verſic. denuncians.

¶ Fideiuſſorem de ſe præſentando, in tertia parte . Pro iſta præſentatione ſatis dixi ſupra in 6.rit. verſ.denũcians, ibi.& pro practica iſtius vide ibi, & pro fideiuſſore dando vide Spec.tit.de accuſat.§.1.qualiter autem, ver.ſed pone T.accuſatus , col.3.

¶ Alioquin de Curia nõ diſcedet. Vide notata in 6.ritu, in verſ.denuncians, ibi, & ſi citatus venerit, & pro iſta dictione alioquin, vide ſupra in dictione alioquin, in repertorio, ſeu dictionario . Alberic.Oliua.

2 ANNO. Super infamia. Vera quidem eſt de iure reſõ-
3 lutio , ne valeat iudex ex abrupto , nullaque concurrente præſumptione,aut indicijs procedere ad inquiſitionẽ particularem,tum vt iudicum malitia,& proteruitas refrænetur,tum ne ſumptibus vexentur inquiſiti, grauitateq; criminis infamentur,vt perbelle concludit Præpoſ.in c.de accuſatione,poſt num.48. caſu 2. q.8. Foll.pract.crim.can.c.6. nu.27.atque è Theologis Bannes tract.de iuſt.& iur.q.69. art.2.in princ. legitimum verò præambulum eſt infamia, aut querela partis,aut denunciatio,& vnumquodq; iſtorũ ſufficit,vt omnes defendunt,ac cæteris melius Iulius Clar. §.fin.q.5.nu.3.vbi hanc rem copioſè explicat cũ alijs quinque ſubſequentibus quæſtionibus ſubiungens in d.q.5.poſt nu.3. ꝙ ſi aliquid iſtorum deſit, proceſſus foret nullus ipſo iure, tametſi delictum eſſet plenè probatum, quod equidẽ contradicit diſpoſitioni huius Ritus,niſi eius diſpoſitionem tueamur,vt locum ſibi vendicet,cum nõ præcedit infamia, ſed querela partis,vel denunciatio, quorũ alterum ſufficit ex prędictis.& quatenus velimus fateri hunc Ritũ habere locum etiam ſi nullum præfatorum concurrat, vtique iuri cõmuni nõ aduerſari arbitror, eo ꝙ loquitur in ordinario, quem de iure poſſe deuenire ad inquiſitionẽ ſpecialẽ contra aliquem,nulla præcedente infamia,aut querela,aut denunciatione firmat Ang.in l.ſi vacantia, C.de bon.vac. per tex.in c.1.de off.ordin.Rota deciſ.201.nota,ꝙ ordinarius, aliàs 2.de accuſ.in antiq. tuetur Foller.pract. crim. canon. c.6.nu.22.& melius nu.34.verſ.ego autem,& quamuis aliqui impugnent hãc reſolutionem,eam tamen ſequi in Curia Archiepiſcopali Neapolitana viſum eſt antiquis pru-
4 dentibus;eſt tamen indubitatum,quod reſpectu inquiſit.,vt debeat fateri veritatem iudici ab illo expoſcenti , non vtique teneatur hoc caſu , quia illam ab ipſo non expetit ſecũdum formam iuris, cùm nulla præceſſerit infamia ſuper crimine,aut indicia,aut ſemiplena probatio,ex D.Th.2.2. q.69.art.2. in medio, vbi Caiet.vberatim declarat, & Michael Salon de iuſt.& iure, q.68.art.1.controu.3.concl.1. omnino vidẽdus,& Bannes eod.tract.de iuſt.& iure,q 69. art.2.per totũ, quinimmo Caiet.loco cit.ſubnectit in verſ. tertio non præceſsit, quòd indicia,cùm adſunt,debent reo manifeſtari,vt ſciat ſe eſſe in tali articulo conſtitutũ,in quo teneatur iudici petẽti veritatem delicti obedire , & ſequitur Diaz pract.crimin.canon. c.18. & Bannes relato art.2. in princ.Nam tunc ſi iudici iuſtè interroganti veritatẽ mẽtiretur,eſſet peccatum mortale,ex D.Tho.2.2.q 69. art.1.
5 & Michael Salon de iuſt.& iur.q.69.art.2. controuerſ.10. cõcl.1.& omnes Theologi,ob idque aduocati,aut alij cauſidici inſtruẽtes reum,ſubticere veritatem ſibi à iudice petendam malè ſibi ipſis etiam conſulunt, quia non tuta conſcientia faciunt,ex reſolut.doct.in c.1.de teſtib.& Boſsij in tit.de reſponſ.à reo faciend.nu.18.præſertim cùm illũ impellant ad peccatum mortale, quamobrem iuſtè cõtra aduocatos,adeo inuerſam habentes conſcientiam , vt perperam clientibus ſuis illicita perſuadeant,declamat Spec. in tit.de poſit.§.7.nu.2.ver.hoc autem certum eſt,& Io.Bapt. Plotus in repetitione legis ſi quando, nu.659. C. vnde vi , nec immeritò lex 12. tabularum illos haud ſecus puniuit , ac ſi capitali iudicio eſſent affecti in hæc verba, Patronus, ſi clienti fraudem fecerit,ſacer eſto,atque ideo ſanctè quidem voluerunt veteres , teſte Alex.ab Alex lib.6. genial. dier.c.10.clientem,qui tutelæ patroni ſe commiſit chariorem haberi,quàm propinquos,affineſque: ac Perſarum, & Indorum lege cauebatur , vt ei , qui clientem decepiſſet , quique ter mendacio abuſus fuiſſet per omnem vitam ſilentium indiceretur,nulloque magiſtratu , aut honore dignus haberetur,ac Gell.etiam lib.5 noct.attic.c.13.memoriæ prodidit, quod apud Romanos iuxta parentes pupilli, poſt hos locum obtinebant clientes , tertium hoſpites . Abb.Ioan.Hier.Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Quatenus dicit inquiſito ſolere dari iuramentum cùm interrogatur ſuper capitulis inquiſitionis , adde huiuſmodi iuramentum eſſe præſtandum tactis ſcripturis, gloſ.in c.vt circa, de elect. & ita debet dicere notarius , alias examen eſt nullum, Verall.in deciſ.23.lib.2. & in deciſ.246.eo.lib. Franc.March. in deciſ. 377. vol.1. Inſuper debet atteſtare fuiſſe dãtum à iudice,& parte citata, idem Caputaquen.in deciſ.122.lib.1.quando enim prę̃ſtatur iuramentum,debet dari à iudice,non à notario,ſeu tabellione,niſi de ipſius cõmiſſione,& ordine, Creſcent.in deciſ.1.de iureiur.Marſ.in pract.crim. §.quoniam . Animaduertendum eſt etiam, vt huiuſmodi iuramentum præſtetur in termino,vt examinari valeant teſtes poſt terminum , Magon.in deciſ. Lucenſ.45. De forma verò qualiter ſit iuramentũ præſtandum,vidend. eſt Cynus iu l.teſtium, C.de teſtib.

RITVS VIII.

a ITem in inquiſitione non ſeruatur forma legis libellorum,a cum ſecundum canones nõ ponatur pœna, quæ in accuſatione imponitur.

SVMMARIVM.

1 *Canonis vocabulum quid importet.*
2 *Inquiſitio vtrum requirat formam legis libellorum.*

LEgis libellorum.De qua dixi ſupra in Rit.6. ante ver. pœnam pecuniariam,& ibi alleg.iſtum Rit.vide ibi.

¶ Secundum canones.Videlicet c.qualiter, & quando , lo ſecundo verſ.ſed cum ſuper exceſſibus , de accu. c.dilectus,c.per tuas,de ſimo.Spec.in tit.de inquiſi. §.nunc vidẽdum,in princ.Hoſt.in ſum.tit.de inquiſi. §.quis ſit effectus, & c.ad petitionem,de accuſ.& per Innoc.in c.fin.ibi,ſecus eſt in inquiſitionibus,de purg.cano. & ibi Panor.vide,quæ notaui ſup.in 6.Rit.verſ.dixi etiam inquiſitionem,ante ſi.

¶ Canones. Canon græce,latine regula nuncupatur,teſte Iſid.lib.6.ethimol.c.16. & tranſumptiue in cap. canon. 3.diſt.& ibi in c.1.col.3.verſ.ad primum, ibi, ad tertiã di-
1 cendum,dixit Io.de Turrecrem. quòd largo ſumpto vocabulo, canon , omnem conſtitutionem eccleſiaſticam comprehendit,ſed ſtricte , capitur pro ſola conſtitutione, quæ edita eſt in Concilio vniuerſali , aut prouinciali . Albericus Oliua.

AN.

Digitized by Google

a AN. Legis libellorum. An ſemper requiratur de iure ca-
nonico, vt ſeruetur forma l. libellorũ, ff. de accuſ. in inquiſi-
tione facienda, ſcilicet, vt debeat apponi in ea tẽpus, locus,
menſis, & alia in d. l. conſtituta, nõ parum difficultatis ha-
bet, quamuè tractat Bal. in l. edita, C. de edendo, & diſtin-
ctius Foller. in prax. crim. can. c. 6. nu. 37. & Curia Archie-
piſcopalis amplexata eſt partem negatiuam, quæ fortaſſe
eſt etiam verior de iure. Ab. Io. Hier. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Quoad id quod dicit, in inquiſitione non ſeruari formã
legis libellorum, ſciendum eſt aliter de iure procedi in ac-
cuſatione, quàm in inquiſitione, cuius dicti ponit optimam
rationem Inno. in c. vlt. de purg. can. quia nempe accuſatio
eſt odioſa, & pro magna parte fieri ſolet ad proſequutio-
nem ſuæ iniuriæ, ſecus verò inquiſitio, in qua quid reperia-
tur immutatum per formam à d. l. libellorum præſcriptã
accuſatoribus, vidend. eſt Bart. qui optimè loquitur in l. 2.
§. ſi publico, nu. 12. ff. ad l. Iul. de adulter. qui tenet in inqui-
ſitione eſſe exprimendũ annum, menſem, & locũ, quemad-
modum in accuſatione, ſed non eſſe faciendam inſcriptio-
nem ad pœnam talionis: ita etiam tenet Affl. in conſt. Reg.
hi qui, nu. 16. quod explicat Paris de Put. in tract. de ſindi-
catu, in verſic. an per dictum, fol. 373. quod procedit parte
proteſtãte pro huiuſmodi expreſſione, quæ proteſtatio de-
bet eſſe ſpecialis, non generalis, niſi dicat pars libellum
ineptum, vt notat Iſer. in c. 1. num. 19. de pace tenen. & in-
quiſitio regulariter eſt de genere prohibitorum, neque eſt
faciẽda, niſi in caſibus à iure expreſſis, Bal. conſ. 124. col. 2.
in 5. volum. vide Marant. in praxi, par. 6. qui ponit omnes
caſus, in quibus per inquiſitionem poteſt procedi, necnon
modum formandi proceſſum in inquiſitione, addo etiam
eundem Affl. in d. conſt. vbi ſupra. Sed an in crimine falſi
ſit exprimenda qualitas, locus, & in qua parte fuit cõmiſſa,
negatiuè tenet Capyc. dec. 79. immo neque dies ad rei de-
fenſionem erit exprimenda, vt teſtatur deciſum in M. C. V.
Foller. in prag. fin. de compoſit. num. 15. quem refert, & ſe-
quitur Thor. in compendio deciſ. verb. accuſatio. Quid au-
tem in fiſco, an teneatur exprimere diẽ accuſationis, vide
Capyc. deciſ. 209. Boer. deciſ. 334. & Roman. in conſ. 145.
neque in ſcriptura priuata locus, & tempus ſunt de ſubſtã-
tia, l. cum tabernam, §. 1. ff. de pignorib. Mattheſil. notab. 45.
ſecus in ſcriptura publica, nouell. reg. 283. Rot. in dec. 738.
An locus ſit exprimendus in citatione, Mattheſilan. in l. fin.
nu. 5. C. quom. & quando iud. locus enim iudicij, & cita-
tionis eſt attendendus, Carau. Ritu 116. nu. 3. Sed an hodie
in Regno per cap. deteſtantes, ſint ſublata huiuſmodi re-
quiſita expreſſionis loci, temporis, & delicti, videri poteſt
Affl. in deciſ. 250. & 283.

RITVS IX.

Item in ipſa Curia clerici conueniunt laicos
a pro rebus, ſeu iuribus Eccleſiæ, *a* ſed non
pro pretio rei, vel debito principali.

SVMMARIVM.

1 *Actor ſequitur forum rei, quod aliquando limitatur.*
2 *Iudex eccleſiaſticus quando valeat capere laicum.*

Iste Ritus diuiditur in duas partes, ſecunda, ibi, ſed non,
1 quamuis actor ſequi debeat regulariter forum rei, c. cũ
ſit, c. ſi clericus, de foro compe. l. iuris ordinẽ, C. de iuriſd.
om. iud. clarius Spec. in tit. de compe. iudi. adi §. 1. in 2. par.
tamen fallit in caſu iſtius Ritus, videlicet, quãdo laicus con-
uenitur pro rebus, ſeu iuribus Eccleſiæ, immo etiam ſi pro
rebus clerici conuenietur, reſpõdebit laicus coram iudice
eccleſiaſtico, Panor. in alleg. c. ſi clericus laicum, in 1. no.
de fo. compe. & ibi Fel. in ſummar. & col. fin. verſ. tertia
concluſio, eſt tex. quem alleg. voluit Hoſt. in ſum. de fo. cõ-
pet. verſ. ex premiſſis, in c. ſuper quibuſdã, §. cum à legato,
de verb ſig. quando al. c. nouimus eo. tit. in quo verſ. ex
premiſſis colligit circa 24. caſus, in quibus fallit regula. fac.
con. 10. de Ana. 84. in fi. & ibi addit. Bologni. & gl. in verb.
ſubditos in clem. 1. de fo. compet. & quod habeat locũ Ri-
tus etiam pro rebus clerici, Alber. de Roſ. in auth. ſtatui-
mus, col. 1. verſ. ſed licet, C. de Epiſc. & cler. allegat pro
caſu c. pen. & fin. de iud. & c. conqueſtus, de fo. compet. &
2 quando iudex eccleſiaſticus poſſit perſonaliter capere lai-
cum, Albe. de Roſ. in l. cognouimus, C. de hæret. poſt princ.
& quando Epiſcopus valeat aperiri facere teſtamentum
clauſum alicuius laici coram ſe, Franc. de Arc. conſ. 36. vlt.
col. vbi ſubiũgit, quòd pro legatis ad pias cauſas eſt iudex
competens Epiſcopus contra laicos, & Ang. idem no. in l.
hæreditas, la ſeconda, ff. de pet. hæred. vide infra Rit. 24. &
39. & ſi negabitur rem eſſe eccleſiæ, ſeu clerici, iudex or-
dinarius eccleſiaſticus cognoſcet de iſta qualitate, Fely. in
alle. c. ſi clericus, & non immerito, quia ſi allegatur cleri-
cum ordinatum in fraudẽ, eccleſiaſticus cognoſcet de frau-
de, Panorm. in c. cum ſit, col. 3. verſ. ſecundo ex dictis, de
foro compet. poſt Innoc. verum in Sacro Conſilio Neapo-
litano fuit vſurpatum, teſte Matt. de Affl. deciſ. 297. quòd
dabitur terminus ad probandum, & facta publicatione in
cauſa, ſi qualitas allegata fuerit probata, proceditur in cau-
ſa ad actus incumbentes, alias cauſa remittetur, ibi videas,
& quòd debeat de qualitate iuriſdictionem tribuente
prius conſtare, vide Fely. in c. licet, col. 23. de proba. in c.
examinata col. 4. de iud. in c. cum ex officij, col. 13. verſ.
pro quo facit, & in cap. auditis col. 22. in fi. de præſcript.
Panorm. in c. cõqueſtus, col. 2. in fi. verſ. ex his infert, de fo-
ro compet. Archid. in c. 1. verſ. inueniatur, eod. tit. lib. 6. vi-
de omnino Fely. in c. cum ſit, col. 2. verſ. & adde quòd, de
foro compet. vbi quòd communis opin. eſt quòd ſi agitur
rei vendicatione pro re Eccleſię, quòd laicus erit iudex, &
tamen communi opin. huiuſmodi non obſtante, ſeruabitur
iſte Ritus, cum multi teneant contrarium, de quibus in c. ſi
clericus, de foro compet. & ſignanter Panormitanus ibi.

¶ Sed non pro pretio rei. Non conuenietur ergo laicus,
ſecũdum iſtum Ritũ in Curia eccleſiaſtica à clerico actio-
ne perſonali, ſed reali, pro rebus ſeu iuribus Eccleſiæ, quia
in perſonali datur actio quando non agitur ad certã rem,
ſed dicitur ex contractu, vel maleficio perſonam obliga-
tam, quod multis ex cauſis contingere poterit, prout not. in
l. obligamur, ff. de act. & obl. finis enim cõcludẽdi in actio-
ne perſonali, eſt, aduerſarium mihi dare, aut facere opor-
tere, alijſque pluribus modis, vt ex quaſi contractu, vel ex
quaſi maleficio inſtit. de actio. §. omnium, verſ. nãque agit,
& ibi Ang. ponit formã libelli in actione perſonali, col. 6.
verſ. forma ergo, & per Panorm. in c. quoniam frequẽter,
§. in alijs, col. 2. verſ. & pro aliquali declaratione, vt lite nõ
conteſt. & non ſine cauſa dixi, ſecundum iſtum Ritũ, quia
de iure communi, etiam pro re clerici, & pro alijs reſpon-
debit laicus coram eccleſiaſtico iudice, vt pro clara om-
nium intelligentia ſupra notaui in præcedenti gloſa maxi-
ma, quam videas. Albericus Oliua.

a AN. Materiam huius Ritus, vt nimis periculoſam cõſul-
tò omiſi pertractare, quamuè fortaſſe alibi congruentiori
loco declarabo, ſi Deus dabit, hic tamen allego tibi textũ
conſimilem in c. ſi clericus de for. compet. & inibi Butr.
nu. 11. Abb. Ioan. Hier. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Iſte Rit. benè fundatur de iure, quia Iudex eccleſiaſticus
debet adiri pro re ſpirituali, non autem ſecularis, qui ſpiri-
tualium non eſt capax, ad tex. in cap. decernimus, de iudic.
& ad late tradita per Magdalen. de numero teſtiũ in teſta-
mento, 1. par. c. 10. nu. 8. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 67.
num. 12. Diaz reg. 368. Gratian. reg. 253.

Et quod pro re Eccleſiæ laicus coram eccleſiaſtico con-
ueniatur, videndus eſt tex. in c. ſi clericus laicum, de foro
comp. & Cacheran. in deciſ. 31. col. 6. vbi dicit ex commu-
ni DD. ſententia, quod vbi agitur de rebus Eccleſiæ, ſiue
clerici,

Digitized by Google

clerici,tam actione reali,quam perſonali poterit quis corã iudice eccleſiaſtico, vel ſeculari conueniri, allegat Innoc. Abb.Zabar.Io.And.Socin.in d c.ſi clericus,col.antepen.& ſeq.de foro comp.Fel.in c.cauſam,de præſcript. vide etiã tex.in auth.itẽ nulla,vbi notat Bar.& gl.C.de Epiſ.& cler.

An autem laicus ratione fructuum præbendæ ſibi locatę conueniri coram iudice eccleſiaſtico poſſit,vel liceat ei remitti cauſam Iudici ſeculari, vide notata per Cacher.in d. deciſ.31.

RITVS X.

ITem quantum ad proceſſum faciendũ in negligentiam ſuffraganeorum contra illorum ſubditos,requiritur, quòd primo conſtet Curiæ Archiepiſcopali de illorum negligentia, vel de-
negata iuſtitia, vt contra ipſos ſubditos proce-
2 di valeat in Curia ipſa. a

SVMMARIVM.

1 *Negligentia Epiſcopi deuoluit cauſam ad Metropolitanum, & num.5.*
2 *Iudex vt procedat, debet prius conſtare de fundamento iuriſdictionis.*
3 *Appellari non poſſe videtur à denegata iuſtitia.*
4 *Iuſtitiam denegatam fuiſſe quomodo probandum.*

Iſte Ritus non recipit commodam diuiſionem.

¶ In negligētiam. Quamuis Archid.in c.1.de ſup.neg. præla.lib.6.tenuerit, quòd per negligentiam Epiſcopi non deuoluatur iuriſdictio ad Metropolitanum inter ſubditos ſuffraganei,quẽ ſequitur Panor.in c.paſtoralis,de off.ord.
1 tamen ghin verſ. culpis in eo.c.1. & ibi communiter Scribent.tenent contrarium,& ſignanter Philip.Franc.& Fely. in alleg. c.paſtoralis, & ſic iſte Ritus erit conformis iuri communi, tamen vrbanius faceret Archiepiſcopus Metropolitanus remittendo ſubditum ipſius ſuffraganei ad ipſum cum comminatione, quod infra certum terminum debeat iuſtitiam facere, & ſi nòn fecerit, elapſo termino cauſam aduocare poterit, vide plenas remiſſiones per Philipp. Fran.vbi ſupra, & quod ex capite negligentiæ deuoluatur iuriſdictio ad Superiorem,& an intelligatur de parua, ſeu notabili negligentia, & an ſit cauſa legitima minuendi ſalarium,& de pluribus alijs,per Fely.in c.irrefragabili, de offic.ordinarij.

Quod primo conſtet.Regulariter quando certũ,& limitatum tempus,ſeu certa,& limitata pars loci,vel alia qua-
2 litas eſt fundamentũ iuriſdictionis, de illis reſpectiue conſtare prius debet,vt per concordan.quas alleg.in proximo præcedenti Ritu,in 1.parte,in fin.quas vide,& adde deciſ. Maz.22.poſt princ.& 377.Fel.in c.nouit,poſt princ.de iud. Philipp.Dec.conſ.62. in cauſa quæ,ante fin.405.col.2.ver. ſecunda conditio,437.nu.3.259.nu.6. vbi etiam de lege,& ſtatuto requirentibus certam qualitatem,261.nu.2.268. in princ.466.nu.7.741.in princ.18.col.3.in princ.& 37.col.4. ver.quarto principaliter, Bar.in l.ex quacunque, col.pen. ff.ſi quis in ius voc.non ier.& in l.pręſcriptione,C.ſi cõtra ius,vel vti.pub. In.& Io.An.in c.Romana,§.contrahentes, de fo.comp.Bal.in l.ſi quis ex aliena,ff.de iud.Alex.cõſ.79. circa primam,de quo quæritur,col.2.vol.1.& hoc etiã obſeruare debet Metropolitanus viſitando, nam priuſquam corrigat crimina,debet conſtare de ipſorũ notorietate, inducta propter negligentiam ſuffraganeorum, c.Romana, §.notoria vero,de cenſi.lib.6.c.peruenit,18.diſt.c.1.& fin. §.vt autem,de offic.deleg.lib.6. vbi de conſeruatore idem ſtatuitur,Fel.in cap.ſuper literis,col.24.verſ.fallit decimo, de reſcript. & in cap.ſi clericus laicum, col.2.ante num.4. de foro compet.

¶ Vel denegata iuſtitia. Si intelligis Ritũ per viam querelæ,planum eſt,quod procedit de iure cõmuni,quia a de-
3 negata iuſtitia non videtur, quòd poſſit appellari, Bald.in l.fin.§.illud,ver.nota literam, C.de temp.appell. & in l.1. col.3.ver.oppo.cõtra hanc l. C.vt li.pen.& clarius in l.fin. col.2.verſ.ſed pone,C.de ſent.& interl.omn.iud. vbi ponit rationem,videlicet,quòd nõ poteſt appellari,niſi ſuper eo, quod poteſt infirmari, vel cõfirmari, ſed negatio,ſeu diſſimulatio nec infirmari,nec confirmari poteſt,& in l.2.q.11. C. de Epiſ. Audi. ſed ſi per vim appellationis, tunc ſunt opinio.vt per Bal.in alleg.q.11.& per addit. ad Bal. in alleg.§.illud,C. de temp.appell.in litera P,vbi plene, & alleg.c.ex conqueſtione,de reſtit.ſpol.Panor. in c.ex parte, lo vltimo,de appell.Card.in c.cum ſit, de foro compet. & plures concord. vide etiam Paris de Put. in tract. ſind. c. quomodo prouideatur, fol.17. col.1. & quomodo proba-
4 bitur iuſtitiam fore denegatam,ibidem, c.qualiter autem, fol.16.col.3.& an propter denegatam iuſtitiam poſſit adiri iudex eccleſiaſticus,per eundem c.an, & quando, eod. fol.17.col.1. & an ratione denegatæ iuſtitiæ officiales criminaliter puniantur,per eund.fol.16.c.ſindicantur, col.2. & videtur concludi, quòd poſtquam iudex tertio monitus non iudicat,ſeu prouidet,quòd poſſit appellari ab illo grauamine, Phil.Franc.in al.c.ex parte, lo vltimo, de appell. col.2.in fi.vide cõſt.reg.ſtatuimus,§.talis iure lib.1. fol.13. & conſt. iuſtitiarij nomen, §. defectus vero col.15. eod. lib.1.conſt.Regn.255.Robertus primogenitus nobili,verſ. item cognoſces,fol.86.& conſ.182.Robertus, &c. Curiæ Vicariæ,fol.75.&c.irrefragabili,§.exceſſus, de off.ord.& omnino Andr.de Iſer.in c.Imperialem,de prohib.feu.alie. per Feder.§.præterea inter,col.6.ver.eadẽ ratione,fol.99. vbi concludit,quòd de iure ciuili poteſt dici, quòd ex negligentia cauſetur deuolutio ad Superiorem, de iure vero Canonico quando requiſitus non facit iuſtitiam, alleg.c.1. de ſuppl.negl.prælat.not.in c.cum cauſa de off.deleg.dicẽs hũc eſſe vnum dẽ caſibus in quo Metropolitanus habet iu-
5 riſdictionem in ſubditos ſuffraganei,de quibus not.in c. paſtoralis,de off.ord.c.cũ ſe ipſum; 8.q.4. & quòd multo fortius quãdo ex malitia differt,all.c.ex tranſmiſſa,in fi.de foro comp.& in c.prudẽtiam,in §.6.de off.deleg. iſte tamen Ritus vult,quod ſi conſtiterit de negligentia, vel denegata iuſtitia,cauſabitur deuolutio ad tollendum iſtarũ opinionũ conflictum,de quibus pleniſſime per Fely.in alleg.c.paſtoralis,col.4.cum ſeq.nu.6.verſ.circa nouam, de off. ord.habes ergo quid de iure Canonico,quid de ciuili, quid ſecũdum Regni conſtitutiones, & capitula, & quid ſecundum iſtum Ritum,& in feudalibus vide Fely.in c. verum,col.3. verſ.gl.in verb.cognitionẽ,de fo.comp. Albericus Oliua.

AN. In curia ipſa. Huic Ritui concinit ius commune ſe-
2 cundum veriorem ſcribentium reſolutionem,quã communem eſſe fatetur Abb.in c.graue,nu.9.de off.ord & Fely.in c.paſtoralis,nu.6.alleg.tit.ac Stephanus Quaranta copiosè hanc materiam pertractans in tract. de author.Archiep, in ſuffragan.in 19.author. Abb.Io.Hier.Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Colligitur concluſio ex hoc Ritu, vt data negligentia Epiſcopi,cauſa deuoluatur ad Archiepiſcopum,& meritò, nã inter alias Archiepiſcopi authoritates,hæc eſt vna,quod propter negligētiam Epiſcopi, deuoluatur poteſtas ad Archiepiſcopum, Gl.in c.fin.in verb.negligentes,9.q.3. & in c.paſtoralis, in princ.de off.ord. c.ſicut olim, de accuſ.c.1. de ſuppl.negl.Præl.in 6. Affl.in c.Imperialem,§.præterea, nu.33. de prohib.feu.alien.per Fed. poſt Abb.in c.quanto, nu.6.de off.ord. Franc.& Gemin.in c.venerabilibus,§.ſane de ſent.excom.in 6. qui notant ex illo tex.quod Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubiectos ſuffraganei,ſi ſuffraganeus negligit facere iuſtitiam: & hanc eſſe communem opinionem dicit Abb.in cap.graue,num.9 de off.ord. Ratio autem eſt, quia Epiſcopus nõ debet eſſe negligens in Diœceſi ſua,ſed facere debet ea ad quæ tenetur,vt puta ordinare clericos,iudicare,& alia diſponere ad quæ tenetur. Vnde videmus, quòd ſi ſuffraganeus eſt negligens, vt non ordinet,vel excommunicet, vel condemnet quos debet, & gene-

generaliter non facit ea, quæ debet, & admonitus nõ emendauerit, tunc Archiepiſcopus, inuito eo, ſupplebit vices eius, ſcilicet, quod in parochia eius ordinabit clericos, inſtituet in Eccleſijs, excommunicabit, abſoluet, & damnabit, Card. in cap. fin. 9. q. 3. Abb. in c. ex parte, de conceſſ. præb. vide latè Nouiſſimum in praxi Curiæ Archiepiſc. cap. 86. Quod autem negligentia ſit iuſta cauſa priuando aliquem exercitio, vide Fely. in c. irrefragabili, de off. ord. vbi ponit etiam modus probandi negligentiam, vbi nec à iure, nec à ſuperiore eſt præfixum tempus, & qualiter cõſtare debeat de negligentia, vide Affl. in c. 1. ſi de inueſt. feu. inter dom. & vaſſ. notab. 13. in fine.

RITVS XI.

ITem ſi pars conqueritur etiam de Epiſcopo ſuffraganeo, poterit ipſa Curia Archiepiſcopalis procedere contra ſubditum ipſius ſuffraganei, & ipſum ſuffraganeum ſimul abſque alia appellatione, ex quo per querelam de ipſo Epi-
a ſcopo Curia ipſa aditur. a

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus eſt Iudex ordinarius Epiſcoporum, & num. 3. & quid hodie, num. 4.*
2 *Archiepiſcopus quando poſſit ſe intromittere inter ſubditos ſuffraganei, remiſſiuè.*

RItus iſte commodam non recipit diuiſionem.
¶ De Epiſcopo ſuffraganeo. Qui iure permittẽte,
1 conueniri debet pro cauſis quas habent ſubditi contra eũ, coram Metropolitano, c. peruenit. 11. q. 1. quem tex. alle. gl. in verb. cauſis, in c. 1. de ſuppl. negl. præl. lib. 6. c. Romana, §. deinde liceat ibi ſuffraganeos ſuos, & eorum ſubditos, de cenſibus, lib. 6. & permittitur hoc ſubditis Epiſcoporũ abſque petitione veniæ. Panor. Imo. & Zaba. in cap. legebatur in fi. de maio. & obe. Præpoſ. Alex. in c. Epiſcopus, 11. q. 3. fol. 286. all. c. ſi clericus, 11. q. 1. c. ex conqueſtione, de reſtit. ſpol. & alia iura, & vide c. paſtoralis, de off. ord.
2 ¶ Ex quo per querelam. Idem voluit Hoſt. in c. ad reprimendã, vlt. col. ibi, non enim habet ſe intromittere, de off. ord. & Panor. videtur ſequi in c. paſtoralis in prin. col. vlt. verſ. vltra gl. eod. tit. vbi colligit caſus in quibus Archiepiſcopus poteſt ſe intromittere de ſubditis ſuffraganeorum. Albericus Oliua.
a AN. Curia ipſa aditur. Attenta diſpoſitione iuris cõmu-
3 nis Archiepiſcopus eſt iudex ordinarius Epiſcoporũ ſuffraganeorum, c. quia cognouimus 10. q. 3. c. paſtoralis, vbi Abb. nu. 7. de off. ord. gl. in c. Metropolitanum, 2. q. 7. in c. ſicut vnire, verbo attentare, de exceſſ. prælat. Gemin. in c. venerabilibus nu. 4. de ſent. excom. in 6. Lapus alleg. 102. nõ poteſt clericus nu. 2. ita etiam Vicariorum generaliũ ipſorum Epiſcoporum, in his tamen, in quibus delinquunt in officio, c. 1. de off. Vic. in 6. atq; ideo poteſt in eo caſu ipſos Vicarios punire, vt ſcribit Zabarell. in clem. abuſionibus nu. 8. de pœnit. & remiſſio. ita pariter ipſoſmet ſuffraganeos, de quorum criminibus cognoſcere poteſt, nec nõ de cauſis ciuilibus, iuxta notata per Abb. in d. c. paſtoralis in princ. & c. 2. de appell. & luculenter Stephan. Quaranta primò loquens de hac auctoritate Archiepiſcopi in ſuffraganeos, deinde de alia, nempè in Vicarios ipſorũ, in tract. de auctor. Archiepiſ. in ſuffragan. in 16. & 17. aucto. Hodie
4 tamen per Concil. Trident. nequeũt Archiepiſcopi procedere in cauſa criminali contra Epiſcopos, ſed tantum Romanus Pontifex, vel alius ab ipſo eligendus, quotieſcunque cauſa ipſa meretur depoſitionem, vel priuationẽ, cùm verò ſunt minores cauſæ criminales, tunc eas cognoſcit tantum Prouinciale, Concilium, vel deputãdi per Concilium Prouinciale, vt eſt cap. Conc. Triden. incipiens, cauſæ criminales, ſeſſ. 24. de reform. qua in re ſubiungere duxi per neceſſarium quidquid in ea declarauit Sacra Congregatio eiuſdem Concilij, & primo, quod præfatæ cauſæ minores poſſunt tractari, & diffiniri in Concilio Prouinciali, etiam nõ exiſtentibus inibi duodecim Epiſcopis à Concilio requiſitis: quia conſtat Concilia Prouincialia ex minori numero Epiſcoporum conſiſtere, nec obſtat, quòd ad cognoſcendã cauſam Epiſcoporũ requirantur duodecim, quia illud procedit in cauſis maioribus, ita cenſuit Congregatio. 2. quod non eſt neceſſe, vt deputandi per Concilium, ſint Epiſcopi, quia facultas eſt generalis, ac demum poſſunt ipſi deputati cognoſcere, & terminare iſtas cauſas, diſſoluto Concilio Prouinciali, ſi cauſæ erãt cęptæ ab ipſis deputatis ante diſſolutionem dicti Concilij: quia in ſimili non expirat iuriſdictio delegati, quòd ſi cauſæ non erant cœptæ, non amplius poſſent ipſi deputati illas cognoſcere, & terminare. Abb. Ioan. Hier. Gamp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Concilium Trid. ſeſſ. 24. c. 20. de reformat. dicit ſolum in tribus caſibus poſſe appellari à ſuffraganeis ad Metropolitanum. Primo à diffinitiua, quæ imponit vltimam manum liti. Secundo, ab interlocutoria habenti vim diffinitiuæ. Tertio, à grauamine irreparabili, quod per diffinitiuam nõ poteſt reparari: quæ autem ſit differentia inter diffinitiuã, & interlocutoriam, vide pro practica Marant. 6. par. tit. de ſent. à num. 1. vſque ad 46. poſt Bal. in l. 1. C. ſenten. reſcindi non poſſe, Boer. in dec. 79. Conc. Lateranen. ſub Leone X. ſeſſ. 10. §. ſacro, Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 10. de reform.

Et quatenus Rit. dicit, ꝙ Archiepiſcopus eſt iudex ſuffraganeorum, adde tex. in c. ſane, de foro comp. gl. in c. paſtoralis, §. inuitum, de off. ord. Couar. praſt. quæſt. c. 9. verſ. 12. & cap. 10. Sed quid ſi lis eſt inter Epiſcopum, & eius ſubditum, tunc eſt diſtinguendum, ꝙ ſi Epiſcopus eſt reus, & ſubditus actor, tunc Archiepiſcopus erit iudex competens Epiſcopi, c. ſi clericus, 11. q. 1. & ibi gloſ. in verb. audiatur, ex ratione, quia actor ſequitur forum rei, c. cũ ſit generale, de foro comp. ſi verò econtra, tunc debent eligi arbitri, ad quos eligendos, Epiſcopus ipſe poteſt cogere ſubditum, gl. in c. ſi clerico, §. arbitros, de foro comp. Abb. in c. cũ Apoſtolus, nu. 4. de cenſib. Maran. 6. par. tit. de appell. num. 376. & à ſententia dictorum arbitrorum nõ appellatur ad Metropolitanũ, ſed ad Papam, gl. in c. ab arbitris, de off. deleg. in 6. Capyc. in deciſ. 137.

Et quatenus dicit, quòd poteſt adiri Metropolitanus per viam querelæ, adde quod quando ſuffraganeus cõmitteret aliquid iniuſtitiæ in cauſa, vel ſententia, poſſet tunc adiri Metropolitanus per viam querelæ, quia modò Epiſcopus eſt reus, & querulans eſt actor, & viſo de iniuſtitia cauſæ, præcipitur ſuffraganeo ſententiam reuocare, vel quod reuideatur in tribunali Archiepiſcopi, Couarr. cit. c. 10. num. 105. verſ. eadem ratione, Maran. loco cit. nu. 7. Abb. in cap. ſacro, num. 6. de ſent. excomm. vbi admittit viam querelæ in cenſuris eccleſiaſticis.

RITVS XII.

ITem in petitione relaxationis à iuramento, non accumulatur reſtitutio rei.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento fieri an debeat parte citata, & num. 3.*
2 *Excipere de ſimulatione contractus vtrum liceat, iuramento non obſtante.*
4 *Epiſcopus poteſt concedere abſolutionem à iuramento.*
5 *Epiſcopus nequit abſoluere per iuramentum, ſecumque diſpenſare.*

PRo iſto Ritu vide Fel. in c. inter cæteras, in fi. de reſcr. vbi alleg. Bal. in l. quæ ſub conditione, §. 1. ff. de cond. inſt.

Digitized by Google

inſtit.& vide eundem Bald.conſ.169. vol. 5. & contra ri-
tum vide Iaſ.in l.ſtipulationum quædam, §. qui illud,aut
illud,ff.de verb.oblig.& Philipp. Dec. in alleg. cap. inter
cęteras,col.2.in fin.vbi alleg.l.adigere,§.1.de iurep.l.fin.
§.is qui,ff.qui,& à quib.l.2 C.de obſeq. pat. præſtan. Pa-
norm.in cap.cum cauſa,in 1.nor.de emp.& vend & vide
ſupra in dictione,aut,& concordabis opin. prout ibi no-
taui,allegando Alb.de Roſ.in l.fin.§. non prohibetur, ff.
qui,& à quib.& contra ritum vide cap.conſtitutus, de in
integ.reſt. & Bal.in l.edita,col.16.quæſt.7.C. de eden. &
Panor.in all.cap. conſtitutus, in fi. & merito pro iſtis va-
rijs opin.emanauit iſte ritus, & omnino vide in all. di-
ctione,aut,ſupra in dictionario.
1 ¶ Iuramento. A quo abſolui non debet quis regulari-
2 ter,niſi parte citata,quia vbicunque iuramentum eſt ob-
ligatorium ex parte iurantis,& aliquam vtilitatem conti-
net ex parte recipientis,nunquam debet relaxari,niſi par
te vocata,ita Felyn.in cap.1.col.8.ver.quarto quæro poſt
Panorm. de iureiuran. & iſtam regulam firmat Panorm.
in cap.qua fronte,& ibi poſt ipſum Philipp. Dec.colum.
vltim.de appellation.dicens iſtam eſſe communem opin.
alleg.Io.And.in rub.de iureiur.Oldr.conſ. 120. ad dupli-
cem finem,& alia iura,Iaſ.in l.quicquam,§.vbi decretum,
num.49.de off.proconſ.& leg. Franc.Cur.conſ.43. ſuper
contingentia facti,penul.& vlt.fol.verſ.quid autem, col.
9.Petr.de Anch.conſ.197.& 382.Alex.conſ.223.& ſecun
dum alium num.367.viſa facti narratione,col. 3. poſt nu.
7.vol.2.quam regulam limitat eſſe veram, & vendicare
ſibi locum Fel.in alleg.cap.1.col.8.in fin.quando per ab-
ſolutionem ex toto tollitur obligatio, quia tunc requiri-
tur citatio,ſecus quando habilitaretur tantum,& poſt lō-
ga argumenta ad partes dixit, quòd tutior eſt tenere re-
gulam,quòd requiratur partis citatio, quam limitationē
ſublimitat,niſi notoriè conſtaret de turpitudine ex parte
recipientis,ita quòd certum ſit parti abſenti in hoc nul-
lam defenſionem competere,vt ibi per eum, vide Pet. de
Anch.conſ.18.in quæſtione,quæ vertitur circa col.2.Pau.
de Caſt.conſ.259.circa primum quæſitum, col. 3. num. 9.
vol. 2. in nouiſs. impreſſ. & ibi addi. in litera A.Philipp.
Dec.in alleg.cap.qua fronte, verſ.fallit primo, de appell.
alleg.Card.Zabarell.conſ.35.col 2. limitatur etiam regu-
la,quando nemini competeret actio, vel aliquod ius ex
iuramento,Fel.in alleg.cap.1.col.11.in princ. verſ.tertio
limita,alleg Zabarel.conſ.38. quædam habens, ſequitur
Philip.Dec.in alleg cap. qua fronte, verſ. ſecundo fallit,
vlterius limitatur quando iurauit creditorem in iudicio
non vocare, vel denunciare, quia tunc non poſſet citari
facere creditorem,quin ipſe debitor inciderit in periuriū,
ita Fel.in alleg.cap.1.col.11. verſ. quarto & vltimo limi-
tatur; & vltimo, quando periculum eſſet in mora, ita
Philip.Dec.in alleg.cap.qua fronte,verſ.vltimo fallit; vl-
timo ſemper menti tenendum, & nunquam obliuioni
tradendum eſt, ꝙ conſuetudine introduci poteſt, ꝙ non
requiratur talis citatio,ita Barb.conſ.85. lib. 3. & moue-
tur per dictum Bal.in auth. ſi quis in aliquo, C. de eden.
dicentis conſuetudinem poſſe ſolemnitati citationis de-
rogare,ſequitur Alex.conſ.41.alias 183.habita ſuper con-
tentis,vlt.col.nu.2.verſ.& ſtatutum, & ſtylus, & conſue-
do lib.2.quod omnia iſta tria idem operabunt, vide addi.
ad Philip.Dec.in litera A, in alleg.cap.qua fronte, de ap-
pell.& quòd poſſit Epiſcopus ſubditum ſibi abſoluere à
iuramento extraneo præſtito ſuper ſoluendis vſuris, vide
Lapum all.10.quam al.Ant.de But.in cap.poſtulaſti, col.
pen.verſ.& ex his tollitur, de for. compet. & pro pleniſ-
ſima notitia iſtius abſolutionis à iuramento, quando fiet
à Papa, quando ab Epiſcopo, quando à iudice ſæculari,
quando à parte parti,& quando à ſe ſibi ipſi, vide omni-
no Fel.in cap.præterea,à 6.col.nu.17.vſque ad fi. per no-
uem colum.de ſpon.& quando nec Epiſcopus, nec Papa
abſoluere poſſint,vide Pau.de Caſt. conſ. 290. viſa ſupra-
ſcripti facti narratione,col.2.nu.3.verſ. ſed dubitatur, in
litera A.vol.2.in nouiſs.impreſſ. & ſi iurauit abſolutionē
non petere,vide Lud.Rom.conſ 326.in præſenti conſul-
tatione, Pau.de Caſtr.conſ.122. viſo puncto ſupradicto,
vlt.col.verſ.quarto loco,vol.2. in nouiſs. impreſſ. Fel. in
cap.conſtitutus,col.9.nu.14.verſ amplius dicas, de reſcr.
glo.1.in cap.tuas,de vſur.pro qua vide Fel.in cap.debito-
res,col.6.circa med.de iureiur. & Vital. in clauſul. de ab-
ſolutione à iuramento,fol.185.col.3.Matth.de Afflic. de-
ciſ.220.5.& 6.dub.in fin. & deciſ.30. & 80. & ſi iurauit
omnia,& ſingula vera eſſe,vide Do.Alexan.Imolen.conſ.
89.ante fin.vol.2.Matt.de Affl.deciſ.6.Alex. conſ. 17.lib.
3.Pau.de Caſt.conſ.306.vol. 2. quanquam in nouiſs. im-
preſſ.alleg. Io.Baptiſt.impreſſam poſt ſingul.Franciſ.Cre-
men.fol.121.Do.Alex.in l.nemo poteſt, col.4. in litera
D.de leg.1.Soc.conſ.155.vlt.col.verſ.ſecundo reſpondé-
tur,vol.2.& quando illud iuramentum dicatur in frau-
dem appoſitum,Philip.Dec.conſ.403. in fin. vol.3. & de
pacto de non agendo iurato,Philipp. Fran.in cap.1. poſt
2 princ.de litis conteſt.lib.6.& ſi contractus eſt ſimulatus,
& iuratus,an poſſit excipi,ſeu agi de ſimulatione,iuramē-
to non obſtante,Petr.de Anchar.in cap.ad noſtram,no.5.
de emp. & vend. & Philip. Dec. in alle. 9. 403. num. 21.
Thom.Ferrar.auth.16.col.pen. poſt nu.3. vbi alleg. Pau.
de Caſt. in l.ſi quis pro eo,ff.de fideiuſſ.col.3. verſ.adde
quintum caſum,dicentem,quòd tale iuramentum,cum
non habeat conſenſum,dicitur carere anima,& Bald. in l.
nec patronis,C.de operibus liber.dicētem, quòd nil ope-
ratur iuramentum,nec erit neceſſe pro eius relaxatione
adire Epiſcopum, exigente ſimulatione. & in omnibus
caſibus,in quibus Papa remittit iuramentum, ſeu habili-
tat ad effectum agendi,non eſt quis periurus, niſi fuerit
Papæ obiectum,ita Archid.in cap.in memoriam,19. diſt.
quem ad hoc alleg.Bald.in l.cum non ſolum, §. neceſſita-
te,verſ.filius autem,in fin.C.de bon.quæ lib. & ideo ſem-
per practicaui,quòd in omnibus abſolutionibus, ſeu ha-
bilitationibus,quæ à Roman.Curia veniunt, ſemper fiat
expreſſa mentio,& de clauſula, omnia & ſingula vera
eſſe,& de pacto de non petendo, & de clauſula de nō ob-
tinenda abſolutione à iuramento, & de illa obtenta non
vti,& de pluribus iuramentis in eodem contractu con-
tentis,vel in diuerſis, & de periurio forſan incurſo ad ef-
fectum,vt à reatu periurij etiam abſoluatur prius,vt eui-
tentur notata per Felyn.in alleg.cap.1.col.12. & 13. verſ.
ſeptimo quæro,de iureiur.& iſta ſic collecta notabis,quia
alibi tam ſuccinctè reducta non inuenies. & nota, quòd
in Curia Archiepiſcopali Neapolitana eſt practica,ſecun-
dum quam non conceditur citatio ad inſtantiam petentis
ſe abſolui,ſeu habilitari à iuramento, niſi ad minus ſu-
perſint viginti dies ante aduentum termini ſolutionis
fiendæ cum iuramento, & ſi per inaduertentiam conce-
datur citatio,non operabitur ſuum effectum, ita teſtatur
Matth.de Afflict.deciſ.31.in fine, quam vide. Albericus
Oliua.
a ANN. Niſi parte vocata. Non eſt paruipendenda in
3 hac difficultate diſtinctio illa,quod abſolutio à iuramen-
to petita ad tollendam penitus obligationem contractā,
requirat partis citationem, illa vero, quæ petitur ad for-
mam agendi,vt ſcilicet, non obſtante iuramento appoſi-
to in contractu,liceat petenti derogare illius fraudes, &
ſe defendere,vtique fieri poteſt abſque tali citatione, vt
concluſerunt permulti Authores citati ab Oliua in hoc
Commento. Et præter eos Loffred.apertè conſ. 12. nu.6.
Oldr.conſ.120.ad duplicem finem, Crau.conſ.717.num.
44.& Rot.deciſ.67.ſciendum eſt,ſiue 8. de iureiur. in an-
tiq. Aufrer.ad deciſ.Cappell.Tholoſan.62. ſi diſpenſatio,
Pau.de Caſt.conſ.216.circa primum, Ruin.conſ.170.de
tribus num.30.lib.1.Petr.de Anch.conſ. 18. in quæſtione
poſt nu.6.& Affl.deciſ.210. in cauſa poſt num. 9. ſubiun-
gens eſſe communem opinionem, atq; ex communi ſty-
lo tunc non requiri citationem, affirmat Curt.iun.conſ.
152.præſupponitur poſt num.9.& Socin.conſ.59.in cau-
ſa nobilium,poſt num.10. vol. 3. has tamen abſolutiones
4 Epiſcopus concedere poſſe non dubitatur, vt Anto.de

Digitized by Google

Butr.in cap.quanto,poſt nu.16. de iureiur. Fel. in cap.2. nu.21.de ſponſal.& concinunt,quæ tradidit Gemin.in cap.fin.poſt num.12.de foro compet. in 6. ac communis eſt opinio,teſte Antonio Gagliardo tract. de abſolut.à iuramento, §.4. nu.7.atque ita quotidie ſeruari, & tolerari ex communi obſeruantia concludit Guid. Pap.deciſ. 140.
5 in deciſionibus num.4.qꝫ tamen reſtringitur,præcipuè ſi poſt periurium incurſum petatur abſolutio, nam tūc nedum Epiſcopus, ſed neque Magnus Pœnitentiarius, aut Legatus à latere poſſunt illam elargiri, vt aliunde demōſtrant Berous conſ.50.nu.74.lib.1.Rimin.iun. conſ. 203. nu.77.quibus alij multi ab eodem Riminal. citati adſtipulantur, omnique prorſus ſummota dubitatione conſentiunt,cùm verò ante periurium fuit conceſſa per Epiſcopum abſolutio,non impeditur obtinens, quin citra metū periurij valeat proponere iura ſua,& agere, aut excipere etiam pendente appellatione ab aduerſario interpoſita ab huiuſmodi abſolutione,vt probat,ac pluries obtinuiſſe in practica refert Vrſill.ad Afflict. deciſ. 188. ſi conuenitur num.6.& Anto.Gagliard.adducto tract.§.3.nu.32. Abb.Io.Hiero.Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Ratio cur in petitione relaxationis à iuramento non accumulatur reſtitutio rei,eſt; quia abſolutio conceditur ad finem agendi tantum,ne incurratur periurium,ſi agat, vel exceptionem opponat, abſolutione non impetrata, vt per Benintend.in deciſ.14.Rot.Bonon.Ioſeph.Ludou. in deciſ.Peruſ.18.nu.50.Caualcan.in deciſ. Fiuiz.9. num. 33.par.1. Et propterea non eneruat, aut tollit vinculum contractus, Afflict.in deciſ.220.num.9.Quinimo firma remanet obligatio,& virtus iuramenti, Menoch. in conſ. 24.nu.18. vol. 1. Et ideo quòad contractus obligationes, & inſtrumenti reſciſſionem non ſufficit illa prima habilitatio,Bero.in conſi. 50.num 76. Guid. Pap. in deciſ.226. Valaſc.in deciſ.130. num.15. & ſeq. referens hanc practicam obſeruari in Curia Romana: vnde iuxta ea, quæ notabiliter dixit Bald.in l.ordinarij,C.de rei vendic. diuerſi ſunt iudices ſuper abſolutione, & rei reſtitutione,& in caſibus,vbi læſio eſt magna, poteſt quis agere abſque habilitatione,vt per Crau.in deciſ.76.nu.12.Cacher. in dec. 41.Gratian.in deciſ.Rot.March.165. num. 7. & 8. & per Theſaur.deciſ.165.

RITVS XIII.

ITem ſi imploratur iudicis officium ſuper abſolutione,ſeu declaratione nullitatis matrimonij ab habitante Neapoli, procedit ipſa Curia, *a* non obſtante, quòd pars altera ſit alterius diœceſis, citatur tamen ille auditurus tenorem citationis, ſeu petitionis,cum nil à parte petatur.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officium quotuplex ſit.*
2 *Impedimenta matrimonij quæ ſint.*
3 *Declaratio nullitatis matrimonij contracti cum extero, poteſt fieri à iudice petentis,& nu.4.*
5 *Exceptionem habens ſi perturbari dubitet, poteſt iudicis officium ab eo petere, qui eſſet competens in cauſa principali.*

ISte Ritus diuiditur in duas partes,ſecunda, ibi, citatur tamen.

¶Iudicis officium. Nota, quòd ſolet communiter dici,
1 quòd quoddam eſt officium iudicis per ſe ſtans, non deſeruiens alicui actioni, quod exercetur, quandoque ex mero iudicis facto, vt in inquiſitione; quandoque ad inſtantiam partis,vt in petitione reſtitutionis in integrum, vel quando imploratur auxilium contra calliditatem aduerſarij,& dicitur officium nobile,quoddam eſt officium per ſe non ſtans,ſed actioni deſeruiens,quando iudex mouetur ad propoſitam actionem per partem, & dicitur officium mercenarium,quia deſeruit actioni propoſitæ, de quibus plenè per Spec.tit.de libel.concep.§.nunc dicendum,verſ.octauo vbicunque,in 4.par.Do.de Ro. deciſ. 9. in no.Henr.Boic.in c.2.de offiud & ibi Panor. col. 1. in 1.glo.ibi communiter dicitur,& Hoſt.in ſumm.verſ.quid ſit officium,vbi plenè pro materia.

¶Nullitatis matrimonij. Licet ſit extra materiam ritus, tamen,vt cognoſcantur impedimenta matrimonij,à qui-
2 bus nullitas oritur,ſuccinctè colligam illa, num. 12. quæ his verſibus comprehenduntur,videlicet. Error,conditio, votum,cogitatio,crimen,cultus,diſparitas,vis,ordo,ligamen,honeſtas,ſi ſis affinis,ſi forte coire nequibis, Hæc ſocianda vetant,connubia facta retractant. Et declara,error,ſi cum Berta intendis contrahere, & præſentatur altera,cap.tua nos,de ſponſ.Socin.conſ.28.1.volum. error ſi cum libera, & reperitur ſerua, cap.2. & fin. de coniug. ſeruo.votum capit rurſus,quib. cle. vel voue. & intellige de voto ſolemni,vt ibi per glo. cognatio capitulo nō debet,de conſang.& affin.c.Martinus,de cogna.ſpiri.& c.1. eo.tit.lib.6.& c.1.de cogna.lega.crimen, videlicet,homicidium,cap.ſuper hoc,de eo,qui du.in ma. quam pol. per adul.diſparitas cultus,cap.caute,28.q.1.cap.in nonnullis de Iudę.vis. cap.cum locum, c.gemma, de ſponſal. ordo. cap.diaconi,28.diſt.cap.ſi quis eorum,31.diſt.& ordinatus in ſacris,matrimonium contrahens, eſt excommunicatus,clem.eos,de conſangui.& affin.ligamen.cap. 15.qui fidem,cap.in præſentia,de ſpon.honeſtas, ideſt, publicæ honeſtatis iuſtitia,de qua in cap.1.de ſponſa. lib.6 affinis, all.cap.non debet,de conſanguin. & affin. & intelligo de affinitate primi generis,& non ſecundi, quod non habet prohibitionem,Hoſtien.in ſumma tit.de affinit. §. qualiter ipſa,verſ.ſecundum autem genus,coire nequibis, cap. de frig.& male.quia ſi naturæ vitio, vel maleficio detinetur,matrimonium contrahere non poterit, & vltra, erit etiam 13.impedimentum,videlicet, furor ante matrimonium,cap.dilectus filius,de ſponſ.32.q.7. c. neque, Alex. conſ.54.vol.1.fac.con.Philip.dec. 86. col.4. & 5. & 448. pro quibus omnibus vide Archiepiſ.Flor.in c. parte ſum. tit.1.c.1.§.quantum ad primum,& Hoſt.in ſumm. tit. de matri.§.qualiter impediatur, in quibus præmiſſa non ita quotata reperies,& habes cauſas nullitatum,& declarādi matrimonium nullum.

3 Ab habitante Neapoli. Et tunc nō conteſtatur lis,tamē ſi pars compareret fiet litis conteſtatio,Bald.in auth. ſi omnes,C. vt ſe ab hære. abſti.quem refert,& ſequitur Panor. de off.iud.cap.2.col.7.poſt prin. & dicit eſſe dictum ſatis no.tamen pro iſto ritu in indiuiduo eſt doctri.Panorm in c.ex parte,4.not.de reſtit.ſpol. per rationem iſtius Ritus, videlicet,quia nihil petit ab alio,ſed tantum à iudice,& originaliter ipſe eſt reus,quia conueniendus eſt principaliter ſuper matrimonio coram iudice ſuo, ex quo negat matrimonium, confirmatur per alleg. Lap.alleg. 10. in proximo Ritu alleg. Ant.de But.in c. poſtulaſti, col. pen. de for.comp.in qua dixit, quod agitur tantum de tollēdo ligamine ſibi ſubiecti, ergo & de liberanda anima eius, nec de aliquo diſponendo circa perſonam abſentis, & dixit pro hoc eſſe caſum in alleg.c.poſtulaſti, & pro forma iſtius citationis vide Soc.in tract.de cita. artic. 20. quæſt. 4.& 23.quæſtio.8. quem alleg. in primo Ritu in glo.in ver.in citationibus,circa medium,ibi,pro diuerſis. Albericus Oliua.

4 ANN. Ipſa Curia. Hoc idem ſubſiſtere de iure con-
a cluſerat antea Abb.in cap.ex parte,nu.5. de reſtit. ſpolia. & concinunt ſcripta per Lapum alleg. 10.diſput.nec quidem ſine ratione,nam petens hanc licentiam diſcedendi à ſponſalibus,vtique nil petit ab alio, ſed à iudice, dum-

taxat

taxat,idque magis,quod originaliter ipſe eſt Deus,cum
neget matrimonium validum eſſe; & propterea deberet
coram ſuo iudice ſuper illius validitate conueniri, ob id-
5 que ſibi licet in hac ſua exceptione ſuum adire ſuperioré,
pro conſecutione huius licentiæ tanquam iudicem cauſę
principalis,& coram quo erat conueniendus per actoré,
vt ille tenet,& ipſe pro tuitione huius rationis allego Ro
man.idem decidentem in ſuo conſ. 412. pro habenda nu.
2.Bar.in l.ſocietatem,§.arbitrorum,poſt nu.19. ff. pro ſo-
cio,Ant.de Butr.in c.ſi clericus,poſt nu. 13. de foro com-
pet.Gomeſ.in §.præiudiciales,poſt nu.7.verſ.quid autem
ſi iudex,inſt.de actio.& tex.in l.cum hi,§.tranſactione,ff.
de tranſac. Abb. Ioan.Hieron.Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Cauſa matrimonialis ea dicitur, in qua tractatur de validitate,vel inualiditate matrimonij, & de ea loquitur Clement.diſpendioſam,de iudic.& cap. lator, de ſenten. & re iudic.In qua cauſa multa priuilegia concurrunt fauore matrimonij. Primò, vt teſtes in cauſa matrimoniali ſint omni exceptione maiores,tex.in cap.literas, de teſtibus,& atteſtatur Felyn. in rubr. de ſponſ. num. 5. Grat. conſi. 2. volum. 2. num.34. voluit Anton.Gabr.concluſ. 8. de teſtib.num.1.licet magis communis opinio ſit, vt hæc concluſio procedat, quando teſtes examinantur contra matrimonium,tunc requiruntur omni exceptione maiores,vt ideam Gabr. loco citat.num. fin. & eo caſu voluit Grat.conſ.2.alleg.volum.2. num. 35. Quòd qui vult probare nullitatem matrimonij, nedum probet per teſtes quacunque exceptione maiores, vt dictum eſt, ſed teneatur articulare maioritatem,& illam per teſtes probare, aliàs non obtinebit.

Pro quo matrimonio probando admittuntur conſanguinei,& affines, excluſa imparitate iugalium, quæ diuitijs, nobilitate,vel potentia exemplificantur,& nedum affines,& conſanguinei,ſed pater,& mater, cap.ſuper eo, el ſecondo,de teſtib.vbi DD. præſertim Aret. Alex. conſi. 108.num.8.lib.2.& conſ.114.num.14.lib.4.& conſ. 153. num.6.& conſi.154 lib.5. Ruin.conſ.150.num. 5. & 6. & ſequen. lib. 5. Nam teſtes varij, ſeu contrarij in quibuſdam qualitatibus,circunſtantijs, vel acceſſorijs, dummodo in facto principali pro matrimonio concordant, admittuntur ſecundum gloſ.in cap. dudum, in verb ſubſtantia veritatis,de conuerſ.coniugat. & in cap. cùm Eccleſia,in verb.vacillaſſe,de cauſ.poſſeſſ. & propriet. ita Alexan.conſi.78.num.8.& conſ.5.num.10.lib.1.& conſ. 53.num 4.eod.lib.& conſ.47.num.5.& 6.lib. 2.& conſi. 105.num.22.lib.4.& conſ.88.num.17.lib. 5. Pariſ. conſi. 152.nu.12.lib.4.

Item in ſimili cauſa poſt concluſionem in cauſa,& publicationem atteſtationibus licitum eſt producere nouos teſtes,Abb.in cap.ſicut,de teſtib.nu.7.& 8.Felyn.in rubr. de deſponſ.verſ.poſtremò,nu.4.

Item ſingularis opinio vnius Doctoris authentici pręualet communi opinioni, quæ eſt contra matrimonium, not.Fely.in rubr.de deſponſ.Thom. Triuiſ. cauſ.ciuil. lib. 1.num.6.& 7.& hæc cauſa tantum per Epiſcopos debet cognoſci,vt Felyn. poſt alios in d. rubr. de deſponſal. nu. 10.vbi priuilegia hæc matrimonialis cauſæ latè tangit.

Vltimò,cùm ſit ſpiritualis,non eſt compromiſſibilis,l.c. cauſam,de reſt.in integr.&.ſic omnia priuilegia ſupradictæ cauſæ matrimonialis,Felyn.latiſſimè allegata in rubr. de deſponſ.ſupraſcripta tantùm vidi obſeruari in practica,excepta etiam, vt Epiſcopi iudicio tantùm relinquatur,cùm practica ſeruet contrarium,vt etiam Vicarij Generales ordinariè cauſas matrimoniales tam contra matrimonium, quàm pro matrimonio audiunt, & cognoſcunt,& fine debito decidunt,& Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ quotidie Vicarijs Generalibus cauſæ huiuſmodi delegantur.

RITVS XIIII.

ITem de cauſa pendente in dicta Curia fit ſi-
a gnificatoria,& inhibitoria, *a* iudici ſæcu-
lari,& idem de cauſa ſpectante ad Curiam Ec-
cleſiaſticam.

SVMMARIVM.

1 *Lis quando dicatur pendere.*
2 *Literæ ſignificatoriæ quæ ſint,earumque vis.*
3 *Literas ſignificatorias præcedere debet informatio de clericatu.& num.6.*
4 *Inhibitoria quando requirat partis citationem.*
5 *Cauſæ ſpectantes ad Curiam Eccleſiaſticam,quæ ſint.*

DIuiditur iſte Ritus in duas partes,ſecunda ibi, & idem.

1 ¶De cauſa pendente. Vt cauſa dicatur pendente, ſex requiruntur.Primum,ꝙ citatio ſit decreta. Secundum,ꝙ ſit decreta a competenti iudice. Tertium,ꝙ ad citatum peruenerit,vel per eum ſteterit,quin peruenerit. Quartũ, ꝙ ex citatione plenè potuerit inſtrui.Quintum,ꝙ citatio ſit apta.Sextum,ꝙ nuncius ſufficienter intimauerit iſta omnia,not.Zab.in clem.2.not.4.vt lit.pend.& per talē citationem inducitur cum effectu taliter pendentia,quòd eius taciturnitas vitiat reſcriptum impetratum, Fel. in c. cæterum,col.2.verſ.limita decem,de reſcrip.contra dictũ Bal.in l.1.in fin.C.de relatio.contra quod votauit Sacrũ Conſil.Neapolitanum,teſte Matt.de Afflict. deciſ. 120. 6. dub.in prin.dixerat enim Bal. ꝙ ante litem conteſtatam non erat lis in aliquo ſtatu, & tamen per citationem perpetuatur iuriſdictio,vt per Felyn.in cap.relatum,de offic. deleg.& in alleg.cap.cæterum, faciunt etiam contra Bal. deciſ.Rot.75.in no.& 426.in antiq.concludentes, ꝙ quo ad actorem per citationem decretam tantum inducatur litis pendentia,ſufficiens pro reuocatione attentatorum ab ipſo actore,de quibus mentionem feci ſupra in Rit. 1. in glo.in ver.in citationibus,ante fin.& illas declarat per Lud.Rom.conſ.330.circa primum,col.2.quod pleniſſimo retulit,& ſequitur Fel.alias Rot.deciſ. alleg.in c. ſuper literis,col.10.ver.limita primo,nu.23. de reſcrip. fac. no.glo.in ver.aſſignatæ,in c.vt debitus, de appell. & pro principio iſtius gl.vide Feder.de Sen.conſ.300. incipiēte, factum tale eſt,&c.

2 ¶Significatoria. Alias appellatur litera teſtimonialis, quæ fit de facto præterito, vt quando in ea atteſtatur de ordinibus collatis,de bona conuerſatione,& de litis pendentia,& ſimilibus,quę ſunt modici præiudicij,& talibus literis ſine ſubſcriptione aliqua ſolo ſigillo Epiſcopali munitis creditur,c.curæ,11.q.3. c.1.de treug. & pac.c. 1. de rapt.62.& 63.diſt.per totum, quæ iura alleg.Panor. in c. poſt ceſſionem, col.8. in fi. ver. decimo dicitur, de prob. facit cap lator,qui fil.ſunt legi.& operantur iſtæ literæ,vt iudex ſęcularis habeat notitiam contentorum in eiſdem, & illis credat,vt tenetur, & de cætero ſe non intromittat,vt per Bal.in auth.ſi qua per calumniam,col.2.ver.ſed pone,C.de epiſc.& cler.dicens, quód iſtis literis teſtimonialibus tanquam enunciatiuis in iudicio, non creditur, vt per Inno.in alleg.c.poſt ceſſionem,de proba. tamen capta informatione de clericatu, vel de litis pendentia, interlocutus fuerit Epiſcopus,ſeu Vicarius illum eſſe clericum,vel litem pendere, vel de alijs huiuſmodi, tenetur credere,alleg.c.fin.de excep.lib.6.facit conſil.Feder. de Sen.126.in quæſtione Dom.Campioli, dicens, ſufficere, ꝙ iudex ſecularis ſciat litem pendere ſuper præiudiciali, & interim debet ceſſare,& conſ.236.in quæſtione vertente,col pen.verſ.ob quam cauſam dico,dixit,quòd ſola notificatio,& intimatio quæſtionis præiudicialis delatæ ad Curiam Eccleſiaſticam, ſine inhibitione aliqua Domini Vicarij,afficit,& impedit proceſſum iudicis ſæcularis,niſi

enim natùra cauſæ præiudicialis hoc haberet, inhibitio
Domini Vicarij non eſſet tantæ efficaciæ, quòd poſſet pri
uare iudicem ſecularem ſua poteſtate, & iuriſdictione,
alleg.cap.tuam, de ord.cognitio.cap.lator, qui fil.ſunt le-
git.c.ſi duobus, de appellatio.cap.2.de in integrum reſtit.
quod conſilium allegat, & plenius proſequitur Petrus de
Anchar.conſ.62.duplici reſpectu. Eſt tamen aduertendũ,
quòd dictum Bal.prææalleg.vrget contra opinio.Panorm.
& ideo ſemper antequam fiat ſignificatoria, ſeu litera te-
ſtimonialis ego practicaui, quòd deberet capi informatio
de clericatu, vel de litis pendentia, & de huiuſmodi, &
conſtito, dicere in litera prædicta teſtimoniali, quia
per informationem captam nobis conſtat talem eſſe
3 clericum, vel litem pendere, & huiuſmodi, ideo ſignifi-
co, &c.& tunc iuxta not.per Bald.vbi ſupra, tenebitur iu-
dex ſecularis per talem ſignificatoriam iudici Eccleſiaſti-
co parere, alias incideret in excommunicationis ſenten-
tiam, quæ omnia notabis pro practica, & vide diligenter
infra num 37.& 38.
4 Inhibitoria. Quæ fiet pro parte non citata, vt per Pa-
norm.in cap.tuam, 4.col.verſ.quæro nũquid ſit, poſt Do.
Ant.de Lap.allegatio.61.de ordin.cognitio.Bal.in l.con-
ſulta diualia, C.de teſtamen. Aretin.conſ.75.diligenter, &
maturè, col.4.verſ.hoc præmiſſo, Bald.in l.presbyteri, col.
2.verſ.ſecundo quæro hic, C. de epiſc. & cler. licet con-
trarium tenuerit Feder.de Sen.conſ.300. factum tale eſt,
Iaſ.in l ab adminiſtratione, C.de lega.quem refert, & ple-
nè proſequitur allegans plurimas quotas alias collectas à
Iaſ.in l.ſi opus, col.2.ff.de ope.nou.nunc.tacito tamẽ au-
thore Tho.Ferra.caut.28.prouiſum reperitur, in fi.Philip.
Dec.conſ.460.col.pen.nu.20.pro concordia tamen repe-
ries diſtinctiones, quòd aut inhibitio fit ad partis inſtan-
tiam, & tunc erit vera, eſt ſecunda pars, quòd requiratur
citatio, aut ex officio iudicis, & non requiritur, & in præ-
alleg.cau.in fi.inuenies dictum Inno, in c. ad aures, de
tempo.ordi.dicentes, quòd vani capitis eſſet, qui diceret
Prælatum non poſſe præcipere ſine cauſæ cognitione, &
maximè de his, quæ pertinent ad officium ſuum, & al.plu
rima conſ.Alex.& Pet.de Anch.vide ibi, & per Iaſ. in all.
l.opus.& in l.nec quiſquam, §. vbi decretum, col. 7. ver.
octauo fallit, ff.de off.procon. & lega. & præmiſſa vendi-
cant ſibi locum in Ordinario, in Delegato vero Apoſto-
lico vide Panor.& poſt eum Fel.in c.dilectus, lo 2. de re-
ſcrip.vbi plenè, & concludunt, quod aut Papa expreſſo
grauamine coram ſe committit, & videtur ab inferiore iu
riſdictionem abdicaſſe, & illico inhibebit, Delegatus Apo-
ſtolicus datus ſuper grauamine, aut non ita grauamen
exprimitur, & tunc non illico inhibebit, ſecus in appella-
tione à diffinitiua, vide ibi, quia quotidiana, licet videan-
tur extra materiam Ritus loquentis in prima inſtantia, &
de iuriſdictione non dependente ab eodem fonte, & quo
ad inhibitionem temporibus iſtis de raro practicatur ri-
tus, quia non ſumus in temporibus Archiepiſcopi Cãtua-
rienſis, Sancti Thomæ Archiepiſcopi, & martyris.
5 ¶ De cauſa ſpectante ad Curiam Eccleſiaſticam. Videli-
cet, ſacrilegij, vſurarum, hæreſis, ſimoniæ, periurij, adulte-
rij, & de quocunque peccato, vt per glo. in ver. malefa-
ctores, c.cum ſit, de for.cõp.& ibi Panor. Pet.de Anch.Io.
de Imo.Ant.de But.& Fel. proſequentes ſingulariter ſin-
gula, & illa declarantes, item matrimonij, & incidenter
dotis, c.prudentiam, de don.int vir.& vxor.c.lator, qui fil.
ſint leg.c.cauſamque, de off.deleg. item natalium, c.tuam,
de ord.cogni.Alex.in l.Titia, 3.4.& ſeq.col.ff.ſol.matr. vbi
regula cum 10.limita.& Panor.in c.literas.de iura.cal.col.
2.3.& 4.in quibus de cauſa ſpirituali, & mixta, videlicet,
iuriſpatro.per c.quanto, de iudi.& ſi agitur de crimine
publico ad pœnam legalem imponendam erit ciuile, ſi ad
pœnam eccleſiaſticam, puta, vt excommunicetur, vel de-
ponatur, erit canonica, glo.in auth.clericus quoque, C.de
epiſc.& cler.quam all. Andr.de Iſer.in cap.1.§. contrahẽ-
tium, quæ fiunt reg.& ibi plenè, item pœnitentium, 11.q.
2.aliud item libertorum pupillorum, viduarum, debilium
perſonarum, peregrinorum, mercatorum, agricultorum,
nauigantium, decimarum, rapinæ, publicæ honeſtatis, iu-
ſtitiæ impedimenti, cognationis ſpiritualis, pro quibus vl
timis vide Hoſt.in ſum.tit.de for.comp.§.ex præmiſſis, &
cap.1.de ſponſa.lib.6. Alber. Oliua.
a ANN. Vt inhibitoria. Adde Feder. de Senis de iſtis in-
6 hibitionibus verba facientem in conſ.300 factum eſt tale
poſt num.1.Marant.in ſuo ſpecul.par.4.diſt.11.num.55.
Alex.conſ.91.viſis actis, num 7.vol.2.& Afflic. aliqua de-
guſtantem in deciſ.30.fuit dubitatum num. 3. ac meum
promptuar.Iur.Canon.ſub rub.de priuil.Cler.c. . ver. .
Abb. Io.Hieron.Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Meritò quidem, & iuridicè fundatur Ritus iſte, cùm
apertiſſimi iuris ſit, quòd iudex Eccleſiaſticus poteſt inhi-
bere iudici ſeculari, ne in cauſis ſuis, & ſibi deuolutis, quæ
multæ ſunt, ſe intromittat, & ab illis ſe abſtineat, vt vide-
re licet per tex.in c.ſeculares, de foro compet.in 6. Eſt vi-
dendus Boer.in deciſ. 114. Mandoſ. de inhibit.quæſt.10.
11.12.& 13.cum ſeq.quos refert Seſſa de inhibit.magiſtr.
inſtit.Axouion.5. cap.27.vbi etiam tractat, an in tali caſu
debeat prius partem citare, ſaltem quãdo inhibet ad im-
pediendam executionem inſtrumenti priuilegiati ex cau-
ſa, quòd vſurarium, vel alia ſimili, vide etiã in huiuſmodi
materia Innoc.in c.vt famæ, de ſent.excommun.

RITVS XV.

a ITem Ciuis, ſeu habitator Neapolis non ſatiſ-
dat de expenſis, a niſi ſit monaſteriũ exem-
ptum, nec etiam reus ſatiſdat de iudicato ſoluen
do, licet ſit forenſis.

SVMMARIVM.

1 *Actor ſatiſdat de expenſis & nu.5.*
2 *Iuriſdictio deficit in exemptis.*
3 *Cautio iuratoria admittitur cum deeſt fideiuſſoria.*
4 *Fideiuſſor idoneus qui ſit.*
6 *Conuentus olim ſatiſdabat de iudicato ſoluendo, & quid hodie, & nu.7.*
8 *Cautio iudicatum ſoluendi quid contineat.*
9 *Forum quot modis quis ſortitur.*
10 *Reconuentionis effectus.*

IN iſto Ritu ponuntur duæ regulæ negatiuæ cum duabus
limitationibus, & diuiditur in quatuor partibus; ſecun-
da, ibi, niſi ſit; tertia, ibi, nec etiam, quarta, ibi, licet, in pri-
ma parte eſt textus, ibi.
1 ¶ Non ſatiſdat. De iure tamen communi ſecus eſt etiam
in clerico actore, vt per glo.1.in auth.generaliter, C.de
epiſc.& cler.etiam ſi immobilia poſſideat, vt per Cyn. in
præall.auth.generaliter, plenè per Panorm. in cap. quo-
niam frequenter, §.in alijs, 1.not.vt lit.non conteſt. vbi
ſubiungendo dixit, quòd iſtæ cautiones ex parte actoris,
& rei, præter illam, de qua in alleg.§.in alijs, non præſtan-
tur hodie de conſuetudine, alleg.gl.in §.ſed hodie, inſt.de
ſatiſd.per quam dixit Bar. notare in alleg. auth. generali-
ter, quòd cum in facto verteretur, non potuit obtinere,
ex qua conſuetudine emanauit iſte Ritus, & pro practica
iſtius cautionis reſpectu rei contumacis, vide Panorm.in
c.prout, col.2.ver.oppo.de dol.& contum.
2 ¶ Exemptum. Ratio fundamentalis eſt, quia deficit in
exemptis iuriſdictio, cum immediatè ſubſint Summo Põ-
tifici, glo.in c.quod tranſlationem, ver.ſed nunquid lega-
tus, de off.leg.facit, quia ſi quis cogetur cauere de ſtando
rei, & ad euitandam cautionem dixerit, ſe in Regno poſſi-
dere immobilia, donec hoc docuerit cauebit, eſt deciſ. Sa-
cri

Digitized by Google

cti Conſilij Neapolitani, teſt.d.Mat. deciſ. 109. ſi enim
non poſſideat,iudicium efficeretur eluſorium, eadẽ ergo
ratione exẽptus cauebit;& ſi iurabit non reperire fideiuſ-
ſorem, ꝙ debeat admitti cautio iuratoria, & propterea
non retardabitur exequi ſententia, iuxta auth. quæ ſupp.
C.de prec.Imp.off.Guid.Pap.dec.189.& 250. & regulari-
ter nomine cautionis venit ſimplex promiſſio,quæ regu-
la fallit in prętoria cautione,quæ intelligitur de fideiuſſo
ria,item vbi lex mandat caueri,cauſa cognita; item vbi
nuda cautio nihil operaretur; item vbi perſona ſtricta ad
cauendum eſſet ſuſpecta; item ſi dicatur,vt plenè caueat;
item quando dicatur,ſufficienter caueat;item ſi competẽ-
tem requirat cautionem, & ſi dixerit,ſatiſdet,vel caueat,
ſi perſona non eſt ſuſpecta,ſufficit cautio, cum obligatio-
ne bonorum,& ſi ſtatutum facit mentionem de idonea
cautione,intelligetur arbitrio iudicis: & ſi nuda requira-
tur,an ſufficiat hypotheca bonorum ſaltem, pro qua re-
gula,& fall.vide ad plenum Fel. in c.ad noſtram, col. 2. &
3.de iureiur. & ſi timeo veriſimiliter ab aliquo offendi,
implorato iudicis officio,poſſum petere, vt compellat ip-
ſum ad præſtandum cautionem de non offendendo,& nõ
debet hoc iudex facere, niſi præmiſſa cauſæ cognitione;
item non ſufficiet nuda cautio,ſed fideiuſſoria, & nõ erit
perpetua,ſed ad tempus, arbitrio iudicis: & ab extero à
quo timeo offendi,ſi nunc venit vbi ego habito, nõ præ-
ſtabitur: & quando debet cauere,nedum cauebit de non
me offendendo;ſed nec offendet meos: & ſi petis à me,vt
caueam,debes & tu cauere, nec petetur à ſuperiore ab il-
lo,qui eſt ſubditus,nec illam petet, qui dedit cauſam ti-
mori, & ſimiliter,qui grauari timet,petet à iudice, vt in-
hibeat,iſta cumulat Felin. in rub. de treu. & pac. à col.6.
vſq; ad fin.& ſi conceditur dilatio miſerationis gratia,
oportebit ſatiſdare,& ſi illam non reperiet, non propte-
rea dabit iuratoriã, quia vbi tractatur de ſatiſdatione ne-
ceſſaria, quamuis impotentia ſit in illam debẽte pręſtare,
iuratoria tamen non ſufficiet,Lud.Rom.conſ.439. in fi.&
4 ille dicitur idoneus fideiuſſor, ſi res ſuæ tantum valent,
quantum eſt quantitas cauſæ pro qua fideiubet, Par. de
Put.in trac.ſynd.cap.ſi iudex,col.1.in fi. fo. 51. no. in l. ſi
quis ſtipulatus,§.1.& ibi d.Iaſ.ff.de verb.oblig.vide tex.&
ibi Scriben.in c.quamquam,in ver.idoneæ,de vſur. lib.6.
in cap.alma,§.illis,in ver.idoneam,de ſent.excomm. eod.
lib.in c.fin.ver.idoneam,de pig.cap.qua fronte, ver. cau-
tione,de appell.cap.veſtras,ver.quam poteſt,de don.inter
vir.& vxo.in c.1.ver.ſufficienter,de dol.& contum. lib.6.
Panor.in cap.Piſanis,col.6.de reſt.ſpol.

¶Iudicato ſoluendo. Nec de iudicato ſiſti,§.ſi quis autẽ
pro pecuniaria,in auth.de ſan.epiſc.glo.in l.cum clericus,
C.de epiſ.& cler.Spec.in tit.de ſatiſd. §.1. quod verum
intelligo,niſi per eius contumaciam deuentum fuerit ad
remiſſionem in poſſeſſionem,Panorm.in c. quoniam fre-
quenter,§.in alijs,vt lit.non conteſt.vbi plene.

¶Forenſis.Ideſt,non ciuis,ſeu habitator Ciuitatis, ſed
diœceſis,quia ſi non diœceſanus non teneretur compa-
rere regulariter coram Archiepiſcopo,ſeu Vicario,quia
extra territorium iuſdicenti non paretur impunè, c. 2. §.
ſtatuto,in fi.de conſti.lib.6.cap.nouit,de off.leg.l.vlt.ff.de
iuriſd.om.iud.dixi regulariter propter cap.fin.de for.com
pet.cum ſim.vide ibi fall. Albericus Oliua.
a ANN. Expenſis. Iuris communis eſt diſpoſitio,vt actor,
5 præſentato libello, dare debeat cautionem expenſarum,
alias nõ audiatur,per auth.generaliter,C.de epiſc.& cler.
6 conuentus autem cogebatur olim ante litis conteſtatio-
nem ſatiſdare de iudicato ſoluendo, tam ſi ſuo, quàm ſi
alieno nomine conueniebatur pro reali, aut perſonali
actione,§.1.inſt. de ſatiſd. & ꝓpterea has cautiones præ-
paratorias eſſe dixit Bal. conſ. 46. notandum eſt, num.2.
7 vol.3.hodie verò nemo conuentus proprio nomine, ali-
quam præſtat ſatiſdationẽ pro litis æſtimatione, ſed pro
ſua tantum perſona ex.§.ſed hodie,inſtit.de ſatiſd.ſed vti-
que conuentus alieno nomine,l.1.in fin.ff.de ſatiſd. gl. in
rub.ff.de iudic.ſolui;qui tamen hanc cautionem iudicatũ
8 ſoluendi præſtat,tria ſtipulatur de ſoluẽdo quidquid fue-
rit iudicatum,de re defendenda,ac de dolo malo, l. iudi-
catum ſolui,la 1.ff.de iudic.ſolui,ac propterea licet hodie
de iure Cæſareo,conuentus proprio nomine non ſatiſdet
de iudicato ſoluendo,vt dixi,id intelligitur pro litis æſti-
matione,ſed ſatiſdat de iudicio ſiſti,auth. offeratur, C.de
lit.conteſt.iuncto §.ſed hodie ſup.citato, verum quæ his
poſtremis temporibus eſt hominũ in conſeruandis bonis,
& honeſtis rebus negligentia fecit, vt nihil horum nunc
in foro ſeruetur, vt affirmat Mynſing. in d. §. ſed hodie,
nu.1.Quod tamen coarctatur in Regno reſpectu cautio-
nis expenſarum,quæ à quocunq; actore præſtatur,vt dixi
ſuper Ritu,atq; etiã in Curia Archiepiſc. non tantum ab
incolis,ſed etiam natis in eadẽ ciuitate,nam id ſeruari in-
diſtinctè vidi,quare contrario vſu abolita eſt prima pars
huius Ritus,excipiens ab hac ſatiſdatione,actorẽ Neapo-
li degentem; Quod autẽ in 2.par.eiuſdẽ Ritus deciditur,
ne reus ſatiſdet de iudicato ſoluendo, licet is ſit exter-
nus,confirmatur ex iuribus hactenus allegatis, ex quibus
itidem limitatur,ne ſubſiſtat in ſatiſdatione ſiſtendi in
iudicio,quam etiam hoc tempore præſtare compellitur
in ipſa Curia,præſertim ſi ſit externus,ſcilicet,non dięce-
ſanus,tametſi Oliua noſter Commentator videatur in-
nuere contrarium;non.n.dubium eſt,quin plerunque ac-
cidat,vt aliquis tanquam reus conueniatur coram aliquo
iudice,tametſi natus alibi,& extra territorium illius, &
9 iuriſdictionẽ;quinq; etenim modis aliquem ſortiri forũ,
notat Soc.in c.ſi.nu.1.de for.compet.nempè,ratione de-
licti,contractus,domicilij,rei ſitæ, ac demum communis
patriæ,inter quos perutilis mihi quidem videtur ille,quo
quis forum ipſum ſortitur ratione contractus, & probat
tex.in l.hæres abſens,§.ſi quis tutelam, ff. de iudic. auth.
quæ in Prouinciæ,C.vbi de crim.agi oport. hoc tamẽ in-
telligunt omnes,ſi in eo loco reperiatur,nam licet in de-
lictis,qui taliter illius forum ſortiatur, vt remittendus ſit
ad iudicẽ loci delicti, per §.ſi quis comprehenſorem,in
auth. vt null.iud.clem.paſtoralis,§.ſi quis punitio,& inibi
gl.verſ.de more,de re iud.auth.ſi vero crimen,& ibi Saly.
C.de adult.& communem eſſe opinionem dicit Clar. §.ſi.
q.38.nu.18.& firmat Couar.pract.9.cap.11. nu.7. nihilo-
minus in contractibus nõ eſt locus remiſſioni, illucq; in-
uitus trahi non permittitur, niſi in ipſo loco contractus
inueniatur,ex c.1.§.contrahentes, de foro compet. in 6.
præterquam,ſi certo loco ſe ſoluturum promiſiſſet cum
iuramento,§.ſi vero,& quidam iurent,in auth. de exhib.
reis. His igitur in caſibus,in quibus foreuſis tenetur cõpa
rere in ipſa Curia Archiepiſc.poterit ſanè cõpelli ad dan
dam ſatiſdationem de iudicio ſiſti. Quinimmo pro meo
cliente Neapolitano in ipſa Curia Archiepiſc. conuento
per quendam Romanum intermedia perſona procurato-
ris,& reconuentum in eadem pro ducatis tercentum,ob-
tinui,vt ipſe Romanus præſtaret ſatiſdationem de iudicio
ſiſti in ipſa Curia pro cauſa reconuentionali, ſuſpẽſa in-
terim cauſa conuentionali, quod quidem iuſtiſſimũ fuit,
ne ſi ille ſuccumberet in cauſa reconuentionali, ſententia
foret eluſoria:cum immobilia in dięceſi minimè poſſide-
ret, atque ideo compellatur iam dictam præſtare cautio-
nem,iuxta l.ſciendum,ff.qui ſatiſd.cogan. quam ſi præſti-
tiſſet,vtique cautio eſſet ipſi reconuenienti, & potuiſſet
ab hoc fideiuſſore conſequi rem tanti,quanti ea eſt, ex l.
1.§.fi.ff.qui ſatiſd.cog.imò deciſum reperio in Regio Cõ
ſilio,quod replicante reo ſe habere immobilia in Regno,
adhuc compellatur eam dare fideiuſſionem, quouſque id
conſtiterit,per Afflict.deciſ.109. Actor,& hanc ob ratio-
nem fideiuſſor etiam de iudicio ſiſti perneceſſe eſt, vt im-
mobilia poſſideat,vt legitur ex §.fi.inſt. de replicat.illaq;
poſſidere debet in loco iuriſdictionis,vbi ſit ſatiſdatio, vt
reſoluit Glo.in conſtit.Regni humanitate, verſ.quæro an
fideiuſſor,& allegat Gloſ.notab.in l.fin.verſ. adiuratorię,
C.de prin.agen.in reb.lib.12. Quòd autem in ipſa ſenten
tia Archiepiſcopali additum fuit,vt interim ſuſpenſa ſit
cauſa conuentionalis, innititur etiam ratione, eo quòd

12 inter alia priuilegia, & effectus reconuentionis eſt ſimultanei proceſſus, vt in vtraque cauſa conuentionali, & reconuentionali ſimul, ac pari paſſu procedatur, ex ſcript. per Socc. in c. ex literis num. 6. & c. prudentiam nu. 18. 19. & 21. de mutu. petit. & Marant. in ſuo ſpecul. par. 4. diſtinct. 6. num. 12. atque etiam, vt propterea compellatur actor petitioni rei ſatisfacere, illiq; debitam præſtare ſatiſdationem reſpectu reconuentionis, non ſecus, ac conſueuit fieri, & iuſtè quidem contra clericum in actione per ipſum intentata aduerſus laicum, nè interea Iudex patiatur clerici actionem, & iudicium progredi, quouſque ille reſpondeat, & requiſita, adimpleat in reconuentionali cauſa iuxta gloſ. 1. in cap. 1. & inibi Butr. nu. 21. de mutuis petit. & Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius verſ. & vxorem nomine Adelaſiam poſt num. 416. de teſtam. ad id ductum per practicam l. ſed & ſi per Prætorem §. ait prætor, verſ. ſed ſi dum decreto, ff. ex quibus cauſ. maior in integr. reſtitut. conced. Abb. Ioan. Hieron. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

In verbo (tui) quis dicatur ciuis, vide notata in l. ciues, C. de incol. & quot requirantur, vt dicatur ciuis, vide Boer. in deciſ. 272. Quid in nato per tranſitum, idem in deciſ. 13. num. 31. & Fabr. in deciſ. 17. C. de verb. ſignif. & latè per eundem Boer. in deciſ. 240. vbi ponit, quando quis deſinat eſſe ciuis. An autem per dignitatem ſuperuenientem prima ciuilitas tollatur, vide text. in l. filij, §. Senatus ff. ad municip. & in l. fin. ff. de Senat. An autem Vicarius Epiſcopi efficiatur ciuis illius loci, vide Surdus in deciſ. 129. Quid in Caſtellano? Menoch. de arbit. caſ. 86. num. 8. Et quid in clerico? dic, quod dicitur ciuis. Et pariter de vniuerſitate, Valaſc. in deciſ. 100. Anna ſing. 136. Nec per monachatum deſinit eſſe ciuis, Bellus rubric. 7. num. 8 Nec Prælatus, vel Doctor, actu legens, & ſimiles ſunt ciues Ciuitatis, in qua legunt, Ann. ſingul. 365. Miles gaudet, vbi ſtipendia meretur, l. municipes §. miles ff. ad municipal. Boer. in deciſ. 160. num. 10. Hinc eſt deriuatus, Hiſpanos in hoc Regno gaudere priuilegijs Neapolitanorum Carauita in Rit. 301. num. 22. vxor pariter dicitur ciuis patriæ mariti, de Leo in l. 1. C. de vxorib. milit. Infantes expoſiti ſunt ciues illius ciuitatis, in qua expoſiti ſunt, Ann. ſing. 185. Boer. in deciſ 13. & denique Barones dicuntur primi ciues de Franch. in deciſ. 197. de Pont. in conſil. 47. num. 3.

RITVS XVI.

ITem ſi reus citatus ſit contumax, actor debet
1 eſſe contentus, aut excommunicatione, aut miſſione in poſſeſsionem ex primo decreto, nec fiet vtrunque.

SVMMARIVM.

1 *Contumax verus qui ſit, & num. 9.*
2 *Differentia quæ ſit inter contumaciam in non veniendo, & alteram in non agendo.*
3 *Optio regulariter datur Iudici in pœnis alternatiuis.*
4 *Contumax aut excommunicatur, aut contra eum fit miſſio in poſſeſſionem, & num. 7.*
5 *Primum decretum quid operetur.*
6 *Contumacis proteruitas operatur, vt non tantum excommunicatione, verum etiam miſſione multetur.*
8 *Debitum quomodo ſit probandum ad finem interponendi primum decretum remiſſiuè.*
9 *Differentia inter contumacem actione perſonali, & contumacem actione reali, remiſſiuè.*
10 *Contumax dupliciter conſideratur, remiſſiuè.*

RItus iſte diuiditur in duas partes, ſecunda, ibi, nec fiet. ¶ Contumax. Verè, vel fictè, de quibus in gloſ. in ver. manifeſtè, in clem. 1. de dol. & contum. & verè dicitur ille
1 contumax qui citatus perſonaliter non comparet, nec ſui præſentiam facit l. contumacia, ff. de re iud. ſed quaſi contumax quando comparet, & non vult reſpondere, l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de interrog. act. quæ iura alleg. Phil.
2 Dec. conſil. 34. col. penul. circa med. & differentiam inter contumacem in non agendo, vide per Bald. in l. diffamari. col. 2. in fin. C. de inge. & manumiſſ. & pro vero, vel ficto vide c. venerabilibus, §. ſecus, de ſent. excom. lib. 6. l. Fulcinius, §. pen. ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. & And. de Iſer. in c. 1. §. receptatoribus col. 2. in fin. verſ. additio. de pac. iur. fir. fol. 88. col. 3. dec. Rom. 49. in no. incip. ſi fertur, & ibi plenam adddit. & 364. in no. incip. cum iura, quas omnino vide, quia ſunt plenè fundatæ pro materia, & ſi dixerit, nolo venire, dicetur expreſſus contumax, per conſtit. Regni poſt litem, & ibi Mod. 7. not. alleg. Bart. in l. fin. col. 2. verſic. pro huius declaratione, ff. de in integ. reſtit. ſubdens quod non eſt vlterius citãdus, remittẽtes ſe ad Card. Zab. in alleg. clem. ſi ante q. 9. de dol. & contu, & hoc in lib. 1. fol. 192. & vide infra rit. 34. vide Bald. in l. ſancimus in princ. C. de Iud. & Phylip. Dec. in cap. de cauſis, not. 4. de offic. delegat.
3 ¶ Actor debet. Licet in pęnis alternatiuis detur de iure optio Iud. gloſ. & Doct. in c. fraternitatis, 34. diſt. Imol. & Panorm. in c. à crapula, de vit. & honeſt. cleric. pleniſſimè per Felyn. in cap. inter cæteras, col. 2. num. 4. verſic. fallit quinto, de reſcr. tamen quando verba ſtatuti diriguntur ad partem, tunc electio pœnę alternatiuè non eſt Iudicis, ſed partis, gl. in l. quicunque C. de ſer. fug. Bar. in l. 1. §. expilatores, ff. de effract. Panor. in c. ſi diligenti, 13. col. verſ. quæro, cum gloſ. de for. compet. per quæ ita concludit Felyn. in alleg. cap. inter cæteras, col. 4. num. 5. verſic. ſecunda reſtrictio. de reſcript. contra iſtam limit. vrget text. c. quoniam frequenter, §. in alijs ver. ſi autem, vt lit. non conteſt. vbi in caſu huius ritus datur optio Iudici eligendi excommunicationem, vel miſſionem, ea, videlicet, quæ magis videbitur Iudici quod timeri debeat, & ita intelligit ibi Panorm. illum text. col. 14. verſ. venio nunc ad gl. ibi, nec obſtat, propterea dici poſſet quod verba illius verſic. ſi autem, dirigantur Iudici, prout ſonant verba illa, videlicet, Iudex à principio contentus, & verba ritus præſentis ad partem, videlicet actor debet, vel dicas quod cũ & text. alleg. verſ. ſi autem, & ritus loquantur de excommunicatione, & miſſione, quæ fieri debent à Iudice, & non à parte, vt de ſe patet: pars eliget, & Iudex exequi mandabit, ex quo ad vtrunque ſecundum ritum procedere poſſit, contumacis proteruitate exigente, per alleg. verſic. ſi autem, & faciunt pro iſta diſt. vlt. not. verba Phylip. Dec. in alleg. c. inter cæteras, col. 5. ver. vel dicamus quod cum dicatur, de reſcri. dicentis quod c. ſicut de Iudæis, loquatur de excommunicatione, quæ debet fieri à Iudice, eodem modo altera pars alternatiuè, videlicet, miſſio, quæ ſimiliter decerni debet à Iudice, quod fiat à Iudice alleg. Bart. in l. 1. per argum. illius textus, ff. de rerum dubitatio. primam tamen diſtinctionem veriorem eſſe putamus.
4 ¶ Aut excommunicatione aut miſſione. Loquitur ergo ritus in actione perſonali, iuxta text. c. quoniam frequenter §. in alijs ver. ſi autem, vt lit. non conteſt. auct. & qui iurat. C. de bo. auct. Iud. poſ. conſt. reg. contumacem ciuili lib. 1. fol. 27. & ibi gloſ. in ver. antiqui. in princ. antequam autem Iudex decretum interponat, videbit acta, & ſi ſibi conſtiterit de citatione decreta, & exequuta legitimè, de quo dixi in primo ritu ſupra in gloſ. in citationibus, & quod fuit contumax, tunc dicet in decreto, viſa citatione, nuncij relatione, de qua in c. cum parati, de appel. & contumaciæ accuſatione, vt per Bart. in l. autem §. 1. ff. ex qui. cauſ. in poſſ. ea. Spec. in tit. de contum. §. ſequitur in fi. Bar. in l. multum ff. de cond. & demonſt. decernimus actorem ponendum eſſe in poſſeſſionem bonorum ipſius conuen-

ti

Digitized by Google

ti pro modo ſeù menſura debiti in libello declarati cauſa
rei ſeruandæ, donec tædio affectus veniat in iudicium re-
ſponſurus, quæ forma colligitur ex præmiſſis, & per no.
per mod. in alleg. conſtit. regn. contumacem, col. 2. verſic.
ſecundo no. fol. 190. lib. 1. vbi etiam quod illa forma ſer-
uabitur in contumace ante litis cõteſtationem, alleg. Spec.
in tit. de contum. §. ſequitur, verſ. ſi vero agitur, cum ſeq.
quod dixit Alb. de Roſ. in auct. item nulla communitas
C. de Epiſc. & cler. pro certo & declarato debito, & facit
gloſ. in ver. ac ſi peremptoriè, in cap. ſæpè de appel. & no.
per Hoſt. in ſum. tit. de offic. deleg. §. quæ iuriſdict. verſ. ſi
vero ante per Bald. in auth. & qui iurat. col. 2. verſic. quæ-
5 ro quando fiet, & quid operetur iſtud primum decretum,
vide Spec. in tit. de pri. decret. §. iam de effectu, & vt fieri
valeat miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto, præcede-
re debet ſecundum veriorem opi. trina citatio, vel vnica,
& peremptoria, iuxta practicam gloſ. in verſ. vna pro
omnibus in cap. conſtitutionem, de ſent. excomm. lib. 6.
Andr. de Iſer. in c. 1. verſ. hæc citatio de mi. vaſſ. qui con-
tum. eſt. Felyn. in c. ex literis 6. & 7. col. de conſtit. prout
not. gloſ. in verſ. dilationes, & ibi pleniſſimè Felyn. col. 9.
num. 14. in cap. quoniam contra, de probat. & plene per
eund. de primo, & ſecundo decret. in c. conſultationibus
de offic. deleg. vbi col. 4. reperies regulam, quod miſſus in
poſſeſſionem ex primo decreto ex actione perſonali, non
poſſideat, & ibi limitationes, quas vide.

Nec fiet vtrumque. Æquitate canonica ſuadente, quia
contra contumacem de iure canonico ſufficit miſſio ex
primo decreto, & aliter contumax nõ mulctatur, c. j. de
dol. & contum. non procedet ergo Iudex ſecundum illũ
ritum ad excommunicationis ſententiam, & miſſionem
6 contra contumacem, ita Mod. in conſtit. Regni contuma-
cem, 1. not. lib. 1. fol. 189. ſecus de iure communi, quia ſi
proteruitas contumacis id exiget, Iudex nedum procedet
ad miſſionem ex primo decreto, ſed etiam ad excommu-
nicationis ſententiam text. eſt in cap. quoniam frequen-
ter, §. in alijs, ver. ſi autem, vt lit. non conteſt. & etiam
mulctabitur, & quatuor remedia contra contumacem in
actione perſonali, vide per Panorm. in alleg. cap. 1. & in
§. in alijs, prout referunt Mod. in alleg. conſtit. contuma-
cem, 1. col. & ne obliuiſcaris not. dictum Innoc. in iſta
materia in cap. dilecto, circa fin. de verb. ſignif. videlicet,
quod propter nimiam contumaciam poterit Iudex aggra
uare primum decretum, & decernere quod miſſus in per-
ſonali habeat veram poteſtatem donec ſibi ſatisfiat, &
etiam quod fructus ex tali poſſeſsione percipiendos lu-
cretur, nec cadant in ſortem, & hoc debet in decreto ex-
primere quem refert, & ſequitur Bal. in auth. & qui iurat,
col. 4. verſic quæro nunquid, in litera R, C. de bon. auct.
Iud. poſſ. vel ritum dicas conformem iuri cõmuni, vide-
licet, quod non fiet vtrunque, proteruitate contumacis id
non exigente, alias creſcente contumacia creſcere debet,
& pœna multis enim remedijs contra contumaces vten
dum eſt, l. 1. §. 1. ff. de liber. agnoſc. cap. 2. de dol. & contu.
per quæ iura mouetur Innoc. ad præmiſſa notandum in
alleg. cap. dilecto in fin. Albericus Oliua.

7 AN. Aut excommunicatione. Eſt patens iuris diſpo-
a ſitio, vt poſsit aliquis ab homine excommunicari ob con-
tumaciam non comparendi, aut non parendi iuſto præ-
cepto ſibi facto, vt concludit Nauar. in Sum. cap. 27. nu. 9.
& Rota teſte Biſigneto deciſ. 9. vtrum ſi commiſsio nu. 3.
de reſcript. atque adeo, quod vbi eſt conſuetudo tales cõ-
tumaces excommunicandi, ſi citatus ad conſtitutum diẽ
ſub pęna excommunicationis non comparuit, poſtea ve-
ro celebrat, neſciens ſe fuiſſe à Iudice excommunicatum,
eſt irregularis per Anchar. in cap. Apoſtolicæ de cler. ex-
communic. Didacum à Villadieg. tract. de irreg. col. 4. &
Nauarr. loco citato. Per curiam autem Archiepiſcopalem
non tantum excommunicatur iſte contumax, at præterea
vigore huius Ritus fit etiam miſsio in poſſeſsionem, iux-
ta cap. fin. de eo qui mittitur in poſſeſsion. ideò ritus iſte
adiungit, vt reus debeat eſſe contentus altero ex prædi-
ctis remedijs, nec poſsit habere vtrumq; niſi excommu-
nicatus perſiſtat in contumacia, quia in illum conuenit
magiſtratus eſſe ſeueros, ac propterea contra eos fit miſ-
ſio in poſſeſsionem petente actore, vt tenet Alex. conſil.
130. vol. 4. Afflict. conſtit. Clementiæ poſt num. 23. rub. 4.
lib. 2. In Regno etiam proceditur contra ipſum ad primi
decreti, interpoſitionem, vel ad termini aſsignationem
ad probandum ad electionem actoris, qui ſi viam primi
decreti elegerit, ſine alia citatione in poſſeſsionem bono-
rum conuenti ponitur pro quantitate, & menſuram de-
biti, vt eſt Pragmat. 3. relatione citationis ſub rubr. de
ordin. Iud. nec tunc conceditur eidem actori ius varian-
di, cum alteram ex his vijs elegerit, vt concludit Troyſ. ſu-
per illa Pragm. nu. 7. per tex. in l. quod in hæredem §. eli-
gere, ff. de tribut. action. quod notandum arbitror pro in-
telligentia huius Ritus concedentis actori electionem
obtinendi primum decretum, vel petendi reum declarari
excommunicatum, demum pro materia contumacis iuxta
obſeruantiam Regni recurrendum eſt ad Afflict. in con-
ſtit. pœnam rubr. 97. lib. 1. Et pro materia primi, & ſe-
cundi decreti ad eundem Afflict. in conſtit. contumacem,
8 iuncta conſtit. ſi quis poſt litem rubr. 97. lib. 1. ac præſer-
tim quomodo debeat probari debitum ad finem interpo-
nendi primum decretum, declarat ipſemet Afflict. in con-
ſtitut. quæſtiones Iuriſperitorum eadem rubr. 97. & quæ
9 ſint differentiæ inter contumacem conuentum actione
perſonali, & conuentum actione reali, ipſe explicat decẽ
10 ſubiungens differentias in conſtitut. rei vendicationẽ, al-
a leg. rub. 97. Contumax autem dupliciter conſideratur ve-
rus, & fictus, & quilibet iſtorum in duas ſinditur ſpecies,
vt affirmat, & declarat additio ad deciſ. Rotæ 49. ſi fera-
tur, vel ſecundo num. 3. de dolo, & contum. in nouis.
Abb. Ioan. Hieron. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Bene fundatur de iure iſte Ritus, dum dicit, quod reus
citatus ſit contumax, actor debet eſſe contentus, aut ex-
communicatione, aut miſsione in poſſeſsionem ex primo
decreto: nam clara eſt iuris regula, quòd duplex pęna
exigi non poſsit, l. qui ijdem, ff. de pact. vbi vna tantum
debetur pęna, aut legalis, aut conuentionalis, & ita DD.
dicunt in l. vbi pactum, in l. ſi quis maior, & in l. ſi diuerſa,
C. de tranſaction. vbi ſi quis venit contra tranſactionem
tenetur ad pœnam reſtitutionis datorum, & ad obſer-
uantiam tranſactionis, tamen vnum alternatiuè peti po-
teſt, allegatur text. in l. 2. §. fin. ff. naut. caupon. vbi datur
actio furti, & actio honoratoria contra Caupones, vna
tamen exercetur, latè faciunt tradita per me in deciſ. 42.
par. 2. vbi refero deciſum in Sacro Conſilio, quod fideiuſ-
ſor, citatus ad præſentandum principalem, ſi poſt paucos
dies præſentauerit, non poterit ab eo exigi pœna, ſed ex
carcerandus fideiuſſor, & ſuperſedendum in executione
pœnæ vſque ad exitum cauſæ, & hinc refero ego ipſe
deciſum in Curia Archiepiſcopali Neapol. in deciſ. 57.
par. 2. pœnam delationis armorum confundi cum pœna
homicidij, & vulneris, vt habetur per gloſ. communiter
receptam in l. qui de crimine in verb. plurima capita, C.
de accuſ. Balb. deciſ. 95. Clarus in ſua practica quæſt. 84.
verſ. alius caſus eſt, vbi ſic deciſum refert per Senatum
Mediolanen. latè Farinac. quæſt. 108. num. 166.

RITVS XVII.

ITem ſi citatus per nuncium ſemel perſona-
a liter, aut bis in domo, a poteſt excommu-
nicari, ſi non comparet, ac contra eum proce-
di ad alia iuris remedia.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Nuncio ſeu Curſori credendum eſt, & quando.*
2 *Citatio domi validè quando fiat.*
3 *Citatio cum ſit domi, debet in ea fieri, quam tunc inhabitat.*
4 *Procurator quando ſit citandus.*
5 *Iudicium cum procuratore vtrum poſſit inchoari.*
6 *Excommunicari an permittatur qui domi fuit citatus.*

a ISte Rit. diuiditur in duas partes, 2. ibi, ac contra.
b ¶Si citatus. Vide nota. in primo Ritu, in gloſ. in verſ.
in citationibus, & in 2. in gloſ. in verſ. non circunducitur,
vbi plenè, & merito emanauit ritus iſte, & comproba-
tur per ea quæ dixi, ſupra in ver. ritus, in fin. & quæ ibi
notaui hic repetas, quæ breuitatis cauſa omitto.
¶Per nuncium, Cui credendum eſt etiam in alterius
1 præiudicium, l. magis §. illud ff. de rebus eo. qui ſub tutel.
vel cu. quod verum eſt de nuncio publico, & iurato fide-
liter ſuum officium exequente, gloſ. in verſ. ſuus nuncius,
in cap. cum parati, de appell. Phil. Dec. conſil. 344. ante
num. 2. ver. & poſita concluſio, qui exequutionem ſibi à
Iudice commiſſam, etiam Iudice remoto ab officio, vel
mortuo perficiet, Bar. in l. fundi, in fin. ff. de acquir. poſſeſ.
& in l. & quia, poſt princ. verſ. & per hoc dico, ff. de
iuriſd. omn. Iudic. & mouetur per capit. ſi ſuper gratia
de reſcript. lib. 6. quem refert, & ſequitur Phylip. Dec. cõ-
ſil. 404. col. 3. ante num. 11. verſ. & idem dicunt Doct. &
licet nuncio credant, vt ſupra, tamen in Regno nuncio
iurato referenti non creditur, niſi fiat exequutio citatio-
nis coram duobus, vel tribus teſtibus, vt per Andr. de Iſer.
in conſtit. Regni citationis literæ, fol. 141. col. 3. in princ.
vbi ponit formam citationis, dicens abſurdum eſſe quod
vni ſeruienti, qui conſueuerunt eſſe leues perſonæ, in vna
magna re ſoli crederetur, & ſic poſſet pars quæ dicit non
ſe citatum hoc legitimè probare, alleg. l. optimam, C. de
contrah. ſtipul. fatetur tamen quòd extra regnum de ma-
ximis factis credatur de nuncio curiæ, vt ibi per eum, &
ſic vbique ſeruari notat Specul. in tit. de citat. §. ſequitur
videre verſ. ſed nunquid creditur, quem refert, & ſequitur
Napod. in conſue. non creditur ſeruienti in gloſ. & Cyn.
in l. ea quidem, col. 3. ver. iuxta præmiſſa quæritur C. de
accuſ. dicens hoc verum, dummodò conſtet de ſui com-
miſſione, quod limitatur procedere in cauſis ordinarijs,
ſecus in ſummarijs, vt per Phyl. Dec. conſ. 449. col. 3. n. 15.
alleg. Rom. conſ. 479. diligenter perſcrutatis in 2. dub. qđ
eſt bene not. & quod generali nuncio ſit credendum, etiã
ſine commiſſione, not. Innoc. in c. quoniam contra, poſt
princ. in verſic citationes, de probat. quẽ refert, & ſequi-
tur Bald. in l. eadem ratione in apoſtil. ver. quærit Innoc.
ff. de fer. Præpoſ. aliàs Car. Alex. in cap. cum parati. col 8.
in princ. ver. & ad prædictam quæſtionem de appel. dixit
illud Innoc. dictum in c. quoniam contra. ibi cõmuniter
reprobari, & credit etiam nuncio ſine iuramento, & ſi re-
tulit ſe citaſſe extra territorium cum quẽ non citauit, non
poterit puniri, niſi in loco relationis, nec in relatione per
eum facienda requiritur partium præſentia, nec per aliũ
relationem facere poteſt, ſi ipſe fuerit impeditus, ſed Iu-
dex debet mittere aliquem ad eum qui relationem ſuſci-
piat, nec aliquem perſonaliter capere poterit ſine ſpeciali
commiſſione Iudicis, quæ conſtare debet per publicam
ſcripturam, & qualiter puniatur nuncius falſam referens
relationem, & qualiter illam fieri faciens, & poſtquam Iu-
dex elegit aliquem nuncium in cauſa, nõ poterit amplius
illum mutare, & an nuncio dicenti ſe citaſſe, an parti illud
neganti magis credatur, & ſi citatus fuerit contumax, Iu-
dex non poterit punire contumaciam illius ante nuncij
relationem, & relationi nuncij referentis nihil fuiſſe re-
pertum in bonis debitoris ſtatur, & an pars teneatur cre-
dere nuncio ſe dicenti habere commiſſionem Iudicis, ſi
illam non oſtendat, & an aliquo caſu poſſit citare ſine
commiſſione Iudicis, & quod in Romana Curia credatur
curſori referenti, licet relatio non fiat per nuncium pro-
prium, hæc ſic collecta conglutinata reperies, & deciſa
in addit. ad Panorm. in alleg. cap. cum parati, in litera
C. & in ſeq. litera A. de appell. & per Phyl. Franc. ibi, col. 5.
verſ. circa tertium principale, cum ſeq. & ibi Phylip. Dec.
col. 4. vſque ad fin. & Præpoſ. aliàs Card. Alex. ab 8. co-
lum. vſque ad fin.
¶Ad alia iuris remedia. De quibus per tex. in c. quo-
niam frequenter §. in alijs, verſ. ſi autem, vt lit. non con-
teſt. & dixi in proxim. præced. ritu, in fin. vide ibi.
Albericus Oliua.
a AN. Aut bis in domo. Cupiens nè ignoretur quãdo va-
2 lidè fiat citatio domi, recordor, nullam dari (ex ſententia
Caputaq; deciſ. 111. poſt num. 8. par. 1.) à iure formam
citandi præter illam, quam dat text. in l. ſcire etiam opor-
tet, §. qui autem, ff. de excuſat. tutor. vt citandus ſit reus,
vel ad faciem, vel ad domum, quando autem alter vtra
ipſarum debeat fieri, non minimum apud omnes exiſtit
dubium, ipſe autem concluſiuè loquendo, affirmo, vt in
perſonam debeat fieri prima citatio præcedens litis con-
teſtationem, niſi perſonæ copia haberi nequeat, vel ſit
abſens, quia domi tunc fieri permittitur, facta prius dili-
genti perquiſitione, iuxta l. 4. §. prætor ait, ff. de damn. in-
fecto, l. 1. ff. de liber. agnoſc. l. aut, qui aliter §. & ſi forte, ff.
quod vi, aut clam, ac communis eſt Doctorum opinio in
citato §. Prætor ait, vt inquit Roman. conſil. 454. in re
præſenti poſt num. 4. Tiraq. latè de vtroque retract. tit. 1.
§. 9. gloſ. 1. num. 46. & eſt deciſ. Achil. 147. ſiuè 17. de dol.
& contum. illa verò citatio, quæ ſubſequitur litis conte-
ſtationem, aut poſtquam ſemel reus fuit ab initio perſo-
naliter citatus in cauſa, aut ſemel comparuit in iudicio,
vtique poteſt domi fieri, & facta ſine aliqua perquiſitione,
vt Roman. & Bart. adductis in locis affirmant Mohedan.
deciſ. 2. fuit dubium in fine, & Marant. in 6. par. verbo
rectè concipiatur citatio num. 126. in fine, & eſt deciſio
prima, valet citatio, ſiuè 48. de dolo, & contum. in nouis.
Relata tamen diſtinctio non habet locum in Regno, vbi
omnis citatio poteſt fieri perſonaliter, vel ad habitationis
domum per Pragmat. 2. de ordin. iudic. incipientem, qui-
libet agere volens. De cuius validitate nemo dubitare
debet, ſiquidem ſtatuto induci poſſe modum citandi, etiã
præter ius, & valere dixit Bald. in l. 1. poſt nu. 7. C. quom.
& quand. Iudex Anchar. in c. 1. de Conſtitut. & Annibal
Troyſius ſuper dicta pragm. nu. 6. nec amplius vigore di-
ctæ Pragm. requiritur perquiſitio de iure communi ne-
ceſſaria in citatione domi facienda, vt concludit Marant.
adducto num. & Troyſ. ſuper illa pragm. num. 27. & con-
firmatur ex Bart. in d. §. Prętor ait num. 15. dum inquit,
quod ſtatutum dictans, quem citandum perſonaliter, vel
domi ſufficiat ſi alterum fiat nulla habita conſideratione
illius qualitatis, ita, vel nè poſſit perſonaliter apprehendi
quod illa ſequitur Alex. nu. 11. & Abb. conſil. 42. in quæ-
ſtione num. 2. vol. 2. ſubiungens hoc dictum Bart. eſſe no-
tabile, in ea autem domo eſt facienda citatio, quam ille
3 tempore executionis illius citationis inhabitat, ex reſolu
tione Card. Zabar. conſil. 113. Reſpondeo num. 2. in fine
Cuman. conſ. 146. primo dubio, Corn. conſil. 52. in hac
conſultatione num. 7. lib. 4. & Caputaq. deciſ. 127. num. 2.
par. 1. Inſuper procurator etiam debet prima vice de iure
4 communi citari perſonaliter, ac poſtea ſufficit domi, non
ſecus, ac principalis, nec debet præcedere perquiſitio, an-
tequam domi citetur, cum illa perneceſſarium ſit adhibe-
ri in prima tantum citatione introductionis cauſæ, vt cõ-
cludit Rot. teſte Mohed. deciſ. 165. fuit dubium propoſi-
tum, ſiuè 2. de dolo, & contumac. quod tamen in Regijs
Tribunalibus Ciuitatis Neapolis non recipitur, eo quod
ſemper eſt perſonaliter citandus procurator, aut ſæpius
facta diligentia circa perquiſitionem, nec fuerit repertus.
Prędictis ſubijciam quæſitum non inutile, an ſcilicet iu-
dicium poſſit inchoari cum procuratore, & concludo af-
5 firmatiuè cum procuratore generaliter conſtituto ad om-
nes

Digitized by Google

nes cauſas motas, & mouendas, actiuas, & paſſiuas, & cum eo terminari iudicium, non prohiberi, per deci. Rot. 375. fuit dubitatum, ſiue 27. de procur. in nou. Socc. tract. de citat. art. 50. nu. 1. verſ. aut dominus non reperitur, & Saluſt. Tiber. in prax. Roman. lib. 2. cap. 15. vbi nu. 3. ſubiungit limitationem in his, quæ ſunt magni præiudicij, eſt tamen indubitatũ, quod prædicto procuratori petenti ante litis conteſt. terminum ſibi dari ad denunciandum principali, non eſt denegandus, non autem procuratori deputato ad ſpecialem cauſam, iuxta deciſ. Caſſad. 1. nu. 1. de dilat. & Rot. deciſ. 395. fuit dubitatum nu. 1. verſic. breuiter, & num. 3. de procur. in nou. & deciſ. Biſign. vnic. de dilat. Abb. Ioan. Hieron. Camp.

b 6 Poteſt excommunicari. Nemo conceditur à iure excommunicari, niſi fuerit perſonaliter citatus iuxta deciſ. Rotæ 33. quando committitur, vel 2. de reſcript. in nouis, & deciſ. primum ſi committitur num. 4. & mox verſ. & hanc concluſionem de ferijs in nouis, & deciſ. 28. nota qđ lite conteſtata, ſiuè 314. num. 5. de appell. in antiq. Tiraq. de vtroque retract. tit. 1. §. 8. gloſ. 2. num. 4. alijq; Doctores, qui hanc ſententiam aſciſcunt Innoc. in c. ſi aduerſarius poſt num. 3. de eo, qui mittit. in poſs. cauſ. rei ſeruand. Hæc tamen concluſio reſtringitur, cum fraude, & malitia ſe abſentaſſet, vt idem Innoc. illic ſubiungit, & Ant. Galleſ. ad formam cameral. oblig. it. Rub. reliqua de proceſſu poſt num. 11. quo verò ad citatum per edictum, vtrum liceat excommunicare, tametſi videatur Rota dubitare in adducta deciſ. 1. de ferijs circa fin. nihilominus affirmatiuè concludit additio ad deciſ. Rot. 79. ſi committatur, ſiuè 5. num. 9. de reſcript. in nouis, per text. in cap. nemo Epiſcoporum, 11. q. 3. & Bellam. deciſ. 188. ſeù prima de dolo: Quinimmò per hunc Ritum excommunicari permittitur quiuis citatus bis domi, eiuſq; diſpoſitio eſt in viridi obſeruantia, ſequitur Afflict. in conſtitut. Regni citationis literæ poſt num. 3. rubr. 96. lib. 1. & Foller. pract. crimin. Canonica cap. 6. num. 20. idemque conſtitutio ſynodalis 57. in fine horum Rituum poſita vna cum alijs.
Abb. Ioan. Hieron. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Citatio debet fieri facie ad faciem, Verall. in deciſ. 111. lib. 1. & in deciſ. 119. par. 3. Creſcent. in deciſ. 18. de ſent. & re iudic. Viuius in deciſ. 274. Rot. diuerſ. in deciſ. 12. part. 1. Cæſar de Graſs. in deciſ. 374. Idem Creſcent. in deciſ. 9. de dolo, & contum. licet in hoc Regno ſufficiat citari perſonaliter, vel domi per pragmaticam, quæ incipit, quilibet agere volens in tit. de ordin. iudicior. Et nuntius debet facere ſuum poſſe, & diligentiam, vt poſſit citandum facie ad faciem, ſeù perſonaliter citare Mohedan. in deciſ. 165. Creſcent. in deciſ. 7. de dolo, & contum. & pro eius poſſe diligentia adhibita, ſi non repererit illum, domi citare poteſt, argum. text. in c. 1. qui matrim. accuſ. poſs. ibi (quæſitus nondum potuit inueniri.) Debet inſuper nuncius citare in loco ſolitæ habitationis, non autem in apotheca; vel alibi Guid. Pap. in deciſ. 445. Myſing. cent. 2. obſeruat. 69. & cent. 3. obſeru. 37. Imò quòd locus ille ita ſit, vt veriſimiliter citatus notitiam citationis habere poſſit, puta quòd vxor, aliaue perſona domus ſciuerit, vt per Gail. lib. prim. obſeruat. 54. ſi tamen domus, in qua habitet, eſt conductitia, poteſt ibidem citari. Aſin. in pract. ciuil. §. 6. c. 4. num. 2. Dummodò tamen ſit ſolitæ habitationis tempore citationis, vt per Verall. in deciſ. 117. num. 2. par. 1. quia alias poſſet allegare ignorantiam, vt per Creſcent. in deciſ. 1. de confeſſis.

RITVS XVIII.

ITem ſi propter cõtumaciam aliquis excommunicatur, purgare poteſt contumaciam per totam illam diem, tenetur tamen reficere

a expenſas, a & requiri facere alteram partem ad primam curiam, & ſi ad dictam primam curiam talis abſolutus ſimiliter non venerit, reincidit in eandem ſententiam.

Si tamen ad alium actum quam excommunicationis proceſſum fuerit, non habet locum

b talis purgatio, b quia præiudicaretur alteri parti, cui fuerat ius quæſitum ex tali actu facto in contumacia, niſi forte ſtatim recta curia abſquè malitia compareat, tunc enim arbitrio Vicarij purgatur contumacia, & in cauſa procedetur, ſi pars altera ſit præſens, aliàs differtur ad primam curiam.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatur nemo à Iudice ſine contumacia, nec à iure ſine delicto.*
2 *Contumacia pro qua fertur excommunicatio triplex eſt.*
3 *Excommunicatio quid ſit.*
4 *Excommunicationis appellatione venit maior.*
5 *Excommunicatus eſt ſeruus Diaboli.*
6 *Epiſcopus poteſt excommunicato præcipere, vt quolibet menſe ſoluat tot libras.*
7 *Contumacia purgari poteſt.*
8 *Contumax debet reficere expenſas antequam purget contumaciam, & num. 13.*
9 *Contumacia purgata nequit ille amplius opponere exceptionem declinatoriam.*
10 *De incidentia in excommunicationem, aliqua diſcutiuntur.*
11 *Contumax volens ſoluere expenſas, & purgare morã auditur etiam actore renuente, & num. 13.*

ISte Ritus diuiditur in duas partes principales, ſecunda ibi ſi tamen, vt infra ſequetur, & illa prima pars ſimiliter ſubdiuiditur in quatuor partes, 2. ibi, tenetur tamẽ tertia, ibi, & requiri. quarta, ibi, & ſi ad dictam.

¶Contumaciam. Quæ eſt erga iudicẽ vel prælatũ cõmiſſa inobedientia, vt per Hoſt. in ſum. tit. de cont. in prin. & eſt pecc. mor. qđ immediata cauſa excõicationis, ſine quo nõ põt quis ab hoĩe excõicari, c. nemo epõrũ 11. q. 3. quẽ tex. ad hoc all. Card. de Tur. crem. 11. q. 3. c. Epĩ ſi ſacerdotali no. Fel. in c. ſi diligẽti. in fi. de for. cõp. & in c. dilecte, col. 2. ver. ſecundo ſunt dicta de except. imò quãto ex minori reſurgit tanto maior cẽſetur, gl. ſing. in ver. videbatur
1 in c. duo ſunt 86. diſt. dixi in 3. rit. ſup. in fi. & nunquã qs excõicatur ab hoĩe ſine cõtumacia, & à iure ſine delicto, prout no. gl. magiſt. in all. c. Epĩ in prin. vnde dẽpta cõtumacia, & ſublato delicto, nõ erit reperire excõicationem, quę qñq; pro hęreſi, qñq; p ſimonia à iure infligitur, ideſt pro contumacia de tali, vel de tali crimine inſurgente, ſm Card. de Tur. crem. in all. c. Epĩ, & ita cõtumacia eſt immediata cauſa excõicationis quãuis .n. pro delicto feratur, tñ dicitur ferri pro contumacia, quia ſemper admonitio pro emendatione præcedere debet, verba ſunt ipſius, & meo iudicio non conformia canonib. nã ſtatim cũ quis manus violentas iniecit malo aĩo in clericũ, abſq, monitione ipſo iure eſt excõicatus, c. ſi quis ſuadente 17 q. 4. & cũ quis pacto pręcedente pecuniã pro beneficio Eccleſiaſtico dederit, eſt ipſo iure excõicatus, vt per extrauag. collectas p Fel. in c. de cætero de re iud. & in c. de ſimoniacę, de ſimo. renouatas à Clem. 7. olim die 21. Nouẽb. 1524. per literas ſuas in Vrbe editas, & impreſs & in Conc. Later. in 9. ſeſs. verſ & vt nefariè, celebrata anno Incarn. Dñi 1514. tertio nonas Maij, anno Leo. X. ſecundo, & ratio Card. quia ſẽper admonitio, & c. nõ procedit, quia poſt delictũ cõſumatũ ſtatim inſurgit cẽſura ſecũ trahẽs executionem c. paſtoralis

Digitized by Google

ralis de appell. prout indiuiduo not. Io. Cald. in tract. de
Eccl. interd. 4. mé. prin. alleg. cap. in loco 5. q. 4. dicens qđ
quando pro delicto fertur, non eſt neceſſaria monitio. &
ſic debere intelligi no. per Inno. & alios in c. ad hæc quo-
niã de appell. & in c. 1. de exceſs. prælа. & plenè per Fely.
in c. cũ olim, col. 7. ver. non eſt citandus, de re iud. erit ergo
vera gl. in alleg. c. Epi, & illã ſequor quam etiã approbat
Præpoſ. Alex. ibi in fi. per cuius verba poſſent ſaluari no. ã
do. Card. videlicet, ꝙ conuictus de crimine a quo non re-
ſultat excõicationis ſententia, & monetur vt emendet vel
ſatisfaciat, & contumax eſt in parendo, tunc excõicatur
pro contumacia, & pro crimine ab homine, & iſta contu-
2 macia pro qua profertur excommunicatio eſt triplex alia,
in non veniendo ad iudicium vocatus a Iudice, alia cũ ci-
tatus venit, & non vult parere, & illicentiatus recedit,
alia quando offenſa eſt manifeſta, & iuſſus a Iudice non
vult ſe emendare, aut reſtituere, vt proſequitur do. Card.
de Turrecrem. in all. c. Epiſcopi ante fi. Hoſt. vero in ſum.
de dol. & contu. §. expediuimus, verſ. quid ſit ibi, eſt tamẽ
notandũ dixit, duplicem eſſe contumaciam, ſ. veram, &
interpretatiuam hue præſumptã, veram, cum quis citatus
& inuentus nullum habens impedimentum dicit ſe non
velle venire, vel veniens, & ſine iuſta cauſa parere nolens,
vel illicentiatus ante tempus recedens præſumptam ve-
ro, cum ſolemniter citatus, licet non inuentus, nec venit,
nec ſufficientem procuratorem miſit in termino ſtatuto,
vide quæ notaui ſupra in 16. rit. in gloſ. in ver. contu-
max, & quæ not. Specul. in titul. de contumac. in princ.
in 2. part. & vide ritum infra 34.

3 ¶Excommunicatur. Eſt enim excommunicatio cenſura
à canone, vel à Iudice Eccleſiaſtico prolata, priuans legi-
tima cõmunione ſacramentorum, & quandoq; hominũ,
& eſt duplex, excommunicatio maior, ſcilicet, & minor,
maior priuat participatione ſacramentorum, & commu-
nione hominum cap. à nobis de ſent. excom. minor ſolũ
priuat à participatione ſacramentorũ, & non à commu-
nione hominũ fidelium cap. fin. de cler. excom. mini. cap. à
nobis de except. & eſt excommunicatio quaſi extra com-
munionem poſitio. c. certum 24. q. 3. & appellatione ex-
4 cõmunicationis intelligitur de maiori, vt in c. pen. de ſen.
excom. hæc colliguntur a Panor. in rubr. de ſent. excom.
& debet excõmunicatio eſſe iuſta tribus modis, ex cauſa,
ex animo, & ex ordine, ex cauſa, ſcilicet ex contumacia, &
tunc ab homine, vt in præced. gl. notaui, ex animo, ſcilicet
non ex odio, vel vindicta c. 1. de re iud. lib 6. ex ordine,
qui eſt traditus in c. 1. de ſent. excom. lib. 6. alias proferens
punitur c. ſacro, & ibi glo. in ver. iuſta. de ſent. excom. cap.
quatuor modis, 11. q. 3. Andr. de Iſer. in l. Imperialem, §. ſi
inter col. 8. ver. addit rex ibi Iudex debet habere, fol. 100.
col. 1. de prohib. feu. alien. per Feder. & etiam iniuſta ex-
communicatio timenda erit c. ſententia 11. q. 3. & ex tali
timore, & patienti tolerantia apud Deũ coronabitur, c. &
ſi ad tempus, c. quid ergo, ea. q. 3. not. moder. in conſt. de-
fenſas, in fi. f. 66. col. 3. lib. 1. & dicitur medicinalis tam in
proferente legitimè procedente, vt præmiſi, quia tunc
tendit ad medelã, & non ad mortẽ, c. audi 11. q. 3. quam in
patiente qui humiliter paret vidẽs ſe euitari, & confuſus
redit ad cor. al. c. audi, & c. pia de except. lib. 6. & etiam
mortalis, tunc quando excõicatus illã contẽnit, & ex cõ-
tẽptu magis ligatur, c. notandũ in fin. 24. q. 3. cap. nemo
epiſcoporũ, 11. q. 3. nã ratione contẽptus aliquid efficitur
delictũ qđ non erat gloſ. magna in fin. in l. 1. §. fi. ff. ſi quis
iudiſ. non obtem. & ven. pecc. ex vſu, & contẽptu efficitur
mortale, & peccans ex contẽptu dicitur peccare in Spiri-
tũ ſanctũ gl. in c. qualis 25. diſt. & ille dicitur ex contẽptu
peccare qui obſtinate perſeuerat in malo, & contumaci-
ter vilipẽdit Dom. in all. c. qualis col. 2. qui etiam dixit in
c. conſuetudo cir. me. 9. diſt. ꝙ qui certificatus de excõmu-
nicatione celebrat videtur tanquã obſtinatus contẽnere,
& in c. ſed illud 45. diſt. quod monitus non deſiſtens dici-
tur contẽnere, not. Fel. in c. 1. col. 8. in prin. de conſtit. &
Do. in c. metropolitanũ in gl. 1. 2. q. 7. dixit ꝙ contẽnere eſt
aſpernari, & nõ curare, & Archi. in c. quicunq; 56. diſt. di-
xit ꝙ quis dicitur ex contẽptu facere qñ voluntas eius re-
nuit ſubijci ordinationi legis vel regulæ, & ex hoc proce-
dit ad faciendũ contra legẽ vel regulã, no. Felyn. in c. cum
quidã col. 4. verſ. 5. declarat. de iura. & ex tali contẽptu in
excõicatione quis citius moritur cap. Epi in fin. 11. q. 3. &
diabolus maiori in eo vtitur poteſtate tanquã in pectore
ſuo, gl. in al. c. audi. 11. q. 3. Panor. in rubr. de ſent. excom.
vbi dixit ꝙ Angelus deputatus ad eius cuſtodiã minus o-
5 peratur, & in c. ita quorundã de Iudæ. & Io. Neu. in tract.
ſyluæ nupt. fol. 12. col. 2. cir. med. plus dicẽs, ꝙ excõmuni-
catus eſt ſeruus diaboli, all. l. pedius, & ibi glo. 2. ff. de arb.
vide quæ notaui ſup. in 3. rit. in gl. in verſ. declarari, paulò
ante fi. centũ, & decẽ, & ſeptẽ caſus, in quib. quis incidit
in excõmunicationem maiorem ipſo iure, & duodecim in
quib. incidit in excõmunicationẽ minorẽ, vide per Card.
de Turrecrem. in c. ſi inimicus nu. 7. & 9. 11. q. 3. & ibi ple-
nè pro materia, & propter contẽptum, & perſeuerantiã
in excõmunicatione augetur pęna, nã cõſtit. ſynodalis in-
fra nu. 51. incip. itẽ qđ nonnulli, ſtatuit ꝙ permanentes
publicè in excõicatione per menſem ſoluere debeant flo-
renũ vnũ auri, & talẽ cõſtitutionẽ, ſeù ſtatutũ de iure mili
tare no. Hoſt. Car. & Ana. in c ad aures de ſimo. dicẽtes ꝙ
6 poteſt epſ ſtatuere, ꝙ pro quolibet menſe quo excõicatus
perſeuerauerit in excõicatione ſoluat decem libras ꝙ all.
& ſequitur Fel. c. irrefragabili §. cæterũ col. 1. in fi. de offic.
ordi. & dictat c. regni incip. ſi quis in excõicatione f. mihi
74. col. 2. ꝙſi Comes nominatim excõicatus ſteterit per an
num in excõicatione ſoluet pro pęna Regię curiæ vncias
24. ſi Baro, vncias 12. ſi miles, vncias ſex, ſi burgenſis vncias
tres, ſi ruſticus vnciã vnam cũ dimidia, ſi per duos annos,
ſoluet duplũ quantitatis prædictæ, & ideò Prælati debent
tales perſeuerantes in excommunicatione denunciare
Regiæ Curiæ per aliud cap. item ſtatuimus quod ſi con-
tingit fol. mihi 70. col. 3. quod eſt Regis Caroli Secundi
in planitie Sancti Martini, de quibus not. per nouio. in
conſtit. Regni pęnam eorum col. 2. ante fin. fol. 5. lib. 2.

7 ¶Purgare poteſt contumaciam. Ideſt per contrarium
actum contumaciæ præcedentis comparendo, ſeu paren-
do, rem ad priſtinum ſtatum reducere, aliter contuma-
cia non põt purgari, ar. l. ſi ita quis, §. ſcia. ff. de ver. ob. no.
Bal. in l. vnica col. pen. ver. & ſcias, quod quandoq; ibi eſt
aũt C. de his quæ pæ. no. & ſicut mora in iudicijs circà præ
paratoria purgari põt, etiam ſi ſit adiecta dies, & pœna,
Bald. in l. etſi poſt tres, vlt. col. ver. & no. ex prædictis, ff.
ſi quis cau. ita cõtumacia in his præparatorijs, quia quoad
iudicem mora citius purgatur arg. alleg. l. & ſi poſt, cum
poſſit iudex etiam cõtumaci gratiam facere, & ipſum ex-
pectare, c. conſuluit, de off. del. & maximè in præſumpto
contumace, contra quẽm non eſt ſubito procedendum, &
præcipuè, ſi adhuc iudice pro tribunali ſedẽte compareat,
ſm̃ Hoſt. in tit. de contu. §. quid ſit in fi. & §. item ter. ver.
ſed quid ſi iudex, vbi dixit, quod æquitate ſuadente pote-
rit iudex vſq; in diem alterum expectare, & eadem æqui-
tate requirente voluit pñs ritus, quod per totam illã diẽ
purgari poſſit contumaciam, quia congruo tempore ve-
niſſe tunc videtur, & quæ incontinenti fiunt &c. arg. l. le-
ctã, ff. ſi cer. pet. & facit optimè tex. iuncta gl. in ver. exti-
mari in l. diuus, ff. de in inte. reſt. vbi bonus tex. & l. cum
qui. C. de epiſ. & cle. & ibi Pau. de Caſt. dicens quod vna
præſumptio tollit alteram, nam comparendo eadem die
tollitur præſumptio contumaciæ, nam die ſtatuta venit,
prout no. gl. 1. in all. l. & ſi poſt tres, facit regia prag. inci.
relatione citationis, fol. 93. col. 1. quæ etiam alle. rit. Mag.
Curiæ Vicariæ, & plenius per And. de Iſer. in conſt. reg. ci
tationis literæ, vlt. col. in princ. fol. 141. vlt. col.

¶Reficere expenſas. Scilicet factas ante litis conte-
ſtationem, vt per Hoſtienſ. in ſum. in tit. de contum. §. ſed
& ſi expenſæ, pro quibus debet partem contumacem cõ-
demnare antequã in cauſa procedatur, vt ibi, quia prode-
runt iſtæ expenſæ his quibus in medio itineris deficit pe-
cunia, prout dixit Fel. in c. ſignificantibus, vlt. col. ante fi.
de

de lib.obla.vide,quæ nõ.ſupra in 4.ritu,in gl.in ver.taxari, & in ver.expēſas,& gl.1.in fi.in l.& poſt tres,ff.ſi quis cau.
8 & dixit Bal.in c.conquerente,in ver.integre,quod expēſæ litis vſque ad quadrantem refici debēt,nec in cauſa procedi poteſt ſi vnus nummus deficeret,de reſt.ſpol. & Hoſt.in ſum.de contu.ver.qua pœna, & pro hoc extat Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ incip. item ſeruat ipſa Curia, quod quando expenſæ, fol.105.col.3. poſt princ. & ſi expenſas ſoluerit,& contumaciam purgauerit,non propterea pote-
9 rit petere ſe remitti, exceptionem fori declinatoriam opponendo in pœnam ſuæ contumaciæ,vt per Ang.in l.eum, qui,la prima,in fi.de priui.cre.ff.per gl.in l.ſi finita, ff.item videamus,ff.de damn. infec. & ibi Inn. per quæ ita fuit in Conſilio Regio Neapol. deciſum, vt per Matth. de Affl. deciſ.133.

¶ Et requiri facere. In hoc iſte Ritus plus contumacem punit,quam Ritus Mag.Curiæ,Vic.inci.item,quod plerũq; contingit,quod aliqui,fol.mihi 100.col.2. in fi. qui grauat contumacem,vt die ſequente compareat, & inſtet,& non quod requiri faciat partem aduerſam, releuauit contumacem ipſum,ad purgationem contumaciæ admittendo,grauat in requiri faciendo,& ſic qui in vno grauatur,in altero releuatur,gl.in ver.idoneę,quæ eſt ſecunda, in c.cum vos, de off ord.n.cum ſimil.

10 ¶ Reincidit in eandem ſententiam. Abſque alia monitione,& contumacia,c.ad reprimendam, in fi.de off.or.c. ad noſtram,lo primo de iureiur. in fi.c.quæſtioni. de app. non obſt.quia ibi fit abſolutio ſimpliciter,& non cum reincidentia,prout ita intelligit, & declarat ibi Fel. & plenius Phil.Dec.conſ.145.& in all.c.ad noſtram,poſt princ.nu.2. de iureiur.per Fel.quem intelligo,vt ſupra quando ſimpliciter fuit abſolutus,& non cum reincidentia, prout loquitur deciſ.Ro.490.in no.inci.ſi ex.cõmunicatus,licet ab ipſo ſub alio numero allegetur,& alia ſub nu.399. ſi pronũcietur in no.& hoc verum, quando à ſtatuto fit talis reincidentia prout dictat Ritus,quando ab eo,qui habet poteſtatem legis condendæ, ſecus ſi à iudice inferiore, vt notan. per Bart.colligitur in l.ſi vnus, §.pactus ne peteret,in fi.ff. de pact.& ibi Alex.& Iaſ.qui alleg. Bart. in l.tale pactũ,§. qui prouocauit,in fi.ff.eo & in l.non ſolum, §.iniuriarum, ff.de iniur.Ang.in diſputa.incipien. exorta guerra.15.col. Paul.de Caſt.poſt Ang.in §.præcedente dictũ, §.ne peteret,quæ opin.fuit gl.in c Romana,§.caueãt,in ver.futuris, de ſent.excom.lib.6 vbi tex.not.quòd iſta pacta, & adiectiones poſitæ in abſolutione à iudice nihil operantur, prout dixit Iaſ.in alleg.§.pactus ne peteret,& quoad prolationem excommunicationis ſententiæ proferendæ à ſtatuto,vel à ſentētia ab homine, colligit Phi.Franc. in alleg. §.caueant,col.2 vndecim differentias, quæ omnia no.tanquam ab alijs non collecta,quæ coadunantur per allegatũ Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ in fi.in proxima præcedēte gl.dum vult,quòd reincidat in eandem contumaciam,ſi nõ inſteterit,qui comparuit, vt licentietur, &c. Albericus Oliua.

¶ Ad alium actum.Puta,miſſionis in poſſeſſionē ex primo decreto,iuxta tex.in c.quoniam frequenter.§.in alijs, verſ.ſi autem ſuper,vt lit.non cont. vel ad dationē termini in cauſis ſummarijs, iuxta tex. in clem. diſpendioſam, de iud.clem.ſæpe,de verb.ſign.

¶ Quia præiudicareur alteri parti.Vel quia tunc res nõ diceretur integra,l.nec intentio,C.de tranſac.l.ſi pecuniæ, ff.vt in poſ.lega.c.quamuis,de off.dele.lib.6.c.licet,eo.tit. in antiq. vel quia efficeretur deterius ius alterius partis;&
11 ideo ſi cōtumax in prima citatione velit purgare moram, ſolutis expēſis,& oblato fideiuſſore de iudicio ſiſti.ſi actor non vult,non audietur,quando ius actoris deterius factum fuiſſet,ita Bar.in l.quamuis,vlt. col.in princ.ff.de dam.inf. quem & alios per Felyn.alleg.in c.ex tenore, col.8. & 9. nu.16. de reſcript. vide & And.de Iſern.in conſt.reg.citationis literæ,vlt.col.ver.contumax reputetur,fol.141. vlt. col.Fel.in c.propoſuiſti.col.fin.verſ.ampliant etiam,de fo. compet. & citatus volens purgare contumaciam,& adimplere adimplenda, quod admittatur, etiam cum alterius partis præiudicio, firmat Philipp.Dec.in alleg.cap.ex tenore, vlt.col. verſ.limita, de reſcript. & ideo ſeruabimus Ritum iſtum propter Doct.variantes.

¶ Ius quæſitum. Quod à me ſine facto in eum transferri nõ poteſt,reg.id quod noſtrum,ff.de reg.iur.ar.cap.ab eo. in fi.de elect.lib.6. gl.mag.poſt princ.in conſt.reg.ſi dubitatio,fol.mihi 46.l.fin.C.de pac.in fi. And.de Iſern.in c.1. ver.in rebus enim, qui ſucce.tene.fol.8.col.2. & in c.1.§. & iterum,col.fin.circa med.ver.nam quæſito iure,de cap. Corra.fol.73.col.vlt.& in c.1.§.ſimiliter,col.5.verſ.quod noſtrum eſt,de capit.qui cur.vend.fol.83.col.3. & Philip. Dec.conſ.220.in fi.alias ius meũ efficeretur deterius,quod eſſe non debet,glo.1.& ſequen.in l.& ſi poſt tres,ff.ſi quis caut. & ibi vide pro ſequen.verbis,videlicet,niſi forte ſtatim, & vide gl.in 1.parte iſtius Rit.in ver.purgare poteſt.

¶ Arbitrio Vicarij. Licet æquitas in iure ſcripta reſtituat taliter comparentem,vt in tex.l.diuus, ff.de in integ. reſt.& dixi ſupra in prima parte iſtius Rit.in gl.in ver.purgare poteſt. tamen modus purgandi iſtam contumaciã à iure ſtatutus non reperitur,& tunc arbitrio iudicis cõmittitur,l.1.§.expilatores,ff.de effrac.cap.dilectus,de pœn.& tunc iudicis arbitriũ regulari debet à conſuetudine, c.non ſolum,in fi.de reg.lib.6.l.ſi quis reum,ff.de cuſto.reo. inſt. de off.iudic.in princ.auth.iubemus,in fi.& ibi Bal.vlt.not. C.de iudi.& in l.ſi quis non dicam rapere,col.3.C.de Epi. & cler. Panor.in cap.licet,col.vlt.verſ.vltimo aduerte. de pœn. Felyn.in c.inter cæteras, col. 5.ver.quinta reſtrictio, nu.9.de reſcript. vbi plene. conſuetudine tamen ceſſante, arbitrium iudicis regulabitur de ſimilibus ad ſimilia, gl.in c.inquiſitionis,ver.alioquin, de accuſ.clem. 1. §.volumus, de pœn.c.1.§.porrò,quæ ſit cauſa pri.bene.amitt.vbi etiã in delictis puniendis proceditur de ſimilibus ad ſimilia. & ibi Bal.dixit, illum tex.eſſe meliorem de iure, & hoc not. Mod.in c.tranſlato,de conſt.& in c.de cauſis,de off.deleg. & in l.ſi quis id quod, ff.de iuriſd.omn.iud.

¶ Alias differtur ad primam curiam. Requiſita tamen altera parte,expenſis contumaciam purgantis,ad primam curiam, prout in 1.par.iſtius Rit.

a AN.Reficere expenſas.Iuris cõis eſt diſpoſitio,ne contu-
12 max audiatur,niſi refectis expenſis,l.ſancimus,C.de iudic. & pract.Papien.in for.libel.in actione reali,in verb.& expenſis,nu.5.verſ.ſed hic quæritur,Affl.in cõſt.reg.ſiue reali,nu.4.rubr.98.lib.1.& Carau.ſuper Rit.211.nu.2.& 3. & in Regno huius diſpoſitionis viget obſeruãtia tum per Ritũ Magnæ Curiæ 298. itē ſeruat ipſa Curia,ꝙ quando expenſę,tum per prag.relationē citationis,quæ eſt 3.ſub rub. de ord.iud. atq; in peculiari caſu huius Rit.18.vt excõmunicatus ob contumaciã,valeat contumaciã purgare,& abſolui ab irrogata cēſura,ſolutis antea integris expēſis,ſeruat Curia Romana,ac pręſertim Rota,vt eſt dec.Fabij 155.
13 die 4.par.3.in deciſ.diuerſ. Notandum eſt tamen,ꝙ dixi, integris expēſis: quia ſi nummus,aut obolus,ſiue denarius deeſſet,nõ diceretur purgaſſe cõtumaciã,vt in alleg.deciſ. conſtituitur, & Dec.conſ.34.pro tenui, nu.6. Tiraq.de retract.cõuent.nu.23.& Troyſ.ſuper d.prag.3.in final.verb. nec ſufficeret illarum depoſitio,niſi eas actor cum effectu recepiſſet,vt pręcitati affirmant ex auctoritate Bal.in auth. qui ſemel,nũ.18.C.quom.& quand.iud. ſed minor tametſi contumax audiretur etiam non refectis expenſis, eò quod ipſi ſuffragaretur reſtitutio in integrũ,vt per Theſ. deciſ.9. & Rouit.in adducta prag.3. Abb.Io.Hier.Camp.

b Talis purgatio. Diſpoſitio relata in hac 2.par.Rit. nimio quidē rigore innititur, cum de iure ciuili ſatis ſit purgaſſe contumaciã,expēſaſq; perſoluiſſe,ex l.ſancimus,C.de iud. nec videtur ius aliter parti aduerſę quæſitum,ꝙ reuocabile ſecundũ naturã contumaciæ, vt inquit Dec.in c.ex tenore, poſt num.34. de reſcript. vel ſaltim æquior eſt prag.Reg. relatione, concedēs trimeſtre tempus ad purgandũ contumaciam à die quo fuit interpoſitum decretum, & poſtea alium menſem poſt,ſecundum Dec.iuxta aliam,& ſequentem pragmat.exordientem reo. Abb.Io.Hier.Camp.

AN-

Digitized by Google

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Pro coronide huius tex. eſt ſciendum, quòd excômunicatus per contumaciam non abſoluitur, niſi ſatisfaciat expenſas,& emendam parti, Hoſtien.in ſumm.in tit.de ſent. excomm.§.& qualiter, in verb.ſecundò requiritur, verſ.& nota benè.aut ſaltem præſtet cautionem de parendo man datis,iuxta tex.in c.ex parte,il primo,de verb.ſig.Lancell. inſt.can.lib.4.in tit.de ſent.excomm.§.manifeſtum autem. Ratio autem deſumitur,nam vna contumacis pœna eſt,vt nô audiatur,niſi reficiat expenſas partis,& ſic actori,l.ſancimus,vbi Bal.& alij,C.de iudic. auth.qui ſemel,vbi Bart. notab.3.C.quom.& quan.iud.Alex.in l.ſi finita,§.Iulianus, nu.80.& 81.ff.de dam.infec.Spec.in tit.de expen.§.3.& 4. Foller.in pract.crim.in verb.banniantur,nu.43.quod procedit etiam in ficto contumace,qui pariter tenetur reficere expenſas, Cacheran.in deciſ.9.num.2.poſt Alex.in l.1. §.fin.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.

Et notare non deſinas, ꝙ ſi contumax,refectis expenſis, in cauſa obtineat,nô recuperabit illas, licèt victus victori ad expenſas condemnaretur, Bart.in l.ſi pignore,in princ. ff.de pignor. Bart.in l.non ignorat,C.de fruct.& lit.expen. Salyc.in l.properandum,§.ſin autem alterutra,C.de iudic. Panhorm.in cap.finem litibus,col.9. de dol. & contumac. Boer.conſ.27.nu.12.

His addo, clericum contumacem coram iudice ſeculari non condemnari,nec teneri ad expenſas, Specul. in tit.de citation.§.1.verſic.ſed pone, quòd iudex,& alios referens Balb.in deciſ.153.contra Gloſ.in c.conuenior,23.quæſt.8. l.nullum, C.de teſtib.

Inſuper nota, quòd contra contumacem fit expenſarum condemnatio, etiam parte non citata, Cyn.in l.ſancimus, q.13.& ibi Bald.q.10.C.de iudic. Portius,alios cumulans, in concluſ.43. limitat.50. lib.1. vbi etiam allegat tenentes contrarium, &c.

Denique ſcire debes,quòd ſi contumax nô habet in ære, nec poſſet ſatisfacere parti, eo caſu puniatur arbitrio iudicis,quia ſi eſt pro expenſis,& damnis partis, eam ſuo arbitrio iudex poſſet in corporalem mutare,& ſic facere,quod luat in corpore, vt habetur per Boer. alios allegantem in deciſ.349.nu.8. Clar.in pract.crimin.q.95.nu.6. Menoch. plures cumulans de arbit.iud.caſ.447.nu.4.& 16.qui nu.5. ampliat procedere etiam ſi deberentur fiſco: qui iudex poſſet cômutare ſuo arbitrio,vt etiam tradit Clar.d.q.95.

RITVS XIX.

ITem in prima Curia poſt ferias Natiuitatis,
a Carniſpriuij, & Paſchæ, a non ſolet aliquis contumax reputari, nec excommunicari,etiam ſi data citationis fuerit ante ferias, ſed æquitatiue procedetur, ſi forte partes præſentes fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Feriæ quid ſint.*
2 *Citatio decerni poteſt tempore feriarum.*
3 *Excommunicatio lata tempore feriarum vtrum ſubſiſtat,& num.4.*
5 *Paſchatis nomen eſt Hebreum.*
6 *Communicandi præceptum in Paſcha,intelligitur à Dominica Palmarum vſque ad Dominicam in Albis.*

ISte ritus diuiditur in duas partes.Secunda,ibi,ſed æquitatiue, &c.

1 ¶ Poſt ferias. Quæ ſunt quædam têporum ſolennitates, in quibus cauſæ tractari non debent,quia forenſibus negocijs immunitatem præſtât,l.diuus,ff.de fer.& dicitur feria, dies ſolemnis à feriendis victimis, ſeu animalibus, quæ tunc offerebantur pro holocauſtis, Panor.in rub.de fer.& ſimilis eſt Ritus in Magna Cur. Vic. incip. item ſeruat ipſa Curia,quod primo die iuridico,fol.106.col.1.in fi.dicent hoc procedere de æquitate potius,quam de iure, pro quibus ferijs vide gl.in ver.quibus vtiq; in c.fi.de fer.& Hoſt. in ſum.in princ.& D.de Rot.deciſ.367.inci.ſi cômittator,
2 in no. vbi quod tempore feriarum ob neceſſitatem hominum poteſt decerni citatio, & decreta etiâ exequi per e'ictum,Bellame.deciſ.658.incip.auditor.vbi,quod auditor, qui ante ferias decreuit remiſſionê ad partes,& alia adimpleuit, poterit in vacationibus ſequentibus côpellere partes ad concordandum de nuncio,& portitore dictæ remiſſionis ad partes,& licet feriarum,vindemiarum, & meſſiû non declaretur ,ſeu determinetur têpus,quod ſtari debeat communi obſeruantiæ, decidit tex.in l.præſides,ff.de fer. meminit Soc.conſ.6.col.2. in litera D, vol.1. qui etiam in conſ.116.col.2.nu.12.vol.4.dixit,quod ſi feriæ, etiâ in honorem Dei,à ſtatuto fuerint introductæ,à ſtatutomet poterût tolli,per tex.in l.quadraginta,& ibi gl.& Bal.C.de fer. & Alex.conſ.53.col.2.in princ.nu.13.vol.5. & feriæ repêtinæ comparantur ferijs introductis in honorem Dei,quibus renunciari non poteſt,gl.in ver. ob neceſſitates,in cle. ſæpe,de verb.ſig.Spe.de fer.§.nunc videamus, per quæ ita decidit Calca.conſ.88.inci.breuiter,& Lap. alleg.40.inci. ſi quæratur,multa not.dicta ponit in illa materia,& ſignâter qualiter tres dies Rogationum introducti fuerunt ante Aſcenſionem Domini,& quod dies feriata ad effectum incurrêdi pœnam à ſtatuto impoſitam incipiat à primis Veſperis vſque ad ſecundas,vel vſque ad Complet. Feder.de Sen.conſ.44.& die feriata,etiam in honorem Dei,inſinuatio donationis fieri poteſt,Old.conſ.253.col.2. verſ.tertio videndum,& ferijs non obſtantibus,habilitatio à iuramento doloſe præſtito,quod fieri poſſit, Cald.conſ.1.de fer.& ſi intra ferias quis fuerit excommunicatus, an talis excom-
3 municatio ſit nulla,pro & contra,vide conſ.Feder.de Sen. conſ.11.incip.quæritur an excommunicatio, cum ſeq. reſpon.& ferijs à ſtatuto indictis renûciari poſſe tenet Alex. conſ.278.alias 36.ſecundum alium nu col.fin. verſ.quoad tertium,vol.2.& quod derogatio feriarum reſtringatur ad proximas,& tanquam odioſa debeat reſtringi, Alex.conſ. 42.col.3. verſ.nec obſtat, vol.3. & quod teſtis die feriato iurare non debeat,& tacite poſſit ferijs renunciari, Alex. conſ.46.col.2.ver.nam iurarunt, vol.6. & ſi teſtes fuerint recepti, vel exequutio facta tempore feriato, peccant exequêtes,& actus tenet,Panor.in cap.fin.vlt.col. circa med. de iud.contrarium tamen no.Bart.in l.damus.C.ad l.Cor. de fal.& pro concord. vide Panor.in c.1.de fer.dicentem, quod receptio ſine iuramento,puta,depoſitio teſtis,tenet, licet recipiens ſine neceſſitate, peccet, ſed iuramenti præſtatio non, vt per Tho.Ferra.cau.3. qui dat cautelam officiali facienti ingreſſum, vt iurent ſeruare ſtatuta tempore feriato, quia iuramentum tunc non tenet: & pro materia vide Bertach. in tract. de Epiſcopo, fol.2. col.3. & 4. Albericus Oliua, &c.

a AN Paſchæ. Non tantû in prædictis feſtiuitatibus prohi-
4 betur aliquis excômunicari, ſed iuxta morê Curiæ Rom. antea excommunicatus abſoluitur ad tempus,cum reincidentia poſt terminû,niſi interea paruerit, quod non ſemel inibi obtinui pro clientibus. De huiuſmodi autem abſolutione cû reincidentia notabiliora congeſſi in meo Diuerſ. iur.canon.rubr.de perſon.prohi.prom. cap.de excommunicatione, verſ.ſed vtrum, &c.

5 De Paſchate autem,vt aliqua prodam,affirmo illud eſſe nomen Hebrẹum,ac tranſitum ſignificare,teſte D.Hieron. ſic dicente: Paſcha, quod hebraicè dicitur phaſe, non à paſſione,vt plerique arbitrâtur, ſed à tranſitu nominatur: idq; explicat Bellarm.lib.3. de cultu Sanct.cap.12.tom.2. Quæ quidem vox phaſe,ſeu Paſcha,dum abſolute dicitur, non ſumitur in Scripturis ſacris, niſi pro die primo ſolemniſſimo,num.28.vt affirmat Henrich.in ſum.Theol.moral. lib.8.c.11.§.2.eo. Suarez ſuper 3.par.D.Tho.q.80.art.11. diſput.70.ſect.2.verſic. ſed circa,& concinunt,quæ ſcribit Bellarm.lib.1.de ſacr.Euchar.c.11.verſ.quædam citantur, & Aſten.qui innumeros ſcripſit modos,pro quibus Paſcha ponitur

Digitized by Google

ponitur in ſum.lib.4.tit.9.art.2.q.6.ver.Paſcha enim.Quid quid autem ſit de vi vocis, illud eſt certiſſimum Paſchatis
6 nomine alios etiam dies ſignificari, quòd præſertim ex eo cõſtat,quòd peccat mortaliter, qui ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentũ non ſuſcipit in Paſcha,per c.omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſs. & Canon. Concilij Trid. ſeſſ.13.& tamen non de ipſa tantum die Dominica Paſchatis,in qua Chriſtus reſurrexit,intelligitur,cùm hoc tempus complectatur etiam quindecim dies à Dominica Palmarum vſque ad Dominicam in Albis incluſiuè, vt Nauar.in ſum.c.21.num.45. Ioſeph Angles de Sacram.Euchar. q.2. art.9.cõcl.3.Caiet.verbo communio,ver.tertiũ eſt,in fine, idque ſubiungit ex declaratione Eugenij 4.atque ideo impleat illud præceptũ, qui cõmunicat quolibet horum dierum; Quinimò ſi conſuetudo alicubi extaret,quæ longius hoc tempus extenderet,tutum ſane redderet ſeruantem illam,vt inquit Suarez alle.verſ.ſed circa,ſubnectens cõplures retuliſſe,Mediolani eſſe conſuetudine receptũ, vt quolibet die Quadrageſimali, quis communicando adimpleat hoc præceptum,quod etiam in Hiſpania fieri poſſe, fertur declaratum fuiſſe à Clem.7. apud Iuriſtas etiam reperitur concluſio illa, vt ſtatuto ſi caueatur, nè concordari poſſit delictum commiſſum in Paſcha,non tantũ locum ſibi vendicabit in patratis vnica illa,ac præcipua Paſchæ die,verũ etiã in omnibus quindecim Paſchalibus diebus, ex Bal. in l.omnes,C.de ferijs. Paſcha autem non niſi die Dominico celebrari debere,certa fide credendum eſt, vt iam pridem Eccleſia definiuit contra hæreticos, qui à contrario errore nominati ſunt Quartadecimani, ſicuti relator eſt Greg. de Valent.ſuper D.Tho.diſput.1.q.1. punct.7. §.5.verſ.itẽ certa fide,& §.39.verſ.deinde,quo autem tempore anni ſit celebrandum Paſcha,ſubnectit copioſè, atque adamuſſim explicat doctiſſimus ille vir Robert. Bellarm.nunc autem meritiſſimus Cardinalis, in adducto c.12. à verſ. quantum ad ſecundam. Abb.Io.Hier.Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Aduertendum eſt pro ornatu huius Ritus,ibi,poſt ferias Natiuitatis,Carniſpriuij,& Paſchæ, ꝙ feriæ aut ſunt ſolẽnes,aut repẽtinæ,aut indictæ,Spec.in tit.de ferijs,§.1.nu.1. Solemnes ſunt illę,quæ inductæ fuerunt in reuerentiã Dei, & Sãctorum,Caſtr.in rub.nu.1.C.de ferijs.Repentinę ſunt illæ,quas ſolus Princeps inducere poteſt ob publicam gratulationẽ,puta ob diem natalis ſui,vel filij ſui, vel ſuæ coronationis,vel quia vxorem duxit,vel ob res proſperè geſtas, puta propter gaudium victoriæ de inimicis habitæ, Spec.d.tit.de ferijs,§.1.nu.3.Alber.in l.Præſides,nu.1.ff.de ferijs,Caſtr.in rubr.nu.1.C.eod.tit.iſtæ æquiparãtur ferijs ſolemnibus,Bal.in l.lecta,nu.8.ff.ſi cert.pet.& in l.1.nu.1. C.de ferijs,Alex.in l.1.nu.14.ff eod.tit.Feriæ indictę,ſunt, quæ propter rem ruſticam, ſeu propter publicam vtilitatem cõceduntur,puta in tempore meſſium, vindemiarum, & ſeminationum, Spec.in d.tit.de ferijs,§.1.num.4. Iaſ.in l.1. ſub nu.1. verſ.adde ad iſtum tex.ff.de ferijs.

Feriæ autem nedum ſolemnes, & repentinæ, ſed etiam indictæ, ſeu ruſticales impediunt, vt quis non poſſit in ius vocari, Iaſ.l.1.nu.1.ff.de ferijs.

Ampliatur primo dicta concluſio, quod in diebus feriatis in honorem Dei,& Sanctorum non poſſit per iudicem interponi decretum ſuper alienatione rerũ minoris, Spec. in §.ſequitur videre, nu.13. tit.de ferijs.

Ampliatur ſecundo, quòd diebus feriatis in honorem Dei, & Sanctorum non poſſint tractari cauſæ arbitrariæ, Menoch.in tract.de arbit.iud.q.30.nu.1.lib.1.

Ampliatur tertio, quod feriæ inductæ ob neceſſitatem hominum impediant cauſæ examinationẽ, etiam ſi agatur contra vniuerſitatem,quæ licèt non augetur in rebus ruſticalibus,gaudet beneficio feriarum inductarum ob neceſsitatem hominum, Caſtr.in l.1.nu.4.ff.de ferijs,contrarium voluit Bal.in l.publicanas, nu.2.ff.eod.tit.

Ampliatur quarto,ꝙ feriæ indictę,ſeu ruſticæ cõceduntur non ſolum ruſticis,ſeu agricolis,ſed etiam clericis,militibus,artificibus,& omnibus alijs, Spec.in d.tit.de ferijs, §.1.num.8.

Ampliatur quinto,quod quis non poſſit vocari in ius in tempore meſsium,& vindemiarum,etiã ſi cauſa eſſet in locis, in quibus neque meſsis, neque vindemiæ fiunt, Iaſ.in d.l.1.ſub nu.1.ff.de ferijs.

Limitatur,vt non habeat locum dicta ampliatio,quãdo ſumus in locis,in quibus non colligitur vinum,nec bibitur, quia tunc non debent ſeruari feriæ vindemiarum, Abb.in c.fin.nu.24.extra de ferijs, Ang.in l.præſidis prouinciarũ, nu.3.ff.eod.tit.

Ampliatur ſexto,& vltimo dicta concluſio,quòd cauſæ non poſſint expediri in tempore feriato, quotieſcunque requirunt cauſæ cognitionem, Menoch.in d. tract.de arb. iud.q.3.nu.1.lib.1.

Limitatur primo dicta concluſio, quando agitur de expellendo ſcholarem, qui impedit alium ſcholarem ſtudere propter ſtrepitus,quos facit,& clamores, vel quia alta voce legat, quia iſta expulſio poteſt tractari etiam in diebus feriatis in honorem Dei,& Sanctorum,ex quo recipit publicam vtilitatem,Iaſ.in d.l.1.§.ſed excipiuntur,num.2. ff.de ferijs.

Limitatur ſecundo,quando debent examinari teſtes valetudinarij,de quorũ morte veriſimiliter timetur,vel quando dubitatur de eorum abſentia,quia tunc poſſunt examinari in tempore feriato,Specul.in d.tit.de dilat.§.ſequitur videre, nu.3. ſicut poſsint examinari ante litem conteſtatam, ne probationes pereant, Iaſ.in d.l.1.§.ſed excipiuntur, ff.de ferijs.

Limitatur tertio in cauſis eccleſiaſticis, quæ poſſunt tractari in tempore feriato, quando agit Eccleſia contra laicum, ſecus eſt ſi laicus conueniret Eccleſiam, Abb.in cap. ſignificauerunt,nu.19.extra de iudic.

Limitatur quarto, quando agitur de examinandis teſtibus,quibus fuit delatum iuramentum in die iuridica, quia hi poſſunt examinari,ferijs nõ obſtantibus,Rebuff.in tract. de teſt. gl.10.nu.67.

Limitatur quinto in omnibus cauſis ſummarijs, quia huiuſmodi poſſunt expediri in die feriata in vtilitatem hominum,Menoch.d.tract.de arbit.iud.q.30.nu.2.lib.1.

Limitatur ſexto in cauſis alimentorum, quæ poſſunt tractari tempore feriato, l.mala.ff.de aliment. & cib. leg. Abb.in cap.1.ex.de probat. Iaſ.in d.l.1.§.ſed excipiuntur, nu.7.ff.de ferijs.

Declaratur primo, vt habeat locum dicta limitatio, quando agitur de alimentis debendis in futurum, ſecus eſt in alimentis, quæ debentur de præterito, quia huiuſmodi alimenta non poſſunt peti in tempore feriato, Abb. in l. cum hi, in princ.ff.de tranſact. Par.in l.de alimentis, in 2. lect. C.eod.tit.Iaſ.in d.§.ſed excipiuntur, ſub nu.7.verſic. limita iſtum tex.

Declaratur ſecundo, & vltimo, vt procedat dicta limitatio alimentis debitis in officio iudicis, vt ſi debeantur per patrem filio, & è contra, ex cauſa neceſſitatis, ſecus eſt ſi deberentur iure actionis,puta ex ſtipulatione,quia tunc debent peti in die iuridica, Iaſ.poſt Gugl.de Cun.& Caſtr.in d.l.1.§.ſed excipiuntur,ſub nu.7.verſ.ſecundo intellige, ff.de ferijs.

Limitatur ſeptimo dicta concluſio, quando periculum eſt in mora, quia tunc poteſt agi in iudicio etiam in tempore feriato in honorem Dei, & Sanctorum, Abb.in cap. ſignificauerunt, nu.24. extra de iudic. Iaſ.in d.§.ſed excipiuntur, nu.3.

Limitatur nono,quando debet fieri executio ſententiæ, quia poteſt fieri nõ obſtantibus ferijs meſſium, vel vindemiarum ſi executio fiat in bonis, ſuper quibus fuit ſpecifice iudicatum, quia tunc in executionem non exigitur cauſæ cognitio, ſecus eſt ſi peteretur executio in alijs rebus, quam adiudicatis, quia tunc executio debet fieri in die iuridica,ex quo requirit cauſæ cognitionem, Abb.in d.cap. ſignificauerunt, nu.1.& 20.extra de iudic.

Digitized by Google

Limitatur decimo in cauſis decimarum, quæ poſſunt tractari in diebus feriatis, ſi neceſſitas vrget, vel pietas ſuadeat, Spec. d. tit. de ferijs, §. ſequitur videre, nu. 11.

Limitatur vndecimo in cauſis debilium, vel miſerabilium perſonarum, quæ poſſunt tractari in iudicio, ferijs non obſtantibus, Specul. d. tit. de ferijs, §. ſequitur videre, num. 1.

Limitatur duodecimo, quando per iudicem debent fieri, & quæ ſpectāt ad voluntariam iuriſdictionem, vt adoptare, emancipare, manumittere, excommunicare, & abſoluere, curatores bonis dare, vt liberi parentes alant, & ecōtra, quia hæc poſſunt fieri per iudicem etiam in diebus feriatis, Spec. in d. §. ſequitur videre, nu. 7. & ſeq.

Limitatur decimotertio in cauſis criminalibus, ſeu fiſcalibus, quæ poſſunt tractari tempore feriato in vtilitatem hominum, Bald. in l. ſolēt, num. 1. & in l. publicas, num. 1. ff. de ferijs.

Limitatur decimoquarto, quando agitur contra debitorem ſuſpectū de fuga, quia is poteſt capi, & carcerare etiā in tempore feriato in honorem Dei, & Sanctorum, Iaſ. in d. l. 1. §. ſed excipiantur, nu. 9. ff. de ferijs.

Limitatur decimoquinto in cauſis inſignium latronum, quæ poſſunt tractari in diebus feriatis in honorem Dei, & Sanctorum, Spec. d. tit. de fer. §. ſequitur videre, ſub num. 3. Ang. in l. diuus, nu. 2. ff. eod. tit.

Limitatur decimoſexto, quando agitur de relaxatione carceratorum, quia hi poſſunt excarcerari, & cogi ad dandam fideiuſſionem de ſe repræſentando etiam ſi eſſent feriæ in honorem Dei, Iaſ. in d. §. ſed excipiantur, num. 11. ff. de ferijs.

Limitatur decimoſeptimo, quando agitur de oblatione libelli, quia libellus poteſt offerri nō obſtantibus quibuſcunque ferijs, Spec. in d. tit. de ferijs, §. ſequitur videre, ſub num. 2. verſ. item quolibet tempore.

Limitatur decimooctauo in proponēdis exceptionibus, quia exceptiones poſſunt produci in die feriata, Roman. ſing. 771. num. 1.

Limitatur decimonono, & vltimo in omnibus cauſis, quę non requirunt cognitionem, quia huiuſmodi poſſunt tractari etiam in diebus feriatis in honorem Dei, & Sanctorum, Menoch. in d. tract. de arbit. q. 30. nu. 9.

Ferijs ſolemnibus, & repentinis non poteſt renunciari, Spec. in tit. de ferijs, §. fin. in princ. Alber. in l. 1. nu. 7. & ibi Iaſ. nu. 4. ff. de ferijs, Salyc. in l. omnes dies, nu. 3. ff. eod. tit.

Limitatur, vt non habeat locum dicta concluſio, quando ferijs repentinis fuiſſet renunciatum communi conſenſu, ac vſu populi, quia valet iſta renunciatio, Grat. reſp. 119. in caſu propoſito, nu. 40. lib. 2.

Ferijs indictis, ſeu ruſticis poteſt renunciari per partes, Abb. in c. ſignificauerunt, nu. 16. extra de iudic. Spec. tit. de ferijs, §. fin. in princ. Alber. in l. 1. nu. 7. ff. de ferijs, Salyc. in l. omnes dies, nu. 3. & ibi Caſtr. nu. 3. ff. eod. tit.

Ampliatur primo dicta concluſio, quod ferijs inductis ob neceſſitatem hominum, nō ſolum poſſint renunciari in iudicio, ſed etiam extra iudiciū, Iaſ. in d. l. 1. nu. 28. ff. de fer.

Ampliatur ſecundo, quòd ferijs indictis, ſeu ruſticis non ſolum poſſint renunciari per dominos, ſed etiā per procuratores, dummodo renunciatio nō tendat in præiudicium dominorū, Caſtr. in d. l. 1. §. ſed ſi prætor, nu. 3 ff. de ferijs.

Limitatur tertio, & vltimo, quòd nō ſolum poſſit renunciari ferijs præſentibus, ſed etiam futuris, Salyc. in l. omnes dies, nu. 4. ff. de ferijs, Iaſ. in d. l. 1. nu. 29. ff. eod. tit.

Declaratur dicta concluſio, ꝙ ſi fuerit per partes renunciatū ferijs indictis ob neceſſitatem hominum, noceat tantum ipſis partibus, nō autem alijs, puta teſtibus, vel aduocatis, qui nō poſſunt cogi ad veniendum in iudicio, Aug. in d. l. 1. nu. 4. & ibi Iaſ. nu. 9. ff. de ferijs, niſi natura cauſę eſſet, quod poſſet tēpore feriato procedi, quia tunc poſſunt cogi aduocati, procuratores, & teſtes ad veniendum in iudicio, licet per principales tantum fuerit renunciatū ferijs, Alex. in d. l. 1. nu. 9. ff. de ferijs. Et de nonnullis alijs vide eminentiſſimum Iureconſultum in prag. 1. de ferijs.

RITVS XX.

Item pars offerens libellum, ſeu petitionem de his primis ſcripturis, dat alteri parti co-
a piam ſuis expenſis: *a* ſed reus replicando, ſeu reſpondendo, non dat copiā ſuis ſumptibus, ſed recipitur à magiſtro actorum expenſis petētis.

Similiter citatus ad allegandū cauſam rationabilem quare non inciderit in excommunicationem, comparens, & in ſcriptis excipiens, non tenetur alteri parti copiam dare, cum nil petat, ſed ſe defendat, & ideo à curia copia recipietur.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quid ſit.*
2 *Petitio quomodo fiat.*
3 *Libelli copia eſt danda reo expenſis actoris.*
4 *Actorum copia datur expenſis petentis.*
5 *Excipiens non tenetur ſuæ exceptionis copiam dare.*

Iſte ritus diuiditur in duas partes. ſecunda ibi, ſimiliter. Prima pars ſubdiuiditur in duas. ſecunda ibi, ſed reus.

1 ¶ Libellum, ſeu petitionem. Eſt libellus breuis in ſcriptura claram cōtinens intentionem actoris, ſiue accuſatoris, ſecundum Cyn. in auth. offeratur, poſt princ. verſ. quæro ergo, C. de lit. conteſt. quem refert, & ſequitur partes diffinitionis declarando Panorm. in rub. de lib. obla. & regulariter libellus in iudicio eſt de ſubſtantia iudiciorum, vt proſequitur gl. in clem. ſæpe de verb. ſig. in ver. neceſſario, Panorm. in c. 1. 6. & 7. col. de lib. obla. & pro iſta opin. not. ſcriben. verſ. offerendum contentum in auth. offeratur, C. de lit. conteſt. & tranſumptiue in cap. offeratur 3. q. 3. cū offeratur proprie non petenti, cap. literas, circa fin. de reſtit. ſpol. l. fideicommiſſa, §. ſi rem, ff. de leg. 3 Philipp. Dec. conſ. 421. col. 2. nu. 8. col. 3. ante nu. 3. vbi plene limitatur in caſibus per ſcrib. no. in alleg. c. 1. & propterea Ritus iſte dixit, offerens, & vt omnia comprehenderet tam in regula, quam in fall. cōtenta ſubiungit, ſeu petitionem, quæ etiam

2 ſolet fieri per modum poſtæ apud acta, & ſuper ea lis ſolet conteſtari, vt docet alleg. gl. in verſ. neceſſario, alleg. clem. ſæpe, de verb. ſign. quę in ipſo litis exordio fieri debet, ſiue in ſcriptis, ſiue verbo, actis tamen cōtinuo, vt ibi dixit tex. allega. clem. ſæpe, §. verum quia, & ibi dixit D. Cardin. Zabarel. in §. non ſic, in fi. verſ. 14. quęro, ꝙ talis petitio debet ſcribi per actorum ſcriptores, & infert cōtra quoſdā actorum ſcriptores, qui exceptiones, & alia quæ in ſcriptis neceſſario non debent offerri, verbo prolata nolunt in actis ſcribere, niſi in ſcriptis dentur, & ad in ſcriptis dandum nō tenentur, vt dixit ibi probari, quod nota contra actuarios: & dixit in ſcriptis petitionem poni propter labilē hominū memoriā, & vt in ſententia poſſit exprimi ſicuti habet conſuetudo: & quando libellus eſt offerendus, in tantū eſt ſcriptura neceſſaria, ꝙ non ſufficeret dicere notario, Scribe, ꝙ peto decem à Titio, Bart. poſt gl. in l. ſaccus, la 2. prope fin. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. dicens notan. quod poſſet de facto contingere, & hoc probari dixit Felyn. referens Bar. in alleg. c. 1. col. 2. ver. in tantum, de lib. oblat. per gl. in c. 1. in verſ. in ſcriptis, de cenſibus, lib. 6. & quod in ſcriptis debeat offerri, & quod ſit de ſubſtantia iudiciali, plene per Lanfranc. de Oriano in repetitione cap. quoniam contra, in antepen. col. in verſ. petitiones, de probationibus.

3 ¶ Suis expenſis. Ita glo. in ver. porrecto, in cl. cauſam, de elect. & in alleg. c. offeratur, 3. q. 3. & Spec. in tit. de libel. oblatio. in 2. par. ver. actoris, & ratio eſt, quia tractatur de commodo actoris, vt lis introducatur, vt per Card. Zaba. in alleg. clem. cauſam, q. 21. in fi. & intellige ſi copia fuerit petita, præalleg. cl. cauſam, in ver. petita, & ibi gloſ. in verſ. præalleg. petita propter quod Spec. vbi ſupra dat cautelam aduocato actoris, vt actor in iudicio compareat

cum

Digitized by Google

cum triplici copia libelli, vna, iudici porrigēda, altera, parti conuentæ, & altera, vt ſibi remaneat, & quod petita, dari debeat, & ita illā cl. intelligi debere not. Fel. in c. cum M. col. 23. verſic. quarta concluſio, in fin. conſtitutio. & Philipp. Franc. in c. ſi. col. 6. ver. non tamen arctatur de appell. & quamuis ritus hoc non dicat, & ſit ſtricti iuris, & ſtricte interpretandus, Bar. in l. ſi vero, §. de viro. ff. ſol. matrim. in l. omnes populi, ſol. vltimo, verſ. quarto quæro. ff. de iuſt. & iur. D. Philipp. Dec. conſ. 444. num. 11. cum ſimilibus, tamen ſecundum ius commune debet interpretari, arg. l. ſi quando, C. de inofficio. teſt. c. cum dilectus, de coniuc. Phil. Dec. conſ. 5. vlt. col. ante fin. facit no. doctr. Paul. de Caſtr. in l. vniuerſa, in fin. C. de prec. Impe. offe. vbi voluit per glo. ibi, quòd quando lex, vel ſtatutum mandat fideiuſſores præſtari, aliàs annullat actum, debet intelligi ſi fideiuſſores fuerint petiti, & plenius per Iaſ. ibi in 1. no. cum 2. col. ſeq. & plures no. deciſ. ad propoſitum colligit Fel. in c. ſi autem, 3. & 4. col. de reſcr. quas refert, & permaxime cumulādo declarat Hip. de Marſ. in l. vnius, §. cogniturum, per 4. col. ff. de quæſt. & Philipp. Dec. conſ. 405. poſt med. quod facit pro pragm. de præuentione, inc. malitijs, fol. mihi 94. col. 3. loquens de fideiuſſione præſtanda, quæ ſecundum præmiſſa, deberet intelligi, ſi fuerit petita, ſed obſtat aduerbium, prius, in ea contentum, quod dat formam, vt per Fel. in c. cum dilecta, col 9. ver. ſextum ſignū de reſcript. & in c. paſtoralis, pen. col. ver. ſeptimo quia de exce. & ſic etiam ſi non petatur iuxta formam pragmat. præſtanda erit fideiuſſio. pro veritate cuius vide omnino Hipp. vbi ſupra, ſed quia ius commune vult, quod petatur copia libelli, vt no. in d. cl. cauſam, merito iſte ritus reducitur ad terminos iuris communis, videlicet, ſi petatur, & ita practicatur, & iſte ritus ſeruatur, non obſtante opi. Panor. quam Fel. dixit eſſe communem, videlicet, quod expenſis rei dari debeat copia libelli, in cap. 1. col. 3. ver. expenſis rei, de lib. obla. vbi omnino vide opi. hincinde relatas, quibus exigentibus, ritus canonizatur, prout notaui ſupra in prælud. in ſi. quas opi. latius ponit Barb. in alleg. cl. cauſam, col. 16. ver. gloſ. in ver. porrecto, vbi etiam alle. Bar. in l. 1. de eden. & in alle. auth. offeratur, dicentem in hoc ſeruandam eſſe loci conſuetudinem, quam ſeruandam eſſe concludit ibi Barb. colum. 18. in fin. verſic. tu vero.

¶ Expenſis petentis. Quia ad ſui vtilitatem fit, vt not. concludit Zab. in alle. q. 21. cle. cauſam, de elec. nam actorum copia petitur, & datur expenſis petentis, cap. quo-
4 niam contra, de proba. l. 2. §. defendi, ff. ex quib. cau. in poſ. eat. not. Ang. in l. 1. §. edere, de eden. & ibi Bal. dixit, quod poteſt edens dicere, facias tibi extrahi copiam tuis expenſis, prout refert Barb. in alleg. clement. cauſam, colum. 18. ver. & in quantum, gloſ. in fin. fol. 63. col. 3. de elect. Albericus Oliua.

¶ Iſta eſt ſecunda pars xx. ritus, & congruam non recipit diuiſionem.

¶ In excommunicationem. A iure. ſ. introductam, vel à conſtitutionibus ſinodalibus introductis à iure, dixi ſupra in ritu 18. in gloſ. in ver. excommunicatur, de introductis à conſtitutionibus ſinodalibus patebit infra in conſtitutionibus ſinodali. impreſſ. in fin. præſentis volum. & tunc non excommunicat homo, ſed ius commune, ſeu municipale, & ideo præmittitur citatio ad allegandum cauſam, de qua declaratione ſatis dixi ſupra in 3. ritu, in gloſ. in ver. declarari.

5 ¶ Copiam dare. Per rationem, quæ infra ſequitur, cum nil &c. & quia ritus in prin. dicit de primis ſcripturis, & excipiēdo præſupponit primas ſcripturas præcedere, ergo in excipiente non dicentur primæ ſcripturę, quia exceptio præſupponit actionem, & eā excludit, l. 2. ff. de exce. ſicut priuatio præſupponit habitum cap. ad diſſoluendū, de deſpon. impu. l. decem, §. ſed & ſi decē, ff. de ver. obl. cū ſimi.

¶ Copia recipietur. Prout dicimus in producēte inſtrumenta in iudicio, qui non tenetur dare illorū copiam parti aduerſæ ſuis ſūptibus prout dicitur de libello, vt per Ang. in l. 1. §. edere, de eden. ff. quem refert Barb. in alle. cle. cauſam, col. 18. verſic. & inquantum, gloſ. de electio. & ita practicatur in Curia Archiepiſcopali Neapolitana. Albericus Oliua.

a AN. Suis expenſis. Hoc contradicit diſpoſitioni iuris in
b l. 1. ff. de edend. cuius vigore non niſi edere libellum reo, tenetur actor, non autem eius copiam ſuis expenſis dare, vt ſcribit Bal. in auth. offeratur nu. 1. & Cyn. nu. 7. C. de lit. conteſt. Alex. in ead. l. 1. nu. 8. & Fely. in c. 1. nu. 8. de libell. oblat. tametſi Bart. videatur tenere, vt expenſis actoris debeat iſta copia tradi, motus per dictam auth Offeratur, attamen permulti affirmant, illam auth. nō corrigere diſpoſitionem alleg. l. 1. ſed omiſſa huiuſmodi diſputatione, veriſſimum eſt diuerſimodè ſeruari, ac præſertim in Curijs Eccleſiaſticis obſeruari primam opinionem, teſtatur Arnon. in ſua practica iudiciaria c. 31. & Tarrag. in praxi c. 3. nu. 1. ac propterea vnanimis eſt in hac re Doctorum reſolutio, vt ſtandum ſit conſuetudini loci per Bar. in ipſa l. 1. & Alex. aliosq; relatos, & conſequenter ſeruanda eſt in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, quòd in ea quotidiano vſu obtentum eſt, vt illa conſignetur expenſis actoris, cum præſertim hanc partem defendat gl. in clem. cauſam verſ. porrecto de elect. & in clem. ſæpè verſ. pronunciatio de verb. ſig. id etiam obtinet in Tribunalibus Regijs huius Regni per prag. 5. de ord. iud. incipientem reo. Abb. Io. Hier. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

In verbo expenſis petētis addo, quòd regulariter actus venit explicandus expenſis petentis, nam indubitata eſt iuris concluſio eum teneri ad impenſas, cuius gratia actus celebratur, ad tex. expreſſum in l. ſed ſi hæreditas, §. 1. ff. ad exhib. l. ſi. C. de erog mil. annon. l. quoniam, C. de teſtib. Hinc eſt, quòd debitor ad inſtātiam creditoris carceratus, eius expenſis alimentari debet, ſi non habet vnde victum ſumere poſſit, Boer. deciſ. 203. Valaſc deciſ. 1. Milanenſ. deciſ. 18. Balb. deciſ. 60. & expenſis petentis quem carcerari carcerandus eſt, Franc. March. deciſ. 233. & expenſis petentis depoſitionem teſtium abſentium examinari quis debet, Cacheran. deciſ. 45. & quemadmodum delinquentium remiſſio expenſis eam petētis eſt facienda, Thoming. deciſ. 13. Boer. deciſ. 203. Ludou. deciſ. 54. Verall. deciſ. 92. volum. 1. Cappell. Tholoſ. deciſ. 100. Et hinc euenit, quòd ſi remiſſio non ad inſtantiam partis petatur, ſed ad inſtantiam iudicis ipſius inquiſiti, iudex ſoluere debet expenſas, Afflict. in conſtit. Regn. Capitaneorum, num. 6. in 4. notab. Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. in deciſ. 10. Guid. Pap. dec. 211. num. 3. cum alijs, quos probat Couarr. in lib. pract. quæſt. cap. 11. ego ipſe in deciſ. 109. eodem volum. 2. refero deciſum in Curia Archiepiſcopali Neapol. repetitionem teſtium, ad inſtantiam fiſci receptorum, eius ſumptibus fieri debere, vt voluit etiam Ann. ſing. 509. quem refert Tapia in conſtit. Regn. in pecuniarijs, vbi dicit, quòd quando teſtes ſunt examinandi per Commiſſarium cauſæ expenſis petentis, examen fieri debet, vnde Vrſill. in addit. ad Affl. in deciſ. 376. ſub nu. 4. refert deciſum in Regia Camera, quòd teſtes abſentes, quò debeant coram iudice perſonaliter ſe præſentare, debent eorum expenſis venire ad repetitionem.

RITVS XXI.

ITem ſi petitur aliquem declarari, incidiſſe
a in pœnam *a* excommunicationis, contentam in vna ex cōſtitutionibus ſynodalibus, nec petitio, nec libellus datur: ſed ipſa conſtitutio habetur loco petitionis, ſed ſi dicitur incidiſſe in aliam excommunicationem à ſynodalibus,
b non datur libellus, ſed ſimplex petitio. *b*

SVMMARIVM.

1 *Synodus quid ſit.*
2 *Conſtitutio ſinodalis quæ.*
3 *Reſcriptum quando obtineat locum libelli.*
4 *Quæ ſpectent ad declarationem faciendam, quod aliquis inciderit in excommunicationem, remiſſiue.*
5 *Differentia inter libellum, & petitionem.*

DIuiditur iſte Ritus in duas principales partes. ſecunda, ibi, ſed ſi dicitur. Prima pars ſubdiuiditur in duas partes. 2. ibi, ſed ſi ipſa, &c.

1 ¶ Cōſtitutionibus ſinodalibus. Sinodus græce, latine cætus, vel comitatus, Iſid. in lib. ethimo. lib. 6. c. 16. & tranſumptiue in c. ſinodus, 15. di. & accipitur pro cogregatione, vt per Panor. in c. oſius, de elect. & ibi Phil. Dec. no. 4. referētem Panor. dicentem, quod cōmuniter ſinodus capitur pro congregatione, quam facit Epiſcopus in ſua diœceſi, & diſtinguitur à Concilio prouinciali, quod facit Archiepiſcopus in ſua prouincia cum ſuffraganeis, & à generali, quod facit Papa in toto orbe, allega. Panorm. in c. 1. in princ. de off. ord. in c. ſicut, de accuſ. & in c. fin. de præſcrip. & quòd ſynodus propriè ſit Epiſcopi eſt tex. in c. Epiſcopus in ſynodo, 35. q. 6 quem alleg. Fel. in c. ego N. col. 5. ante nu. 3. de iureiur. firmat Hoſtien. in ſum. ver. quis poſſit, ibi, ſed tale Cōcilium, de conſt. Card. n. vero Zaba. in proœ. clem. ver. nec ſane, dixit, Concilium generale à Papa celebrari, prouinciale, ab Archiepiſcopo, ſinodum, ab Epiſcopo, capitulū, à monachis, no. Pau. de Caſt. in l. & ſi minor, C. ſi aduer. lib. Henri. de Boit. in tract. de ſinod. Epiſcopal. in princ. in 1. quæſt. & in proprio ſuo ſignificatu etiam in materia ſtricta, & odioſa capi debere, not Matth. Mattheſ. ſingul. ſuo nonageſ. quinto incipient. no. mirabilem, quē refert, & ſequitur Philipp. Dec. in rubr. de prob. col. quarta, ver. ſed

2 ſaluando. conſtitutio vero dicitur ſinodalis, quæ edita ab Epiſcopo debet in ſinodo publicari, vt per ſupradictū Ant. in 2. parte 3. partis ſum. tit. 21. c. 2. §. cuius eſt initium, circa alia ſpiritualia, col. fin. ibi, ſingulis annis ſinodum faciat, & debent dictæ cōſtitutiones ſinodales in ſinodo ex latino in vulgare idioma vulgarizari, prout conſiderauit optime D. Cardin. Alex. in c. fin pen. col. circa med. ver. credere, quòd debet 18. di. alle. in arg. l. ſed & ſi pupillus, §. proſcribere, ff. de iniuſt. & iu. l. decretaſſ. de re iud. & forma ſermonis quo vtitur Epiſcopus in ſinodo ponitur in libro pontificali, ſub rubr. inci. ordo ad Concilium prouinciale, ſeu ſinodū, cap. fratres chariſſimi conſacerdotes fol. mihi 184. qui liber eſt approbatus, vt per gl. in cle. 1 de iureiur. quam refert Fely. in c. 2. col. 26. nu. 24. ibi, liber pōtificalis, de reſcrip. & qualiter fieri poſſit dicta conſtitutio ſinodalis, dixi ſupra in ſi. proœ. & pleniſſime traditur per Henri. de Bot. in alleg. tract. de ſinodo Epiſcopi in 3. parte.

¶ Nec petitio, nec libellus. Pro iſtis verbis vide ſupra no. in 20. ritu, in princ. in gl. in ver. libellum, ſeu petitionem, vt non repetam ibi ſcripta, & quia hic dicitur, quòd conſtitutio habebitur loco libelli erit ſimile no. in c. 2. de dila. vide-

3 licet, quod reſcriptum habebitur loco libelli, quod intelligit ibi Panor. in ſummarijs vendicare ſibi locum, & non in ordinarijs cauſis, quod declarat Bal. fore intelligendū ſolum quoad effectum actionis perpetuandæ, non quoad ordinem proceſſus, immo oportet, ꝙ libellus offeratur, & lis conteſtetur, &c. in l. 1. C. quando libell. prin. & clar. us in l. 1. nu. 3. C. de preci. Impe. offer. dicens illud verū ad concludendum iudici, ſed non ad concludendum parti, vnde quando reſcriptum non dirigitur parti, nec cōcludit parti, contra partem requiri libellū, qui fundabitur ſuper reſcripto alle. auth. offeratur, C. de lit. conteſt. quem refert, & ſequitur Philip. Deci. conſ. 481. col. 2. nu. 7. & alleg Imol. in l. ſi quis filio, §. hi autem, ff. de iniuſt. rup. irrit. teſta. & ibi Alex. & conſ. 201. incipien. in cauſa, in princ. vol. 2. & idem dicimus de literis, quòd habeantur loco libelli. Maria. Socin. in c. 1. col. 21. verſ. vigeſimo ſexto fallit, de libell. oblatio. Innoc. in c. dudum, lo ſecōdo col. 2. in ſi verſ. item quia nihil poteſt, de electio. quos refert vna cū Hoſtien. & Ant. de Butr. in alleg. c. 2. de dilatio. Fely. in c. ad audientiam, lo ſecundo col. 2. col. 9. in ſi. verſ. literæ non dant ius, de reſcript. quem alleg. additio ad Innoc. in alleg. cap. dudum, in littera A. in excommunicationis ergo ſententia contenta in conſtitutionibus ſinodalibus ſufficiet conſtitutionem ſinodalem præſentare in non comprehenſis in conſtitutionibus ſinoda. præſens Ritus requirit ſimplicem petitionē, prout in ſumma, vt in ſi. ipſius Ritus patet, iuxta not. in alleg. clem. ſæpe, in gl. in verſ. neceſſario, de verb. ſign. & dixi in 20. ritu in princ. & in 3. & vide omnino deciſionem Rotæ, num. 54. in nouis, incipiente, ſi petatur quis, &c. Albericus Oliua.

a ❧ AN. Incidiſſe in pœnam. Super ritu 3. aliqua delibaui
4 ſpectantia ad declarationem faciendam, quod aliquis inciderit in excommunicationem, & cætera luculentius ſcripſi in meo Diuerſ. ſiue Promptuario iuris canonici, rubr. de perſon. prohib. prom. cap. de excomm. verſic. fructibus. Abb. Io. Hier. Camp.

b Simplex petitio. Conſtat ex hoc Ritu, libellum, ac pe-
5 titionem, vulgo dictam comparitionem, viciſſim differre, quod etiam confirmatur ex gl. in cle. ſæpe, ver. neceſſario, prope finem, de verb. ſignif. inde fit quod in Regno, quia proceditur ſummarie loco libelli, debet præcedere qualis qualis petitio, per prag. 1. de ord. iudic. quinimmo de iure reſcriptum ſupplicationis ſuſtinet locum libelli, immo citatio cum inſerto tenore delegationis eſt loco libelli, vt ſcriptum reliquit Bernard. Pand. ſuper alleg. prag. nu. 117. inibi ſeiunctim has comprobans ampliationes, ſed quas propterea ſint in Regno ſublatæ ſolemnitates in libello, quaſue debeat illa ſimplex petitio cōtinere, tangit Marant. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 1. nu. 96. Abb. Io. Hier. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

¹ Nec petitio, nec libellus datur. Adde octuaginta caſus, in quibus non exigitur libellus, quos annotauit Aſin. in pract. ciuili. §. 4. cap. 3. per totum.

Non requiritur libellus aliquis in cauſa alimentorum, Bald in l. ſi quis in liberis, in princ. ff. de lib agnoſc. Franc. Milanenſ. in deciſ. Siciliæ 5. nu. 29. 30. lib. 1.

Declara primò procedere, quando alimenta petantur officio iudicis, non autem ſi iure actionis, & contractu ſuo dubio, idem Aſin. in §. 4. cap. 3. caſ. 48. arg. l. 1. §. ſed excipiuntur, vbi Guliel. de Cune. ff. de ferijs.

Declara ſecundo procedere in alimentis præſentibus, & futuris, in quibus eſt neceſſariā celeritas ob neceſſitatem victus: ſecus autem in alimentis præteritis, in quibus non militat illa ratio, Bald. in l. 1. nu. 6. C. de fideicommiſſ. Iaſ. in l. de alimentis, num. 5. C. de tranſact.

Declara tertiò procedere, ſi alimenta debentur pauperi, & inopi, non autem diuiti, Bart. in l. alio, ff. de alimen. leg. Aret. in conſ. 97. col. 2.

Non requiritur ſecundò libellus, ſi procedit via executiua vigore inſtrumenti liquidi, quod habet vim libelli, vt voluit Affl. in deciſ. Neap. 191. nu. 5. in ſi. quem ſecutus eſt Carroc. in deciſ. ſiue caſu 44. nu. 10.

Non requiritur tertiò libellus aliquis in cauſa executiua vigore rei iudicatæ, Sebaſtian. Sapia in l. fin. num 64. C. de edict. diui Adria. tollend. Aſin. in pract. ciuili. §. 4. cap. 3. num. 1.

Declara tamen, quòd tunc demum in ſupradicto caſu libellus nō exigitur, quando iudicis officio ſententiæ executio petitur, Ang. in l. 1. nu. 27. C. de iudic. Panhor. & Fel. in c. 1. extra de libell. oblat.

Non requiritur libellus quartò in cauſa depoſiti, Angel. in l. ſi quis, C. depoſit. Panhorm. in cap. quia propter, de electio.

Non requiritur quintò libellus in cauſa reuocationis attentatorum, gloſ. in clem. 2. vt lit. penden. Io. And. & Pet. de Anchar. in c. 1. in ſi. extra vt lit. pend.

RI-

Digitized by Google

RITVS XXII.

ITem in cauſis ſaſinarum fabricarum fiendarum, vel demoliendarum, & ſimilium proceditur abſque libello, & fit cõmiſſio de inſpiciendo, & referendo Domino Vicario, per quem ſi videbitur, recipientur per prius probationes ſummarie, vel recipientur per ipſos commiſſarios ſupra locum, & relationes faciunt commiſſarij, iuxta diſpoſitiones conſuetudinum ciuitatis Neapolitanę, etiam reſpectu bonorum eccle
a ſiaſticorum, excepto iure congrui. *a*

Et facta relatione in ſcriptis, citantur partes ad videndum relationem, & die ſtatuta Reuerendus Dominus Vicarius, lecta relatione, præcipit partibus ſub pœna excommunicationis, quod obſeruent dictam relationem.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quid ſignificet.*
2 *Ordinarius in cauſa ſibi commiſſa eſt delegatus.*
3 *Probationes ſunt recipiendæ parte citata.*
4 *Conſuetudines Neapolitanæ quæ videantur approbatæ per Curiam eccleſiaſticam, & nu. 20.*
5 *Ius congrui decidendum eſt ſecundum ius commune, & num. 17.*
6 *Clericus eſt conueniendus coram ſuo iudice in cauſa congrui, & num 18.*
7 *Lex vtens verbo, ſancimus, eſt pœnalis.*
8 *Iudex non tenetur impartiri ſuum officium niſi petatur.*
9 *Præceptum ſub pœna excommunicationis, non importat latam ſententiam, & nu. 21.*
10 *Appellatio de iure ſuſpendit iudicatum.*
11 *Appellatio à delegato à Vicario, interponitur ad ipſum Vicarium.*
12 *Terminus ad non poſita ponendum, datur in cauſa appellationis, & num. 23.*
13 *Sententiæ conformes quæ dicantur.*
14 *Depoſitio cuius non requirit iuramentum.*
15 *Reclamatio infra decem dies eſt proponenda.*
16 *Clericus vtrum ſubiaceat conſuetudini diſponenti circa ius congrui.*
19 *Comes Lemos laudatus.*
22 *Appellatio interponitur à delegato ad delegantem.*
24 *Remiſſoria conceſſa in prima, denegatur in ſecunda inſtantia.*

RItus præſens ponit formam procedendi in cauſis ſaſinarum, & fabricarũ, & diuiditur in duas partes principales. 2. ibi, & facta relatione, itẽ prima ſubdiuiditur in tres partes. ſecunda, ibi, & relationes faciunt. tertia, ibi, excepto iure. Item in prima prin. parte incipit dare formam, in ſecunda, approbat conſuetudines Neapolitanas, in tertia, ab illis excipit ius congrui.

1 ¶ Saſinarum. Vocabulum eſt vſurpatũ iuxta idioma populi, & vſuale verbum, aliàs vulgare, l. 3. §. mandato, ff. rem rat. habe. prout in ſimili dixit Napod. in proœ. cõſue. Neap. ibi, vt magis proprie illarum vſualia verba, & alicubi non tactũ, quod viderim, præterquam per And. de Iſer. in c. 1. §. ille tamen, de controuer. feu. apud pa. ter. vbi declarat verbum, diſſaſire, ſeu, diſſaſiare, quod dixit eſſe vulgare, & quòd ſaſina dicitur poſſeſſio in vulgare, quaſi ſeſina, à ſtando, vel ſedendo, quia ſtat in poſſeſſione, vnde, diſſaſire, eſt extra ſaſinam, & poſſeſsionem ponere, quod clarius dixit, & no. in conſt. reg. ſi vaſſallus, poſt princ. fol. 161. col. 1. ibi videas.

¶ Abſque libello. Fiet tamen talis qualis petitio, cle. ſæpe, de ver. ſig. iuncta gl. in ver. neceſſario, de quo plene dixi ſupra in Ritu 20. in prima gl.

¶ De inſpiciẽdo, & referendo. Propter quæ verba licet
2 cui commiſsio taliter fiet ſit ordinarius, efficeretur delegatus, c. licet, de off. ord. & ibi Fely. col. 3. verſ. nu 4. vbi alleg. Ang. conſ. 214. in cauſa accuſationis, col. 1. aliàs eſt ſub nu. 217. & virtute talis commiſsionis non poterit cõmiſſarius condemnare, etiam ſi ex parte ordinaria hoc poſſet, quia illa verba limitant partem ordinariam, & non licet tranſgredi formam, ita Sal. in auth. qui ſemel, ad fin. C. quom. & quando iud. quod ſingularisſim. dixit Fely. in c. cum ex officij, col. 10. in princ. de pręſcrip. & per Alex. in l. 1. §. opus nouũ, in princ. ff. de no. oper. nun. ſecus ſi diceretur, cognoſcat, & iuſtitiam faciat, quia incluserat poteſtatẽ decidendi, Philip. Franc. poſt Gemi. in c. quoniã no. quinto, de immu. eccle. lib. 6. & ſi cauſæ cognitio tantum quid veniat, Doct. in c. ſuper quæſtionũ, in princ. de off. deleg. & de huiuſmodi formis plene per Fel. in alleg. c. licet, & in c. 1. de conſt. à 19. col. vſque ad 23. Phil. Franc. in c. intimaſti, poſt princ. & in c. cum teneamur, col. 2. in fi. de appellat. Bal. in l. fideicommiſſa, §. quanquam, de leg. 3. Iaſ. in l. ſi quis maior, C. de tranſac. And. de Iſer. in conſt. regn. domini à vaſſallis, in fi. fol. mihi 160. vlt. col. Phil. Dec. in c. cauſamque, in princ. de teſti. & conſ. 254. poſt princ. 256. in fi. 233. nu. 2. & 407. ante num. 17.

3 ¶ Probationes. Parte altera tamen citata, 2. q. 1. c. in primis, c. 2. de teſti. l. ſi quãdo, C. eod. tit. ſeu præſente, vel per contumaciam abſente, Tho. Ferr. cau. 12. in fi. aliàs proceſſus eſſet nullus, vt ibi Phil. Dec. conſ. 342. vlt. col. in princ. verſ. quarto obſtare, nec huic ſenſui obſtabit verbũ ſequẽs, ſummarie, quia per iſtud nihil de ſubſtantialibus poteſt omitti, vt per Bart. in extrauag. ad reprimen. in verſ. ſummarie poſt prin. & maxime, quia tractatur de alterius præiudicio, & cauſa ſaſinarum non eſt fauorabilis, & ideo requiritur plena probatio, vt per Lanfran. in repe. cle. ſæpe, de ver. ſig. poſt princ. ver. nona cõcluſio, & ſi mãdatur ſummarie procedi, & commiſſarius ſeruabit iuris ordinẽ, parte non contradicẽte, valebit proceſſus, Bal. in l. quòd fauore, C. de leg. quem ita intelligit Lanfran. illũ referens in alleg. cle. ſæpe, col. 2. poſt princ. & eſt tex. in alleg. cle. in fi. ver. ſi tamen in præmiſſis, & ſi procederet iuris ordine ſeruato, & nulliter non tenet actus, Fely. in c. nouit, 13. col. de iudic. in cap. qualiter, & quando, lo primo, col. 2. de accuſ. & in c. inter dilectos, col. 4. de fid. inſtr. in contrarium tamen faciũt not. per Hipp. de Marſ. in l. vnius, §. cuſtodiæ, in princ. nu. 4. de quæſt. fol. 61. videas ibi, vbi plene per 3. col.

4 Conſuetudinum ciuitatis Neapolitanæ. Per iſta verba
c videtur *c* approbatæ ab Archiepiſcopo Neapolitano conſuetudines ciuitatis Neapolitanæ, quòd firmare videntur verba ſequentia, excepto iure congrui, quia exceptio firmat regulam, Phil. Dec. poſt Pan. in c. cum dilecta, col. 9. verſ. quinto nota. de confir. vtil. vel inuti. Iſer. in l. 1. in ver. angariæ, quæ ſint reg. & in l. 1. col. 1. de prohi. feu. alie. per Fed. Phil. Dec. conſ 360. 2. dub. & 379. nu. 2. vbi plene pro intelligentia vltra dicta in alleg. c. cum dilecta, vbi dixit, quod declarat iſtam regulam melius, quam alibi ſcriptum ſit, & hoc firmari videtur ex eo, quia Archiepiſcopus Neap. non pręſupponitur ritus iſtos edidiſſe ſine cõſenſu ſui Capituli, quod dixi, vt euitentur no. per Napod. in proœm. conſuet. Neap. in glo. in verſ tenorẽ, vbi pleniſſime, & per eundem ibidẽ, in verſ. Antiſtitem, in cõſuet. ſi quis, vel ſi qua, in gl. in verſ. proximiores, poſt verſ. ſed an Abbas, in conſue. vbi domus, de iu. congr. in gloſ. in ver Eccleſiæ, & in conſuet. ſi Eccleſia, eo. tit. in gl. in ver. Eccleſia, col. 3. ver. ſed tũc vbi, ſed nõ reperi in qua cõſuet. Neap. fiat mentio de iſta forma relationum, eſt bene verum, quod in ritu Magnæ Cur. Vic. incip. item obſeruat dicta curia cõmittere, qui eſt ſub rub. de rela. facien. fol. mihi 102. col. 2. ponitur forma dictarũ relationum faciẽdarum à commiſſarijs dictæ Magnæ Curiæ Vicariæ, ex quibus patet, conſuetudines Neapol. fuiſſe per iſtum ritũ approbatas ab Archiepiſcopo, & Capitulo Neapol. cum iſtos ritus non condidiſſet Archiepiſcopus

Digitized by Google

Neapol.ſine cōſilio ſui capituli,iuxta not.in tract.de ſino.
Henr.de Bot.in 3.parte,fol.31.num.137.ver.limita ſecun-
do, vbi plenè poſt Doct.in c.2.de conſt. li.6. & hoc mani-
feſtius declarant verba ſequentia,videlicet etiam reſpectu
bonorum eccleſiaſticorum.

¶ Excepto iure congrui. Illa eſt exceptio à regula ap-
probante Neap.conſuetudines, qua patet ius cōgrui debe-
5 re tractari, & iudicari ſecundum ſtrictum ius commune,
quo mediante videtur eſſe in libera poteſtate alienantis
alienare in extraneum,vel conſortem, ſeu proximum,aut
vicinum,l.dudū,de cōtrah.empt.C.& l.falſo,C.de comm.
re alie. plenius per d. Mat. in tract.de iu.proth.in rubr.in
princ.nec huic concluſioni obſt.tex.cap.conſtitutus, de in
integ.reſt.tum quia ille tex.narrat factum,& dicit conſue-
tudinem illā fuiſſe approbatam ibi,nec illā ſpecialiter ap-
probat, licet ſecundum illam ibi approbatam mandet in
integrū reſtituere,exigente lęſione,nec obſtabit opi.Hoſt.
in alleg.c.conſtitutus,§.quare ſupplicauit, in ver.cōſuetu-
dinem,quia emptor,& ſic dominus compelletur nihilomi-
nus ad vendendū,& ſic cōtra l.dudum præall. & erit vera
opin.Goffr. ꝙ clericus emptor non compelletur vendere,
& duo concurrunt,in fi.d.c.conſtitutus,videlicet,læſio,&
conſuetudo,quæ ibi erat approbata,quæ nō eſt hic,& illa
non poteſt excedere territorium, vt patet ex eius litera,&
erimus in theorica Pano.in c.Eccleſia ſanctę Mariæ,col.4.
in princ.verſ. ſi verò eſt conſtitutio laicorum, de conſtit.in
effectu cōcludens, ꝙ non extenditur aliquo modo ad cle-
ricos, etiā ſi ſit fauorabilis, niſi ſit approbata per Papam,
& ita Inn.in c.dudum, de re.eccl.nō alien.lib.6.col.2.ver.
nec credimus,per tex.c.bene quidem,circa fi.96.di. quem
omnino videas, & quāuis ſtatuto fauorabili laicorum cle-
ricus vtatur in foro ſæculari, vt concludit Panor.in alleg.
cap.conſtitutus, no.5. & Phil.Dec.conſ.281.col.3.ver.vlt.
quæritur,ante num.8. vbi plenè, tamen non poterunt laici
dicere, ꝙ ſi clericus vtitur ſtatuto contra laicū in foro ſæ-
culari,ita debet è contrario laicus vti contra eū, tanquam
iſtud non ſit vi ſtatuti, ſed vi iuris cōmunis,quia talis ratio
corruit, cum ſtatutum non ſit factum ad poſtulationem
clericorum,ſecundum Bal.quem refert,& corroborat Fel.
in alleg.c.Eccleſia ſanctæ Mariæ, col.36.in 8.quæſt.princ.
ver.nec obſtat,ꝙ ſtatutum,poſt nu.53.vtetur ergo clericus
ſtatuto fauorabili laicorum in foro ſæculari contra laicos,
vt concludit D.Matth.de Affl.in tract.de iur.proto.ver.eſt
autem, col.5. ſed quid ſi clericus, fol.19.col.3. circà med.
poſt Imo.in alleg.cap.conſtitutus,vt ibi per eū,& in ſimili
de inſtrumento guarentigiato no.Panor. in cap.fin. not.1.
de vi.& hon.cler.quod facit pro ritu præſentationis inſtru
mentorum Magnæ Curiæ Vicarię,incip.Item,ꝙ ſi qui de-
bitores,fol.19.col.3.in fi.vt illo vtantur clerici, & laici nō
contra eos,vt per Fely.in alleg.cap.Eccleſia ſanctæ Marię,
col.39.poſt nu.58.verſ.quod autē dixit,de conſt. & ceſſa-
bunt per iſtam Ritus exceptionem, no.per Rober.Maran.
Venuſ.in tract.diſput.ſuarum, in 8.diſp. & ſignanter in ſua
ſubtili conſideratione,fol.29.col.1.& 2.nu.36.ver.traditio
enim debet,quia pro reſponſione cōſiderandum, ꝙ domi-
nium in clericum emptorem rei emptæ tranſlatum fuit,
6 prout ipſemet fatetur:& ſi clericus reperitur dominus,de-
bet coram ſuo iudice conueniri,etiam in cauſa congrui, vt
decidit Napod.in cōſuet.vbi domus,in gl.in verſ.Eccleſię,
& dicit,quòd in foro eccleſiaſtico poterit allegari conſue-
tudo,ergo & ſimiliter l.ſancimus. ſed in foro eccleſiaſtico
iudex eccleſiaſticus in deciſorijs debet iudicare ſecundum
canones,& iſtos Ritus, prout not.in c.quod clericis,de fo.
comp.& dixi ſupra in expoſitione verbi,Ritus, ver.& pro-
pterea fecit.Fely.& l.ſancimus, nedum diſponit de modo
procedendi,ſed dat formam decidendi,compellendo em-
ptorem ad vendendum cōtra eius voluntatem, contra ius
cōmune,per alleg.l.dudum,& apponendo tempus, & per
iſta traditur forma non in præparatorijs, ſed in deciſorijs,
Fel.in c.cū dilecta,col.10.verſ.octauo,& verſ.nonū ſignū,
de reſcript.ergo nō ſequenda,quia rei ſuæ quilibet eſt mo-
derator,& arbiter,l.in re mandata, C.mand.l.nemo extē-
rus,C.de Iudæ.l.2.ff.ſi quis à par.fue.manumiſ.cū ſimi. nō
enim poteſt Imperator ponere falcem in meſſem alienā,
Fel.poſt Inn.in alleg.c.Eccleſia ſanctę Mariæ,col.17.verſ.
prima eſt alle.Panor.in c.inter alia, de immun.eccl. col.9.
aliàs mihi 5.verſ.ſecundo conſidero, quòd ciuilis lex,nec
poterunt coadiuuari, not.per eund.Rober. per ea, quæ in
eadem 8.diſput.ſcripſit,in pri.reſponſ.ad cōtraria, eo.fol.
29.nu.39.ver.ſupereſt, quia quamuis lex non afferat nota-
bile præiudicium, nec principaliter ſit edita in odiū cleri-
corum,ſed propter bonum publicum, & poſſit afferre cō-
modum,& incommodum, tamen non poterit negari quin
habeat in ſe l.ſancimus rigorem quendam, & tunc in foro
contentioſo canonico non erit ſeruanda,ita Panor.traden-
do theoricam in cap.filius,in 4.not.per illum tex. de teſta.
quam theoricam ad multa eſſe not.ſcripſit Felyn. in alleg.
c.Eccleſia sāctæ Mariæ,col.19.ver.quarta declaratio,ante
nu.30 fol.54. & quod in ſe l.ſancimus, contineat rigorem
denotant verba l.dudum præalleg.quæ appellat talē com-
pulſionem grauem iniuriam, & l.fin. C.de pact.int.empt.
& vend. dixit, ꝙ multum intereſt,ne ei vicinus non ſolum
quem nollet aggregetur, ſed pro quo ſpecialiter interdi-
ctum eſt: qui enim habet malum vicinum,habet malū ma-
tutinū, ita d.Matt.in alleg.tract.de iu.protho.fol.11.col.1.
7 ver.licet enim. & quoties lex vtitur iſto verbo ſancimus,
eſt lex pœnalis,gl.in fi.3.diſt.in ſum. glo.in verſ.ſancione,
de reſcrip.lib.6. no.Matt.in alleg l.ſancimus,de iu protho.
in 1.not.& Io.de Turrecre.in præalle.ſum.ver.ad primū,
nu 6 glo.in verſ.ſancio in proœ.cle.& optime facit tex.in
l.ſancio.& ff.de pœn.& Io.de Imo.in cap.1.poſt princ.de
conſt.& licet ſtricte,& large verbum,ſancimus, &,ſancio,
capi poſsint, vt in iuribus proxime adductis not. tamen ꝙ
hic ſtricte ſumatur,nedum ex præmiſsis colligitur,verum
etiam verba l.ſancimus, hoc præ ſe feruntur, nam pœnam
apponit tutoribus, curatoribus, procuratoribus,& defen-
ſoribus,& inferius etiā pœnam periurij, & ꝙ lex pœnalis
tanquam odioſa promulgata ſuper certo genere cauſarū,
prout eſt l.ſancimus, ſuper iure congrui non ſit extendēda
ad clerum,facit c.P.& G.de off.deleg.quē tex.ad hoc pon
derat Fel.in alleg.c.Eccleſia ſanctę Mariæ,col.27.in princ.
nu.41. ibi, ſed tamen ibi D.Abb.fol.56 col.1. faciunt not.
verba D.Ant.de Butr.in c.clerici,vlt.col.de iudic.ibi.ideo
ſi cauſa tangit clericum conuentum, vel agitur de re eccle
ſiaſtica,vel ſpirituali, tractanda eſt cauſa ſecūdum deciſio-
nes eccleſiaſticas. Hæc ſunt verba ſua formalia:ſed quia in
cauſa congrui tangitur clericus, ideo lex non ſeruanda, &
nō immerito, quia etſi ius congrui eſt tantum permiſſum
vbi conſuetudo illud approbat,prout not.in alleg.c.conſti
tutus,de in integ.reſt.not.præalleg.D.Matth.in alleg.rubr.
in tract.de iur.protho.in 2.ar.pro parte affirmatiua,& ibi
in fi.rubr.& ab iſto ritu non recipitur,idē operabitur ritus
in Curia Archiepiſcopali, quod conſuetudo in loco, con-
cludendo dico,ꝙ aut loquimur de conſuetudine Neapoli-
tana ius congrui introducente,& nedum fuit approbata à
Pręſule eccleſiaſtico,ſed reprobata per iſtum ritum,aut de
l.ſancimus, & nō extenditur,nec poterit prorogari ad cle-
ricos,nec ad Eccleſiam,vt patet ex præmiſsis,& ex no.per
Lud.Rom.conſ.384. incip. hoc quod vicinus. ex quibus ſi
canonice nouiſſime tempore bonæ memoriæ Reuerend.
D. Angeli Barrectæ, Vicarij Neapolitani in iſto caſu fue-
rit iudicatum contra clericum, faciliter colligitur.
Albericus Oliua interpres.

In iſta ſecunda parte principali datur forma Reuer. D.
Vicario, qualiter habitis prima, & ſecunda relatione pro-
cedere debeat:& ſubdiuiditur iſta ſecunda pars in quinque
partes. ſecunda ibi,& ſi aliqua. tertia ibi, & dicti ſecundi.
quarta ibi,& duæ relationes conformes. quinta ibi,verum
reclamatio.

¶ Citantur partes. Ad inſtar illius,qui habet ſententiam
proferre,qui ſi non citare faciet partes, ſentētia erit nulla,
l.1.§.item ex eo edicto, ff.quæ ſent.ſine appellat.reſcind.
not.in c.inter quatuor,de maior.& obed.clem.paſtoralis,
§.cæterum,de re iud. Fely.plene in c.quæ in eccleſiarum,
col.

Digitized by Google

col.26.in princ.verſ.& infert, ꝙ Princeps, de conſt.dicens, citationem eſſe de iure diuino, & in cap.cum olim, col.12. in princ.fol.340.col.3.in princ.de re iud. vbi corrigit, quæ ſcripſit in alleg.c.quę in eccleſiarum, quoad citationem ab Imperatore obmittendam, & deciſ.Sacri Conſ.346.in fi.& pleniſsime per Phil.Dec.conſ.410.col.2.nu.7. in fi.verſ.ſecundo talis, vbi dixit, hoc etiam procedere in ſummarijs, & conſ.46.nu.24.& 25.col.fin.dixit hoc etiam habere locũ in declaratione etiam per Principem facienda, & in alleg. conſ.410.nu.25. dixit, citationis defectum nunquam tolli, nec excludi, & quod ſit de iure naturali, nu.24.ibidem.

¶ Dies ſtatuta. Et non poſtea, quia citatio eſſet circumducta, cap.conſuluit, de off.deleg.

8 ¶ Præcipit partibus. Altera tamen partium inſtante, ſeu petente, quia non tenetur iudex impartiri officiũ ſuum, niſi petatur, in his quæ concernũt priuatã vtilitatem, l.4.§.hoc autem iudiciũ, ff.de dam.infec.not.Bart.& ibi poſt eũ Iaſ. in l.de pupillo, §.meminiſſe, ff.de no.oper.nunc.quod etiã procedit in his, quæ à principio nõ requirunt cauſæ cognitionem, gl.in alleg.§.meminiſſe, quã ad hoc ponderat ibi Iaſ.col.3.nu.6.dixi ſup.in rit.4.verſ.cõdemnate, poſt princ. & tale præceptũ dicetur iudiciale, quia illud præcedit cauſæ cognitio, & non extraiudiciale, Inno.in c.ad aures, ver. præcepto autem, de temp.ord.cui præcepto oportebit parere, vel cauſa expreſſa appellare, vt ibi, & facit cle.appellanti, de app.l.creditor §.iuſſus, de app.ff.& l.non videntur data, §.qui iuſſu.ff.de reg.iur. & materiam iſtorum præceptorum proſequere, vt per Pariſ.de Pu.in tract.ſind.c.quia ſæpe, col.2.à num.17.cum ſeq.fol.88. & an in ſcriptis fieri debeat, Philip.Franc.in c.fin.col.2.in fi.de iud.lib.6.& gl. in verſ.reſponſionem, in c.dudum, lo ſecondo, de elect.

9 ¶ Sub pœna excõmunicationis. Iſta verba nõ important
d latam ſententiam, *d* ſed proferendam, quia contrauenien-do, poterunt excommunicari, tex.eſt in c.relatum, in fi.de iurepat.quem ad hoc alleg.And.de Iſer.in conſt.reg.ſi vaſſallus, 4.col.in princ.fol.161.in c.1.in fi.quo temp.mil.in l. quoniam, in fi.de prohib.feu.alien. per Loth.fol.85.col.4. & in conſt.reg.edictorum, pen col.de lit.conteſt, fol.141. col.1.gl.eſt magi.in c.1.de ſagit.Fel.in c.Rodulphus, col. 18.verſ.vltimo, quia, de reſcrip. And.de Iſer.in l.Imperialem, §.inſuper, de prohib.feu.alien.per Fed.fol.96.col.3.& in l.1.ver.à iure ſuo, de ſta.& conſuet.fol.113.Philip.Dec. conſ.214.nu.4.in fi.Franc Crem.ſing.7.

¶ Quod obſeruent. Quia quod præcipitur imperatur, quod imperatur, neceſſe eſt fieri, cap.fin.quod præcipitur,
10 14.q.1. niſi per appellationẽ releuetur, vt dixi ſupra ver. pręcipit, quia appellatio de iure canonico ſuſpẽdit iudicatum, c.paſtoralis, §.pręterea, in fi.de off.deleg.de iure verò ciuili pronunciatũ extinguitur, ff.ad Turpill.l.1.in fi.l.licet benignius dicatur, quod ſuſpenditur, & nõ quod extinguitur, prout expoſuit Hoſt.in ſumm.de app.ver quis ſit effectus, poſt princ. adde c.venientes, de iureiur. vbi tex.

Et ſi aliqua pars ſentit ſe grauatã, & reclamet, cõmittitur reuiſio alijs cõmiſſarijs de partium voluntate eligendis, ſi fieri petitur, aliàs in alterius partis contumaciã eligentur, & ſolet addi, ꝙ infra certum breue tempus dicti commiſſarij referant, alioquin ipſa relatio, & mandatũ inde ſecutum remaneant in ſuo robore, & vigore.

Et dicti ſecundi commiſſarij, receptis etiam nouis probationibus referunt, vt ſupra.

Et duæ relationes conformes expreſſe, vel ta-
b cite exequutioni mandentur *b* citra aliam reclamationem, ſequendo dictum præceptum pœnale excommunicationis, vt ſupra, nec commiſſarij iurant.

Verum reclamatio fieri debet infra decem dies, vt in appellatione.

¶ Se grauatam. Verba iſta declarant præceptum præcedens habere vim interlocutoriæ, & non diffinitiuæ, quia tũc ad Papam, & non ad Archiepiſcopalem curiam appellaretur, ne ab eodem ad ſeipſum, cum ſit idem adiutoriũ, appellatio interpoſita videatur cap.2. de conſue.lib.6.capit.Romana.in princ.de appell.eod.lib. & verius dicetur quædam ſupplicatio, ſeu reclamatio, iuxta cap.ſuſcitata, de in integ.re.& auth.quæ ſupplicatio, C.de prec.Imp.off. quod videtur innuere verbum reclamet, infra eo. rit. vel
11 tutius erit dicere, quod vicarius generalis eſt ordinarius, & poterit delegare cauſas, & ſi a delegato appellabitur, erit appellandum ad delegantem, dummodo delegatio non fiat in fraudem, ita not.Docto.in alleg.c.2. de conſue. lib.6.& gl.in verſ.foraneo in cl.2.de reſcr. Ro.deciſ.371. incip.item ſi epiſcopus in no. & vide gloſ.in ver.præcipit partibus ſupra proxi. & hæc vltra verior.

¶ De partium voluntate eligendis. Vt euitetur omni prætenſa ſuſpitio, & erit practica, quam ponit Spe. in tit. de requiſi.§.1.ver.ſcias igitur, vbi dixit, quod in electione ſapientis, in Lombardia ſic eligitur, iudex enim dicit partibus, præcipio vobis, quod detis mihi 8.vel 10.perſonas, quæ non ſint ſuſpectæ, & eligam vnam ex eis, & dixit Io. Andr.in addi.ad Spec.vbi ſupra quòd tales vocantur confidentes, Felyn.in cap.ſuper quæſtionum §. verum, col.7. de off.deleg.iſta refert, & Neap.practicamus, quod vtraque pars dat ſuos confidentes, & iudex eligit.

¶ Si fieri petitur. Aliàs non tenetur iudex officium ſuũ impartiri, prout dixi in praxi, gl.in ver.præcipit.

¶ Contumaciam. Supple ſeu diſcordiam.

e Eligentur. Scilicet à Vicario, *e* glo.in ver.à partibus in conſt.reg.in pecuniarij.fol.mihi 37.Fely.in c.propoſuiſti, colum.3. verſ. vltimo per iſtum de probat. & pleniſſime in alleg.cap.ſuper quæſtionum, §.verum, col.7. de offic. deleg.

¶ Referant. Altera.ſ.partium petente, vt ſæpius ſupra dictum eſt, & propterea dicimus, quod ſi remiſſus ad curiam epiſcopalem pro aliquo incidenti, & ibi eſt in mora, iudex primæ cauſæ poterit procedere, ita Bal. quem refert Alex.in l.de die. §.iubetur, ff.qui ſatiſd.cog. ſic etiam vbi iudex ſæcularis dolo, vel negligẽtia prætermittit procedere in crimine mixto, in quo inceperat procedere, poteſt eccleſiaſticus iudex procedere. Pet.de Anc.conſ.192. magnifice in fi.quæ dicta refert Fely.in cap.ex tenore, col. 8.in fin. de reſcrip. immo ſtatutum laicorum, quòd iudex eccleſiaſticus debeat infra 30.dies ad ſe remiſſam expedire cauſam, non tenere dixit Panor. in cap.2. in fin. de eo, qui mit.poſ. quem alleg.Fel in cap.perſonas in fi. de app. dicens, quòd non poteſt arctare eccleſiaſticum iudicem, & tale ſtatutum non valere dixit, & eſſe quotidianum, Fel. in c.eccleſia Sanctæ Mariæ, col.54.ver.& adde. de conſtitutionibus. Albericus Oliua interpres.

¶ Receptis etiam. Iſta dictio, etiam, hic implicat, prout eſt de ſui natura, vt per Panor.in cap.1. not.2.de commo. vbi alle.cap.cum omnes de conſt.& in cap.cum ſit, col.4. verſ nec obſtat, de appell.vel hic ampliat, quaſi dicat, nedum per antiquas, ſed etiam per nouas, ita de iſta dictione, etiam, not.Gem.in cap.cum in illis, §.illis, q.1.de præbend. lib.6.

12 ¶ Nouis probationibus. Quia in cauſa appellationis
f non deductum deducam, & non probatum probabo, *f* capitu.cum Ioannes de fid.inſtrum. cap.fraternitatis, de teſt. l.per hanc, C.de tem.app.l.Seio, ff.eo.& intelligas nouas probationes dependentes ab antiquis, aliàs omnino nouæ probationes non releuant probantem, & dicuntur omnino nouæ probationes, quæ nihil coadiuuantur, vel per quas nihil coadiuuatur intentio primarum, & antiquarum probationum, & ſententia lata vigore antiquorum probationum non pareret exceptionem rei iudicatæ, quoad omnino nouas probationes, & cognoſcuntur omnino nouæ probationes ex mutatione rei, & alijs modis, prout Fel.declarat in alleg. cap.fraternitatis, col. 10. de teſt.& propterea ſecundi commiſſarij, ſi partes volunt de nouo

po-

Digitized by Google

ponere, ſtatuent terminum, & citabunt teſtes, & illorum depoſitionibus receptis referent, iuxta tenorem iſtius ritus, vt per Fel. in c. prælatorum, col. 3. ver. no. argumentum pro, & contra, de accuſ. & per nouiſſimum Concilium Lateranenſe, in decima ſeſſione, in princ. verſ. nos volentes. Albericus Oliua.

¶ Conformes. Præmitto quod ritus iſte eſt contra ius commune, quo permittitur à ſecunda ſententia appellari, licet prohibeatur tertia, C. ne lic. tert. prouo. in rubro, & nigro, cap. directe, cap. ſua nobis, de app. 2. q. 6. c. ſi quis in quacunque, his præmiſſis, dico quod ſi prima ſententia ſit ſuper negocio principali, & alia ſuper deſertione, quod ta-
13 les ſententiæ non ſunt conformes, & non habebit locum ritus, erit enim prima ſententia diffinitiua, & ſecunda ſuper deſertione interlocutoria, Aret. in cap. examinata, vlt. col. de iud. Imo. in alleg. ca. ſua nobis, Bal. in l. 2. C. de epi. aud. & in l. eos, C. de app. in prin. Fel. in rub. de re iud. col. 8. nu. 11. per quæ, & alia ita concludit Corn. conſ. 14. inci. in hac conſultatione, 1. lib. 4. item ſi prima, & tertia ſententia ſint conformes habebit locum ritus, quod ipſæ duæ exequutioni demandentur. item ſi prima condemnat in 20. & ſecunda in 10. quoad 10. ſunt conformes, ſaltem tacite, & exequutioni mandabuntur. ita fuit in Sacro Conſilio deciſum, vt atteſtatur dec. d. Matt. de Affl. num. 362. & de prima, & tertia, vt ſupra cōſuluit Philipp. Dec. cōſ. 385. & faciunt not. in cle. 1. de ſen. & re iud. & ita ſeruat Mag. Curia Vicariæ, quamuis ritum qui allegatur nuſquam reperimus, ſed aliqualiter facit ritus mihi fol. 102. col. 2. in fin. inc. item in cauſis, & reg. prag. inc. Magnæ Curiæ, fol. 98. vlt. col. & allegatur ritus ad hunc effectum in alia dec. Sac. Conſ. num. 28. & de iſta conformitate plene per Philip. Dec. in alleg. proxime conſ. 385.

¶ Nec commiſſarij iurant. Vel quia à partibus ſunt electi, & approbati, vel à iudice deputati, vt per Bart. in l. Theopompus, circa med. ibi, contra prædicta, ff. de dot. preleg. quem, & alios ad hoc adducit Fel. in c. propoſuiſti, col. 5. in princ. ver. fallit ſecundo, de prob. & ratio, quia vbi fides alicuius eſt approbata ab vtraque parte, non re-
14 quiritur, quòd dictum ſuum ſit iuratum, ita Bart. in l. Lucius, in fin. ff. de fideiuſ. & illud, quod dicitur, quod ſtatur exequutioni Cardinalis, etiam in alterius præiudicium, procedit de conſuetudine Romanæ Curiæ, vt per Io. And. & Panorm. quos refert, & ſequitur Phil. Dec. in cap. conſtitutus, col. 2. ver. quarto, de appell. Lap. alleg. 33. in fin. vbi plene Fel. in cap. 2. col. 8. ver. ſtilus ibi dixit de reſcr. ſecus de iure communi, per tex. cap. licet vniuerſis, in fin. & no. in c. in omni, de teſti. & per gl. ſi. alleg. c. licet, & plene per Fel. in alleg. c. propoſuiſti. Albericus Oliua.

15 ¶ Infra decem dies. Hoc eſt de iure communi, vt per Hoſt. in ſum. tit. de ſenten. §. quot ſint eius ſpecies, verſ. diffinitiua, ibi, hæc autem ſupplicatio, & ibi ſubiungit, quod non ſuſpendit exequutionem ſententiæ, ſed victor tene-
g tur ſatiſdare g de reſtituendo id quod obtinuit cum augmentis, legitimis, ſi contingat primam ſententiam retractari, not. in cap. ſuſcitata, de in integ. re. in auth. quæ ſupplicatio. C. de prec. Imper. off. d. xi ſupra in 2. parte, 2. partis princ. in gl. ſe grauatam. Albericus Oliua.

a A N. Iure congrui. Quid iſta conſuetudo de iure con-
16 grui conſtituat vnuſquiſque poterit cognoſcere ex libro Conſuetudinum tit. 17. per plures §§. ac præſertim, quod ad rem noſtram attinet, diſponitur in §. ſi eccleſia, quod illa conueniri iure congrui non prohibetur: eccleſiaſticam quoque perſonam pro ſua peculiari vtilitate ementem ſubiacere eiuſdem conſuetudinis diſpoſitioni, cenſuit inibi gloſ. poſt num. 75. quod tamen Ritus iſte non videtur admittere, cum iam dictam reſpuat conſuetudinem iuxta intellectam huic ritui traditum ſupra ab Oliua, & ſequitur Vrſill. ad Affl. dec. 310. fuit in conſilio poſt num. 13. & de Franch. dec. 385. Magnificus nu. 6. verſ. præfatis, ac propterea, qui contra clericum in ipſa Archiepiſcopali curia ageret ex cauſa congrui ſuccumberet profectò eo, quod inibi non niſi diſpoſitionem iuris communis in hac re ſeruant, quo quidem iure apparet libera poteſtas alienantis, vel in extraneum, vel in proximum, aut vicinum, ex l. dudum, C. de contrah. emp. iuncta l. falſo, C. de comm. rei alienat. Sed ſi in alio tribunali lis moueretur clerico emptori fortaſſe condemnaretur ipſe clericus vigore præfatæ conſuetudinis, ſicut euenit in currenti caſu contra quẽdam Regium Cappellanum ſuperinde conuentum coram Cappellano Maiori, & per tres ſententias condemnatus, vt teſtatur Dominus meus de Franch. nunc meritiſſimus Præſes Regij Conſilij, quique aliorum cauſas, quia matura, præhabita conſideratione fouebat, maximoque labore clientum iura tueri nitebatur, antequam per Sereniſſimũ Philippum Secundum in conſiliorum numerum non ab re, licet inuitus cooptaretur, conſuluit cuidam Ioanni Antonio Palmerio, vt iudicium ex cauſa cōgrui aduerſus Preſbyterum Antonium Rotundum in tribunali maioris Cappellani intentaret, non autem in ipſa Curia Archiepiſcopali, vt huius Ritus diſpoſitionem vitaret, cuius conſilium ſummopere actori profuit, eò quòd tribus ſententijs conformibus eius petitioni fuit ſatisfactum, vt refert idem de Franch. in ſuis additionibus ad dictam Conſuetudinem
17 poſt nu. 75. Sed vtrum præfatæ ſententiæ innitantur iuſtitia nunc iam cum currenti calamo ſcribam, nō audeo decidere, nec tempus ſuppetit, in quo valeam rationes hinc inde adductas attentè (vt res ipſa poſtulat) rimari, id tamen ſilentio non inuoluam, quòd ab illis me maximopere retrahunt non tantum, quæ ex iuris diſpoſition. in hac re ſcripſit Affl. in tract. de iure prothom. §. q. n. 15. cũ ſeq. Soc. ſen. conſ. 14. circa dubia. vol. 4. & Iun. conſ. 1. pro reſolutione, nu. 11. vol. 2. Sed etiam deciſio eiuſdem Domini de Franch. 285. Magnificus, in qua fuit pronunciatum contra clericum agentem iure congrui aduerſus laicum, & deciſum, clericum nullo modo vti poſſe contra laicum in foro ſeculari conſuetudinibus Neapolitanis loquentibus de iure congrui, quia nec laicus contra eum vti poteſt in eccleſiaſtico foro per hunc ritum, idq; vt ſeruaretur æqualitas: ſi igitur hæc ratio impulit tot prudentiſſimos Patres, & ipſummet Dominum de Franc. ad decidendum contra clericum, eadem profectò eundem dominum cogere debet, omneſque alios rationis non expertes, vt concludant vnanimiter pro clerico conuento ex cauſa congrui, illius enim eſt, vt ſicuti in foro laicali clerici petitio pro iure congrui aduerſus laicum non admittitur, ita neque laici contra clericum, eſt tamen in propoſita quæſtione omnino videndus Maran. in ſua diſp. 8. & Tiraq. de vtroque retract. tit. 1. §. 1. gl. 13. à nu. 2. Illud præterea neque ſubticebo, quod Romæ pro cliente obtinui, etenim illic viget cõſtitutio Gregorio XIII. qua præcipitur, vt alienatio domus notificari debeat vicinis, qui ſi velint, præferãtur alijs quæ niſi illis intimetur, poterit ab illis reuocari alienatio, & nihilominus per Regiam Cameram fuit pronunciatum de menſe Martij 1596. referente R. Patre Lomellino, nè iſta conſtitutio militet in alienatione neceſſaria, ſed tantum voluntaria, vtrum verò clericus ſit pro huiuſmodi re-
18 tractu conueniendus coram eccleſiaſtico, vel ſeculari iudice non pertingam, licet enim plerique doctorum ſentiant, illum in hac re apud laicum ſuperiorem trahendum quotieſcunque de reali, vel in rem ſcripta actione ageretur, præſertim Franciæ ex generali illius Regni conſuetudine, cuius eſt relator Tiraq. de vtroq. retractu, tit. primo §. 8. gl. v. nu. 16. & §. 32. nu. 81. ipſeque luculentius de hac re loquor in meo diuerſ. ſiue Promptuario iuris canonici Rub. de priuil. cler. c. 2. ver. huiuſmodi fori priuilegio, vbi de huiuſmodi conſuetudinem non miror cum non ignorem alias, ac nequiores illic extare conſuetudines, in hoc tamen Regno id perquirere non refert, eo quod Rex noſter Sereniſſimus, & Inuictiſſimus re, & nomine Catholicus non patitur clerici inferri in his aliquam moleſtiam illamque omnes eius Miniſtri maximopere abhorrent, Regnique Proreges ipſis clericis ſemper detulerunt, eorumque iura non infringi, neù perturbari curant, quibus ſane præeminet, & longe præſtat Excellentiſſimus Don-

Fer-

Digitized by Google

19 Ferdinandus de Caſtro, & Andradæ Comes Lemos nunc
meritiſſimus Prorex, vir quidem Religioſiſſimus, apprimeq; inſignis, & tãquã à potentiſſimo Rege, ſic à Deo euocatus, atque emiſſus exierit, quique fauet, & fouet clericorum perſonas, res, immunitatemque, eccleſięque libertatem; quemque propterea iuſte credendum eſt omnipotentiſſimum Deum diù incolumem ſeruaturum. Ab. Io. Hier. Camp.

b Executioni mandentur. Hoc idem ſeruatur in Mag. Curia Vicariæ, tametſi permittitur illic ampliatio ad Regiũ Conſilium, ſed interim prouidetur, vt executioni mandentur binæ relationes, vt affirmat Scaglio. ſuper rit. 123. n. 5. Ab. Io. Hier. Camp.

c Videntur approbata. Si Oliua commentator credit ex
20 iſtis verbis affirmare omnes conſuetudines Neapolitanas
fuiſſe ab Archiepiſcopo Neapolitano confirmatas, præter tractantem materiam iuris congrui, ſicuti re vera hic innuere videtur, & inferius nu. 8. vtique ipſum deceptum eſſe indubitanter aſſeuero, itidemque Vrſill. ad Affl. deciſ. 310. fuit in conſilio poſt num. 13. Si quidem vera huius Ritus intelligentia ea mihi eſſe videtur, vt confirmatæ à Curia Eccleſiaſtica Neapolitana dicantur omnes conſuetudines Neapolitanæ, loquentes de cauſis ſaſinarum fabricarum faciendarum, vel demoliendarum, & ſimilium, quibus, quia illa de iure congrui erat conſimilis, eamque non intendens ipſa Curia probare, fuerunt in hoc Ritu addita illa verba, excepto iure congrui. Ab. Io. Hier. Camp.

d Latam ſententiam. Idem concludit Syluest. verbo excõ-
21 municatio el 1. nu. 21. & Nauar. conſ. 3. de ſent. excommu-
nicatio. in impreſſis Cremonæ, ac propterea tantum peccat mortaliter. Ab. Io. Hier. Camp.

e Scilicet à Vicario. Nam regula eſt, vt appellatio inter-
22 ponatur à delegato ad delegantem, per cap. ſuper queſtio-
num de off. deleg: ac præſertim à delegato a Vicario generali, vt appellari debeat ad eundem Vicarium, ſeu etiam Epiſcopum, eſt dec. Rotę 350. licet officialis, alias 3. de off. vic. in nou. ſicuti à delegato ab Epiſcopo per Fel. in cap. ſi quis contra nu. 5. verſ. à delegato de foro comp. Rot. dec. 371. Si Epiſcopus, alias 7. nu. 10. de off. Vic. ſimiliter in nouis, ideoque cum Vicarius elegerit primos Commiſſarios à quorum relatione ſit reclamatum, eius erit onus eligendi alios iuxta diſpoſitionem huius Rit. licuit enim parti à relatione expertorum appellare, ipſaque pendente appellatione non dubitatur quin ſuſpenſa ſit relatio, vt probat Affl. dec. 188. ſi conueniunt nu. 4. vbi alios quamplures allegat auctores ambas concluſiones iſtas abunde comprobantes. Ab. Io. Hier. Camp.

f Et non probatum probabo. Terminus enim ad non po-
23 ſita ponendum datur paſſim in cauſa appellationis per
iura adducta ab Oliua in hoc Rit. num. 26. & Rit. 36. poſt nu. 40. dummodo quod allegatur, & producitur in ſecunda inſtantia non faciat nouam rem, vel diuerſam actionẽ ab intentata in prima inſtantia, vt notabiliter tradit Rom. conſ. 381. quæſtio eſt num. 3. ac dummodo appellatur à diffinitiua, non autem ab executore, aut interlocutoria ex Anan. conſ. 26. in cauſa nu. 44. Ex quibus inferri poteſt ad appellatum, qui non ſecus, ac appellans poteſt non deductum deducere, vt per cap. prudentiam, & inibi gl. primũ de mutuis petit. concludunt omnes teſtes Fel. ſuper illo c. num. 1. Butr. Abb. & Imo. in cap. cum Ioannes de fide inſtrum. & concinit tex. in l. per hanc, C. de temp. appell. ibi tam appellatori, quàm parti aduerſę, aſtipulatur pręterea, quod aduerſarij appellationi adherere põt appellatus, eo quod appellatio eſt communis, vt inquit Franch. in c. dirutæ de appell. illi tamen infra decennium adhærendum eſt, Veſt. in praxi Rom. lib. 7. ca. 3. nu. 20. & Nicol. Ant. Grauat. inibi in add. ad Veſtr. nn. 49. innumeros congerens Doctores idem tenẽtes, ſed an liceat ſuper eodem articulo producere teſtes in cauſa appellationis, aliaue plura huc ſpectantia determinantur in conſt. Regni iuris peritorum, & illic per commentatores, addentes caſus, in quibus illa
24 conſtitutio diſtet à iure communi. Remiſſoria autem ſi conceſſa foret in prima inſtantia, eſſet profectò deneganda in cauſa appellationis, etiam ſuper nouis articulis admiſſibilibus. Rota deciſ. 215. ſi in prima, alias 16. De teſtib. in nou. Milis in ſuo rep. verbo remiſſio, notat etiam Veſtr. in ſua praxi lib. 6. cap. vlt. num. 3. quod ſi tunc non fuiſſet conceſſa, vel conceſſa, ſed eam pars non proſecuta fuiſſet, iuſtè quidem erit in ſecunda inſtantia concedenda per eandem Rot. dec. 301. ſi in prima, alias 20. de teſti. in nou. & ratio in vtroque caſu ea eſſe poteſt, quia non niſi ſemel eſt concedenda, Rot. dec. 590. & 830. nota quod remiſſio, ſiue 29. de iudic. in antiq. & Zab. cle. ſæpe, §. & quia nu. 7. de verb. ſig. Ab. Io. Hier. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Ad materiam huius ritus vide Vrſill. in deciſ. 165: & nouiſſimè Amat. conſ. 40. vbi pleniſſimè, & vide Ludoui. in deciſ. Lucen. 58. Theſaur. deciſ. 41. nu. 15. Pariſ. conſ. 63. lib. 1. & latè vide deciſionem meam 266. par. 2. vbi plura in materia habes.

RITVS XXIII.

SImiliter in cauſis effractionis domorum, vel terrarum conductarum proceditur
a ſummarie abſque libello, a & præter iuris ordinem.

SVMMARIVM.

1 *Summariè aduerbium quomodo declaratur: ſummariè cauſæ omnes in Regno.*
2 *Legatus de latere cauſam ſimpliciter decidendum committere nequit.*
3 *Summariè quotupliciter procedatur.*
4 *Summariè in quibus cauſis procedatur.*
5 *Summarijs in cauſis quid poſſit omitti, quod alias requireretur de iure.*

SVmmarie. Si ritus contentus fuiſſet iſto ſolo verbo, oportuiſſet libellum offerre, litem conteſtari, & procedere in cauſa cum alijs, de quibus per Bart. in extrauag. ad repri. in verſ. ſummarie, vbi plene pro materia, & declaratur illud aduerbium, ſummarie. i. breuiter, plenius per Lanf. in rep. cl. ſæpe, de verb. ſign. per 16. concluſiones, & dixit Pariſ. de Put. in tract. ſind. cap. eſt tamen aduertendum, fol. 99. quod per cap. regni deteſtantes, hodie in regno omnes cauſæ ſunt ſummariæ, & virtute illius cap. Barones in regno poſſunt committere cauſas ſummarie decidendas, quod non poterant de iure communi, quó c. deteſtantes, nec per pragmaticam primam diſpendia litiũ, non tolluntur neceſſariæ probationes, vt in fin. d. pragma. quamuis d. c. exigente, ſint ſublatæ nullitates, & ſignanter defectus litis conteſtationis, vt atteſtatur deciſ. Mod. Sacri Conſ. 283. nec declarandus erit locus, & tempus, vbi declarari debebat, vt per deciſ. eorundem 250. ſed quia in ritu ſubiungitur, abſque libello, & præter iuris ordinem, omnia requiſita a d. clem. ſæpe, & ibi not. videntur ſublata, & alludit ritus ad notata pro via exequutiua, per Bar. in l. 3. in 5. princ. q. C. de pigno. quem plene declarat Io. de Imol. in repę. cap. potuit, col. 54. 55. 56. & 57. verſ. vltimo poteſt quæri, de locat. & conduct. vbi ponit libellum in iſta via exequutiua quando imploratur officium iudicis ex vrbanitate, dicens, domine iudex, conceſſi talem domũ in emphiteoſim, vel illam locaui per triennium pro tanta annua mercede, & iam elapſi ſunt tres anni, vt aperte de contractu inito patet per inſtrumentum publicum, per egregium virum dominum. N. deſuper celebratum, quod in promptu exhibito coram vobis in publica forma, & quia per triennium ceſſauit conductor mihi ſoluere debitum

tum

Digitized by Google

tam penſionem, & intendo vti iure mihi quæſito virtu-
te dicti inſtrumenti in expellendo conductore, & in di-
cta penſione conſequenda, vt tollatur omnis occaſio ri-
xæ peto mihi dare nuncium,& familiam qui me aſſociët,
& aſſiſtant,& tunc dabitur,parte aliter non citata, de quo
per d.Iaſ.in l.2.fol.mihi 190.col.2. C.de iu.emphi.Maria.
Soc.conſ.167.volum.2.in fin.Philipp.Dec.conſ.460.col.2.
ante num.8.not.Mod.dec.conſ.326.& virtute iuris muni-
cipalis in conſue.Neap.inc.pro penſione domus, in quib.
caſi. lic. auct. propr. pign. ſeruat Magna Curia Vicariæ,
quod pro penſione, & effractione comparet dominus co-
ram iudice,& petit ſibi dari nuncium dictæ curiæ pro exe
quutione contra habitantem, & ſtatim abſque alia cauſæ
cognitione conceditur nuncius, & fit exequutio, & non
immerito,propterea ritus ſubiunxit,abſque libello,& prę
ter iuris ordinem, dabitur tamen familia expenſis peten-
tis,vt atteſtatur Fel.in cap.1.col.4.in fi. de lib.obla. & per
gloſ.& Bart.in l.illicitas, §.2. ff.de off.præſi.& pro illa di-
2 ctione,præter,vide ſupra in dictione,præter,vbi plene,&
quod etiam legatus de latere nō poſſit cōmittere cauſam
ſimpliciter, & de plano,&c. Fel.in c.olim.col.3. in fi. ver.
nota quod ex reſcripto,n.3. de accuſatio. Alberic.Oliua.
a A N. Abſque libello. Non ſine ratione quidem Ritus
3 iſte adiunxit verba illa, abſque libello, namque non ſatis
erat dixiſſe,vt procedererur ſummariè, eò quòd ita pote-
rat procedi etiam cum libello, ex his, quę ſcribit gloſ.&
Andr.in conſt.quæſtiones iuris peritorum,& inibi Afflict.
poſt num.8 affirmantes, quatuor modis aliquid dici ſum-
mariè factum, pro quo ad probationem ex l.theſaurus, ff.
ad exhib. 2.cum proceditur non porrecto libello in auth.
niſi breuiores,C.de ſent.ex breui.recit. & l.de ſubmerſis,
C. de naufr. lib.11. 3.quantum ad exequendum in l. cum
proponas,C.de bon.aucto.Iudic.poſſid.& 4.in executio-
ne ſententiæ, in l.à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff.de re
4 iud.Quæ autem ſint cauſæ ſummariæ,in quibus ſit ita pro-
cedendum, & reliqua hanc tangentia materiam, declarat
abundè Maran.in 4.par.diſt.9.cuius dicta nè reſcribā,præ-
tereo, illuc lectorem remittens,ſed in Regno in omnibus
cauſis ciuilibus, aut mixtis proceditur ſine figura iudicij
iuxta pragm.diſpendia litium,& primum de ordin. iudic.
& cap.Regni deteſtantes poſitum inter Ritus Magnæ Cu-
riæ,præcipuè verò in Rit.288. Eſt tamen non ignorādum,
quòd per literas Reginæ Iſabellæ, ſeu potius Iſabettæ in
Rit.289. id etiam extenditur ad criminales cauſas, quia
vero allegata Pragmatica emanauit tum poſt iam dictum
cap.tum poſt præfatas literas,ipſaque tantum in ciuilibus,
& mixtis ſummariè procedendum decernit, videtur cor-
rexiſſe diſpoſitionem relati Ritus 189. id in criminalibus
decidentem, ſicuti Carauit. concludit ſuper illomet Ritu,
qui ſi fortè non eſſet ob id reuocatus tantum ligaret in
ipſa Mag.Curia, & tamen neque in ea ſeruari conſtat, vt
ſcribit Campag.ſuper cap.frequens poſt num.62. eò quòd
in criminalibus proceditur ordinariè, & formantur capi-
tula ſuper quibus interrogatur reus, & facta reſponſione,
datur eidem,ac fiſco terminus ad probandum incumben-
tia,deindeque citatur reus ad videndum iuramēta teſtiū,
ipſique repetuntur, atque alia præterea aguntur, quæ an-
notata ſunt per Affl.iu conſt. ſi damna clandeſtina nu. 36.
Rub.27.lib.1. ob idque Regnicolæ de hac re loquentes,
ſimpliciter inquiunt in Regno cauſas ciuiles,& mixtas eſ-
ſe ſummariè decidendas, vt Campag. ſuper c. Regni 258.
iniunxit nu.27.& Maran.par.6.memb.10.num.2.quid igi-
5 tur in huiuſmodi cauſis omitti poſſit in Regno, quod ex
iuris diſpoſitione in earum foret proſecutione adhiben-
dum,ſcribunt luculenter Carau. & Troyſ.ſuper dictis Ri-
tibus,& pragmatica,nec non Maran.in dicto membro 10.
per totum, quæ autem cauſæ contineantur ſub illis verbis
ciuilibus,vel mixtis,declarat Troyſ.ſuper pragm.1. de ar-
bitr.incipiente, Odia. nu.41. Romæ præterea omnes ferè
cauſæ, vel de iure ſummariæ ſunt, vel ſummariæ ex Prin-
cipis reſcripto efficiuntur, vel potius,vt ſummariæ cogno
ſcuntur, vt refert Quintil.Mandoſ.in addit.1. ad Lap. al-
legat.82.verſ.poſſem igitur, & copioſius in decl.commiſſ.
Ab.Io.Hier.Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Ratio, cur iudicium exfractationis ſit ſummarium, eſt,
quia celeritatem deſiderat, vt notabiliter ſcripſit Carroc.
de locatione par.2.quæſt.22.Quo caſu omnis dilatio reij-
citur, l.fi.ff.de appellat.recipien. Hinc eſt,quòd in ſumma-
rijs iudicijs ſeruandum eſt ius gentium, omiſſis iuris ciui-
lis ſolennitatibus, Rot.in dec.44. par.2. diuerſ. Et propte-
rea in Regno Neapolitano, in quo per c.deteſtanda, om-
nes cauſæ ſunt ſummariæ, tempus non adijcitur in libello,
Affl.in dec.250.Ann.alleg.111.Et ex ſupradictis fuit deci-
ſum in noſtra Curia Archiepiſcopali, contra iudicium
exfractationis nullam opponi exceptionem,vt refero ego
ipſe in deciſ.271.par.2.vbi quoque refero ex Bald.à præ-
dicto iudicio non dari appellationem,adde etiam Gram-
mat.in dec.58.nu.15. Caſtill.in deciſ.32.

RITVS XXIIII.

a SImiliter *a* vbi imploratur officium iudicis
pro legatis, ſeu relictis in vltima volun-
tate,& pro exequutione teſtamenti contra hæ-
redes, vel executores,ſecus ſi contra tertium
detentorem.

SVMMARIVM.

1 *Legata ad pias cauſas ſortiuntur forum Iudicis Eccle-*
ſiaſtici, & in quo.
2 *Officium iudicis quando imploretur ſine libello.*
3 *Epiſcopus eſt executor legatorum ad pias cauſas.*

OFficium iudicis. De quo vide gloſ.primam ſupra in
Rit.13.& Ritum vltimum infra,& gloſ.1.ſupra in
Rit.9.& ibi not.hoc repete,breuitatis cauſa,& dicas offi-
cium iudicis, ſcilicet officium nobile.
¶ Legatis ſeu relictis. Ad pias cauſas non eſt dubium
1 debere ſeruari ritum, vt per Panor.in cap.ad noſtram, lo
2.in vlt.col.ver.tertia ſolutio,de iureiur. quia ſtatim mor-
tuo teſtatore ſortiuntur naturam, & forum iudicij eccle-
b ſiaſtici, *b* & ideo gaudent priuilegio eccleſiaſtico 13. q.2.
cap.qui oblationes, cum 2.ſeq.17.q.4. cap.ſunt qui opes,
cum 2. ſeq. & ratio, quia eorum dominium ſtatim tranſit
ad Chriſtum, C. de ſacroſan.eccl. l.vt inter diuinum, de
conſue.cap.ex literis,immo etiam non ad pias cauſas,gl.
2.in cap ſi hæredes, de teſt.Inno. & Hoſt.in cap.nos qui-
dem eo.tit. Panorm.in alleg.cap.ſi hæredes, col.pen.verſ.
venio ad tertium,eo.tit. Henr.Boic.in cap.tua nos, in vlt.
par.col.vlt.num.8.eo.tit. & licet in hoc ſint variæ opi. &
videatur iſta communior contra Pet.de An.vt per Panor.
in al.c.ſi hæredes,tamen per iſtum ritum, & eius verba,&
mentem iſta opi. ſeruabitur contra hæredes, vel exequu-
tores tantum, ſed contra tertium detentorem ſeruabitur
opi.Pet.de Ancar.cum ſeq. & poterunt deuenire ad ter-
tium, ſi hæres infra annum non fuerit exequutus volunta-
tem defuncti, quia priuatur de hæreditate, de quo per
Panorm.in alleg.cap.ſi hæredes,col.antepe. & præcipue,
quia ſunt muniti hæredes à conſt. ſinoda. Neap. num.27.
incip.excommunicamus &c.occultantes, ex qua patet,ꝙ
nedum ſunt hæredes moniti,immo excommunicati elapſo
anno.vel verius ſeruabitur ritus iſte etiam contra tertium
poſſeſſorem,ſeu detentorem,vt procedatur per Epiſcopū,
ſeu eius Vicarium pro exequutione teſtamenti,& legato-
rum,ſeruata tamen iuris forma, & non præter iuris ordi-
nem ad inſtantiam intereſſe prætendentium,vt faueatur vl
timę decedentium voluntati, & compelletur detentor ad
ſatisfaciendum, ſecundum iſtum ritum, qui fundatur ex
not.per Panor.in alleg.c.ſi hæredes col.pen.verſ.venio ad
ter-

Digitized by Google

tertium de teſtã.contrà glo.2.in fin.c.relatum, lo pri.eo. tit. & quòd curia Archiepiſcopalis Neapo. ſe intromittat pro exequutione omnium in teſtamentis contentorum, vide conſt.ſinod.27.præalleg. & gl.pen.in alleg.cap.ad noſtram, lo 2.de iureiur. Albericus Oliua.

a Similiter. Quando imploretur iudicis officium ſine libello, explicat Bald.in addit.ad Specul. rub.de libell.concept.verſ.off.iudicis. Ab.Io.Hier.Camp.

b Iudicij eccleſiaſtici. Nam legati ad pias cauſas, etiam Iudex eccleſiaſticus eſt executor, non ſecus ac laicus, vt cõcludit Bal.alios allegans in l.hæreditas,§.ſi defunčto,nu.1. ff.de pet.hæred. Archid.in cap.Siluester 11.q.1. ideo pro legatis relictis pauperibus, officium iudicis implorari poſſe coram Epiſcopo, firmat Bar.in l.ſolent poſt nu.13. ff.de alim.& cibar.legat. & Io.And.in cap.ſignificantibus nu.4. de off.deleg.Ab.Io.Hier.Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Intellige, quando teſtamentum fuit conditum ad cauſas pias; tunc enim Epiſcopus erit executor, c.tua, c.Ioannes, & tex.in c.fin.de teſtam.& Concil.Trident.ſeſſ.23.cap.8. vbi Epiſcopus eſt executor omnium piarum diſpoſitionum; & quando teſtamentum dicatur ad pias cauſas, vide Cæſar.de Graff.in deciſ.4. de teſtam. Et quando relictum dicatur pium, latiſſimè adduximus in collectan.791. vbi ad ſaturitatem. Et de Epiſcopo quòd ſit executor, vide Tiraquell.de priuileg. piæ cauſ.priuileg.149. Guttier.lib.1. pract.quæſt.q.45. Azeued.l.1.nu.9. tit.14.

RITVS XXV.

a SImiliter in cauſis infra vnciam vnam, a ſed vltra vnciam petitam datur libellus.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ breues, quæ ſint, & num.4.*
2 *Vnciam quam dicamus. & quotuplicem, & nu.5.*
3 *Numerum qualitas, vt cognoſcatur ſeptem requiruntur.*

VNciam vnam. Neceſſaria fuit iſta declaratio propter diuerſas opin.relatas per gloſ.in verſ.illuſtrium, in in cap.fin.de re iud.lib 6.& glo.in auth.niſi breuiores, C.
1 de ſen.ex breui reci.propter quas communiter concludebatur, quòd breues cauſæ erant, quæ iudicis arbitrio videbantur, ſed per ritum ceſſat arbitrium, immo dixit Ang. in alleg.auth.niſi breuiores in princ. & gl.alleg. c.fi.quod debebat recurri ad conſuetudinem fori, merito ritus ſuſtulit altercationes.

¶ Vnciam. Dicimus quam faciunt ſex ſolidi, & libram,
2 quam faciunt duodecim vnciæ, & libram auri, quam faciunt 72. aurei, & aureus, ſextam partem vnciæ, ita Io. de Ana in cap.ſtatuimus, col.11. in prin. de male. hodie vero ad conſtituendam libram auri regalem requiruntur 86.ducati Veneti, vel Floren. Fel.in cap.conquerente, circa me.de offi.ord. & quod vncia ſit 5. aureorum Mod.in conſt.reg.pœnam 9.vnciarum not.1.lib.fol.118. col.1.& quod ſolidus ſit octaua pars vnius vnciæ, & 8. faciant vnciam, Luc.de Penn.poſt Bar.in l.quoties, C. de ſuſcep.& Arch.lib.10.& eſt maioris ponderis, quam florenus, idem Luc.in l.iubemus, C.de arg.præc. quod Theſ.inſer.lib.10. & quod vncia intelligatur de 30.tarenis. Et pro intelligentia circa qualitatem numerorum ſeptem ſint conſideran-
3 da.ſ.conſuetudo loquendi regionis, mens loquentis, quæ colligitur ex præcedentibus, & ſequentibus, vel aliter dignitas, & charitas, neceſſitudo ſanguinis, & vicinitas, ſcriptura, l.ſi ſeruus plurium, §.ſi.ff.de.leg.primo, & qualiter intelligatur auri, & de auro, Napod. in conſuet.viro mortuo, ver.auri. & quòd auguſtalis valeat carlinis 15.& hodie 96.ducati auri faciant vnam libram auri propter temporis varietatem, Mod.in conſt.reg. quicunque 2.no.fol. 72.1.lib. & quod 700.ducati auri de auro ſit hodie ſumma legitima in donatione, Philip.Dec.conſ.432.num.15. vide Fel.in alleg.cap. conquerente, & ibi addi.poſt Pan. & tract.d.Albert.Bru.de augmento in vlt.concl.prin.ver. vltima concluſio, col.2. verſ.iuſta autem æſtimatio fol.20. col.2.circa med.vbi de vera pecuniæ æſtimatione, dicens quod à peritis hodie ſit commenſuratio, habita conſideratione, quod vnus ducatus, ſeu aureus largus valeat vnciam vnam cum dimidia argenti pretioſioris, ſeu melioris ligæ, hoc eſt, bonitatis, & gradus 12.carlenorum, ita quòd octo aurei valeant libram vnam argenti, & ſex aurei valeant vnum marcum pretioſioris argenti, quod eſt vnciarum 9.ad pondus, & vſum Mediolani, volui iſta curioſius colligere, vt dem occaſionem in iſta materia veras elicien di concluſiones. Albericus Oliua.

a AN. Infra vnciam vnam. Theſis non minima apud ſcri
4 bentes reperitur ad explicandum, quæ ſint breues, ac modicæ cauſæ, varij varia ſentientes, ſed demum communiter concludentes, id remittendum iudicis arbitrio, vt illas indicet, cõſiderata qualitate perſonarum, atque cauſarum, vt ſcribit Maran.in ſuo ſpec.4.par.diſt.9.num.189.ſed hic noſter Ritus hanc litem dirimit, præcipiens in cauſis infra vnciam, procedendum fore ſummarie, & abſque libello, vltra verò cum libello, quod neque vſus hodiernus approbat, cum videam ſemper admitti, & in omnibus cauſis, qualem qualem petitionem. Ab.Io.Hier.Camp.

b Vncia verò ita dicta eſt, quòd vna ſit ex pluribus partibus, & aliqua eſt numeralis, de qua hic eſt ſermo, alia vero ponderalis, & alia menſuralis, quarum meminerunt, & accuratè explicarunt Alex.ab Alexand. lib.2.genial.dier. cap. 20. & Ambroſ.Calepin.in verbo vncia. Ab.Io.Hier.Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Ratio iſtius ritus eſt, quia cùm tractetur de modica ſumma, etiam de iure communi ciuili appellatio non recipitur, vt probat tex.in authen. Niſi breuiores, C.de ſent. ex recita. & cap. anteriorum 2. q.6. licèt ſecus eſſet iure canonico, vt dicunt Abb. & in c.de appellat.extra eod.tit.& ratio rationis eſſe poteſt, ſecundum Rebuff.in comment.conſtit.Franc.in tract.de ſent.execut. art.12.gloſ.1. num.5. volum.1. vt lites citius expediantur iuxta l.properandum, C.de iudic. Item ne plus expendatur poſtea in appellatione, quàm valeat tota cauſa, vt dicitur in l.mediterraneæ. C.de annuis tribut. lib. 10. Item quia talis generat præiudicium, vt latius Rebuff. ibid. Verum quia ex eodem iure communi non requirebatur taxata quantitas, quæ minima dici deberet, ſed in iudicis arbitrio conſiſtebat, iſte ritus voluit certam ſummam dicere, quæ benè not.quia in viridi eſt obſeruantia.

RITVS XXVI.

ITem ſi ſtatuitur terminus ad reſpõdendum
a libello, a ſeu petitioni, non intelligitur ad op
b ponendum dilatorias, b & declinatorias, niſi ſtatutus fuiſſet terminus ad opponendũ, alius ad reſpondendum libello, ſic ergo in ſuperiori caſu peti poſſet dilatio ad opponendum dilatorias, & declinatorias exceptiones.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones quotuplices ſunt, & nu.4.*
2 *Reo datur terminus ad deliberandum.*
3 *Terminus ad deliberandum cum fuit datus denegatur alter ad proponendum dilationes.*

Iſte

Digitized by Google

ISte ritus in tres partes diuiditur. ſecunda, ibi, niſi. tertia, ibi, ſic ergo, & incipit talem iudiciariam ordinare.

¶ Libello ſeu petitioni. Pro quibus, & eorum declaratione vide gl. 1. ſupra in ritu 20. ne idem repetam.

¶ Dilatorias, & declinatorias. Pro intelligentia no. quòd
1 exceptionum alia eſt dilatoria, alia peremptoria, & dilatoriarum excep. alia eſt declinatoria iudicij, alia dilatoria ſolutionis, declinatoria iudicij triplex eſt, vna quæ proponitur contra iudicem, alia contra reſcriptum, alia contra impetrantem, & iſtarum primo loco proponenda eſt recuſatio contra iudicem, quia poſtea ad illam redire non poſſes, nam litigando coram iudice, videris illum approbare, & iſtæ dilatoriæ ante lit. conteſt. & ante terminum ad proponendas dila. exce. opponi debeant, & non poſtea, niſi de nouo oriantur, ſed dilatoria ſolutionis ante lit. conte. opponi debet, & poſtea quam actor fundauerit ſuam intentionem probari, quandoqueetiam probatur in cauſa appellationis, peremptoria vero proponi poterit quandocunque ante ſententiam, ſiue ante concluſionem, & ſoleat de ea fieri proteſtatio ante lit. conteſt. etiam poſt ſententiam in cauſa appellationis, exceptio vero excommunicationis eſt partim dilatoria, partim peremptoria, & quandocunque proponi poteſt etiam poſt ſententiam de qua per cap. pia. de excep. lib. 6. & ſibi quodammodo ſimilis eſt exceptio falſi procuratoris. hæc eſt theorica magiſt. gloſ. in cap. exceptionē, de excep. ad quam ſemper in iſta materia habetur recurſus, & in ea allegantur iura optima membra ſuprascripta probantia, faciunt no. per Spec. in tit. de dilat. §. 1. verſ. deliberatoriæ ſunt, & in §. fi. ver. attēde, quòd cum, & per Doct. in cap. paſtoralis de exc. & plene per Panor. in alle. cap. excep. in quo poſt gl. præall. dixit quod quædam exceptiones ſunt dilatoriæ temporales, quædam peremptoriæ, & perpetuæ, quædam anomalæ, quæ ex toto non ſequuntur materiam dilatoriam, & peremptoriarum, & proſequitur pleniſſime materiam ibi, videas etiā Fel. col. 4. vbi pulcherrime pro tota materia.

¶ In ſuperiori caſu. Ideſt, quando fuit ſtatutus terminus ad reſpondendum libello, ſeu petitioni, ſecus ſi eſſet ſtatutus ad opponendum, alias ad reſpondendum, &c. Albericus Oliua.

2 A N. Ad reſpondendum libello. Cuicunque ad iudi-
2 cium vocato poſt oblatum libellum datur terminus ad reſpondendum, & deliberandum an velit cedere, vel contēdere per auth. offeratur, C. de lit. conteſt. quod vſque adeo verum eſt, vt ſi petenti denegetur, iudicium ſit nullum ex gloſ. fin. in cap. vxor felicis 17. q. 4. in clem. ſæpè verſ. litis conteſtationem de verb. ſignifi. Cui tamen fuit iſta dila-
3 tio, & terminus conceſſus, eſt profectò denegandus alius, quamuis peteretur ad proponendum exceptiones dilatorias, ac declinatorias, cum illæ debeant proponi infra terminum aſſignatum ad deliberandum, ex Bart. in l. 1. poſt num. 2. ff. de edend. & inibi Alexan. num. 5. & Caſtr. num. . . quod quidem ritui noſtro aduerſari videtur, qui æquius ipſo iure communi procedens diſponit, ne ſtatuto termino ad reſpondendum libello, intelligitur ad opponendum dilatorias, & declaratorias, eique ſuffragantur verba Zabar. in clement. ſæpè poſt num. 13. in fine de verbor. ſignifi. quibus redarguitur Iudex, terminum ſimul concedens ad reſpondendum libello, & opponendum dilatorias, atque ideo ſi expreſsè id facere non conuenit de iure Canonico, iſtius quidem fateri decebit tacitè illum eſſe conceſſum cum termino ad reſpondendum libello, & conſequenter Ritus iſte non abhorreat à diſpoſitione iuris canonici, ac propterea iuſtè demum concludit, vt in ſuperiori caſu (hoc eſt) cum terminus ſtatutus fuit ad reſpondendum libello, peti poſſit dilatio ad opponendum libello, peti poſſit dilatio ad opponendum exceptionis, in Regno etiam adhuc datur terminus iſte deliberatorius, non quidem viginti dierum, quos pręſcripſit alleg. auth. offeratur, ſed trium dierum per prag. 5. de ordin. iudic. exordientem, comparente reo, vbi triduum poſt citationem præmiſſum, vtique pro iudicijs deliberatorijs indulgetur, auctore Antonio in ſua praxi Iudic. cap. 2. & illum ſequitur Bernard. Pand. in ſuis commen. ad prag. 1. de ordin. iudic. num. 128. neque de iure conſtringitur hodie iudex præfigere 20. dies iuxtam dictam authent. pro tali termino, cum illis poſſit moderari per Specul. in rubr. de dilat. §. nunc videamus, num. 7. Ab. Ioan. Hier. Camp.

b Ad opponendum dilatorias. Exceptionum materiam,
4 qui voluerit percurrere, adeat Marant. copiosè tractantem in ſuo ſpecul. par. 6. membr. 9. hic neutiquam omittens illarum aliquas eſſe dilatorias, alias verò peremptorias ex l. 2. §. fi. ff. de except. dilatorias autem in tres alias diſſecari partes, atque in his contineri declinatorias, ipſaſque dilatorias non niſi ante litem conteſtatam proponi debere, per cap. inter monaſterium de re iudic. l. fin. C. de except. & per Aduen. itidem late regula 263. inibi multis limitantem in caſibus, & præcipua ab omnibus eſt commendata reſtrictio, ſi poſt litem conteſtatam illa ſuperuenit exceptio, Angel. in l. ſi mulier in principio, ff. ſol. matrim. & inibi Alexan. num. 4. idem conſ. 100. diſcuſſis poſt numerum 13. vol. 5. & Bellon. conſ. 29. preponuntur mihi nu. 9. Ab. Io. Hier. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Ibi ſtatuitur terminus adde tex. in c. paſtoralis de exceptionibus, & latiſſime Capic. in dec. 83.

RITVS XXVII.

ITem obſeruat dicta curia, quòd oblata petitione per actorem conuentus poteſt petere
a terminum ad replicandum: *a* poſtea, actor ad duplicandum: poſtea, reus ad triplicandum, poſtea, actor ad quatuplicandum, & non vltra, vnde ſi citatus comparens dat petitionem oppoſitionum, vltimus terminus non daretur, quia actori daretur terminus ad replicādum, poſtea, reo ad duplicandum, & iterum, actori ad duplicandum, & non vltra.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad replicandum quoties detur.*

2 *Terminus ad replicandum potius ad cauſas protrahendas, quàm expediendas conquiſitus videtur.*

DIuiditur ritus iſte in duas partes, ſecunda, ibi, vnde ſi, & differentiam inter primam, & ſecundam partem facit reus ſi petat terminum, vel ſi reſpondeat excipiendo abſque petitione termini, quia ſi petierit terminū verificatur prima pars, ſi excipiet ſine termini petitione verificabitur ſecunda, & ſemper idem ſequetur effectus,
1 quia ter loquitur actor, & bis reus, ſi bene conſideres, & ideo tex. in princ. inſti. de repli. non vtitur verbo illo, ad quatruplicandum, a quo tex. habuit originem iſte ritus, & a l. 2. ff. de exce. & a not. in c. 2. extra eod. tit. in quo ſcrib. per modum ſummę quærunt quid ſit replicatio. ſecundo, cui competat. tertio, quando competat. quarto, quis ſit eius effectus. quinto, quomodo tollatur, vel vitiet. ſexto, quæ ſit prius probanda, exceptio, vel replicatio. ſeptimo, an ſuper replicatione ſit neceſſario pronunciandum, quæ omnia reaſſumit Ang. in alle. §. 1. incip. interdum, col. 4. inſti. de repli. & proſequitur Spec. in tit. de excep. §. fin. incip. nunc dicendum, in prin. & quia poterunt facile videri, nō tranſplanto, ſed remitto ad ſummam Hoſt. de excep. ver. quid ſit exceptio poſt princ. & in effectu concordat ritus cum iure communi, & no. quod replicatio, quę aliquando opponi non pōt, tamen beneficio ætatis opponitur, l. verum, §. fin. cum ſeq. ff. de mino. ſequitur Soc. conſ. 299. col. 2. ver. ſecundum maiorem. Albericus Oliua.

A N.

Digitized by Google

a AN. Terminum ad replicandum. Ritus iſte aſtipulatur
2 textui in §.1.inſtit.de replic. & l.2. ff. de except. vbi ſcribentes omnes hanc materiam replicationum, declarant, quia vero huiuſmodi allegationes vltrò, citroq; adductæ, & per tabulas forenſes potius ad cauſas protrahendas, quam expediendas conquiſitæ in longiſſimas moras, ac inextricabiles labyrinthos plerunq; inducunt ipſas iudiciarias cauſas, rectè hodie per ſtatus Romani Imperij anno 1548. in nouiſſima Imperialis Cameræ (vt vocant) ordinatione conſtitutum eſt, ne progrediantur litigatores, eorumq; Procuratores, vltra duplicationem in his, quæ ante litis conteſtationem agitari ſolent, neq; vltra quadruplicationem etiam poſt litem conteſtatam, ſicuti Myſing. atteſtatur in adducto §.1.nu.2. Abb. Ioan. Hieron. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Euidenter apparet quod in omnibus, & ſupradictis caſibus debet dari terminus quod maxima ratione introductum fuit cum datio termini ſit de ſubſtantia iudicij l. fin. vbi communiter omnes ff.de ferijs. licèt omiſſio termini in cauſa non vitiat proceſſum, ſeu iudiciũ Cap.deciſ. 1.nu.31 l.1.C.de dilat. ibi poſtulatũ dari quę verba ad id not. Alber.nu.3.in fin.verſ.ad l.iſtam Bart.in 2.not.idem notatur in l.2.in princ.ibi vtriq; parti ſi petatur dilationibus non negatis C.vt tut.cer.temp.crim.quæſt.term.& eſt conſtit. Regni cauſas alias ibi ſi probationes ex longinquo petantur, vbi notat Afflict.in 5.not.num.6.cum in Regno multories partes producunt probationes per inſtrumenta qđ de iure poteſt ſecundũ Doct.in l.1.C.de dilat. Felyn. in c. licèt cauſam num.9.de prob. Afflict.in d.conſtit.cauſam 5.not.& in deciſ.55.Bart.in extrauag.ad reprim.in verbo ſine ſtrepitu nu. 12. & proculdubio valet proceſſus abſq; termino, cum per productionem probationum ſit vtriq; conſultũ, & ſic ſententia diffinitiua prolata non dato termino ad probandũ, valet addit.ad Mattheſ.ſing.27.nu.11. An vero partes ſine aliqua ipſarum non produxit ſuas probationes, tunc quia terminus probatorius non eſt de ordine formali iudicij ſecundum Bal.in l.2.in fi.ff.de teſt. dico quod per hoc proceſſus non eſt nullus, ſed eſt parti imputandum, quæ nõ petijt terminum Afflict.in conſtit. ſi quis in poſterum num.9. dicit quod tunc ſententia eſt nulla quando terminus ſit petitus, & denegatus, & ſequitur D.Regens de Põte in conſ.59.nu.2.à qua denegatione poteſt appellari Benintend. deciſ. Bonon.40. terminus in Regno habet.vim conteſtationis Carau.in ritu 288. in fi. & litis conteſtatio eſt de ſubſtantia iudicij gloſ. in l.prolaram C.de indic. videtur ergo omiſſio teneri tanquam actus ſubſtantialis vitiat proceſſum, ſed per cap.Regni deteſtantes eſt, ſublata etiam omiſſio ſolemnitatis ſubſtantialis dummodò alias ritè, & rectè ſententia proferatur, & per conſequens tollit etiã defectum litis cõteſtationis, vt per Afflict.deciſ.283.limitatur niſi eſſet pũctus iuris in quo ſine termino procedi debet Dom.de Frãch.deciſ.221 nu.12.Anna ſing.470. ſecũdo, niſi eſſemus in cauſa criminali, in qua Iudex debet dare terminũ ad ſe defendendum etiam ſi non petatur Afflict. in conſtit. pacis cultum in 5. not. Foller.in pract.crim.1.par. 2.partis verſic. facta litis conteſtatione datur terminus num. 8. cui reus poteſt renunciare de ſubſtantia iudicij, eſt concluſio, vt dicit Cap. deciſ.1.num.32. quæ in cauſa eſt renunciatio omnium probationum, & defenſionum per quam partes dicunt ſe nolle amplius quicquam probare ſecundum gloſ. in c.ſignificauerunt 36. verbo liquere de teſt. & in c. cum dilectus in verbo concluſus extra de fide inſtrum. Maran. de ord.iud.q.35. num.7. & in tantum verbum quod inuita parte poteſt Iudex facere concluſionem in cauſ. Iaſ. in l. admonendi nu.46.ff. iureiur. Panor.in c.paſtoralis col.2. de cauſa poſſ.& propriet.hoc tamen intelligitur ſimpliciter præter eam, quæ non poteſt iudicare, niſi per viſuram loci, vel euidentiam rei, tunc etiam poſt concluſum in cauſa admittitur Bald. in l. contra negantem in fin.C. ad l.Aquil.Suarez in ſua pract.1.par.tomo 1.temp.11.fol.79 n.14. intantum quod dicit Afflict.in deciſ.216.quod in cauſa appellationis poſt illud idem articulari quod fuit articulatum in prima inſtantia, quando tractatur de euidentia rei probanda num.3.& non erit impertinens.

RITVS XXVIII.

ITem obſeruat dare terminum vtrique partis
a ad probandum, *a* & defendendum, & ſi in-
dicta dilatione pars aliquid faciat, puta, articulos producendo, vel procurando teſtes citari, vel quia habiti fuerũt pro citatis, & iuratis, po-
b terit pars ipſa teſtes examinari facere, *b* etiam poſt dictam dilationem, quouſque fieret aliquis actus in cauſa, vel pars altera ſe opponat, ac etiam pars ipſa producens teſtes, tali caſu, vel etiam ſi alios teſtes producere velit, poterit pe-
c tere, *c* ſecundam dilationem, quæ tunc abſque cauſæ cognitione ordinariè conceditur, in qua poteſt etiam de nouo ponere, & teſtes infra dictam ſecundam dilationem citatos, & etiam antiquos examinari facere, etiam poſt finitam dictam ſecundam dilationem, ſimiliter, vt ſup.

Nec dabitur terminus ad examinari faciendum, lapſa dicta ſecunda dilatione, niſi ex iuſta
d cauſa, quia daretur tunc tertia *d* dilatio, ſed ſi nullam fecit diligentiam in prima dilatione, non dabitur ſecunda dilatio, niſi ex iuſta cauſa, vt quia fuit impeditus in prima.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio requiritur de iure in iudicijs.*
2 *Terminus eſt communis actori, & reo, & num.9. & 11.*
3 *Iuramentum remitti poteſt teſti à parte.*
4 *Teſtes iurati in termino vtrum valeant poſtea teſtificari, & num. 12.*
5 *Litis conteſtationis locum, qui actus iudicialis obtineat?*
6 *Repetitio teſtium peti nequit ab eo qui paſſus eſt, concluſionem fieri.*
7 *Dilatio ſecunda quando concedenda, & nu. 13. & 14.*
8 *Articulus aut noua poſitio quæ ſit.*
10 *Impedimentum eſt probandum.*

DIuiditur Ritus in duas partes. ſecunda, ibi, nec dabitur, & prima ſubdiuiditur in tres partes. ſecunda, ibi, & ſi in dicta, tertia, ibi, tali caſu.

¶Dare terminum. Intelligas lite prius conteſtata ſu-
1 per libello oblato, quando de iure litis conteſtatio requiritur, de quo dic, vt dixi ſupra in ritu 23. in princ. & habetur in clem. ſæpè de ver. ſignif. alias eſſet proceſſus, ſeù regiſtrum nullum, vt in c.dudum lo 2. §. nos igitur verſ. quia tamen, & ibi gloſ. in verſic. reſponſionem cum ſeq. de elect. cap. accedens, lo 1. & cap. 1. vt lit. non conteſt. cap. 1. de lit.conteſt.l. rem non nouam C. de Iud. & plenius per Panorm.in alleg. cap.dudum, col.8. in gloſ. in ver.irritam, vbi ponit regulam, quod omnis ſit plenaria, & requirat litis conteſtationem, & proſequere vt ibi per eum, & per d. Alex.conſ.2.num.10.& ibi addit.vol.3.& vide ritum 31. infra & quod ibi dicam, & ſi actor infra terminum datum ad probandum poſt litem conteſtatam produxerit aliquod inſtrumentum reo, non obſtante quod terminus ad probandum ſit lapſus, dabitur terminus ad impugnandum dictum inſtrumentum, & exceptiones proponendas, & verificandas, ſi illum petierit. Fed.

de Sen.conſil.160.caſus talis eſt.D.de Rot.deciſ.170.not.
2 quod in cauſa in antiq. & terminus datus actori erit reo communis,Panorm. in cap.2. col.4.ver. & aduerte de dilatio. vbi alleg.l.petendæ,C.de temp.in integr.reſtit. & Specul. ibi vide.

3 ¶Pro citatis, & iuratis. Patet propterea, & iuramentum teſti poſſe à parte remitti, cap. tuis quæſtionibus,de teſt.not.gloſ. in l.1.ff.de fer.& eſt ratio,quia iuramentum non eſt de ſolemnitate formali teſtimonij, cum poſſit ab vtraq; parte remitti, non tamen ab vna tantum, & concernit fauorem partium principaliter,& non publicum principaliter,vt per Doct.in alleg.cap.tuis, vbi quod ſi nõ appareret remiſſum nõ poteſt præſumi præſtitum,de quo in cap.ſicut nobis plene not. de re iudic. & ratio,quia eſt ſolemnitas extrinſeca,quæ non præſumitur,vt ibi,& in l.quæcunq; de public. & per Bart. in l.ſciendum de verb. oblig.& quod remitti poſſit à partibus procedit quando non tractatur de præiudicio publico,vel ſaluti s animarum.

¶Poſt dictam dilationem. Si intelligis in caſu in quo ab vtraq; parte habiti fuerunt pro iuratis procedit de plano, ſed ſi vis intelligere in caſu productionis articulorum, vel quando fuerunt citati tantum,& non habiti pro iuratis,non procedet abſq; diſcuſſione, vt poteris videre per deciſ. Rot.37. & 465. in nouis, in quibus quòd etiã ſi te-
4 ſtes iuraſſent infra terminum, de rigore non poſſent examinari poſt terminum,niſi de æquitate, & ſi Iudici videbitur,& abſq; partis præiudicio,ideò ritus innititur æquitati, relicto rigore, pro quo eſt deciſ. Rot.589. incip.not. ſi in remiſſione,& 587. vtrum duo menſes,& 345.not.qđ vbi in antiquis,& pleniſſimè per Felyn.in c. licet col.14. nu.19.ver.limita.16.de probat. & loquuntur quando teſtes in termino iurauerunt, etiam nulla facta diligentia pro eorum depoſitionis receptione, ſed ritus loquitur etiam ſi non iurarunt infra terminum, dummodò articulos produxerit,vel citari fecerit teſtes,quod not.

¶Fieret aliquis actus. Quia tunc eſſet præcluſa via examinandi,prout dicimus quòd ille actus qui ſolet fieri immediatè poſt litis conteſtationem, in cauſis, in quibus lis non conteſtatur habebitur pro litis conteſtatione, &
5 præcludet viam ad multa,de quibus per Felyn.in cap. inſinuante,col.fin.in fin.not.16.de offic.delegat.& vltra ipſum per Ludou.Ro.conſ.174. Spectabilis domine, verſic. quod autem,& per ipſum Felyn.in c.olim col.2.in fi.de accuſat. per Panorm.in cap.venerabilis,in fine, & ibi addit.de Iud. per Par.de Put.in tract. ſindic. cap. vtrum Iudex,penult.col.fol.98.vlt.col num.30. Bellamera deciſ.5. in titul de procur.moder.in deciſ.Conſilij Neap.33. in fine,& 346. primo dubio.

¶Pars altera ſe opponeret. Facit not. dictum Innoc. in cap.cum M.de conſtit.videlicet,quòd ſi duo Iudices nõ habentes ſe vt ſuperior,& inferior cognoſcunt pariter de vna eademq; cauſa,tenet proceſſus coram vtroq; factus, nam ex quo ambo habent iuriſdictionem in illa cauſa,imputari debet parti non excipienti, quod dictum ornat, & ampliat,ibi Felyn.col.13.in fin. ver.extra gloſ. cum ſeq. & not. per Bart. in l.ſi duo patroni, in §. idem Iulianus, in fin. ff.de iureiur. vbi quod ſi articulus qui non debebat admitti fuit per Iudicem admiſſus, ponens exemplum ſi in cauſa poſſeſſionis recuperandæ fuerit admiſſa probatio de dominio,& parti nõ fuerit data copia articulorum,& non poterit ei imputari quod conſenſerit, quia diuinare neſciebat,poterit propterea poſtea, ideſt,facta publicatione opponere,& dicta teſtiũ non valebunt,ſed ſi ei aliquid poterit imputari, puta, quia permiſit per Iudicẽ poſt publicationẽ procedi ad aliquẽ actũ, & tunc ſecus, quia dicta teſtium remanebunt alleg.cap.1.de ord.cog.& debuit allegare c.1.de reſt.ſpol.& Innoc.in cap.per tuas,de teſt. & ibi Fel.col.12.verſ.1.eſt,& ibi,quibus addit.vbi quod ſi
6 pars permiſit in cauſa concludi,non poterit poſtea petere teſtem repeti,qui dolo, vel negligentia Iudicis plenè non depoſuerat,vel non fuit interrogatus,quod bene not.in practica, quia habes ritum conformem in hoc cum iure communi,& faciunt not.in gl.fin.ante fin. de reſcript.

7 ¶Secundam dilationem. Quando ſcilicet vſus fuit aliqua diligentia in prima, prout ritus loquitur, & patet per verba in tali caſu, alias non daretur ſecunda dilatio, niſi ex iuſta cauſa,vt per Panorm.in cap. ex ratione, in fin.de appell.& in addit.in eund.in cap. ſuggeſtum in litera C, eo.tit.& in c.ex tranſmiſſa de præſcript. per Iaſ.in l.fin.col.5.ver.venio ad ſecundum,ff.de ferijs,& dilat.per Lanfran.in repet.c.quoniam contra,in ver. dilationes de prob. & pro materia plenè per Iaſ.in l.admonendi,4.col.in fin. in lectio. ff.de iuretur.& omninò per Bart. in l.1. ad fi. C. de dilat.per Felyn.in c.paſtoralis pen. col.verſ.tertio per. de except.& per Specul.tit.de probat.in princ. & per Panorm.in c.in cauſis, in prima glo. & in c. vltra tertiam in princ.de teſt.in c.licèt not.4.de probat.

¶Tunc. Ideſt, quando fuit vſus aliqua diligentia in prima,aliàs non daretur ſecunda,& intellige abſq; cauſæ cognitione, ideſt, alia parte ad id non citata, & de facto, prout not.Rom.conſil.248.hæc ſententia Bart. conſil.72. punctus quæſtionis,Felyn.in cap.1.col.22. num.35. de conſtit. & eſt text. in l.in cauſæ,§.cauſa cognita,ff.de minor. quem alleg. Felyn. in cap. 1. colum.8. verſic. item abſolutio.de iure iurand. & not. in cap. cum ex literis de in integ.reſtit.fac.not.per Lap.ab alleg.61.circa med.

8 ¶De nouo ponere. Quæ ſit noua poſitio ſeù articulus, vide ſupra in ritu 22. in 3. parte 2. partis princ. in gloſ. in ver. nouis probationibus, vbi etiam qualiter cognoſcatur noua poſitio.

¶Citatos. Non dixit iuratos,innitendo æquitati, vt ſupra dixi in gloſ.poſt dictam dilationem,& hoc eſt contra iuris rigorem.

¶Antiquos. Ideſt citatos, ſeù pro iuratis habitos in prima dilatione,& infra eam non examinatos.

¶Similiter,vt ſupra. Ideſt,ſi fecit aliquam diligentiam, puta, citari faciendo nouos teſtes, poſitiones, ſeù nouos articulos præſentando in illa ſecunda dilatione,alias poſt eam nouos,nec antiquos examinari facere poterit, quod innuit verbum, ſimiliter q.d. prout dictum fuit in ſuperiori caſu,& ab eo non differendo ſicut in ſimili not.gloſ. in verſ. diſſimile,in l.Iulianus,ff.de condit.indeb quod etiam manifeſtius declarat verbũ vt ſup. quod facit relationem ad ſupradicta,vt not.Bar.in l.1.§.hoc edicto,in fin.ff. de poſtulat. quem ſequitur Phylip.Dec.conſil.384.vlt.col.ante fin.394.nu.1.227. col.2.nu.3.& cenſetur iſta relatio fieri cum omnibus qualitatibus præcedentis diſpoſitionis, vt not. Bart.in l.1.ff.de recept. in l.1.§. final. ff. ſi famil. fur. feciſ. dica. & in l.ſi quis ſeruum,ff.de leg.2.ſequitur Phylip.Dec.conſil.377.col.3. ante verſic. nec obſtat, quod faciunt nota. in cap.2. requiris de appell. ſed ſupra dixi ſecundam dilationem concedendam,ſi illam petens aliquid in prima fecerit,ſimiliter ergo dicit, ſi aliquid in ſecunda dilatione fecerit aliàs, &c. Albericus Oliua.

¶Ad examinari faciendũ. Pro iſtis terminis dandis,vel denegandis vide Specul.in titul.de probat. in princip.& ibi addit. Ioan.Andr.in ver. ſecundum Ægidium in litera C, & per eund. Specul. in titul. de dilat. §. videndum reſtat, verſic.in ſumma, & cap. licet, de probat. cap.præſentium de teſtibus lib.6. l.petendæ, C. de tempor. in integra reſtitutione, in quibus quod dare terminum vtrique parti ad probandum hodie eſt vſurpatum,
9 & ibi inuenies verba illius Ritus, & quod terminus datus reo ex iuſta cauſa, ſeù actori, erit communis alteri parti, per allegat. l. petendæ, in fine, & ſi fuerit ſtatutus terminus ad probatum habendum, tunc dies præſtiti iuramenti à teſte, & dies depoſitionis edi debet Baldus in l.2.colum.3. poſt princ. C. vt lite pend. pro quo termino vide Phylipp. Franc. in cap. 2. de teſtibus lib. 6.in §. ſi vero, in princip. & pro differentia ad probandum, & probatum habendum, vide deciſio. Bellamera 715.

10 ¶Fuit impeditus. Not. quod oportet probari impedimentũ,vel diligẽtiã in termino ſimpliciter ſtatuto, vt per

Felyn.

Digitized by Google

Felyn.in alleg.cap.licet,col.16.in princ.de probat.& in cap.ex tranſmiſſa,in princ.de præſcrip.in cap.ſciſcitatus, col.8.verſ. oportet nouum de reſcrip. & an detur iſta tertia dilatio pro tanto tẽpore pro quanto fuit ſecunda, vide Felyn.in c.ex ratione vlt.col.de appel.& quod non ſit danda medietas primæ dilationis, vel ſecundæ, ſeu ſecundi termini,ſed ſit arbitraria ipſius Iudicis concluditur in deciſ.124.in collectis per D.Matth. de Afflict. & quod probari debeat vide Bald.in l.1.col.2.circa medium C.de dilationibus. Albericus Oliua.

a A N. Ad probandum.Nam in ſummarijs datur terminus
11 vtriq; parti ad probandum incumbentia ex Bald.in l.fruſtra num.4.C.de probat. & Iaſ. in §.omnium num.3. inſtit. de action. Abb. Ioan. Hieron. Camp.

b Examinari facere. Id pariter firmat Paul. de Caſtr. in
12 l.iam,& Seruius,§.ſi viuo Titio num.5.ff.de negot.geſt. Rot.deciſ.73. licèt in remiſſione,alias 3.de teſtib.in nou. & melior eſt deciſ.495. contra Rotam, ſeu 13. de probat. in nou. deciſ.345.nota. quòd vbi eſt datus,alias tert.de dilat.in antiq.deciſ.587. verum ſiuè 26. cum ſeq.de prob. in antiq.deciſ.7.Bſignet.ſub rubr.de teſtib.Bellam.deciſ. 378.licèt dicatur,& nouiſſimè Felyn.in cap. licèt cauſam à num.19.de probat. & communem eſſe opinionem, adiungit Boer. deciſ.294. num.20. quam tamen regulam limitat quinq; modis Felyn. loco citato,illa autem eſt cęteris verior, cum eſt datus terminus ad probandum, & probatum habendum,præſertim ſi ſubijciantur illa verba per omne genus probationis,vt inquit ipſemet Fel.nu.22 & 23.ac Romæ ſeruari per cautos Procuratores, vt parti aduerſæ præfigatur terminus ad probandum,& probatũ habendum per omne genus probationis,atq; etiam examinandum,& examinari faciendum teſtes ex aduerſo, vt dicatur,inductos,& iuratos,hoc etenim conſtituto termino,nequit notarius poſt lapſum terminum examinare teſtes,niſi de Iudicis expreſſo mandato,qui quandocunq; re integra illos examinari permittit, præſertim quos in prõptu haberet,teſte Saluſtio Tiberio à Corneto in pract. iudic. Rom.lib.2.c.11.num.2.ex cuius dictis arbitror duo potiſſimũ colligenda,alterũ,quod teſtes in termino iuratos poteſt examinator abſq; vlla Iudicis licẽtia examinare poſt terminum,alterũ ꝙ tametſi terminus fuerit præfixus,cum illis verbis ad probatum habẽdum,nihilominus tunc ſit in arbitrio Iudicis examinatio teſtium, quiq; ſoleat,ex æquitate Romanæ Curiæ id concedere,& in Regno nedũ iurati,ſed citati tm̃ in termino valeant infra triduum poſt terminum iurare, & teſtimonium ferre, concludit Ritus Magnæ Curiæ 149.Itẽ quod in quibuſcunq; ob idq; non amplius in hoc ſeruatur diſpoſitio Ritus 69. Quinimmò cum hodie fiat publicatio cum termino octo dierum ad recipiẽdum copiam proceſſus,& altero termino aliorum octo dierum ad percunctandum, iuxta formã Regiæ Pragmaticæ,curſu dilationũ, quæ eſt 12. ſub rubr. de ordin.Iudic. poſſunt teſtes examinari intra prædictum terminum ad recipiendum copiam dummodò in termino citati, ſed cum ex poſteriori obſeruantia omnium curiarum,terminus ſtatuendus ad recipiendum copiam,quando fit publicatio,ſit Iudici arbitrarius, & in eo liceat præfatos teſtes examinare,ideò inoleuit practica,vt fiat publicatio cum termino tot dierum, prout Iudici melius videbitur, & cum reſeruatione infra eundem terminum examinandi teſtes citatos,vt affirmat Carau.alleg.rit.149.numero 4. Abb. Io. Hieron. Camp.

c Poterit petere. Dummodò aliqua vſus ſit diligentia in
13 prima vt conſtat apertè ex §. ſeq. in fine, præterquam ſi iuſta interceſſerit cauſa,vt inibi patet,& vtrunq; concinit iuri communi non admittenti reintegrationẽ termini probatori,ſi in termino ipſo neutra partium aliquid fecerit,iuxta deciſ.Capyc.81.in cauſa cum deciſ.ſeq.& dec.90. in cauſa Magnificorum, & conſequenter niſi iuſto detentus impedimento ex luculenta deciſ. Afflict.50. Iudices, quod quidem impedimentum Sacramento probatur, eo tamen in ſpecie allegato,vt concludit Feder.de Senis cõſil. 114. ſuper puncto, Baldus conſil. 33. ſtatuto cauetur poſt num.2. vol.5.Boer.deciſ.294. & iſtam quæſtionem num.16. & ſuccurrit text.in cap.penult. de teſtibus quod autem in hoc Ritu ſubiungitur, nè requiratur cauſæ cognitio in conceſſione ſecundæ dilationis, intelligitur abſque partis citatione,vt probat Oliua ſupra num.9. Abb. Ioan. Hieron. Camp.

d Daretur tunc tertia. Secunda, & tertia dilatio in ci-
14 uilibus à iure dari permittitur cap. in cauſis, & cap. penult. de teſtib. & §.quia verò in auth. de teſtib. in vtraq; autem requiritur iuſta cauſa, ex gloſ. 1.in adducto cap. in cauſis,& gloſ.magiſtra in l.fin.ff. de ferijs Alex. conſ.101. viſis num.2.vol.14. Qua non exiſtente cauſa, non eſt alia danda dilatio,nam dilatio conceſſa ad probandum eſt de iure peremptoria,tametſi id non fuerit additum ex Bart. in l.1. C. de dilat. & omnes in citat. l.fin. Aduen. regul. 201.volum.1. niſi tamen aliquo ſtatuto,vel conſuetudine plures concederentur, quia tunc, & ſeruanda foret talis diſpoſitio, & attentè conſideranda verba ſtatuti, per Iaſ. in eadem l.final. num.42. & Paul. de Caſtr.num.5.in fin. atque ideo obſeruantia Curiæ Archiepiſcopalis Neapoli, relata in hoc ritu, eſt vtique tenenda,& ſeruanda iuxta ſeriem,& tenorem,nempè cum iuſta adeſt cauſa, ſed prorogatio termini,etiam non præhabita tam ſubtili inueſtigatione de cauſa iuſta fieri poteſt de iure,vt Paul.de Caſt. affirmat in illa lege fin. Specul. de dilatio. §. nunc videamus num.4. in fine,& Iaſ.num.42.verſic.5. limita vbi ſubiungit rationem diuerſitatis,quod finita dilatione eſt ius quæſitum aduerſario, quod Iudex auferre nequit,niſi accedente iuſta cauſa,ſed quoties nondum eſt finita,non eſt parti ius aliquod acquiſitum, ideòq; impedire poteſt, ne illi quæratur eſt verum, quod Boer. deciſ. 294. tenet, vt cauſa debeat concurrere etiam in prorogatione, & in Regno præſertim,quod illa requiratur,probat Marant.in ſuo Specul. Iudic.par.6. act.3.poſt num.4. An verò ſit dãda quarta dilatio in cauſis ſummarijs,ſcribit Lap.alleg.82 in cauſa matrimoniali, vbi concludit affirmatiuè, ſi bene conſiderentur eius verba,& inibi notat Quintil.Mandoſ. addit.1. in fin. Felyn. in cap. in cauſis antè num.3. de teſtibus, & al j adducti per Horatium Mandoſ. in ſuis addit. ad conſil. Roman.225. tametſi Roman. in illo cõſilio, & ſequenti teneat negantem partem. Abb. Ioan.Hieron.Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Merito quidem in hoc Ritu cauetur, vt ſit dandus terminus vtrique parti ad probandum,& defendendum enim in iure habemus quod terminus eſt dandus ambabus partibus, & non vni ſoli,alias ſi vni tantum ſtatueretur terminus videretur Iudex pronunciare quod illi tantum incumbat onus probandi, vt bene aduertit Bald. in l.de ætate in 2. lectur. num.2. verſic. nota ei incumbere, ff.de minoribus licet Veral.in deciſ.5.lib.1. teneat actori non eſſe terminum impartiendi ex quo debet accedere inſtructus ad cauſam per text. in c.ſpatium 3.quæſt.3.cap. præterea de dilationibus Maſuer. in praxi titul. de dilat.nu.5. tamen ſupra dicta opinio omninò intelligenda eſt in termino deliberatorio tantummodò, iuxtà tradita per Caſſador. in deciſ.1. de dilationibus, & Creſcen. in deciſ. 1. eodem titul.

Declara autem ſecus eſſe ſi actor commiſit cauſam ſupra vno iure contra reum, & reus pendente lite producit aliquod ius nouum contra actorem, quia tunc eidem actori dilatio danda eſt, vt per Caſſador. in deciſ. 1. titul. de dilationibus, & Veral. in dicta deciſ. 15. num.3. & in deciſ. 260. lib.1. Ratio illa conſideranda eſt, quia reus etiam in exceptionibus vice actoris fungitur,l.in exceptionibus, ff.de probat. Manſuer. in praxi tit. de dilat. num.10. Cardinal. Creſcent. in deciſ.5.vbi apoſtill. titulo de dilation.

Digitized by Google

Et ſic pariter dicimus, vbi Iudici videretur actori ex aliqua etiam aſſignare terminum, namque tunc poterit dari terminus cum datio termini ſit arbitraria Grauat. ad pract. Veſtrij lib. 4. cap. 1. num. 10. dicit Iacob. Menoch. de arbitrar. Iudic. quæſtionibus lib. 2. caſu 52. num. 2. quod licèt non dixerit Grauatius, dicit tamen Veſtrius in d.c. 1. in fine Bertazol. inter conſil. Burſat. 74. in ſubſcriptione num. 133. vol. 1. Viu. in deciſ. 11. num. 9. Treacler. diſput. Selectar. par. 1. diſput. 5. Theſi. 10.

Inſuper adde procedere etiam in termino ad articulandum qui ſi non concedatur vtrique parti ſententia poſtulata erit nulla, Bellamera deciſ. 25. Caſſad. deciſ. 8. de reſcri pt. Verall. deciſ. 147. lib. 3.

Supradictis accedat quod terminus ad probandum etiam ſi ab vna parte petita fuerit, erit tamen alteri parti communis Rebuff. in tit. de dilationibus artic. 22. gl. vnica nu. 11. faciunt, quæ dixi ſupra hoc eodem tit. verſic. dilationes, & termini omnes num. 50. 51.

Et ſupradicta procedunt etiam in reintegratione termini, nam terminus, & dilatatio probatoria ſi data fuerit, & neutra pars aliquid facit ſi aliqua peteretur reintegratio, dari non debet, vt fuiſſe in Sacro Conſilio concluſum ſcribit Ant. Capyc. in deciſ. Neap. 82. num. 1.

Et finaliter adde, quòd commiſſio, quamuis dicat abſq; terminorum obſeruatione, nihilominus termini dandi ſunt ſubſtantiales Rot. in antiquis in deciſ. 33. incip. quando committitur cauſa Peregrin. Fabius in deciſ. nouiſſima Roman. 24. num. 1. lib. 1. vol. 1. & in deciſ. 8. lib. 2. vol. j. De qua materia vide doctiſſime cumulata per eminentiſſimum Iureconſultum D. Rouitum in Pragmatica prima de ordine iudiciorum.

RITVS XXIX.

ITem datis articulis, vel exceptionibus pars altera poteſt petere copiam pro faciendis
a interrogatorijs, *a* & etiam proteſtari, quòd non examinentur teſtes abſque interrogatorijs, poteſt tamen Vicarius dare terminum ad dandum interrogatoria, & examinabuntur teſtes iuſta interrogatoria fideliter, & fiet commiſſio ad partes de examinandis teſtibus iuxta interrogatoria præfata, & ſoluitur pro examinatione ſuper interrogatorijs per illum qui ipſa dat; non tamen fieri ſolent ſuper articulis repulſæ.

Item habita copia articulorum ſiuè excep-
b tionum, *b* pro faciendis interrogatorijs præcluditur via amplius ponendi in cauſa ex quo didicit poſita per alteram partem, vnde pars quæ non habuit copiam iurium partis alterius, poterit ponere de nouo in prima, & ſecunda dilatione, vt ſupra dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Copia Articulorum eſt danda aduerſario, & numero 14.*
2 *Poſitio probat contra ponentem.*
3 *Articulorum impertinentium tutius eſt illico diſcuſſionem facere.*
4 *Interrogatoria admitti nequeunt cum clauſula ſaluo iure impertinentium.*
5 *Depoſitio teſtis non interrogati ſuper interrogatorijs, redditur inualida, & num. 15.*
6 *Interrogatoria corrigere poteſt, qui ea præſentauit.*
7 *Remiſſoria ad partes quando ſit deneganda.*
8 *Examen alteri commiſſum ſubdelegari non poteſt.*
9 *Interrogatoria præſentans non contribuit in expenſis.*
10 *Repulſa ſit contra teſtes, aut eorum dicta.*
11 *Repertorum copia quomodo danda.*
12 *Interrogatoriorum copia cum eſt data, precluditur via amplius ponendi.*
13 *Dilatio eſt concedenda ad danda interrogatoria.*
16 *Differentia quæ ſit inter articulos, & exceptiones.*
17 *Differentia inter articulos, poſitiones, & capitula.*

DIuiditur Ritus in duas partes principales, ſecunda, ibi, item habita copia, prima ſubdiuiditur in quinque partes. ſecunda, ibi poteſt tamen. tertia, ibi, & fiet commiſſio. quarta, ibi, & ſoluitur. quinta, ibi, non tamen, in prima principali parte dat modum examinandi teſtes. in ſecunda principali præcluditur via recipiendi teſtes.

1 ¶ Copiam pro faciendis interrogatorijs. Aduertas quòd alia eſt copia capitulorum, ſeù articulorum, & alia copia poſitionum concernentium factum alienum, quia iſta neceſſario danda eſt, & ſuper ea debet pars prius reſpondere, ſi factum proprium contineat, aliàs non, ſed data prius copia, vt per Bald. in l. 2. colum. 2. in fin. C. vt lite pendente facit cap. paſtoralis, de Iudic. non ſic de copia capitulorum, quia obmiſſa, poterunt teſtes recipi, & ideo non eſt de neceſsitate tradenda, iſtam differentiam guſtauit ſolus Baldus, prout refert Felyn. in cap. per tuas, colum. 2. in fin. & 3. in princip. de teſtibus, vbi expreſsè Innocent. tenet copiam capitulorum dandam pro conficiendis interrogatorijs, ſed non ipſorum interrogatoriorum, vt euitetur occaſio malignandi. Felynus ibi refert colum. 3. num. 3. & allegat. gloſ. in cap. præſentium de teſtibus lib. 6. quem textus non guſtauit Felynus pro illa differentia Bald. quæ gloſ. ponit formam pro conficiendis interrogatorijs, in verb. interrogatoria, & formam pro conficiendis poſitionibus, ac etiam articulis, ſeù capitulis, ponit gloſ. j. circa med. ver. ſed dic. de confeſſ. lib. 6. & formam articulorum ad probandum memoriam non exiſtere in contrarium, gloſ. in verſ. memorial. in cap. j. de præſcript. lib. 6. & quod poſitio per partem facta probet in fa-
2 uorem alterius partis, contra quam fuit facta. Phylip. Dec. conſil. 445. colum. 5. num. 17. & ſimiliter reſponſio facta per verbum, credo, in fauorem conficientis poſitionem, ibidem num. 18. & per eum in l. 2. nu. 8. C. de inſtitu. & ſubſtit. & licèt articuli, ſeù capitula poſſint admitti ſaluo iure impertinentium, &c. quando diſcuſſio ſuper illis requireret altiorem indaginem, vt puta, quando occuparet tantum tempus, quantum requireret negocium principale, vel quando ex præſumpta malitia moueretur, vt per Felynus in cap. cum contingat colum. 5. num. 18. de offic. delegat. & tutius
3 eſſet illa in primis, & ante omnia diſcuti, ne partes vexentur laboribus, & expenſis, prout ita Romæ fieri atteſtatur Phylip. Dec. in cap. in nomine, colum. pen. in fine num. 35. de teſtibus, & Iudex non debet pati, quod ſuper impertinentibus teſtes examinentur, prout dixit Baldus in allegat. cap. per tuas, per textus in leg. ſi duo patroni, §. idem Iulianus, ff. de iure iurand. prout refert Felynus in alleg. cap. per tuas, colum. 3. num. 4. & ſi ſunt apparenter impertinentes quod nullatenus, etiam cum illa clauſula, ſaluo iure impertinentium, admitti debeant Iaſon in allegat. l. ſi duo, §. idem Iulianus num. 33. ff. de iure iurand. & ibi Paul. de Caſtr.
4 per gloſ. allegat. cap. cum contingat, tamen interrogatoria ante omnia diſcuti debent, & non poſſunt admitti, ſaluo iure impertinentium, vt per Innoc. in alleg. cap. per tuas, quę ſequitur ibi Fel. col. 2. poſt prin. de teſt. imò ante oia debent ſuperflua reſecari. Panor. ibid. col. 3. & ſi teſtis

non

Digitized by Google

5 non fuerit ſuper interrogatorijs interrogatus negligẽtia,
ſeù dolo,non propterea depoſitio erit nulla,licèt parte
inſtante valeat, etiã poſt publicatũ ſuper illis repeti Spec.
in tit.de teſte,§.iã de interrogatorijs ver.itẽ caut.& Ioan.
And.in all.c.præſentiũ,per tex.all.c.per tuas,quos refert,
& ſequitur Alex.conſ.172.col.pen.ver.præterea vol.2.
ac etiã ſi in cõmiſſione dicatur,quod teſtes recipiat, & il-
los ſm interrogatoria partis aduerſæ interroget , iuxta
tex.all.c.præſentiũ,§.teſtes etiã,& interrogatoria minimè
reperiantur,depoſitio non tenet Oldrad. conſ.323. incip.
6 circa primũ,ver.circa tertiũ,& qui interrogatoria præſen
tauit ſi vult ea corrigere poterit Bald.in l. edita col.20. in
2.lect.ver.interdum contingit,C.de eden. & quod ſuper-
flua debeant reſecari, Bar. poſt gloſ.alleg.c.præſentium
in l.1.col.3.in princ.ver.& hoc induco,ff.ſi cert. pet. vbi
concludit quòd interrogatoriũ factũ teſti, deponẽs ſuper
mutuo vt reſpõdet, quid ſit mutuum, dicetur legitimum,
& quod de iure procedat , & cũ vt plurimũ interrogato-
ria veniant incluſa in remiſſorijs , not. quòd quando ca-
lumnioſè petitur ad partes remiſſio,Iudex eam concede-
7 re non debet.Felyn.in c.de cætero 4.col.de re iud.& in
exceptione oppoſita in vim dilatoriæ , quòd non conce-
datur remiſſoria,Phylip.Franc.in c.1.col.5.in fi. de lit.cõ-
teſt. lib.6. & Iudices remiſſoriè non abſoluent teſtes ex-
cõmunicatos ad cautelam,pro illis examinari faciendis,ſi
expreſsè talis facultas eis non fuerit cõmiſſa , Felyn. in c.
præterea,col.3.ante fi.de off.deleg.facit c.veniens,lo 2.in
fi.de teſt.de quo videtur dubitaſſe Oldr.conſ.145.in prin.
& illa conceſſa,ac facta abſolutione excõmunicationis,vt
valeat teſtis deponere,de cõſuetudine Rom.Cur.poſtquã
depoſuerit teſtis ,ſtatim reincidit in priſtinam excõmuni-
cationis ſententiam,vt per ſcrib. in all.c.veniẽs lo 2.de
teſt.in fi.quos refert Phylip.Dec.conſ.145.col.3.ver.quar-
to bene,& poſſunt tales Iudices recipere,& facere inter-
rogatoria,dũ examinant teſtes.Innoc. in c. cũ Bertold. in
ver.in alijs de re iud. Fel.in all.c.præterea col.3.Iaſ.in l.cui
iuriſdict.col.2.nu. 8.ff.de iuriſd.omn. iud. & in cauſa cri-
minali etiam dabuntur interrogatoria, Bal. in l.legis vir-
tus,ver.quæro an,ff.de legib. & ſi teſtes infra terminũ in
remiſſione ſtatutũ iurauerũt,& poſt terminũ depoſuerint,
tenet depoſitio eſt deciſ. Ro.73.Inn. & Bellã.378. & illi
Iudices cõpellent nedũ teſtes,ſed partiũ cõfeſſiones inſtru
menta,& alias ſcripturas recipient.deciſ.Ro.585.incipie.
decreta remiſsione in antiq.& ante lit.conteſt.auditor nõ
decernit remiſſoriã,etiãſi ex cauſa neceſſaria petatur, de-
ciſ.Ro.367. not. quòd poſito,in antiq.& practicatur in
Ro.qđ remiſſio ad partes expeditur ſiuè plumbo, ſiuè ha-
bita commiſsione ſub ſigillo Auditoris, & ſi habita fuerit
cõmiſsio qđ decernatur , citabitur pars ad concordandũ
de loco,& de iudicibus,& deinde,ad dãdũ interrogatoria,
& audiendũ includi articulos,& ad videndũ iurare porti-
torẽ,& not. ꝙ qñ fuit decreta remiſſoria ſub plũbo Iudi-
ces in ea cõtenti sũt delegati,& poſsũt ſubdelegare,ſed nõ
cõſocio ab altera parte electo,ita Spec.in tit.de off deleg.
§.ſequitur in prin.quẽ refert,& ſequitur Panor. in c.fi.in
prin.in gl.1.co.tit.de off.dele.vide oĩno deciſ. Ro.258.in
no.ſecus qñ ſub ſigillo Audit.quia tũc ſunt ſubdelegati,&
nõ poſſunt ſubdelegare,c.paſtoral.c.venerabili,c.fi.de off.
del.c.cũ cauſã de app.l.à Iudice,C.de Iud.& ſi fuit decre-
ta ſub plũbo , Auditor non poterit in illa cauſa de cætero
ſe intromittere,ſine noua cõmiſsione pp appoſitionẽ ma-
nus Sũm.Pont. c.vt noſtrũ de app.Phyl.Dec. in c.cũ M.in
fi.de conſt.Soc.conſ.39.col 5.nu.24.vol.4.Cald.conſ 7.de
præb.quæ non ſine aliquali ſtudio collecta not.in pract.
¶Proteſtari. Per iſtam tñ proteſtationẽ non annullabitur
actus cõſecutiuus ad factũ,vt puta ꝙ teſtis poſt proteſta-
tionẽ depoſitio nõ teneat,ſi examinabitur ſine interroga-
torijs,vt i preced. gl.fuit cõcluſũ,ibi,& ſi teſtis nõ fuerit
ratio , quia talis proteſtatio non dependet à poteſtate ꝓ-
teſtantis,ſed Iudicis,& notarij,depoſitionẽ teſtis recipiẽ-
tis,vide Ant.de Butr.in c.cũ M.col.19.ver.tertius caſus,&
alios ſcrib.de conſt.ſed poterit inſtare,vt etiã poſt publica
catũ in cauſa teſtes repetãtur,vt in preced.gl.fuit cõcluſũ.
¶Dare terminum. Parte,ſ. petente,vide gloſ. in verſic.
præcipit partibus ſupra in ritu 22.in 2.parte princip.
¶Fideliter. Alias etiã poſt publicationẽ ad partis inſtan.
interrogabuntur c. per tuas de teſt.qui tex.non habet lo-
cũ quando culpa partis nõ fuerint perfectè examinati, ita
Innoc.ibi,puta quia non articulauit perfectè,vel nimium
obſcurè,vt per Ang.in l.veluti,ibi,& eſt arg.ff.de edẽ.all.
Spec.in tit.de teſte,§.ſatis vtiliter,verſ.pen.quẽ refert Fel.
poſt Bal.in c.1.quid ſit inueſt.in alleg.c.per tuas in fine.
¶Et fiet commiſſio. Iuxta tex.in cap.præſentium,de teſt.
lib.6.cap.licet,de probat.cap. conſtitutus de fideiuſs. cle-
ment. 1.de offic. deleg. & not. quod is cui committitur
ſcriptura examinis non poteſt ſubdelegare,ſed ſi commit-
titur quòd examinet , poterit ſubdelegare. Felyn. in cap.
cum Bertold.col.7. verſic. de ſubdelegatione, de re iudic.
& ratio eſt,quando committitur ſcriptura examinis, quia
committitur tunc certum miniſterium , & videtur electa
induſtria perſonæ,c.fi. de offic.del. & ſimiliter quando fit
cõmiſſio per verbũ,præcipimus,non poterit ſubdelegare.
Io.de Imol.in clem.fi.col.2.ante fi.de procur.Fel. in c.nã
concupiſcentiã col.2.in fin.ante nu.8.de conſt.& non in-
telligas ritum in cauſa criminali criminaliter intentata,
quia tunc regulariter non fiet cõmiſſio,auth.apud eloquẽ
tiſſimũ,C.de fi.inſtr. & in auth.de teſti.§.& qm, & §.hæc
oĩa,quæ iura all.gl.in ver. iure, in c.2.de iud. lib.6. & ibi
tex.in ver.alteri cõmitti,& gl.in ver.ciuili in cle.j. de off.
del.præall.niſi pſona examinãda nõ poſſet venire ad Iudi
cẽ,vel eſſemus in cauſa hæreſis,vel teſtes eſsẽt extra ꝓuin-
ciã,& fieret cõmiſſio Iudici illius loci,vt ſua auctoritate,&
iuriſdictione illos recipiat,vt vna iuriſdictio altera iuuet,
in cauſa verò ciuili ſeruabitur rit.pro quo eſt tex.all c.2.
de iud.lib.6.& cle.1.de off.dele.& facit ꝙ voluit Io.And.
in c.præſentiũ in gl.1.de teſt.lib.6 præalleg. dicẽs talẽ re-
miſſionẽ eſſe in arbitrio Iudicis,per no. in all.§. & qm in
auth.de teſt.& ordinarius ſua auctoritate,vt ſup.illos reci
piet,ſi cõmiſſio facta fuerit ab ordinario,ſecus ſi auctorita
te Delegati Apoſtolici, quia auctoritate delegata per ordi
nariũ recipiuntur,c.cõſtitutus in fi.de fideiuſs.c.ſtatutũ §.
pen.de reſcr.lib.6.qñ tamẽ talis fiet cõmiſsio , fieri debet
notario,vt nudo miniſtro c.fi.in fi.præal.de off.del.exami
natis prius articulis an ſint admittendi,& interrogatorijs
an ſint ſuperflua,quia talia nõ cõmittuntur notario, vt ꝑ
Panor.in c.qm contra col.18.de prob.Lap.all.46.incip.in
cauſa matrimoniali,& pleniſsime per Doct.in c.cũ cauſã
de teſt.in præall.c.cõſtitutus,& c.2.de iud.lib.6. & cle. 1.
de off.del.vbi ꝙ notarius nõ poteſt ſibi ſcribere cõmiſſio-
nẽ ſibi à Iudice factã pro teſtib.examinãdis. Panorm.poſt
Hoſt.in all.c.qm cõtra col.17.& eſt ꝓ hoc deciſ.Sac.Cõſi.
in collectis per D.Matt.de Affl.dec.317.& fiet talis com-
miſsio,ſiuè teſtes ſint in eadẽ prouincia, ſiuè nõ cũ hodie
ſingulæ ciuitates habeant eorũ regimina,vt per Panor.in
all.c.cũ cauſã de teſt.quẽ refert,& ſequitur Frãc.de Aret.
conſ.82.incip.factũ ſuper quo petitur col.vlt.ver. circa 4.
ſubiungens ꝙ in his cõmiſſionibus fiendis attẽditur con-
ſuetudo illius ciuitatis in qua de cauſa cognoſcitur,& fiẽ-
dã eſſe cõmiſſionẽ Iudici illius ciuitatis,vt teſtes ad iura-
mẽta,& dicta recipiat,& monẽdã partẽ aduerſam contra
quã teſtes producuntur,vt certa die ſit corã illo commiſ-
ſario ad videndũ iurare teſtes iuxta formã traditã in l.iu-
dices,& auth.apud eloquẽtiſsimũ,C.de fi.inſtr.& plenius
per Spec.in tit.de teſte,§.qualr autẽ ver.cõmiſsio recep-
tionis conſt.Reg.in pecuniarijs,vbi gl.in ver.à partib. di-
cit,ꝙ de partiũ cõſenſu debet elegi ille,qui teſtes recipere
debet,& clarius ꝑ And.de Iſer.in c.1.§.ꝙ ſi veritatẽ, ver.
conſtit.Regn.ſi de inue.int.do.& vaſ. lis ori. vbi quòd de
partiũ voluntate fiet cõmiſsio,alias non,& eſſe poteſt ra-
tio,quia Regnum eſt vna prouincia,vt per eund.in conſt.
Regn.conſuetudinẽ in princ. cõfirmat Luc.de Penn. in l.
fi.C.de diſcuſs. lib.10.fol.mihi 48.& eſt vſurpatum quod
reluctante ciue Neap.quãdo litigatur cum nõ ciue, quod
non fiet commiſſio ad partes , ſed tranſmittitur commiſ-

 ſarius,

Digitized by Google

ſarius,prout ſit in cauſa feudali,per alleg.conſtit.in pecu-
niarijs,& idem fiet ſi litigaret Neapolitanus cum Neapo-
litano,quia priuilegiatus vtitur priuilegio contra priui-
legiatum,quando vterq; priuilegiatus non concurrit ha-
bitu,& actu cum altero priuilegiato,vt ſi Eccleſia petit ſe
reſtitui in integrũ aduerſus aliam Eccleſiam, licèt omnis
Eccleſia poſſit reſtitui,quia nunc illa quæ petit reſtitutio-
nem aduerſus alteram,concurrit actu,& habitu in vſu pri
uilegij,& altera habitu tantum, non propterea impedie-
tur Eccleſia quin aduerſus alteram Eccleſiam vtatur pri-
uilegio,quia pariter eſt priuilegiata,quod eſt not. pro in-
telligentia illius regulæ,priuilegiatus non vtitur priuile-
gio contra pariter priuilegiatum,de quo plenè per Felin.
in cap.in præſentia col.15.ante,& poſt num.30.de proba.
& per Alex.in l.Marcellus, col.4.num.5.ad Senat.Con-
ſult.Treb.& merito ritus ſtatuit commiſſionem fieri ad
tollendas varias altercationes Doctor. quas in præalleg.
iuribus quærendo inuenies.
9 ¶Qui ipſa dat. Contrarium eſt de iurè communi,quia
dans interrogatoria, ſuper quibus vult teſtem examinari,
non debet ad expenſas contribuere,& ratio eſt,quia non
ipſe producit teſtes, & dato quod pars interrogatoria nõ
daret,iudex tenetur illa facere,cap.cum cauſam,in princ.
cap.venerabili de teſtib. l.3 ff. eod.in princ. ſubit enim
pars labores iudicis,cum ſit magis in facto certus, cap.ab
excommunicato,de reſcript.glo.in conſtit. quiſquis de
burgenſibus in fi. Iſer. in cap.1.§.quod autem dicit,col.3.
ibi,in proprio facto,de controuer.inueſt.Phylip. Dec.cõ-
ſil.402.col.4.verſic.venio ad ſecundum, & prouocatur
dans interrogatoria,& ad defenſionem vrgetur, faciunt
not.in l.cum inter ff.de condit.fur.not.expreſsè Io.And.
in ad lit.Specul.in tit.de teſte, §. qualiter autem col.4. in
gloſ. in verſic quoniam, in litera P. ſed ritus forte conſi-
derauit labores ſcriptoris & actuarij,quia hodie commu-
niter vſurpatum eſt quod Iudex de raro interuenit in
examinatione teſtium, & omnem laborem ſupportat a-
ctuarius,cui communiter fit commiſſio,vt in præced.gl.
fuit concluſum,ac etiam vt releuet actorem, ſeù produ-
centem articulos, vel exceptiones, ne bis ſoluat, & pro
articulis, ſeù exceptionibus, & pro interrogatorijs.
10 ¶Repulſæ. Et merito, quia aut repulſantur dicta, &
depoſitiones teſtium,aut ipſorum teſtium perſonæ,vt per
Felyn.in c.licèt dilectus in princ.de teſt.quem tex.non
eſſe alibi refert,ibi Ioan.Andr.dicentem,& non articuli,
quia contra eos dantur obiectus,vt per gloſ.in cap. præ-
ſentium,in §. ſi vero,in verſic.in ſpecificatione de teſtib.
lib.6. quæ alleg.c.vt circa de elect. eod.lib.& citatur pars
in admiſſione,vel repulſione articulorum,& ab admiſſio-
ne,vel repulſione admittitur appellatio, vt per Phylipp.
Franc. in alleg.cap.2. in §. teſtes,in gl. in ver. productos,
& per Oldrad.conſ.200. incip.principium eſt, & quia
hæc non ſeruantur in curia Archiepiſcopali Neapolitana
dixit ritus, nõ fieri repulſam ſuper articulis,vel & verius
non fiunt repulſæ ſuper articulis, quia non datur termi-
nus ſimulad probandum,& reprobandum,vt per Phylip.
Franc. in alleg. cap. 2.§. teſtes in princip. dato enim ter-
mino ad probandum datur hinc inde copia articulorum
pro conficiendis interrogatorijs,vt fuit conſultum ſupra
in ver.copiam hoc eod.ritu.& per Phylip.Franc.in alleg.
§.teſtes, verſ. tertio quæritur, non eſſet conueniens for-
mare interrogatoria,& repulſam ſimul,vt de ſe patet, cũ
reprobari debeat,& poſſit poſt publicationem, vt per gl.
in ver.publicatæ, ibi,ſicut video in teſte,in c.de teſtibus,
c.præſenti,c.ex parte, A. de teſt. ideò non eſt tolerandus
abuſus in eadem curia, quod ſi inquiſitus petit copiã re-
pertorũ,noſunt eam tradere cũ nominibus, & cognomi-
11 nibus,prout eſt iuris,& fuit concluſum per Doctor. &
præcipuè per Pet.de Anch.not.20. in c.qualiter,& quan-
do lo 2.de accuſ.per illum tex.per Bald.in l.2.not.2. C.de
eden.& ſuo conſ.95. vol.1. niſi habeat teſtes pro fiſco re-
ceptos,& examinatos,iuxta tex.in cap.2.præalleg.in §.ſi
vero,de teſtib.in 6.pro iuratis,& repetitis,& tunc tradi-
tur copia repertorum,& capitulorum cum nominibus,&
cognominibus,& fiũt exceptiones per inquiſitum,& arti-
culi pro repulſa, & ſimul proceditur in eodem termino
ad examinandum,& repulſandum contra teſtes, & dicta
eorum pro fiſco, & talis abuſus ordinẽ peruerteret a iure
traditum arg.c.exhibita de iud.merito delendus abuſus,vt
iura ſeruentur,quæ in illo caſu ſemper ſeruari,contempto
tali abuſu,& pro materia illius repulſæ vide alleg. c.licèt
dilectus c.præſentiũ de teſt.& Phyl.Franc.in alleg. c.2.§.
ſi vero,& an,& quãdo admittatur poſt publicatũ quis ad
reprobandum cũ iuramento,de quo in alleg c.præſentiũ,
vide Felyn.in c.ſignificaſti,lo 1. circa med de hom. & per
Lanfra.in repet.c.qm cõtra in verſ.teſtiũ,col.12. de prob.
& quod promotori,ſeù accuſatori concedatur repulſa cõ-
tra teſtes inquiſiti, ſeù accuſati, licèt non detur fiſco,Par.
de Put.in tract.ſind. fol.57. col.1. & cap. & aduerte circa
med.& formã pro faciẽdis articulis in repulſa,vide p glo.
in verb.nomina,all.§.teſtes de teſt.lib.6.vide rit.33.infra.
¶Habita copia.Reſponſione prius facta ſuper articulis,
ideſt,poſtquam ſuper articulis,ſeù exceptionib. partis al-
terius depoſuerit,ſm Bal.in l.2.poſt med.C.vt lit.pen.quẽ
refert,& ſequitur Phylip. Franc. in c.2.§.teſtes ver.tertio
quæritur de teſt.lib.6 & alleg.Spec.in tit.de teſte,§.quali-
ter verſ.deinde,& §.nunc dicendum,ver.ſciendũ,qđ non
ſeruatur in Cur. Archiep.Neap. niſi parte altera petente,
ſed paſſim petita copia articulorũ,ſeù exceptionum conſi-
12 gnabitur cũ termino ad conficiendũ interrogatoria, & ſi
altera partium recipiet, ſiue articulos, ſiuè exceptiones,
antequam præſentet articulos,ſeù exceptiones ſuas præ-
cluditur ſibi via amplius ponendi, prout ritus dictat,&
ſæpius ſic practicaui,& practicari in dicta curia vidi.
¶Ex quo didicit poſita.Ita eſt ratio decidendi,iuri con-
formis, nam ſi non didiciſſet ponere, & teſtes producere
poſſet,gl.in ver.publicatis in clem.2.de teſt.quæ all.Bert.
in c.cõſtitutus,lo 1.eod.tit.& ibi plene,quæ iura loquun-
tur didicitis teſtificatis,ſed ritus loquitur didicitis poſitis,
iuxta not.in c.fraternitatis, de teſt. ne poneret de directo
contrarium,vt per glo.in ver. directo contrarijs in alleg.
clem.2.de teſt.& per Felyn.in cap.cum Ioannes colum.7.
ver.not. quod coram de fide inſtrum. Albericus Oliua.
a AN.Interrogatorijs Amplã interrogatoriorũ materiam
breuib. ac vtilioribus quibuſdã concluſionib. perſtringere,
13 hoc loco enitar,ac primum quidẽ concedendam eſſe dila-
tionẽ ad dandũ interrogatoria,iuxta formã Rit.probatam
de iure cõi,ex his,quæ ſcribit Magon. in deciſ. Lucẽ.45.in
cauſa poſt nu.14.& 19.ita tamẽ,ſi pars illã petierit,vt in-
quit Spec.in rubr.de teſt.§.iã de interrogatorijs n.1.hanc
14 autẽ dilationẽ præcedere debet copia articulorum alteri
parti tradita,vt ex eis(iuxta ritũ) valeat elicere interroga-
toria tametſi in regno apud forũ laicale talis copia nõ de-
tur,per ea quæ ſcribit Affl.deciſ.33. poſtquã fuit nu.3.de
de Franc.deciſ.220.nu.3.& Carau.rit.79. tẽ qđ qñcunq;
nu.12.ſubnectens intellectũ ad pragm.Regn.8.exordien-
tẽ,5.die,ſub rubr.de ord. iud. quæ primo aſpectu videtur
contradicere; ipſa verò interrogatoria nõ aliã ob cauſam
fieri,ius cõmune permittit,quã ad detegẽdã falſitatẽ,atq;
teſtes vacillẽt,aut in aliquo ex illis decẽ prædicamẽtis va-
riẽt,quæ ſubtiliter Bal.annotauit in l.teſtiũ,C.de teſt. ip-
ſorũ tñ nõ eſt danda copia aduerſario,ne teſtes examinã-
di inſtruãtur ad falſitatẽ,vt Abb.& Fel.affirmant in c.per
tuas,nu.10.de teſt. Alex.in l.is,apud quẽ nu.4. C.de eden.
15 & Bal.in ſua Marg.verbo interrogatoria,el 1. qđ ſi Iudex
omiſerit teſtes examinare ſuper interrogatorijs, nõ vtiq;
ob id redderetur examen inefficax,ſed rurſus eſſent repe-
tendi ad inſtantiã partis ſuper interrogatorijs, etiã poſt
publicationẽ,vt conſultus Alex.reſpondit conſ.17. viſis
num.9.vol.2.& conſ.41.vol.4.Reliqua de interrogatorijs
prætereo,quia cõplectitur Spec.in tit.de teſte,§. iã de in-
terrogatorijs,Doct.in c.præſentiũ de teſt.& libellorũ ille
Architectus Io.Petr.Ferrar.in forma iuramenti teſtium
verſic. poteſt,ante num.5. cum ſequent.vbi Ziletus mul-
ta cumulat. Abb. Io.Hieron. Camp.

Arti-

Digitized by Google

b Articulorum,ſiue exceptionum. Aduertendum eſt ad
16 intrinſecam differentiam, quam videntur continere huius Ritus verba; Item habita copia articulorum, ſiue exceptionum pro faciendis interrogatorijs, nam articuli propriè dicuntur,quos actor præſentat,ſuper quibus ſunt examinandi teſtes,exceptiones verò illæ,ſuper quibus intendit reus producere teſtes,& examinare. Quibus etiam verbis in ſimili vtitur Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ To. Item quod infra,vbi Carau.in princ.hanc tradit differentiam, & Glo.in conſtit.Regn. lite legitimè conteſtata, verſ.proponat.In Regno tamen,quia nulla eſt vis in nomine,eo quod illius controuerſia eſt pertinacibus derelicta,ideo ambo ſubiungunt ex communi vſu tam articulos,quàm exceptiones appellari,quæ tum actor,tum reus exhibet continentia id,quod ipſorum quilibet probare intendit per teſtes,aut ſcripturas, atque ita plurimi illis promiſcuè vti,quod etiam fatetur Petr.Iacob.in ſua practi.ſub rub.de conſtit.pecun.ver.item poſſunt dici, & de Franch.deciſ.220.nu.9.

17 Ipſi autem articuli differunt ſane à poſitionibus, & capitulis,nam capitulum eſt nomen generale,complectés tam articulos, quàm poſitiones, inde terminus datus ad capitulandum,intelligitur datus ad ponendum,& articulandum ex Bal.in.l.generaliter,§.ſed iuramento, poſt nu. 5.C.de reb.credit.quo quidem vocabulo ſolent communiter,ac frequentius vti iudices inquirentes de crimine contra aliquem, per cap. qualiter,& quando,el ſecondo, §.debet.de accuſ.articuli verò ſubſequuntur poſitiones, eò quod poſitio eſt pars intentionis ponentis, continens id,ſuper quo ille petit ab aduerſario reſponderi ex Bal. in d.§.ſed iuramento,nu.7.atque ideo illa fit per verbum ponit,ac reſpicit confeſſionem partis aduerſæ, vt ponés eximatur ab onere probandi,ſi illa confiteatur, quod in poſitione narratur ex cap.ſtatuimus,de confeſ.lib.6 & Spec. in tit.de poſit. c. 2. nu. 1.articulus autem explicatur per verbum probare intendit,vt per teſtes, vel ſcripturas ſuã probet intentionem,ſi ea aduerſarius negauerit, quam propterea ob cauſam conuenit prius fieri poſitiones, ad quarum probationem detur terminus,illiſque negatis cõcedatur alius ad producendum articulos. Zabar.clem. ſæpe,§.& quia,nu.13.ver.ſeptimo quæro,de verb.ſign. Bal. in l.2.§.quod obſeruari,poſt num.25.C.dè iureiur.propt. calum.ſed in Regnò per pragm.8. de ordin. iudic. vna ſimul fiunt probationes,& articuli,inde exorta eſt communis practica Curialium dicentium in articulis, item ponit,& probare intendit, iſtis etenim verbis admonemur intentionem articulantis eſſe, vt ipſi articuli ſubſtineant locum poſitionum,ſi aduerſarius confiteatur in ipſis contenta,ſin minus articulorum vices gerant,ac ſuper eis valeat teſtes examinare,aut ſcripturas producere, ex ſcriptis per Zabar.in adducto §.& quia,nu.6.alias permultas differentias inter poſitiones,& articulos ſcribunt Troyſ. ſuper d.Pragm.8.nu.3.& Magon.deciſ.Lucenſ.45. num.17. ex quibus apparebit præ cæteris, quorum reſolutio verior ſit Rotæ,ſcilicet,Genuenſ.in deciſ.60.num.5.& aliorum affirmantium,ponentem cenſeri fateri contenta in poſitionibus,an Zuccar.conſ.12.nu.13.aſſeuerantis contrarium? illud demum in hac re perneceſſarium, non omittam,quod articuli impertinentes ſunt reijciendi, ex omnium reſolutione,quod tamen aliqui credunt, vt admittantur cum clauſula,ſaluo iure impertinentium, & non admitendorum per Afflict.deciſ.33.poſtquam, & Guid.Pap.deciſ.347.tam de ſtylo,idque intelligitur, cum inſtè dubitatur ita,vel ne ſint impertinentes, per Hoſtié. Ioan.And.Bald.& Anto. de Butr. poſt glo.in cap. cum contingat,de offic.deleg.quos ſequitur Gram.deciſ.45.in cauſa,num.5.& Veſtr.in prax.Roman.lib.5.cap.14 num. 6. nihilominus tutius eſſe exiſtimo cum Oliua ſupra ſi Iudex prædicta minimè vtatur cautela, ſed prius ſuper impertinentibus, atq, antequam teſtes examinentur diſceptationem admitteret;quia partibus ipſis magis expediret,ne tot immenſis ſumptibus vexẽtur, vt ſcribit Ang. in l.ſpeciali,de rei vendic.& Ant.Grauat.ad Veſtr. in adducto cap.nu.26.hoc tamen non poteſt locum habere in Regno,de Franch.deciſ.220.nu.3. eo quod in ipſo non datur parti aduerſæ copia articulorum, vt dixi ſupra poſt nu.14.cum tamen illorum impertinentia poteſt facilè apparere,tunc ſanè iudex omnino debet illos reſpuere, nec aliter dicta cum proteſtatione admittere, vt illic Gramm. addit.Dec.conſ.161. poſt nu.1. & c. in nomine Domini, nu.35.de teſtib.& Mynſing.in lib.obſeruat.centur.2. obſeru.90.impertinentes autem cenſentur quoties directè, vel indirectè ad cauſam non pertinent,teſt. Rouit. ſuper Pragm.Contingit,quæ eſt 12.num.4.de ordin. iudic. Vbi ſubiungit differentiam inter articulos penitus impertinentes,& aliquatenus impertinentes, ſed poſitiones impertinentes quæ ſint,aut quando admittendæ, quibusve debeat aduerſarius reſpondere, & renuens quomodo compellendus,ſcribit latè Troyſ. ſuper Prag. 8. de ordin. iudic.& Anton.Grauat.ad Veſtr. lib.5. cap. 14. num. 18. Abb. Ioan.Hieron.Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Ad huius Ritus ornamentum placuit inſerere aliqua de interrogatorijs teſtium,dum de hoc ipſe Ritus mentionem facit,quare eſt ſciendum,quod quando teſtes examinantur ab vna parte,poteſt altera pars dare ſua interrogatoria,& ſuper illis datis debet omnino iudex, vel exeminator prædictos teſtes examinare, ad tex. in cap.in præſentiam,in illis verbis, examinatus ſecundum partis aduerſæ interrogatoria,& ibi hoc notant Gloſ.& Dominic. in figuratione caſus, Monticel. in repertor. teſtium rubric.quomodo,& qualiter teſtes circa,vel extra articulos ſint interrogandi.

Vnde teſtes examinati ſine interrogatorijs à parte datis nihil probant,vt poſt alios,quos allegat,tradunt Burſat.conſ.34.lib.1.Maſcar.de probat.concl.684. Viu.opin. 896.Cacher.conſ. 5.lib.1.

Et teſtes examinati ſine interrogatorijs à parte datis,non ſolum non probant, ſed ſi pars velit, poſſit eos adhuc repeti facere cum dictis interrogatorijs, vt ſcripſerunt Specul.in tit.de teſte, §. iam de interrogatorijs, nu.21.Felyn.in cap.cum cauſam,extra de teſtibus, Corrad.in pract.in rubr.de interrogator.nu.5. Burſat. conſi. 358.lib.4.Viu.opin.896.Rot.diuerſ.deciſ.84.par.3. vbi ſic deciſum in Rota refert, vt ſcilicet, quod teſtes examinati abſque interrogatorijs partis repetantur,datis per eandẽ partem interrogatorijs.

Et ſi pars non dedit interrogatoria, poteſt iudex ex officio teſtes interrogare,iuxta Butr. in cap. præſentium, nu.4.& ibi Franc.nu.6 de teſtib.Couar.pract.quæſt.c.18. num.7.Viu.opin.912.num.7.immo ſi pars dedit interrogatoria,ſed non perfecta, adhuc poteſt iudex in illis ſupplere, vt poſt alios,quos allegat tradit Gail. obſernat. 95. nu.8. lib.1.licet iudex ad hoc faciendum non poſſit cogi, Boſſ.in tit.de publicat.proceſſ.& teſt.nu. 23. in fin. vbi ſic de communi DD.doctrina teſtatur.

Inſuper ſcire debes,qnod non ſolum teſtes debent examinari ſuper interrogatorijs datis à parte, ſed pariter ſi ſuper illis interrogati non reſpondeant, & ſic interrogatoria non euacuent,habentur pro non receptis, nihilque probant Nell.de teſtib.nu.99.Monticel.in rub.quomodo & qualiter teſtes,circa,vel extra artic.ſint interrog.

Quo autem,vt poſſit pars formare inreerogatoria,debet eidem parti dari copia articulorum,ſi eam petat, Iaſ. in l.1.nu.17.ff.ſi cert.pet. Innoc.Hoſtien.Bal. Imol. Abb. Aret.& Felyn.in cap.per tuas,extra de teſtibus, Gail. obſeruat.95.nu.6.licet ſi copia ipſa data non fuerit, valebit tamen teſtium examinatorum depoſitio, ſecundum Hoſtien.in d. cap. per tuas, num. 5.& ibi Bald. poſt num.9. Butr.num.5.Abb.num.2. Bald. de teſtibus num. 40. & mouentur præfati DD. quia adhuc non habita copia articulorum poterit pars dicere articulos impertinentes,

quæ

Digitized by Google

quæ ratio meæ menti non ſatisfacit.

Et non ſolum danda eſt copia articulorum,vt ſupra, ſed etiam danda ſunt nomina teſtium examinandorum, adhuc vt de eorum inhabilitate poſſint formari interrogatoria,vt poſt alios habetur per Campeg. de teſtib.reg. 300.& per Veſtr.in praxi lib.6.cap.2.rubr.de teſtibus,& eorum induct.nu.18.

Quod autem dicit Ritus,vt Vicarius poſſit dare terminum ad dandum interrogatoria, concordat cum iure cõmuni,nam ſi petatur,danda eſt aliqua breuis, ſed competens dilatio ad formandum interrogatoria, ſecundum Specul.in tit.de teſte.§.iam, de interrogatorijs,num.1.& 2.vbi quod ita conſuetudine introductum eſt, Ripa in l. 1.num.41.ff.ſi certum pet.vbi quod ita in practica ſeruatur,Viu.opin.896.nu.6.allegat Put.in deciſ. 10. de teſtib. Verum ſi iudex dilationem conceſſiſſet ad dandum interrogatoria, & ea pendente teſtes fuiſſent examinati, tunc non dicuntur nulliter examinati,ſed veniunt repetendi, vt voluit idem Puteus in deciſ.317.lib.2. de quo meminit Viu.vbi ſupra.

De his,& alijs in materia.vide late Farinac.de teſtib.q. 73. vbi ponit materiam interrogatoriorum, examinando teſti faciendorum,quæ, & qualia ſint per iudicem admittenda,quibuſue teſtis ipſe reſpondere teneatur, quando ſine interrogatorijs a parte datis examinatus probet vel non.

In hac tamen Ciuitate de ſtylo Regiorum Tribunaliũ huiuſmodi interrogatoria non ſunt in vſu.

RITVS XXX.

a ITem quando extra Ciuitatem committitur teſtium *a* receptio, non exprimuntur nomina teſtium examinandorum, niſi coram Commiſſario,quod etiam ſeruat Curia Romana.

SVMMARIVM.

1 *Nomina teſtium examinandorum coram deputato nõ exprimuntur coram committente.*
2 *Commiſſio,vel deleg.quid importet, ſi ſub nomine proprio fiat, vel dignitatis, & nu 6.*
3 *Examinatio teſtium committi à iudice prohibetur.*
4 *Teſtes ſunt per iudicem examinandi.*
5 *Remiſſoria vbi non concedatur niſi antea ſit exhibita nota teſtium nomina examinandorum continens.*

RItus iſte venit ad declarationem præcedentis, & non recipit commodam diuiſionem,vt ex ſe patet, & formam iſtius commiſſionis per extenſum videas in Spe.titu.de teſte,§.qualiter autem,ver.poteſt etiam hoc, de qua commiſſione dixi in Ritu præced.in glo. 1.in ver. & fiet commiſſio.

¶Curia Romana,vt probat tex.c.2.§. teſtes, de teſtib. lib.6.vbi nomina teſtium repulſandorum tantum exprimuntur,& non nomina teſtium examinandorum, quæ ſi 1 coram Commiſſario poſtea petantur à volentibus illis vti tenentur edere eorum nomina,& cognomina ante productionem,glo.in l.1.§.editiones,in fi.glo.ma.ff.de eden.quam Bald.in l.fin.col.9. ver. extra quæritur, C. de eden.poſt Gul.de Cun.in l.edita, C.eod.intelligit, niſi daretur ſuſpitio de ſubornatione, quia tunc non darentur nomina,niſi receptis dictis teſtium, vt per Petr.de Anch. in cap.qualiter,& quando,lo ſecondo, no.20.de accuſat. vbi dixit,quòd ſecundum hoc non eſſet neceſſarium citare inquiſitum ad videndum iuramenta teſtium, & tamen communiter dixit ſeruari contrarium, vide Felyn. in cap. 1.col.7.in princ.de prob.Ego vero ſolitus ſum ſic practicare,quando dubitatur de ſubornatione,vel de incutiendo timore teſtibus expedire feci citationem ad videndum iurare teſtes, & in dicta citatione non feci apponere nomina teſtium citandorum,ſed ab extra liſtam curſori cõſignare feci nominum ipſorum teſtium,vt illos citare potuiſſet,& poſtea teſtibus comparentibus eiſdem iuramentum deferri feci in præſentia inquiſiti, & illos, qui erant ſuſpecti,vel de ſubornatione, ſubtractione, &c. non permiſi recedere,niſi prius depoſuiſſent, & tali practica fuit conſultum quæſtioni,& quærenti,quod no.& in Ciuitate Neap.quando fit nominatio extra Regnum, iuxta terminos Reg.pragmat.incip.poſt prædictas,tenetur nominans edere nomina teſtium, alias non admittetur nominatio,pro quo eſt Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ mihi fol. 98.in prin.& no.quòd nomen iudicis, à quo in reſcripto commiſſionis appellationis non eſt de neceſſitate exprimendum,Phil.Fran.in rub.de app.extra col.2. verſ. circa ſecundum,& in cap.oblatæ, 1.not.per eun.eo.tit. & ſi erretur in nomine rei,contra quem reſcriptum impetratur, per eundem in cap.fin.in princ.de for.compet.lib.6. & ſi aliud nomen fuerit expreſſum in impetratione beneficij, vitietur impetratio, Felyn. in capitulo in noſtra corte, 37. fal. 4. de reſcrip. & vide rationem per Panorm. in in cap.ſignificante,in fin.de reſcript.& per Philip.Fran.in cap.Romana.§.cum autem,in prin.de app.lib. 6. faciunt no.per And.de Iſer.ſu.cap.1.§.moribus, in fin. ſi de feud. fue.defun.mil.controuer.ſu.quæ vltima licet extra materiam inſeruient,vt ſcias deciſio.particularem, interrogatus,aſſignare,& non reputaberis pauper Doctor, quia reſpondens per generales deciſiones videtur ſequi morẽ pauperum Doctorum,Fel.in cap.placuit,col.5.in fi. de præſcrip.hodie vero in Vrbe clauſula, quæ ſolet apponi in ſupplicationibus beneficiorum, videlicet, cum mutatione nominum,& cognominum, vt plurimum ſolet deleri illud,nominum, adeo,quod in literarum expeditione non poterit nomen expreſſum mutari, ſed fieri ſolet reformatio, & in illa datur data currens, & non prioris
2 ſupplicationis;& ſi fiet commiſſio expreſſo nomine pro-
C prio, *c* vel dignitatis, quid importet, vide tex.c.quoniã Abbas,de off.deleg.& aliquando nedum nomina, ſed cognomina debent exprimi,c.fi.& ibi gl.in ver. nominis,de reſcr.c.2.& ibi gl.in ver.nomina,eo.tit.lib.6.cap. licet ex quadam,in fi.de teſt.l.certum, ff.ſi cert.peta.& ſi nomina teſtium dedi, an poſſim aliqua ex eis detrahere, Bald.in l. fi.in vlt.lect.C.de eden. Albericus Oliua.

a ANN. Committitur teſtium receptio, plura de remiſſoria teſtium delibaui in Ritu 22. ſupereſt modo alia ſubiungere ad hunc Ritum propius accedentia,ſit autem 3 hoc primum,quòd examinatio teſtium in cauſa criminali à iudice committi prohibeatur, iuxta auth. apud eloquentiſſimum,& illic Cyn.Bald.& Salyc.C.de fid.inſtrum.gl. in clemen.1.verſ.Ciuili, & eſt bonus text. de offic. deleg. Quod etiam de iure conſtit. Regni ſancitum reperitur in conſtit.in pecuniarijs litibus,ob idque debeant teſtes adi-
4 re iudicem teſtimonium dicturi; tametſi eorum incolatus procul ſit à loco habitationis iudicis, exceptis ſenibus, aut valetudinarijs, alijſque paucis,per cap.ſi qui teſtium de teſtibus; conuenit enim, vt iudex attente intueatur, qua voce, quavè titubatione teſtes deponant, iuxta cap. quoniam contra,de proba. & ex illa trepidatione, aut titubatione,vel exinanitione, valeat teſtimonij veritatem excerpere,& indagare,cap.teſtes,3.quæſt. 9. quam quidẽ ob cauſam vidi ſeruatum in ipſa Curia Archiepiſcopali, præſertim his temporibus, ſemper ſcilicet fuiſſe denegatam remiſſoriam,niſi pro teſtibus legitimè impeditis, ac proinde nõ credo vbique ſubſiſtere, quod Milis affirmat, vt de conſuetudine ſeruetur contrarium in ſuo Reperto. in verb.teſtes in criminali, Viuius tamen in lib. 1. comm. opin.defendere nititur,vt non ſolum teſtium extra prouinciam degentium audientia committatur etiam in criminalibus,in verbo teſtium examinationem,limit. 1. verũ etiam teſtium exiſtentium in eadem Ciuitate, ea freti excuſatione, q illorum depoſitionibus intereſſe nequeant, ob multitudinem negociorum, in cauſis autem ciuilibus con-

Digitized by Google

conceditur regulariter, vt fiat commiſſio ad recipiendos
teſtes, l. iudices, C. de fid. inſtrum. præſertim in Regno, ex-
ceptis cauſis feudalibus, alijſque magni valoris, per addu-
ctam conſtit. & Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ 158. Item
ſeruat ipſa Curia, vbi Carauita permulta cumulat huc tá-
gentia, & Troyſ. ſuper Pragm. 9. de ordin. iudic. incipien-
te, reſponſionibus, num. 4. Dummodo vltra dietam inco-
latum habeant, quia ſi infra neque delegaretur, per alium
Ritum 141. Item quod Curiæ, cuius verba licet reſpiciāt
cauſas criminales, de ciuilibus tamen intelligenda eſſe
interpretatur inibi Carau. num. 2. & ita eum legit Troyſ.
adducta Pragmat. nu. 5. in fi. Abb. Io. Hier. Camp.

b Nomina teſtium nouiſſimo autem tempore, quo Illu-
ſtriſſimi Cardinalis Geſualdi, & Paſtoris, omnis quidem
eſt cogitatio in diuino cultu, quam optimè exercendo,
rectaque iuſtitia enixè exhibenda, vt humanæ con-
iunctionis ſocietas in hac potiſſimum Ciuitate muni-
fice, & æquè ſeruetur, cuius itidem officiales in omnibus
non niſi conſultiſſimè incedunt. Vidi ſæpius, ac paſſim re-
5 miſſorias non alias concedi ad inquirēdum, vel pinguius
probandum contra inquiſitum, niſi antea nota exhibita
in ipſa Curia nomina teſtium legitimè impeditorum cō-
tinente, vt cautius procedendo, cognoſci melius poſſit,
an ſubdolè illa petatur; Articuli verò ſemper in ipſa Cu-
ria præſentantur, & includuntur in commiſſione, non
quidem, vt eorum tenor inſeratur in illa, ſed in alio deſcri
pti folio tranſmittantur incluſi, vt ſcribit Carau. Ritu
158. in princ. Abb. Io. Hier. Camp.

c Nomine proprio. Adde Pariſ. copioſè tractantem in
6 tract. reſignat. benef. lib. 1. q. 11. à num. 12. & communis
eſt reſolutio, vt delegatio facta alicui ſub nomine proprio
intelligatur perſonalis, ac propterea expiret per illius
obitum; ſed ſi eius nomen Dignitatis eſſet expreſſum, non
extinguatur, atque ideo tranſeat ad ſucceſſorem delega-
tio, vt omnes concludunt, ac præſertim Dec. in cap. quo-
niam Abb. num. 13. de offic. deleg. Dubium tamen non
minimum apud omnes exiſtit, quoties fuit vtrunque no-
men appoſitum, quo quidem caſu omnes proculdubio
cenſent hanc delegationem eſſe perſonalem, cùm nomen
proprium præcedit, eſtque communis opinio, teſte Beroo
in adducto cap. nu. 91. & Dec. nu. 41. alij autem id exten-
dunt, etiam cum nomen proprium ſubſequitur, vt illic
Imol. nu. 25. in fi. eamque in puncto iuris veriorem dicit,
& ſubſtentabilem, Bero. nu. 92. Abb. Io. Hier. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Quando iudex committit audientiam teſtium in partibus, Ant. Gabr. in tit. de malafi tract. com. opin. Quando eſt infra dietam non committitur, l. 1. ff. ſi quis caut. ratio quia reperiuntur de propinquo, & poſſunt venire, & ceſſat diſpoſitio l. 3. §. fin. ff. de teſtib. per quam expreſsè prohibent teſtes longo itinere detineri in criminalibus, non remittitur audientia teſtium, nec infra dietam, auth. apud eloquentiſſimum, C. de fide inſtrum. conſt. Regn. in pecuniarijs, & Camp. in c. Regni cum ſceleratis, nu. 27. & latiſſimè Auend. lib. 2. de exequendiſ mandatis, c. 17. vbi prædictam regulam vndecim limitat modis audientia teſt. nec committitur in repulſa, Capyc. in deciſ. 55. Carau. in ritu 146. num. 1. quia eſt odioſa. In quibus cauſis committatur audientia teſtium, vide Scaglion. in Ritu 140. num. 1. licet in cauſis ciuilibus regulariter cōmittatur, l. iudices, C. de fid. inſtr. & d. conſtit. Regni in pecuniarijs, fallit, vt hic cap. in cauſa ardua, vel vbi teſtes eſſent ſuſpecti, vel tractaretur de cauſa feudali, teſtatur Carau. in Ritu 158. nu. 3. per Greg. Sic. in tract. de vita, & militia, q. 27. in tit. de iud. cauſa feud. vbi dicit attēdi mores, & conſuetudine loci, d. l. 3. §. fin. vbi glo. ff. de teſt. glo. in cap. illud, 12. diſtinctio. quando, & quibus cauſis committatur audientia teſt. Viu. in comm. opin. 927. & 928. Ioan. Grat. Hiſpan. in reg. 260. quando fit commiſſio audientiæ teſtium in partibus quis citabit poſtea, Barth. de Cap. in ſing. 86.

Loci inſpectio ſumptibus cuius fieri debeat, de communibus vide alios caſus per D. de Franch. deciſ. 332. ad materiam, Anna ſing. 519. quod ſumptibus petentis vocatur ad iudicium ad deponendum de propria patria in aliam, quod ſalarium eis debeatur pro eorum dietis, & quomodo Pedam. Cacher. deciſ. 137. nu. 6. cum de iure tenentur principales teſtibus facere expenſæ, & viatica dare, cap. ſtatutum, §. fin. de inſcript. in 6. & q. 3. §. in criminali, ſequitur Bolog. conſ. 27. nu. 13. melius Did. Perez ſuper ord. ll. Regni, Caſt. lib. 3. tit. 11. verſ. notandum, fol. 677. expēſę quas quis domi ſuę fuiſſet facturus, an debeāt computari, ſeu deduci à taxa expenſarum, Guid. Pap. dec. 625. Nomina autem teſtium an ſint edenda vi, gloſ. in c. 2. de teſtibus in 6. Bald. in cap. per tuas, eodem titu. & Triuiſ. deciſ. 44.

RITVS XXXI.

a ITem valet termini aſſignatio abſente parte altera, quæ poſtea ratificat. a

SVMMARIVM.

1 *Terminus datus abſente altera parte, quando ſubſiſtat.*
2 *Terminus eſt concedendus parte citata.*
3 *Conſenſus partis ſummum in iudicijs obtinet locum.*

RItus iſte ſeipſum ſummat, & intellige lite prius con-
teſtata, prout dixi in Ritu 28. ſupra in prin. & ita
loquitur Feder. de Sen. conſ. 289. in princ. & videtur ibi
concludere, ꝙ etiam non ſequuta partis ratificatione
1 tenebit dilatio: quod intelligerem, quando dilatio fuiſſet
poſtea alteri parti intimata ex commiſſione iudicis, cuius
authoritas multum operatur, vt per Fely. in c. quoniā con
tra, col. 11. num. 20. verſ. ſecunda concluſio, de proba. &
nihil dixerit regula, qui tacet, de reg. iur. lib. 6. de quo per
Fel. in cap. nonne, a .col. vſque ad 5. de præſum. in c. cum
M. col. 18. de conſt. & per And. de Iſer. in cap. 1. §. præte-
rea, quib. mod. feu. amit. & eſt vna ex deciſ. Sacri Conſilij
in collectis per Dom. Matt. de Affl. num. 328. & intellige
in caſibus, in quibus requiritur litis conteſtatio, de quibus
in d. Ritu 28. & 23. In Curia tamen Archiepiſcop. Neap.
ſtatim lite conteſtata, quando eſt conteſtanda datur par-
tibus præſentibus, terminus ad probandum, & defenden-
dum, & iuratur de calumnia, & ita practicaui. Albericus
Oliua.

a ANN. Ratificet. Quia termini datio eſt actus iudicia-
lis, per Spec. in tit. de dilat. §. nunc videamus poſt num.
primum, & Maran. in ſua prax. par. 6. actu 8. nu. 43. & in
ſingulis actibus iudiciarijs debeat fieri citatio, vt inquit
And. de Alfer. conſ. 12. nu. 19. & Maran. par. 6. memb. 1.
num. 4. ideoque fit, quòd citatio requiratur quotieſcunq;
2 conſtituitur terminus probatorius, quæ niſi præcedat, ſal-
tem ſubſequi debet, atq; altero ex his duobus modis paſ-
ſim vtuntur Curiales apud Regia Tribunalia, vt, vel an-
tea moneant partem aduerſam, ad comparendum coram
iudice, vel ei notificari procurent inſtantiam factam pro
termino, aut ſaltim, vt aſſignatus terminus intimetur, &
multo conuenientius hic terminus datus abſente parte,
3 eius ſubſequente ratificatione conualidabitur, vt ſcribit
Speculator adducto loco, partis enim cōſenſus ſummum
in iudicijs obtinet locum, atque adeo, vt etiam teſtium
inualidas atteſtationes corroboret, ex Bald. in l. fin. nu. 1.
C. de teſtib. & copioſè Aduena regula 23. lib. 1. Abb. Io.
Hieron. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Iſte Ritus vult, quod poteſt aſſignari terminus abſente altera parte, quæ poſtea ratificat, vnde ſi non ratificat, talis termini aſſignatio vtique non valebit; nam agitur
de

Digitized by Google

de præiudicio ipſius partis, cuius ratificatio omnino debet eſſe, nam in præiudicialibus citatio in quolibet negotio requiritur, l. de vnoquoque, ff. de re iudic. l. nam ita diuus, ff. de adopt. l. ſi quando, C. de teſtam. c. cum olim, de teſtibus.

RITVS XXXII.

a ITem ſolet pars citari ad publicandum, *a* vel
b concludendum, *b* & alias ad producendũ.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio non impedit teſtes recipi, niſi didicitis teſtificatis.*
2 *Publicatio non eſt de ſubſtantia.*
3 *Concluſione facta nemo loquatur.*
4 *Iudex ex cauſa poteſt admittere aliquam facti probationem poſt concluſionem.*
5 *Concluſio non eſt de ſubſtantia.*
6 *Terminus ad impugnandum Neapoli datur poſt concluſum.*
7 *Scriptura produci non debent poſt concluſionem.*
8 *Actuarij officium ab Epiſcopo vendi poteſt, & quomodo emi debeat, & nu. 12.*
9 *Publicatio eſt facienda vtraque parte præſente.*
10 *Concluſio proceſſus an ſit facienda.*
11 *Concluſio quot modis fiat.*

ISte Ritus non patitur diuiſio, & ſeipſum ſummat.
¶Ad publicandum. Poſt quam publicationem teſtes non recipientur vlterius regulariter, cap. de teſtibus, in fi. cap. intimauit, cap. fraternitatis, in princ. de teſti. plenè per Panorm. in alleg. cap. fraternitatis, colum. 5. ver. ſed
1 circa prædicta, de teſtib. ſed q́ ſola publicatio, non didicitis teſtificatis, nõ impediat alios teſtes recipi, tenuit Alex. in conſ. & Fran. de Are. in alleg. cap. fraternitatis, prout refert reperto. ad Fel. in ver. publicatio ſola teſtium verũ. quod crederem verius, & non immeritò ritus dixit, ſolet pars citari, quia licet gloſſ. in l. prolatam, C. de ſen. dicat iudicium fore nullum, omiſſa publicatione: tamen Bald. in tit. ſi de inue. int. do. & val. liſoria. cap. 1. colum. 2. in fi. verſ. extra quæro vtrum, illam reprobat, & concludit, q́ non ſit de ſubſtantia iudiciali, & q́ in Rom. Curia ſeruatur, q́ feratur ſententia teſtibus non publicatis, & differtur publicatio vſque ad tertiam ſententiam, ad hoc, vt nõ generetur præiudicium in teſtibus producendis in cauſa appellationis, & ſic partes procedunt clauſis oculis, & in iudice tantum ſedit ſcientia veritatis, & ſcripſi verba formalia, quia ſunt no. & dixit Panorm. in cap. cum I, & A. col. 3. ver. & no. ſingulariter, de re iud. q́ publicatio at-
2 teſtationum eſt de iuſtitia, & non de ſubſtantia, & imputetur parti, ſi illam non petijt, & non tenebit ſententia prolata ſine publicatione teſtium, firmat Bart. in alleg. c. prolatam, ver. quæro, plenè proſequitur Felyn. in alleg. c. I. & A. num. 1. & ibi ſubiungit poſt Inno. q́ ſi fuerit petita publicatio, & negata, quòd ſententia tenebit, & imputabitur parti, quæ non appellauit, vide Panor. in c. cum dilectus, no. 3. de fid. inſtrum.
3 ¶Concludendum. Solet dici, q́ poſt concluſum nemo debet loqui, claudit enim os concluſio in cauſa, de quo dicendum, prout dixit tex. c. cum dilectus, de fid. inſtrum. c. auditis, de procu. c. quoniam contra, de prob. c. cũ Ioãnes, de fid. inſtru. dicitur enim liquere cauſa poſt concluſum, glo. in c. ſignificauerunt, in ver. liquere, de teſti. nec fiet compromiſſum virtute Regiæ pragmaticæ, odia, Bal. in l. ſi pro ea, q. 6. C. man. nec reuocabuntur attentata, qnamuis priuilegiata, DD. de Rot. deciſ. 56. in no. & plurimos effectus, quos inducit, vide per Fel. in alleg. c. cum dilectus, in prin. & col. 6. in prin. vbi, q́ ſi petatur dilatio ad producendum iuris allegationes poſt concluſum non dabitur, ſed poterit ore allegare, quia quoad hoc os non clauditur, vt per Bal. in auth. iubemus, vlt. col. de iud. ſed ſi non petatur dilatio, poterunt poſt concluſum præſentari, quod dixit bene no. & erit in cauſa concluſum, quando à partibus omnibus probationibus fuerit renunciatum, vt per d. Card. in cap. paſtoralis, de cauſa poſſ. & prop. & de pluribus modis, quibus in cauſa concluditur, per gl. & Scrib. in ver. concluſum, alle. c. cum dilectus, ta-
4 men ex cauſa poterit iudex poſt concluſum admittere aliquam facti probationem, vt eſt tex. alleg. cap. paſtoralis, & ſi fuerit pars cum iuramento admiſſa ad producendum teſtes, quos dicebat ad ſui notitiam de nouo peruenisſe, & deinde ex aduerſo fuerit probatum illos antea fuiſſe ſibi notos, examinatio corruit, Paul. de Caſtr. in l. ſi cum patruo, C. com. vtr. iud. quem refert, & ſequitur Fel. in c. paſtoralis, col. 12. verſ. limita tertio, de excep. de quo
5 dixit nunquam debere obliuiſci, & talis actus concluſionis non erit actus ſubſtantialis, nã illud de ſubſtantia appellamus, quo remoto, remouetur, & corruit actus, glo. in ver. concluſione, in clem. ſæpè, de verb. ſign. Io. And. in add. Spe. de renun. & conclu. in prin. & plenè per Bart. in l. prolatam, C. de ſent. & interlo. in quibus locis concluditur, q́ ſit de iuſtitia, & non de ſubſtãtia actus, ideſt, q́ fieri debet, ſi tamen non fiet, non vitiabitur actus, i. ſententia, & proceſſus propter hoc, quia ſaperet iniquitatẽ, & non nullitatem, licet contrarium no. addi. in ſi. deciſ. Ro. 5. in no. vnum tamen ſemper not. q́ per regulã Cancellariæ Apoſtolicæ 36. incip. item ſtatuit, & ordinauit, deciſum eſt, q́ ſi obtinui commiſſionem de iuſtitia à Summo Pontifice alicuius cauſæ, & ſi conſiſtorialiter fuerit mihi conceſſa, & ad mei inſtantiã alicui cõmiſſa, in qua cauſa prius fuerat facta cõcluſio, & de concluſione implicitè, vel explicitè mentionem faciam, niſi expreſsè dictæ cõcluſioni derogatum fuerit, nihil mihi conceſſum eſſe intelligitur, & ideo licet in cauſa beneficiali nihil operetur concluſio, quia poſt illam poſſum & inſtrumenta, & teſtes producere, per all. cle. ſæpè, tñ ſi tali concluſioni expreſsè nõ fuerit derogatum, impetratio à me facta corruet: & ſimiliter ſi poſt concluſionẽ in cauſa iudex admittet aliqua inſtrumenta, partibus præſentibus, tacitè reuocat concluſionẽ tanquam interlocutoriam, Phil. Dec. in c. 1. col. 4. ver. illud etiam, de iud. Fel. in alle. c. cum dilectus, col 3. ver. 17. poſt Panor. in c. quoniam contra, col. 13. de prob. in tantum, quòd iterum debet in cauſa concludi, Bellam. deciſ. 55. & 57. Scias etiam, quòd Ro. in deciſ. 165. in ſi. in no. incip. latis tribus ſententijs, decidit æquitate Rotæ ſuadenti, q́ poſt concluſum recipiantur teſtes, & inſtrumenta, etiam in cauſa profana, non obſt. cap. cum dilectus prælleg. ex æquitate, alleg. cap. paſtoralis, de cauſa poſſ. & propr. & ideo vſurpatum eſt in Sac. Reg. Conſ. ad euitandos huiuſmodi circuitus, ar. cle. auditor, in ſi. de reſcr. Phil. Dec. cõſ. 409 nu. 15. quòd concluſio ſit in forma, ideſt, ſalua ſcripturarum præſentatione, & præſentantur poſtea inſtrumen-
6 ta, & ſcripturæ, & etiam datur terminus ad illa impugnãdum, ſi fuerit petitus, ita concluditur in deciſ. Sac. Reg. Conſ. in collectis per Do. Matt. nu. 115. in qua alleg. deciſ. Ro. cor. prælleg. 271. & 272. in qua q́ ſcripturæ priuatæ non admittuntur, pro quo vide Phil. Dec. in c. 2. col. 12. de prob. & iſtud nomen, concluſio, non reperitur de iure ciuili, ſecundum Bald. in cap. cum in iure, de off. deleg. ſed renunciatio ſic.
¶Ad producendum. Scilicet, inſtrumenta, & alias ſcripturas, vt infra Ritu proxi. & vt ſciatur vtrum exhibita ſint tempore competente, nam poſt concluſum in cauſa
7 regulariter produci non poterunt, cap. cum dilectus, de fid. inſtr. glo. in ver. productiones, in c. quoniam contra, de prob. dixi plenè in proxi. præced. glo. & quòd inſtrumenta ſint producẽda coram iudice, & non coram notario, quia fides debet fieri iudici, & non notario, vel tabellioni, no. in l. iubemus, C. de libe. cauſa. l. hac cõſultiſſima, §. 1. C. de teſtam. concludit Bald. poſt Imo. contra Bart. in auth. quæ ſuppoſitio, 2. not. C. de precib. Imper. offeren. ſubiun-

Digitized by Google

ſubiungens hoc eſſe verum, niſi tabellio habeat in hoc
commiſſionem à iudice, quæ commiſſio traditur notario,
ſeu actuario, regulariter, quando ſibi cõmittitur officium
actuarij, ſeu ſibi illud venditur, quod vẽdi poteſt ab Epi-
ſcopo in ſua diœceſi, & Tribunali, vt per D. Card. Alexã.
8 aliàs Præpo. in cap. quos conſtiterit, col. 2. 1. q. 1. Syluam
nuptialem fol. 23. col. 2. in fi. & ſi producantur inſtrumen
ta ante litis conteſtationem, debent poſt in iſto termino
reproduci, aliàs non probabunt, Alex. conſ. 3. colum. pen.
in princ. vol. 2. & ſi in iſto termino fuerit producta copia
inſtrumenti de ſe non probans, & poſt terminum produ-
catur originale, probabit, quia retrotrahitur productio,
Phil. Dec. conſ. 467. nu. 15. & ſi producantur literæ teſti-
moniales alicuius notarij rogati de inſtrumento, ſi in illis
non fuerit ſcriptum, ꝙ tabellio ſcripſit hoc præſens in-
ſtrumentum, quod incipit ſic, & finitur ſic, nihil probant,
quia poſſet eſſe verum illum eſſe notarium, & non ſcri-
pſerit tale inſtrumẽtum, vt per Lanfran. de Oria. in repet.
c. quoniam contra, de probat. verſ. de inſtrumentorum
productione, col. 3. in prin. vbi allegat Do. Ioan. de Imol.
qui hoc dicit in cap. 1. de fid. inſtrum. plenius Socin. conſ.
33. in princip. volum. 1. Do. Philip. Dec. conſ. 36. colum. 2.
verſ. nec obſtat quòd talis, de quo copioſè in deciſio. 251.
in collectis per Dom. Matt. de Afflict. in qua allegat Ri-
tum Magnæ Curiæ Vicariæ, incipien. item ſeruat dicta
Curia, &c. fol. 102. vlt. colum. in fin. qui requirit, quod
per extraiudicialem informationem conſtet illum eſſe no
tarium, & tunc ſufficiat, & ita per illum Ritum fuit iudi-
catum in Sacro Regio Conſilio Neapolitano, referente
Magnifico vtriuſque Iuris Doctore Dom. Nicolao Maio-
rana, mihi plurimum obſeruando, contra me, qui inhære-
bam prioribus iuribus allegatis, quamuis in inſtrumento
non fuiſſet ſcriptum, & ſcripſit hoc iuxta doctrinam Do.
Ioan. de Imol. præalleg. in alleg. cap. 1. de fide inſtrumen-
torum, & iſta ſunt multum notanda, quia ſunt quotidia-
na, & quaſi continuo in foris verſantur, ideo diligenter
vide Ritum ſequentem. Albericus Oliua Iuris vtriuſque
Doctor eximius, & Rituum Archiepiſcopalis Neapoli-
tanæ Curiæ infallibilis norma, ac etiam totius practi-
cabilis ſcientiæ indagator ſubtiliſſimus, lucernaque ful-
gentiſſima.

a ANN. Citari ad publicandum. Namq; indubitabile
9 eſſe conſtat, ne publicatio fiat, niſi vtraque parte præſẽte,
aut altera citata, & contumaciter abſente, per Specula. in
tit. de teſt. §. ſatis vtiliter, nu. 1. ſuccurrit tex. in l. in cauſæ,
§. cauſa, ff. de minor. & Bald. expreſsè in l. geſta, nu. 7. C.
de re iud. quòd in Regno minimè ſeruatur, eo quod vigo-
re Pragm. incipientis, curſu dilationum, fit ipſo iure pu-
blicatio poſt quatuor dies à lapſu termini probatorij, niſi
infra illos verificauerit aliquod iuſtum impedimentum, &
hoc ſeruari hodie, affirmat Marant. in ſuo ſpecul. par. 6.
actu 11. num. 3. idque conſtabiliri poteſt per Ritum Mag.
Curiæ Vicariæ idem dicentem in Ritu 72. Item quod èla-
pſo termino, & nihilominus credo Marantam errore la-
pſum circa nouiſſimam obſeruantiam, quam ipſe atteſta-
tur in hac re, ſiquidem contrarium non ſemel in Regijs
Tribunalibus practicaui, atq; vſu receptam fuiſſe ante di-
ctam diſpoſitionẽ iuris communis, quamue hodie ſeruari,
atteſtatur Carau. in citato Ritu ante núm. 1. nam quan-
doque fit citatio ad publicandum, vt in Regio Conſilio,
quandoque verò notificatur inſtantia ab altera parte fa-
cta ſuper publicatione facienda, vt in Magna Curia; Qui-
bus autem ex cauſis fiat publicatio, reliquauè hanc rem
tangentia, explicarunt Marãt. & Carau. adductis in locis.
Abb. Ioan. Hieron. Camp.

b Vel concludendum. Bernar. Pan. ſuper pragm. 1. de
10 ordin. iudic. num. 153. multorum afferens authoritates
aſſeuerat concluſionem proceſſus receſſiſſe ab aula, quod
quidem veritate niti non arbitror, cùm illam de ſubſtan-
tia iudicij eſſe, affirmet Fely. in cap. cum dilectus, num. 33.
de fid. inſtrum. glo. in clem. ſæpe, verſ. cõcluſione, de verb.
ſignific. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 35. num. 8. &
concinit Rot. deciſ. 5. ſi poſt concluſionem, ſeu prima de
teſtib. in nou. & quatenus autem non eſſet de ſubſtantia
iudicij, iuxta ſententiam Abb. in cap. cum I. & A. num. 12.
de ſent. & re iudic. & cap. cum dilectus, nu. 1. de fide inſtr.
& Rom. conſ. 176. iſtæ ſunt, nu. 11. nihilominus illam de
conſuetudine ſemper fieri, certiſſimum eſt, vt ſcribit Ma-
rant. par. 4. diſt. 9. nu. 23. & par. 6. actu 15. nu. 9. vt propte-
rea dicendum ſit, ratione conſuetudinis illam minimè
prætermittendam eſſe, eamque teneatur ob conſuetudi-
nem iudex facere in ordinarijs cauſis, in ſummarijs verò
ſit arbitrarium, authore Zabar. in clem. ſæpè, §. & quia,
num. 20. de verbor. ſignif. Capyc. deciſ. 1. nu. 23. & Maran.
indicatis locis, non tamen omiſſa vitiat, etiam ſi de ſub-
ſtantia foret, per Nico. Grauat. in annot. ad Veſtrium lib.
7. cap. 1. nu. 30. & colligitur ex deciſ. Rotæ allegata, dum
ſimpliciter affirmat, illam eſſe neceſſariam, fit autem ipſa
11 concluſio multis modis, quos referunt Aret. in c. quoniã
contra, col. 8. de probat. & Carau. ſuper Ritu 149. Item,
quòd in quacunque cauſa, nu. 4. Et in Regno fit ipſo iure,
iuxta pragm. Curſu dilationum, vt minimè oporteat in-
ſtare pro concluſione, verum, vt declaretur eſſe factam, in
qua quidem reſolutione reſidet Maran. actu nuper addu-
cto 15. nu. 1. eius autem reſolutioni ipſe non adhæreo;
propterea quod communiter fit per iudicis interlocuto-
riam, ex dictis per Carau. alleg. Ritu poſt nu. 4. & præce-
dente citatione ad concludendum, aut intimatione inſtã-
tiæ ab altera parte facta pro concluſione, ſicuti ex reuolu-
tione plurimorum proceſſuum obſeruatũ fuiſſe agnoui,
idq; Romæ ſeruari, refert Veſtr. in ſua prax. lib. 7. c. 1. poſt
nu. 11. ſi tamen ipſa omitteretur in Regno, non propte-
rea crederem vitiari proceſſum, tum quia de iure etiam
ita cenſui, tum præterea ex authoritate Capyc. ita ſentiẽ-
tis de iure Regni, in adducta deciſ. ea ex ratione, quòd in
ſummarijs illa de neceſſitate non præexigitur, vt inquit
Alex. conſ. 84. Conſideratis poſt nu. 12. vol. 4. & Bellam.
deciſ. 55. nu. 2. Socin. ſenior conſ. 190. meminí, nu. 7. vol. 2.
Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 35. nu. 11. & glo. commu-
niter approbata in clem. ſæpe, verſ. ſententiam, de verbo.
ſignif. & iam conſtat in Regno omnes cauſas eſſe ſum-
marias, ex his, quæ annotaui ſuper Ritu 23. num.
Abb. Io. Hieron. Camp.

c ¶ Vendi poteſt. Conſulo tamẽ volentibus illud emere,
12 vt emant durante vita Epiſcopi, non autem ipſius emen-
tis; quia morte prælati venditoris extingueretur emptio,
atque ipſe non amplius eſſet actuarius illo defuncto, vt
deciſum fuit in Sac. Reg. Conſ. per Affl. deciſ. 101. Archie
piſcopus; & refert, ac ſequitur Reſtaurus in tract. de Im-
per. eligen. q. 114. 2. facie, ver. & ſi Imperator conceſſit, fo.
246. ac Dom. de Franch. deciſ. 165. Illuſtris nu. 7. Quorum
tamen reſolutionem non video vſu probatam, præſertim
in Curia Archiepiſcopali Neapol. vbi alienatur ad vitam
emptoris, idque ea ratione procedere opinor, quod res
eccleſiaſtica ſolita alienari, poteſt per beneficiatum alie-
nari abſque vlla ſolemnitate, ſeruato tamen tenore præ-
cedentis alienationis, per extrauag. ambitioſè, de rebus
eccl. non alien. & cap. 2. de feud. vbi DD. communiter, ac
præſertim Abb. num. 3. & Iul. Clar. §. emphyteuſis, q. 6.
Abb. Io. Hieron. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Publicatio non eſt de ſubſtantia iudicij, Capic. in dec.
1. num. 31. cuius omiſſio non reddit proceſſum nullum,
Alex. in l. prolatum, C. de ſenten. & interlocut. Guid. Pap.
deciſ. 586. Cappell. Tholoſ. q. 416. Menoch. de arbit. iud. q.
33. ſecus de iure Regio Hiſpaniarum, l. 1. tit. 8. lib. 4. reco-
pill. hecha publicacion de los teſtigos, ſic etiam in crimi-
nalibus publicationem eſt de ſubſtantia iudicij, per cu-
ius omiſſionem proceſſus eſt nullus, per Iul. Clar. in ſua
pract. q. 40. Publicatio autẽ denegata, & petita eſt de ſub-
ſtantia iudicij, ſi appellantur ab ea, & iudex non facit pu-
blicationem, proceſſus erit nullus, ſecundum glo. in c. fi.
verſ.

Digitized by Google

verſ.ceſſante de hæret.in 6. Didac.Perez in rub. titu. 11. lib.3.ad Io.Aſin.in praxi §.3. c.10.nu.10.

Similiter ſi fuerit petita, & denegata à iudice, tunc proceſſus ét erit nullus, gl.in c.fin.ver.ceſſante, de hæreticis in 6. Viuius deciſ.32.lib.1. Menoch.de arbitr. iudicum, caſu 239.

In Tribunalibus verò vbi de ſtylo requiritur publicatio, prout in Tribunali noſtro exigitur citatio ad publicandum, concludendum, & alios actus producendo, ſicut dicimus de cit.ad dicendum, & ad audiendum ſentētiam; quæ eſt de ſubſtantia, ita quod illa omiſſa, ſententia eſt nulla, & per conſequens exequutio eſt nulla, adde Afflic. deciſ.346.poſt nu.6. vbi dicit, quod ſi eſt facta citatio ad ſententiam ſine peremptoria non valet ſententia, allegat Fel. in l.conſentaneum, & in l. tres denunciationes, C. quando, & quom.iudex, immo ſi ſententia Regia, prout eſt ſententia Sac.Reg.Conſilij ſit lata ſine citatione, nulla eſt, Gramm.conſ.124.num.4. in ciuil. idem Affl. in deciſ. 283. poſt num.5. qui declarat, & diſtinguit duas ſpecies nullitatis, alteram de iure naturali, prout eſt omiſſio citationis ad dicendum, quæ eſt ſpecies defenſionis, & ſic de iure naturali, & nullitatem de iure ciuili, quæ eſt quando iudex committit aliquem actum, in quo pars non poteſt ſe defendere, Bellug.in ſpec.Princ.rub.23. verſ. ducatus, nu.4. & in tantum eſt de ſubſtantia, quod ſi iudici eſt data poteſtas iudicandi, omni ſolemnitate prætermiſſa, non debet obmitti citatio ad dicendum, Menoch.de arbit. iudic.q.17.num.8. nam citatio ad dicendum inducit concluſionem in cauſa, idem q.35.num.7. quæ citatio non ſolum debet fieri parti in ſententia diffinitiua, verum etiam interlocutoria, Viuius, qui dicit communem in opin.709. num.6. & 8. & intantum requiritur citatio partis, quæ ſi iudex faceret electionem agrimenſoris, vel calculatoris, quod ipſi electi non poſſunt procedere, niſi parte citata, Barto.in l.Theopompus, ff.de dote præleg. Bald.in l.hac edictali, §.is illud, C.de ſecund.nupt. Iaſ.conſi.200.vol.2. & ſententia lata contra procuratorem conſtitutum tali die ad comparendum, ſi feratur alia die, ſententia eſt nulla, Pau.de Caſt.in l.ſi procurator, num.1. C.de procurato. Marſ.in l.de vnoquoque, num.46.ff.de re iudic. & in ſing. 48. niſi eſſet citatus ad totam cauſam, quod tunc poteſt fieri quandocunque Butr. in cap.cum dilecti, de dol.&c. contum. & noua citatio ad dicendum requiritur, ſi die deſtinata iudex non ſedeat, Anto.Gabr. in tit.de citatione concluſ.1.amplia.23.nu.116. quod ſecus eſt, ſi ad certam horam quis fuiſſet citatus ad ſententiam, Bald. in l.cū non eo die, C.quando prouoc. non eſt neceſſ. Alex. in l.ſi finita, §.Iulianus, nu.49.ff.de damn. infect. Citatio ad dicendum ſine nomine, & cognomine iudicis, ſententia inde lata non valet, Guid.Pap.in q.451. limitatur hæc cōcluſio in 31.caſibus, in quibus non eſt neceſſaria citatio, quos congerit Maranta in ſuo ſpec.7.par.à num.5. vſque ad num.39. Gabr.in tracta.commun. opin.in tit.de citat. col.1.fol.153.

RITVS XXXIII.

a Item datis terminis ad repulſam, *a* & ad re-
b pulſam repulſæ, *b* antequam fiat concluſio peti poteſt dilatio ad producendum omnia,
c *c* & conceditur, breuis tamen, duorum, vel trium dierum, vel ſimilium, etiam ſecundum Curiam Romanam, in hac tamen dilatione producuntur ſolum inſtrumenta, cautelæ, & aliæ
d ſcripturæ, *d* non autem teſtes, ne repilogetur nouus proceſſus.

SVMMARIVM.

1 *Termini ad repulſam diſcutitur materia.*
2 *Dilationes legales quando iudex poſſit moderari.*
3 *Contractus ſubſtantia, natura, aut forma, quæ ſit.*
4 *Inſtrumentum differt à contractu.*
5 *Terminus ad repulſam debet eſſe breuis. & quid in Regno.*
6 *Repulſare teſtem à ſe approbatum nemo poteſt.*
7 *Terminus etiam datur ad repulſam repulſæ.*
8 *Terminus datur ad producendum omnia, remiſſiuè.*
9 *Scripturarum præſentatio quouſque permittatur.*
10 *Termini ad impugnandum declarantur aliqua.*

Diuiditur Ritus iſte in duas partes, ſecunda, ibi, &c. in hac, in prima concludit, quòd lapſis terminis repulſæ petenti dabitur ante concluſionem terminus breuis ad producendum omnia; in ſecunda vero, quòd in dicto termino producentur ſcripturæ tantum, & non teſtes.

1 ¶Terminis. Qui aut petuntur ad reprobandum perſonas, aut dicta: ſi perſonas tunc non conceduntur, ſi ante publicationem illud non fuerit proteſtatus, petens, niſi in caſibus expreſſis in cap.præſentium, de teſtib. ſi dicta, tunc conceduntur, quia prius illa non poterat diuinare, vt per no.per Panor.in c.ſignificauit, col.2.ver.quarta, de teſtim. & in alleg.cap.præſentium, eod.tit.vbi inuehit contra communem practicam procuratorum dicentium, proteſtor contra teſtes, & dicenda per eos, quia debet ſecundū eum dicere, proteſtor contra teſtes, quos intendo repellere; ſeu repulſare, ego vero ſum ſolitus obſeruare talem proteſtationem hoc modo, videlicet, proteſtor contra teſtes, & eorum dicta, quos, & quæ intendo repulſare, quatenus contra me diſpoſuerint, & facient, & non aliter, & tunc ſi qua dixerint in mei fauorem, mihi proderint, non obſtante ſi cap.præſentium, *præalleg.* quod vult quòd facta proteſtatione ſecundum communem practicam, & aliqua pro me dixerint, non mihi proderint, vide cap.2.de teſtim.in 6. & caut.Thom.Ferr.15.fol.102. & alleg.cap.Fel.in præſentium, & glo.in verſ.repulſæ, ſupra in ritu 29.in fi.1.par.vbi plenè.

¶Concluſio. De qua die, prout in ritu præced. in gl. in verſ.concludendum, & ibi dicta hic repete.

¶ Peti poteſt. Non dabitur non petita, quia iudex ad priuatam vtilitatem officium ſuum non impartitur, l. 4. §. hoc autem iudicium, ff.de damn.infec.plenè notaui in glo.in ver.præcipit partibus, in ritu 22.in 2. par. princ. vide ſupra.

¶Ad producendum omnia. Vide pro intelligentia no. ſupra in vlt.col.glo.in ver.ad producendum, in ritu 32. vbi ad ſaturitatem.

¶Secundum Curiam Romanam. Alludit ad deciſ. Rot. num.33.in nou.incip.quando committitur, ſed pro pleniſſima inſtructione, vide glo. ordin. in verſic. reciſiuus, in cap.cum ſit, de app. & ibi Scrib. & præcipuè Fel. in princ. vbi de dilationibus datis à lege, ſiue hominis mini-
2 ſterio, & de dandis à iudice, & quando iudex poſſit ex cauſa illas arbitrari, & moderari, cap.fin.de verbor.ſignif. cap.ſtatutum, & ibi glo.de præb.lib.6.l.2.ff.de termi. me. cap.oblatæ, de appell.

¶Non autem teſtes. Niſi daretur terminus ad ſcriptu-
c ras præſentatas, & productas impugnandum, *c* quia tunc teſtes producentur, & aut impugnabitur ſubſtantia, aut forma contractus, & quid ſubſtantia, quid natura, &c.
3 quid ſit in forma contractus, Napod.in conſuet.contra inſtrumentum, in gl.1. aliud enim eſt eſſe de natura, aliud de ſubſtantia contractus, nam pactum contra ſubſtantiam contractus vitiat contractum, ſecus ſi contra naturalia, not.in l.paciſci, ff.de pact. & in l.pacta conuēta, ff.de contrah.empt. nam de natura contractus emptionis eſt, vt res tradatur, & de euictione teneatur, de quo per Pau. de Caſt.in l.exempto, num.4.ff. de act. empt. & remiſſiuè per addi.ad Barto.in l.ſi is qui, ff.de teſtam.in litera C. & dic clarius ſecundum Bal.in prælud.feu. in 4. diuiſ. quod

natura

natura contractus nil aliud eſt quàm qualitas innata principio generationis, ex qua virtus contractus ſemper in eſſe producitur, niſi per pactum improprietur, & in l. 1. C. commod. dicit quòd natura contractus nil aliud eſt quã virtus contractus producta a propria eius ſpecie. alleg. l. pacta conuenta, & ſecundum eun. in repe. l. 1. in 2. col. C. de ſac. ecc. ſubſtantia nil aliud eſt quam ipſa diſpoſitio, & ibi tradit differentiam inter ſubſtantiam, formam, & ſolẽnitatem. de quibus plene, facta mentione de pręmiſſis, per Franciſcum Curt. in tract. feu. fol. 6. col. 2. in princ. & aliquid per Fel. in cap. ex parte. lo 2. col. 3. & ſeq. de officio
4 deleg. & quod aliud ſit inſtrumentum, aliud contractus, Philip. Dec. conſ. 17. in fin. ver. tertio principaliter, & 169. poſt prin. & vt clariorem habeas theoricam de præmiſſis dic quod ad cognoſcendum ſubſtantiam alicuius contractus ſemper debemus videre vtrum actus ille ſine illo poſſit conſiſtere, quia remota ſubſtantia alicuius actus, remouetur & ipſe actus, nam ſine ſubſtantia nihil poteſt ſubſiſtere, faciunt no. per Bart. in l. prolatam C. de ſen. & interlo. om. iud. ita in effectu no. tradit Panormit. in cap. fi. colum. ſecunda, verſ. item no. quòd omnis. de conditi. appell. eſſet enim miraculoſum accidentia remanere ſine ſubſtantia, arg. cap. cum matre §. quæſiuiſti de cele. miſſ. de quibus mirabilibus in Sacramento Euchariſtiæ, per do. Card. de Turrecre. in c. ſpecies. de conſe. di. 2. per S. Anton. Archiepiſcopum Flo. in 3. par. ſum. ti. 13. c. 6. ver. duodecim autẽ fol. 162. & per eun. d. Card. in c. peracta. de conſe. di. 2. confirmatur iſta theorica per no. a Ioan. de Imo. poſt Zenze. in clem. cauſam. col. 16. ver. item quia ſecundum eum. de elec. dicentem illa eſſe de ſubſtantia actus, quæ contemporanee cum actu introducẽdo, concurrunt, ſeu concurrere debent, non quæ poſt actum originatum interueniunt. l. cum hi §. ſi prætor. ff. de tranſac. l. Fulcinius. §. quid ſi autem latitare. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. eſt text. in cap. cũ terra. de elect. & in l. vniuerſa. C. de prec. Imper. off. plene per Fel. in c. quoniam frequenter col. 5. in prin. vt lit. nõ conte. & plenius in cap. cum dilecta. col. 7. & 8. ver. quartum ſignum de reſcrip. vbi omnino videas remiſſiones, quomodo cognoſcantur ſolemnitates ſubſtantiales, & ritus iſte fuit ſumptus a glo. in ver. producendis. in clem. ſæpe. §. & quia poſitiones de ver. ſignifi. & a no. in cap. peruenit l. 1. de teſti cog. vbi Panor. 2. no. alleg. l. teſtium C. de teſti. & Zaba. in alleg. §. & quia quæſt. 12. & Bart. in l. in fraudem §. neque. ff. de iu. fiſ. ver. fi. in quibus locis, quia diuerſæ not. opi. ritus, illas decidens ſtatuit non eſſe in iſto termino teſtes producendos, quod facere potuit, prout no. in fi. proce. & rationem adducit ritus, ne repilogetur nouus proceſſus, ſeu verius, vt euitetur timor ſubornationis, prout dixit Zaba. in alleg. q. 12. Albericus Oliua vtriuſque iuris Doct. & Rit. Archiepiſcop. Cur. Lucerna.

a AN. Ad Repulſam. Poſt publicationem proceſſus ſolet pars inſtare pro termino ad repulſam iuxta Pragmat. Regni curſu dilationum quæ eſt 1. ſub Rub. de ordin. iudic. dummodo ante publicationem ipſam, ſit ille proteſtatus contra teſtes per c. præſentiũ, vbi Abb. de teſtib. Menoch. de arbit. Iudic. lib. 2. caſu 239. num. 2. Troyſ. ſuper dicta Pragm. nu. 15. Afflict. dec. 351. Bis fuit dubitatum nu. 8. vbi Gram. aliquas ſubnectit reſtitutiones. Huiuſmodi verò repulſa fieri permittitur, vel contra perſonas teſtiũ examinatorum, vel eorum dicta, ex his, quæ ſcribit Felin. alios cumulans in c. licet, il 3. de teſtibus. conuenit autẽ
5 vt hic terminus ſit breuis, per Io. Andr. in eod. c. licet poſt nu. 3. & in Regno eſt medietas termini probatorij iuxta prag. Curſu dilationum, quæ propterea diſponit, vt liceat petere hunc terminum tãtum poſt decem dies per ipſammet conceſſos ad percunctandum proceſſum, quæ autem requirantur, vt iſthæc dilatio ad repulſam concedenda ſit, quoue modo illa debeat fieri, explicat Marant. in ſua praxi par. 6. actu 13. per. totum, & aliqua Troyſ. ſuper allegat. Prag. à num. 8. ac præſertim vtrum ſit danda huiuſmodi dilatio in ſecunda inſtantia, diſcutit Marant. numer. 13. & Troyſ. num. 17. nec non Anna ſing. 442. Qui conueniunt nè ſit concedenda, præterquam ſi in prima fuit petita, & non conceſſa, aut niſi vellet teſtes redarguere de falſo, per Iſern. in conſt. Iuriſperitorum, & deciſum in Regio Conſilio teſte Afflict. deciſ. 266. fuit in quadam cauſa, quibus addendum arbitror, quòd accuratè inibi adiunxit Marant. in iſta ſint intelligenda de teſtibus productis in prima inſtantia, ſecus autem de teſtibus, in ipſa ſecunda inſtantia productis, & quorum tunc fit publicatio, pro quibus ille tenet ne ſit deneganda huiuſinodi dilatio ad repulſam, & Couar. c. 18. pract. quæſt. num. 5. verſ. ego verò prædictis inſuper ſubnectam, quod in hac re cęteris no-
6 tabilius iudicaui, ne valeat aliquis repulſare teſtem a ſe approbatum, quia illo vſus eſt, iuxta l. ſi quis teſtibus C. de teſtibus, idque etiam, ſi non fuerit vſus, propterea quod nondum iurauerit, ſeu teſtimonium protulerit, ſed tantum eius nomen deſcriptum ſit in citatione teſtium illius nomine expedita, quam veriſſimam, & practicabilem concluſionem ſubſequẽtibus conualidabo authoritatibus. etenim Antoninus Campanilis recolendæ memoriæ meus genitor, & in legali ſcientia nemini ſecundus, atque alijs multis prætereа virtutibus præditus, ſicuti eius ſcripta ad pennam demõſtrant; Is inquam in ſuis annotationibus ad vniuerſas Iuſtiniani Codicis leges, ac præſertim in annot. ad alleg. l. ſi quis teſtibus, hanc tradit reſolutionem, eamq; ſubſcriptis explicat verbis contra teſtem ab aliquo productum, & examinatum non modò excipere nequibit producens, (ſi fortè fuerit etiam examinatus ad requiſitionẽ partis aduerſæ) verum etiam illud præterea libet adiungere, ne id fieri permittatur aduerſus nondum examinatum ad ſui inſtantiam neve iuratum. Sed ſimpliciter productum per illius nominis ſolam deſcriptionem in citatione teſtium ipſo petente expedita, ſi eximijs non eſt detrahenda fides auctoribus. Nam Specul. hanc ſcripſit reſolutionem in tit. de teſte §. 10. nu. 6. & inibi Io. Andr. in add. Anto. de Butr. in c. præſentium nu. 6. verſ. in quantum Fel. nu. 8. de teſtibus, ac Bal. in l. 1. §. Beſtias poſt numerũ primum, ff. de poſtul. quia verò aliquis frico, & peruicax auderet iſtorum dicta fortaſſe reſtringere in teſte examinato, cuius tamen atteſtationibus deinde vti noluit producens, ideo allego Bald. in teſte non examinato, ſed dumtaxat vocato id afferentem in l. data opera num. 47. C. qui accuſar. non poſſ. & Pomar. ac Pariſ. in eorum Apoſtillis ad Bart. in hac lege ſi quis teſtibus, ac tandem Gram. in teſte, cuius nomen eſt ſolum deſcriptum in mandato citatorio deciſ. 34. in præſenti nu. 11. hactenus ille parens. Ad prædicta alia appendit verba Proſper Campanilis V. I. D. & meus frater vtrinque coniunctus, præterito Anno 99. die 11. Septembris vita functus, cuius verba ſequuntur. Hac innixus paterna reſolutione, non ſemel ita iudicaui; Nolæ enim cùm Regni iudicis officio fungebar Anno 95. ſeruaui contra quendam nobilem de Mariteudis, hic vero cùm biennio ferè Neapolis dulcis patriæ, dulciſque aſpectus propinquorum expers ſim, ac prope relegatus immorer, vt Regius Iudex, & Gubernator Terrarum, Aierulæ, & Praiani, ſimulque iudex Ciuitatum Amalfiæ, Minoris, aliorumuè oppidulorum officiũ ſanè perutile, & periucundum, tum ob cœli temperiem, amænitatemque locorum, quæ mea quidem ſententia omnes homines ad ſe amanda allicerent, ni admodum ab amicorum oculis remota forent, atque ſolitária, quod ego ipſa docente natura quæ ſolitarium nihil amat, Cicerone teſte lib. de Amic. vehementer abhorreo; hic inquam ſemel, atque iterum hanc ſecutus ſententiam ita pronunciaui, primo contra quendam de Terace Praianenſem, ſecundo contra nobilem virum de Iudice Amalphitanum, hæc ille; quorum reſolutionem, & deciſiones confirmatas deinde reperi in in codice manu ſcripto, reſolutionum factarum per dominum Io. Angelum Campanilem meum patruelem, in verbo teſtis, il 3. qui poſt multa in hac re (quæ ipſe prætereo, nè lectores tedio afficiam ad prolixitatem) inquit, & propterea dũ iudex erã in Ciuitate Aſculi de Apulia, & Auditor totius ſtatus domini Principis, cẽſui nõ eſſe admit-

G ten-

tendam exceptionem appoſitam contra perſonã teſtis deſcripti in mandato citatorio ad teſtes ab eo, qui poſtmodũ noluit, vt examinaretur, quia leni murmure circumferebatur ipſummet teſtem examinatum iam fuiſſe ad requiſitionẽ partis aduerſæ: & recordor multis ab hinc annis, ita reſpondiſſe Perilluſtri, ac Reuerẽdiſſimo Viro Ioanni Auguſtino Campanili Antiſtiti Minorenſi, meo Patruo, cuius Vicarius anceps erat in hac difficultate; hęc ſunt illius verba, quibus ipſe adiungo, quòd mihi retulit Dñs Proſper Petra V.I.D. & Baro Vaſti Girardi meus ſororinus, quòd idem decidit anno proximo 99. cum tres, & viginti annos agens officium iudicatus Sueſſæ exercebat poſtquam officio Auditoris Generalium cõmiſſariorũ cũ omnimoda poteſtate contra exules in Aprutienſi Prouincia bis functus erat, quemuè nunc audio per Excellentiſſimum Proregẽ decretum Auditorem Prouinciæ. Ab. Io. Hier. Camp.

b 7 Repulſæ. Non tantũ probatorios teſtes reprobare permittunt iura, ſed reprobatorios etiã, atq; ideo conceditur terminus ad repulſam repulſe, ita ꝙ partibus nefas ſit amplius ad reprobationẽ teſtium aſpirare, nè ſi producendi quartos contra tertios, & ſic deinceps partibus licentia tribuatur, negotium diutius protelari contingat, iuxta notabilem textũ in c. licet, el 3. de teſtib. ſeruatur autẽ æqualitas inter actorem, & reum per hunc terminum datum ad repulſam repulſę ex verbis Io. Andr. ſuper alleg. cap. num. 7. ſeculare etiam ſeruat tribunal hunc terminum ad repulſam repulſæ fore concedendum in Prag. curſu dilationũ, quæ adiungit non debere excedere medietatem termini conceſſi ad repulſam. Ab. Io. Hier. Camp.

c 8 Ad producendũ omnia. Huius termini meminit Veſtr. in ſua praxi, lib. 6. c. 1. nu. 3. ex cuius verbis comprobatur, ꝙ in hoc Ritu ſubnectitur, vt talis terminus dari cõſueuerit etiam in Cur. Rom. Ab. Io. Hier. Camp.

d 9 Et aliæ ſcripturæ. De iure communi præſentatio ſcripturarum permittitur vſque ad concluſionem excluſiuè, c. cum dilectus de fide inſtrum. quod plures admittit ampliationes relatas per Fel. inibi à num. 12. aliaſque reſtrictiones illic per eundem conſtituras, quãdoque enim poſt concluſionem poſſunt in iudicio ſcripturæ proferri, vt pręter Fel. refert Soccin. in Regul. x. lit. I. atque Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 1. q. 35. à num 9. Qui prǽſertim cenſet illas præſentari poſſe, & admittendas eſſe poſt concluſionem, cum tunc reperit, & iurauit nullam antea habuiſſe cognitionem earum, ex authoritate Bar. in l. admonendi num. 3. ff. de iur. iuran. quem inibi ſequuntur Doctores, maximè Iaſ. num. 58. Purpur. num. 8. & alijs omiſſis Felin. in cap. Paſtoralis nu. 9. de except. quorum opinionem cõmunem eſſe teſtatur Ripa in eadem l. admonendi, nu. 48. Mattheſil. ſingul. 57. nota mirabilem doctrinam, & Couar. tract. pract. quæſt. cap. 20. num. 8. ſubiungens hanc reſolutionem vſque adeò receptam, vt nihil ſit in hac forenſi concertatione frequentius, quippe, qui plerunque arbitrio boni viri, & æquiſſimi iudicis admittendos fore abſq; hoc iuramento arbitratur, in verſiculo ſed & ſi hæc, atque ita non ſemel admiſſos fuiſſe atteſtatur. In Regno vero extat Regia Pragmatica, curſu dilationum, qua cauetur, vt præſententur infra quatuor dies, vtiles poſt publicationem, ſi nulla fuit petita repulſa, quod ſi petita, numerãtur hi quatuor dies à publicatione, in cauſa repulſæ, & ita ſeruandũ eſſe, cum illa Pragmatica faciat in Regno ius nouiſſimum, concludit Maran. in ſua praxi, par. 6. actu 8. poſt numerum 48. & Carau. Ritu 238. ita quod poſt terminum poſt numerum primum, ob quam nedum correctam fuiſſe, affirmant conſtitutionem Regni, exordientem, lite legitimè conteſtata, ac prætereà allegatum Ritum 238. & alium 240. Item ſeruat, qui aliter diſponunt, quòd ſi poſtea producerentur, vtique ponerentur extra proceſſum cum data præſentationis ad inſtructionem iudicis, & cum clauſula, vt habeatur ea ratio, quę de iure habenda erit vigore eiuſdem Ritus 238. quod nequaquam vſu recipitur, eò quòd in omnibus Curijs Regni habetur ratio omnium ſcripturarum productarum, etiam poſt concluſionem, & admittitur vſque ad ſententiam, quod certum eſt, idque omnibus patere Carauit. opinatur ſuper illo Ritu. Abb. Io. Hier. Camp.

e 10 Impugnandum. Antequam vlterius procedam nefas eſſe cenſeo ſi ſilentio inuoluam, nec aliquid ſcribam de perutili materia illa, ſcilicet termini ad impugnandum, in quo Oliua ſub numero ſecundo pertranſit ſicco pede: dico igitur hunc terminum dari ad opponendum contra ſcripturas productas, diſtatque a termino ad repulſam, qui datur contra teſtes, eorumque dicta: eſt verum, quòd huiuſmodi terminus ad impugnandum eſt denegandus poſt publicationem iuxta Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ, quod reſtringit Capic. reſpectu ſcripturarum præſentatarum ante litis conteſtationem, vt ille inquit deciſ. 68. in cauſa num. 3. ſed Vrſill. ad Affl. deciſ. 115. in cauſa poſt nu. 2. refert duas deciſiones, quibus fuit conceſſus iſte terminus poſt concluſionem contra ſcripturas productas ante concluſionem, quinimmò cum quælibet ſcriptura debeat præſentari parte citata, illique conſignata copia refert, vt vna ſimul conſtituatur terminus ad impugnandum, ne illũ poſtea pars altera petat, & longius protelctur expeditio cauſæ, ex Bar. in extrauag. ad reprimendum, ſuper verbo de plano. Roman. conſ. 519. in caſu propoſito poſt numerum tertium, Hippo. ſing. 81. aduertas, & Vrſill. ad Affl. dec. 281. orta lite poſt num. 4. Quibus ſubiungo quotidianum caſum, an ei liceat petere terminum ad impugnandũ, qui antea habuit alium ad repulſam, neque vero dubium quin affirmatiua concluſio ſit vera quotieſcunque petitur impugnatio ſcripturarum productarum poſt terminum ad repulſam, ſed vertitur in dubium, quid iuris pro præſentatis ante præfatum terminum, & nihilominus Regium Conſilium propendit in affirmatiuam ſententiam, tanquã aliud ſit, repulſare teſtes, aliud verò impugnare ſcripturas, vt eſt dec. Capyc. nuper adducta 68. ſubdit tamen, quod ſi pars aduerſa peteret, vt terminus datus ad repulſam ſit, & intelligatur latius etiam ad impugnandum, conſueuit idem Conſilium illi ſatisfacere, idque explicare, & adiungere, ſed poſt dictum terminum ad impugnandum conceditur producenti ſcripturas, terminus ad illas concomitandas, idque etiam cum valide poſt concluſum fuerunt ſcripturæ exhibitæ, vt concludit Affl. in dec. 33. & deciſ. 271. in quodam proceſſu. Abb. Io. Hier. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Ad materiam repulſę, vide Capyc. in deciſ. 61. & 68. poſt Affl. in dec. 216. deciſ. 33. & 89. & an poſſit concedi in ſecunda inſtantia, idem Affl. in dec. 166. & Theſſ. in deciſ. 166. Anna ſing. 442. & an iudex ex officio poſſit teſtes repulſare, Fel. in cap. intimanit de teſtib. Iaſ. in l. admonendi nu. 14. ff. de iure iurando, vbi concludunt poſſe quã do eidem iudici conſtet de inhabilitate teſtium, quod intelligitur vbi inhab[illegible]s teſtium concerneret eius inhabilitatem tantum, puta qu. a infamis, ebrius, vel furioſus ſecus, ſi inhabilitas non ſolum concernat odium teſtium, quã fauorem partis aduerſę obijcientis repulſam, vt puta, quia inimicus familiaris, vel alium ſimilem defectum, quia tunc iudex ex officio non repellet Bal. in l. ſi quis teſtium C. de teſtibus, Butric. in c. bone de electione, & an teſtium defectus debent ſpecialiter articulari ad finem repulſandi, vide Boer. in deciſ. 322. Suarez de Paz in ſua practic. tom. 1. num. 11. in nono tempore, & quando concedatur repulſa ſcripterarum vide Scaglion. in ritu 73. & 74.

Repulſa non datur in multis caſibus. Primo in crimine blaſfemię fallit ex capite inimicitie Anna ſing. 67. Gram. conſ. 15. ſecũdo in iuditio manutentionis lite pendente Anna al leg. 84. Menoch. de arbitris iudic. caſu 239. tertio in iudicio ſummario Roman. ſing. 388. Couar. pract. quæſt. c. 17. num. 4. niſi ex capite inimicitiæ Bart. in l. in quæſtionibus ff. ad legem Iuliam maieſt. 4. in cauſis attentatorũ Vrſill. dec. 350.

Digitized by Google

RITVS XXXIV.

ITem reus contumax quem citans perſonaliter apprehendit, ſi appellat a diffinitiua, au-
a ditur de æquitate, *a* infra decem dies a tempore ſententiæ, non autem ſcientiæ, quod tamen non extenderetur ad cle. ſi ante de dol. & contumacia.

SVMMARIVM.

1 *Contumax verus appellat infra decennium à ſententia, & nu. 3.*

2 *Notitia ſententiæ quando dicatur inducta ad finem appellandi.*

4 *Contumax fictus appellat infra decennium a ſcientia.*

RItus iſte diuiditur in duas partes, & ſecūda ibi, quod tamen. in prima ponit regulam, in ſecunda illam limitat, & ſeipſum ſummat.

¶ Perſonaliter apprehendit. Iſta verba approbant a me not. in gl. in ver. cōtumax. in ritu 16. ſupra declarant enim quis ſit verus contumax, & determinant opi. diuerſas no. in clem. ſi ante. in gl. in ver. manifeſte de do. & cont. & eſt ſumptus iſte ritus a dec. Rot. 364. in no. & a not. per Felin. in c. 1. col. 6. verſi. vnum etiam, vt lit. non cōteſt. vbi declarat ſi. ritus, & diſpoſitionem l. ex conſenſu. §. fi. ff. de app. & all. gloſ. in ver. manifeſte. dicens quòd licet poſſit verus cō-
1 tumax appellare a die ſententiæ tantum infra 10. dies, non tamen a die ſcientiæ ipſius ſententiæ infra x. dies, quod facere poſſet verus contumax, & in hoc gl. & l. ex conſenſu verificantur, & non corriguntur a ritu iſto, & a ſtilo Rot. & ſemper no. quod ea quæ fiēt poſt 10. dies a tēpore prolationis ſententiæ, & ante interpoſitionē appellationis a die ſcientiæ, in caſu quo poterit appellare infra decem dies a die ſcientiæ, prout eſt in ficto contumace, nunquam reuocabuntur per viam attentati, vel nullitatis, ſed per viā appellationis tātum, per not. in clem. causā de elect. cle. ſi ante. de do. & cōtum. præall. ita in indiuiduo decidit Ro. dec. 187. in no. incip. ſicut ficte cōtumax. & etiā no. quòd cōtra iſtū ritū dixit Collect. dec. Rot. dec. 137. inci. appellatus in cauſa, quod etiam verus contumax infra 10. dies a die ſcientiæ, ſi appellabit, quod vidit appellationem admitti, & ita obſeruari, tu tamen ſerua iſtum ritum, per no. ſupra in fi. procemij, & an dicta ſcientia vel ignoratia præſumatur, videlicet, quod ſciuerit prolatā fuiſſe ſententiam a die prolationis, vel quod ignorauerit, dicendū quod regulariter in facto alieno ignorantia præſumitur: in facto vero proprio ſcientia, arg. c. ab excōmunicato de reſcript. & plene per Zab. in clem. eos. q. 7. de conſan. & affi. ſi enim interuenit procurator in cauſa, & principalis ſit abſēs, præſumitur principalē ignorare ſententiā, ſecus ſi ipſe principalis ſit in iudicio. no. in c. 1. vt lit. non conte. & plenius per gloſ. in ver. certa. in clem. cauſam de elect. dicens hoc poſſe conſtare, quia ſuper appellatione conſuluit aduocatos, amicos, vel per amicum proprium, vel amicum appellantis ſibi plene fuerat intimata, & per glo. in ver. ignoranti in clem. 1. de appellat. nec cuiuſcunque relationi credere debet. arg. l. quod vulgo ff. pro emp. ſed ſibi præſenti, vel relationi hominum fide dignorum aſſerentium pro certo ſic eſſe, vel authenticis literis receptis, arg. cap. 1. de poſtu. cap. illud de cler. excom. mi. cap. cum olim. de dol. & contuma. quæ iura ad hoc alleg. reſpectiue notabilis gl. in verſ. notitiam certam. in cap. cupientes. in fin. princ. de electio. lib. 6. faciunt no. in cap. cum contingat, de reſcrip. gloſ. in l. Titio fundus. ff. de conditio. & demonſtratio. & l. pater decedens. ff. de adminiſtratio. tuto. & quia in iſta
2 materia, quando dicatur inductam eſſe notitiam, vel ſcientiam, dari non poteſt certa doctrina, prout atteſtatur do. Fel. in cap. cum contingat. præalleg. colum. 3. in princ. verſicul. generaliter autem. ideo diligenter videas octo concluſiones coaceruatas a dicto do. Felin. in alleg. colum. 3. in princip. cum ſequent. de reſcript. & in cap. de quarta. num. 24. de præſcriptio. & poſt hoc perſpicacius videas ſupra in ritu 3. in 16. & in 18. & vltra vide Nouiores in cō ſtitutio. Regni ſpeciale, vlt. not. notabi. libro 2. fol. 27. vltim. col. vbi quòd verus contumax ſi appellat non auditur, etiam ſi infra decem dies appellauerit, quod verum intelligitur de vero contumace, qui potuit, citatus venire, & non venit l. & poſt edictum. ff. de iudic. l. conſenſu. in fin. ff. de appellatio. & in l. prima. C. quo. appellat. non recip. ita Bartol. in l. fin. verſic. pro huius declaratione quæro ff. de in integ. reſtitut. vide ibi, vbi allegat iura præallega. & alia plurima. Albericus Oliua.

a AN. De æquitate. Huic Ritui concinit deci ſ. Rotæ 137.
3 appellatus in cauſa, alias 22. de appell. in nou. & deciſ. 364. cum iura, ſiue 16. de dolo, & contumacia. ſimiliter in nou. & accuratè quidem Ritus iſte aſſeuerat præfatam appellationem de æquitate admitti. Siquidem ex iuris diſpoſitione denegatur appellatio cuicunque vero contumaci (ſicuti eſt, cuius perſonam citatio apprehendit) iuxta gloſ. pen. in clem. cauſam de elect. poſt Compoſt. in cap. 1. quæſt. 5. alleg. tit. in 6. & inibi Archid. poſt numerum quintum. ver. infra menſem, ac probat text. in cap. de illicita, ver. quinimmo 24. quæſt. 3. & l. 1. C. quor. appella. non recip. ob idque Ritus iſte hanc reſtrinxit æquitatem ad decem dies numerandos à tempore prolatæ ſententię. Ab. Io. Hier. Camp.

b Scientiæ. A die ſcientiæ infra decennium appellatio permittitur ficto contumaci, vt eſt Rotæ dec. 49. ſi feratur. alias 2. & deciſ. 364. cum iura, alias 16. de dolo & contumac. & hanc diſtinctionem inter verum, & fictum contumacem refert, & commendat Veſtr. in ſua Praxi libro 7. cap. 3. nu. 21. Abb. Io. Hier. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Contumacia eſt delictum, & punitur: l. contumacia, & ibi Doct. ff. de re iud. Cephal. conſ. 350. quāuis n. 29. & ſeq. vol. 3. Grat. conſ. 100. nu. 12. vol. 1 Cor. conſ. 45. num. 1. vol. 3. Frāc. de Caldas in l. ſi curatorē in ver. læſis n. 13. C. de in integ. reſt. min. vbi cōcedit etiam minorem doli capacē contumaciam incurrere abſque aliqua exceptione, & dolo cōparatur, Ant. Theſā. deciſ. 265. contumax nu. 1. & ſeq vbi ponit aliqua incōmoda ipſius cōtumaciæ nō tamē ex ſola cōtumacia delictum probatur, neq; pro confeſſo contumax habet iure communi, Crauet. conſ. 654. nu. 5. lib. 4.

Imo contumax multos offendit gl. eſt in c. 1. de dol. & cōtum. in ver. nota inſuper, taliter quod vbicunq; cōtumacia ipſa habet ſuperioris contemptum eſt re ipſa, tunc dolus præſumptus, vt per Aquenſ. in l. ſi mora col. fi. ff. ſolut. matrim. Cephal. conſ. 350. ſub nu. 31.

Et confeſſiones per contumaciā inductæ, quid operētur, vide Marſ. declaratē in pract. crim. 5. poſiquā col. 8. & ſeq. & in l. vnica nu. 129. & ſeq. C. de rapt. virg. & Hieron. Gabriel. conſ. 167. vt clariſſime nu. 52. cum alijs ſeq. vol. 2.

Et quid ſi contumax fuerit, vt contumax condennatus à iudice, qui etiam contumaciam ignorabat, vide Marſ. reſoluentem in l. patre nu. 46. de quæſt.

Et an iudex poſſit facere gratiā contumaciæ, & expectare citatū in ſequenti die, vide Marſ. in l. quæſt. nu. 66. de quæſt. & in l. infans nu. 20. de ſica. An & quando cōtumax nō audiatur appellans, & multa ad materiam non admittendi ad agendū, vel appellandum, vide fertiliter per Dec. conſ. 34. per totū, & per Fel. in c. 1. col. 7. verſ. fallit tertiò extra de conſtit. Grat. conſ. 100. nu. 2. cū alijs ſeq vol. 1.

Et an cōtumacia ſit delictū, vel culpa vide Fel. in c. quę in eccleſiarū col. 7. extra de conſt. ſed cōtumacia nō proueniens ex delicto nō dicitur delictū, vt applicat Paſchalis cō ſil. 189. pro reſolutione dubij nu. 1. & ſeq. neq; ipſi contumaci multa imponi poteſt, quando non fuit cauſa retardandi proceſſum, vt per Gabr. in d. conſ. 107. nu. 27. vol. 2.

Digitized by Google

Contumax poteſt excommunicari, non tamen priuari beneficio, ita Affl. in c. 1. de iudi. in prin.

Et ſic contumaces clerici ab Epiſcopis per excommunicationem corrigi debet cõtumaces 50. diſt. c. ſi quis preſbyter 7. q. 1. & c. petimus 11. q. 1.

Contumax verus non appellat, c. ex conſenſu, §. ſi. de appellat. ſed Dec. conſil. 34. concedit, quod licet veri contumaces non appellent, tamen habet locum hoc quando quis fuerit contumax in nolendo iurare de calumnia, vt firmat Gl. & Bartol. in l. creditor §. iuſtus, ff. de appell. & Bal. in l. 1. C quorum appellatio. vel quando quis fuerit contumax in recuſando reſpondere poſitionibus, quia tunc appellabit, licet habeatur pro confeſſo tamẽ Ioan. de Imo. in d. §. iuſtus.

Item minime hoc locum ſortitur in caſu ruſticorum, quia iura non vendicat locum in ruſticis contumacibus concludit Pet. in cap. Nicolao, colu. pen. de appell. Bal. & Ang. in l. vbi exigitur ff. de eden.

Et ideo ſi quis fuerit ſpoliatus propter huiuſmodi contumaciam debet reintegrari, vt ibi per Decium.

Et de materia quando contumax verus non auditur appellans) vide Afflictum in conſtit. ſi quis poſt litem in 2. notor.

De pœnis autem contumacis, vide Borell. in ſua ſumma in tit. de contumacia, vbi plures congerit.

RITVS XXXV.

ITem ſolet appellanti ſtatui terminus ad reci-
a piendum, *a* copiam proceſſus, *b* & alius ter-
b minus ad iter arripiendum verſus curiam Ro-
c manam, & ſe præſentandum *c* conſpectui Apo-
ſtolico: & alius ad certificandum, ſeu fidem fa-
d ciendum *d* domino Vicario de ſua diligẽtia in impetrando Commiſſarium ſuper dicta cauſa appellationis: & hanc reſponſionem pro apo-
e ſtolis dimiſſorijs, vel refutatorijs, *e* aſſignari eidem appellanti.

SVMMARIVM.

1 *Munimenta quæ ſint.*
2 *Appellans debet tria probare pro fundamento iuriſdictionis.*
3 *Termini qui conſtitui ſoleant appellanti, & numero 11. & 12.*
4 *Termino pendente ad recipiendum apoſtolos nihil innouandum.*
5 *Terminus lapſus inducit deſertionem.*
6 *Fides de appellatione qualiter fieri debeat.*
7 *Apoſtoli quot modis diſtinguantur, & nu. 15.*
8 *Terminus datur ad recipiendum copiam actitati proceſſus.*
Appellationis materia tangitur.
10 *Terminus ad petendum apoſtolos, quando incipiat currere.*

RItus iſte diuiditur in duas partes, ſecunda, ibi, & hanc. in prima dat formam terminis ſtatuendis appellanti. in ſecunda, quid eidem appellanti pro reuerentialibus apoſtolis aſſignari debeat.

¶ Copiam proceſſus. De iſto termino aſſignando nullam faciunt mentionem Doctores in cap. perſonas. capit. cum ſit. cap. ex inſinuatione de appellationibus. cum ſimil. eſt bene verum, quod Angel. in l. præſes. C. de appellationibus. dixit, quòd iudex à quo, poteſt præfigere terminum appellanti, infra quem ipſe appellans poterit comparere coram iudice ad quem, cum actis, & munimentis &c. & nihil pro hoc allegat, ſi recte ponderetur, & tamen pro iſto ritu in iſto primo termino ſtatuendo eſt text. in cap. cupientes. in fin. prin. ibi, vel appellatio interiecta deuoluit. iunctis verbis in fin. prin. videlicet comparere cum omnibus actis, iuribus, & munimentis ſuis, & proceſſus ſuos contingentibus. de elect. lib. 6. cap. quamuis. §. fin. eod. tit. & lib. cap. cordi. de appellat. lib. 6. & idem repetit Ang. in l. hi qui. C eo. & exponit gl. in alle.
1 cap. quamuis. munimentis. i. probationibus, & inſtrumentis, ſic dictis, quia cauſam muniunt, aliàs monumentis, quia monent, & informant iudicem quid facere debeat, & idem dixit Io. de Imo. in cap. coram. verſ. & no. quòd citatus. nu. 3. de in inte. reſti. & glo. in verſ. iuribus. in ver. munimentis, & in verſi. contingentibus. alleg. cap. cupientes, & dubitauit Fed. de Sen. conſil. 202. audiui ſæpe, an appellatus in cauſa appellationis teneatur exhibere ſententiam latam in prima inſtantia, alias eſſet practicanda theorica Inn. in cap. qui perpetuus. de fid. inſtrumentor. & videtur ſe remittere ad Archiep. in cap. Romana. §. ſi vero vocatis. de app. lib. 6. & ſic contra Inn. de cuius dicti veritate ſemper recurrendum eſt, & pro eius intelligentia ad Philip. Dec. in cap. 1. col. antepen. ver. iſtud etiam. de proba. vbi omnino videas. ſed Ioan. And. & poſt eum Philip. Franc. in allega. §. ſi vero. in prin. voluerunt, quod appellans teneatur probare, & producere appellationem, & ſententiam a qua appellat, quia aliàs non poſſet bene probari, quod appellauerit infra decem dies a die ſententiæ. allega. auth. hodie. C. eo. tit. quem refert & plene proſequitur Philip. Franc. in cap. cum in eccleſia. vlt. no. de app. alleg. Bart. & Bal. in alleg. l. hi qui. C. de appell. & Ci. in l. per hanc 4. q. C. de tem. appell. & poſt eum Philip. Dec. in alleg. cap. cum in Eccleſia dixit, quòd tria debet probare appellans pro fundamento iuriſdictionis iudi-
2 cis ad quem. primo, ſe appellaſſe. ſecundo, ex cauſa legitima, & ſufficiet illam cauſam legitimam appellare. tertio, quod infra decem dies ſit appellatio interpoſita, & propterea regni conſti. appellationum tempora arctauit appellantem ad producendum copiam proceſſus, & ita loquuntur text. in alleg. l. hi qui in fin. ibi, te appellaſſe oſtende. l. a proconſulibus. ibi, vt appellanti iudex præbeat opinionis exemplum, & acta C. de appel. & regni conſt. præall. ibi, habeat appellator. iſte tamen terminus hodie in Curia Archiepiſcopali Neapol. non eſt in vſu. & eſt ratio, quia vt plurimum omnes appellationum cauſæ a Sede Apoſtolica committuntur ad partes, & fruſtra eſſet copiam proceſſus ad Vrbem deferre. ſed habet ſe communis practica, quòd poſtquam illi contra quem Reu. Vicarius Neapol. ſententiam promulgauit poſt interpoſitam appellationem ab eo ad inſtantiam appellari ſtatuitur ter-
3 minus decem dierum ad recipiẽdum apoſtolos, x. ad iter arripiendum, & ſe præſentandum ſedi Apoſtolicæ, & decem ad fidem faciendum R. domino Vicario de ſua diligentia circa impetrationem cum comminatione, quod ſi defecerit in vnoquoque terminorum prædictorum, appellatio habeatur pro deſerta. quam comminationem dixit Zab. in clem. 1. quæſt. 23. de app. poſt Petr. de Anc. de iure non ſubſiſtere, tutum tamen fore appellanti fidem facere iudici a quo, ne ſe ingerat opi. Doct. de quibus Fel. in alleg. cap. perſonas. col. 3. verſi. & ſi iudex. & nouem modis, quibus iſti termini ſtatui poſſunt, vide per Philip. Fran. in alleg. cap. perſonas. de appel. & ibi per Felin. & ſignanter col. 3. in fin. ibi, non ſufficit, vbi quòd ſi penden-
4 te termino ad recipiendum apoſtolos, appellans interim obtinuerit cauſam committi, quod hoc non ſufficit huiuſmodi enim diligentia inanis erit, quia pendente hoc termino nihil debuit innouari: & ſi apoſtolos non petijt, non reputatur adhuc appellans: ergo ſuper non ente, nihil fieri potuit, cum apoſtoli ſint pars appellationis, capitul. 1. & capit. ab eo. de appellat. lib. 6. pro quo dicto vltra Felin. vide deciſ. Rot. 6. inci. vtrum ſi appellatur. de reſcript. in antiquio. fol. mihi 133. & 564. in anti. vtrum ſi appellatur. & 734 no. quòd quando 24. not. ſecundum aliquos

Digitized by Google

aliquos in antiq.406.not.q̃ ſi Iudex in antiq. & 128.in nou. & dum in facti contingentia verbis iſta allegaſſem, dicebatur mihi à Iudice, q̃ nunquã doctrinã particularẽ, & in indiuiduo de hoc demonſtrarẽ, & cum delato libro libro legiſſem corã pluribus, cauſauit mihi magnũ honorẽ,ſed paruũ lucrum,quia pro paupere interueniebã abſq;
5 ſalario,& addidi doctr.Petr. de Anch. in c. ab eo.4.no.de app.lib.6.& no.illud, videlicet,quod lapſus termini inducit deſertionem non habere locum in beneficialibus, qđ qualiter intelligatur vide omninò per Felyn. in c.cum ſit Romana,in fi.de appell.& ſi in Curia Romana negabitur appellatio,an dabuntur remiſſoriæ ad partes ad proban-
6 dum,Panorm. in cap.1. in fin. de app.& qualiter fieri debeat fides de appellatione,gloſ.in verſ. nec ſufficeret,in clem. conſtitutionem de elect.

¶Pro apoſtolis. Non intelligas de Apoſtolis Petro, & Paulo,ſed de literis dimiſſorijs,ff.de lit.dimiſſorijs.ff. de lit.dimiſſ.l.vna,ff.de verb.ſign.l.dimiſſoriæ, ita per iſta iura dixit gloſ.in ver.petat.in cap.cordi.de app.lib.6. & ip-
7 ſorum aliqui dicuntur conuentionales quando pars admittit appellationem Iudice refutante, vel tacente; vel extra iudicium,cap.ſæpè,cap.oblat.de appell.aliqui teſtimoniales,quia teſtificantur de appellatione coram Iudice vel honeſtis perſonis interpoſita,& parum differũt à primis,aliqui dimiſſorij,quibus demonſtratur Iudicẽ appellationi detuliſſe,& ſic appellantẽ à ſua iuriſdictione dimiſiſſe,& ad Iudicẽ ad quem remiſiſſe,c.ab eo. 2.q.6.c.cord. de app. lib.6. aliqui refutatorij, quibus declaratur Iudicẽ non detuliſſe appellationi interpoſitæ, aliqui reuerentiales,quia propter reuerentiam ſuperioris defertur, de quibus vltimis duobus,in alleg.cap.cord.de appell.lib.6.& continere debent apoſtoli, quis appellet, à quo appellat, contra quem appellatio interponitur, & ad quem, & ſuper quo,& cauſam quare appellat, & an is à quo appellatur deferat vel non,& quare, vt patet in alleg. l.vnica,ff. de lib.dimiſſ.cap.poſt appellationem,2.q.6.l.ſciendum,ff. de app.reci.vel non, & dicuntur apoſtoli ab epi,quod eſt ſupra,& ſtolon, quod eſt miſſio, quia eſt litera miſſiua ad ſuperiorẽ, vt patet ex præmiſſis,vide gloſ. in l.præſes, & ibi Alber.C.de app. Arch.in c.fundamenta,de elect.lib.6. pro quibus omnib.& diuerſis eorum formis vide Spec.in tit.de appel.in 4.par.§.ſequitur videre,& per Hoſtienſ.in ſum.tit.de app.§.dicentur autem, & cõmuniter practicatur quod dentur expenſis appellantis,quamuis gloſ. in verſ.oblatos, in clem. quamuis de appell. poſtquam dixit dari expenſis appellantis,videatur arguere contrariũ, qđ reprobatur,vt Zabar.in alleg.clemen.quamuis,§.verum no.3.& ratio eſſe poteſt,quia regulariter qui petit aliquid fieri ſoluit gloſ. in l.fin.in verſ.agnoſcere, C.de eroga.mil. anno.lib.12. Bal.in l.generaliter §.de præſentib. poſt med. C.de reb.cred Felyn.in c.1.col.4.poſt med.de libel.oblat. Arch.in c.cauendum,10.q.3.Alex.& Iaſ.in l.venditores, ff.de verb.obligat. Phylip.Dec.in c.bon.col.2.verſ.7.not. de app.& licèt Iudex teneatur apoſtolos tradere,vt in alleg.c.cord.c.ab eo.de appel.lib.6.clem.quamuis præalleg. tamen intelligitur expenſis petentis, Bart.in l.ſanctũ,ff.de re.diui.per gloſ.quam facit ſingil. l.illicitas,§.2. ff. de off. præſid.vt tradit Felyn.in alleg.cap.1.col.4. & Zabar.in alleg.§. verũ not.3.& quod dantur acta pro apoſtolis Zabar.in alleg.clem.quamuis §.verum,q.2. in fin. de appell. Phylip.Franc.in cap.1.§.in quibus,verſic.hodie tamẽ,eo. tit.lib.6. & ſi in traditione apoſtolorum Iudex dixerit,do tibi terminum ad recipiẽdos apoſtolos dierum decem,vel ad audiendum reſponſum, & poſtea quandocunq; illa adiectio,quandocunq; intelligetur, ſi decẽnium prorogauero,Bal.in c.mandatũ,in fi.de reſcript. Phyl.Franc.in c. perſonas,& ibi Felyn.col.3.in fi.num.2.de appel. & vide not.in prox.præced gloſ.& plenè per Panorm. in c.bon. col 2.verſic.quinta differentia,de appell. & per gloſ. in verſ.apoſtoli,in clem 2.eod.tit. Albericus Oliua.

a AN. Ad recipiendum copiam. Oliua ſuper hoc Ritu
8 in princ.cumulat plures textus,& auctoritates,quibus de iure nititur probare aſſignationem huius termini.Qui tamen,vt arbitror verba faciunt de termino ad comparendum coram Iudice,ad quem vna ſimul cum actis, & munimentis,non autem de terminò ad recipiendum copiam actitati proceſſus coram Iudice à quo, & cuius hic ſermo eſt,eius autem,ni fallor meminit gloſ. in conſtitut.Regni appellationum tempora. verſ.infra quod,& Carau.ſuper ritu 251. item ſi appellans poſt num.3.ambo affirmantes, quòd de iure communi non erat conſtitutus certus termi nus ad ſe præſentandum poſt habitam copiam proceſſus, & apoſtolorum Iudici,ad quem, ſed ſolùm erat ſtatutus terminus triginta dierum, infra quem tenebatur copiam actorum,& apoſtolorum recipere à Iudice appellationis. Abb. Ioan. Hieron. Camp.

b Copiam proceſſus. Radicitus rem hanc perſcrutando recordor quod lata ſentẽtia lex indulſit appellationis remedium cuicunque ex litigatoribus ſe grauatum ſcienti,
9 iuxta l.1.ff.de appell. ſed quando, quoue modo, aut quibus concurrentibus illa fieri, admitti, aut diſcuti debeat, explicarunt copiosè Veſtr. in praxi lib.7. cap.3. Grauat. inibi in annotat. Guid. Pap. deciſ.436. cum materia, & Maran. in ſuo ſpecul.Iud. par.6.actu 2.ex quibus pauca quædam,atq; vtiliora ſe ligam ad hunc ritum ſpectantia, ac primum quòd illa non niſi infra decennium interponi poteſt,per auth. hodie C.de appellat.cap.ſignificauerunt de teſtibus,& cap.concertationi de appellat.in 6.necnon infra triginta oportet petere apoſtolos, eoſq; recipere per c.ab eo.de appel.in 6.vbi gloſ.in verbo triginta dies,
10 cum ſeq. affirmat tempora petendorum Apoſtolorũ currere,exordiri vna cum tempore appellationis interponẽdæ,& conſequenter à ſententia, quibus aſtipulatur text. in cap.ei qui.§.Iudicibus 2.quæſt.6. & l.Iudicibus, C.de appellat. & eſt communis opinio quam atteſtatur Guid. Pap.alleg.deciſ.num.34.hoc tamen iuxta communiorem, & crebrius receptam diſtinctionem, ſi prolatæ ſententiæ notitiã habuit,vt concludit Maran.indicato loco nu.200 & Grauat.adducto c.3.num.65.& Rot. deciſ.29. fuit dubitatum,ſiuè 5.de appellat. in nou. quibus tenetur Iudex infra eundem terminum reſpondere,& cõcedere, vel dimiſſorios,& reuerentiales,vel refutatorios,vt inferius lucul entius ſcribam,ex quibus liquidò patet apoſtolos non eſſe neceſſario petendos in libello appellatorio,tametſi de conſuetudine admittatur, vt in eo petere liceat appellanti, immò rigor ille iuris requirens illorum petitionem congruo loco,& tempore inſtanter ſæpius,ac diuerſis vicibus,immutatus fuit, idque ſumma æquitate, qua conceditur etiam eodem contextu dummodò inſtauter, ac pluries poſtulentur per clement.quamuis rigor de appell. & probat Angel. in l. appellandi vſus §. libelli num.7. ff. de appellat. Quòd ſi pars illos in termino non petierit, deſerta quidem erit appellatio antea interpoſita, Guid. Papa eadem deciſ. num. 13. iuxta adductam clement. aut ſi petierit, non tamen proteſtata ſit contra Iudicem non curantem eos concedere, per eandem clem. & gloſ. in l.1. ff. de libell. dimiſſ. & cum fuerunt conceſſi apoſtoli, vendicat ſibi locum proſequutio appellationis infra annum à die interpoſitæ appellationis, & vocatur primum fatale,& ex cauſa alium annum, & dicitur ſecundum fatale per auth. ei qui, C. de temp. appell. &c. ex ratione de appel. quod ſeruandum omninò eſt in omnibus curijs, maximè vero Eccleſiaſticis cum immutatum non reperiatur, immò in Curia Archiepiſcopali Neapolitana ſtrictius quidem, & cautius proceditur, vt cum de-
11 fertur appellationi, ſoleat conſtitui terminus ad recipiendum copiam proceſſus, & alius ac longior, ad iter arripiendum Curiam Romanam verſus, ac tertius, & prolixior, ad certiorandum Dominum Vicarium de diligentia, qua vſus eſt, vt obtineret delegatum in cauſa ipſa appellationis, quemadmodum in hoc Ritu ſcriptum reperitur, & ipſe declarabo in ſequentibus verſiculis; In Regno autem quid ſeruetur penes Iudices ſeculares, eſt conſtitutio, appellationum tem-

Digitized by Google

pora,eſt Ritus Mag.Cur.V icariæ 260.Item ſeruat ipſa Curia,& prag.appellationum tempora,quę eſt 23.in ordine, ſiue prima de app. Abb.Io.Hier.Camp.

c Ad ſe præſentandu n , namque Angel.in l.Præſes, nu.3
12 C.de appell.tuetur poſſe iudicem aſſignare terminum appellanti , vt adeat iudicem, ad quem cum actis, & munimentis, & illic Bald.nu.2. verſ.pone , & tex.expreſſus in cap.quamuis in fi.de elect.in 6.imò valeat conſtituere terminum ad arripiendum iter , & ſe præſentandum coram ſuperiore cum actis, & munimentis cauſæ ad proſequendam appellationem, probat Fed de Sen.conſ.28. punctus quæſtionis, & Matant.in ſuo ſpec.par.6. actu 2. num.205. ver.in hoc tamen,vbi ſubnectit omnes alios terminos cõ ſimiles,quos iudex poteſt appellanti aſſignare,quoſqu e antea tradiderat Dec.in cap.præterea nu.20. de appell. Abb.Io.Hier.Camp.

d Seu fidem faciendum. Iudex primæ inſtantiæ licet nequeat præfigere terminum appellanti ad finiendam cauſam appellationis iuxta cap. ex inſinuatione de appellat. poteſt nihilominus illum conſtituere ad illius proſecutionem inchoandam,vt ſuper illo cap.dixit Butr. poſt numerum ſextum, vel etiam ad faciendum fieri fidem circa ipſius appellantis præſentationem inceptam coram iudice appellationis , vt inquit Angel.in l.præſes,num.3.Bal. poſt num.2. verſ.pone, C.de appell. Feder.de Senis conſ. 28.punctus quæſtionis, & Rot.dec.94.ſi iudex,ſiue 13.de appell.in nou. De quo quidem termino iuxta nouiſſimũ relatum modum agitur in hoc Ritu , qui eſt profectò apprimè neceſſarius contra verſutias ſuccumbentium,& exponentium appellationem coram iudice primæ inſtantię, nec eam proſequentium coram iudice ſecundæ inſtantiæ, vt infra fatalia conceſſa iure ad proſequendam appellationem impediant executionem ſententiæ , ſi quidem cùm hic terminus fuit illis aſſignatus , poterit primæuus iudex , illo elapſo ſuam exequi ſententiam ex antedictis auctoritatibus , & præſertim Rota in allegat. deciſ. 94. quod alias vtique nequiret quouſque terminus iuris eſſet elapſus, quo caſu cautela vſus ſum in cauſa me patrocinãte deciſa præterito anno 99. in gratiam Thomæ Scarani contra Annam Sancta Domenica in ipſa Curia Archiepiſcopali Neapolitana , & delata per viam appellationis ad Auditorem Cameræ, pars aduerſa non curauit iudicem appellationis adire , quia iniuſtitiam ſuæ cauſæ ſatis agnoſcebat, opinabatur tamen ſententiæ executionem protelari , vſquequo tertius iuris laberetur , licet enim fuiſset ſibi aſſignatus terminus ad proſequendum,in curia tamen procuratoris non fuerat alter conſtitutus ad producendum fidem ſuæ proſecutionis,ob idque ipſe obtinui fidem ab actuario cauſæ poſt lapſum terminum ſibi datũ, qua conſtabat , ipſum appellantem non comparuiſſe coram Reuerendiſs.Auditore Cameræ,iudice appellationis, vigore eius fidei obtentæ , ac præſentata in ipſa Curia Archiepiſcopali,fuit per eam executioni demandata ſententia ab eadem lata ; in cuius executione fuit citata pars appellans,tametſi id non opus erat, vt concludit Feder.in adducto conſ.nu.1.in fi.quod quidem conſilium eſt perpetua memoria repetendum pro confirmatione huius ritus. Abb.Io.Hier.Camp.

e Vel refutatorijs . Apoſtolorum nomen , quatenus huc
13 pertinet , ſignificat mittere, ſeu nunciare ; nam dicuntur Apoſtoli ab Apoſtelin, quaſi ſint literæ nunciatoriæ, miſſæ à iudice à quo, iudici ad quẽ, quibus totius appellationis negotium renunciatur,enarraturque,quorum,quia varius eſſe ſolet euentus, ex eo fit , vt diuerſimodè vocentur præſertim vero quatuor exorta ſunt illorum genera,nam alij ſunt dimiſſorij, ſeu reuerentiales, alij refutatorij, alij teſtimoniales,alij demum conuentionales,quorum explicationem prætereo,ac remitto ad ea,quæ ſuperinde dicit Veſtr.in ſua praxi libro ſeptimo cap.3.poſt num.32. quos licet iuris rigor velit, petendos eſſe inſtanter, ſæpe,ac ſæpius,congruiſque loco, & tempore æquitas tamen huiuſmodi rigorem mitigans, hanc relaxauit reſtrictionem, atque iteratas iſtas petitiones, & inſtantias,ſimul, & vnico contextu fieri poſſe, induſit, iuxta cl. quamuis de appellat. & ſi appellanti terminus iuris præfigeretur ad redeundum pro Apoſtolis iuxta tenorem eiuſdem clem. §. verum ſi iudex,tunc non niſi ſemel teneretur redire,& petere Apoſtolos ſibi tradi , ac iudice non reſpondentem, non amplius ad id compelleretur , ex reſolutione Veſt.in adducto cap.num.36. itidemque ſi iudex paſſus ſit, terminum iam dictum elabi , nec eos curauerit,exhibere, videtur appellans iam dimiſſus,& conſequenter eidem libebit ſuperiorem adire , & appellantem proſequi per eandem cl.quamuis,§.quòd ſi iudex. Abb.Io.Hier.Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Aduertendum eſt in hoc Ritu in finalibus verbis ibi ſcilicet pro Apoſtolis dimiſſorijs , vel refutatorijs, plures ſpecies Apoſtolorum reperiri .

Prima ſpecies dicuntur Apoſtoli conuentionales quando, ſcilicet , pars admittit appellationem ſiue in iudicio, iudice refutante vel tacente, ſiue extra iudicium ; quibus apoſtolis debet appellatum apponere ſuum ſigillum , licet hoc non ſit expreſſum in iure Spec. tit. de apoſtolis cum multi ſequitur videre nu. 1.lib. fol. 75.Veſtr. in pract.lib. 7.cap.3. ſub num. 32. ibi alij deniq; fol. 304. & Lut. Pet. in pract. cap. lib.5. cap.2.num.1. & quod ſi pars appellata deferat appellationi ſit idem, ac ſi detuliſſet iudex, ſcribit Lancell. quem refert, & ſequitur Scaccia de appellat. quæſt.17. limit.6.Me.6.nu.91.

Et quod pars appellata poſſit probare appellationem, licet iudex nolit deferre ſcribit Rot. dec.32. A leſſ. appellat. in nouis, & poteſt appellatus petere etiam quod appellans intra terminum iuris veniat cum omnibus actis , & monumentis ad Curiam , vel mittat procuratorem inſtructum Rot.dec.32.de appellat.

Secunda ſpecies dicuntur teſtimoniales,quia teſtificantur de appellatione facta coram iudice , vel coram publicis, vel honeſtis perſonis ſpec. in tit. de apoſtol. ſub num. 1. Veſtr. in praxi lib. 7.cap.3. ſub num. 32. Bouer.ſing. 8. de appellatio. Pet. in pract. Canon.lib. 5.cap. 1. ſub nu. 25. vbi quod iſti apoſtoli teſtimoniales habent locum quãdo appellatur in abſentia iudicis, quo caſu appellans poteſt illos ad cautelam petere ab eiſdem honeſtis perſonis coram quibus appellat, & ſufficit, quod proteſtetur ſe libenter appellaturum, & apoſtolos petiturum pro vt in ſchedula quã in manibus habet, ſi iudicis copiam haberet, & propterea requirit Notarium ibidem præſentem, vt de eius diligentia fidem faciat , & ipſe de apoſtolis reſpondeat, qui Notarius dare debet teſtimoniales, 1. debet de prædictis omnibus conficere inſtrumentum publicum, ſecundum ea quæ ſcribunt Franc. in cap.fin. quæſt.13.num. 35. & ſequent.de appellat.& Veſtr. in prax. lib.7. cap. 3. ſub nu.32.

Tertia ſpecies dicuntur dimiſſorijs de quibus loquitur Ritus noſter, per quos apparet, quod iudex detulit appellationem, ſic quæ appellantem à ſua poteſtate, & iuriſdictione dimittit, Franc. in cap. dilectis notab. 12.de appellatio. ſpecul. in tit. de apoſtol. in rubric. ſequit. videre ſub num,1.Mandoſ. de commiſſion.in 17.commiſſ.appelland. in prima inſtantia in verbo pro apoſtolis forſan dato fol. mihi 104.& de hac ſpecie eſt videndus latè Pet. in pract.lib.5.cap.2.

Quarta ſpecies dicuntur Reuerentiales , ſeu Reuerendi, quando ſcilicet defertur appellationi propter Reuerentiam Superioris ſpecul. in titul. de apoſtol. num. 8. & Franc. in cap. 1. §. in quibus de appellat. in 6. dicens in cauſa admiſſionis appellationis expreſſum à Iudice in apoſtolis fuit propter Reuerentiam Superioris erunt Reuerentiales, Marant.in ſuo ſpecul. 6. actu 2. ſub num.225. dicens , quod iſtis apoſtolis ſignificatur appellationem alias non admiſſibilem eſſe admiſſam propter Reuerentiam Superioris Veſtr.in praxi lib.7. cap. 3. ſub nu.32.

Quinta

Quinta ſpecies dicuntur refutatorij, de quibus etiam loquitur noſter Ritus, per quos apparet quod iudex non deſert apppellationi Mandoſ. de commiſſion. in commiſ. 17. aepell. in prima inſtant. in verbo pro apoſtolis forſan dato fol. 104. Pet. in Pract. cap. lib. 5. cap. 2. nu. 1. in fin. poſt ſpec. in tit. de apoſtol. num. 6. qui ponit formulam iſtorum apoſtolorum ſeu literarum.

In materia autẽ apoſtolorũ ſi vis latè videre tradi e laſſis habenis Scaccia de appellat. q. 13. vbi habes vnde dicantur apoſtoli, & quid ſint, quot, & quæ ſint apoſtolorum ſpecies, an appellans debeat neceſſario petere apoſtolos, an apoſtoli ſint petendi in ipſamet appellatione, an appellatione legitimè interpoſita petitiſque in ea apoſtolis; iudex debeat ſtatim de illis reſpondere an ad euitundam deſertionem appellationis ſatis ſit petere apoſtolos habere à Iudice terminum iuris, & redire pro apoſtolis, ſi iudex à quo appellanti redeũti in termino præfixo pro apoſtolis det alium terminum ſeu prorogет datum, & appellans vlterius non redeat an iudex poſſit procedere. Item an pendente termino iuris, ſeu alio dato ad redeundum, pro apoſtolis poſſit impetrari iudex appellationis, inſuper quando incipiat currere terminus iuris, qui datur pro apoſtolis. Item an iudex dando apoſtolos dimiſſorios poſſit appellans præfigere terminum ad præſentandum: An diſpoſita de apoſtolis habeant locum etiam in appellatione ab interloquutoria, & qualis ſit terminus iuris intra quem apoſtoli debent peti, & concedi in hoc Regno Neapol. & in foro capitolino. An iudex non deferent appellationi in caſu quo debet deferre, & non tradens apoſtolos puniatur, & qua pęna, & tandem cuius expenſis debeant concedi, & admitti apoſtoli explantationes aliquas circa petitionem apoſtolorum, qui per appellantes poſtulari poſſint trado, ego ipſe in mea praxi variarum reſolut. cap. 315.

RITVS XXXVI.

ITem cum Archiepiſcopus, vel Vicarius eſt iudex in aliqua cauſa appellationis inter-
a poſitæ à ſuffraganeis, a vel ex delegatione apo-
ſtolica, primo præſentatur inſtrumentum ap-
pellationis ex cauſa legitima interpoſitæ, vel
b reſcriptum apoſtolicum b commiſſionis, & po-
ſtea Archiepiſcopus, ſeu Vicarius, vt Ordina-
rius, vel vt commiſſarius Apoſtolicus citat
partem appellatam ad allegandum, quare pro-
cedi non debeat, & inſeritur inhibitoria ſtatim
c per curiam iſtam, c tam in appellatione à diffi-
nitiua, quam ab interlocutoria, & ſic non ſer-
uatur, quod pars prius citetur ante inhibito-
riam, ex quo incipit cognoſcere de virtute cau
ſæ, & ſubſequenter inhibet.

Si tamen pars comparens allegaret non fuiſ-
ſe ſeruatam formam iuris, vel appellationem
deſertam, de hoc prius cognoſcitur, & facta ta-
d li citatione, d ſi pars non comparet, non re-
quiritur libellus, & fit mandatum cum compul
ſoria iudici à quo, ſeu magiſtro actorum ha-
benti proceſſum, vt copiam ipſius tradat.

Sed ſi appellatus, citatus, comparet, & nil ef-
ficax oppoſuerit, vel ſi oppoſuerit, repulſus fit,
e decedendo procedendum fore e ad anteriora,
requiritur libellus, & ſi reſpondetur, lis conte-
ſtatur, & iuratur de calumnia, & fit cõpulſoria modo, vt ſuperius dicitur, & habita copia proceſſus, fit apertura, & datur terminus ad recipiendum copiam, & ſi neceſſe fuerit, diſputabitur ſuper reuocatione attentatorum, poſtea datur terminus ad probandum in cauſa appellationis, & ſucceſſiue ſecundum iuris ordinem procedetur, & hoc cũ appellatur à diffinitiua.

Si vero appellatur ab interlocutoria, vel grauamine, non datur libellus, ſed primus actus eſt apertura proceſſus, ſi præſentatus fuerit, aliàs fit compulſoria, vt ſupra, & poſtea apertura proceſſus, & datur terminus ad recipiendũ copiam, & videbitur ſi conſtet de grauamine, vel non, & ſi appelletur ad Romanam Curiam, & committatur in eadem, de cætero iudex à quo non ſe intromittet in cauſa ipſa, etiam poſt deſertionem, cum videatur in curia commiſſa vt ibi perpetuo ſit, & per appoſitionem manus ſummi Pontificis ad ſe aduocantis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ab interlocutoria quomodo interponenda, & num. 31.*
2 *Inhibitoria quando ſit facienda, & nu. 29.*
3 *Vicarius illam habet iuriſdictionem in cauſa commiſſa ſuo Epiſcopo.*
4 *Iudex tutius agit declarando expreſſè ſe competentem.*
5 *Archiepiſcopus quando poſſit manum apponere in iuriſdictione ſuffraganei.*
6 *Allegans non fuiſſe ſeruatam formam iuris, incumbit onus probandi.*
7 *Appellatio ſit deſerta in aliquibus caſibus.*
8 *Appellatione deſerta quis iudex ſit petendus pro declaratione deſertionis, aut executione ſententiæ.*
9 *Incontinenti fieri quod dicatur.*
10 *Libellus in cauſa appellationis non requiritur, & num. 13.*
11 *Copia proceſſus eſt danda expenſis petentis.*
12 *Iudex procedendo ad vlteriora, tacitè declarat ſe competentem.*
14 *Iuramentum de calumnia quid contineat.*
15 *Conſenſus tacitus quandoque plus operatur, quàm expreſſus.*
16 *Epiſcopus iurans quid tangere debeat.*
28 dies prouidus,ac diligens delegatus curat, vt apponatur in actis,ex Bald.in l.eum qui, poſt num.5. ff.de iuriſdict. omn.iud.in l.falſus,num.19. C. de furt. & Guid. Papæ deciſ.286 Iudex delegatus, eaque eſt ratio, vt illius præſentationem appareat, præceſſiſſe acta facta per ipſum delegatum, qui profectò non antea recipit exercitium iuriſdictionis,quam à die præſentati reſcripti,adeo quòd irritum eſſet quicquid antea fuiſſet geſtum: tametſi ſubſequeretur datam Reſcripti, nec ſubſequenti exhibitione inualidaretur,vt allegati tradunt, atque etiam Lap.alleg. 81.non valuit,num.6.& inibi Mandoſ.Roman.conſ.353. quoad primum num 8. Federicus de Senis conſi.24.cogitetis,in princ.Rot.deciſ.242.ſi vnus, vel 6.de offic.deleg. in nouis,deciſ.245.ſi Procurator,in fine,vel 7.de procur. in nou.& deciſ.457.factum,ſeu 19 de conceſſ.præb. ſimiliter in nouis,ac communem ſententiam eſſe,dicit Socin. in l.multum,ante numerum 6. ff.de conditio.& demonſt. Rurſus procuret delegatus, vt illico fiat citatio, ne per Aduerſarium fortè ſecundas literas impetrantem,& prius citari facientem, valeat præueniri,non enim quoad hoc ſufficit ſola reſcripti præſentatio,niſi ſubſequatur citatio,vt reſoluit additio ad Guid. Papam allegat. deciſio. 286.& Specul.in rubr.de competen.iudic. adit. §. viſo, verſicu.ſi vero plures: Ac demum curet ipſe delegatus, vt citatio contineat inſertum tenorem delegationis, vt citatus teneatur comparere, ex Barto. in l.2. num.6.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit,Hoſtien.in cap.præterea, poſt num. 16.de dilat. Guid. Pap.deciſ. 286. Iudex delegatus, in fine,& Mandoſ.in gloſſ.facultat.§.proprium, verſic.citationibus, in principio, atque iſta apparet eſſe magis communis opinio, cap.cum in iure, de offic.delegat. licet non ſit in iure deciſum,vt perbellè tractat Achill.deciſio. 140.alias 10. de dol.& contum. & hoc tenendum exploſa opinione exiſtimantium,vt teneatur pars citata coram delegato comparere, etiam ſi tenor delegationis non fuerit inſertus in citatione per ipſum expedita, dummodo ſe delegatum enarret; vt affirmat inter alios Butrius in adducto cap.præterea,poſt num.13.verſ. ſecundus caſus, de dilat. & Milis in ſuo repert.lit. C.num.24.verſ. citatio quando, quorum dictum his præſertim temporibus credo ſuſtineri non poſſe, cum vigeat vbique, & ſtylus ſit omnium Curiarum, vt inſeratur, ob idq; tutum nõ eſſet à communi vſu recedere. Abb.Io.Hier.Camp.

c ¶Per Curiam iſtam. Id etiam ſeruatur in Rota de
29 ſtylo Palatij, atque ex æquitate canonica per deciſ. 11. fuit dubitatum ſiue 3.verſ.ſed de æquitate, de appellat.in nou.Nam de rigore,antequam iudex appellationis inhibeat iudici à quo,ipſum quidem oportet multa perſcrutari,illa præhabita diſtinctione, vtrum à diffinitiua, vel interlocutoria ſit appellatum,ſi enim à diffinitiua,conſtare primum debet,infra decem dies interpoſitam fuiſſe, vt illico valeat,inhibere, etiam nulla expreſſa legitima cauſa, ſi verò ab interlocutoria, alia plura ſint præponenda, quæ inhibitionem antecedant, ac primum citatio appellati,ad opponendum aduerſus appellationem,præterea expreſſio particularis, probabiliſque cauſæ grauaminis per appellantem,& probari appellationem infra decẽniũ interpoſitam,per ea,quæ concludit Gemin. in c.Romana, poſt nu.3.verſ ſed in appellationibus additis alijs, per eũ dictis antea in eod.cap. poſt nu.2. de appell. in 6. & Rot. deciſ.412.ſi appelletur,ſiue 58.nu.2.de appell.in nouis,& Caſſad.deciſ.5.n.2.de ſequeſt.poſſ.& fruct. Ang. in l.ſcio, §.ſed illud,nu.5.ff.de appell.qui quidem rigor per Curias Eccleſiaſticas eſt omnino ſeruandus, cum alijs, tam pro appellationibus admittendis, quam concedendis inhibitionibus poſt appellationem,& conſtitutis in d.c.Romana,idq; verum,non obſtante quacunque conſuetudine, etiam immemorabili,vel priuilegio, iuxta diſpoſitionem Conc. Trid. in c.7.ſeſſ. 22.& propterea contraria diſpoſitio huius Ritus reuocata,atq; abrogata apparet;id tamen adiungendum arbitror, quod commiſſio à Sede Apoſtolica expedita cum ſolita clauſula;quam,& quas;illius vigo-

H re

re fulciatur, ac ſubſtineatur; tametſi non conſtet de ap-
pellatione, vt affirmat Rota, teſte Cęſare de Graſſ. deciſ. 8.
de reſcrip. & Achill. deciſ. 14. eodem illo titu. Abb. Ioan.
Hieron. Camp.

d ¶Et facta tali citatione, illa, ſcilicet, de qua dictum eſt
in princ. huius Ritus quæq; ſit appellatio ad allegandam
rationem, quam forte haberet, ad impediēdum, ne proce-
deretur in cauſa appellationis, quam ſi infra terminum in
ea præfixum non deducat, aliæ literæ decernuntur, & cō-
pulſoriales, licet nullus præceſſerit libellus, quib. manda-
tur iudici a quo, eiuſq; actuario, vt copiam proceſſus ap-
pellanti tradat. Abb. Io. Hieron. Camp.

e ¶ Procedendum fore. Rectius mea quidem ſentētia hoc
30 loci Ritus iſte dixiſſet, procedendum eſſe ad vlteriora, eſt
tamen in hac re attentè conſiderandum, ꝙ ad iudicem
ſpectat cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, ſeq; iudicem cō-
petentem declarare, tam ſi ordinarius ſit, & probat tex. in
l. ſi quis ex aliena, ff. de iudic. quam ſi delegatus, iuxta tex.
in c. paſtoralis, & c. ſuper literis, de reſcrip. & vtrobique
Abb. & c. præterea, de dilat. reiectą contraria reſolutione
glo. in c. accuſatus, §. ſanè, ver. manifeſtè, de hære. in 6. quā
reijcit Card. Zab. in eod. c. ſuper literis, & cōmuniter om-
nes, teſte Iaſ. in l. 2. nu. 6. ff. ſi quis in ius voc. non ierit, ex
hoc autē decreto admittitur appellatio, vt omnes notāt,
& colligitur ex verbis Hoſt. in d. c. præterea, nu. 18. in fin.
idq; etiā ſi tacitè fuerit interpoſitū, nempè, ſi id minimè
declarauit expreſsè, ſed tacite procedendo iudex ad vlte-
riora, quia excipiens, & proponens hanc declinatoriam,
poterit appellare, per Abb. in c. cum ſuper, nu. 9. de offic.
deleg. & ſuccurrit ratio illa, quod huiuſmodi exceptione
deducta, ſi iudex procedat, videtur eam reijcere, ſeq; iudi-
cem cōpetentem decernere, Ang. conſ. 213. in cauſa poſt
nu. 4. verſ. quinto, Io. And. in gl. 2. ſuper clem. cum à repul
ſione, de app. Ang. in adducta l. 2. glo. notab. in l. 2. §. ſed ſi
dubitetur, verſ. intueri, ff. de iud. & Ant. Gabr. concl. 1. de
except. lib. 2. qui hanc materiam copioſè enarrat. Abbas
Ioan. Hier. Camp.

f ¶Ab interlocutoria non dubium, quin de iure Cano-
31 nico permiſſit à quacunque interlocutoria, & grauamine
appellari, per c. ſuper eo, el 2. de appel. & clem. appellanti,
eo. tit. concurrentib. tamen his, quorum memini nu. 29 &
tradit tex. in c. 1. de app. in 6. de iure vero ciuili, an admit-
tatur, controuerſia eſt inter DD. hanc tamen dubietatem
aliquibus præhabitis diſtinctionibus diremit gl. in c. pen.
C. quor. app. non recip. qua quidē in re memoria arbitror
perpetuò tenendum notabile dictum Ang. conſ. 217. in
cauſa poſt nu. 3. quod appellatio quoticſcunq; illo iure
permittitur, interponi ab interlocutoria, debeat cōtinere
ſpecificam cauſam grauaminis, ſi ſecus nulla ſit, & deſerta
poſt decennium, iuxta diſpoſitionē relatæ clem. appellāti,
nec aduerſari, ſubiungit, quod illius diſpoſitio cōtradicēs
iuri ciuili, non videatur ſeruanda in foro laicali, namque
reſpondet, quod ius ciuile non exprimit, vt liceat, nulla
ſpecificata cauſa appellare ab interlocutoria, ſed ſimplici-
ter, quod poſſit appellari cauſis nō expreſſis, iux. l. 1. ff. de
app. quod ius canonicum declarans, diſtinguit id ſubſiſte-
re, cum appellatur à diffinitiua, ſecus autem ſi ab interlo-
cutoria, ac licitum ſit, iura diſtinguere, non ſecus, ac ius ci
uile diſtinguit ius gentium, & dominium. Nouiſſimum tñ
ius Conc. Trid. reſtrinxit hanc facultatem appellandi ab
interlocutoria in cauſis viſitationis, & correctionis, ſiue
habilitatis, & inhabilitatis, nec nō in criminalibus ab Epi
ſcopo, ſeu illius in ſpiritualib. Vicario Generali, niſi graua
men huiuſmodi per diffinitiuā ſentētiam reparari, vel ab
ipſa diffinitiua appellari non poſſit, iux. c. 1. ſeſſ. 13. de re-
for. quod autem in eo dicitur, de criminalibus tantū vi-
detur habere locum in criminalibus, quæ tractantur corā
Epiſcopo, & eius Vicario Generali, non autem in eis, quæ
corā inferioribus, vel delegatis à Papa, Legato, vel Epiſco
po, per Nauar. & rationes ab eo adductas in ſum. c. 28. nu.
15. Illud verò, quod conſtituitur per Reg. Cancell. 38. ge-
nericè prohibentem appellationem ab interlocutoria, nō
habente vim diffinitiuæ, nec concernēte grauamen, quod
nequeat per appellationem à diffinitiua ſentētia reparari,
procedit in cauſis expediendis in Romana Curia tātum,
vt ſuper ea not. Rebuff. eſt verum, quod per aliud c. eiuſ-
dem Concilij, id generalius deciditur in c. 20. ſeſſ. 24. de
reform. tandem eſt illud accuratè conſiderandum, ꝙ Ani
mæ ſaluti maximè confert id, quod ſcriptum reliquit Na
uar. indicato nu. verſ. nota tertio, ꝙ iudex alium grauās,
ſi appellationem à tali grauamine denegaret, admittere,
niſi alia via illud remoueret, peccaret, nec tutus eſſet in
foro interiori, quòd appellationi non detulit, tanquam
interpoſitæ in caſu, in quo ius prohibet appellari, & ap-
pellans, non audiatur, hoc enim tantum ſibi prodeſſet in
foro anterior. Abb. Ioan. Hier. Camp.

g ¶Magnæ Curiæ Vicariæ, qui Ritus hodie eſt nu. 253. &
ſuper eo latè Carau. vtrum vero de iure requiratur litis
conteſtatio in cauſa appellationis, diſtinctè quidē, ac mul
tum accuratè ponit Henr. Boic. in c. per tuas, de app. tan-
git Gui. Pap. & inibi additio, deciſ. 58. de ſtylo, an præte-
rea requiratur libellus, ipſemet Henric. in illo c. declarat
diſtinctione viens à nu. 4. Abb. Io. Hier. Camp.

h ¶In eiſdem Curijs, qui in impreſſis cum commētarijs
Carau. eſt Ritus 253. cui concinit, & 6. in numero, inci-
piens, item, quod cauſa appellationis. Iſthæc (beneuole
lector) cum alijs paucis in duobus antecedentibus Riti-
bus ſcripta tibi ſatis ſint pro aliquali cognitione nimis
amplæ appellationum materiæ, quinimo admirari iuſtè
poteris eam me tam anguſtis limitibus cōſtrinxiſſe, præ-
ſertim, quòd credam, vtiliora attigiſſe, nec quid minimū
prætcrijſſe, quod veluti cęteris notabilibus exiſtimetur
notatu magis dignum. Abb. Io. Hier. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Ibi, Inhibitoriæ, eſt aduertendum, quod *inhibitoriales*,
vt plurimum ſunt voluntariæ, & quandoque ad cautelam
fiunt, aliquando ſunt neceſſariæ, cauſatiue, vtrobique au-
tem attendendum eſt, ſi cauſa prouentat à iure, quia ſit
iuſta, & canonica, Rot. Roman. deciſ. 201. nu. 1. par. 2. in
nouiſſimis, Mandoſ. trac. de inhibitio. quæſt. 1. Lancellot.
de attentat. par. 2. c. 2. nu. 7. cum ſeqq. & Rot. Florent. pe-
nes Magon. deciſ. 28. num. 1. cum ſeqq. vbi declarat quid
ſit inhibitio, & quos producat effectus, . . . tract. de
fictian. cap. 9. caſu 6. Quod ſi plus erit inhibitio ab homi
ne, tunc dici ſolet, quod vel iuſta ſit, vel iniuſta debet, l. 1.
§. 1. ff. de nou. oper. nunc. Rot. Rom. annot. loco, & Ve-
rall. deciſ. 92. cum ſeq. par. 2. Cæſar Graſſ. Rot. Rom. deciſ.
109. in fin. de appellat. Rimin. iun. conſ. 821. nu. 18. vol. 7.
Veſtr. ſuæ prax. lib. 8. c. 4. nu. 10. ideo appellandū eſt, alio-
quin tranſit in iudicatum, cum præſumatur pro iudice,
& contra contumacem, Alexan. conſ. 9. volum. 4. Corn.
conſi. 292. in fin. volum. 3. Bero. conſil. 114. volum. 3.
Menoch. conſ. 82. Marant. conſ. 61. numero 1. Gayl. lib. 1.
obſeruat. 144. Mynſinger. centu. tertia, obſeruat. 87. In
primis præſul, Couar. pract. quæſt. cap. 24. num. 3. Con-
tard. ad l. vnic. q. 5. C. ſi de moment. poſſeſſ. Id quod in-
telligendum eſt de ſtylo Curiæ Romanæ. Eugen. conſ. 75.
nu. 11. & 12. cum ſeqq. Alias de iure communi inhibitio
iniuſta, ſeu inualida, non eſt metuenda etiam ſine appell.
cap. non ſolum, de iud. in 6. Eugen. in conſ. 75. num. 68.
Hondede. conſ. 27. col. 2. Farinac. conſ. 17. nu. 24. & in ad-
dition. litera H. vbi amplius ſubdit duos caſus, in quibus
nec de ſtylo Rot. ſeruanda eſt inhibitio, veluti quando
per calumniam fuiſſet impetrata, ſeu notoriè conſtaret
de iniuſtitia, & quando commiſſio fuit ſignata cum
clauſula, prout de iure, imo quoniam timenda eſt,
quinque requiruntur copulatiue, primum dependit à iu-
riſdictione inhibentis, ſeu iudicis, coram quo lis pendet,
cuius etiā eſt cognitio an ſit iuſta, vel ſubreptitia, necne,
Surd. d. art. 424. nu. 31. 46. & 51.

Secundum eſt, quod non ſit limitata, quoniam inhibi-
tio reſpectu vnius cauſæ, non extenditur ad aliam cau-
ſam

Digitized by Google

ſam, Pariſ.conſ.39.nu.28.vol.1.Magon.Rot. Florent. deciſ.128.num.13.& Rot.Roman.deciſ.141.num.11.part.1.in nouiſſim.& verba determinata ad cauſam, vel ad perſonam, vel locum, vel tempus non extenduntur, Bald. conſ.336.vol.1.niſi commiſſio haberet clauſulam, quam, & quas, Rot.Roman. deciſ. 785. num. 2. part.1. in nouiſſimis.

Tertium eſt, quod ſit conceſſa ei, cuius intereſt, eadem Rot.Roman.deciſ.796 nu.3.par.1.in nouiſſim.

Quartum eſt, quod duret officium iudicis inhibentis, quandoquidem finito officio expiret inhibitio, l. vlt. ff. de pœnis, Afflict.deciſ.290. Becci.pleniſſimè, & Abb. & alij conſ.4.& Petr.Becch.tract.de iure ſiſtendi, cap.30.

RITVS XXXVII.

QVantum ad ſignificatorias Curiæ ſæculari pro clericis faciendas ſeruatur, quòd indiſtinctè fiunt pro clericis non con-
a iugatis priuilegio fori gaudentibus, *a* ita, quòd illud non amiſerint, præſertim ſi ſint beneficiati, etiam ſi non incederent in habitu, cum huiuſmodi coertio, & punitio ad Archiepiſcopum ſpectet, & non ad ipſum ſæcularem iudicem, prout aliàs obtentum fuit tempore quondam Nicolai Archiepiſcopi Neapolitani, & hoc pro clericis ſubditis. Sed de clericis exteris, ſeu forenſibus, de quibus dubitari poteſt, an ſint clerici, vel gaudeant priuilegio clericali; prius conſtare debet per literas proprij Epiſcopi illorum, quod illi ſunt clerici, & priuilegio clericali gaudeant, & ita fiunt ſignificatoriæ per Dominum Archiepiſcopum, ſeu eius Vicarium.
b Sed pro clericis ſubditis coniugatis *b* non fiunt ſignificatoriæ in ciuilibus, ſed in criminali-
c bus fiunt, ſi non ſunt bigami, *c* ſiue criminaliter de crimine agatur, ſecus ſi ad pœnam conuentionalem parti, vel Curiæ applicandam, quia non ex crimine, ſed ex contractu deſcendit, dum tamen non procedatur ſuper interrogatione inſtrumenti, iuxta Ritum Magnæ Curiæ, quia propter perſonalem detentionem incaleſcent crimina, & gaudent priuilegio, & fient ſignificatoriæ, tam ſuper debito principali, quàm ſuper pœna inſtrumenti, & præſertim ſi citaretur ſuper periurio, quod eſt pœna manus, ſi ergo non ſuper interrogatione inſtrumenti, ſed ſuper appretio fiendo pro debito principali, & pœna ageretur in Curia ſeculari contra clericum coniugatum non fieret ſignificatoria; cùm non gaudeat, in hoc priuilegio clericali, quia non ſuper crimine agitur, nec detentio perſonalis locum haberet.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus, quibus in caſibus cognoſcat Eccleſiaſticos.*
2 *Qualitas tribuens iuriſdictionem debet prius verificari.*
3 *Clericorum non deferentium habitum, punitio ad Eccleſiaſticum ſpectat.*
4 *Clerici peregrini quomodo debeant probare, quod gaudeant priuilegio clericali.*
5 *Litera Epiſcopi plenam faciunt fidem.*
6 *Cauſa criminalis quæ dicatur.*
7 *Executio ſententiæ latæ à laico contra clericum in caſu præmiſſo, fit ab Eccleſiaſtico.*
8 *Bigami unde dicantur, eorumque declaratur materia, num. 15.*
9 *Clericus habens inſtrumentum guarentigiatum contra laicum, vtitur Ritibus Magnæ Curiæ.*
10 *Guarentigia declaratur.*
11 *Depoſitio clerici in cauſa criminali non probat.*
12 *Periurij pœna quænam.*
13 *Clerici ſunt exempti à iuriſdictione laicali.*
14 *Clerici coniugati, quando, & quo gaudeant priuilegio.*

RItus iſte diuiditur in duas principales partes: ſecunda, ibi, ſed pro clericis; item prima ſubdiuiditur in ſex particulas; ſecunda, ibi, itaque; tertia, ibi, etiam ſi; quarta, ibi, prout aliàs; quinta, ibi, & hoc per; ſexta, ibi, ſed de clericis exteris; item ſecunda principalis pars ſubdiuiditur in quinque particulas; ſecunda, ibi, ſecus; tertia, ibi, dum tamen; quarta, ibi, & præſertim; quinta, ibi, ſi ergo; & in toto Ritu tractatur materia iuriſdictionalis, de qua in cap. ſi iudex laicus, de ſenten. excom. in 6. & dat formam ſignificationis pro clericis faciendis, vel non.

¶Significatorias. Pro quibus, & pro inhibitorialibus, vide glo. in ver. ſignificatoria, & inhibitoria ſupra in Ritu 14. vbi ſatis de ipſis fuit dictum.

¶Non amiſerint. Aliquos caſus, in quibus iudex ſecularis habet iuriſdictionem intra Eccleſiam, & in perſonis
1 Eccleſiaſticis, vide per glo. in cap. principes, in verſ. intra Eccleſiam, 23.q.5.& in cap. placuit vt quicunque, 11.q.1. per Spec. in tit. de compe. iud. adi. §.1. ver. in quibuſdam, no. in cap. at ſi clerici, de iud. & in cap. degradatio, de pœ. lib.6. & quod etiam hoc habeat locum in atrociſſimis, vt puta in aſſaſſinio, vide cap. pro humani, de homi. lib. 6. in c. fœlicis, de pœ. eod. lib. Hipp. de Marſ. in l.1. in princ. ad l. Corn. de ſica. nu.47. Ang. de maleſ. in verſ. caput à ſpatulis. & addi. Aug. fo.114. And. de Iſer. in conſtit. vt participatio, fol.128. & quod quãdo aliqua qualitas dat in ſimilibus iuriſdictionem, debeat de illa prius conſtare, Philip. Dec.
2 conſ.410.nu.29.& 222.261.num.2.& 268.in princ. Phili. Corn. conſ.202.incip. licet in hac, vol.3. Fel. in c. auditis, col.22.num.31 de præſcr. in cap. licet, col.23. de proba. in cap. examinata, col.4.& in cap. nouit, poſt prin. de iud. & in cap. cum ex officij, col.13. ver. pro quo facit, de præſcr. Panor. in cap. conqueſtus, col.2. in fi. verſ. ex his infert, de foro compet. Phil. Dec. conſ.62. ante fi.405. col.2. verſ. ſecunda conditio. 437. nu.3.259. num.6.466. nu.7.471. in princ. 18. colum. 3. in princ. & 37. colum.4. verſ. quarto principaliter, &c.

¶Punitio. Iſta fuit antiqua quæſtio terminata per Alex. in conſ.8. incip. videtur ſuper primo, vol.1. per Soc. conſ. 12.6. col. circa med. & 112. col.2. ver. tertio, 2. volum. &
3 eſt materia cap.1. de cle. coniug. lib.6. per Ioan. And. in conſ. impreſſ. inter conſ. Alex. conſ.57. incip. quia ſæpiſſimè, volum.4. & copioſiſſimè reaſſumit materiam noſter Neap. d. Tho. Gram. vot. 33. incip. in cauſa clerici Hieronymi; in quibus votis habes conformes deciſ. huic ritui, videlicet, quod punitio, & coertio ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum Neapo. maximè, & maximè dixi, non ſine myſterio, quia tempore Clementis VII. ſub data Romæ 1524. die 19. Ianuarij, Pontif. ſui anno primo, conceſſum
d fuit ad inſtantiam Oratoris Imperialis, *d* Breue, quo exigente, fuerunt moniti, tam primæ tonſuræ, quàm minorum ordinum clerici, in Regno Siciliæ, citra Farum exiſtẽtes, per edictum publicum, vt infra terminum duorum menſium, pro peremptorio termino aſſignatorum, habitum & tonſuram honeſtè, ac alia ſolemnia, iuxta canonicas ſanctiones deferre debuiſſent, alioquin dicto termino elapſo, ſi præmiſſa obſeruare neglexiſſent, eoſdem foro ſæculari ſubiectos fore, & tanquam laicos per Cu-

riam ſecularem, & vſque ad vindictam ſanguinis vltimi que ſupplicij pœnam puniri potuiſſent ipſo iure, nulla alia noua declaratione ſuper hoc requiſita, vel requirenda, non obſtantibus conſtitutionibus, &c. propter quã poteſtatem traditam Magna Curia Vicariæ nedum cępit clericos prædictos, ſed plurimos vltimo ſupplicio conſumpſit: quia de cauſa Reuerendiſs. D. Dominus Vincentius Carafa, Cardinalis meritiſs. & mihi obſeruandiſs. cõqueſtus fuit de Pontifice Clemente VII. qui in opprobriũ iuriſdictionis ſuæ Dominationis Reuerendiſs. talia conceſſerat, & obtinuit a ſua Sanctitate declarari, ꝙ Ciuitas, & diœceſis Neapolitana, & tam primæ tonſuræ, quã minorum ordinum, clerici in eis exiſtentibus, non comprehenderentur ſub tali cõceſſione, & hac de cauſa abſtinuit Magna Curia Vicariæ præfata à captura, & punitione exiſtentium clericorum primæ tonſuræ, & minorum ordinum in eiſdem, & plurimos remiſit, & remitti obtinuit ad Reuerendiſs. Vicarium Neapolitanum, in reliquis vero partibus Regni dicta Magna Curia Vicariæ obſeruat prouiſionem, & conceſſion. in Clemen. pro Euangelio: & quamuis pluries inſtiterim pro illorũ remiſſione, in vanum laboraui, quia remittere noluerunt, tamen cõſidera, ꝙ illa conceſſio dicit, in Regno Siciliæ citra Farum exiſtentes, & eſt pœnalis, ſi attentari poſſet, ꝙ comprehẽdit præſentia, & non futura, & ſic tunc exiſtentes, & moniti comprehenderentur in Regno, & non futuri, per no. per Felin. in c. fi. in 10. & vlt. limit. illius tex. de conſt. per Panorm. in c. fin. in vlt. no. de vit. & honeſt. cler. per Nouio. in conſt. Regn. apoſtatantes, col. 3. verſ. hinc ſumpta occaſione, nu. 19. lib. 1. fol. 28. & omnino põderabis reg. prag. Regis Ferdinandi, incip. quemadmodum canonicis, ſub data Neapoli 1469. die 23. Aprilis, intitulata, ꝙ diaconi, vulgo dicti, ſaluatici, mihi fol. 262. in qua ſunt iſta verba, diaconi, ſaluatici, vulgo appellati, ſeu clerici primæ tonſuræ, præſentes, & futuri, &c. & ita expreſſiſſet Clemens VII. ſi futuros comprehendere voluiſſet, à forma verborum non eſt recedendum, arg. cap. ad audientiam, in fi. de deci. And. de Iſer. in cap. 1. §. præterea, col. pen. in prin. in fi. quæ ſit princ. cauſa feu. amitt. fo. 45. & ibidem in §. porro, & Philip. D. c. conſ. 15. col. 1. in fin. & de viribus dictæ pragm. poteris videre Alex. in alleg. conſ. 8. & d. Tho. in alleg. vot. 33. nec dici poterit, quòd per illa verba cle. videlicet, nulla alia declaratione, &c. & per illa non obſtantibus conſtitutionibus, &c. ex mente concedentis amplietur, & extendatur gratia ad futuros, quia de eſſe legis, & gratiæ videtur eſſe, ꝙ ad futura, & non ad præterita extendatur, niſi de præteritis in ea caueatur expreſſè c. fin. in fin. de conſt. nam ſalubre propoſitum ſuæ Sanctitatis fuiſſe videtur, non tam circa punienda delicta commiſſa, quàm in committendis eiſdem, via & materia præcluderetur, arg. conſt. Regn. intentionis noſtræ, in prin. de illic. porta. armo. facit dictum Bal. in l. ſi mater, C. de ſu. & leg. quod reaſſumpſit Fran. Crem. ſing. 127. inci. ſtatuto cauetur, vbi quòd ſtatutum extenditur ad futura, & non ad præterita, quia iſta, & ſimilia tolluntur ex illo verbo, exiſtentes, & ex illo, eoſdem, & illa, quæ incidenter proponuntur non ampliant, nec extendunt conceſſionem, & gratiam, ita Imol. in cap. 2. in no. nu. 6. de ordin. cog. per tex. clem. 1. in fi. de præb. nam omnes clauſulæ in gratia contentæ reſtringuntur in caſu, in quo diſpoſitio principalis loquitur, videlicet, ad exiſtentes, ita per clem. præalleg. decidit Phil. Dec. conſ. 373. col. pen. nu. 14. & acceſſoriè veniunt ad gratiam, & ideo illam reſtringunt, ita per præall. clem. conſuluit Phil. Dec. conſ. 377. nu. 6. & 384. in fi. vbi dixit talem interpretationem poſſe perſuaderi, quia gratia, ſeu conceſſio fuit oneroſa, & a iure communi exorbitans, & ꝙ iſtæ clauſulæ acceſſoriæ non debent alterare principalem diſpoſitionem, ita per præalle. clem. notauit Philip. Dec. conſ. 394. col. 5. poſt nu. 8. ante ver. ſucceſſiuè. & maximè, quia illę clauſulę in fin. poſitæ reſpiciunt exequutionem gratiæ, & ideo non poſſunt alterare, nec extẽdere principalem diſpoſitionem, ita per præalleg. clem. concludit Philip. Dec. conſ. 423. col. 2. poſt num. 8. & 442. col. 5. num. 25. in fin. & 213. col. 4. ante num. 9. verſ. ſecundo reſpondetur, & 218. col. 6. num. 16. & ibi num. 9. concludit, ꝙ etiam ex tacita, & veriſimili mente teſtatoris nõ fiet in teſtamento extenſio de perſona ad perſonam, & per eund. conſ. 465. col. 3. in fi. & 248. col. fin. ante verſ. vltimo non obſtat, & 287. col. 6. in princ. & 291. col. penul. verſ. & prædicta, & 305. vlt. col. nu. 8. & conſ. 12. ante fin. verſ. prima eſt, & 38. col. 4. in fi. ver. confirmatur hoc, volui ſic priuilegium attributum toti ordini clericali, vt in cap. ſi diligenti, cum ſimil. de foro compe. præmiſſa cumulare, vt darem occaſionem aduocatis protegendi clericos. & fauendi toti ordini clericali, & præcipuè ordini primæ tonſuræ, ſeu coronæ, aliàs pſalmiſtatus, de quo in c. contingat, iuncta glo. fin. de æta. & qual. in glo. in ver. tonſuram, in c. nullus Epiſcopus, de temp. ord. lib. 6. Phil. Dec. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. col. 2. ver. ſecundo principaliter, de conſtit. ex quibus poteris colligere errorem Docto. palatios rubeos, aliàs Io. Lup. in 6. vol. tract. tit. de lib. eccle. vbi tenuit, primam coronam, ſeu tonſuram non eſſe ordinem, contra præmiſſa, forſan ab eo non viſa, & contra communem ſententiam Canoniſt. de qua in gioſ. in ver. Epiſcopus, in proœ. lib. 6. & per ibi Scriben. vide ſupra in rit. 5. in glo. in ver. ſi clericus, & quia laici clericis oppido ſunt infeſti. cap. laicos non, 2. q. 7. vt audacter eorum aduocati valeant eos tueri contra laicos, & vt ab eorum iudicibus ſecundum canonicas ſanctiones puniãtur, vt eorum ſpiritus ſaluus fiat poſt debitam correctionem, dicerem clem. non comprehẽdere in toto Regno, niſi clericos in prima tonſura, & quatuor minoribus ordinibus, tunc tempore monitionis, & exequutionis ipſius, exiſtentes, & non futuros, & me mouet tex. cap. P. & G. in fi. de offic. deleg. vbi ꝙ delegatus virtute dictæ clem. nullam habebat in futuros clericos iuriſdictionem; & propterea quod non erat, prorogari non poterat, arg. l. ſed ſi manente, de præca. & ratio, quia huiuſmodi delegata iuriſdictio ad alias perſonas in commiſſione non comprehenſas, nõ poterat prorogari, vide tex. alleg. cap. P. & G. Panorm. in cap. ſignificauit, in fi. de reſcrip. no. in l. Neratius, ff. de re iud. & pondera verba ſalutationis proœ. in 6. & in clem. videlicet, Bononiæ commorantibus, nam illud, commorantibus, non comprehendit futuros, ſed Bononiæ tunc exiſtentes, vide ibi Docto. & glo. in proœ. decret. in ver. Bononiæ commorantibus, & in eadem Card. Zab. opp. 8. vbi ꝙ illa benedictio extenditur ad commorantes in caſtris, immo dixit ibi Ioan. de Imo. ſe intelligere commorantes omnes, qui tunc erant præſentes, vel abſentes animo redeundi ex lata interpretatione, & in pen. col. d. proœ. verſ. octauo oppo. & licet glo. præalleg. in proœ. decre. dicat, poſt duos menſes, omnes ligari illa compilatione: tamen Hoſtien. ibi dixit, quòd eſt ex eo, quia ad cõmunem omnium vtilitatem fuit compilatio facta, vt in eod. proœmi. §. ſane, habes ergo deciſ. Ioan. de Imo. in indiuiduo, & formalem, quòd futuri non comprehendantur, cui adde contextum Felyn. in cap. Eccleſia, colum. 54. ver. ſecundo tene, de conſt. vbi ꝙ iura in ſimilibus emanantia trahuntur ad præterita, ex quibus poteris à manibus laicorum euellere clericos ordinatos poſt clem. quòd patebit, eſt data dictæ clem. & data literarum ordinis collati, & comprobabitur ex ſtudio illius, cui ingenij talentum maius Deus contulit pro libertate Eccleſiaſtica tuenda, & conſeruanda.

¶ De clericis exteris. Aliàs peregrinis. Debent enim iſti ſe clericos, ſeu Sacerdotes, & quòd priuilegio clericali gaudeant, probare per literas proprij Epiſcopi, vt infra eod. rit. vel etiam per teſtes, cap. tuæ, de cler. pereg. &
4 tales literæ appellantur cõmendatitiæ, ſeu demiſſoriæ, cap. pen. & vlt. 71. diſt. fuit enim hoc ſtatutum propter criminoſos, ne, videlicet, infames ab aliquo Epiſcopo reciperentur perſonæ, ſolent ſæpius huiuſmodi perſonæ, cum non poſſint in natiuis Epiſcopatibus eorum officia exercere, quia ibi notæ ſunt, ad alienum Epiſcopatum accedere, &

re,& celebrare,cap.fi.19.q.2. merito Ritus ſeruari debet,
& extat pro his conſtitutio ſynodalis Archiepiſcopatus
N.ap.num.33.incip. ſæpe contingit,qua coutrafaciētes,
& celebrantes clerici exteri,ſine ſpeciali licentia Archie-
piſcopi,excommunicantur.

5 ¶Per literas proprij Epiſcopi. Quæ plenam facient fi-
dem,c.poſt ceſſionem , de proba. maximè , quia fiunt ex-
traiudicialiter.vt ibi per glo.Mag.in fi. & quia eſt de acti-
bus,qui ſpectant ad officium ſuum,& inter ſuos ſubditos,
prout concludit Panorm. in alleg.c.poſt ceſſionem,col.6.
verſ.ratio prædictæ cōcluſionis, & intelligo proprij Epi-
ſcopi præſentis in Ciuitate,ſeu diœceſi,tempore,quo cle
ricus vult diſcedere,ſed ſi fuerit abſens, poterit eius Vica-
rius Generalis hoc facere,arg.c.cum nullus , §. Epiſcopo
autem,de temp.ord.lib.6.plenè per Iaſ. in l. cum filiusfa-
milias,col.2.in prin.ff.ſi cer.pet.faciunt not. per Fel. in c.
cum acc. ſſiſſent,col.9.verſ.tertio reſtringitur, de conſtit.
Philip.Dec.in c.dilecti,lo 3.in prin. de appel. Arch. in c.
reatina,diſt.63.cuius auctoritati,quæ non eſt minima in-
ter Canoniſtas,& Compoſtella,ac Bal.in c.cum venerabi
lis,de conſue.adhærens Iaſ.ita in indiuiduo conſuluit , vt
patet conſ.ſuo 119 cuius eſt initium , nobilis Vir Domi-
nus Henricus,vol.1. Albericus Oliua.

¶In ciuilibus. Meris ſcilicet,ex contractu , vel quaſi de-
ſcendentibus,& ſic intellexit cap.1.de cler. coniug.lib.6.
Philip.Fran.poſt Io.And.& alios ibi ſcribentes,verſ.&
cum col.2.ibi, in cauſa vero alia , & ibi aduerte pro intel-
ligentia , quia in his non habent priuilegium fori , & eſt
verus intellectus illius cap. pro quo vide Socin. in cap.1.
6 col.pen.verſ.32 fallit,de for.comp.& dicitur cauſa crimi-
nalis,quando agitur de crimine criminaliter,cap. at ſi cle-
rici,de iud.ciuilis,quando non agitur de crimine, cap.cæ-
terum,eod.tit.mixta,quando agitur de crimine ciuiliter,
cap.tuæ,de procur.vide Panorm.in rub. de iud. col. pen.
in princ.& Philip.Franc.in cap.1.de cler.coniug.lib.6.§.
& cum,col.2.verſ.in cauſa,vide,quæ notaui in Rit. ſupra
14.in glo.in verſ.de cauſa ſpectante,& Lap.alleg.118 vbi
pro materia cap.1. de cler. coniug. lib. 6. in qua etiam ꝙ
clericus poſtquam fuit à ſæculari iudice condemnatus in
caſu à iure ſibi permiſſo,puta,quando fuit tutor,curator,
7 ſeu procurator,vt per Soc.vbi ſupra, fiet exequutio con-
tra ipſum per iudicem Eccleſiaſticum,vt ibi, quod no. &
tradas memoriæ.

¶Bigami . Verè dicuntur, qui diuerſis temporibus ſuc-
ceſſiuè habuerunt duas vxores,cap.deinde,26.diſt. & di-
8 cuntur propriè bigami , quaſi binæ vxoris mariti , reſpe-
ctiuè,id eſt,ꝙ ipſorum quilibet duas ſucceſſiuè vxores ha-
buerint:& ſic monogamus dicitur ille , qui habuit vnam
tantum vxorem,cap.vnius,26.diſt.& ſic bigamus propriè
ſumitur,quaſi bis matrimonio alligatus , & pro clara in-
telligentia quatuor rationes , quare bigami non poſſint
ad ſacros ordines promoueri , vide per gloſſ. in ſumma
26 diſtinct.& per Hoſtien.in ſumma, de bigamis.verſicu.
quare bigamus à ſuſceptione, &c. & habes intelligere,
quòd bigamia contrahitur de duobus vxoribus ſibi legi-
timo matrimonio copulatis,cap.fin.de bigamis,& cum
vtraque fuerit matrimonium conſumatum,cap. debitum,
eodem titu.impropriè vero bigamus ille dicitur , qui vi-
duam duxit in vxorem,eſt & alius modus, per quem quis
dicitur interpretatiuè bigamus, ſcilicet , contrahens cum
corrupta,credendo ipſam virginem , & non eſt mirabile,
quia ſi contraxi cum ea,quam virginem credebam, & co-
gnoui eam,& erat per prius corrupta , ꝙ ero bigamus in-
terpretatiuè,vt per Philip.Franc.in alleg.cap.1.de cleric.
coniug.lib.6.qui alleg.c.nemo,32.diſt.poſt Ioan.And.ibi
in princ.cap.& pro iſtis non fient ſignificatoriæ, iuxta
formam iſtius Ritus.

¶Criminaliter. Vide dicta in prima glo.huius 2.partis,
in verſ.in ciuilibus.

¶Parti, vel Curiæ applicandam. Licet ſecundum com-
munem opin.de qua in rub.de iud. & ſignanter per Phili.
Dec.quando pœna applicatur Curiæ,dicatur cauſa crimi
nalis,tamen Ritus non vult fieri ſignificatoria , quia de-
ſcendit ex contractu,non ex crimine,quod no.

¶Iuxta ritum. Qui incipit , quòd ſi qui debitores , fol.
mihi 99.col.3.in fi & fol.102.col.3.incip.item ſeruat ipſa
Curia,quòd ſi aliquis,vel aliqua,& in ead.col.incip. item
in caſu,& col.4.incip.item ſeruat ipſa Curia, quòd ſi de-
bitor,quibus rit.vti poterit clericus habens inſtrumentū
9 guarentigiatum contra laicum in foro ſæculari,vt per Pa
norm.in c.fin.no.1.de vit.& honeſt.cler. Lap. alleg. 101.
incip.in Ciuitate Florentina,in fin.fol.55.& econtra, tali
ritu vtetur laicus contra clericum in foro Eccleſiaſtico,
ita Bar.in l.1.q.5.C.de ſum.Trin.quem refert, & ſequitur
Luc.de Pen.in l.iubemus,colum.pen.in fi.ver.aut contra
vel præter,C.de præd.& om. reb. nauic. lib. 11. de cuius
dicti veritate,vide, quæ ſcripſi ſupra in Ritu 22. in gloſſ.
in verſ.excepto iure congrui,poſt princ. ibi , tamen non
poterunt,Rocch.in repet.cap.fi.col.15.fol.33.vlt. col. de
conſue.Phil.Dec.conſ.275.dub.2.ante nu.5.& tales ritus
ſunt conformes iuri communi,vt per Bal.in l.2.col.2.ver.
tertio,& vltimo,C.vt lit.pend.

¶Incaleſcent crimina. Et hoc eſt,ex eo , quia iuxta for-
mam dictorum Rituum fit,Curia ſedente pro tribunali,
interrogatio mediante iuramento,tam actori , quàm reo,
vt ex eis patet, & ex calore iudicij inſurgit criminalitas,
& habet exequutionem paratam , & detentionem perſo-
nalem.Pau.de Caſt.& poſt eum Alex. in l. eum pro quo,
nu.3 ff.de in ius voc.per l.tale pactum , §. qui prouoca-
uit,ſecundum lect. Bart.ibi,de pact.& Anto.de Butr.in c.
P.& G.in no.de off.deleg.per Doct.in c.ſi quando,eo.tit.
& ibi Fel.col.3.in fi.verſ.ſecundo alleg.Petr.de Ancha. in
in c.contingit,de arb.& in c.fi.de maiorit.& obed. glo. in
auth.generaliter, C.de epiſc.& cler. Luc.de Pen.in l.2. C.
de iur.fiſ.lib.10.& non mirum ſi calor iudicialis hoc indu
cat,cum etiam guarentigia,ideſt,præceptum,quod fit per
10 Notarium de inſtrumento rogatum parti roganti,habeat
exequutionem paratam,Bar.in l à diuo Pio , ff. de re iud.
Ang.in l.4.§.condemnatum,& in l.ait prætor,§.ſi iudex,
ff.eod.tit.quæ iura ad hoc induxit profundiſs.legalis ſciē-
tiæ Doct.Do.Pau.de Caſt.conſ.260.col.3.nu.10.vol.1.in
nouiſſima impreſſ.& ideo fiet ſignificatoria,maximè,quia
iudex ſęcularis non poteſt cogere clericum,etiam coniu-
gatum,vt in ritu,vt coram ſe iuret , vt patet per c.quan-
quam,14.q.2.not.in c.cum nuncius , de teſt. immo voluit
11 And.de Iſer.in c.1.ad fin.qui te.ſucc.neceſ. quod ſi cleri-
cus,vt teſtis deponat in cauſa criminali , quod eius dictū
nihil probat,vide tamen Ioan.de Imol.in cap.1.in fin.de
iuram.calum.vbi videtur tenere,quòd ſi deponat ſine li-
centia,quod eius depoſitio probet.

¶Pœna manus. Quam nunquam exequi vidi,immo eſt
poſt Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ impreſſa quædam ad-
12 ditio in Ritu incip.item quod ſi qui debitores, incip. itē
not.quod ille,qui carceratur,in qua dicitur,quòd in qua-
dam obſeruantia in lib.Rit.contenta dicebatur, ꝙ non
proceditur ad mutilationem manus,niſi via ordinaria, &
non via extraordinaria agatur,non propterea negabitur,
quin ſuper periurio agatur criminaliter , & punitur , ac
priuatur ratione periurij commiſſi ratione certi benefi-
cij,nedum ipſo beneficio,ſed etiam omnibus alijs , & in-
habilitatur perpetuo ad ſuſcipienda beneficia eccleſiaſti-
ca,tanta eſt potentia periurij, vt per Fel. in c. querelam,
num.1.in fin. de iureiur. quod no. ita ergo criminalitas
dat facultatem ſignificandi iudici ſæculari,etiam pro cle-
rico coniugato,vt ſupra.

¶Quia non ſuper crimine . Nota rationem decidendi
pro declaratione eorum,quæ ſupra dixi in glo. in ver. in
ciuilibus. Albericus Oliua.

a ANN. Priuilegio fori gaudentibus. Inter alia multa
13 priuilegia,quibus clerici potiuntur, illud eſt præcipuum
vt illorum perſonæ cognoſci,aut iudicari nequeant à lai-
co,c.clericum nullus primo & ſecundo,cauſ.11.quæſt.1.
cap.ſi diligenti,de for.compet. eſt in Regno conſtit.de
perſonis,& cap.84.item ſtatuimus , qui quidem canones

omnes leges, & conſtitutiones quæcunque admittentes iſtud fori priuilegium, non niſi iuris diuini ſunt declaratorij; illo etenim iure antequã aliqua adeſſet conſtitutio humana, erant ſane Eccleſiaſticæ perſonæ à iuriſdictione laicali exemptæ per gl. auream, & pen. in c. Impreſſores, 96. diſt. Rot. deciſ. 840 vtrum valeat, ſeu 10. nu. 4. de conſuet. in antiq. Bal. in c. 2. nu. 1. de maior. & obed. Soc. in conſ. 12. quoniam nu. 20. lib. 1. & Rebuff. in concord. Frãciæ, Rub. de protec. in prin. & in verſ. non obſtat, quorũ ſententiæ licet permulti cõtradicant, quos refert Couar. c. 31. pract. quæſt. nu. 2. verſ. contraria opinio, qui affirmãt Eccleſiaſticas perſonas, haud dici à iuriſdictione ſecularis Principis exemptas de iure Diuino in rebus ſcilicet temporalibus, & criminalibus, ſed iure Pontificio, illa tamen videtur verior, ac ſaltem placet, hoc priuilegium conſtitutum fuiſſe à iure Pontificio, declarante ius diuinum, & ab illo proficiſcente per ea, quæ collegi ex Henric. in ſum. Theol. Moral. lib. 7. c. 24. §. 1. in gl. lib. 6. & d. Bellarm. lib. 1. de cler. cap. 28. præpoſit. 5. & confirmatur ex verbis Cõcilij Trid. cap. 20. de reform. ſeſſ. 25. ibi perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtitutam, quibus adſtipulatur ſane Cõc. Lateranenſe, celebratum ſub Leone X. ſeſſ. 9. ibi, cum à iure tam Diuino, quam humano laicis poteſtas nulla in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit: innouamus omnes, & ſingulas conſtitutiones, & cæt. id tamen affirmaui, non quia reperiatur aliquod Dei præceptum ſuper hoc, aut expreſſe dictum, vel conſtitutum in ſacris literis, ſed per ſimilitudinem ab exemplis, & teſtimonijs ſacræ ſcripturæ deducitur euidenter, Deum voluiſſe, vt clerici, & ipſorum bona libera eſſent à poteſtate, & iuriſdictione Laicorum, qua quidem diſtinctione conciliari poſſunt contrariæ, & tam relatæ ſententiæ, vt ſcribit Doctiſs. Bellar. indicato loco. Hoc autem priuilegium cum ſuis ampliationibus, declarationibus, inductionibus, illationibus, etiam dependentibus, longa ſerie, & non humili methodo luculenter explico in meo promp. iur. canon. Rub. de priuil. cler. c. 2. Abb. Io. Hier. Camp.

b Coniugatis, hi, ſi veſtibus clericalibus, ac tonſura vtan-
14 tur, non vtiq; clericorum priuilegio ſunt ſpoliati in criminalibus, ſi alijs non careant requiſitis, iuxta conſtit. Bonifacij Octaui in c. vnico, de cler. coniug. in 6. innouatam poſtmodum à Concil. Trid. in cap. 6. ſeſſ. 23. de reform. eo tantum addito, ſi alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel Monaſterio ab Epiſcopo deputati ſeruiant, vel miniſtrent, quod ſi capitis caluitie laborarent, ne poſſent tonſuram deferre, adhuc tali priuilegio potirentur, ſi cętera retinerent, requiſita, vt deciſum fuit per Cappell. Tholoſ. deciſ. 157. Item ſi clericus; Reliqua vero huc ſpectantia non paucis explico verbis, in meo prompt. iuris Canon. rubr. de priuileg. cler. c. 2. verſ. clerici inſuper coniugati, & aliqua notabiliora tangit Belluc. in ſuo ſpec. prin. Rub. 11. §. videmus. Abb. Io. Hier. Camp.

c Bigami. Omnes fatentur, bigamiam tripartitam reci-
15 pere diuiſionem, aliam namque veram appellant, aliam interpretatiuam, ac nouiſſimam ſimilitudinariam, quarũ partium declarationem, cum pluribus caſibus apprimè neceſſarijs, & practicabilibus, cæteris clarius explico in meo Promptuario iur. Canon. Rub. de perſon. prohib. promou. cap. de bigamis, quorum vnicum tantum ſubijciam, quia triduo antecedente quidam Præſul ſuis literis ſuper eo me cõſuluit, expetijtque, vt ei reſcriberem, quid circa illum ſcripſeram in meo Promptuario, cui reſpondi in hæc verba; Maritus à ſuperiore compulſus, debitum reddere vxori adulteræ, fit bigamus; exemplum eſſe poteſt, cum vir inuenit vxorem in adulterio, aut ſciuit illud commiſiſſe, eamq; propterea de eo accuſauit, & interea abſtinuit ſe à redditione debiti, quare mulier cognoſcens ſe ab illo conſecutiuè ſpoliatam, petijt reintegrationem, accuſatione pendente in poſſeſſione coniugali, iuxta Regul. cap. 2. vt lit. penden. ob idque iudicis authoritate fuerit ſibi iniunctum, vt reddat debitum, eique parens, illud perſoluat, erit quidem iſte vir Bigamus, quoad legem promotionis, ex gl. Ioan. in cap. ſi cuius vxorem 34. diſt. Barthol. Brixien. quæſt. Dominic. 16. quidam contraxit Borgas. in tract. de irreg. Rub. de Bigam. nu. 31. par. 1. Syluest. verb. bigamia, num. 1. verſ. ſexto, addens communem eſſe opinionem, vt Hoſt. in ſum. de bigam. §. penult. verſ. nono quæritur, Aufrer. in clem. 1. de offic. ordin. Diu. Thom. Palud. & cæteri in 4. ſenten. diſt. 27. quæſt. 4. & communiorem dicit opinionem Aufrer. ad deciſ. Tholoſan. 256. quidam contraxit, & Angel. verbo bigamia, num. 2. Abb. Ioan. Hier. Camp.

d Ad inſtantiam Oratoris Imperialis iſtud Breue, ſeu potius extrauag. clem. 7. exorditur exponi nobis, cuius verba reſcripſit, & ea commentatus eſt Ioan. Ant. de Nigris, vulgo nominatus Campag. & poſuit poſt ſuam Com. ad capitu. Regn. & inibi quamplura de clericis copioſè ſcribit.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

Nota ibi, (præſertim ſi ſint beneficiati,) quod de iure nouiſſimo Sacri Concilij Tridentini in ſeſſ. 23. cap. 6. cauetur, quod nullus clericus primæ tonſuræ, aut in minoribus ordinibus conſtitutus gaudet priuilegio fori, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram, deferens alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua ſchola, vniuerſitate, de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos vertetur. In clericis vero coniugatis ſeruetur conſtitutio Bonifacij Octaui, quæ incipit, clericis vero, qui cum tunicis, modo ij clerici alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputati eidem Eccleſiæ ſeruiant, vel miniſtrent, & clericali habitu, & tonſura vtantur. Hactenus Concilium. Quibus quidem caſibus, ſi apud Iudicem laicum accuſatus fuerit clericus vti poterit fori præſcriptione, & exceptionem declinatoriam opponere quocunque tempore etiam poſt ſententiam, iuxta probata per Germon. lib. 3. cap. 15. num. 50.

Circa ipſius tamen Conſilij deciſionem in d. cap. 6. aliqua ſcitu digna notanda occurrunt, & primum eſt, quod quamuis prima tonſura initiati non incidant cum habitu, & tonſura, nec ſeruiant diuinis, gaudent tamen priuilegium Canonis, ſi quis ſuadente, licet amittant per hunc tex. Concilij priuilegium fori, ſi nõ deferant habitum, & tonſuram, vel non obtineant beneficium Eccleſiaſticum, Graſſ. lib. 2. deciſ. cap. 49. num. 28. licet contrarium habeatur per Auendan. de exequend. mandat. par. 1. cap. 22. nu. 11. & idem probat Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 76. num. 12.

Elegans tamen dubium eſt, dum Concil. d. cap. 6. concedit priuilegium fori habenti beneficium Eccleſiaſticum, an cenſeatur illud priuilegium conceſſiſſe habenti penſionem, de quo vide deciſionem meam 192. parte 2. vbi negatiuè reſoluo, licet ibi allegentur DD. contrarium tenentes, vide in facti contingentia, quia optimè.

Nec ſimiliter poſſidens Cappellaniam fori priuilegio frui poteſt, quoniã cũ huiuſmodi Cappellaniæ regulariter non dentur in titulum, nec in perpetuum, ſed ſint amouibiles, non veniunt appellatione beneficij, vt pulchrè ad propoſitum multa cumulando adnotarunt Azeued. lib. 1. tit. 4. lib. 1. num. 7. Portol. de compet. quæſt. 5. ex num. 21. ſubdens in num. 23. ſic fuiſſe iudicatum in illo Regno, quæ opinio ſecundum me non procedit, quando alicui in perpetuum, vel in titulum fuerit aſſignata, & collata dicta Cappellania cum authoritate Epiſcopi, ex latè traditis per me ipſum in deciſio. 190. ſub num. 8. lib. 2. in qua deciſione tractatur, quando, & an ratione Cappellaniæ poſſit quis ab alieno Epiſcopo ordinari, ad intellectũ tex. in c. nonnullus, de tempor. ordinat.

Adde ibi, Si non ſunt bigami, quod bigamus clericus fori priuilegium priuatur, cap. vnic. de bigam. & vere biga-

Digitized by Google

bigamus non poteſt ad ſacros ordines promoueri, immo
promotus ante bigamiam non habet ſuorum ordinum-
exequutionem, Anchar.conſ.124. vbi quod talis prohibi-
tio eſt de iure Diuino.

Bigamus autem quandoque dicitur proprie, quandoq;
improprie, proprie bigamus appellatur is, qui cum ha-
buerit vnam vxorem, aliam poſtea duxit, cap. Acutius,
& cap. vna diſtinct. 26. & ad hanc ſimilitudinem biga-
mus dici ſolet, ſi quis poſt profeſſionem relicto monaſte-
rio vxorem duxerit, vel ſi habens vxorem vnam, ea vi-
uente, aliam de facto duxerit, quod declarat Specul. in-
tit.de diſpenſat.§.iuxta,colum.2. verſic. & ſcias, quod eſt
triplex,& etiam dicitur bigamus, ſi viduam in vxorem-
duxerit,iuxta doctrinam Anchar.d.conſ.124.

Improprie autem bigamus eſt, qui contraxit matrimo
nium cum muliere corrupta, vel qui habens vxorem vir-
ginem,eam cognouit poſt commiſſum adulterium, & di-
citur impropriè bigamus, quia in plures carnem ſuam di-
uiſit,& iſte etiam de iure poſitiuo ordinari prohibetur,
teſte Anchar.d.conſ.124.

Diſpenſat tamen Papa cum bigamo etiam propriè ex
cauſa, tamen eſt diſpenſatio cum bigamo impropria-,
cum quo etiam ſine cauſa Papa diſpenſat, vt poſt An-
charan.cit.conſ.124.habetur per Tuſchum in concl. 91.

Quod autem cum bigamo ſolus Papa diſpenſat, vide
latè deciſio. meam 45. volum. 1. vbi ſic deciſum refero.
Nunquam autem Papa poſſit cum bigamo diſpenſare ad
Cardinalatum, tradit Cotta in ſuis memorabilibus, in-
verſic.bigamus.

Et nunquid Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper biga-
mia vera, & interpretatiua, etiam quoad minores ordi-
nes, vide pro negatiua opinione Ioan. Andr. Ancharan.
Dominic. Franch. Nauar. Suarez, de quibus meminit No-
uiſsim.in ſua praxi cap.113. vbi ampliat, vt nec Epiſcopus
poſſit diſpenſari quoad vſum, & exercitium ordinum-
minorum ante ſuſceptorum ex Sacro Concilio Trident.
cap.17.ſeſſ.13.de reformat.

RITVS XXXVIII.

ITem mittitur ſignificatoria Iudici ſeculari
pro officialibus, & notarijs Curiæ Archie-
piſcopalis Neapolitanæ in ciuilibus, & crimi-
a nalibus ciuiliter motis, *a* & remittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Significatoriæ fiunt pro officialibus Curiæ Archiepiſco-
pali, & num 4.*
2 *Familia Epiſcopi poteſt arma deferre.*
3 *Remiſſio perſonæ eſt facienda vna cum actis.*
4 *Familiares laici Epiſcoporum remittuntur ad illos,
ſi delinquant.*

1 QVia præcedens Ritus tractat de ſignificatorijs pro
clericis, etiam coniugatis, meritò ſubnectitur de-
notarijs Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanis ex eo, quia
in Tribunali repræſentatur quoddam miſticum corpus,
quod conſtat, Iudice, accuſatore, reo, teſtibus: c.forus,
§.in omni quoque de ver.ſign.l.ne in arbitris,C. de arbit.
Andr. de Iſer. in l Imperialem,§.ſcrib.col.2. circa med.de
prohib.feu.alie. per Feder.& notario, vel duob. viris ido-
neis,c.quoniam contra in princ. de proba. meritò partes
corporis miſtici debent potiri priuilegio capitis,& maxi-
mè,quia ex ſubtractione priuilegij notario tanquàm par-
ti corporis miſtici,prout dicimus in Epiſcopo, & capitu-
lo,inter quos Epiſcopus eſt caput, & Canonici membra,
cap.nouit.de his quæ fin.à præl.ſi.con.ca. & in Papa cum
Cardinalibus,arg.c.ſi quis cum militibus, 6.q.1.Barb.in-
tract.de præſt.card.in 1 par.q.1.nu.34.f.4.col.3.vſus no-
tarij Archiepiſcopo, & ſic capiti redderetur incõmodior,
l.non aliàs,§.legati,ff.de iud.quem tex.me docuit Oldrad.
conſil.293. ante fin.ver.poteſt.& alia.arg.c. præterea, de
offic.deleg.& ideo pars corporis,& ſic notarius priuilegiũ
capitis ſortitur,facit optimè text. in l. nullum ex officio,
C.vbi cauſ. fiſc. vbi quod officialis procuratoris Cęſaris
coram eo debet conueniri,& dixit Alb.de Roſ. in l.ſi quis
aduerſus,eod.tit.ex illo tex. ſumitur arg. quod conducto-
res prædiorum Eccleſiaſticorum poſſunt conueniri coram
Iudice Ecceſiaſtico,& meritò fit ſignificatoria,prout in-
præſenti Ritu, cum etiam ex conſuetudine induci poſſit
c.fin.de offic.Archi.c.cum contingat de foro compet.&
2 maximè quia familia Epiſcopi poteſt etiam arma portare
de quo per Phylip.Dec. in cap.ſignificaſti, col.3.verſ.vlt.
Abb.de offic.deleg.& in c.cum non ab homine,col.3.in-
princ.ver.an autem de Iud.quod verum dico quando no-
tarius actu officium exercet,c.fin.de verb.ſign.lib.6.inſtit.
de mil.teſt.§.ſed hactenus,Card. Zabar.conſil.126. incip.
vacarunt Canonicatus,in fin.quem alleg. Felyn. in c.inſi-
nuante,col.2. in fin.nu.5. de offic.deleg. & in c.ſi quando
col.2.in fi.ver.item allego. Innoc.eod.tit.vbi alleg. eund.
Card.in clem.1.§.fin.q.4.de hæred. & in proęm. decret.
fol.6.col.3.ver.eſt verũ quòd Bar.Pet. de Anch.conſ.233.
incip.primo inquirendũ circa med.& 398 incip præmitto
pro clariori.poſt princ.& fuit hoc nouiſſimè deciſum in-
nouiſs.conc.Later.in 10.ſeſſ.incip. Leo,&c. reg mini vni-
uerſalis,ibi,actu,&c. celebrata in anno 1515. quarto no-
nas Maij,anno tertio Leonis Decimi.

¶Et remittuntur, pro qua remiſſione vide quæ ſcripſi
in ritu 5.ſup.in glo. in ver.ſolet remitti,& ponderabis di-
ctum Bal. ibi alleg.iunctis quæ not.in prox. præced.gloſ.
& dic quòd talis remiſſio fiet vna cum actis factis coram
3 Iudice ſæculari, quæ acta proderunt pro aliquali proba-
tione, & informatione, dum tamen ſint acta facta ante-
quam Iudex ſæcularis ſciat illum clericum,vel Curiæ Ar-
chiepiſcopalis Neapolitanæ actuariũ,ſeù notarium, quia
poſtea ex illis Iudex laicus deberet puniri,ita Bal.in l.eos,
§.ſuper his,poſt prin.C.de appell.& ibi add.in lit.G.quæ
concludit quòd confeſſio facta per clericum coram ſecu-
lari, ſi fuit inuitus coram ipſo tractus, nil probat, ſed ſi
ſpontè,tunc præiudicat,alleg.not.in c.at ſi clerici, de iud.
per modern. Albericus Oliua iuris vtriuſque Doctor exi-
mius, ac Rituum iſtorum interpres.

2 A N. Ciuiliter motis,exceptio iſta indicat contrarium-
4 eſſe in criminalibus criminaliter motis,quinimò laicus a-
ctuarius in Curia Eccleſiaſtica ſi delinquat in officio, non
ſit ab Eccleſiaſtico puniendus,eiuſq; cauſa cognoſcenda-
firmat Carau.ſuper ritu 49. Item quod Curia ipſa,nu.24.
quod tamen ab argumento à minori ad maius videtur ni-
5 mis durum,cum Epiſcopo ſint remittẽdi proprij familia-
res,tametſi laici,cum delinquunt per c.fi.de offic. Archid.
& tenent communiter Doct.teſte Panorm.in c.2.nu.6.de
foro compet.& defendit Clar.§.fi.q.35.poſt nu.12.cur nõ
actuarij ęcum,& familiares ſint,& pars curię maximè pro
delicto cõmiſſo in eod. officio, non video probabilem ra-
tionem tùm præſertim,quòd ille remaneret impunitus, ſi
ab Eccleſiaſtico ex defectu iuriſdictionis pęna plecti non
poſſet, quia neque à laico ex defectu probationum, &
ſcripturarum fortaſſe adulteratarum, & exiſtentium pe-
nes Eccleſiaſticum. Abb. Ioan. Hieron. Camp.

RITVS XXXIX. & vlt.

a ITem coram Vicario aperiuntur, *a* & publi-
cantur teſtamenta, etiam ſi Notario non ſit
data per teſtatorem poteſtas aperiendi.

SVMMARIVM.

1 *Apertura teſtamenti coram Eccleſiaſtico fieri poteſt.*
2 *Epiſcopus eſt executor legatorũ ad pias cauſas, & nu.3.*
4 *Apertura teſtamenti quomodo facienda remiſſiuè.*

RItus iſte tendit in fauorem vltimarum voluntatum pro illarum executione, & maximè pro cuius execu-
1 tione poteſt Epiſcopus adiri, per no. in c. cum ſit generale, de for. cōpet. per Ang. in l. hæreditas, la 2. §. ſi defuncto ff. de peti. hæred. per Panor. in c. relatum, l. 1. in fi. de teſta. no. in c. tua nobis, c. ſi hæredes, c. Ioannes, & ibi per Ioan. Andr. de teſta. & in indiuiduo hoc decidit Franc. de Aret. conſil. 36. incip. caſus talis eſt, proponitur in facto, vlt. col. in fin. & ratio ſua fundamentalis eſt, quia in teſtamen-
2 to, vt plurimum continentur legata ad pias cauſas, quorū legatorum executio ſpectat ad Epiſcopum, prout concluditur in alleg. c. ſi hæred. & in c. tua nos, & ipſe Epiſcopus erit etiam futurus Iudex, meritò coram ipſo aperiri poterunt, & ita ſæpius practicaui, non obſtante l. conſulta, C. de teſta. quæ vendicat ſibi locum, vbi in teſtmento non eſſent legata pia, & quando non imploraretur officiū Iudicis pro executione teſtamentorū, quia quando imploraretur, non militaret text. alleg. l. conſulta, vt in ritu 24. & plene concludit Panorm. in alleg. iuribus, in gloſ. in ver. legatis ſeù relictis, in præalleg. ritu 24.

¶Non ſit data poteſtas. Immò etiam ritus procederet, etiam ſi teſtator hoc prohiberet, quia non poteſt teſtator
3 prohibere, quod Epiſcopus non exequatur huiuſmodi voluntatem, c. requiſiſti circa med. c. tua, & ibi gloſ. in ver. interdici, de teſta. ar. l. nemo poteſt. de leg. 1. no. Hoſt. in ſum. de teſtam. §. fin. incip. & per quem.

¶Et per iſta. Expedita ſit interpretatio Rituum Archiepiſcopalis curiæ Neapolitanæ protectione Almi Patris, & Patroni mei Ianuarij, cui & ratione originis, & ratione ſubiectionis plurimum debeo. In qua ſi quid boni ſcriptum reperitur, à Deo eſt, à quo bona cuncta procedunt, ſi mali, vt corrigatur rogo à benigno Lectore: Nemini diſplicere decreui: & ſi non omnibus, aliquibus prodeſſe: Operæ enim Felyn. viſus ſum, vt plurimum, & eius in hæſi conſilio tradere in c. Rodulphus, col. 16. ver. hortatus autem eſt, de reſcrip. dicens, vtilius eſſe commemorare qui viderunt omnia, quàm eorum dicta, eis tacitis tranſcribere, & allegat Greg. loquentem de Angelis dicentem, quid eſt, quod non videant, qui videntem omnia vident? & ideò magis contentus fui Nouiores allegare, qui omnia viderunt, ipſis citatis in locis opportunis, quam aliquid mihi vendicare, indutus plumis alienis: quo patefacto ex matrice fonte, turpius dehoneſtaret, vt inuehit Felyn. in c. ex parte, lo 1. col. 4. ver periurus, in fin. de reſcrip. quem alleg. Ioan. de Neuiz. in ſilua nupt. in fin. Albericus Oliua Neapolitanus, Presbyter, & inter Decret. Doctor. minimus, hic finiens laudem Deo dicit.

2 A N. Aperiuntur. Anguſta quidem ab omnibus repu-
4 tatur huius ritus, materia, quam noſter Commentator vtiliora ſequens explicat, vt nihil præterea ſit, quod annotatione dignum exiſtimem, niſi vt cognoſcatur quomodo ſit facienda apertura teſtamenti, cuius quidem quęſiti veritatem vnuſquiſque inueniet apud Specul. in titul. de inſtrum. edition. §. 4. num. 34.

Hic (beneuole Lector) anchoram proijcere, hiſq; breuiſſimis, ac penè conciſis commentationibus meis finem cogor imponere, eximio ſanè, atq; incredibili propemodum labore collectis, nam cum Andreas Pellegrinus meus compater, ac Bibliopola Rit. Magnæ Curiæ Vicariæ, atq; cum ijs ſimul hos Archiepiſcopalis Curiæ Neapolitanæ Typis imprimendos mandaſſet, cumq; iam illi magna ex parte excuſſi fuiſsēt à plurimis admonitus fuit, vt his Archiepiſcopalis Curiæ Ritibus commentariolum aliquod addendum curaret, multa ſi quidem in his cum ſint abrogata, multa in varias ſententias explicata, multa præterea aucta, quæ quidem ſi eodem ederentur modo non multū ſanè eiuſmodi rei ſtudioſis ſatisfeciſſent; ob idque me conuenit atq; obnixe rogauit, vt pro meo, quod eſt in eū virum ſtudio, hoc onus ſuſciperem, hac tamen cōditione, vt infra menſem opus hoc eidem abſolutum traderem, antequam enim Venetias deferretur, ibiq; accuratius inſpiceretur, atq; collimaretur, alter profectò iſque integer ſanè tranſiſſet menſis, quo quidem tempore Ritus Magnæ Curiæ impreſſi eſſent, tuncq; aggredi ad Typis deprimendos hos Curiæ Eccleſiaſticæ Ritus Impreſſores illico potuiſſent, ob idq; ſi longius id protraheretur, illi interea fruſtra tempus contriuiſſent non ſine magno detrimento, ſi huiuſmodi annotationum finem expectare voluiſſent, aut ſine eis huiuſmodi Ritus, ita rudes, & minus gratos imprimere coacti fuiſſent, quod quidem in cauſa fuit, vt ei vehementer obſiſterem: noram enim illis in rebus percommodum requiri; præſertim cum alijs graues oneribus ſacerdotalibus primum, deinde ijs, quæ mihi Illuſtriſſimus Iulius Antonius Sanctorius Cardinalis Sanctæ Seuerinæ impoſuit, cuius negotia gero, quæ quidem, vt pro dignitate agantur, vtq; ampliſſimo Viro illi tantorum meritorum magnitudine, tantaq; dignitatis cumulo præfulgenti, vt par eſt inſeruiam, non ſegniter in eis laborandum eſt, deniq; impeditus familiaribus, domeſticiſq; negotijs, atque etiam clientum, nec tamen propterea facere potui, quin tandem crebris exhortationibus mei Compatris, eiuſq; votis quamuis inuitus annuerim; id itaque ei pollicitus ſum, promiſſaq; iam abſolui, rem enim confeci celeriter, meaq; exaraui manu, vix menſe integro, atque aliquot ſupra diebus; nam cum ille 12. kal. Octob. 1600. id a me ſummis precibus contendiſſet, en modo ſexto Kal. Nouemb. huiuſmet anni abſolui, cum multa purgauerim loca, quæ tàm in Ritibus, quàm in Oliuæ Commentarijs Typographi negligentia mendosè edita fuerant; vtrique autem operi ſummaria quædam, quæ antea non extabāt, adiunxi, quorum omnium teſtis ſit mihi Deus, atq; amici omnes, qui horum ſunt conſcij laborum; credo itidem teſtes fore reliquas meas lucubrationes, prȩſertim verò volumen primum iam expletū mei diuerſorij, ſiuè Promptuarij iuris Canonici, quod quidem anno ſequenti impreſſum iri confido, ex quo poterit vtiq; ſibi certò perſuadere diligens lector, me alias potuiſſe ſuper his Ritibus pertractare materias, tractatas autem pluribuſq; Doctorum auctoritatibus exornare, alijſq; rationibus, ampliationibus, limitationibus, explicationibusq; cumulare; id autem per anguſtias temporis non licuiſſe: Quin verò hoc quicquid eſt, ſingulari potius Dei optimi Benignitati, quàm rudioribus ſtudijs meis acceptum refero, vt tam breui temporis curriculo has paucas annotationes collegerim effecerimq; id reliquum à me iam relatum; id igitur omne diuino muneri, integerrimęq; Virgini tribuatur. Vale optimè Lector, ac Deum pro me exora.

Abb. Io. Hieron. Camp.

ANNOTATIO D. IO. ALOYSII RICCII.

De apertura teſtamenti, & de petitione, vt hæredes mittantur in poſſeſſionem bonorum hæreditatis, vide latè Spin. in Specul. Teſtament. gloſ. 34.

Finis Ritus Archiepiſcopalis.

Digitized by Google

CONSTITVTIONES SYNODALES,

Quondam Reuerendiſs. in Chriſto Patris D.D. Ioannis Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopi Neapolitani, & eius Capituli.

Confirmatæ deinde per Reuerendiſsimum D. D. Alexandrum Carafam Archiepiſcopum Neapolitanum, & eius Capitulum.

Præambulum, cum debita inuocatione cœleſtium Numinum, quorum benigno fauore, bene cœpta perficiuntur.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Beatæ Virginis glorioſæ Matris eius, Beatæ Catherinæ Martyris, & Beati Ianuarij, totiuſq; cœleſtis curiæ, Amen. Nos Ioannes Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Neapolitanus, ſuſcepti Paſtoralis regiminis nos cura ſollicitat, ſic vtilitatibus ſubiectorum, in illis præcipuè, quæ animarum ſaluti conſulunt, nunc nouorum editione iurium, nunc antiquorum confirmatione, ſolliciti prouidere, vt à quibuslibet noxijs præſeruemur. Verum quia audacia exigit, vt non ſimus ſola prohibitione contenti, ſed pœnas delinquentibus imponamus. Ideo habita ſuper hoc diligenti deliberatione vna nobiſcum Capituli noſtræ maioris Neapolitanæ Eccleſiæ confirmamus, vna cum conſenſu eiuſdem Capituli, & cum eodem Capitulo Conſtitutiones infraſcriptas per noſtros prædeceſſores, & Vicarios editas: Confirmamus etiam de nouo edicimus, ſtatuimus, ordinamus, atque firmamus ſubnotatas Conſtitutiones additas perpetuò valituras. Inſuper, de noſtra certa ſcientia caſſantes, reuocantes, irritantes, & annullantes quaſcunque alias Conſtitutiones, ſiuè ſtatuta per noſtros prædeceſſores, ſeù nos, & noſtros Vicarios editas, in præſenti volumine non inſertas, nec impreſſas, ipſaſque decernimus, & volumus exiſtere viribus vacuatas, & nullius valoris firmitatem habere, exceptis Capitulis, Conſtitutionibus, & Statutis inter vaſſallos Neapolitanæ Eccleſiæ per nos, & noſtros Vicarios ordinatas: Quas & quæ volumus, & decernimus habere (vt prius) efficaciam, & vigorem.

CONST. I.

Excommunicatio contra blaſphemantes Deum, Beatam Virginem Mariam, vel Sanctos eius.

HOrrendum facinus polluti oris internis affectibus compeſcere cupientes, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis omnes, & ſingulos mares, & fœminas publicè blaſphemantes Deum, Beatam Virginem Mariam, Matrem eius, ſeù Sanctos, vel aliquem ex Sanctis eius.

CONST. II.

Excommunicatio contra hæreticos, & ſciſmaticos.

HÆreticorum, & ſciſmaticorum peſtem improbam proſternentes, omnes, & ſingulos hæreticos, & ſciſmaticos, eorum fautores, receptatores, & auxiliatores excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis.

CONST. III.

Excommunicatio contra ſacrilegos.

SAcrilegorum nephandam eſuriem reprimentes, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis, omnes & ſingulos fures, ſubtrahentes de Eccleſijs, ſeù Capellis ciuitatis, & diœceſis Neapolitanæ, calices, ſeù libros, vel veſtimenta ſacerdotalia, ſeù paramenta altaris, thuribulum, ſiuè crucem, candelabrum, ſiuè aliquod prędictorum, vel aliquid aliud ad diuinum obſequium deputatum, & generaliter omnes, & ſingulos ſacrilegos, eorumq; participes in crimine memorato.

CONST. IV.

Excommunicatio contra veneficos, ſortilegos, & diuinatores, & accedentes ad eos.

AD veneficorum, ſortilegorum, & diuinatorum damnabilem aſtutiam elidendum, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis omnes, & ſingulos qui prætextu captandæ dilectionis, vel odij inferendi, aliquod poculum, ſiuè cibum alicui dederint, & incantationes, ſiuè diuinationes facientes per inuocationem dęmonum, proiectionem plumbi, ſiuè ceræ liquefactę, vulgariter dictæ, luſeue, fabarum, ſalis, oui, in aqua, & orinali, vel aliter, & generaliter omnes veneficos, ſortilegos, & diuinatores, & qui ad eos acceſſerint prædictis ſortilegijs, veneficijs, & diuinationibus, eorumq; participes, ac prædictis perſonis, vel ipſarum alteri quo ad prædicta præſtantes auxilium, conſilium, & fauorem.

CONST. V.

Excommunicatio contra dantes, & recipientes de chriſmate, & oleo ſancto pro aliqua diuinatione, veneficio, aut ſortilegio.

ITem ſicut fide digna relatione percepimus, nonnulli Sacerdotes, & alij clerici ſęculares dare, & exhibere conſueuerunt de chriſmate, & oleo ſancto nonnullis perſonis, qui illo in operibus diuinationum, veneficiorum, aut ſortilegiorum vtuntur, ſeu in alios vſus illicitos illud conuertunt, in ipſorum animarum periculum, & in manifeſtum opprobrium, ac contemptum Dei, & Sacramenti Eccleſiaſtici, ad quod ipſum chriſma, & oleum deputatum dignoſcitur: excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis, dantes, & recipientes huiuſmodi de cætero ipſum chriſma, vel oleum ſanctum, & dictam excommunicationis ſententiam ipſos incurrere volumus ipſo facto.

CONST.

Digitized by Google

CONST. VI.

Excommunicatio contra incendiarios poſſeſſionum Eccleſiarum, & aliarum priuatarum perſonarum.

INcendiariorum latentem perfidiam, pronis deſiderijs eliminantes, excommunicamus omnes, & ſingulos incendiarios domorum, fundorum, & aliarum rerum Eccleſiaſticarum, ac etiam aliarum perſonarum publicarum, & priuatarum.

CONST. VII.

Excommunicatio contra adulteros, & alteras manifeſtè.

CArnis contagium, quod vtriuſque teſtamenti pagina deteſtatum eſt, extirpare radicitus cupientes: excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis omnes, & ſingulos adulteros, & adulteras manifeſtos.

CONST. VIII.

Excommunicatio contra contrahentes de facto ſecundo loco matrimonium, poſt contractum cum alia primo matrimonio de præſenti legitimè.

PErduxit ad nos relatio fide digna, quòd nonnulli rubricæ voluptatis poſt contracta legitimè matrimonia de præſenti, cum alijs ſecundo contrahunt, aliquauè poſt contracta prima legitimè matrimonia de præſenti, eorum præconceptam nequitiam occultantes, cum alijs clandeſtinè fugiunt, quibus adnærent iugiter vt maritis, volentes huic morbo, qui velut cancer inualuit per noua medicinæ remedia officij debito prouidere: monemus omnes, & ſingulos ſupradictos, eorumque participes, & ad prædicta præſtantes auxilium, conſilium, & fauorem, quatenus attentare deinceps ſimilia non præſumant: in contrafacientes ex nunc prout ex tunc in his ſcriptis excommunicationis ſententiam promulgamus.

CONST. IX.

Excommunicatio contra vſurarios publicos.

AVaritiæ, quæ eſt idolorum ſeruitus, radicem ſtudioſius extirpantes, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis omnes, & ſingulos vſurarios manifeſtos.

CONST. X.

Aduerſum ineuntes, & ſcribentes, ſeù ſcribi facientes contractus ſictitios in fraudem vſurarum.

PEruenit ad nos, inſinuatione multorum, quòd exercentes voraginem vſurarum in ciuitate, & diœceſi Neapol. vt eorum lateant crimina, contractus fictitios, in fraudem ineunt vſurarum, igitur ad clamores huiuſmodi, debito officiali excitati, ſtatuimus, & confirmamus quod nullus de ciuitate, vel Diœceſi Neapol. vel morantes in eis in fraudem vſurarum, vel etiam ſine fraude vſurarum audeant ſcribere, vel ſcribi, vel poni facere in aliquo inſtrumento, vel cuiuſcunque obligationis ſcriptura, maiorem quantitatem, vera ſorte, nec aliud quicquam fictitie, niſi quod in veritate fuerit mutuatum, depoſitum, vel etiam commodatum, & alium pro alio contractum celebrare minimè, vel inire: in contrafacientes autem ex nunc, prout ex tunc excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis, declaramus etiam, & ſtatuimus, quod ad probationem fraudis prædictæ, & criminis vſurarum prædicti ſufficiat teſtimonium quinque bonorum virorum deponentium de fama publica, dummodò creditor ipſius inſtrumenti, vel ſcripturæ, quòd aliquando vſuras exercuerit fuerit infamatus.

CONST. XI.

VSurariorum latentem nequitiam, qui non tàm vtuntur pecunijs, ſed vt ita loquamur, proprijs abutuntur Sanctorum Patrum ſententijs, condemnatam vndecunque claruerit multam relinquere, ex debito paſtoralis regiminis non valentes, ſed ipſam, quantum licet, & expedit, perſequi diſponentes, huius noſtræ Conſtitutionis, ſeù ſtatuti ſerie, perpetuo valitura, edicimus declaramus, ſtatuimus, atque firmamus quòd ad probationem plenariam, & legitimam criminis huiuſmodi vſurarum, delati qualitercunque, vel etiam inquiſiti in noſtra Archiepiſcopali Curia Neapol. ſufficiat, vt ſupra teſtimonium quinq; bonorum virorum deponentium cōtra delatum, inquiſitum, ſeù accuſatum de crimine huiuſmodi vſurarum, de fama publica, dummodò denunciatus ipſe, inquiſitus, ſiuè accuſatus de dicto crimine, quòd aliquando vſuras exercuerit fuerit infamatus, ac ex probatione huiuſmodi facta taliter reus iam dicti criminis, poſſit legitimè puniri, ac etiam condemnari, ne maleficia remaneant impunita.

CONST. XII.

Excommunicatio contra falſarios quorumlibet inſtrumentorum, & ſpecialiter literarum Apoſtolicarum.

AD falſarios auſus reprobos refrenandos, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis omnes, & ſingulos falſarios inſtrumentorum, quæ Neapol. ordinationes nuncupantur, & aliorum inſtrumentorum quorumcunque, & præcipuè literarum Apoſtolicarum, & Neapolitani Antiſtitis, ſeù Vicarij, & curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ.

CONST. XIII.

In perhibentes falſum teſtimonium, & vtentes falſis teſtibus, atteſtationibus, ſeù inſtrumentis ſcienter.

TEmeritatem effrenatam falſorum teſtium reprimentes, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis omnes, & ſingulos perhibentes, ſeù producentes falſum teſtimonium, ſeù falſos teſtes, vel vtentes teſtibus, vel atteſtationibus, vel quibuſcunque inſtrumentis falſis ſcienter in quacunque curia ciuitatis, vel diœceſis Neapol. & nihilominus præter pœnam excommunicationis prædictam, delinquentes in aliquo prædictorum in noſtra Archiepiſcopali Curia Neapolitana noſtro arbitrio decernimus puniendos.

CONST. XIV.

Contra projcientes lapides, vel ſpurcitias in corpora ſenum mortuorum.

VEnerandam ſenectutem, atteſtante iuris cenſura probabilis, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis omnes, & ſingulos qui digni reprehenſione in ſenum, ſeù antiquorum funeribus, quorum corpora mortua ad Eccleſiam deferuntur, lapillos, aut lutum proijciunt, ſeù alias illuſiones deriſorias faciunt, in reuerendæ ſenectutis opprobrium, & humanitatis, manifeſtam iniuriam, & offenſam.

CONST.

Digitized by Google

CONST. XV.

Monitio contra tenentes apothecam apertam in diebus feſtiuis, vel vendentes mercimonia, præter comeſtibilia, potabilia, & medicinalia.

CONſiderantes attentius feſtiuos dies maieſtatis Altiſſimi dedicatos nullis debere voluptatibus occupari, monemus omnes, & ſingulos barbitonſores, & alios artifices artis ſeù miniſterij mechanici cuiuſcunque de ciuitate, & Diœceſi Neapolitana, & commorantes in eis quatenus ſub excommunicationis pęna tenere apertam apothecam ad vendendum quæcunque mercimonia, vel laborare in arte ſua non debeant diebus dominicis, ſeù ſolemnibus Feſtiuitatibus Natiuitatis, Epiphanię, Reſurrectionis, & Aſcenſionis dominicæ, in die Veneris ſancto, in die Euchariſtiæ, vel Pentecoſtes, vel Aſſumptionis, Purificationis, Annunciationis, vel Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis, aut Beati Ioannis Baptiſtæ, vel ſolemnibus feſtis Apoſtolorum, quatuor Euangeliſtarum, Sanctæ Crucis, Sanctorũ Ianuarij, Agrippini, Athanaſij, Aſpreni, Euſebij, Seueri, Georgij, Anelli, Luciæ, Reſtitutæ, Catharinæ, Margaritæ, & aliorum Feſtorum dupliciũ, & ſemiduplicium, his dumtaxat exceptis qui comeſtibilia, potabilia, vel medicinalia vendiderint.

CONST. XVII.

Monitio contra reponentes, & reponi facientes aliquid non deputatum ad diuinum cultum in Eccleſijs, ſeu Capellis.

CVm Eccleſiæ orationum, & non repoſitoriæ debeant eſſe domus, monemus omnes, & ſingulos de ciuitate, & Diœceſi Neapolitana, & commorantes in eis, quatenus ſub excommunicationis pœna in Eccleſijs ipſis vegetes, trabes, & quæcunque alia ad diuinum cultum non pertinentia non reponant, nec reponi faciant, & repoſitas extrahi faciant infra decem dies à die publicationis præſentium computandos.

CONST. XVIII.

Excommunicatio contra ludentes ad azardum, vel taxillos, peccantes carnaliter, vel committentes lenocinia in Eccleſijs.

QVia ſunt nonnulli qui venerandis Eccleſijs non minus in grauem offenſam Dei, maliq; exempl perniciem quam ſcandalum fidelium populorum ad taxillos ludere, vel quod horribilius percipitur auribus lenocinia, fornicationes, adulteria, inceſtus, ſtupra, necnon nephandam libidinem perpetrare, reprobis auſibus non verentur: officij debito excitati contra omnes, & ſingulos præmiſſorum facinorum perpetratores, vel ipſorum alicuius, eorumq; participes, ac quo ad prædicta præſtantes auxilium, conſilium, & fauorem, & præſertim in præmiſſis, vel ipſorum in altero in maiori Neapolitana Eccleſia delinquentes, & vt omnis præcludatur via nequitiæ, & infra domos, ſeù capellas ipſarum Eccleſiaſticarum ad Diuinum officium deputatas, vel in cœmiterijs, ſeù ipſorum campanilibus, in præmiſſis, ſeù aliquo ipſorum delinquentes, excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis. *Monitio.*

POrrò ad cuiuslibet actus noxij in eiſdem Eccleſijs perpetrandi omnem materiam decidendam, monemus omnes, & ſingulos mares, & fœminas de ciuitate, & diœceſi Neapolitana, & commorantes in eis, cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtant, quatenus ſub excommunicationis pœna in iam dictis Eccleſijs conuiuia facere, ad pilam ludere, vel choreas exercere de cætero non audeant, vel præſumant.

CONST. XIX.

Quod deuaſtantes figuras depictas Sanctorum condemnentur Cameræ dicti Domini Archiepiſcopi, & refici faciant eorum expenſis figuras deuaſtatas, & nihilominus conſtringantur, vel detineantur in carcere Archiepiſcopali vnum menſem.

CVm plerumq; ex nefario ludo azardi huiuſmodi non ſolum impiæ blaſphemiæ prodeant, verum ijdem ludentes deuaſtare Sanctorum depictas imagines in ipſorum opprobrium animarumq; periculum non verentur, enormitati tanti diſcriminis perpenſius obuiantes, patratorem huiuſmodi ad refectionem picturæ dictæ imaginis, vel figuræ deuaſtatæ ſuis ſumptibus, & expenſis mulctamus, & nihilominus fuſtigandum à loco commiſſi criminis vſque ad Palatium Archiepiſcopatus, & detinendũ captiuum in carcere curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ per menſem vnum pro pœna, & pro pœnitentia patrati criminis ſupradicti puniendum vice qualibet decernimus in his ſcriptis.

CONST. XX.

Quod ludentes ad azardum in Eccleſijs vel ambitibus Neapol. Eccleſia detineantur in carcere Archiepiſcopali octo diebus.

STatuendo inſuper, & firmando omnes, & ſingulos laicos ludentes ad azardum in maiori Eccleſia Neapolitana, vel ambitibus ſuis, vel in alijs Eccleſijs ciuitatis, & diœceſis Neapol. in tarenis auri duobus in opus pium applicandis, vel quod nouem diebus continuis in carceribus Curiæ Archiepiſcopalis detineantur puniendos vice qualibet decernimus in his ſcriptis.

CONST. XXI.

Excommunicatio contra proijcientes viras, bulzonos, ſagittas, petras, lapides, vel quicquid aliud damnoſum ad tectum, ſeù feneſtras Neap. Eccleſiæ, vel aliarum Eccleſiarum.

INdemnitati noſtræ maioris Neapol. Eccleſiæ, & aliarum Eccleſiarum, prout ſollicitat nos cura ſuſcepti regiminis, prouidentes, omnes, & ſingulos qui baliſtis, ſeù arcubus, vel aliter proiecerint viras, bulzonos, ſagittas, petras, lapides, vel quicquid aliud damnoſum ad tectum, ſeù feneſtras ipſius Neapolitanæ Eccleſiæ, vel aliarum Eccleſiarum prædictarum ciuitatis, & diœceſis Neapolitanæ, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis.

CONST. XXII.

Excommunicatio contra proijcientes, vel facientes proijci immunditias in ambitibus Neapol. Eccleſia, vel aliarum Eccleſiarum.

HOnorem debitum venerandis Eccleſijs exhiberi volentes omnes, & ſingulos proijcientes, vel proijci facientes immunditiam, terram, cadauera beſtiarum, ſpurcitias, vel alia inhoneſta in curtibus, ſeù ambitibus maioris Eccleſiæ Neapolitanæ, vel aliarum Eccleſiarum Ciuitatis, & Diœceſis Neapolitanæ, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis.

CONST. XXIII.

In occupatores bonorum, & iurium Neapolitana Eccleſia, & aliarum.

SVnt nonnulli, prout multorum habet aſſertio, qui terras, prata, paſcua, leſinas, molendina, furnos, nemora, domos, cenſus, inſtrumenta, acta, regiſtra, priuilegia, & alia bona, & iura ad Neapol. Eccleſiam, & alias Ciuitatis, & Diœceſis Neapol. pleno iure ſpectantia, detinent occupata, & ſoluere, & reſtituere negligunt in ipſorum animarum periculum, prædictarumq; Eccleſiarum præiudicium, & grauamen: indemnitati earundem Eccleſiarum ex cura ſuſcepti regiminis prouidentes requirimus, & monemus omnes, & ſingulos occupatores, & detentores huiuſmodi eorumq; conſentientes, vt prędicta omnia, & ſingula integraliter, & cum effectu reſignare, perſoluere, & reſtituere debeant, abſque mora, prædictis Eccleſijs, vel ad quos earum gubernatio pertinere dignoſcitur, necnon & participes, & ſcientes confeſtim debeant reuelare: in contrafacientes ex nunc, prout ex tunc excommunicationis ſententiam ferimus ſententialiter in his ſcriptis.

CONST. XXIV.

Contra turbatores bonorum, & iurium Eccleſiarum.

EXcommunicamus inſuper ſententialiter in his ſcriptis omnes, & ſingulos indebitè turbatores, & moleſtatores

Digitized by Google

ſtatores poſſeſſionum, & bonorum maioris Neapolitanæ Eccleſiæ, tam mobilium, quàm ſtabilium, necnon ceſinarũ, iurium, reddituum, cenſus, & aliorum prouentuum dictæ Eccleſiæ, ac etiam poſſeſſionum, iurium, & bonorum, fructuum, redituum, & prouentuum aliarum Eccleſiarum ciuitatis, & diœceſis Neapolitanæ, eorumq; participes, & ſcientes, qui quo ad prædicta dederint auxilium, conſilium, & fauorem.

CONST. XXV.

Contra tenentes recommendata beneficia, vel aliter abſque iuſto titulo, & non reſignantes infra octo dies à die publicationis.

ITem quia nonnulli in ciuitate, & Diœceſi ſupradictis beneficia, ſeù beneficium, vt commendata detinere dicuntur, quæ ad collationem noſtram noſcuntur iure ordinario pertinere; excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis tenentes recommendata taliter, ſeù aliter dicta beneficia, vel ipſorum aliquod abſque iuſto titulo, eorumq; participes, & ſcientes, non reſignantes nobis eadem, vel non reuelantes nobis oretenus, literatoriè, publicè, vel ſecretè infra dies octo à die publicationis præſentium computandos.

CONST. XXVI.

Excommunicatio contra notarios ſcribentes teſtamenta, & non notificantes ea dictæ curiæ infra octo dies ab obitu teſtatoris.

VOlentes vt piæ voluntates vltimæ defunctorum executioni debitæ demandentur, omnes & ſingulos notarios, & curiales habentes, ſeù ſcribentes teſtamenta, & vltimas voluntates, & non nunciantes eidem noſtræ Curiæ infra dies octo à die obitus teſtatoris, & non dando copiam de his in quibus tangitur ipſa noſtra maior Neap. Eccleſia, vel Neapol. Antiſtes pro ea poſt annum computandum à die obitus ſupradicti non dantis copiam teſtamentorum integram eidem curiæ, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis.

CONST. XXVII.

Excommunicatio contra non exequentes teſtamenta infra annum à die obitus teſtatoris, & occultantes eadem.

EXcommunicamus, & ſententialiter in his ſcriptis omnes, & ſingulos occultantes teſtamenta, ſeù geſta quominus executioni debitæ demandentur, & ſine cauſa legitima differunt, quominus ipſa infra annum cõputandum à die obitus teſtatoris teſtamenta prædicta ſiuè geſta executioni debitæ demandentur.

CONST. XXVIII.

Contra non ſoluentes quartam infra menſem à die receptionis legatorum.

EXcommunicamus etiam ſententialiter in his ſcriptis omnes, & ſingulos qui receperunt, vel receperint aliqua legata ſeù relicta, de quibus nobis quarta debetur, & ipſam quartam non ſoluerunt, vel niſi ſoluerint infra menſem à die receptionis huiuſmodi legatorum.

CONST. XXIX.

Contra apponentes, & apponi facientes iuramenta in contractibus vaſſallorum Eccleſiæ Neapol & facientes contractus alienationis, vel pignorationis bonorum eorundem, Neap. Antiſtitis conſcientia inconſulta.

ITem monemus, & inducimus vniuerſos, & ſingulos de ciuitate, & diœceſis Neap. commorantes in eis, contrahentes, & inientes contractus cuiuſcunq; generis, ſeù obligationis cum vaſſallis Eccleſiæ Neapolitanæ, cum ſcriptura, vel ſine ſcriptis, ac curiales omnes, & ſingulos, & cęteros alios notarios, ſeù ſcribas ciuitatis, & diœceſis prędictarum, & commorantes in eis, etiam ſub pęna excommunicationis, canonica monitione præmiſſa, monemus, ac etiam mãdamus eiſdem à dictis vaſſallis Eccleſiæ Neapolitanæ, quando cum alijs, vel eiſdẽ contrahentibus cõtrahunt, aut inter ſeipſos iuramenta non exigant de obſeruandis præmiſſis nec apponat, vel apponi faciunt huiuſmodi iuramenta in cautelis ipſorum, nec contractum aliquem faciant cuiuſcunq; alienationis, ſeù pignorationis bonorum ſtabilium ipſorum vaſſallorum, noſtra conſcientia inconſulta, in contrafacientes vero, dicta canonica monitione præmiſſa, excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis.

CONST. XXX.

Excommunicatio contra vtentes priuilegijs alicuius Indulgentiæ Domini Neapolitani Antiſtitis conſcientia inconſulta.

ANimabus fidelium ne decipiantur ſalubriter occurrentes, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis omnes, & ſingulos de ciuitate, vel diœceſi Neapolitana, & commorantes in eis, qui ſurreptitie præter noſtrã conſcientiã vtuntur literis alicuius indulgentiæ cõceſſis olim per prædeceſſores noſtros, vel Capitulũ Neapol. aliquib. Eccleſijs, ſeù hoſpitalib. ciuitatis, & diœceſis prædictarũ.

CONST. XXXI.

Quod clerici, & presbyteri non deferentes biretum, vel ceprenſem clauſum ſoluant tarenos tres, vel ſtent in carcere ſex diebus.

VOlentes clericos noſtro paſtorali commiſſos regimini, prout tangit nos ſollicitudo iniuncti officij, moribus conformare, monemus omnes, & ſingulos canonicos noſtræ maioris Eccleſiæ Neapolitanæ, Rectores Eccleſiarum ciuitatis, & diœceſis Neapolitanæ prædictarũ, in eis cõmorantes, quatenus ipſorum quilibet infra dies quindecim à die publicationis præſentium cõputandũ, debeat ſe cõformare ad portandum habitum clericalẽ dicti, videlicet, canonici, & Rectores intra ciuitatem, & in Eccleſijs in publico incedant induti deſuper capa lõga, ſeù tabarro congruentibus honeſtati ordinis clericalis, præfati vero presbyteri biretum, vulgariter nuncupatum, vel caputiũ ſuper caput ſuum, & tonſuram deferant congruentem, ac etiam clauſa vndique deferant presbyteri de ciuitate prædicta Neapolitana, & in ea commorantes intra ciuitatem prædictam, & presbyteri de dicta diœceſi, & commorãtes in ea intra caſalia in quibus habitant ſita intra prædictam diœceſim, ac etiam intra ipſam ciuitatem, deſuper, & in publico, & in Eccleſia indumẽta, videlicet capam, ſeù tabarrum, ceprenſem, ſeù cotarditam amplas, & lõgas, breuitate nimia, vel longitudine nõ notãdi, ſed honeſtati preſbyteratus ordinis congruentes, contẽptorem autem præmiſſorum, vel alicuius eorum in tarenis auri tribus, applicandis ad pium opus, vel detrudendum, arreſtandum, & detinendum, captiuum ſex diebus in carcere ſupradicto, puniendum vice qualibet decernimus in ijs ſcriptis.

CONST. XXXII.

QVoniam in epiſtola decretali deſcribitur, clerici neque comã nutriant, nec barbam, monemus omnes, & ſingulos clericos de ciuitate, & diœceſi Neapolitana, & cõmorantes in eis, quatenus barbam vel comam nutrire, ſeu deferre non audeant, vel præſumant, ſed tonſuram, & clericam deferant congruentes, contemptorẽ vero quemlibet in tarenis auri tribus in opus pium conuertendis, vt ſupra mulctandum, vel detrudendum, arreſtandum, & captiuum detinendum in ſupradicto carcere ſex dieb. puniendũ vice qualibet decernimus in his ſcriptis.

CONST. XXXIII.

Excommunicatio contra presbyteros forenſes celebrantes, vel Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrantes in ciuitate, vel diœceſi Neapolitana.

SÆpè contingit quod nonnulli vinculo excommunicationis aſtricti, aut apoſtatæ, vel irregulares, ſeù criminoſi, & ſacramentorum participatione indigni, ſuã patriã, antequam de ijs habeatur notitia, fugientes, ſe in ciuitate, & diœc. Neap. improbe ingerunt celebrationi miſſarum,

Digitized by Google

ſarũ,& populo preſumunt, nõ ſine graui offenſa Dei, miniſtrare Eccleſiaſtica ſacramenta,nos igitur animarũ ipſorũ periculis obuiare,& Chriſtifidelib. ne decipiantur, occurrere, officij debito cupiẽtes,ſtatuimus ꝙ nullus,natione ignotus Forẽſis,aut alterius ciuitatis,aut diœceſis oriũdus,ꝙ de quolibet preſumatur,niſi,ſaltẽ per famã,ipſius origo Neapolitana,vel cõpetentib.indicijs approbetur,audeat,vel preſumat in ciuitate,& diœceſi Neapolitana miſsã, vel miſſas celebrare,nec aliqua miniſtrare Eccleſiaſtica ſacramenta,ſine noſtra licentia ſpeciali, in contrafacientes excõicationis ſententiã ferimus in his ſcriptis,iudicamus autẽ dictã licentiã nullatenus,etiã de gratia cõcedenda,niſi de vita,ordinib. & morib. atq; eius ſufficientia plenaria fiat fides,& cõceſſas oẽs cuiuſcunq; tenoris licentias huiuſmodi præſentibus reuocamus.

CONST. XXXIV.

Excommunicatio contra tenentes vltra ſeptem Miſſas in hebdomada.

QVia,prout ad noſtrũ peruenit auditũ, pleriq; ſacerdotes,nõ quę Ieſu Chriſti ſunt quærentes,lucris,in ſpiritualibus,inhærentes in Ciuit.vel diœceſi Neapol. vltra ſeptẽ miſſas in hebdomada in beneficiũ aſſequũtur,qui nõ valẽtes perſonaliter ſeruire,eiſdẽ per ſubſtitutos minus legitimè ſeruiunt,quinimò deſeruiunt contra Sacror.Canon. inſtituta. Volentes,prout officij debitũ nos cõpellit, de ſalubri remedio prouidere,monemus oẽs,& ſingulos Sacerdotes Ciuit. & diœc.Neap.& in eis cõmorantes vna monitione pro omnib.quatenus infra 15.dies à die publicationis preſentiũ cõputandos,miſſas vltra ſeptẽ numero ſupradictas,& ipſarum beneficia nobis,vel illis ad quos ſpectat collatio,& preſentatio earundẽ debeant reſignare,& in futurũ vltra prædictum numerũ non debeant acceptare,contemptorem vero quemlibet ex nunc prout ex tunc, dicta monitione præmiſſa canonica, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis.

CONST. XXXV.

Excommunicatio contra executores, quod aſſignent poſſeſſiones celebrantibus Miſſas ipſas.

ITẽ aduertẽtes propenſius ne defunctorũ voluntates vltimę defraudentur,ſed quantũ licet,& expedit,cũ aliud velle non poſſint,& iterũ arbitrium iam non redit, executioni debitæ demandentur. Declarando decernimus ꝙ non liceat executori alicui teſtamentario,vel alteri,qui ex diſpoſitione ſeu commiſſione habeat miſſas aliquas facere celebrari, domos,terras,vel alias poſſeſſiones, ad hæc ſpecialiter deputatas,tenere,certã dando pecuniã miſſas celebrantibus ſupradictas,ſed domos,& poſſeſſiones prædictas aſſignent miſſas tales celebrantibus,infra quindecim dies à die publicationis preſentium computandos, niſi per teſtatorem aliud fuerit ordinatum; alioquin contemptorem quemlibet ex nunc, prout ex tunc, dicta monitione præmiſſa canonica, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis.

CONST. XXXVI.

Monitio contra conferentes Miſſas; vel beneficia alia ſine confirmatione Neapolitani Archiepiſcopi, & ſuſpenſio recipientium clericorum.

ITem quia ſunt nonnulli clerici, & laici in ciuit. & diœceſi Neap.quib.certorũ beneficiorũ,ſeu Eccleſiarũ, vel Miſſarũ præſentatio cõpetit,ipſi pro ipſorũ voluntatis arbitrio conferentes.Igitur cũ eorundẽ beneficiorũ,Eccleſiarũ,vel miſſarũ inſtitutio,ſeu confirmatio,ad ipſorũ clericorũ, vel laicorũ præſentationẽ noſcatur deuenire,ad Neapolit.Antiſtitẽ pertinere,monemus,oẽs,& ſingulos clericos, & laicos ſupradictos,quatenus cum vacatio contingerit de prædictis,vel aliquo prædictorũ,nobis debeãt,prout eis cõpetit,ad prædicta vel ipſorũ aliqđ præſentare idoneũ inſtituendũ,ſeu cõfirmãdũ per nos,ſeu noſtro mãdato,ꝑut iuſtitia ſuadebit,ſub pęna perditionis iuris qđ in ipſis habuerit, clericũ vero recipientẽ quẽlibet contemptorẽ,dicta monitione præmiſſa canonica, ex nunc prout ex tunc in his ſcriptis ſuſpendimus à diuinis.

CONST. XXXVII.

Excommunicatio contra Sacerdotes ſeruientes per ſubſtitutum ſine licentia Domini Archiepiſcopi.

MOnemus inſuper oẽs, & ſingulos presbyteros ſupradictos quatenus habẽs capellã propriam,ſeu altare,in qua ſeu quo ipſum quotidie, vel in certis dieb. in hebdomada oporteat celebrare ſub pęna excõmunicationis,quã cõtra contẽptorẽ quẽlibet ferimus in his ſcriptis,in fraudẽ præſentis cõſtitutionis per ſubſtitutũ ſeruire nõ debeat his dũtaxat exceptis, qui in caſu neceſſitatis, vel de nr̃a licẽtia oporteret ipſos aliquatenus abſentare,vel de cauſa alia rationabili ſuadẽte, & ſine fraude huiuſmodi ꝑ ſubſtitutũ debeãt deſeruire.

CONST. XXXVIII.

Quod celebrantes duas Miſſas eadem die, à Diuinis officijs ſint ſuſpenſi.

ITem quia ſicut teſtimonio fide digno percepimus,nõnulli qui zelo rapacitatis inuigilãter miſſas duas eadẽ die dicere nõ verẽtur in illuſionẽ diuini iudicij,& exterminiũ canonicæ ſanctionis,monemus oẽs & ſingulos presbyteros ciuitatis,& diœceſis Neap.in eis cõmorantes,quatenus,pręterquã in die Natiuitatis Dominicæ, nullus presbyter vna, & eadẽ die miſſas duas dicere audeat,vel preſumat,contẽptorẽ vero quẽlibet ex nunc prout ex tunc in his ſcriptis ſuſpẽdimus à diuinis, & ſuſpẽſum manere volumus, & decernimus ꝑ pręſentes, ipſumq; nihilominus ad carcerem Archiepiſcopalem prædictum detrudendum,arreſtandum,& detinendum captiuum, & alio noſtro arbitrio decernimus puniendum.

CONST. IXL.

Quod clerici ludentes ad taxillos puniantur in tarenis quindecim, & portantes pedites arma, in vna vncia.

VT clericorũ actus, & mores, quorũ vita alijs debet eſſe magiſtra,in melius reformẽtur,oẽs & ſingulos ſacerdotes,& clericos Ciuit.& diœc. Neap. & cõmorantes in eis ludẽtes ad taxillos, in tarenis 15. aut aliquod genus armorum pedites portando per ciuitatem prædictam,in vncia auri vna carlenis argenti ad ſupradictæ cameræ perſoluendum puniendos decernimus vice qualibet in his ſcriptis.

CONST. XL.

Quod clerici portantes in tabernis ſoluant vice qualibet florenum vnum.

SIcut percepimus teſtimonio fide digno,ſunt pleriq; ſacerdotes,& clerici qui potius relaxatis habenis quã freno honeſtatis ornati, more laicorũ per tabernas diſcurrere nõ verentur,denigrando modeſtiã ordinis clericalis,volẽtes cura paſtoralis officij de ſalubri remedio prouidere, oẽs & ſingulos ſacerdotes,& clericos quoslibet bibẽtes,vel comedentes in aliqua taberna,vel ante ipſam in ciuitate prędicta, vel ſub urbijs eius,in floreno auri vno vice qualibet, dictæ cameræ applicãdo,vt ſup. mulctandũ,vel ad carcerẽ ſupradictũ 15. diebus detrudendum,arreſtandum, & detinendum captiuũ, puniendũ decernimus in his ſcriptis,dumtaxat exceptis qui fuerint,vel veniẽdi ad eã de partib. alijs cauſa accedendi extra ciuitatem ipſam ad partes alias in itineribus conſtituti.

CONST. XLI.

Excommunicatio contra facientes ſe ordinari præter conſcientiam Neapolitani Antiſtitis.

VErentes attentius ꝙ nonnulli clerici de Ciuit. vel diœc. Neap.& cõmorantes in eis ſurreptitie ab alienis Epiſcopis minus legitimè ad ſacros ordines ſe faciunt promoueri, excõmunicamus ſententialiter in his omnes, & ſingulos de ciuitate,& diœceſi ſupradictis qui ſurreptitie præter noſtram conſcientiam, noſtra non obtenta licentia,ab aliquo prælato ſe fecerint ad aliquem ordinem promouere.

CONST. XLII.

Quod clerici exercentes mercimonia ſoluant vnciam vnam.

INſinuatione frequẽti noſtris eſt aurib.intimatũ,ꝙ nõnulli ſacerdotes,& alij clerici ciuit.& diœceſis Neapol. & commorantes in eis in ſacris Ordinib.conſtituti, mercantias,tabernã, & alia mercimonia exercere in opprobrium ordinis clericalis,atq; mali exẽpli pernitiẽ non verentur: monemus omnes & ſingulos ſacerdotes,& clericos ſupradictos quatenus tabernã retinere,mercantias,& alia mercimonia exercere per ſe, vel alios vlterius non præſumant, contrafacientes vero in vncia auri vna carlenorũ de argento, & ſupradictæ cameræ applicanda decernimus puniendos,declarantes autẽ non includi in cõſtitutione prædicta vendentes vinum, ſeu fructus,& græcum tabernarijs,vel alijs mercatoribus, licẽt dicti tabernarij,vel mercatores dictum græcum,vel vinum,

I vendant,

Digitized by Google

vendant,ſeū vendi faciant ad minutum,& locatores ſuarum domorum,quamquam conductores ipſarum, tabernam in eiſdem voluerint exercere, dummodò in dictæ conſtitutionis fraudem nihil fiat, contrafacientes vero pœnæ ſuſpenſionis officij, & beneficij decernimus ſubiacere.

CONST. XLIII.

Contra clericos, & presbyteros tenentes concubinas.

EFfrenatam ſacerdotum, & clericorum ciuit. & diœceſis Neap.& cōmorantiū in eiſdem luxuriā,ſolerti diligētia euellere cupientes conſtitutionē,ſeù ſtatutū olim contra huiuſmodi editum Melfiæ per bon. mem. D.Gerardum de Parma S.R.E.Card.Apoſt.ſedis Legatum in Regno Siciliæ citra Farum, præſentibus duximus annotandum, ſtatuentes eandem conſtitutionē, & eius pęnas contra clericos oēs ciuit. & diœceſis Neap.& cōmorantes in eiſdē habere efficaciā, & roboris firmitatem,cuius conſtitutionis,ſeù ſtatuti tenor ſequitur infraſcriptus,licèt fęl.record.D.Alex.Papa IV.duxerit ſtatuendum, quod clerici qui focarias habere noſcuntur per Prælatos, vt eas à ſe remouere debeant moneantur, eas de cætero minimè admiſſuri, ita ꝙ ſi acquieſcere contēpſerint,eos ab Eccleſiaſticis beneficijs,vſq; ad ſatisfactionē cōdignā ſuſpendere debent,& ſi eas ſuſpenſi detinere præſumpſerint, debent eos ab eiſdē beneficijs perpetuò remouere, quia tamē ex conſtitutione huiuſmodi nulla,vel modica vtilitas prouenit propter negligentiā prælatorū:nos huic conſtitutioni quā in Regno Siciliæ perpetuis temporibus valiturā edidimus inuitentes,ipſam ac etiā decernentes inuiolabiliter obſeruari contra oēs, & ſingulos qui nunc habent publicè concubinas, vt ſi infra duos menſes à tēpore publicationis conſtitutionis huiuſmod cōputandos concubinas ipſas à ſe totaliter non amouerint,ipſas vel alias in domo propria,vel aliena vlterius minimè admiſſuri,ipſo facto ab officio,& beneficio ſint ſuſpenſi,& ſi ſic ſuſpenſi eas retinuerint vſq; ad menſem aliū,à beneficijs ſuis per locorū ordinarios perpetuo amoueantur, quæſumus extendi etiā volumus ad eos qui publicè concubinas recipient in futurū,quod ſi Archiepiſcopi,Epiſcopi,& alij inferiores,exēpti,& non exempti,ad quos ſic ſpectat correctio clericorū ad procedendum per conſtitutionē huiuſmodi contra tales clericos obſeruandā fuerint negligentes,tādiù ab ingreſſu Eccleſiæ nouerint ſe ſuſpenſos,donec conſtitutionē ipſam cōtra clericos ipſos debitæ executioni mandabunt. Vt autē mulieres,ſeù concubinæ huiuſmodi, quæ in eodē crimine ſcienter participant criminoſis, pœnā non poſſint effugere, ſi infra tēpus præfixū concubinarijs ꝙ ſuperius eſt expreſſum,ab eis non receſſerint, nunquā ad eos poſtmodū reddituræ,vel aliæ fuerint, quæ de nouo ſibi concubinarios fecerint, ex tunc ipſo facto excōmunicationis ſentētiæ eas volumus ſubiacere. Cęterum ne prælatus aliquis ad pecuniariū lucrum,vel quæſtum conſtitutionē huiuſmodi præſumant cōuertere, diſtrictius inhībemus ne quis pecuniā,vel emolumentū aliquod in vtilitatē propriā conuertendum recipiant ex hac cauſa,quod ſi cōtra fuerit perperratū,ſi Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, aut Abbas,vel alius Prælatus exemptus extiterit qui deliquerit in receptione huiuſmodi,donec duplum eius quod receperit in pios vſus conuertat,Archiepiſcopus,vel Epiſcopus à Pontificali officio, Abbas, vel alius Prælatus exemptus ab officio ſint ſuſpenſi,alij verò Abbates minores,& inferioris gradus perſonæ ſententiæ excōmunicationis ſubiaceant ipſo facto, à qua abſolui non poſſint,niſi prius duplum eius quod receperint in opus pietatis duxerint conuertendum,quas pęnas contrafacientes incurrere volumus,& in eiſdem in his ſcriptis decernimus puniendos.

CONST. XLIV.

Quod clerici congregantes ſe inſimul vltra viginti numero præterquam ad Diuinum Officium puniantur in vncijs duabus.

DOcuit experientia rerum in ciuit. Neap.quidam Sacerdotes,& clerici ſeminatores zizaniæ ſub pelle agni gerentes lupum,procurant congregationes fieri hominum ſub ſpecie boni blandiendo,& ſequaces trahunt ad ipſorum nequitiā præconceptā,& per conuenticulas, & illicita monopolia iniquitatis ſibi defenſionē procurant. Igitur cū ſit malitijs hominum obuiandum præſenti conſtitutione oēs conuenticulas,monopolia, conſpirationes, coniurationes quorumlibet clericorū, & vt omnis via præcludatur nequitiæ, cōgregationes,& quaslibet adunantias ipſorum vltra viginti numero ex quacūq; cauſa,præterquam ad Diuinū Officiū celebrandum attentari, vel fieri protinus prohibemus abſq; noſtra licentia ſpeciali,contemptorē vero quēlibet,& dātes ad hoc auxiliū,conſilium,& fauorē, publice vel occulte,cuiuſcunq; ſint dignitatis,præeminentiæ, conditionis, vel ſtatus in vncijs auri duabus carlenis de argēnto, vt ſupradictæ cameræ applicandis mulctandum decernimus in his ſcriptis,exceptis collegijs,& congregationibus approbatis, quæ ſeù quas pro eorum tractandis negotijs oporteat conuenire, ſeù congregari præſenti non includimus ſanctioni, ſed eorum,ſi forte deliquerint in præmiſſis, conſpirationes, ſeù coniurationes illicitas faciendo ſecundum iuris communis diſpoſitionem dimittimus puniendos.

CONST. XLV.

Monitio medicorum.

CVm infirmitas corporalis nonnunquam proueniat ex peccato, prout ſacri Canones atteſtantur, monemus omnes, & ſingulos medicos, vt quamprimum eos contingerit viſitare infirmos,teneantur eos, & debeant exhortari,& inducere vt confiteantur peccata ſua Sacerdoti, Euchariſtiam recipiant, & alia Sacramenta.

CONST. XLVI.

Quod Rectores Eccleſiarum ſuis ſumptibus ſepelire faciant in ipſorum Eccleſijs corpora pauperum hominum mortuorum.

ET quia multorum inſinuatione didicimus cum clamore,ꝙ nonnulli pauperes,& egeni decedentes in ciuit.& diœc. Neap.propter eorū inopiā,pluribus dieb.carent Eccleſiaſtica ſepultura: volentes ex noſtri officij debito de ſalubri remedio prouidere, præſentiū tenore requirimus, & monemus oēs & ſingulos Capellanos,& Rectores Eccleſiarū ciuitatis,& diœc. Neapol. prædictarum parochiam funeralē habentium,quatenus ſub excommunicationis pœna, & vnius vnciæ, vt quamprimum ad ipſorum notitiam peruenerit de morte decedentium prædictorum,Capellani pręfati notificare debeant Rectoribus ſupradictis mortem decedentium eorundem,dictiq; Rectores ſublato morę prępendio,ſtatim ad eorum expenſas,vt conuenit,ſepeliri faciant in dictis Eccleſijs corpora decedentium pręſcriptorum.

CONST. XLVII.

Quod incedentes in habitu clericali,non exiſtentes clerici, puniantur in vncia vna.

SIcut crebra ad nos relatio fide digna perduxit, ſunt pleriq; in ciuitate, & diœceſi Neapol. qui in opprobriū ordinis clericalis,& eluſionem,atq; ſubterfugiū iudicij ſecularis,cum non ſint clerici, clericali charactere inſigniti, incedunt in tonſura,& habitu clericali: volentes,prout ex noſtri officij debito obligamur,obuiare de remedio ſalutari,tenore præſentium requirimus,& monemus omnes,& ſingulos huiuſmodi incedentes in tonſura,& habitu ſupradictis,quatenus ſub pęna vnius vncię in carlenis argenti, vt ſupra dictę camerę applicandę,quemlibet contemptorem vice qualibet decernimus puniendum,in tonſura,& habitu ſupradictis incedere non debeant,niſi primo legitimè ordinati fuerint ad clericalem ordinem ſupradictum.

CONST. XLVIII.

Contra Abbatiſſas,& moniales exeuntes de monaſterijs, vel ſine licentia Archiepiſcopi recipientes in eorum monaſterijs extraneas perſonas intrantes dicta monaſteria.

SIcut euidentia facti notoriat,& notoria manifeſtat, moniales monaſteriorum ciuit. Neap. extra ſua monaſteria per habitacula ſęcularium perſonarum effrenate diſcurrunt, & intus ipſarum monaſteria perſonas quaslibet indifferēter admittunt, in illius cui ſuā integritatē voluntate ſpontanea deuouerunt,grauē offenſam,religionis opprobrium,& ſcandalum plurimorū. Volētes ſuper his,prout ſollicitat nos cura paſtoralis officij,ſalubriter prouidere,pręſenti edicto publico,quod in dictis monaſterijs publicè diuulgari,& in hoſtis eorundē monaſteriorum affigi iuſſimus,vt nemini ſit oc-

cultum,

cultum, requirimus, monemus, atq; hortamur oẽs & ſingulas Abbatiſſas, & moniales dictorũ monaſteriorũ, quatenus deinceps moniales eædem non egrediantur ipſarũ monaſteria quacunq; ratione, vel cauſa, & præfatæ Abbatiſſæ contra hæc fieri aliquatenus non permittant, & ſi qua monialis, vel Abbatiſſa ad pręſens extra ſuũ monaſteriũ fuerit, infra trium dierum ſpatiũ à die publicationis præſentium cõputandum redire debeant cũ effectu ad clauſtrum monaſterij prælibati: & ſi forſan cauſa rationabilis egrediendi monaſteriũ ſuaderet, eo caſu volumus pro parte ipſarũ monialiũ ad nos recurſum haberi pro egrediendi licentia obtinenda: & vt præſcriptæ moniales liberius Deo ſeruire debeant, & à mundanis conſpectibus ſeparari, eaſdẽ moniales, & Abbatiſſas, vt ſupra requirimus, & monemus quatenus nulla Abbatiſſa, vel monialis intus monaſterium earundẽ, aut intus domos ipſis deputatas ſub prætextu audiendarũ confeſſionũ, ſeu prædicationum, vel celebrationis Diuini Officij recipiat, vel intrare permittat aliquẽ religioſum, vel ſęcularem clericum, etiam prætextu exercendarũ procurationũ cuiuſcunq; dignitatis, aut præeminentię, conditionis, aut ſtatus exiſtat, etiã ſi Pontificali, vel quacunq; præfulgeat dignitate, vel etiam laicum quocunq; prætextu, & nullus prædictorũ intrare audeat, vel præſumat, ſine noſtra licentia ſpeciali: excipimus Religioſos, vel ſeculares clericos, ſiue laicos in die conſecrationis alicuius Abbatiſſæ, vel monialis, dum miſſa ibidem celebratur, in die peculiarium feſtiuitatum ipſarum, à primis veſperis vſq; ad ſecundas veſperas, tunc proximè venturas ſequẽtes, & in die funeris, dum officium mortuorũ celebratur, & prædicatur, & medicos ex cauſa rationabili, ſeu monitionis flobothomationis ad pręſcripta monaſteria accedentes, dummodò in prædictis nihil fraudis ſiue doli fingatur. Monemus inſuper pro primo, ſecundo, tertio, & vltimo peremptorio quãlibet prædictorũ perſonarũ, de quibus in genere, vel in ſpecie facimus mentionẽ, eiſdẽ ſub excommunicationis pęna infraſcriptis mandantes vt prædicta, & ipſorum quælibet debeãt obſeruare, alioquin ipſas ex qualibet negligentia, vel contẽptu cõtra modum, & formam, prædictos excommunicationis ſententiam decernimus incurrere ipſo facto, præter Epiſcopos, quos ex huiuſmodi cõtemptu ob reuerentiã dignitatis, ingreſſus Eccleſiæ tñ incurrere eo ipſo decernimus in his ſcriptis, & faciemus nominatim excommunicatos publicè nunciari tamdiũ donec ad mandata Eccleſiæ, atq; noſtra humiliter redeuntes, & ſatisfactionem condignam abſolutionis beneficium exinde à nobis meruerint obtinere.

CONST. XLIX.

Excommunicatio contra aſſociantes moniales prædictas contra formam conſtitutionis ſupradictæ.

VT præſcriptæ moniales clauſtrum retineãt, oẽmq; materiã iam egrediendi earum monaſteriũ eiſdẽ monialibus præcidere cupientes, monemus oẽs & ſingulos clericos, & laicos ciuit. & dięceſ. Neap. & morantes in eis, quatenus deinceps nullã monialem egredientẽ de ſuo monaſterio aſſociare, ſeu comitari debeat ad domũ alicuius conſanguinei, vel amici, niſi cauſa rationabili ſuadente, de noſtra licentia egrederetur de monaſterio ſupradicto in contrafacientes excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis.

CONST. L.

Contra monachos incedentes ſolos extra ipſorum monaſteria.

VOlentes vt monachi, qui relictis mundanis illecebris, elegerunt in religionis habitu in arce contemplationis domino famulari, à quibuslibet deuijs præſeruentur, ſtatuimus, & ordinamus ꝙ nullus monachus monaſteriũ ciuitatis, vel dięceſis Neap. egrediatur de ſuo monaſterio, niſi forſitan egrediendi cauſa iuſta, & rationabilis ſuaderet, quo caſu committimus quod egrediatur aſſociatus vno alio monacho eiuſdem monaſterij incedentes cum cucullis, & ad loca honeſta tantummodò accedentes, ac de ſui Abbatis impetrata licentia, vel obtenta. In contemptorem vero quemlibet in his ſcriptis excommunicationis ſententiam promulgamus, his dumtaxat exceptis qui de licentia ſui Abbatis, vel ſuperioris extra ciuitatem Neapol. acceſſerit aſſociatus vno alio monacho ſui monaſterij, vel alio honeſto ſocio, ſiue famulo.

CONST. LI.

Quod permanentes excommunicati publicè per menſem, ſoluant florenum vnum.

ITẽ ꝙ nonnulli claues Eccleſiæ contẽnentes in excõmunicatione perſiſtere non verentes poſt tẽpora accedunt abſolutionis beneficiũ perituri: ne ipſorũ contẽptus tranſeat impunitus, ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ quicunq; fuerit per nos & noſtrã curiã excõmunicatus publicè, vel ipſam excõmunicationẽ incurrerit, & in ſcienter, & publice per mẽſem permanſerit, nullatenus abſoluatur, donec idoneæ caueat de adimplenda pœnitentia per nos eidẽ imponenda, quã tunc fore volumus peregrinationis ad locũ diſtantẽ à ciuit. Neap. per dietã: cuius pęnitentiæ omittendæ ſi caſus ſubeſſet, eundem decernimus puniendũ in floreno vno auri, conuertẽdo in opus aliquod pietatis, ſi vero vltra menſem in eadẽ excõmunicatione perſtiterit animo indurato, ipſo grauiori pęnę vel pęnitentiæ ſubiecto, ſic contra eũ rigor inſurgat Eccleſię diſciplinæ, quod ſibi cedat ad pęnam, & alijs ad terrorem.

CONST. LII.

Quod quilibet Capellanus habens parochiam funeralem habeat copiam conſtitutionum huiuſmodi ſub pœna excommunicationis.

QVia introduxit laudanda iuris auctoritas leges, & conſtitutiones ab omnibus obſeruari, ne præſcriptarũ noſtrarum conſtitutionũ aliquis prętendere valeat ignorantiã, vt quia ad eũ non peruenerit, quomodolibet excuſare: requirimus, & monemus oẽs, & ſingulos Capellanos Eccleſiarũ, vel dięceſ. Neap. prædictarũ parochiã funeralẽ habentium, quatenus ſub excõmunicationis pęna, quã in contemptorẽ ex nunc prout ex tũc ferimus in his ſcriptis, infra vnius mẽſis ſpatiũ à die publicationis præſentium cõputandum, copiam præſentium conſtitutionum penes ſe habere debeant pro ſui, & aliorum magiſterio, teſtimonio, & cautela.

CONST. LIII.

Quod in cauſis, & quaſtionibus iuriſpatronatus poſſit procedi ſummariè, & de plano.

QVia, prout ſacri Canones atteſtãtur, iurgantiũ controuerſias celeri ſententia terminare ęquitati conuenit, & rigori, ſtatuendo decernimus, ordinamus, atq; firmamus de conſenſu ſupradicti noſtri Capituli, habita prius deliberatione cum eodẽ Capitulo diligenti, ꝙ in cauſis præſentationum iuriumpatro. & Rectoriarũ Eccleſiarũ ciuit. & dięceſ. Neap. inceptis, pẽdentibus, & futuris, Neap. Antiſtes, & eius Vicarius poſſit, & valeat cognoſcere, non ſolũ ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, prout nouiſſima iura concedunt, ſed etiam omni ordine iuris, & iudicij prætermiſſo, ipſaſq; decidere, & terminare, ſola cauſæ principalis inſpecta indagine, & ſubſtantia veritatis.

CONST. LIV.

De modo procedendi ſuper inſtrumento publico in iudicio producto, & pœna in eo contenta.

CIrca iuſtitiæ tramites oculos noſtræ prouiſionis, libenter aduertimus armando legum munimine præſidalem ſolertiam, vt pellatur falſitas, mendaciũ ſileat, & tota veritate luceſcat, ad hoc etiã iuxta Catholicorũ Principum ritus laudabiles præſenti conſtitutione, ſeu ſtatuto perpetuo valituro deſcribimus, edicimus, ordinamus, ſtatuimus, & firmamus, ꝙ quotieſcunq; creditor alicuius inſtrumenti publici, pęna, & iuramento vallati, debitorẽ ſuum in eodẽ inſtrumẽto cõſcriptum noluerit in Archiepiſcopali Curia ſupradicta Neapol. de dictis debito principali, pęna, & periurio, vel altero ipſorum impetere, denunciare, vel etiam accuſare, cogi poſſit per dictã curiam, & cõpelli abſq; iudiciorum ſtrepitu, & figura ſummariè, & de plano, & teneatur ſi actor, vel ipſa Curia maluerit ſuper dictis pęna, & periurio, ipſorumq; altero, ac principali debito conſcripto, ibidẽ ſuper tenore inſtrumenti prædicti lecti, & vulgarizati eidẽ particulariter, & diſtinctè, impetitus, denunciatus, vel accuſatus, ipſe abſque oblatione libelli petitionis, & capitulorũ aliorum quorumlibet reſpondere, & per reſponſionẽ huiuſmodi in cauſa ipſa fiat litis conteſtatio, & ſic legitimè conteſtata, ac per calumniæ iuramentũ capitulis contentis in calumniæ iuramento à partibus actricibus, & curiæ cauere idoneæ teneatur in cau-

Digitized by Google

ſa ipſa de iudicio ſiſti, indicato ſoluẽdo in omnib. huius clauſulis opportunis, & alias in forma ipſius curiæ conſueta, dictæq; parti actrici, & Curiæ ſufficiat propoſitionibus, articulis, capitulis, & probationibus ſuis omniũ, & ſingulorum contentorũ in dicto inſtrumento, dictũ inſtrumentũ tantum producere, cui inſtrumento interim fidẽ veridicã volumus, & decernimus adhiberi donec infra competentẽ terminum contra ipſum inſtrumentũ, & cõtenta in eo, probationes legitimas, & ſufficientes fecerit, & effectualiter produxerit, & probauerit pars aduerſa. Verum quia defenſiones à iure naturæ ſunt etiã introductæ: volumus, & decernimus ꝙ parti aduerſæ conuentæ prædictæ ad omnẽ ſuã defenſionem faciendã, & producendã in cauſa ipſa decem dierũ terminus peremptorius ſtatuatur, & cũ probationũ facultas anguſtãda non ſit, ſed potius amplianda viginti aliorũ dierũ ad probandum cum effectu eaſdẽ terminus alius perẽptorius præfigatur, ac ſucceſſiuè in cauſa huiuſmodi procedatur, ipſaq; elapſo dicto termino fine canonico terminetur, prout iuſtitia ſuadebit, alijs iuris ſolemnitatibus prætermiſſis.

CONST. LV.

Quod non admittatur quis ad accuſandum, niſi prius ſe obliget ad certam pœnam.

NE calumniantium procax temeritas, audacia pronius ad falſitatis conuenta decurrat hac edictali cõſtitutione perpetuò valitura deſcribimus, edicimus, ordinamus, ſtatuimus, atq; firmamus denunciatorẽ, ſeù accuſatorẽ quẽlibet in dicta Archiepiſcopali Curia cuiuſcunq; criminis, nõ admitti, niſi ſe inſcribat, & obliget primitùs ad certam pœnam condecentem in denunciatione, ſeù accuſatione ipſa contẽta, ita quod curia ipſa obtineat legitimè probaturum.

CONST. LVI.

Conſtitutio de refectione expenſarum per contumacem in decem granis ante litem conteſtatam.

ITẽ ne fraus patrocinetur cõtumacibus, ſiue dolus, cõdemnationẽ expenſarũ ante litis ingreſsũ factarum per partẽ cõparentẽ in curia antedicta determinatã fore diſponentes, contumacem partem alteri parti quæ comparuerit ſupradictæ pro expenſis prædictis in decem granis auri mulctamus, & mulctandam decernimus vice qualibet in his ſcriptis.

CONST. LVII.

Conſtitutio quod ſufficiat bina citatio ad domum, vt contumax reputetur.

POrrò calumnioſis anfractibus, & diſpendijs litigantium viã præcidere cupientes, cũ parum prodeſſet obedientia humilibus ſi contẽptus contumacibus non obeſſet, præſenti conſtitutione deſcribimus, edicimus, ordinamus, atq; firmamus, ꝙ contra citatũ quauis ex cauſa in dicta curia, & cõtumacẽ ſufficiat bina citatio ad domum habitationis ſuæ, etiã ſi citatio ipſa citatũ eundẽ perſonaliter non apprehenderet, vel vnica citatio perſonalis, vt contra eundẽ citatũ nõ comparentẽ, & contumacẽ, procedi poſſit legitimè ad excõmunicationis ſententiã, & alias pęnas iuris, & remedia tanquã contra verum, manifeſtum, & notorium contumacem.

CONST. LVIII.

Contra iniuriantes officiales, aduocato, & procuratores Curiæ Archiepiſcopalis.

DEcet præſidentes in ſolio, quos maioritatis ſublimat auctoritas, vt cultus extollatur iuſtitiæ, quæ conſtans, & perpetuò manſura deſcribitur in ſui diſtributione perſonas non excipiens, nec differentias introducẽs, & ne per cuiuſuis ſuperſtitioſæ malignitatis aſtutiã proſtrata ſubiaceat, prouiſione dominica prouidere. Nempè ad nos nuper, quod moleſtè referimus, infauſti rumoris aſſertione peruenit, q̃d iniqui filij hominũ, pacis æmuli, diſſidiæ zelatores, nonnulli accedentes ad noſtram Archiepiſc. Curiã humiliter iuſtitiã petituros, procuratores, aduocatos, officialesq. noſtros, & eiuſdem curiæ ad explicationem, & executionẽ iuſtitiæ deputatos interdum iniurijs, necnon, & contumelijs, quãdoq; verberib. affligere, & maximè in noſtro Archiepiſcopali Palatio, vbi ipſa curia regitur, in quo velut tutiſſimo refugio non debuit oriri iniuriandi occaſio vbi iura redduntur, quo fit, vt pericula, rancores, & odia, ac alia nephanda multipliciter ſubſecuta, perſępè iuris executio, quæ licèt in ſe non habeat iniuriam, iniuriata ſuccumbit. Igitur in partem ſollicitudinis euocati, non valentes hæc ſub diſſimulatione tranſire, cum ſit fouere crimina ipſorum, non tollere contra patratores huiuſmodi, & præſtantes ad hęc auxilium, conſilium, vel fauorem conſurgat nouella propago iuſtitiæ, qua præſenti conſtitutione, ſeù ſtatuto perpetuo valituro, deſcribimus, & monemus omnes, & ſingulos de ciuitate, & diœc. Neap. & commorantes in eis quatenus deinceps dictis accedentibus ad ipſam curiam iuſtitiam petituris, procuratoribus aduocatis, & officialibus, vel alicui eorundem iniurias, contumelias, & verbera verbales, vel perſonales inferre, vel inferri facere, maximè in palatio ſupradicto, & ambitibus ipſius, nec ad id præſtare auxilium, conſilium, vel fauorem quoquo modo audeant, vel pręſumant: contemptorem vero quemlibet pręmiſſorum, vel alicuius ipſorum ex nunc, prout ex tunc dicta monitione pręmiſſa canonica excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis, à qua abſolui non valeant, niſi ſatisfactione pręmiſſa, & remiſſionem à parte offenſa primitus obtinuerit.

CONST. LIX.

Excommunicatio contra detinentes, & non reſtituentes inſtrumenta, & cautelas poſt debitum ſolutum.

QVia bona fides non patitur, vt ſemel exactum ſępius exigatur: monemus omnes, & ſingulos de ciuitate, & diœc. Neap. & commorantes in eis habentes inſtrumenta publica, vel cautelas alias debiti pecunię, vel rei alterius cuiuſcunq; per ipſos mutuati, ſeù crediti, quatenus poſt requiſitionem de reſtituendo dicto inſtrumento, vel cautela dicti debiti ex ſoluti per debitorem huiuſmodi inde factam dictum inſtrumentum, ſeù cautelam inciſum eidem debitori reſtituere, vel ipſum debitorem de dicto debito quietare debeat, & perpetuo per inſtrumentum publicum vel aliter legitime liberare debeat cum effectu ipſum debitum ex ſolutum iterum nullatenus petiturus: contemptorem vero quemlibet ſic monitum, dicta monitione pręmiſſa canonica, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis, verum cum ſint nonnulli de dictis ciuitate, & diœceſi, & commorantes in eis, qui in ſuarum periculum animarum, & aliorum pręiudicium, & iacturam detinent fraudulenter indebitè occupata inſtrumenta publica, priuilegia, & cautelas alias de iure, & ad alios plenariè pertinentes: monemus omnes, & ſingulos huiuſmodi detentores, & occupatores quatenus dicta inſtrumenta, priuilegia, & cautelas his ad quos de iure ſpectare noſcuntur, reſtituere debeant cum effectu: contemptorem vero quemlibet ſic monitum dicta monitione præmiſſa canonica excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis.

CONST. LX.

Quod in celebratione miſſarum presbyteri hymnos, orationes, & alia inſtituta ſolemnia dicere non omittant, alioquin ſunt excommunicati.

IN ciuitate, & diœceſ. Neap. inter presbyteros, dum per eos miſſarum celebrantur ſolennia, quidam abuſus adeò inoleuit, quod huiuſmodi celebrando ſolennia, pſalmos, hymnos, orationes, & alia quæ non debent propter cauſam aliquam prætermitti, propter ipſorum ignorantiæ cęcitatem miſſas celebrare fugientes, omittunt dicere, vt tenentur, licet populo per ſuppreſſa verba id dicere ſe oſtendunt, propter quod presbyteri ipſi ſolennia ipſa taliter ſincopantes, non ſolùm Deo, cui non verentur, illudunt, ſed populo, quem decipiunt, ſe aſtringunt, ſuper quibus nos ex officij noſtri debito volentes ſalubriter prouidere, omnes, & ſingulos presbyteros ciuitatis, & diœceſ. Neap. & in eis degentes auctoritate præſentium requirimus, & monemus, eiſq; & cuilibet ipſorum ſub excommunicationis pœna, quam ſi mandati noſtri huiuſmodi contemptores extiterint, proferimus ex nunc prout ex tunc ſententialiter in his ſcriptis diſtrictè præcipimus, & mandamus quatenus pſalmos, hymnos, orationes, & alia quæcunque ſolemnia per Sanctam Romanam Eccleſiam ordinata in celebratione miſſarum, ſecundum quod per ſua tempora per ipſam Eccleſiam ſunt diſtributa, dicere debeant expreſſis verbis, vel legendo, aut cantando, ſecundum quod feria exiget, ſiuè feſtum.

CONST.

CONST. LXI.

Quòd in celebratione Miſſarum, vinum & aquam diuiſim in calicem ponant Presbyteri, nec vinum limphatum teneant in altari.

ATtendentes, q̄ Sacri Canones de commixtione aquæ cum vino in Sacramento Euchariſtiæ, vt diuiſim in Calicem immittantur, deliberatione prouida ſtatuere, eadẽ authoritate monemus omnes, & ſingulos Presbyteros Ciuitatis, & diœc. prædictæ, & in eis degentes, eiſq;, & cuilibet ipſorum mandamus ſub excommunicationis pœna diſtrictius, quatenus ad Altare vinum limphatum, ſiue aqua mixtũ portare, aut deferri per alium, pati non audeant, ſiue mandent, ſed primo vinum, in debita quantitate, & ſucceſſiuè aquam in minori quantitate quàm ſit vinum, iuxta Canonica inſtituta, per ipſos poni mandamus in Calicem, cum de Chriſti latere primo ſanguis, poſtea aqua profluxerint, ſecundum Euangelicam veritatem, in contrarium vero facientes ex nunc, prout ex tunc excommunicationis ſententiam proferimus ſententialiter in his ſcriptis.

CONST. LXII.

Quod in Altari luminaria congrua teneantur in celebratione Miſſarum.

MOnemus etiam omnes, & ſingulos Presbyteros ipſos, ac eis, & cuilibet ipſorum eadem authoritate ſub excommunicationis pœna, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus dũ per eos Miſſarum tam veneranda ſolemnia celebrantur, lumina debita, ſecundum q̄ tempus, & facultates eorum exigunt, teneant in Altari, vt ex hoc fides, & deuotio apud omnes augeantur in mentibus; in inobedientes autem excõmunicationis in his ſcriptis ſententiam promulgamus.

CONST. LXIII.

Quod trahentes clericos ad forum ſæculare, ſunt excommunicati.

INaudita præſumptio vſque adeo illicitis auſibus aditum patefecit, vt clerici, & laici, ac aliæ perſonæ quælibet, clericos ſcienter, criminaliter, & ciuiliter ad iudicia publica pertrahunt, ſuo Põtifice, & ordinario iudice derelicto, quod & in præiudicium libertatis eccleſiaſticæ prouenire dignoſcitur, & canonicis, ac ciuilibus ſanctionibus, ſuper hoc piè editis, non modicum derogare; igitur ſuper præmiſſis prouidere volentes, & præſumptuoſam voluntatem talium, in quantum poſſumus, refrẹnare, de conſenſu noſtri Neapol. Capituli præſenti conſtitutione ſtatuimus, & omnes & ſingulos tales trahentes clericos, vt præmittitur, coram iudice ſæculari, ſiue clerici fuerint, ſiue laici, vtriuſque ſexus, ſiue etiam religioſi, aut aliæ perſonæ quæcunque; monemus, vt vlterius præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum facere non attentent, per ſe, vel per alios, publicè, vel occultè: alioquin in ipſos, & ipſorum quemlibet, prædicta monitione præmiſſa ex nunc, prout ex tunc, excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis.

CONST. LXIIII.

Contra mulieres, quæ per earum negligentiam ſuffocant infantes, & quòd non debeant tenere in lecto, quouſque venerint ad tertium annum.

SIcut nos experientia docuit, ſunt nonnulli in Ciuitate Neap. & potiſſimè mulieres, qui infantes filios, ſiue alios, quos ipſis tenere incumbit in lectis, in quibus nocte, dieque dormientes quieſcunt, ſecum retinent, ex quo multos infantes oppreſſos fuiſſe cognouimus, culpa, ſeu negligentia ipſorum, vt pręedicitur, eos tenentium pręcedente. Super quibus occurrere cupientes de conſenſu noſtri Capituli ſupradicti, ſub pœna excommunicationis, monemus omnes, & ſingulos Ciuitatis Neap. ſupradictos, vt infantes filios, ſeu alios, vt præmittitur, vſque ad triennium in lectis, vt præmiſſum eſt, ſecum non teneant, ſed in cunabulis, vel loco alio extra lectum quieſcere faciant.

CONST. LXV.

Conſtitutio contra Presbyteros tenentes vltra ſeptem Miſſas in hebdomada.

ANtonius Angeli de Neap. Canonicus Neap. Decretorũ Docto. Reu. in Chriſto Patris, & D. Domini Gaſparis Diuina miſeratione Archiepiſcopi Neapol. in ſpiritualibus Vicarius Generalis. Vniuerſos, & ſingulos Chriſti fideles pręſentis cõſtitutionis ſeriem viſuros, tam præſentes, quàm venituros, ſaluer illę, qui nihil ignorãt. Cum & Sacram Religionem plantare, & modis omnibus plantatam fouere teneamur, & ea, quæ dum recta ſunt, nutrire, ac corrigere, quę profectum veritatis impediunt, commiſſa nobis authoritate Vicariatus noſtri officij ſalubriter curemus, ne ab illo, qui ſedet in throno ſanguis inferiorum e noſtris exquiratur manibus, ſanè quia ex conſtitutione quondam bonæ memoriæ Ioannis Præſulis Neap. emanata, quæ incipit. Quia prout ad noſtrũ peruenit auditum, plerique Sacerdotes, &c. nonnulla animarum ligamina, ac pericula proueniunt, & in futurum veriſimiliter oriri poſſunt. Idcirco cum cõſilio, voluntateq; beneplacito Ven. Capituli Neap. prædictam conſtitutionem caſſamus, reuocamus, annullamus, & irritamus, renunciamus, & haberi volumus pro infecta. Itaque ſecundum eam, nec in iudicio, nec extra iudiciũ valeat iudicari, & hoc, quantum ad excommunicationem tãtum. In alijs vero volumus affatam conſtitutionẽ firmam eſſe, ſicut prius: ſtatuentes, & firmiter inhibentes, vt nemo Sacerdotum Ciuitatis & diœceſis Neap. accommorãtes in eis valeat, ac valeant deincepe retinere in beneficium niſi ſeptem Miſſas tantum, vel infra, & non vltra: & ſi quis auſu temerario tranſgreſſor huius noſtræ conſtitutionis inuentus fuerit retinere vltra ſeptem Miſſas, prout ſuperius eſt expreſſum, non ſolum priuetur Miſſa, vel Miſſis, quam, vel quas vltra ſeptem retinere præſumpſerit, ſed etiam puniatur arbitrio ſuperioris. Quia dignum eſt enim, vt quos Dei timor à malo non reuocat, ſaltẽ coerceat ſeueritas diſciplinæ: & hanc noſtram conſtitutionem in libro conſtitutionum dictæ Eccleſiæ Neap. annotari, annumerari, reddique, inſcribi, atque annis ſingulis in die quintæ feriæ maioris hebdomadæ in dicta Eccleſia, hora ſolita, cum ibi populus confluxerit ad Diuina, publicari volumus & iubemus, & vt huiuſmodi omnium & ſingulorũ vtriuſq; ſexus notitiam deueniant, & deuenire poſſint, nemoq; veriſimiliter prætendere, ac allegare ignorantiam valeat, copiã dictæ conſtitutionis, ſigillo rotundo Curiæ Archiepiſcopali Neap. quo in talibus vtimur impreſſione munitam in valuis dictæ Neap. Eccleſiæ affigendam fieri decernimus, & mandamus affigi. Datum, & actum Neap. in Choro dictæ Neap. Eccleſiæ, Anno Domini M. CCCC. XI. Die quinto menſis Ianuarij, tertiæ indictionis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Eugenij, Diuina prouidentia Papæ IV. anno nono.

CONST. LXVI.

Conſtitutio, quòd quotidie fieri debeat collecta Almi Patris Ianuarij, exceptis diebus, quibus eſt interdictum ne fiat, & etiam, quòd eius feſtum cum ipſius octaua ſub duplici officio celebretur, & quòd ſemel in menſe, per totius anni circulum eius feſtum ſub duplici officio fiat, & quòd in Miſſa dicatur, Credo in vnũ Deũ, tam in feſto, quàm infra octauam, & in octaua, & quotieſcunque eius feſtum cõtingit celebrari.

ANtonius Angeli de Neap. Canonicus Eccleſiæ Neap. Decretorumq; Doct. R. in Chriſto Patris & D. Domini Gaſparis, miſeratione Diuina Archiep. Neap. in ſpiritualibus Vicarius Generalis: Sacroſancta Romana Eccleſia pijſſima cõſideratione ſtatuit, vt crebris decorẽtur ſolemnitatibus, hi, qui pro Chriſti nomine coronã martyrij adepti ſunt, cum ſæpiſſimis deprecationibus apud Dei altiſſimi Filium inſtare non deſinunt pro nobis in hac miſeriæ valle degentibus, intercedendo, vt qui cęleſtia pariter, & æterna diſponit, & affluenter ſupernorum dona nõ deficit elargiri in ſua immarceſſibili gloria ſupremi iudicij die nos collocet. Cum autem inter Martyrum turmas glorioſiſſimũ Antiſtitẽ Ianua-

Ianuarium eximijs miraculis ſtrenuè decoratum, noſtrum ſentiamus eſſe primum Patronum, huiuſq; Almæ Ciuitatis, atq; eius Ciuium fauorabilem defenſorem, qui velut ſtella matutina inter Angelorum agmina irradiat, & pro Clero, ſuoq; populo affluenter deprecari, ac effundere preces non deſinit: hæſitari enim à nemine debet hanc Neapolitanam Ciuitatem, eius clypeo ſedulo protegi, atq; muniri: ideo eius altiſſimum feſtum omni veneratione digniſſimum, cum ipſius duplici octaua ſub duplici feſto, cum conſilio, volũtate, beneplacitoque Vener. Capituli Neap. decernimus, ordinamus, ſtatuimus, & mandamus perpetuis temporibus fieri, ac celebrari, prout in noſtra rubrica inferius poſita declarabitur: & vt Chriſti fideles ad tantæ feſtiuitatis ſolemnitatem deuotiſſimè confluant omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis ipſam Eccleſiam fœliciſſimi martyris Ianuarij viſitantibus, vel vbicunque eius officium contingerit celebrari, authoritate Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac ipſius almi Pontificis Ianuarij confiſi quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer relaxamus: adijcientes, & firmiter ſtatuentes, ꝙ quotidie debeat fieri collecta præfati excelſi Pontificis, illis duntaxat exceptis diebus, atque temporibus, quibus ab Eccleſia eſt interdictum, ne fiat Principis Apoſtolorum collecta, prout in Breuiario continetur: Sed quia in Sacro eloquio ſcriptum eſt, ꝙ is cui plus donatur, plus diligit: ideo ſtatuendo mandamus, ꝙ prædicti Antiſtitis gratioſiſſimi per totius anni circulum ſemel in menſe eius feſtũ ſub duplici officio debeat celebrari. ſ. 24. Ianuarij, 4. Februarij, prima Dominica menſis Maij fiat feſtum eius ſacratiſs. tranſlationis, prima Iunij, 14. Iulij, 23. Auguſti, 19. Septemb. celebretur officium elegantiſſimi eius martyrij, de quo feſto mandamus fieri octauam ſub duplici officio, vt ſupra, ſexta Octobris, 16. Decembris: ita tamen, quod ſi dictum officium prædictis diebus celebrari non poterit, aliquo feſto duplici impediente, vel Dominica, quæ non poteſt cantari, in alia ſequenti Dominica prædictum feſtum transferatur in diem immediatè ſequentem: & ſi illa die non poterit celebrari, transferatur in aliam diem, quouſque poterit celebrari. Mandamus etiam, quod ſemper in Miſſa eiuſdem pretioſiſſimi Præſulis dici debeat Symbolum, ideſt, Credo in vnum Deũ, quotieſcunq; prædictum officium, vt ſupra dictum eſt, celebrabitur. Volentes, & etiam ſtatuentes, ꝙ omnes, tam clerici, quam Religioſi, Religioſæque Moniales, ac ſorores Ciuitatis & diœceſis Neap. ac commorantes in eis, cuiuſcunque conditionis, ordinis, dignitatis, gradus, ac præeminẽtiæ exiſtant, hæc obſeruare debeant: & quia nil prodeſſet humilitas humilibus, ſi contemptus cõtumacibus non obeſſet: & quædam ſunt culpæ, in quibus eſt culpa relaxare vindictam, ideo tranſgreſſores huius noſtræ conſtitutionis, & infraſcriptarum rubricarum mulctari volumus, & iubemus pœna vnius floreni auri Cameræ, Dom. Archiepiſcopi Neap. applicandi; & hæc fiant ad laudem & gloriam tanti militis cœleſtis Ianuarij, vt eius orationibus, qui in aſtris viget, vbi fœlicem hic, longæuam concedat vitam. Dat. Neap. in Choro Maioris Eccleſiæ Neap. ſub anno Domini M.CCCC.XI. die 28. menſis Nouembris quartæ indictionis, Pontif. Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. Domini Eugenij; Diuina prouidentia Papæ IV. anno decimo.

Sequitur Rubrica ſupradictæ conſtitutionis, Veſperas, & Matutinas.

NOta, ꝙ infra octauam almi Pontificis Ianuarij fit idẽ officium, quod in die, & fiunt quotidie nouem lectiones, ſex de paſſione eius, & tres de miraculis ipſius: de feſtiuitatibus infra octauam occurrentibus, nihil tunc agitur, ſed poſt octauam celebrantur: feſtum autem S. Matthæi celebratur eo die quo cadit, & non fit commemoratio in vtriſque Veſperis, Matutino, & Miſſa, hiſtoria IVDIT ponatur ſequenti Dominica, hiſtoria vero HESTER ponatur per hebdomadam: ſi vero poſt octauam Dominica aliqua non occurrerit, tunc hiſtoria IVDIT, & HESTER ponatur poſt octauam Patris Ianuarij, vt melius videbitur celebrentur: ſi vero feſtum Beati Ianuarij in Dominica venerit, totum officium fit de feſto, cum commemoratione Dominicæ, & ſimiliter fit in octaua: in Dominica celebranda, in qua volumus duplex officium celebrari, & tunc hiſtoria IVDIT, & HESTER ponantur ſecunda, & tertia feria poſt octauam, ſi vero feſtum almi Protectoris Ianuarij occurrerit quinta feria, hiſtoriã TOBIÆ ponitur ſecunda feria poſt octauam Natiuitatis Sacratiſs. Mariæ Virginis, & hiſtoria IVDIT & HESTER ponantur poſt octauam Patris Ianuarij feria ſexta, & Sabbatho immediatè ſeq. poſt vero octauam ſplendidiſſimi noſtri Patris Ianuarij reaſſumitur officium Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ. Notandum, quòd ſi numerus hebdomadarum fuerit 25. tunc dimittatur illa Dominica, quæ venerit in feſto, vel infra octauam noſtri defenſoris Ianuarij: infra octauam almi Patris Ianuarij quotidie ſex lectiones leguntur de paſſione ipſius, & tres de miraculis eiuſdem. Data per eundem Antonium Angeli de Neapoli, Vicarium, vt ſupra.

Sequitur Rubrica Miſſæ Excelſi Patris noſtri Beatiſſimi Ianuarij.

NOtandum, quòd infra octauam almi Patris Ianuarij fit idem officium, quod in die. De feſtiuitatibus autẽ occurrentibus nihil tunc agitur, ſed poſt octauam celebrantur: feſtum vero Beati Matthæi Apoſtoli & Euangeliſtæ, fit eo die, quo cadit: & quotidie dicitur Credo, vltima die octauæ fiat officium duplex, ſicut in prima die feſti. Data vt ſupra.

Excommunicatio contra choreantes, ſeu conuiuia facientes in Eccleſijs.

CAnone docente, inſtruimur domum Domini in cultu Diuino cum debita veneratione ſeruare: ad Eccleſias namque humilis, & deuotus debet eſſe ingreſſus, & in eis quieta conuerſatio, Deo grata: in ipſis ſiquidem non ſolum inſtruitur, ſed etiam reficitur populus, qui ibi conuenit ad Diuina: ex quo in locis eiſdem ceſſare debent vana, & multo fortius fœda, & prophana colloquia, confabulationes quælibet, & quæcunque alia, quæ Diuinum poſſunt turbare officium, aut oculos diuinæ offendere Maieſtatis: ne vbi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendantur peccata committi, ad quorum omnium obſeruationem Chriſtianum populum, qui ad ipſas conuenit ex mero noſtro Paſtorali officio inducere cogimus, & modis omnibus coarctare. Sanè diebus non longè præteritis in Ciuitate Neapol. abuſio quædam inualuit, vt in Eccleſijs, in quibus attendi debent intentis præcordijs ſacra ſolemnia, choreæ fiunt, atque conuiuia, introducuntur equi, alijque actus noxij, & deteſtabiles exercentur: ſuper quibus volentes omnem materiam amputare, de conſenſu noſtri Neapolitani Capituli, ſtatuimus, ac monemus omnes & ſingulos, mares, & fœminas Ciuitatis, & diœceſis Neapolitanæ, & degentes in eis, cuiuſcunque ſtatus, ſeu conditionis exiſtant, vt in Eccleſijs ipſis, aut ipſarum aliqua, choreas, aut conuiuia non faciant, equos non introducant, vel ipſos intrare non permittant, aut per ſe, vel alios ex cauſa quacunque teneant, cauſa offerendi eoſdem pro funere, ſeu repræſentationis alicuius faciendæ, de noſtra licentia dumtaxat excepta: alioquin in ipſos, & ipſorum quemlibet excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis.

Conſtitutionum Synodalium Finis.

LE COSTITVTIONI ORDINATE

PER IL REVERENDISS. MONSIG. ARCIVESCOVO di Napoli, e ſuo Capitolo, contra quelle perſone, che commetteranno gl'infraſcritti delitti, ouero peccati. Videlicet.

IN primis eſcommunichiamo tutte quelle perſone, le quali biaſtemano l'Onnipotente Dio, la Glorioſa Vergine Maria, & i Santi publicamente, con animo deliberato, e peruerſa conſuetudine.

Eſcommunichiamo tutti gli heretici, e ſciſmatici, e tutte quelle perſone, che gli danno aiuto, e fauore.

Eſcommunichiamo tutte le fattocchiare, e tutte quelle perſone, che gettano le ſorti, e quelli, che fanno incanti, e ſortilegij per indouinare, e tutte quelle perſone, che vanno ad eſſe fattocchiare per tali coſe.

Eſcommunichiamo tutte quelle perſone, tanto Preti, quanto clerici, e ſecolari, che pigliano, e danno della ſanta creſima, dell'oglio ſanto, e dell'oglio de gl'infermi, per alcuna indouinatione, ouero fattocchiaria.

Eſcommunichiamo tutte quelle perſone, ch'abbruggiano, ouero pongono, ò fanno poner fuoco nelle poſſeſſioni, ouero terre, e caſe della Maggior Chieſa di Napoli, & altre di ſua dioceſi, e d'altre perſone priuate.

Eſcommunichiamo tutte quelle perſone, che contràheno de facto il matrimonio ſecundo loco, poiche hanno contratto con altro primamente il matrimonio di preſente legitimamente.

Eſcommunichiamo tutte quelle perſone, che fanno vſura publicamente.

Eſcommunichiamo tutte quelle perſone, le quali ſcriuono, ò fanno ſcriuere li contratti fittitij, e ſimulati, in fraude di vſura.

Eſcommunichiamo tutte quelle perſone, le quali falſamente fanno gl'inſtromenti, ouero falſificano le lettere Apoſtoliche, e del Reuerendiſſimo Monſignor Arciueſcouo di Napoli.

Eſcommunichiamo tutte quelle perſone, che depongono, ouero dicono, o fanno dir falſo teſtimonio, ò vſano falſi teſtimoni, e falſi detti, ouero inſtromenti falſi ſcientemente.

Eſcommunichiamo tutte quelle perſone, che giocano all'azarra, ò con dadi, & altri giochi illeciti nelle Chieſe, e tutte quelle, che peccano carnalmente, ò chi commetteſſe roffianiggio nella Maggior Chieſa di Napoli, & in altre Chieſe di noſtra Dioceſi.

Eſcommunichiamo tutte quelle perſone, le quali occupano li beni, ragioni, e ſcritture, tanto publiche come priuate della Maggior Chieſa di Napoli, e di altre Chieſe di noſtra dioceſi ingiuſtamente.

Eſcommunichiamo tutti quelli Clerici, che tengono raccomandati i beneficij ſenza alcuno giuſto titolo, e non renonciano infra otto dì, incominciando dal dì della publicatione.

Eſcommunichiamo tutte quelle perſone, che pongono, ò fanno ponere i giuramenti nelli contratti delli vaſſalli della Maggior Chieſa di Napoli, e che fanno contratti di alienatione, ouero pignoratione delli beni di detti vaſſalli, ſenza licenza del Reuerendiſs. Monſignor Arciueſcouo di Napoli.

Eſcommunichiamo tutti quelli della Città, e dioceſi di Napoli, quali ſi fanno promouer alli ordini Eccleſiaſtici da altro Prelato, ſenza licenza della Santità di N.S. e del Reuerendiſs. Monſignor Arciueſcouo di Napoli.

Eſcommunichiamo tutte quelle perſone, che fanno conuenir Clerici, ouero perſone Eccleſiaſtiche alla Corte ſecolare, e tutti Giudici, & Officiali, che conſentono, che tali cauſe ſi trattino nelle loro Corti, in pregiudicio della Corte Eccleſiaſtica.

Eſcommunichiamo tutte quelle perſone, che dishoneſtamente ſaltano, ò fanno conuiti alle Chieſe, ouero Capelle.

Eſcommunichiamo tutt'i Monaci, e Frati di noſtra Dioceſi, che vanno ſoli fuora de' loro Monaſterij.

Eſcommunichiamo tutti quelli Religioſi, Preti, e Diaconi, i quali hanno impreſtati habiti, cotte, & altre coſe Eccleſiaſtiche à gioco di Carneuale, & altri atti inhoneſti, e prohibiti, e quelli, che l'hanno portate.

Eſcommunichiamo tutti i Frati Mendicanti, che vanno proceſſionalmente per la Città di Napoli, ſenza licenza del Reuerendiſs. Arciueſcouo di Napoli.

Eſcommunichiamo tutti gli eſecutori de i teſtamenti delli defonti, che tengono, e non aſſegnano le poſſeſſioni legate à quelli, che celebrano le Meſſe per le anime de i defonti frà quindeci giorni, cominciando dal giorno della preſente publicatione.

Eſcommunichiamo tutti li Preti foraſtieri, li quali celebrano, ouero amminiſtrano gli Eccleſiaſtici Sacramenti nella Città, e Dioceſi di Napoli, ſenza licenza del R. Arciueſcouo di Napoli, ò di ſuo Vicario.

Eſcommunichiamo tutti i Preti, i quali fanno ſeruire le Meſſe, e beneficij loro per ſubſtituto, ſenza licẽza del Reuerend. Arciueſcouo di Napoli.

Eſcommunichiamo tutte quelle perſone, le quali cõferiſcono Meſſe, & altri beneficij, ſenza confirmatione del R. M. Arciueſcouo di Napoli.

Eſcommunichiamo tutti i Notari, che ſcriuono i teſtamenti de i Defonti, e nõ li manifeſtano infra otto dì, dal dì della morte de i teſtatori alla Corte del Reuer. Arciueſcouo di Napoli, ò del ſuo legitimo procuratore.

Eſcommunichiamo tutte quelle perſone, le quali non pagano la quarta delli legati laſciati per li teſtatori delli loro teſtamenti frà vn meſe al Reuer. Arciueſcouo di Napoli, contando dal dì, che pigliano i legati.

Eſcommunichiamo le Abbateſſe, e Monache della Città di Napoli ſudditi al R. M. Arciueſcouo di Napoli, che eſcono dalli loro Monaſteri, e che pigliano, e ricettano alli loro Monaſteri le perſone eſtranee, ſenza licenza del R. M. Arciueſcouo di Napoli.

Eſcommunichiamo tutte quelle perſone, le quali accompagnano le Monache per la Città di Napoli, contra la forma delle coſtitutioni ſopradette del R. Monſignor Arciueſcouo.

Prononciamo per eſcommunicati tutti i Religioſi, di qual grado, e religione ſi ſiano, li quali entraſſero dẽtro i Monaſteri di Monache, ſenza licenza del R. M. Arciueſcouo di Napoli, ò del ſuo Vicario, ſecondo il priuilegio di Papa Innocentio III.

Coman-

Digitized by Google

Comandiamo ſotto pena di eſcommunicatione, e di priuatione de beneficij, e mille libre di cera, che niſſuno clerico, ne Prete debba tener concubine publiche, ne in caſa ſua, ne d'altri, e chi le teneſſe, le debba cacciare frà lo ſpatio di quindeci giorni, quali le diamo, cinque per lo primo, cinque per lo ſecondo, e cinque per lo terzo, & vltimo peremptorio termine, ſotto la pena detta.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione tutte quelle perſone, le quali in noſtra diocesi vſano i priuilegi d'indulgenze, non le debbano vſare, ſenza farne conſcienza al Reuer. Monſign. Arciueſcouo di Napoli.

Monimmo ſotto pena di eſcõmunicatione tutte quelle donne, che foſſero concubine de Clerici, e Preti, che frà lo ſpatio di quindeci dì ſe ne debbano totalmente partire.

Monimmo ſotto pena di eſcommonicatione, che non ſia niſſuna perſona, che getti pietre, lota, ò immondezza ſopra i corpi morti de fedeli.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione, che non ſia perſona, che getta vire, vertone, ſagitte, pietre, ouero altra coſa dannoſa alli tetti, e feneſtre della Maggior Chieſa di Napoli, ne delle altre Chieſe.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione ogni perſona, tanto maſcoli, quanto femine di noſtra Dioceſi, nõ debba tener botteghe aperte per vender, ne far altro eſſercitio prohibito il dì delle feſte comandate per la Santa Madre Chieſa, eccetto quelli, che vendono coſe da mangiare, da beuere, e da medicinare.

Monimmo ſotto pena di eſcõmmunicatione ogni perſona, che non debbano reponer coſe, che non ſono deputate al culto Diuino nelle Chieſe, ouer Capelle.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione ogni perſona, che non debbano tener i fanciulli piccolini nelli loro letti, per fino à tanto, che i detti fanciullini non ſiano di anni tre.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione, che non ſia niſſuno, che getta, ne faccia gettare immonditie, ne altre brutture nelli ambiti della Maggior Chieſa di Napoli, e delle altre Chieſe.

Monimmo tutti li Medici, tanto Fiſici, quanto Chirurgici, quali vanno à viſitar gl'infermi, che inanzi, che le ordinino alcun rimedio, gli ammoniſcano, che ſi debbano cõfeſſare, e pigliar la ſacra communione da i loro Parochiani, ò da altri, con licenza di quelli.

Monimmo tutti gli eſecutori de i teſtamenti, che ſotto pena di eſcommunicatione, in ſpatio di vn'anno, incominciando dalla morte del teſtatore, debbano eſequire tutti li legati ſi contengono in detti teſtamenti.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione tutti gli eſecutori de i teſtamenti, che diſtribuendo loro i legati fatti per i defonti debbano tenere la quarta parte di detti legati, e darla a Monſig. Reuerendiſs. Arciueſcouo di Napoli, ouero di ſuo procuratore.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione latę ſententię, che niſſuna perſona preſuma dire ingiuria, ne contumelia, ne battere, ne con parole, ne cõ fatti niſſuno di quelli, che veniſſero à domandar giuſtitia alla Corte di Monſignor Reueren. Arciueſcouo di Napoli, ne ancora à niſſuno Auuocato, ne procuratore, ne officiale di eſſa Corte, e ſpecialmente nel Palazzo di eſſo M. R. ouero nel ſuo diſtretto, e chi preſume far il contrario, da mo lo eſcommunichiamo.

Il Fine delle Coſtitutioni, e Monitioni del R. Monſignor Arciueſcouo di Napoli, e ſuo Capitolo.

Imprimatur.

Alexander Boſch. Epiſcopus Carinolæ Vicarius Gener.

Aloyſius Riccius Canonicus Deputatus vidit.

Lælius Abbas Taſtius Deputatus vidit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google